IDC

# SACRORUM CONCILIORUM
## NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,

IN QUA PRÆTER EA QUÆ

*PHIL. LABBEUS, ET GABR. COSSARTIUS.*

*Et noviſſime* NICOLAUS COLETI *in lucem edidere*,

EA OMNIA INSUPER IN SUIS LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANSI,

ARCHIEPISCOPUS LUCENSIS EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

*AB EODEM OPTIME MERITO PRÆSULE,*

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

*EM.^MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO*

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS CURATA,

Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,
Ad MS. Codices Vaticanos, Lucenſes, alioſque recenſita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

TOMUS VIGESIMUS SECUNDUS.

*Ab anno MCLXVI. uſque ad ann. MCCXXV.*



VENETIIS MDCCLXXVIII.

APUD ANTONIUM ZATTA.

*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.*

(*Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, Via dicta Bernard Palissy 4, Parisiis MDCCCCIII.*)

# NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del *P. D. Filippo Roſa Lanzi* inquiſitor Generale del Santo Offizio di *Venezia* nel libro Intitolato: *Sacrorum Conciliorum &c.. Auctore P. Philippo Labbeo Soc. Jeſu, curante Nicolao Coleti, & Joanne Dominico Manſi &c.* Non v eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza ad *Antonio Zatta* Stampator *di Venezia* che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di ſtampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 20. Dicembre 1767.

( Sebaſtian Zuſtinian Riform.
( Alviſe Valareſſo Riform.
( Franceſco Moroſini 2.° Cav. Proc. Riform.

Regiſtrato in Libro a Carte 335. al Num. 2304.

*Davidde Marcheſini Segr.*




# *REVERENDISSIME, AC CELSISSIME PRINCEPS.*

*CUinam potiſſimum hic Ampliſſimæ Collectionis Conciliorum Tomus XXII. a me inſcribendus eſſet, quum adcuratius mecum perpenderem, Virum, a cujus Virtute, a cujus Sapientia, a cujus Meritis in utramque Rempublicam ampliſſimis dignior huic operi gratia, pretium, authoritas adcedere poſſet, mihi eligendum conſtitui. Quæ ſententia, utprimum meo animo ſedit, qui committere potuiſſem, quin hunc Tomum* TUO NOMINI, REVERENDISSIME, AC CELSISSIME S. R. I. PRINCEPS, *conſecrarem,* NOMINI, *toti literato orbi ac omni fere Europæ ſacerrimo?*

*Ea eſt*

*Ea eſt Virtutis conditio, ut in omni Religione magnam, maximam vero dignitatem in illa obtineat, quæ verum dignumque Deo cultum exhibet: hæc enim ſola ſolidum illius fundamentum eſt, quo ſi conquieſcat, ſingularem hominis animo conſtantiam, & firmitatem indit, qua illum ad eam deducit perfectionem, cujus illuſtris ſplendor in* Te, Celsissime Princeps, *ita elucet, ut quæ aliis dona viritim eſt largita, ea ſimul omnia in* Te *collegiſſe videatur.*

*Hæc Virtus altiſſimis* Te *principiis optimi Chriſtiani imbuit, ut charactere primorum Chriſtianorum inſignitus, amori proximi, & ardentiſſimo toti humano generi benefaciendi ſtudio* Te *totum hucuſque dederis ſemper, & etiamnum des verus* φιλάνθρωπος.

*Hæc Virtus* Te *S. Religioni, & ſacerrimo S. P. Benedicti Ordini dicavit, atque in monachum totondit; in monachum, qui vel minima, non minore religione, quam primas ſui Ordinis conſtitutiones, ac quæ fecit vota ſibi ſervanda ducit; in monachum, cujus animus omnem exutus adfectum vivere haud amplius videtur, niſi ubi aut Dei gloriæ, aut hominum utilitatis promovendæ occaſio eum a ſua, quam vocant* ἀπάθειαν, *revocat; in monachum, cujus dum juſtam laudem promo, humilitatem lædo; in monachum doctrina non minore, quam pietate inſignem.*

*Hæc eadem denique Virtus* Te *ad illuſtriſſimam* Abbatis, & S. R. I. Principis *dignitatem extulit eo conſilio, ut inde pulchrior* Tibi *ſurgeret occaſio, qua ipſius gloriam, & authoritatem in excellentiori gradu conſpicuam redderes, & contra eos ſtrenue defenderes, qui Virtuti facere, humilis tantum animi eſſe ſibi perſuadent. Ex hoc excelſo ſolio Virtus* Tua, Pientissime Princeps, *pleno lumine coruſcat: hic nacta ampliſſimum campum eſt, in quem tota effundatur. Partes Abbatis quis illas graviſſimi eſſe ponderis ignorat? quæ tamen a* Te *non implentur modo, ſed & ſuperantur. Principem* Tui *muneris curam Filiorum* Tuorum *ſaluti a* Te *deberi noſti; huic ut conſulas, eos perfectionis iter currere alacriter non tam adhortatione, quam efficaciori exemplo* Tuo *doces, & qua* Te *ſequantur via, prior incedis. Atque ut omnia, quæ ad bene, beateque vivendum pertinere poſſunt, abunde ipſis ſuppetant, quæ corporis ſunt, non minore, quam quæ ſpiritus, ſollicitudine procuras, remque* Tui *Monaſterii tanta adminiſtras providentia, tanto ſtudio, ut a Majoribus* Tuis *accepta & conſervaveris integra, & conſervata magnis adceſſionibus amplificaveris. Monachus eruditis* Tuis *laboribus illum jam impugnaſti errorem, qui monachos inutilia Reipublicæ membra calumniatur: nunc vero Mitra velut galea armatus hoſtem hunc viciſti, debellaſti, contriviſti; illudque* Tuum *vindicaſti effatum:* Monachus pius per se fit doctus. *Et monachum doctum, quis eſt, qui ſtatui publico inutilem, aut mortuum Reipublicæ membrum dicere audeat? Effati* Tui *veritas,* Pientissime Princeps, Tuo *comprobata exemplo ſtat inconcuſſa.*

*Etſi virtus, vel ſola ſi hominis animum imbuat, maxima veneratione digniſſima habeatur; tamen, quum eidem inſuper Scientiarum decor adjungitur, tanto fit pluris, ut omni æſtimatione, omni veneratione major exſurgat.* Reverendissime, ac Celsissime Princeps: *Virtutem* Tuam, *Virtutem altiſſimam admirari jam licuit: ergo & eamdem pari Scientia, illius in monacho individua comite, ( Quæ* Tua *inſignis*

*ſignis & veriſſima ratiocinatio eſt, quanto nobiliorem, quanto omni æſtimatione pretioque ſuperiorem reddere debuiſti! & ſane reddidiſti.*

*Pium ergo* TE *nominare haud poteram, quin & doctum dicerem. Jam Doctrinæ* TUÆ *ratio, a me eſt exponenda. Sed quid ego, quum vix ullius ſit tantum flumen ingenii, oratio tanta, quæ non dicam exornare, ſed enarrare,* PRINCEPS SAPIENTISSIME, *Tuas Scientias poſſit? Non vero ideo inerti involutæ ſilentio poſterorum memoriæ auferant, quum non ſit, qui eas digna commendatione celebret & in ſacris, & in rebus profanis profundiſſimas, ampliſſimas. Scientiæ illi Sanctorum, quæ Virtutis prima filia eſt (* Ἄσκησιν *ajunt,) Theologicis Diſciplinis, quarum ſublimem, & intimam cognitionem in* TE *omnes maximopere ſuſpiciunt,* TU *ultimam perfectionem contuliſti. Vaſtiſſimam ſacratioris hiſtoriæ eruditionem orbi literato ſe omni exceptione majorem exhibet* TUUS ALCUINUS, *opus omni altius præconio, & non niſi* TE *dignum* AUTHORE, TUIQUE CELSISSIMI NOMINIS *perenne monumentum, quod* TUAM *hiſtoriæ etiam profanæ notitiam incredibilem, in rebus conjungendis, diſcernendiſque* κρίσιν *æquiſſimam, artis diplomaticæ experientiam inſignem, & rei literariæ omnis generis peritiam loquitur ampliſſimam.*

*Hac* TUA *Virtute, & Sapientia,* PIENTISSIME, AC SAPIENTISSIME PRINCEPS, *id conſequutus es, ut utriuſque Reipublicæ tum ſacræ, cum civicæ bono & honori maxima quæque capeſſere haud dubitaris. Et quidem quam varia, quam multiplicia illa ſunt, quæ ſacræ Reipublicæ exhibuiſti, & de quibus non copioſius dicere poſſem, quam honorificentius! at unicum, quod caput & inſtar omnium eſt, ſufficiat adduxiſſe, ne, ſi plura exſequi laborem, nulli pro aliqua dignitatis ratione ſatisfaciam.*

*Enimvero noſtrum animum in ſtuporem conjiciunt, quæ feceris, quos labores, quos ſumtus tuleris, ut ſtudium S. Linguarum, quæ clavis ſunt abditis S. Scripturæ recludendis & aptiſſima, & neceſſaria,* TUO *inferres monaſterio, ibidemque ſtabilires. Quod ut facilius aſſequereris, in Virum* TE *inquirere oportuit huic graviſſimo muneri & arte, & ipſa natura idoneum. Votis igitur* TUIS, *atque* TUÆ *voluntati ſatisfactura Celeberrima S. Mauri Congregatio, quæ a multo jam tempore ſumma* TUI *Ordinis, & Galliarum Cleri gloria eſt,* TIBI *tranſmiſit in Linguarum ſcientia, & omni fere re literaria ampliſſimum D. Carolum Lancelot nunc ad S. Dionyſium prope Pariſios earumdem, quibus* TUOS *per quadriennium inſtituit, linguarum Doctorem. Neque hac in molitione inchoanda majore animo, quam in eadem perficienda utebaris conſtantia, atque fortuna: qui enim in* TE *fervet literarum ardor, tanta ac tam felici in animos Filiorum* TUORUM *impreſſione egit, ut doctiſſimi ſui Magiſtri, cui eos tradideras, aſſiduitate, ac dexteritate ducti exſpectationem* TUAM *non expleverint, quin & vicerint. Jam nunc ab iiſdem, quos paucos ante menſes intuebamur diſcipulos, inſtitui videmus alios, qui* TUÆ *debent munificentiæ, ſe ſacrorum, quos* TIBI TUISQUE *comparaſti, theſaurorum abſque invidia, & ſine impenſis participes reddi. Sic nempe Ordinis* TUI, *cujus egregios pro Eccleſia labores omnis ætas venerabitur, ornamentum augeri decuit.*

*Dum vero Eccleſia* TE, REVERENDISSIME PRINCEPS, *Præſulem de ſe optime meri-*

*meritum colit; civilis quoque Reſpublica* Tibi *gratulatur, ſeque æternitati pro ſcientiarum ſuarum augmento, & decore a* Te *præſtita tranſcripturam, feſtive adclamat. Muſæ profecto a* Te *in* Tuum *advocatæ monaſterium omne ſecum literarum genus attulerunt; ut nullum ſit, quod non illic* Tuis *ſub auſpiciis efflorescat pulcberrime. Et quid æquitati conveniebat magis, quam ut iis, quibus* Tu *præſtas ſcientiis,* Tuos *quoque erudiri curares? Quid de ſtudio linguarum etiam non ſacrarum loquar? quanta illius contentio per* Te *ibidem fervet! & quantus nobiliſſimæ buic contentioni fructus reſpondeat oportet, dum colligere, ſuumque in ſuccum transferre licet, quidquid boni cujuſcumque linguæ natio libris ſuis prodidit!*

*Hiſtoria, quæ aliis in locis abſtruſa latet, ibi e tenebris emerſa,* Tuoque *colluſtrata lumine comparet. Artem diplomata dijudicandi, artem illam tot difficillimis implicitam nodis, ad eum inter* Tuos *perfectionis gradum perduxiſti, ut æquiſſimo judicio veritas a fraude vindicata ibi triumpbet. Jura quoque* Tuo *in ſacrario adeo non ſilere permittis, ut illud oraculum Civitatis poſſe dici videatur. Quid vero ego multa, quum ipſa Bibliotbeca pretioſiſſimis omnium diſciplinarum, atque artium libris a* Te *nobilitata Meritorum* Tuorum *claritatem oſtentet? Atvero, quæ bodie floret Pbiloſopbia quantum illa* Tibi *debet! Suum* Te *illa agnoſcit in Patria* Tua, *& finitimis locis parentem digna* Te *filia:* Te *enim primo uſa Doctore Salisburgi in publicam lucem progreſſa eſt tanto omnium adplauſu, ut & debitus ipſi adſenſus,* Tibi *debitus decerneretur bonor. Ut vero bunc, quem* Tibi *obtinuit bonorem, eidem referres ampliorem, Muſæum, quod ajunt, matbematicum illi in* Tuo *poſuiſti Cœnobio, vix nobiliſſimis in Europa Muſæis inſtrumentorum numero, pretio, adcuratione inferius. Et ne infinitus ſim, plura, quam quæ eloquentiſſimus ſingula perſequi poſſit,* Tu *agere potuiſti.*

*Tanta Virtus, tanta Sapientia, tantæ res laudabiliſſime geſtæ qua fieri ratione potuiſſet, quin & omnem ſummorum Virorum attentionem in ſe converterent, & maximas ab iis prædicationes conſequerentur? Quanta illa ſunt elogia, quibus* Te *celebrat Academia Boica* (a), *quæ ſuo & incremento, & ornatui vel tunc maxime conſultum arbitrabatur, quum* Te *membris ſuis inter prima adlegit! Quid præclarius illis teſtimoniis, quæ Cl. Viri Oliverius Legipontius* (b) *& Oefelius* (c) *de* Te *ferunt? Quid Cl. ac R. D. de Vaines* (d) *commemorem de Meritorum* Tuorum *præſtantia ita bonorifice diſſerentem, ut „ ad* Tuam, Principis, *quem „ Virtutum non minor, quam Doctrinæ ſplendor commendat,* Principis, *cujus ani- „ mum nibil occupat magis, quam quod ad bonum publicum, maxime ad Ordinem „ S. Benedicti, cujus princeps gloria ipſemet exſiſtit, illuſtrandum, aut ad litera- „ rum utilitatem, atque augmentum facere judicaverit, ad* Tuam Tanti Principis *volun-*

(a) Tom. I. Act. Academ. Boicæ.
(b) In Hiſt. rei literar. Ord. S. Benedict.
(c) In Collect. Script. rerum Boicar.
(d) In Præfat. ad Dictionaire raiſonné de Diplomatique.

voluntatem operis ſui diplomatici rationem a ſe exactam eſſe glorietur? Quin vel ſummus adeo Eccleſiæ noſtræ Paſtor, ac Caput Sanct. Dominus noster PIUS VI. PP., qui Eccleſiæ gubernacula non ſolum tenere ſapientiſſime, ſed & Muſas, earumque cultores maxima æſtimatione proſequi novit, quum divinum Tuum Alcuinum a Te ſibi tranſmiſſum ingenti animi voluptate accepiſſet, literas ad Te dare voluit Paternæ ſuæ benevolentiæ & officii plenas, & in laudem Tuam ampliſſimas. „ Gratulamur, inquit Sanctissimus Pater, gratulamur antiquiſſimo iſti, Nobiſque „ commendatiſſimo S. Emmerami monaſterio, quod Tuo regimini ſubſit, quodque „ Te præeunte cum religioſæ pietatis, tum ſacrarum rerum ſtudiis maxime illu„ ſtretur.

At enim Tuorum, Reverendissime, ac Celsissime Princeps, factorum ea eſt dignitas, ut illam hæ laudationes, quantumcumque ponderis tam ex ſe, quam ex eorum, a quorum mente profectæ ſunt, authoritate afferant, non exæquent; ea ubertas, ut quo plura dixi, eo plura de Te dicenda reſtare experiar. Verum ne brevitatis terminos, quos me jam tranſgreſſum video (cui vero in tanto rerum numero brevem eſſe liceat?) excedam longius, id ſaltem adhuc, ut luculenter adpareat, quanta ſit de Te totius fere Europæ exiſtimatio, breviſſime addendum eſt: Viros (a) omnium pene illius regionum præſtantiſſimos eruditam Tecum literarum conſuetudinem iniiſſe maximo ſibi honori ducere, & ipſoſmet Eminentiſſimos S. R. E. Cardinales DD. Quirinum Epiſcopum Brixienſem, & Paſſionæum &c. quorum beata memoria ſemper in benedictione erit, Tecum ſcriptis colloqui mirifice ſuiſſe delectatos.

Enimvero, quantum mihi gratulor; Reverendissime, ac Celsissime S. R. I. Princeps! hunc librum Tuo ſub sacerrimo Nomine in publicam lucem prodire dicatum Tibi qui humani generis honor & deliciæ, Tibi qui exquiſitiſſimum monachorum exemplar, & decus, Tibi, qui maxima Principum & Abbatum gloria, Tibi, qui immenſa Sapientia, qui meritorum in utramque Rempublicam præſtantia & numero polles, Tibi, qui totarum Nationum communis, & ampliſſima es admiratio. Hoc ergo munus ea animi benignitate, propenſione, ac clementia excipe, qua

(a) Alios inter ſunt Clariſſimi Viri *D. Gregorius Maianſius* Regi Catholico quondam a Bibliotheca, & *D. Carolus Chriſtophorus Pluer* Regiæ Legationis Danicæ Madriti Eccleſiaſtes, uterque *ex Hiſpania*.

*Reverendiſſimus D. Boudier* Congreg. S. Mauri Superior Generalis, *D. de Brequigny* Reg. Inſcript. & hum. lit. Academ. Socius, *D. Philip. Ludov. Zieble* in Abbat. S. Germani a Pratis Biblioth. Et *D. Jacque Claude Vincent*, Abbat. S. Remigii Remenſis Bibliothecarius. *Ex Galliis*.

*Illuſtr. D. Chriſtianus Temler* Regiæ Danicæ Majeſtati a Secretis. *Ex Dania*.

*D. Ildephonſ. Catelinot* Benedict. Congreg. Ss. Vitoni & Hydulphi ad S. Mich. ſupra Moſam, & *D. Joannes François* Monaſt. S. Symphoriani Mettenſis Monachus. *Ex Lotharingia*.

*D. Legipontius* Monaſt. S. Martin. Coloniæ Agrippinæ. *Ex Reno inferiore*.

*D. Ludov. Scheidius* Sereniſſimæ Famil. Guelficæ Hiſtoriograph. *Ex Brunſvico*.

*D. Adolphus Klotzius* in Univerſitate Halenſi Eloquentiæ & Philoſoph. Profeſſor. *Ex Saxonia*

*Reverendiſſimus, ac Celſiſſimus Princeps Martinus* Abbas ad S. Blaſium in Hercgnia. *Ex Suevia*.

*D. Oefelius* Biblioth. Elect. Monachii. *Ex Bavaria*.

*qua mentis integritate, & adſectione illud a me* Tibi *offertur. Conſurgat id pre-cer in perpetuum officioſæ meæ in* Te *voluntatis, ac dignum gloriæ* Tuæ *monumentum, illius præcipue ſacræ Solemnitatis, qua hoc anno* DEO T. O. M. *ſacra, quæ ante quinquaginta annos primo voviſti, publica S. Ordinis* Tui *vota ſecundo es nuncupaturus meritis, & ætate* Venerabilis Senex. *At quid ſeneſcis,* Celsissime Præsul! *quin potius redeat, boni Superi id votis meis concedite! redeat in* Te, Celsissime Senex, *ille primæ juventutis vigor, & vive. Vive utriuſque Reipublicæ bono, vive literarum augmento, & decori, vive Eruditorum bonori, vive omnium Bonorum voluptati & gaudio; vive* Tuis, *ut illis* Te suum optimum Patrem *quam diutiſſime complecti liceat; vive mihi, ut omnibus ſemper demonſtrare queam, quanto opere ſtudeam eſſe* Tui Sacerrimi Nominis

Reverendissime, *ac Celſiſs. S. R. I. Princeps &c. &c.*

*Religioſus Cultor &c.*
Antonius Zatta

SYL-

# SYLLABUS
## EORUM, QUÆ IN TOMO XXII. CONTINENTUR.

Quæ hoc Indice ☞ notata ſunt, noſtræ Editioni noviter acceſſere *P. Joannis Dominici Manſi* cura, qui ad Archiepiſcopatum Lucenſem evectus glorioſe obiit, omiſſis iis, quæ typothetarum vitio notari non potuerunt.


ANNO CHRISTI

1166 *CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM.* pag. 2
1167 Conventus apud Chinonem. 6
1165 ☞ Ad Concilium apud Chinum additio. *ibid.*
1166 ☞ Radulfi Ep. Leodienſis decreta. 7
☞ *CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM.* 12
☞ Edictum Manuelis. 22
*Conciliabulum Anglicanum.* *ibid.*
1167 Epiſtolæ Suffraganeorum Cantuarienſis Eccleſiæ ad B. Thomam Cantuar. Archiep. 26
1166 Conventus Cenomanenſis. 32
1168 *Conciliabulum Conſtantinopolitanum.* *ibidem.*
*CONCILIUM LATERANENSE* 34
1169 *Obſervatio P. Antonii Pagi.* 36
*Synodus Strigonienſis Provincialis.* *ibidem.*
☞ *Norvicenſis Synodus.* 38
In diſputationem Nierſis Catholici Armeniorum, præmonitio Editoris. *ibid.*
Theoriani cum Catholico Armeniorum diſputatio *ibid.*
Manuelis Diploma ad Generale Armeniorum. *ibid.*
Collectoris adnotatio in ſuperiorem diſputationem. 120
*CONCILIUM PARISIENSE.* *ibid.*
1170 Conventus Epiſcoporum ad dedicationem S. Amantii Buxienſis. 121
*CONCILIUM ENGOLISMENSE.* 122
1171 *SALISBURGENSE CONCILIUM.* *ibidem.*
S. Decani Teſerneenſis epiſt. *ibid.*
*CONCILIUM ARDMACHIENSE.* 123
☞ *CONSTANTINOPOLITAN. CONCILIUM.* 127
1172 *CONCILIUM CASSILIENSE.* 132
— *ABRINCATENSE.* 136
Charta abſolutionis domini regis. 137
Legatorum epiſt. ad Gilibertum Archiep. Ravenn. 138
1173 *CONCILIUM CADOMENSE.* 141
— *WESTMONASTERIENSE.* 142

ANNO CHRISTI

1175 *CONCILIUM apud Wodeſtocb.* 144
— *SALMANTICENSE* 145
☞ *Adnotatio critica.* 146
*CONCILIUM LONDONIENSE.* *ibidem.*
Idem ex Collectione Anglicana. 14/
*Nota Coſſartii.* 154
☞ *Synodus Hallenſis.* *ibid.*
Introitus Hugonis Card. Legati Alexandri Pontif. in Angliam. 155
1176 *CONCILIUM WINDESHORNENSE.* 156
— *NORTHAMPTONIENSE* *ibid.*
Nota Collectoris Anglicani 157
*CONCILIUM WESTMONASTERIENSE.* 158
— *LUMBARIENSE.* *ibid.*
☞ — *DUBLINENSE.* 167
☞ *HALLENSE MAGDEBURGIC. CONCILIUM.* 168
☞ — *REDONENSE.* 169
1177 *CONCILIUM NORTHAMPTONIÆ.* 170
☞ Additio. *ibid.*
*CONCILIUM WESTMONASTERII, alias LONDINI.* 172
— *SCOTICUM.* 173
— *VENETUM.* 174
Alexandri III. epiſt. ad Petrum Capuanum archiep. 178
Ad Richardum Cantuar. 179
Ad Rogerium Eborac. & Hugonem Dunelm. 180
Friderici Imp. ad Alexandrum litteræ. 184
G. C. additio ad Concilium Venetum. 191
Alexandri epiſt. ad Salzburgenſes 192
☞ Additio ad Venetum Concilium. 194
*CONCILIUM TARSENSE.* 198
☞ Additio. 203
Fragmentum epiſt. Gregorii Tarſenſis ad Manuelem. 204
*Oratio Nierſis Lampronenſis.* *ibid.*
☞ *Conſtantinopolitana Synodus.* 207
*CONCILIUM HOHENAVIENSE.* 208
1178 *CONCILIUM AD HONAW.* 209
*CONCILIUM LATERANENS. III* Genera-

ANNO CHRISTI

nerale, ſub Alexandro III. ſummo Pontifice. 210
1179 Succincta Concilii Lateranenſis III. hiſtoria. *ibid.*
Epiſtola Alexandri papæ III. ad epiſcopos per Tuſciam conſtitutes. 212
Decreta Concilii Lateranenſis tertii. *ibid.*
Præfatio, & nomina Epiſcoporum, qui huic Concilio interfuerunt. 214
Acta Concilii Lateranenſis tertii ex variis Auctoribus collecta. 233
Epiſtolæ Georgii Metropolitæ Corcyrenſis ad Nectarium præpoſitum Monaſterii Caſulorum. 238
Epiſtola Alexandri Papæ ad Willelmum Senonenſem Archiepiſcopum, in cauſa Petri Lombardi. 239
Additio ex Schedis Sirmondi ad Catalogum Epiſcoporum, qui ex Galliis Concilio Lateranenſi III. interfuerunt. *ibid.*
Alia additio ex Catalogo Archiepiſcoporum Bremenſium. 240
*Nota Severini Binii in Concilium Lateranenſe tertium OEcumenicum Undecimum.* 242
Appendix ad Concilium Lateranenſe tertium. 248
Index eorum quæ in Appendice ad Concilium Lateranenſe continentur.
*Nota Bartholomæi Petin.* 453
*Additio alia ad Concilium Lateranenſe III. Oecumenicum.* 454
*Canones Concilii Lateranenſis III. ex Anonymi Zwetlenſis hiſtoria Romanorum Pontificum.* 456
Excerptum ex Bulla Clementis Papæ tertii. 457
Fragmentum Epiſtolæ Alexandri tertii in cauſa Petri Lombardi. *ibid.*
Subſcriptiones ſeu nomina Prælatorum, qui huic Concilio interfuerunt. 458
1180 *LEMOVICENSE CONCILIUM.* 468
*— TARRACONENSE.* 471
1181 *CONCILIUM AQUILEJENSE ſub Volderico Patriarcha pro vita communi Canonicorum.* 472
VITA ET EPISTOLÆ LUCII PAPÆ III. 474
Appendix ad epiſt. Lucii Pp. III. 480
*CONCILIUM* apud Malebergiam. 484
*— CADONENSE.* *ibid.*
1183 *Synodus Anglicana.* 485
*CONCILIUM DUBLINENSE.* *ibid.*
1184 Ordinatio Regum Franciæ & Angliæ. 486
*CONCILIUM VERONENSE.* 488
*Obſervatio Pagi.* *ibid.*
Additio. 490
Adalberti Salzburgenſis ad ſuos epiſtola. *ibid.*
Vindeſorenſis Conventus. 493
*CONCILIUM AQUILEJENSE.* 494
1185 Conventus Londinenſis. *ibid.*
VITA ET EPISTOLÆ URBANI PP. III. 496

ANNO CHRISTI

Appendix ad epiſtolas. 502
1186 *CONCILIUM PARISIENSE.* 508
*Obſervatio Pagi.* *ibid.*
*CONCILIUM KARROFENSE.* 509
*— MOSOMIENSE celebratum a Volmaro Archiep. Trevirenſi, & A. S. L.* *ibid.*
Additio. 510
*CONCILIUM apud Engeneſham.* 512
*CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM, & Novella Iſaaci Angeli.* 514
*CONCILIUM HIBERNICUM.* 524
Additio. *ibid.*
1187 VITA ET EPISTOLÆ GREGORII PAPÆ VIII. 528
Appendix. 532
Synodus Colonienſis ſub Philippo Archiep. Colonienſi. 536
*CONCILIUM PARMENSE.* 537
Conventus Moguntinus. 538
Epiſtola Henrici Epiſcopi Albanenſis. 540
1188 VITA ET EPISTOLÆ CLEMENTIS PAPÆ III. 544
Decreta ejuſdem. 550
Alia. 556
Conventus ad Giſortium. 574
— Cenomanenſis. 576
*CONCILIUM ANGLICUM.* 577
*— PARISIENSE.* 588
*— LANCICIENSE.* 581
1189 *— CANTUARIENSE.* 582
— Domini Walteri Rotomagenſis. *ibid.*
Obſervationes. 586
*CONCILIUM PIPEWELLENSE.* 588
*— CRACOVIENSE.* 582
1190 *— SALMATICENSE.* 590
Eccleſiaſticæ libertatis in Normannia Leges. 590
*Concilia Weſtmonaſterienſia duo.* 591
*— Duo Anglicana.* 592
1191 VITA ET EPISTOLÆ CÆLESTINI PAPÆ III. 594
Appendix. 620
Decreta Cæleſtini III. ex ſecunda Collectione Auguſtini. 626
Alia. 630
*CONCILIUM LONDINENSE, &*
*— CANTUARIENSE.* 646
Statuta Odonis Tullenſis. 648
1193 *CONCILIUM CANTUARIENSE* 651
1195 *— EBORACENSE.* 652
Conſtitutiones Lichefeldenſes in Anglia, per Hugonem Vonant. editæ. 658
Francofordienſis Conventus. 666
*Remenſe Conciliabulum.* 667
*CONCILIUM MONSPELIENSE.* 668
*Baluzii Nota.* 671
1196 *CONCILIUM PARISIENSE.* 672
1197 *— LANCICIENSE.* 673
Conventus apud Gerundam. 674
Conſtitutiones Odonis Pariſienſ. 676
Addenda. 689
VITA INNOCENTII PAPÆ III. 688
*CONCILIUM SENONENSE adverſus hæreſim Populicanam.* 689
Innocentii epiſtola ad Michaelem Archie-

ANNO CHRISTI


chiepiſc. Senonenſem. 690
*Nota Coſſartii.* 692
Decretum Joh. Comateri Patriarchæ Conſtantinopolitani. 694
*CONCILIUM WESTMONASTERIENSE.* 697
Conventus Procerum Franciæ & Angliæ. ibid.
Additio. 698
Promiſſiones Philippi Regis Roman. 700
*CONCILIUM in Dalmatia & Dioclia.* 700
*FRITIZLARIENSE CONCILIUM.* 705
Statutum Ricardi Regis Angliæ. 706
*ANTIBARENSE CONCILIUM.* ibid.
*— DIVIONENSE, & VIENNENSE.* 708
Additio. 714
*Adnotatio altera.* ibid.
*CONCILIUM LONDINENSE apud*
1200 *Weſtmonaſterium.* 714
*— NIGELLENSE.* 722
*— Aliud incerti loci.* 724
*— Item aliud.* 732
1201 *CONCILIUM SUESSIONENSE.* 738
*— PARISIENSE.* 740
*— PERTHUSANUM.* ibid.
*Item.* ibid.
Compoſitio inter Epp. S. Andreæ & Galſguenſem, & Conventum de Chelcho. 742
*CONCILIUM in Scotia.* 744
1204 *— MELDENSE.* 746
1205 *— ANTIOCHENUM.* 749
Adnotatio Chronologica. 750
1204 *CONCILIUM LAMBERTHENSE.* 752
1206 *— REDINGENSE.* 753
1207 *— In Provincia Narbonenſi.* 754
*— MONTIS PESSULANI.* 756
1208 *— ARDREATINUM in Sardinia.* ibid.
Synodus apud Perthum in Scotia. 758
*Concilia Londonienſe, & Oxonienſe.* ibid.
*CONCILIUM apud Vallem Guidonis.*
*— Ad S. Severum in Capite Guaſconia.* ibid.
*— GALLONIS S. R. E. C. Conſtitutiones.* 764
*Nota Coſſartii.* 765
Additiones Willelmi Pariſienſis. 766
1209 *CONCILIUM MONTILIENSE.* 768
Additio. 764
*CONCILIUM AVENIONENSE.* 784
*Annotatio critica, & Additio ad Concilia Avenionenſia duo.* 794
Litteræ Magiſtri Milonis. 796
1210 *GNESNÆ CONCILIUM.* 797
Conventus ad Ravenicam. 798
Tabulæ conventionis inter principes Eccleſ. & Imperii Conſtantinopolitani. 800
1209 *CONCILIUM PARISIENSE.* 802
Statuta Theodorici Ep. Ultrajectini. 806
1210 *CONCILIUM AVENIONENSE.* 808
*Nota G. C.* 809
Hæreſes Sacerdotum Pariſ. 810
Decreta Magiſtri de Corbolio. 811
Concilium in villa S. Algidii. 812
Conventus Narbonenſis. 813
*CONCILIUM ROMANUM.* 814
*— ARELATENSE.* 816
1211 *— KELMOBLLOCENSE.* 817
*— NORTHAMPTONENSE.* ibid.
1212 *PARISIENSE.* 818
*Adnotatio.* 844
Conventus Apamienſis. 856
Additio. ibid.
1213 *CONCILIUM VAURENSE.* 864
Additio, & Emendationes. 884
Synodica Concilii ad Pontificem. 886
*CONCILIUM BITURICENSE.* 891
*— ad S. Albanum in Anglia.* 892
*— ad Merellum.* 894
1214 *— DUNSTAPLIENSE.* 896
*— Magiſtri Roberti de Corcon Legati, apud Rotomagum.* 898
Additio. 924
*Conſtitutiones Synodi Dubiſinenſis.* 926
*CONCILIUM BITURICENSE.* 932
*— LONDONIENSE.* 934
Additio. 936
*CONCILIUM MONSPELLIENSE.* 936
Innocentii Pp. III. ep. ad Simonem comitem Montisforti. 937
Additio. 950
1215 *CONCILIUM BITURICENSE.* 593
*— RIGENSE.* ibid.
1215 *CONCILIUM LATERANENSE IV. GENERALE, ſub Innocentio Quarto Summo Pontifice.* 953
*Hiſtoria ejuſdem Concilii.* 954
Epiſtolæ Innocentii Papæ tertii ad hoc Concilium ſpectantes. 956
Sermones ejuſdem Innocentii Papæ III. in Concilio generali Lateran. 968
Decreta Generalis Concil Lateran. quarti ſub Innocentio Papa III. 980
*Monitum G. C. in eadem Decreta Græce, & Latine edita.* 892
Additio G. C. ad Concilium Lateranenſe Quartum. 1080
*Ad Concilium Lateranenſe Quartum OEcumenicum ſub Innocentio Papa III. Diſcuſſio critica.*
1216 *CONCILIUM BRISTOLIENSE in Anglia celebratum.* 1085
*— GENUENSE de mandandis executione decretis Lateranenſibus.* 1086
Synodus Aquilejenſis. ibid.
Conſtitutiones ex Concilio Petri Archiep. Senonenſis. ibid.
*CONCILIUM MELODUNENSE.* 1088
Animadverſiones. 1089
*CONCILIUM HISPANICUM incerti tamen loci.* 1090
*Obſervatio prævia.* ibid.
VITA ET EPISTOLÆ HONORII Pp. III. 1094
Addita alia ad Prælatos Hiberniæ epiſtola. 1098
Conſtitutiones Novævillenſes juxta Athrumiam per Simonem Epiſcop. Midenſem. 1102
*CONCILIUM SALISBURGENSE.* 1104
Animadverſio in Conſtitutiones Ricardi Ep. Sarum. ibid.
Conſtitutiones Ricardi Poore Ep. Sarum. ibid.
Adnotatio G. C. 1134
Altera adnot. collectoris Britannici. ibid.


*CON-*

ANNO CHRISTI

1219 *CONCILIUM SALISBURGENSE*. ibid.
☞ Ejuſdem Concilii geſta. ibid.
1220 ☞ Statuta in Concilio apud Toloſam promulgata. ibid.
☞ *CONCILIUM ROMANUM*. 1137
☞ *GRÆCORUM CONCILIUM incerti loci præſide Manuele Patriarcha*. 1138
1222 ☞ *CONCILIUM AD PERTHUM*. 1147
☞ -- *CANTUARIENSE*. ibid.
Synodus Polonica. ibid.
*CONCILIUM OXONIENSE per Stephanum Cantuarienſem*. ibid.
*Tituli Capitulorum*. ibid.
*Nota Severini Binii ad præcedens Concilium Oxonienſe*. 1167
☞ Emendationes & Additiones. 1168
☞ Statuta legenda in Concilio Oxonienſi. 1174
☞ *Adnotatio*. 1181
☞ *Synodus Colonienſis*. ibid.
☞ *Nicænum*, vel *Conſtantinopolitanum Græcorum Concilium Schiſmaticum in cauſa epiſcoporum Cypri*. ibid.
Epiſtola Germani Patriarchæ. 1184
☞ *ANICIENSE CONCILIUM*. 1193
☞ *CONCILIUM SLEWICENSE*. 1198
☞ -- *ROTOMAGENSE*. ibid.
-- *PARISIENSE*. 1202

ANNO CHRISTI

1223 ☞ *CONCILIUM PARISIENSE adverſus Albigenſes celebratum*. 1201
*Nota G. C.* 1202
☞ Additio ad Concilium Pariſienſe. 1204
Litteræ Theobaldi Archiep. Rotomagenſis. ibid.
☞ *CONCILIUM ERPHORDIENSE*. 1205
1224 -- *PARISIENSE alterum*. 1206
☞ -- *RIGENSE ſub Alberto Livonienſi*.
-- *MONSPELIENSE*. ibid.
*Juramenta comitis Toloſani aliorumque*. 1208
*Litera Amalrici domini Montisfortis*. ibid.
Additio ad Montilienſe Concil. 1210
☞ *CONCILIUM apud Vallem Coloris*. ibid.
Synodus Hildeſeimenſis. 1212
*Concilia tria Pariſienſia*. ibid.
1225 ☞ *Senonenſe Concilium provinciale*. ibid.
1225 *CONCILIUM MELODUNENSE*. 1214
☞ — *BITURICENSE in cauſa Raymundi Toloſani*. ibid.
☞ Additio ad Conc. Bituricenſe. 1218
☞ EPISTOLA HONORII Pp. III. AD EPP. GALLIÆ. ibid.
*LONDINENSE CONCILIUM*. 1220
*CONCILIUM PROVINCIALE SCOTICUM*. 1221
☞ Bulla Honorii de eodem. ibid.

CON-



ANNO CHRISTI 1166.

# CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM,

ANNO CHRISTI 1166.

## In quo Demetrius Lampenus,

## Aliique dignitatibus privati in exilium miſſi ſunt.

Ex Allatio lib 2 de Conſenſu cap 11 n 4.

DEMETRIUS Lampenus, A Joannes Corcyrenſis, Conſtantinus Bulgariæ, & Joannes Irenicus, cum falſo Alemannos, tanquam de natura divina male ſentientes, incuſarent, cauſa per ſex annos protracta, tandem congregata Synodo, ipſo Imperatore Alemannorum cauſam propugnante, dignitatibus privati, in exilium miſſi ſunt. Rem fuſius proſequitur Joannes Cinnamus lib 5. & Choniata. De Irenico refert Balſamon in Can. 46. Apoſtolorum, non tantum a Synodo cum condemnatum fuiſſe, ſed etiam Sacerdotes, qui illius ſcripta ſolum viderant, & non ea publice B propoſuerant condemnanda. Condemnationis Græci in Triodio, Dominica Orthodoxiæ, meminere, quo die his iiſdem anathema dicunt. Synodus & conventu Principium, & Patriarcharum, Metropolitarum, Epiſcoporum, & aliorum Eccleſiaſticorum numero ſpectatiſſima anno 23. Manuelis ab orbe condito 6674. Chriſti nempe 1166. celebrata fuit. Ut reliquos præteream, qui in Synodo quamvis locum occupent, locum tamen & vocem in Synodo non habent; adfuere Lucas Patriarcha Conſtantinopolitanus, Athanaſius Theopolitanus, Nicephorus Hieroſolymitanus, Cæſareæ Cappadociæ Stephanus, Epheſi Nicolaus, Heracleæ Michael, Cizyci Baſilius, Nico- C mediæ Michael, Nicææ Georgius, Amaſeæ Leo, Gangrorum Joannes, Claudiopolis Joannes, Moceſi Lucas, Patrarum Theon, Philippopoleos Epiphanius, Dyrrhachii Michael, Methones Nicolaus, Ani, Joannes, Apameæ Iſaacius, Nazianzi Nicephorus, Abydi Michael, Lacedæmoniæ Nicetas, Mileti Nicetas, Parii Nicolaus, Prœconeſi Iſaacius, Salybriæ Theodulus, Cii Michael, Cypſellorum Joannes, Bryſeos Conſtantinus, Gothiæ Conſtantinus, Chalcedonis Conſtantinus, Melitenes Niceta, Arcadiupoleos Conſtantinus, Maroniæ Nicetas, Melembriæ Theodorus, Methymnes Nicolaus, Corcyræ Conſtantinus, Diſtræ Leo, Serrarum Theodorus, Thebarum Joannes, Amaſtrios Joannes, Euchaitarum Conſtantinus, Novarum Patrarum Euthymius, Mytelenes Pothus, Hierapoleos Georgius, Adrianopoleos Leo, Philipporum Joannes, Rhodi Leo, Lariſſæ Joannes, Trapezuntii Michael, Cretæ Joannes, Athenarum Nicolaus, Corinthi Theodorus, Myrorum Chriſtophorus, Cariæ Leo, Iconii Joannes, Neocæſareæ Baſilius, Derci Joannes, Anchiali Stephanus. Ipſa Synodi Acta ſuperſunt MSS. correctiſſime, & characteribus grandioribus, quibus ſubjiciuntur prædictorum Epiſcoporum ſubſcriptiones majori ex parte authographæ, vario literarum tractu, & implicatis lineolis, ut poſteriori Græciæ in more fuit, exaratæ. Capita ſex in hoc Concilio facta, & publicata, quæ in Triodio citato leguntur, ſunt.

α.

Τοῖς μὴ ὀρθῶς τὰς τῶν ἁγίων Διδασκάλων τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας θείας φωνὰς ἐκλαμβανομένοις, καὶ τὰ σαφῶς καὶ ἀριδήλως ἐν αὐταῖς διὰ

I.

Iis, qui non recte ſanctorum Eccleſiæ Dei miniſtrorum divinas voces accipiunt; & ea, quæ clare & aperte in ipſis dicta ſunt per Spiritus

ſancti gratiam perperam interpretari, & torquere conantur, Anathema.

& ὡς Ἀτὰς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτος εἰρημένα παρερμηνεύειν τε καὶ πιεστρέφειν πειρωμένοις, ἀνάθεμα.

II.

Iis, qui admittunt, illam veri Dei, Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti vocem, *Pater major me eſt*, dici cum reliquis interpretationibus ſanctorum Patrum etiam ſecundum ejus humanitatem, ſecundum quam paſſus eſt; quemadmodum in multis divinitus inſpiratis ſermonibus ſancti Patres luculentiſſime teſtantur. Præterea & iis qui dicunt ipſum Chriſtum in carne ſua paſſum eſſe, Sempiterna memoria.

β.

Τῶν παραδεχομένων τὴν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φωνὴν, τὸ ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστὶ, λέγεσθαι σὺν ταῖς λοιπαῖς ἑρμηνείαις τῶν ἁγίων Πατέρων, καὶ κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ ἀνθρωπότητα, καθ' ἣν καὶ πέπονθε, καθὼς διαρρήδην ἐν πολλοῖς τῶν θεοπνεύστων λόγων αὐτῶν οἱ ἅγιοι Πατέρες ἀνακηρύττουσιν· ἔτι δὲ καὶ λεγόντων τὸν αὐτὸν Χριστὸν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ σάρκα παθεῖν, αἰωνία ἡ μνήμη.

III.

B Iis, qui ſentiunt, & dicunt, deificationem ejus, quod aſſumptum eſt, mutationem humanæ naturæ in divinitatem; & non ſentiunt ex ipſa unione corpus Chriſti divinæ excellentiæ & dignitatis particeps factum eſſe, & adorari una adoratione in ipſo Deo Verbo aſſumente, & eſſe ejuſdem honoris & gloriæ, vivificans, & æqualis majeſtatis cum Deo Patre, & ſancto ſpiritu, æqualiſque dignitatis: neque factum eſſe conſubſtantiale Deo, itaut receſſerit a naturalibus proprietatibus, creati, circumſcripti, & reliquis, quæ in humana Chriſti natura ſpectantur: Mutatum autem eſſe & in ſubſtantiam divinitatis, ut ex hoc deducatur vel apparenter tantum, & non vere ac realiter factam eſſe Chriſti incarnatio- C nem & paſſionem: vel Unigeniti Divinitatem eſſe paſſam, anathema.

γ.

Τοῖς νοοῦσι καὶ φθεγγομένοις, τὴν θέωσιν τοῦ προσλήμματος, μεταμείψαι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εἰς Θεότητα, καὶ μὴ φρονοῦσιν ἐξ αὐτῆς ἑνώσεως θείας μὲν ἀξίας καὶ μεγαλειότητος μετασχεῖν τὸ Σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ προσκυνεῖσθαι μιᾷ προσκυνήσει ἐν τῷ προσλαβομένῳ αὐτὸ Θεῷ Λόγῳ, καὶ εἶναι ὁμότιμον, ὁμόδοξον, ζωοποιὸν, ἰσοκλεὲς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, καὶ ὁμόθρονον, μὴ μέντοιγε δὲ γενέσθαι ὁμοούσιον τῷ Θεῷ, ὡς ἐκστῆναι τῶν φυσικῶν ἰδιοτήτων. τοῦ κτιστοῦ, τοῦ περιγραπτοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐν τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει τοῦ Χριστοῦ θεωρουμένων. μεταμειφθῆναι δὲ καὶ εἰς τὴν τῆς Θεότητος οὐσίαν, ὡς ἐκ τούτου εἰσάγειν, ἢ φαντασίᾳ, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ γεγονέναι τοῦ Κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὰ πάθη, ἢ τὴν τοῦ μονογενοῦς Θεότητα παθεῖν, ἀνάθεμα.

IV.

Iis, qui dicunt, carnem Chriſti ab ipſamet unione ſuperexaltatam, & ſupra omnem honoris gradum conſtitutam; ut ex ſuprema unione ejuſdem divinitatis conſors effecta immutabiliter, ſine ulla varietate, aut confuſione, firmiter, propter hypoſtaticam unionem, & inſeparabilis atque indivulſa manens ab ipſo Deo Verbo illam aſſumente, æquali cum illo gloria honoretur, eademque adoratione adoretur, & in regio divinoque throno collocetur ad dexteram Dei & Patris, tanquam divini- D tatis dotibus locupletata, ſalvis proprietatibus naturarum, ſempiterna memoria.

δ.

Τῶν λεγόντων, ὅτι ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου ἐξ αὐτῆς ἑνώσεως ὑπερυψωθεῖσα, καὶ ἀνωτάτω πάσης τιμῆς ὑπερκειμένη, ὡς ἐξ ἄκρας ἑνώσεως ὁμόθεος γενομένη, ἀμεταβλήτως, ἀναλλοιώτως, ἀσυγχύτως, καὶ ἀτρέπτως, διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, καὶ ἀχωρίστως, καὶ ἀδιασπάστως μένουσα, τῷ προσλαβομένῳ αὐτῆς Θεῷ Λόγῳ, ἰσοκλεῶς αὐτῷ τιμᾶται καὶ προσκυνεῖται μιᾷ προσκυνήσει, καὶ τοῖς βασιλικοῖς καὶ θείοις ἐγκαθίδρυται θρόνοις ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς τὰ τῆς Θεότητος ἀξιώματα καταπλουτήσασα, σωζομένων τῶν ἰδιοτήτων τῶν φύσεων, Αἰωνία ἡ μνήμη

V.

Iis, qui reſpuunt Sanctorum Patrum voces, quas in probatione rectorum Dogmatum Eccleſiæ Dei protulerunt; videlicet Athanaſii, Cyrilli, Ambroſii, Amphilochii theologi, Leonis ſanctiſſimi archiepiſcopi veteris Romæ, & reliquorum. Præterea & iis, qui actiones univerſalium ſynodorum, videlicet quartæ & ſextæ non amplectuntur, anathema.

ε.

Τοῖς ἀποβαλλομένοις τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων φωνὰς, τὰς ἐπὶ συστάσει τῶν ὀρθῶν δογμάτων τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐκφωνηθείσας, Ἀθανασίου, Κυρίλλου, Ἀμβροσίου, Ἀμφιλοχίου τοῦ θεηγόρου, Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τῶν λοιπῶν· ἔτι δὲ καὶ τὰ τῶν Οἰκουμενικῶν Συνόδων πρακτικὰ, τῆς τετάρτης τέ φημι, καὶ τῆς ἕκτης, μὴ κατασπαζομένοις. ἀνάθεμα.

VI.

F Iis, qui non recipiunt illam Dei veri, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti vocem, nempe *Pater major me eſt*, quemadmodum eam variis modis ſancti expoſuerunt; Alii quidem dicentes id dictum eſſe ſecundum ejus divinitatem, ex eo quod a Patre ipſe ſit genitus: Alii autem ſecundum naturales proprietates carnis aſſumptæ, & hypoſtatice unitæ ejus divinitati, ſcilicet quod creata ſit, circumſcripta, mortalis, & propter reliquas naturales, & irreprehenſibiles paſſiones, propter quas Patrem majorem ſeipſo Dominus teſtatus eſt: ſed in eo ſenſu dicunt hanc vocem intelligi, cum

ϛ.

Τοῖς μὴ δεχομένοις τὴν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φωνὴν, τὴν ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστὶ, καθὼς κατὰ διαφόρους τρόπους οἱ Ἅγιοι ταύτην ἐξηγήσαντο. οἱ μὲν κατὰ τὴν αὐτοῦ Θεότητα λέγοντες ῥηθῆναι, διὰ τὸ αἴτιον τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς ταύτης γεννήσεως· οἱ δὲ κατὰ τὰς φυσικὰς ἰδιότητας τῆς προσληφθείσης παρ' αὐτοῦ σαρκὸς, καὶ ἐνυποστάσης τῇ αὐτοῦ Θεότητι, ἤγουν τὸ κτιστὸν, καὶ τὸ περίγραπτον, τὸ θνητὸν, καὶ τὰ λοιπὰ φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη, δι' ἅπερ ἑαυτοῦ μείζονα τὸν Πατέρα ὁ Κύριος εἴρηκεν, ἀλλὰ τούτων λέγουσι

τὴν

ANNO CHRISTI 1166.

τὴν τοιαύτην νοεῖσθαι φωνὴν, ὅτι κατὰ ψιλὴν ἐπίνοιαν νοεῖται ἡ σάρξ, κεχωρισμένης τῆς Θεότητος, ὥσπερ εἰ μηδὲ ἡνώθη· καὶ μὴ ἐκλαμβανομένοις τὴν τοιαύτην ῥῆσιν, τῆς κατὰ ψιλὴν ἐπίνοιαν διαιρέσεως, καθὼς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐῤῥέθη τότε, ὁπηνίκα ἡ δουλεία καὶ ἡ ἄγνοια λέγεται, ὡς μὴ ἀνεχομένων τὴν ὁμόθεον καὶ ὁμότιμον τοῦ Χριστοῦ σάρκα διὰ τῶν τοιούτων φωνῶν καθυβρίζεσθαι, λέγουσι δὲ κατὰ ψιλὴν ἐπίνοιαν παραλαμβάνεσθαι, καὶ τὰς φυσικὰς ἰδιότητας, τὰς ὡς ἀληθῶς οὔσας τῆς τοῦ Κυρίου σαρκὸς τῆς ἐνυποστάσης τῇ αὐτοῦ Θεότητι, καὶ ἀδιακρίτου μενούσης, καὶ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν ἀνυποστάτων καὶ ψευδῶν, ἅπερ καὶ περὶ τῶν ἐνυποστάτων καὶ ἀληθῶν δογματίζουσιν, ἀνάθεμα.

A ſecundum ſimplicem mentalem conceptum accipitur caro, ſejuncta divinitate; perinde ac ſi unita non eſſet. Et iis qui non intelligunt hanc vocem diviſionis per ſimplicem mentalem præciſionem, quemadmodum a Sanctis Patribus uſurpata eſt, quando legitur ſervitus, vel ignorantia, utpote qui non ferant Chriſti carnem, divinæ naturæ & honoris conſortem factam, talibus vocibus dehoneſtari: dicunt autem ſecundum ſimplicem mentalem præciſionem accipi etiam naturales proprietates quæ vere ſunt carnis Chriſti, quæ hypoſtatice unita eſt ejus divinitati, & indiviſa manet: eademque de confictis & falſis quam de ſubſiſtentibus & veris docent, anathema.

ANNO CHRISTI 1167

# CONVENTUS APUD CHINONEM

In Gallia, epiſcoporum & procerum Anglicanæ ditionis ipſo præſente Angl. rege Henrico II. anno Domini [a] MCLXVII.

THOMAS *Cantuarienſis archiepiſcopus, poſt diuturnas cum Anglorum rege de eccleſiaſticis juribus diſcordias, legationis apoſtolicæ munere ſibi commiſſo fungens, aliquot e regiis adminiſtris, Anglia licet profugus, excommunicavit, eandemque Reginam, datis ad ipſum ejuſque matrem Mathildem imperatricem litteris, comminatus eſt. Hoc metuens Henricus, cum ſuis undique accitis Chinone conſilium iniit, ut refert Joannes Saresberienſis epiſtola* CXXXIX. ad *Exonienſem epiſcopum, cujus hæc verba:* Studioſius inquiſivit cum præmiſſis minis & obteſtatione quamplurima, quonam conſilio ſibi utendum eſſet adverſus eccleſiam, de Cantuarienſi archiepiſcopo graviſſime conquerens, non ſine gemitibus & ſuſpiriis multis: &, ut tunc præſentes poſtea retulerunt, lacrymatus eſt, dicens quod idem Cantuarienſis ei corpus & animam pariter auferret. Tandem dixit, quod omnes proditores erant, qui eum adhibita opera & diligentia ab unius hominis infeſtatione nolebant expedire. Ad hæc dominus Rotomagenſis aliquantulum excanduit adverſus hæc, corripiens eum: mitius tamen more ſuo, in ſpiritu lenitatis: cum cauſa Dei magis exigeret, ſeveritatem & authoritatem pontificis morbo langueſcentis orationis & fidei fuiſſe adhibitam. Erat autem dolor acerbior urgente metu, quem conceperat ex litteris, quas dictus Cantuarienſis illi & matri B ſuæ tranſmiſerat. Timebat quidem & merito, ne in terram ejus interdicti, & in perſonam ejus, anathematis ſententia citiſſime ferretur.

Cum igitur his anguſtiis premeretur, Lexovienſis epiſcopus unum dixit eſſe remedium, imminentem ſententiam appellationis obſtaculo præpedire. Et ita neſcio quo pacto (niſi quia veritas ventilata plus pollet, & juſtitia quo magis concutitur, eo amplius convaleſcit) dum Rex per avitas conſuetudines, appellationum jus evacuare conatur, magis confirmat: dum ipſemet pro capite ſuo ad appellandi refugium cogitur evolare.

Ab illo ergo conſilio egreſſi ſunt a facie Dei, & regis ſui, Lexovienſis & Sagienſis epiſcopi, C ut appellatione interpoſita uſque ad octavas Paſchæ ſuſpenderent ſententiam ejus. Rotomagenſis quoque cum eis profectus eſt, non quidem appellaturus, ut ait; ſed de pace, quam deſiderabat, tractaturus. Archiepiſcopus vero noſter in procinctu ferendæ ſententiæ conſtitutus, iter arripuit ad urbem Sueſſionum orationis cauſa. *Et poſt pauca.* Sic ergo Domino faciente eluſa eſt ſolicitudo regalium epiſcoporum; quia cum veniſſent Pontiniacum, archiepiſcopum, quem appellarent, non invenerunt. Sed fruſtrati a propoſito ſuo reverſi ſunt, queruli quod ſua conſumpſerant, laborarant, & non profecerant.

ANNO CHRISTI 1165

# ☞ AD CONCILIUM APUD CHINUM,

*In quo appellatio ad pontificem in archiepiſcopum Cantuarienſem decreta, anno* 1165. *habitum*

## ADDITIO.

*Acta concilii apud Chinum, in quo recitantur verba Thomæ Becket, Cantuarienſis archiepiſcopi, ad Henricum regem Angliæ, in concilio illo.*

Ex Rog. Hoved. in ann. 1165.

Ex Manſi ſuppl. To II. pag. 558

DEſiderio deſideravi videre faciem veſtram, & loqui vobiſcum; multum quidem propter me, ſed maxime propter vos. Propter me, ut viſa facie veſtra, reduceretis ad memoriam ſervitia, quæ, dum eſſem in obſequio veſtro, D exhibui vobis devote, juxta animi mei conſcientiam; ſic me adjuvet Deus in ultimo examine, quando omnes adſtabunt ante tribunal ipſius, recepturi, prout geſſerunt in corpore ſuo, ſive bonum ſive malum. Et ut commoverem vos in pieta-

[a] Anno 1165. ut docet Pagius ſupra allatus ad Conciliabulum Herbipolenſe.

ANNO CHRISTI 1166.

pietate ſuper me, quem oportet mendicando vivere A inter alienos, licet tamen gratia Dei cum abundantia victualia ad ſufficientiam habeamus. Eſtque nobis conſolatio quam multa, quod dicit apoſtolus: *Omnes, qui pie volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patientur*. Et Propheta: *Non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem*. Propter vos, tribus ex cauſis; tum quia dominus meus eſtis; tum quia rex; tum quia filius meus ſpiritualis. Eo quod dominus, debeo & offero vobis conſilium meum, quodcunque debet epiſcopus ſecundum honorem Dei, & ſanctæ eccleſiæ domino; eo quod rex, teneor vobis ad reverentiam & communionem; eo quod filius, officii ratione ad caſtigationem & coercionem. Corripit enim pater filium, nunc blandis, nunc B aſperis, ut ſic, vel ſic revocet eum ad benefaciendum. Noſſe debetis, vos, Dei gratia, regem eſſe primo, quia vos ipſum regere debetis, vitamque veſtram optimis informare moribus, ut veſtri exemplo cæteri provocentur ad melius, juxta illud ſapientis. *Componitur orbis Regis ad exemplum*. Secundario, alios demulcendo, alios puniendo, poteſtatis auctoritate quam accepiſtis ab eccleſia cum ſacramento unctionis, tum gladii officio, quem geſtatis ad malefactores eccleſiæ conterendos. Inunguntur enim reges in tribus locis; in capite, in pectore, & brachiis, quod ſignificat gloriam, ſcientiam, & fortitudinem. Qui antiquis temporibus, juſtificationes Dei non obſervabant, ſed prævaricati ſunt mandata C ejus, his ſublata eſt gloria, ſcientia, & fortitudo, & eorum generationi; exempla probationis, Saul, Nabuchodonoſor, & Salomon, & alii quamplures. Qui autem poſt delictum ſuum, cordis contritione, humiliaverunt ſe Domino; his gratia Dei acceſſit cum omnibus ſupradictis abundantius & effectius, ſicut David, Ezechiæ, & aliis quampluribus. Chriſtus fundavit eccleſiam, eique comparavit libertatem ſanguine proprio, ſuſtinendo flagella, ſputa, clavos, mortis anguſtias; nobis relinquens exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus, unde apoſtolus: *Si compatimur, & conregnabimus ſi commorimur, & conreſurgemus*. Eccleſia Dei in duobus conſtat ordinibus: in clero & populo. In clero ſunt apoſtoli, D & apoſtolici viri, epiſcopi, & cæteri rectores eccleſiæ, quibus commiſſa eſt cura & regimen ipſius eccleſiæ, qui tractare habent negotia eccleſiaſtica, ut totum reducant ad ſalutem animarum. Unde dictum eſt Petro, & in Petro aliis rectoribus eccleſiæ. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam; & portæ inferni non prævalebunt adverſus eam*. In populo ſunt reges, duces, & comites, & aliæ poteſtates, quæ ſæcularia habent tractare negotia, ut totum reducant ad pacem & unitatem eccleſiæ. Et quia certum eſt, reges poteſtatem ſuam ab eccleſia accipere, & non ipſam ab illis, ſed a Chriſto; (ſalva pace veſtra loquor) non haberetis epiſcopis præcipere, abſolvere aliquem, vel excommunicare, trahere clericos ad ſæcularia examina, judicare de decimis, de eccleſiis, interdicere epiſcopis, ne tractent de tranſgreſſione fidei vel juramenti, & multa alia, quæ in hunc modum ſcripta ſunt inter conſuetudines veſtras, quas dicitis avitas. Dominus enim dicit: *Leges meas cuſtodite*. Et iterum per prophetam: *Væ, qui condunt leges iniquas, & ſcribentes ſcribunt injuſtitias; opprimunt pauperes in judicio, & vim faciunt cauſæ humilium populi Dei*. Audiat itaque dominus meus, ſi placet, conſilium fidelis ſui, commonitionem epiſcopi ſui, caſtigationem patris ſui. Neque cum ſchiſmaticis aliquam de cætero habeat familiaritatem vel communionem. Notum enim eſt fere toti mundo, quam devote, quam honorifice dominum Papam recepiſtis; quantum Romanam eccleſiam foveritis & honoraveritis, quantum dominus Papa, & eccleſia Romana perſonam veſtram dilexerint, honoraverint, & in quibuſcunque ſecundum Deum potuerint, vos exaudierint. Nolite, domine mi, ergo, ſi ſalutem animæ veſtræ deſideratis, eidem eccleſiæ quod ſuum eſt aliqua ratione ſubtrahere, ſeu in aliquo ei citra juſtitiam contraire; immo eandem ei in regno veſtro permittatis habere libertatem, quam in aliis habere dignoſcitur. Memores quoque ſitis profeſſionis, quam feciſtis & poſuiſtis ſcriptam ſuper altare apud Weſtmunſters, de ſervanda eccleſiæ Dei libertate ſua, quando conſecrati fuiſtis & uncti in regem a prædeceſſore noſtro. Eccleſiam etiam Cantuariæ, in qua promotionem & conſecrationem recepiſtis, in eum ſtatum & dignitatem reſtituatis, in quibus fuit temporibus prædeceſſorum veſtrorum, & noſtrorum. Poſſeſſiones autem ad ipſam eccleſiam pertinentes, villas, caſtella, prædia, quæ pro voluntate veſtra diſtribuiſtis; res etiam omnes ablatas, tam noſtras quam clericorum noſtrorum, & laicorum, in integrum nobis reſtituatis; permittatis etiam nos libere & in pace redire in ſedem noſtram; & nos vobis, tanquam chariſſimo domino & regi, fideliter & devote ſervire parati ſumus, in quibuſcunque poterimus, ſalvo honore Dei, & eccleſiæ Romanæ, & ordine noſtro; alioquin pro certo ſciatis, quod divinam ſeveritatem & ultionem ſentietis.

# RADULFI EPISCOPI LEODIENSIS DECRETA

*Adverſus incendiarios, & rerum eccleſiaſticarum deprædatores.*

Ex Martene Anecdot. T. I. p. 492.

RAdulfus Dei gratia Leodienſis epiſcopus, E omnibus prælatis & ſubditis in Leodienſi epiſcopatu conſtitutis, ſalutem & paternam dilectionem in Domino.

Cum mundus ipſe in maligno ſit poſitus, & ubique terrarum ſufficiat diei malitia ſua; nos tamen, in quos fines marchiæ imperialis devenerunt, præ cæteris ampliora & graviora ſuſtinemus. Confluentibus præteritorum & præſentium ex impunitate, ſicut nobis videtur, cauſis, nulli ordini, nulli religioni, nulli honeſtati, nulli inopiæ, nulli ætati in aliquo defertur; bona eccleſiarum in præda omnibus ſunt, eo majori audacia, quo majori licentia. Villas & ſepta earum violenti irrumpunt, & his præda, vel incendio conſumtis, ad atrium migrant, & timore Dei, & reverentia legum longe a ſe poſita, munitates atrii frangunt, & inſuper domiciliis ob refugium in atrio conſtitutis, igne injecto, quem ſciunt de proximis ad ſacras ædes migraturum, quando vident flammas ignis parietes eccleſiarum lambere, in fraudem juris tunc demum incipiunt con-

ANNO CHRISTI 1166.

conclamare Succurrite, ſuccurrite; quaſi nolint A
eccleſias Dei ob ſacras munitates ardere: qua-
rum ipſi vicinis domibus flammas de facili ad
proxima quæque volatiles libenter injecere. Et
quod deterius eſt: quando de his omnibus enor-
mitatibus, ternis vel quaternis citationibus, ad
ſatisfactionem vocantur, diductis attinentiis fati-
gationis, & expenſis quæ publicæ cognitioni ſub-
jacent, ipſi impudenter negant; & quod impie
geſſerunt, perjurio expiare contendunt: aut ſi de
facto fatentur, aliqua honeſtatis ſpecie redditio-
nem ablatorum, precibus vel interventu amico-
rum ſuorum, vel nobilium civitatis ſuæ, pro-
miſſa remiſſione conantur ſubripere. Horum o-
mnium intuitu, conſtituimus ut de omnibus quo-
cunque modo violenter ablatis, de C. ſolidis B
non pluſquam 11. remitti poſſint, quod tamen
non niſi bonæ diſpenſationis providentia eſt fien-
dum; ablata enim reſtituenda ſunt in quadru-
plum.

I. Qui prædam, vel incendium fecerit, ille
principalis auctor, ſecundum decretum a Papa
Eugenio de incendiis promulgatum, ipſo ſuo
facto cum tota terra ſua ſtatim interdicto ſub-
jacebit.

II. Si eccleſiam in fundo, vel de feodo ſuo
habuerit, in ea miſſas celebraro nulli licebit.
Omne ſolatium chriſtiani cultus in ea ceſſabit,
abſque baptiſmate parvulorum & viſitatione in-
firmorum, ſi tamen rei objecti criminis non
fuerint.

III. Omnes enim qui in perpetratione incen-
dii, vel prædæ, auxilium ei præſtiterint, vel in
comitatu ejus vexillum vel ducatum ſcienter ſe-
cuti fuerint, niſi infra legitimas citationes ſatis-
fecerint, rei erunt de quorumcunque crimine ac-
cuſati fuerint. Et ſi lectum ægritudinis decuba-
verint, viatico carebunt, niſi vere pœnituerint,
& ablata pro portione ſua reddiderint, & de ce-
tero nullatenus ſe venturos in damnum eccleſiæ
jurejurando firmaverint, & de bannis epiſcopo
vel archidiacono ſatisfecerint.

IV. Qui autem aliqua circumventione igno-
rantiæ ſeducti fuerint, poſt primam cognitionem
rei gerendæ, ſi in conſilio impiorum non abie-
rint, & in via peccatorum non ſteterint; ſed ſe
ſtatim a deteſtatione ſacrilegii averterint, & ſe-
cum, quos poſſunt, a via iniquitatis converte-
rint, & hoc ſeptima manu bonorum virorum
qui cum iniquis illis conquinati non ſunt, juris-
jurandi religione probaverint; illi proculdubio,
ſicut nec culpa tenentur, ita pœna incendiariis
debita non involventur.

V. Si autem aliqua manus violenta, vel te-
meraria irruptio atrio excommunicatum aliquem
ſepelierit, uſque ad ejectionem cadaveris eruti
eccleſia illius atrii ſilebit.

VI. Si autem aliquis laicus aliquem abſque ſa-
cerdote in atrio ſepelierit, ipſe ſtatim ex præ-
ſumptione ſacerdotalis officii ſub interdicto erit.
Abundantiori autem pœna ejus arbitrio epiſcopi
ſubjacebit; niſi enim in ea præſumtione gravior
A lapſus eſſet, horrendo hiatu præſumtores hujuſ-
modi terra non abſorbuiſſet.

VII. Præda vero cujuſcunque prædonis, ad
quamcumque villam, vel oppidum, vel civita-
tem minata fuerit, niſi diſtrictus villæ, poſt au-
ditum clamorem, banno ſuo uſque ad juris di-
ctionem eam tenuerit, ipſa villa, vel oppidum,
vel civitas ſub interdicto uſque ad dignam ſatis-
factionem jacebit; emtor vero vel venditor, uſ-
que ad redditionem ablatorum, maledictionis
banno ſubjacebit.

VIII. Incendiarii autem, quamvis interdicto
ſubjiciendi ſint, non tamen ſtatim anathemate
feriendi, ſed tribus citationibus juxta morem,
ad ſatisfactionem vocandi. Si ergo venerint, &
B damnum illatum bona fide reſtituerint, reconci-
liari eccleſiæ merebuntur. Quod ſi ad excuſan-
das excuſationes in peccatis, quod in manifeſto
eſt negare tentaverint, in hoc caſu neganti fa-
ctum probatio incumbere debebit.

IX. Sub interdicti autem, vel anathematis ſen-
tentia jacentes, principaliter auctores incendii,
vel prædæ, quandiu ſatisfacere contemnunt, ad
quemcunque locum venerint, nullius chriſmatis
ſolatio participabunt; nec receptione, nec foro
digni erunt: ipſiſque in villa, vel in oppido,
vel in civitate exiſtentibus, nulli miſſas celebra-
re licebit. Solemnitas divini cultus clauſis eccle-
ſiis omnino ceſſabit. Pulſabulum quoque campa-
narum intermittendum erit; ut ſaltem hoc ſe-
C queſtrationis rubore corrigantur, aut a bonis
Chriſtianis, quorum damno intraverunt, exire
compellantur.

X. Hoc quoque addendum exiſtimavimus, ut
de bonis eccleſiaſticis nullus eis ſalvamentum da-
re præſumat: tolerabilius judicantes nos damna
ſine lucro eorum ſuſcipere, quam illos detrimen-
tis noſtris incrementum quæſtus accipere.

XI. Igitur ab omni clero ſeveriſſime tenendæ
ſunt interdictionis & excommunicationis ſenten-
tiæ.

XII. Quod ſi aliquis meticuloſus, vel prece,
vel favore aliquo inclinatus ſolverit: convictus de
illicito pravorum conſenſu, ſive plebanus, ſive
D decanus, ab omni clero & beneficio eccleſiæ
tamquam purgamentum projiciendus erit: ſi ve-
ro ob firmam cuſtodiam mandatorum de bonis
ſuis ejectus fuerit; huic eccleſia, pro qua perſe-
cutionem patitur, neceſſaria providebit: ſi vero
propter juſtitiam, quæ facta eſt, alicui pauperum
periculum incurrerit; huic epiſcopus ſolatium re-
futationis debebit.

XIII. Si autem aliquis pſeudoſacerdos in lo-
cum vi ejectorum ſubintraverit, is publice ex-
communicandus erit, & tamquam contagium ab
omnibus vitandus, & a toto epiſcopatu, abſque
E ſpe reconciliationis, projiciendus.

XIV. Et quamvis ſacrilegos malefactores eccle-
ſiaſtica cenſura feriendos denuntiemus; omni ta-
men poteſtate a Deo nobis conceſſa, & credita
nobis ſollicitudine, ſuo loco & tempoie utendum
eſſe cognoſcimus.

ANNO CHRISTI 1166.

# CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

*Sub Luca Chryſoberge Patriarcha anno 1166. habitum.*

Extat in Jure Græc. Rom. Leunclav. l. 3. p. 217. 222. 2223

SUbnotatio ſynodalis ſub imperio domini Ma- A nuelis Conneni, Luca patriarchatum obtinente; Ne fiant nuptiæ ſeptimi gradus cognationis.

Menſe * Aprili 11. indictione 14. præſidente Luca ſanctiſſimo & Œcumenico patriarcha in dextris Alexiacis catechumeniis, aſſidentibus magnæ ipſius ſanctitati ſacratiſſimis antiſtitibus, Cæſarienſi, Heraclienſi, Cyziceno, Nicomedienſi, Nicæno, Melitenico, Gangrenſi, Myrenſi, Carienſi, Iconienſi, Corinthio, Athenienſi, Mociſio, Cretenſi, Lariſſeno, Mitylenæo, Smyrnæo, Neopatrenſi, Amaſtridis, Driſtræ, Corcyrenſi, Paronaxio, Mileſio, Archadiapolitano, Parienſi, Selybrienſi, Prœconeſio, Bryſenſi, Nicenſi, Anchialino: adſtantibus & do- B minicis magiſtratibus. Eleganter ſapientiſſimus Salomon in Proverbiis dixit, Sapientiam in lingua ferre legem & miſericordiam. Benigna enim ejus lex, & miſericordiæ commiſta eſt, ſuggerens quicquid conducturum eſt, & hominum ſalutis curam habens, * ſecernenſque procul ea, quæ officiunt, & iniquitatem prohibens, ſceluſque coercens, & congregans omnes ad Deum, ac ut æqui & boni ſubjiciantur inſtitutis, præcipiens. Sapientia igitur divina etiam hodie benigne agens circa eos, qui divina non tranſgrediuntur inſtituta, & in eos ſuam effundens miſericordiam; legi autem divinæ ſubjiciens inique agentes: cum Davide per nos C ſynodice canit carmen, * Dixi inique agentibus. Ne inique agatis: & peccatoribus, Ne erigatis cornu: * adverſus divinam legem præſcriptione utentes. Ut autem orationis propoſitionem perſpicuam exhibeamus, age, eam elucidemus. Sacratiſſimus metropolitanus Athenarum Nicolaus Hagiotheodoritus, ſui gregis curam habens, & ſollicite cogitabundeque ſe gerens, non ſolum ut ſuperſtites adhuc in felici Attica regione, & Athenis * educatos, mundos ſiſtat Deo, ſed & * ut poſteri per generationem eſſe incipiant, legitimas habeant generationis primitias, & juſtas primas nuptiarum conventiones; ut non ſolum in vitæ com- D mercio, prout per humanam fragilitatem licet, inculpati ſint, ſed & in nuptialibus contractibus id conſequantur, ne divinam legem & Deum offendant, requirens prohiberi nuptias ſeptimi gradus cognationis illegitime contractas: ſynodaliter retulit noſtræ modeſtiæ, quoſdam ea, quæ a beatæ memoriæ ſanctiſſimo Patriarcha illo domino Alexio ſynodice conſtituta ſunt de contrahentibus matrimonium in ſeptimo cognationis gradu, data opera depravare, dum non ad eorum ſententiam reſpiciunt, ſed verbis oſcitanter inhærent. Nam illo quidem ſynodice nuptias ſeptimi gradus pro- E hibente, ſi earum petita fuerit venia: ſin minus, eas indivulſas manere permittente, ſed eos, qui contraxerunt, pœnis ſubjiciente, idque omnino ſic fieri definiente, * etſi qui coeunt, ignorantes quoto gradu a ſe invicem diſtent, tales nuptias contraxerint, (quonam enim modo ſi non ita hoc illi ſanctiſſimo Pa-

* Menſis Apr die XI. feria ſecunda. Leunclav.
* removens
* Dicite
* legem divinam circumſcribentes
* verſantes
* ſed etiam ut per ortum in rerum naturam producendi.
* ſi quidem ii qui coeunt

ΜΗνὶ Ἀπριλλίῳ * ια, ἐπινεμήσεως ιδ, προκαθημένου Λουκᾶ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου ἐν τοῖς δεξιοῖς Ἀλεξιακοῖς * κατηχουμένοις· συνεδριαζόντων τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ ἱερωτάτων ἀρχιερέων, τοῦ Καισαρείας, τοῦ Ἡρακλείας, τοῦ Κυζίκου, τοῦ Νικομηδείας, τοῦ Νικαίας, τοῦ Μελιτηνῆς, τοῦ Γαγγρῶν, τοῦ Μύρων, τοῦ Καρίας, τοῦ Ἰκονίου, τοῦ Κορίνθου, τοῦ Ἀθηνῶν, τοῦ Μωκισοῦ, τοῦ Κρήτης, τοῦ Λαρίσσης, τοῦ Μιτυλήνης, τοῦ Σμύρνης, τοῦ Νέων πατρῶν, τοῦ Ἀμάστριδος, τοῦ Δρίστρας, τοῦ Κερκύρων, τοῦ Παροναξίας, τοῦ Μιλήτου, τοῦ Ἀρκαδιουπόλεως, τοῦ Παρίου, τοῦ Σηλυβρίας, τοῦ Προικοννήσου, τοῦ Βρύσεως, B τοῦ Νίκης, τοῦ Ἀγχιάλου, παρισταμένων καὶ δεσποτικῶν ἀρχόντων. Εὐστόχως ὁ σοφώτατος Σολομῶν νόμον καὶ ἔλεον ἐπὶ γλώττης φορεῖν τὴν σοφίαν ἐν παροιμίαις ἐφθέγξατο, φιλάνθρωπος γὰρ αὐτῆς ὁ νόμος, καὶ τῷ ἐλέῳ συγκέκραται, πᾶν συνοῖσον ὑποτιθέμενος, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας κηδόμενος, καὶ τὰ βλάπτοντα πόρρω * ἀποκρινόμενος· καὶ παρανομίαν ἀπείργων, καὶ ἀνομίαν ἀναστέλλων, καὶ συνάγων πάντας πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ δικαίου διαταγμοῖς ὑποκεῖσθαι ... θεσμοῖς ὑποκεῖσθαι προστάττουσα. Ἡ σοφία τοίνυν καὶ σήμερον χρηστευομένη μὲν περὶ τοὺς μὴ τοὺς θείους θεσμοὺς παραβαίνοντας, C καὶ ἐπ' αὐτοὺς τὸν ἑαυτῆς ἐκχέουσα ἔλεον, τῷ νόμῳ δὲ τῷ θείῳ τοὺς παρανομοῦντας ὑπάγουσα, μετὰ τοῦ Δαβὶδ ψαλμῳδεῖ συνοδικῶς δι' ἡμῶν, * Εἶπα τοῖς παρανομοῦσι, μὴ παρανομεῖτε· καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, μὴ ὑψοῦτε κέρας, τὸν θεῖον νόμον * παραγραφόμενοι. Ἵνα δὲ τὴν τοῦ λόγου πρόθεσιν σαφῆ * παραστήσωμεν, φέρε τὸν λόγον διαλευκάνωμεν. Ὁ ἱερώτατος μητροπολίτης Ἀθηνῶν Νικόλαος ὁ ἁγιοθεοδωρίτης, τοῦ ὑπ' αὐτὸν ποιμνίου κηδόμενος, καὶ φροντιστικῶς ἔχων καὶ ἐμμερίμνως, μὴ μόνον τοὺς ἔτι περιόντας τῇ πανευδαίμονι χώρᾳ τῆς Ἀττικῆς καὶ * τρεφομένους Ἀθήναζε, ἁγνοὺς παραστῆσαι Θεῷ, D ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας εἰς τὸ εἶναι διὰ γεννήσεως ἔρχεσθαι, ἐννόμους ἔχειν τὰς ἀπαρχὰς τῆς γεννήσεως, καὶ ἐνθέσμους τὰς πρώτας πρὸς γάμον * συναγωγὰς, ὡς μὴ μόνον ἐν ταῖς βιωτικαῖς συναλλαγαῖς ἔχειν, ὡς ἐξὸν ἀνθρώποις, τὸ ἀμεμπτον, ἀλλὰ κἀν τοῖς γαμικοῖς συναλλάγμασι κεκτῆσθαι πρός τε τὸν θεῖον νόμον καὶ πρὸς Θεὸν τὸ ἀπρόσκοπον· τὸν * ἐκ τοῦ ἑβδόμου ἐξ αἵματος βαθμοῦ συνιστάμενον γάμον ἀθέσμως, ζητῶν κωλυθῆναι συνοδικῶς, τῇ ἡμῶν ἀνήνεγκε μετριότητι, ὡς τινες τὰ παρὰ τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει ἁγιωτάτου πατριάρχου ἐκείνου κυροῦ Ἀλεξίου συνοδικῶς οἰκονομηθέντα ἐπὶ τοῖς ἐξ αἵματος ἑβδόμου βαθμοῦ γα- E μικὸν συνάλλαγμα παραχαράττουσιν ἔχουσι, μὴ πρὸς τὸν ἐγκείμενον τύποις νοῦν ἀποβλέποντες, ταῖς δὲ λέξεσι κακοσχόλως ἐναπομένοντες. Ἐκείνου γὰρ συνοδικῶς τὸν ἐξ ἑβδόμου γάμον βαθμοῦ εἰ μὲν ἐρωτηθείη, κωλύοντος γίνεσθαι· εἰ δὲ πρὸ ἐρωτήσεως

* ια, ἡμέρα β, ἐπινεμήσεως ιδ
* κατηχουμενίοις
* ἀποπέμπων
* εἴπατε
* περιγραφόμενοι
* παραθησώμεθα
* ὁ μὲν
* τρεφομένους
* συναλλαγάς
* τοῦ τῆς ἑβδόμου βαθμοῦ ἐξ αἵματος

ANNO CHRISTI 1166.

σεως γίνηται, μένειν μὲν ἀδιάσπαστον ἐπιξέπονται, A
ἐπιτιμίοις δὲ τοὺς συναλλάξαντας ὑποβάλλοντας,
καὶ τοῦτο πάντως οὕτω διοριζομένου γίνεσθαι, * εἴπερ
οἱ συναπτόμενοι, ἀγνοοῦντες ὁποίου πρὸς ἀλλήλους
εἶεν βαθμοῦ, τὸν τοιοῦτον γάμον * συστήσονται.
πῶς γὰρ ἄν, εἰ μὴ οὕτω τοῦτο ἐκείνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ
πατριάρχῃ * νενόηται, περὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πράγ-
ματος οἷον ὑπεναντία τινὰ κεκανόνισο; πῶς δὲ τὸ
ἐπιβούλως κρύφα πραττόμενοι, μένειν ἀδιάσπαστον
διετάξατο, ὁ μηδὲ γίνεσθαι συγχωρῶν τοῦτο πιστὸν
ὑπ' ἐρώτησιν;) τοῦτο γοῦν τινες εἰδότες, ὡς ἀνή-
νεκται τῇ ἡμῶν μετριότητι, καὶ ὡς ἑβδόμου βαθμοῦ
τυγχάνουσιν ἐπιστάμενοι, καὶ ὡς εἰ πέσῃ τὸ τοιοῦτον
συνάλλαγμα ὑπ' ἐρώτησιν, πάντως οὐδ' ὅλως προ- B
βῆναι συγχωρηθήσεται· κακουργοῦσιν ἐπίτηδες,
φόβου θείου καὶ κανονικῆς ἐπίπροσθεν διατάξεως τὴν
τῶν οἰκείων ἐκπλήρωσιν θελημάτων τιθέμενοι, ὡς,
ἢ τοῦ ἀμαράντου κάλλους ἡττώμενοι, ἢ πλούτῳ τῷ
ῥέοντι ὑπαγόμενοι, ἢ καὶ γένους ὑπεροχῇ ὑφελκόμενοι.
Ἡ τοίνυν μετριότης ἡμῶν, τοῦτο μὲν, τοῦ θείου νό-
μου ὑπερμαχοῦσα, τοῦτο δὲ, καὶ τῶν * οὕτω τοῦτο κα-
τατολμώντων πατρικῶς κηδομένη, (ἐπέρχεται γὰρ ἐπ'
* αὐτοὺς, ὡς υἱοὺς ἀπειθείας θεόθεν ὀργὴ ἀνυ-
πόστατος, ὡς πρὸ ὥρας ἐστὶν ἢ καὶ ἄμφω τούτους δεδρα-
κότας τοιαῦτα τῷ τοῦ θανάτου ξίφει ἐκτέμνεσθαι,
ἢ πάντως θάτερον τοῦ ἑτέρου * ἀποδιίστασθαι διὰ θα- C
νάτου· ὅτι μηδὲ γάμος ὁ τοιοῦτος γάμος, ἀλλὰ γά-
μου κατάλυσις· καὶ ἡ τοιαύτη συνάφεια, διάστασις
μᾶλλον καὶ ὄλεθρος· καὶ ἡ τοιαύτη διὰ γάμου συ-
ναναστροφὴ, καταστροφὴ μᾶλλόν ἐστι καὶ ἀπώλεια· ἥ
τε τοῦ κάλλους ἀπόλαυσις, τοῦ ἐνθάδε βίου ἀπό-
λυσις· ἥ τε τοῦ γένους ἀνύψωσις, καθαίρεσις μᾶλ-
λον καὶ ὁδὸς εἰς ᾅδην * ἀπάγουσα· καὶ ἡ τοῦ πλούτου
πλήρωσις, τῶν ἐρωμένων μᾶλλον καθίστησι στέρη-
σις.) διὰ γοῦν ταῦτα ἡ μετριότης ἡμῶν, μετὰ τῆς
ἱερᾶς ἀδελφότητος, τὴν γεγονυῖαν παρὰ τοῦ ἁγιω-
τάτου πατριάρχου κυρίου Ἀλεξίου * συνοδικὴν οἰκο-
νομίαν, ἐπὶ τῷ ῥητῶς * ἐπὶ τοῦ πολιτικοῦ νόμου μὴ
κωλυθέντι * ἐπὶ τοῦ ἐξ αἵματος ἑβδόμου βαθμοῦ D
* γάμῳ, μήτε καθαρῶς ἐπιτραπέντι, κρατύνουσα
καὶ στηρίζουσα, καὶ οἷον ἑρμηνεύουσά τε καὶ σαφηνί-
ζουσα· ἅμα δὲ καὶ τὸ τῶν πολλῶν κακοῦργόν τε καὶ
περίεργον περικόπτουσα, καὶ οἷον ἐκ ῥίζης αὐτῆς ἀ-
νασπῶσα, ἵνα * μὴ καὶ ἔτι παρανομίας ἐξανατείλῃ
βλαστήματα, καὶ τέκνα μωμητὰ πληθυνθῇ, καὶ υἱοὶ
τῶν θείων νόμων αὐξηθῶσιν ἀλλότριοι· τὸν ἐκ τοῦ
τοιούτου γάμον βαθμοῦ οὐ μόνον ἐρωτώμενον προβαί-
νειν κωλύει, ἀλλὰ καὶ πρὸ ἐρωτήσεως γεγενημένον
διακελεύεται διασπᾶσθαι (διακελεύεται), παντελῆ τοῦ
τοιούτου γάμου ἀργίαν καταψηφιζομένη, ἀπὸ τῆς σή- E
μερον τῶν φθασάντων γενέσθαι τοιούτων γάμων, μέ-
νειν πάντως ὀφειλόντων ἀδιασπάστων. τὸ γοῦν ἀπὸ
τοῦδε οἱ τοιοῦτον γάμον συστῆσαι τολμήσοντες, οὐ μό-
νον τοῦ οἰκείου σκοποῦ οὐδαμῶς ἀπολαύσουσιν, ἀλλὰ καὶ
μετὰ τῆς τοῦ τοιούτου συναλλάγματος διασπάσεως,
καὶ ἀφορισμῷ καθυποβληθήσονται, ὡς συγγενικὰ
συγχέοντες αἵματι, καὶ ὡς τοῦ παρόντος συνοδικοῦ ὁρισμοῦ καταφρονηταί. οἵτε τοῖς οὕτω συναναλ-
λάττουσι συναινέσοντες, αὐστηρίας κανονικῆς πειραθήσονται, καὶ οἱ ἱερολογῆσαι τολμήσοντες κα-
θαιρέσει ὑποβληθήσονται.

* ἴσῃ
* συστήσονται.
* νενόηται,
* ὑπὸ τοῦτο
* ἐπὶ τοὺς υἱοὺς
* θανάτου διΐστασθαι
* κατάγουσα.
* συνοδικὴν
* νόμου
* ἐπὶ τοῦ ἐξ
* γάμου
* ἵνα μηκέτι παρανομίας.

triarchæ * excogitatum ſit, de una eademque-
re velut contraria quædam definita ſint? Quo-
nam autem modo quod cum dolo clam ſa-
ctum eſt, indivulſum manere conſtituit, qui
non permittit fieri, ſi ejus venia petatur?
Quoſdam igitur illud videntes, quemadmo-
dum noſtræ mediocritati relatum eſt, ſeque
ſeptimi gradus eſſe ſcientes, & ſi hujuſmodi
contractus ſub interrogationem cadat, nullo
modo permiſſum iri: de induſtria maligne a-
gere, timore Dei & canonicæ conſtitutioni
propriarum libidinum expletionem præferen-
tes, quod vel florente pulchritudine victi,
aut fluentibus divitiis adducti, aut generis ſu-
blimitate pertracti fuerint. Noſtra igitur * mo-
deratio, partim pro divina lege propugnans,
partim hujuſmodi facinorum paternam curam
habens: (iis enim divinitus imminet, ut ino-
bedientiæ filiis, intolerabilis ira, ut ante ho-
ram aliquando & ambo talia committentes
mortis gladio exſcindantur, aut per mortem
omnino alter ab altero ſeparetur, quod tales
nuptiæ non ſint nuptiæ, ſed nuptiarum diſſo-
lutio, & talis conjunctio, ſeparatio potius &
exitium; & talis converſatio, everſio potius
& interitus. Pulchritudinis etiam fruitio, hu-
jus vitæ diſſolutio, generis exaltatio, deſtru-
ctio potius, & in infernum ducens via; &
divitiarum ſatietas, eorum potius, quæ cer-
nuntur privatio * conſiſtit, propter hæc igitur
moderatio noſtra, cum ſacroſancta fraternita-
te, factam a ſanctiſſimo Patriarcha domino
Alexio ſynodalem diſpenſationem in nuptiis
ſeptimi gradus cognationis nominatim non
prohibitis lege civili, neque manifeſte permiſ-
ſis, corroborans & firmans, ac veluti inter-
pretans & declarans; ſimul etiam multorum
fraudem & verſutiam reſecans, & quaſi ab
radice exſtirpans, ne ullæ amplius iniquitatis
exoriantur propagines, & reprehenſionem me-
rentibus liberis reſpublica impleatur, filiorum-
que a divinis legibus alienorum creſcat nu-
merus: nuptias ſeptimi gradus non ſolum po-
ſtulatas procedere vetat, ſed & ante poſtula-
tionem contractas diſtrahi jubet: ab hodierno
die decernens, ut hujuſmodi nuptiæ omnino
fieri deſinant: quæ autem jam factæ ſunt,
manere debeant indivulſæ. Qui igitur tales
nuptias ab hoc tempore contrahere auſi fue-
rint, non tantum ſua fruſtrabuntur ſpe, ſed
& cum hujuſmodi contractus diſſolutione, ex-
communicationi ſubjicientur, velut * cogna-
tionis ſanguinem confundentes, & præſentis
ſynodicæ definitionis contemptores. Ii etiam,
qui cum contractum ineuntibus conſenſum præ-
ſtiterint, ſeveritatem canonicam experientur,
& qui ſacram benedictionem facere auſi fue-
rint, depoſitioni ſubjicientur.

Hæc ex ſynodicis chartulis prolata, ſigillo
& ſubſcriptione in primis venerandi archidia-
coni, & chartophylacis ſanctiſſimæ magnæ Dei
eccleſiæ pro more confirmata, data ſunt men-
ſe & indictione ſupraſcriptis, anni 6674. Car-
tophylax ſanctiſſimæ magnæ eccleſiæ & archi-
diacon. Joannes Hagioflorita, ſubſcripſit

* intellectum ſit.
* mediocritas
* exiſtit
* cognatum ſanguinem

Ταῦτα ἀπὸ τῶν συνοδικῶν χαρτῶν παρεκβληθέντα, τῇ σφραγῖδί τε καὶ ὑπογραφῇ τοῦ τιμιω-
τάτου ἀρχιδιακόνου καὶ χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας συνήθως βεβαιω-
θέντα, ἐπεδόθη μηνὶ καὶ ἐπινεμήσει τοῖς προγεγραμμένοις, ἔτει ͵ϛχοδ. Ὁ χαρτοφύλαξ τῆς
ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας καὶ ἀρχιδιάκονος Ἰωάννης ὁ Ἁγιοφλωρίτης, ὑπέγραψα.

De

ANNO CHRISTI 1166.

A

*De * præfectis in extraneo monaſterio tonſis.*

SCias, tempore patriarchæ domini Lucæ ſynodale decretum factum eſſe, ut ſine præjudicio conſtituantur præfecti in monaſteriis patriarchæ * regioni ſubjectis, quæ non habent monachos idoneos ut præſint, ex altero monaſterio, quod eſt ejuſdem regionis: etiamſi ſtatuta eorum caveant ne ξενοκούριτος hoc eſt, qui in externo monaſterio tonſus eſt, fiat eorum præfectus.

* abbatibus
* territorio

Περὶ ξενοκουριτῶν καθηγουμένων.

ΓΙ'νωσκε, ὅτι γέγονε καὶ σημείωμα συνοδικὸν ἐπὶ τῆς ἐφημερίας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ, χάριν τοῦ ἀπροκριματίστως . . . . καθηγουμένους εἰς μοναστήρια ὑποκείμενα τῇ ἐνορίᾳ τοῦ πατριάρχου, μὴ ἔχοντα ἱκανοὺς εἰς προστασίαν μοναχοὺς, ἀπὸ ἑτέρας μονῆς οὔσης ἐκ τῆς αὐτῆς ἐνορίας· κἂν τὰ τυπικὰ τούτων διορίζονται, ξενοκουρίτην μὴ γίνεσθαι καθηγούμενον.

B

*De feſto notariorum.*

QUÆ aliquando fiebant in ſanctorum notariorum feſto a notariis pueros docentibus, cum ſcenicis perſonis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleverunt, ſanctiſſimi illius patriarchæ domini Lucæ decreto.

Περὶ ἑορτῆς νοταρίων.

ΤΑ' γενόμενα ποτὲ ἀπρεπῆ παρὰ τῶν νοταρίων παιδοδιδασκάλων κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων νοταρίων, μετὰ προσωπείων σκηνικῶν διερχομένων τὴν ἀγορὰν, πρὸ χρόνων τινῶν κατηργήθησαν, καθ' ὁρισμὸν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ.

*De depoſitione epiſcopi.*

CUM Joannes Amathuntis epiſcopus ab illo Cypri archiepiſcopo Joanne fuiſſet depoſitus, & depoſitionis decretum in tribunali Imperatorio lectum eſſet: quoniam inventi ſunt undecim epiſcopi, & archiepiſcopus, depoſitionem feciſſe, ſtatuit ſanctiſſimus ille Patriarcha dominus Lucas cum aſſiſtente ſynodo, quin etiam ipſe præſens ſenatus, eſſe infirmam & nullius momenti depoſitionem: eo quod non accerſita fuerit univerſa ſynodus Cypriorum eccleſiæ, etiamſi magna eſſet ejus cogendæ facultas: & quod non archiepiſcopus ultra 12. epiſcopos, ſed una cum illis eſſet connumeratus. Præterea autem allegarunt & XX. canonem . . . . ſynodi, & XIV. Et quamvis dixiſſent nonnulli, hoc de ſolis presbyteris & diaconis dictum eſſe, tamen non ſunt exauditi.

C

Περὶ καθαιρέσεως ἐπισκόπου.

ΤΟῦ ἐπισκόπου 'Αμαθοῦντος ἐκείνου 'Ιωάννου καθαιρεθέντος ὑπὸ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κύπρου κυρίου 'Ιωάννου, καὶ τοῦ καθαιρετικοῦ σημειώματος ἀναγνωσθέντος ἐπὶ βήματος βασιλικοῦ· ἐπὶ εὑρηνται ἕνδεκα ἐπίσκοποι καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τὴν καθαίρεσιν πεποιηκότες, διέγνω ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κύριος Λουκᾶς μετὰ τῆς παρουσιασάσης συνόδου, ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ παριστῶσα σύγκλητος, ἄκυρον εἶναι τὴν καθαίρεσιν· διά τε τὸ μὴ μετακληθῆναι τὴν πᾶσαν σύνοδον τῆς τῶν Κυπρίων ἐκκλησίας, ἢ κἂν τὴν πλείονα, εὐχερείας καὶ ταύτα οὔσης πρὸς τοῦτο. καὶ διὰ τὸ μὴ τὸν ἀρχιεπίσκοπον ἐπέκεινα εἶναι τῆς δωδεκάδος τῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ ταύτῃ τοῦτον συνυπάγεσθαι. ἐχρήσαντο δὲ πρὸς τοῦτο καὶ τῷ κ κανόνι τῆς . . . συνόδου, καὶ τῷ ιδ. κἂν τινες δὲ εἶπον τότε, εἰς μόνους πρεσβυτέρους καὶ διακόνους τοῦτο ἐκφωνηθῆναι, ἀλλ' οὐκ εἰσηκούσθησαν.

D

*Ne eccleſiæ lædantur tranſactione epiſcopi.*

MIhi videtur non lædi eccleſia ex iis, quæ peccat epiſcopus: & propterea rite (*) parœciam revocabit ſucceſſor ejus qui invaſit, etiamſi multum tempus præterierit. Tale quid autem dictum eſt in tempore patriarchæ ſanctiſſimi domini Lucæ. Cum enim quidam epiſcopus magnæ Bryſis litigaret cum archiepiſcopo parvæ Bryſis, & protuliſſet ſcriptam tranſactionem antiſtitis & archiepiſcopi, de non * revocanda ab ipſo parœcia, quæ ab epiſcopo detinebatur: pronuntiavit ſynodus, facto * prædeceſſoris non lædi archiepiſcopatum, præter ſententiam ſuorum clericorum, & magnæ ſynodi. * Fuerunt & multa hujuſmodi alia ſynodalia judicia.

(*) regionem is ſuam repeteret qui ſucceſſit, ab eo qui eam invaſit
* repetenda
* præſidis ſui
* Facta ſunt

E

Περὶ τοῦ μὴ βλάπτεσθαι ἐκκλησίαν διαλυτηρίῳ ἐπισκόπου.

Ε' Μοὶ δοκεῖ μὴ καταβλάπτεσθαι τὴν ἐκκλησίαν ἐξ ὧν ἁμαρτάνει ὁ ἐπίσκοπος. καὶ διὰ τοῦτο ἐνδυνάμως ἵνα ἀνακαλέσηται τὴν ἐνορίαν ὁ διαδεξάμενος τὸν ποιήσαντα τὴν ἔφοδον, κἂν πολὺς παρέλθῃ καιρός. ἐλαλήθη δὲ τοιοῦτόν τι καὶ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ. τινὸς γὰρ ἐπισκόπου τῆς μεγάλης Βρύσεως δικαζομένου μετὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου τῆς μικρᾶς Βρύσεως, καὶ προκομίσαντος διαλυτήριον ἔγγραφον τοῦ προπλατίσαντος ἀρχιεπισκόπου, χάριν τοῦ μὴ ἀνακαλεῖσθαι τοῦτον ἐνορίαν κατεχομένην ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου· ἡ σύνοδος ἀπεφήνατο, μὴ καταβλάπτεσθαι τὴν ἀρχιεπισκοπὴν ἐξ ὧν ὁ ταύτης πρόεδρος

F

ἔπραξε παρὰ γνώμην τῶν οἰκείων κληρικῶν, καὶ τῆς μεγάλης συνόδου. γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ τοιαῦται κρίσεις συνοδικαί.

*De iis, qui teſtificantur contra filium ſpiritalem.*

SAnctiſſimus patriarcha dominus Lucas * excommunicationis pœnæ ſubjecit monaſterii gerotrophii præfectum, qui fuerat archiepi-

* pœna ſuſpenſionis a miniſterio ſacro ſubjecit abbatem manſionis Gerotrophii, qui factus eſt archiep.

Περὶ τῶν μαρτυρούντων κατὰ πνευματικοῦ παιδός.

Ο' Ἁγιώτατος πατριάρχης κύριος Λουκᾶς, ἐπιτιμίῳ ἀλειτουργησίας καθυπέβαλε τὸν καθηγου-

ANNO CHRISTI 1166.

☞ ϑαγάμβων τῆς μονῆς τȣ̃ γηρωξοφείȣ, τὸν γεγονότα ἀρχιεπίσκοπον Ἡρακλείας, τοιοῦτόν τι μαρτυρήσαντα κατὰ πνευματικȣ̃ παιδὸς αὐτȣ̃.

A copus Heracleæ, quod tale teſtimonium tuliſſet adverſus ſuum ſpiritalem filium

### Περὶ τȣ̃ κατὰ βίαν ἀποκαρέντος ἐπισκόπȣ.

Τȣ̃ χρηματίσαντος ἐπισκόπȣ Ἀμυκλῶν κυρίȣ Νικολάȣ τȣ̃ Μȣζάλωνος κατὰ βίαν ἀρχοντικὴν ἀποκαρέντος, καὶ πολλὰ παρακλητικῶς ἀξιώσαντος τὸ κατὰ βίαν γεγονὸς εἰς αὐτὸν, περιαιρεθῆναι, καὶ πάλιν ἐνεργεῖν τὰ ἐπισκοπικά. ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κύριος Λȣκᾶς, βλέπων τȣ̃τον παρρησιάζοντα μετὰ ἐπισκοπικῶν ἀμφίων συνοδικῶς, οὐ παρεδέξατο αὐτὸν, εἰπὼν, ὡς εἰ μὲν τὴν συνοδικὴν ἐκδίκησιν καὶ διόρθωσιν ἀνέμενεν ὁ B ἐπίσκοπος, ηὗρεν ἂν κανονικὴν βοήθειαν. ἐπεὶ δέ τα κατὰ βίαν περιβληθέντα αὐτῷ μοναχικὰ ἀμφία, ἀσυντάκτως ἀπέθετο, καὶ αὐτεκδίκητος γέγονεν, οὐ τεύξεται βοηθείας. ἀλλὰ τȣ̃ ἁγιωτάτȣ πατριάρχȣ τούτȣ μεταστάντος πρὸς Κύριον, ὁ μετ' ἐκεῖνον ἁγιώτατος πατριάρχης κύριος Μιχαὴλ, τὴν μὲν κατὰ βίαν γενομένην ἀπόκαρσιν, ὡς μηδὲ γενομένην λογιζομένην, ἐξέκλασε. τὸν δὲ ἐπίσκοπον, ὡς ὀλιγωρήσαντα καὶ ἑαυτὸν δικαιώσαντα, καιρικῆς ἀλειτουργησίας ἐπιτιμίῳ ὑπέβαλε.

### *De epiſcopo per vim tonſo*

CUm dominus Nicolaus Muzalon, qui Amyclæus epiſcopus dictus eſt, * vi a magiſtratu tonſus eſſet, & ſupplex contenderet, ut quod vi in eum factum erat, tolleretur, & epiſcopale rurſus munus obiret; ſanctiſſimus ille patriarcha dominus Lucas, videns eum cum veſtibus epiſcopalibus præſentem * ſynodice, non admiſit: dicens, quod ſi ſynodalem quidem * ſententiam & correctionem B expectaſſet epiſcopus, canonicum auxilium inveniſſet ſed quia veſtes monaſticas, quibus vi indutus fuerat, inordinate exuit, & ſibi ipſi jus dixit. auxilium non aſſequetur Sed cum ſanctiſſimus iſte patriarcha ad Dominum migraſſet, vi quidem factam tonſuram tamquam non factam reputans ſucceſſor ejus ſanctiſſimus patriarcha dominus Michael, abolevit. Epiſcopum autem, ut qui negligens fuiſſet, & ſibi jus dixiſſet, * ad tempus celebrandi officio privavit.

* vi quæ [illegible]
* præſentem in ſynodo
* defenſionem
* pœnæ ſuſpenſionis a miniſterio ſacro ad tempus ſubjecit

### Περὶ τȣ̃ μὴ φυλαχθῆναι ὅρκον τὸν ὄντα ἀκανόνιστον.

Τινὸς εὐγενȣ̃ς ἐν ἡμέρα τρίτῃ μιᾶς ἑβδομάδος C εἰπόντος πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα, μὴ ὀφείλειν κρεωφαγῆσαι, πελȣμένης καὶ ταύτης τῆς γεννήσεως τȣ̃ Χριστȣ̃ καὶ Θεȣ̃ ἡμῶν, διὰ τὸ ἐπομόσασθαι νηστεύειν τὰς τρίτας ἡμέρας τῶν ὅλων ἑβδομάδων τȣ̃ χρόνȣ, εἰς τιμὴν τȣ̃ τιμίȣ προδρόμȣ· ὥρισεν ὁ θεοστεφὴς ἡμῶν αὐτοκράτωρ συνοδικῶς ἐρωτηθῆναι εἰ κανονικόν ἐστι τὸν ὅρκον τȣ̃τον φυλαχθῆναι, καὶ τὴν δεσποτικὴν ἑορτὴν πασχαλίαν οὖσαν, ἀπανηγύριστον ἐαθῆναι. καὶ γενομένης τῆς ἐρωτήσεως, ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἐκεῖνος κύριος Λȣκᾶς, μετὰ τῆς παρατυχȣ́σης συνόδου, εἰπὼν ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸ νηστεύειν ἐν παντὶ καιρῷ, ἐπήγαγεν ὡς οὐ χρὴ τὸν τοιȣ̃τον προτιμηθῆναι D τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν· εἰ γὰρ οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες κολάζουσι τὸν ἐν τῷ τυχόντι σαββάτῳ ἢ τῇ κυριακῇ γονυκλιτοῦντα, ἢ νηστεύοντα, πολλῷ πλέον κολασθήσεται ὁ νηστεύων κατὰ τὴν πασχαλίαν τȣ̃ Χριστοῦ ἑορτὴν, διὰ τὸ μὴ παροραθῆναι τὸν αὐθαίρετον ὅρκον αὐτοῦ. καὶ ἐξεχώρησε τῷ εὐγενεῖ κρεωφαγῆσαι. Ὁ αὐτὸς δὲ πατριάρχης καὶ τὸν Τζίταν τὸν εὐνοῦχον ὀμόσαντα εἰς προσκύνησιν ἀπελθεῖν τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίων τόπων, καὶ μὴ ἀπελθόντα, ὡς μεταμεληθέντα, συνοδικῶς ἐκ τῆς ἐπιορκίας ἀπέλυσε, διὰ μετρίου ἐπιτιμίου θεραπεύσας αὐτόν.

### *Ne juſjurandum irregulare ſervetur.*

CUm quidam nobilis * tertio die unius hebdomadis dixiſſet potenti & ſancto noſtro Imperatori, ſe non debere carnem comedere, quamvis feſtum eſſet nativitatis Chriſti & Dei noſtri, quod juraſſet tertias ferias omnium anni hebdomadum a carnibus abſtinere in honorem venerabilis Præcurſoris, ſtatuit a Deo coronatus noſter Imperator, ſynodaliter interrogari, an ſit canonicum, hoc juſjurandum ſervari, & Dominicum feſtum, quod eſt Paſchale, incelebratum dimittere. Et facta interrogatione, ſanctiſſimus ille patriarcha, dominus Lucas, cum ſynodo, quæ aderat, cum dixiſſet bonum eſſe omni tempore jejunare, ſubjunxit non oportere hoc juſjurandum D Domino & Deo noſtro præferre. Si enim Apoſtolici canones puniunt eum, qui in quovis ſabbato, vel die dominico genuflectit, vel jejunat; multo magis punietur, qui in Paſchali Chriſti feſto jejunat, ne juſjurandum a ſe voluntarie ſuſceptum contemnat. Et nobili carnibus veſci permiſit. Idem autem patriarcha Tzitam quoque eunuchum, juratum, ſe ad ſanctorum locorum adorationem iturum; cum profectus non eſſet, ut qui pœnitentia ductus eſſet, ſynodaliter a perjurio abſolvit; mediocri pœna impoſita, eum emendans

* feria tertia

E

### Περὶ ἑκουσίου φόνου.

Στρατιώτου τινὸς περιπεσόντος ἑκουσίου φόνου ἐγκλήματι, καὶ παρὰ ἀρχιερέως τινὸς μετὰ μέτριον πάνυ καιρὸν ἐγγράφως ἀθωωθέντος, ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν * βασιλεὺς δυσχεράνας ἐπὶ τῷ γενομένῳ, διωρίσατο ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ, σκοπηθῆναι συνοδικῶς, εἰ καλῶς τῷ στρατιώτῃ ἐπεφιλοτιμήθη ἡ τῶν ἐπιτιμίων ἀθώωσις, κατεσπουδασμένως οὕτω, καὶ οἷον εἰπεῖν, οὐ συμπαθῶς, ἀλλὰ προσπαθῶς. τοῦ δὲ ἀρχιερέως τὸν

* αὐτὸς ὁ βασιλεὺς

### *De homicidio voluntario*

CUm quidam miles in voluntariæ cædis crimen incidiſſet, & a quodam antiſtite poſt valde modicum tempus datis ſcriptis abſolutus eſſet, potens & ſanctus noſter Imperator & dominus, id factum ægre ferens, ſtatuit tempore ſanctiſſimi illius patriarchæ domini Lucæ, ut ſynodaliter conſideraretur, an recte illi militi conceſſa eſſet a pœnis abſolutio, tanto in eum ſtudio, & per quandam non miſericordiam, ſed potius animi affectionem. Cum autem antiſtes ille canonem pro-

ANNO CHRISTI 1166.

ponerent, & alios, moderantes utique eam, A quæ illi objiciebatur, nimiam pœnæ levitatem, ſancta ſynodus * canones limitibus circumſcribens, ſecundum diviniſſimam inſpirationem, quæ ex ſancto illis Spiritu inerat, militem quidem canonicarum pœnarum rurſus compedibus ſubjecit: antiſtitem autem ad aliquantum temporis officii ac miniſterii ſuſpenſione punivit: dicens, antiſtitibus quidem licere pœnas canonicas augere & diminuere; aranearum autem filis ligare, quæ debent tribus rudentibus alligari, non conceſſum eſſe. Quin etiam propter illius militis cauſſam, potens & ſanctus noſter Imperator illam de voluntariis homicidis Novellam edidiſſe dicitur. B

* canonibus recte distinctis.

*De advocatis.*

Diaconus quidam a felicis memoriæ patriarcha domino Luca, commemoratis canonibus reliquiſque legiſlationibus utente, advocatum agere aliquando prohibitus, coram Imperatorio tribunali, præſente patriarcha, dixit; canones illos atque leges, in hodiernis advocatis non habere locum: ſed in illius temporis advocatis, qui in civilibus judiciis ſtationes habebant, Imperiales frumentarias teſſeras accipiebant, ſub primiceriis erant, atque a mundanis magiſtratibus confirmabantur: quo tempore omnino recte clerici mundanis C advocatorum officiis fungi prohibebantur. At quoniam qui hodie advocati ſunt, tamquam liberalem aliquam artem, advocationem exercent; neque ſacri ordinis homines in jure patrocinari, impediri debere. Et ſermonem ſuum aſtruens, non actionem, ſed modum a canonibus puniri, cauſabatur. Non ſolum enim, inquit, clerici verumetiam epiſcopi pro amicis in jure certantes, veniam conſequentur: neque qui in controverſia eccleſiaſticæ patrocinium præſtant, notabuntur quemadmodum ipſum etiam jus hoc evidenter docet. Ut autem clericus, quemadmodum mundani officiales advocatum agat, & a laico confirmetur, odioſum eſt, atque punitur. D Verum quod * advocati mundanum officium aliquando fuerit, & ordinarii advocati Imperatorias annonæ penſiones ceperint, atque ſub primiceriis fuerint, ex multis conſtat. Lege autem poſtremum caput tit. 1. lib. 8. Baſil. & quæ in Præfecti libro de advocatis digeſta ſunt. Tradunt enim, advocatos collegium eſſe, atque a cujuſcunque temporis præfecto confirmari. Hæc cum dixiſſet, applauſumque ipſi eſſet, etiam a patriarcha, patrocinari, ut antea, permiſſum illi eſt.

* advocatis

*De infantibus captivis baptizandis, & de Agarenis.*

E NON permittebant aliqui, ut captivi pueri propter dubitationem baptizarentur, ne eos, qui antea baptizati fuerant, rebaptizare viderentur. De ea re autem ſæpe ſynodice controverſia exorta eſt. Cum enim infantes ex Chriſtianorum regione a Scythis & Agarenis bello capti eſſent, & empti a Romanis, dubitatum eſt, an oporteat venundatos rebaptizari. Dicebant enim nonnulli, quoniam ex Chriſtiana regione capti ſunt, præſumptio eſt, eos fuiſſe baptizatos in patria ætate infantili, nec denuo rebaptizandos eſſe. Magis

κανόνα προβαλλομένου, καὶ ἑτέρους μετοχεύοντας τὸ ἄχθος, τὴν ἐπιφορτιζομένην αὐτοῦ βαρεῖαν κουφότητα, ἡ ἁγία σύνοδος τοὺς κανόνας ὀρθοτομήσασα κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῇ ἐκ τοῦ παναγιωτάτου πνεύματος θειοτάτην ἔλλαμψιν, τὸν μὲν στρατιώτην αὖθις ἁλυκτοπέδαις ἐπιτιμίων κανονικῶν καθυπέβαλε, τὸν δὲ ἀρχιερέα μείζονι ἀφορισμῷ ἀλειτουργησίας ἐστενοχώρησεν· εἰποῦσα, ὡς τοῖς ἀρχιερεῦσι μὲν ἐφεῖται αὔξειν καὶ μειοῦν τὰ κανονικὰ ἐπιτίμια, ἀραχνιαίοις δὲ μίτοις δεσμεῖν τὰ καλωδίοις ἐν ξίτοις καταδεσμεῖσθαι ὀφείλοντα, οὐκ ἐνεδόθη. λέγεται δέ, ὅτι καὶ διὰ τὴν τοῦ τοιούτου στρατιώτου ὑπόθεσιν ἐξέθετο ὁ κράτιστος καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς τὴν περὶ τῶν ἑκουσίων φονέων νεαράν.

Περὶ συνηγόρων.

Διάκονός τις κωλυθείς ποτε παρὰ τοῦ μακαρίτου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ τοῦ συνηγορεῖν, χρωμένου τοῖς διαληφθεῖσι κανόσι καὶ λοιπαῖς νομοθεσίαις· εἶπεν ἐπὶ βασιλικοῦ βήματος, παρόντος καὶ τοῦ πατριάρχου, μὴ ἔχειν χώραν τι τῶν τοιούτων κανόνων καὶ νόμων εἰς τοὺς σήμερον συνηγοροῦντας, ἀλλ' εἰς τοὺς τότε συνηγόρους, τοὺς ταττομένους εἰς πολιτικὰ δικαστήρια, καὶ λαμβάνοντας βασιλικὰ σιτηρέσια, καὶ ὑπὸ πριμμικηρίους ὄντας, καὶ σφραγιζομένους ὑπὸ κοσμικῶν ἀρχόντων. ὅτε πάντως καλῶς οἱ κληρικοὶ ἐκωλύοντο συνηγόρων ὀφφίκια κοσμικὰ ἐνεργεῖν. ἐπεὶ δὲ οἱ σήμερον συνηγοροῦντες, ὡς ἐλευθέριόν τι σπούδασμα τὸ συνηγορεῖν μετέρχονται, οὐδὲ οἱ ἱερωμένοι ἐμποδισθήσονται συνηγορεῖν. Καὶ κατασκευάζων τὸν οἰκεῖον λόγον, ἐδικαιολογήσατο μὴ τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ τὸν τρόπον κολάζεσθαι παρὰ τῶν κανόνων. οὐ μόνον γὰρ κληρικοί, ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοποι ὑπὲρ φίλων ἀντιποιούμενοι συγγνωσθήσονται, καὶ περὶ ἐκκλησιαστικῆς ὑποθέσεως συνηγοροῦντες οὐκ αἰσχυνθήσονται, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ νόμιμα τοῦτο διαγορεύουσι. τὸ δὲ συνηγορῆσαι κληρικόν, ὡς οἱ κοσμικοὶ ὀφφικιάλιοι, καὶ δέξασθαι σφραγῖδα λαϊκοῦ, μισεῖται καὶ κολάζεται. ὅτι δὲ τὸ συνηγορεῖν, ὀφφίκιον ἦν ποτε κοσμικόν, καὶ σιτηρέσια ἐλάμβανον βασιλικὰ οἱ τεταγμένοι συνήγοροι, καὶ ὑπὸ πριμμικηρίους ἦσαν, δῆλόν ἐστιν ἀπὸ πολλῶν. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ τελευταῖον κεφάλαιον τοῦ α' τίτλου τοῦ η' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, καὶ τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ ἐπάρχου, περὶ συνηγόρων ἀναπτυττόμενα. διαλαμβάνουσι γὰρ τοὺς συνηγόρους σύστημα εἶναι, καὶ ὑπὸ τοῦ κατὰ καιροὺς ἐπάρχου σφραγίζεσθαι. Ταῦτα εἰπών, καὶ παραδεχθείς, ἐξεχωρήθη καὶ παρὰ τοῦ πατριάρχου συνηγορεῖν, ὡς καὶ πρότερον.

Περὶ τοῦ βαπτίζεσθαι νήπια αἰχμαλωτισθέντα, καὶ περὶ τῶν Ἀγαρηνῶν.

Τινὲς οὐ παρεχώρουν, διὰ τὴν ἀμφιβολίαν, βαπτίζεσθαι τοὺς παῖδας αἰχμαλώτους, ἵνα μὴ δόξωσιν ἀναβαπτίζειν τοὺς προβαπτισθέντας. περὶ δὲ τούτου πολλάκις ἀμφισβήτησις γέγονε συνοδικῶς. νηπίων γὰρ ἀπὸ Χριστιανικῆς χώρας αἰχμαλωτισθέντων παρὰ Σκυθῶν καὶ Ἀγαρηνῶν, καὶ διαπραθέντων πρὸς Ῥωμαίους, ἀμφιβολία γέγονεν, εἰ χρὴ τοὺς πωληθέντας βαπτισθῆναι. ἔλεγον γὰρ τινές, ὡς ἐπεὶ ἀπὸ Χριστιανικῆς χώρας αἰχμαλωτισθῆσαν, * προσληψίς ἐστι βαπτισθῆναι κατὰ χώραν ἐν νηπιότητι. καὶ οὐ χρὴ αὖθις ἀναβαπτισθῆναι.

* πρόληψις ἐστι

ANNO CHRISTI 1166.

θῆναι. Ἤρεσε δὲ μᾶλλον ὀφείλειν βαπτισθῆναι, A
διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τούτους εἰ ἐν νηπιότητι ἐβαπτί-
σθησαν, μήτε τινὰς εὑρίσκεσθαι διαβεβαιουμένους τὸ
βάπτισμα. Περὶ δὲ τῶν ἀπὸ χώρας ἀπίστων αἰχ-
μαλωτιζομένων, ὡρίσθη, ἀδιαστίκτως αὐτοὺς βα-
πτίζεσθαι. εἰ μὴ μάρτυρες ὁμολογοῦσι, βαπτισθῆ-
ναι τούτους μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου
κυρίου Λουκᾶ παρέστησαν Ἀγαρηνοὶ συνοδικῶς. καὶ
ἀπαιτούμενοι βαπτισθῆναι, εἶπον ὡς ἔφθασαν εἰς
τὰς χώρας αὐτῶν βαπτισθῆναι. καὶ ἐρωτώμενοι ὅ-
πως; ἀπελογήσαντο, ὅτι συνήθεια ἐστὶ πάντα τὰ B
νήπια τῶν Ἀγαρηνῶν βαπτίζεσθαι παρὰ ὀρθοδό-
ξων ἱερέων. ἀλλ' οὐ παρεδέχθησαν. ἤκουσαν γὰρ,
ὡς τὸ παρὰ τῶν ἀπίστων ζητούμενον ἀπὸ τῶν Χρι-
στιανῶν βάπτισμα, οὐ κατὰ διάθεσιν ἀγαθὴν καὶ
προαίρεσιν ὀρθόδοξον ζητεῖται, ἀλλὰ διὰ θερα-
πείαν σωματικήν. δέδοκται γὰρ παρὰ τοῖς Ἀγα-
ρηνοῖς, τὰ τέκνα τούτων δαιμονιᾶν, καὶ κατὰ κύνας
ὄζειν, εἰ μὴ βαπτίσματος τύχωσι Χριστιανικοῦ.
κἀντεῦθεν, οὐχ ὡς καθαρτήριον πάντως ῥύπου ψυ-
χικοῦ, καὶ φωτὸς θείου καὶ ἁγιασμοῦ πάροχον ἀνα-
καλοῦνται τὸ βάπτισμα, ἀλλ' ὡς φαρμακείαν, ἢ C
ἐπῳδήν. τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν μητέρας εἶπον ἔχειν ὀρ-
θοδόξους, καὶ ἀπὸ σπουδῆς τούτων βαπτισθῆναι αὐ-
τοὺς παρὰ ὀρθοδόξων. ἀλλ' οὐδὲ οὗτοι εἰσηκούσθη-
σαν, ὅτι οὐ παρέστησαν * μάρτυρες, τοῦτο αὐτὸ μαρ-
τυροῦντες. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ κατεγνώσθησαν, ὡς
μὴ ἀγαθὴν * πρόσληψιν διδόντες καθ' ἑαυτῶν,
εἰς τὸ μὴ προσέρχεσθαι τῇ πίστει ὀρθῶς. διὸ καὶ
ἐξεχωρήθη, πάντως τούτους βαπτισθῆναι.

* μάρτυρας & μαρτυροῦντας

* πρόληψιν

tamen placuit, eos debere baptizari, quod neſciant, an in infantia fuerint baptizati, nec ulli inveniantur, qui baptiſmum affirment. Eos autem, qui ex infidelium regione capiuntur, indiſtincte baptizandos ſtatutum eſt: niſi teſtes profiteantur, eos poſt captivitatem fuiſſe baptizatos.

ANNO CHRISTI 1166

Tempore autem ſanctiſſimi patriarchæ, domini Lucæ, ſynodice adſuerunt Agareni: & cum ab eis poſtularetur, ut baptizarentur, dixerunt ſe in ſuis regionibus antea fuiſſe baptizatos. Et interrogati quomodo? reſponderunt, eſſe conſuetudinem, ut omnes Agarenorum infantes ab orthodoxis ſacerdotibus baptizarentur: non tamen admiſſi fuerunt. Audierant enim, baptiſmum, quem infideles a Chriſtianis petunt, non bona affectione, & orthodoxo propoſito peti, ſed propter corporalem medicinam. Perſuaſum eſt enim Agarenis, fore ut ſui liberi a dæmone vexentur, & tamquam canes male oleant, niſi baptiſmum Chriſtianum aſſequantur. Quamobrem non ut omnium animæ ſordium mundatorem, divinæque lucis & ſanctificationis præbitorem, baptiſmum poſtulant; ſed tamquam veneficium & incantationem. Quidam autem eorum dicebant, ſe matres habere orthodoxas, ſeque earum cura ac ſtudio fuiſſe baptizatos. Sed nec ii exauditi ſunt, quoniam teſtes non adducebant, qui hoc ipſum pro teſtimonio dicerent: imo potius condemnati ſunt, quod non bonam de ſe exiſtimationem darent, quod recte ad fidem accederent: & ideo omnes hos etiam baptizare permiſſum eſt.

Περὶ τοὺς κληρικοὺς μὴ γίνεσθαι αἰσχροκερ-
δεῖς, ἢ ἰατρούς. D

ΕΠεὶ κανών τις διορίζεται, μὴ πορίζεσθαι τοὺς
ἱερωμένους τὰ πρὸς τροφὴν ἀπὸ πραγμάτων αἰ-
σχρῶν καὶ ἀτίμων, ἐζητήθη πολλάκις ποῖα ταῦτα εἰ-
σί, καὶ τινὲς μὲν εἶπον εἶναι ταῦτα, τὸ πορνοβο-
σκεῖν, τὸ καπηλικοῦ ἐργαστηρίου προΐστασθαι, καὶ τὰ
ὅμοια. ὁ δὲ ἁγιώτατος πατριάρχης κύριος Λου-
κᾶς, καὶ τὰ μυρεψικὰ ἐργαστήρια, καὶ τὰ βαλανεῖα,
αἰσχροκερδῆ εἶναι ἔλεγεν, ὡς καὶ ψεύδους παραίτια.
ἀλλ' οὐδὲ ἀρχιάτρους παρεχώρει γίνεσθαι τοὺς διακό-
νους, ἢ τοὺς ἱερεῖς. λέγων ἀνένδεκτον εἶναι, τοὺς E
μετὰ φαινολίων καὶ στιχαρίων τὰ ἅγια μεταχειριζο-
μένους, κοσμικὰς στολὰς ἐνδιδύσκεσθαι, καὶ μετὰ
λαϊκῶν ἀνδρῶν τῶν ἰατρῶν δηλαδὴ προπομπεύειν.

*Ne clerici turpilucres fiant, aut medici.*

QUoniam canon quidam ſtatuit, ne * qui ſunt ſacrati, victum quærant ex rebus turpibus & vilibus, ſæpe quæſitum eſt, quænam ſint eæ. Et alii quidem dixerunt eſſe cas, lenonem eſſe, ac meretrices alere, cauponariæque tabernæ præeſſe, & ſimilia. Sanctiſſimus autem patriarcha, dominus Lucas, unguentarias quoque officinas, & balnea, turpis eſſe quæſtus dicebat, ut quæ mendacii quoque cauſæ eſſent. Sed nec Diaconos vel Sacerdotes fieri ſinebat archiatros, dicens non eſſe ferendum, ut qui cum infulis & caſulis ſancta tractant, ſæcularibus veſtibus induantur, & cum laicis, viris ſcilicet medicis, incedant.

* ne Sacerdotes victum

## EDICTUM MANUELIS

*Corroborans decreta Synodalia Lucæ patriarchæ jam edita.* ***Ann. Chriſti*** **1166.**

## ΠΡΟΣΤΑΓΜΑ ΒΑΣΙΛΙΚΟ'Ν

διαλῦον καὶ ἀνατρέπον τὸ προβὰν ἐξ ἅματος βαθμοῦ συνοικέσιον· κωλῦον
δὲ γίνεσθαι, μὴ γεγονός.

ΤΗ͂ς τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων καὶ νῦν φρον-
τίζοντες συντηρήσεως, ὅ, τε ἁγιώτατός μου
δεσπότης καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης, καὶ ἡ τῶν τοῦ
Χριστοῦ ἀρχιερέων ὁμήγυρις, ἀλλὰ καὶ τὴν κρατοῦ-

TAM ſanctiſſimus dominus meus & univerſalis patriarcha, quam Chriſti pontificum conventus, etiam modo de divinorum ſacrorumque canonum obſervatione ſolliciti, rece-

Juris G.. Rom pag 1.. Allert Manſi Suppl to II. p... Append

ANNO CHRISTI 1166

receptamque uſu in actibus ſynodicis de com- munibus cauſſis conſuetudinem retinentes ad religioſam quoque majeſtatem noſtram referre decreverunt, quæ eſſent ab ſe ſtatuta, recte- que definita de iis, quæ in diſceptationem ſy- nodicam vocata fuerant: an ſcilicet ii, qui ſe- ptimo ſe gradu ſanguinis contingunt, propin- quitatem cognationis haud ignorantes, & cu- rioſe tamen eccleſiam de futuro contractu non conſulentes, atque ita in matrimonium coeun- tes, indiremti quidem manere, ſed pœnis ſub- jici debeant: vel potius talis facinoris reos, di- velli ab ſe invicem oporteat. Et quidem ex- poſitum de hac quæſtione ſcriptum poteſtati noſtræ obtulerunt, jus majeſtati noſtræ debi- tum, ceu principi gubernationis gnaro, inte- B grum ſervantes: & ipſam quoque cenſuerunt interrogandam, an ejus etiam judicio, quæ decreta eſſent, probarentur. Hoc enim inpri- mis eſſe neceſſarium perſpexerunt, idque re- ctiſſime, ac juſta ſane de cauſſa. Prorſus au- tem ipſi matrimonialem ex hoc gradu conjun- ctionem prohibuerunt, ac plane non permit- tendam ſanciverunt. Neque ſolum ſi res ad eccleſiæ conſultationem referatur, ſed etiam ante hanc interrogationem in opus deductam copulationem dirimendam ac reſcindendam ve- luti quæ & in naturam, & legem divinam impingat; exceptis tamen iis nuptiis quæ an- te id tempus ex hoc gradu contractæ fuiſſent. Nec id modo, verum etiam ſi qui præter C hanc ſanctionem ſynodicam agere auſi fue- rint, cum divortio ſegregationis quoque pœna multandos. Itidem & eos, qui eis adſenſi fue- rint, ſeveritatem canonicam experiri debere. Præterea ſacerdotes ab officio removendos, qui nuptias precibus ſacris initiaverint. Et quoniam multa ſæpe numero matrimonia con- trahuntur cum perſonis imperatorii generis, aliiſque nobiliſſimis, & dignitate conſpicuis; itidemque cum perſonis exterarum regionum, quibus reges & principes præſunt in hanc re- giam urbium venientibus, quæ ſine poteſtatis noſtræ juſſu omnino perfici non ſolent: æquiſ- ſimum erat, majeſtatem quoque noſtram cer- tiorem reddi de iis, quæ de hac neceſſaria D quæſtione ſancita per ſynodum eſſent, ne for- taſſe per oblivionem illicitus aliquis hujuſmo- di contractus, ſacriſque canonibus & legum edictis haud reſpondens accidat, idque hac ipſa in urbe, quæ & cæteris omnibus ob im- perii mitram ac diadema præſidet, & legibus in univerſum regitur, quaſique commune quoddam exemplum rectæ legum obſervationis univerſis eſt propoſita. Enim vero noſtra quoque majeſtas ſynodicum hoc de re quæſita reſponſum, vel verius loquendo, determinatio- nem, veluti ſacris canonibus ſane quam con- venienter, & apoſtolicis expoſitam legibus, ſuo decreto comprobat, & in poſterum vige- E re, ratamque manere citra mutationem ali- quam in perpetuum ſtatuit; eandem in quæ- ſtionis propoſitæ ſolutione ſententiam cum ſanctiſſimo domino meo & univerſali patriar- cha, cumque ſacra & divina ſynodoample- ctens. Quippe ſi matrimonia quædam ob ad- finitatem legibus prohibentur, decoris ſcilicet cauſa, & ne nomina confundantur; multo magis heic iſtuc libere faciendum, ubi fœdi- tas ipſa cum nominum conturbatione concur- rit, atque etiam cognati ſanguinis abſurdiſſi- ma commiſtio & confuſio. Cur iis obſecro, qui ceteroquin e propinquo ac ſanguinis ra-

A σαι ἐν ταῖς συνοδικαῖς περὶ κοινῶν ὑποθέσεων πράξεσι διατηρῶ. ἐς συνήθειαν, ἀνενεγκεῖν καὶ πρὸς τὴν ἡμῶν εὐσεβῆ βασιλείαν τὰ παρ' αὐτῶν δια- γνωσθέντα καὶ ὁροθετηθέντα καλῶς ἐβουλεύσαντο, ἐφ' οἷς συνοδικὴ προτέθη συζήτησις, εἰ χρὴ τοὺς ἐκ τοῦ ἑβδόμου βαθμοῦ ἐξ αἵματος, τὴν τῆς συγ- γενείας μὲν εἰδότας ἐγγύτητα, περιέργως δὲ ὅμως μὴ πρὸς ἐρώτησιν τῆς ἐκκλησίας τὸ γενησόμενον ἄγοντα, καὶ οὕτω γαμικὸν συνιστῶντας συνάλλαγ- μα, μένειν μὲν ἀδιασπάστως, ἐπιτιμίοις δὲ καθυ- πάγεσθαι. εἴτε μὴν ἀπ' ἀλλήλων τοὺς οὕτω κακουρ- γοῦντας διΐστασθαι. καὶ γοῦν τὸν ἐκτεθέντα περὶ τού- του τόμον τῷ ἡμετέρῳ κράτει προκεκομίκασι, τὸ B ἐπιστημοναρχικὸν τῆς ἡμῶν βασιλείας παραφυλατ- τόμενοι δίκαιον, καὶ πυθέσθαι καὶ ταύτης προηρε- τίσαντο, εἰ καὶ κατὰ γνώμην αὐτῆς τὰ κυρωθέντα συμβαίνει. τῶν γὰρ ἀναγκαιοτάτων εἶναι τοῦτο διε- νοήσαντο, κάλλιστά τε καὶ εὐλογώτατα. οὗτοι μὲν γὰρ τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου βαθμοῦ ἐν γάμῳ συζυγίαν παν- τη διεκωλύσαντο, καὶ μηδὲ τὴν ἀρχὴν προβαίνειν ἐ- θεσμοθέτησαν, οὐ μόνον κἂν πρὸς ἐρώτησιν ἔλθῃ τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ἐρωτήσεως εἰς ἔργον ἀποβᾶσαν, αὖθις διαιρεῖσθαι καὶ διατέμνε- σθαι, ἅτε καὶ φύσει, καὶ θείῳ νόμῳ προσπταίουσαν. δίχα μέντοι τῶν μέχρι τότε φθασάντων ἐκπλεχθῆ- ναι γάμων ἐκ τοῦ τοιούτου βαθμοῦ. οὐ μόνον δέ, ἀλ- C λὰ καὶ τοὺς τολμήσαντας παρὰ τὴν συνοδικὴν ταύ- την κύρωσιν διαπράξασθαι, μετὰ τῆς διαστάσεως καὶ ἀφορισμῷ καθυπάγεσθαι· καὶ τοὺς ἐκείνοις δὲ συ- ναινέσαντας, τῆς κανονικῆς πειρᾶσθαι δριμύτητος. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερολογήσαντας καθαιρέσει καθυ- ποβάλλεσθαι. ἐπεὶ δὲ πολλὰ πολλάκις προβαίνουσι συναλλάγματα μετὰ τῶν ἐκ βασιλείου γένους, καὶ τῶν ἄλλων εὐγενεστάτων καὶ περιδόξων ἐν ἀξιώμα- σι, καὶ τῶν ἐξ ἀλλοδαπῶν χωρῶν, ὧν ῥῆγες καὶ πρίγκιπες ἄρχουσι, μετοιχομένων προσώπων ἐπὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων, ἅπερ οὐκ ἄνευ τῆς τοῦ ἡμετέρου κράτους κελεύσεως συντελεῖσθαι πάντως πε- φύκασιν, ἐν εἰδήσει γενέσθαι καὶ τὴν ἡμῶν βασι- D λείαν τῶν συνοδικῶς κυρωθέντων περὶ τοῦ τοιούτου ἀναγκαίου ζητήματος ἦν δικαιότατον, ἵνα μὴ κα- τὰ λήθην ἴσως ἄθεσμόν τι τοιοῦτον συμβαίη συνάλ- λαγμα, καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσι, καὶ τοῖς νομικοῖς ἀ- νακόλουθον διατάγμασιν· ἐν πόλει καὶ ταύτῃ ταύ- τῃ, πασῶν μὲν προκαθημένῃ τῷ τῆς αὐτοκρατορίας στέμματί τε καὶ διαδήματι, νόμοις δὲ κατὰ πᾶν διεξ- αγομένῃ, καὶ εἰς κοινὸν προκειμένῃ τῆς εὐνομίας πᾶσιν ὑπόδειγμα. τοιγάρτοι καὶ ἡ βασιλεία ἡμῶν τὴν συνοδικὴν ταύτην ἐπὶ τῷ ζητηθέντι ἀπόκρι- σιν, εἴτ' ἀληθὲς εἰπεῖν, ὁροθέτησιν, ὡς ἑπομένως τοῖς θείοις κανόσι καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς ἐκτεθεῖσαν νόμοις ἐπέκρινε, καὶ κρατεῖν εἰς τὸ ἑξῆς, καὶ ἀμετα- E τρέπτως ἔχειν εἰς τὸ διηνεκὲς διορίζεται, τῆς αὐ- τῆς κοινωνοῦσα γνώμης ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ προκειμένου ζητήματος, τῷ τε ἁγιωτάτῳ μου δεσπότῃ καὶ οἰκου- μενικῷ πατριάρχῃ, καὶ τῇ ἱερᾷ καὶ θείᾳ συνόδῳ. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀγχιστείας συναλλαγμάτων ἔστιν ἃ τοῖς νόμοις κωλύονται, τῆς εὐπρεπείας χάριν, καὶ τοῦ μὴ συγχεῖσθαι τὰ ὀνόματα, πολλῷ μᾶλλον τοῦτ' ἂν ἐνταῦθα παρρησιάσαιτο, ἔνθα καὶ τὸ ἀπρεπὲς μετὰ τῆς τῶν ὀνομάτων συγχύσεως, ἀλλὰ δὴ καὶ ἡ τοῦ συγγενοῦς αἵματος ἀλογωτάτη σύγκρασις καὶ ἀνάχυσις. ἵνα τί καὶ δεήσει τοῖς ἐγγυτέρω καθ' αἷμα

ANNO CHRISTI 1166.

αἷμα συνδεομένοις ἐπιμιξίας ἑτέρας, καὶ συνοικέσεως; ἐκείνοις γὰρ πάντως χρῆναι τὸν σύνδεσμον καὶ τὴν τῶν γάμων συνάφειαν πραγματεύεσθαι, οἷς καὶ ἡ πηγαία τοῦ αἵματος ῥύσις πολλαχῶς μερισθεῖσα καὶ διαιρεθεῖσα, πορρωτέρω διεστηκυῖα γνωρίζεται, εἰς ὄγδοον βαθμὸν περιστᾶσα, κἀκεῖθεν μᾶλλον αὖθις τὴν αὐτῆς ἀπόστασιν προσεπαύξουσα. Οὕτω δὴ * προθεμένη τῇ συνοδικῇ περὶ τοῦ ῥηθέντος ζητήματος ἐπαρέσει ἡ εὐσεβὴς ἡμῶν βασιλεία, τὸ παρὸν εὐνομώτατον ἀπολέλυκε θέσπισμα, ὀφεῖλον τῷ τε ἱερῷ χαρτοφυλακείῳ τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἐναποτεθῆναι, καὶ πᾶσι τοῖς δημοσιακοῖς ἀρχείοις ἐπιγνωσθῆναι, καὶ ἔχειν εἰς τὸ ἀπέραντον τὸ ἰσχυρόν τε καὶ ἀναλλοίωτον. τὸ, μηνὶ Ἀπριλλίῳ, ἐπινεμήσεως ιδ, δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τοῦ βασιλέως ἡμῶν τοῦ ἁγίου. καὶ ἡ διὰ κηροῦ συνήθης σφραγίς. τὸ, διὰ τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου, τοῦ ἁγιοθεοδωρίτου Μιχαήλ. καὶ τὸ, κατετέθη ἐν τοῖς δυσὶ μεγάλοις σεκρέτοις, κατὰ μῆνα Μαΐον.

* προθεμένη

A tione juncti ſibi ſunt, alia ſit opus commiſtione & copulatione? Nimirum illis conciliandà eſt colligatio, nuptiarumque conjunctio, quibus originarius ſanguinis ortus multipliciter ſciſſus ac diviſus, jam longius eſſe remotus agnoſcitur, ad octavum deductus gradum, ideoque diſtantiam ſuam magis adaugens. Sic ergo pia majeſtas noſtra ſynodali de dicta quæſtione decreto adſentiens, præſentem hanc ſanctionem æquiſſimam promulgavit, quæ & in ſacro ſcrinio majoris illius eccleſiæ Dei recondi collocarique debet, & omnibus archivis publicis innoteſcere, ac robur B inviolabile ad omnem temporis infirmitatem retinere. Dat. menſe Aprili, indictione XIV. rubris litteris ſacri Imperatoris noſtri. Item aderat uſitatum ſigillum cereum. Et illud, per * diſcuſſorem Dromi Michaelem Hagiotheodoritum. Item illud, Depoſitum in duobus magnis illis ſecretis, menſe Majo.

* Logothetam vel curatorem Dromi.

ANNO CHRISTI 1167.

# CONCILIABULUM ANGLICANUM

In quo decretum ab epiſcopis totius regni, ut a Thoma Cantuarienſi archiepiſcopo ad Pontificem Maximum appellaretur, anno Dom. [1] MCLXVII.

QUOD *deliberatum Chinone fuerat, in Angliam continuo tranſmiſſum eſt: eodemque appellationis effugio, primatis ſui, ejuſdemque legati apoſtolici, ſeveritatem eludere Anglicani epiſcopi moliti ſunt. Id adeo ex Joannis Sareſberienſis epiſtola* CCLXVI. *intelligimus*. Quod ad publicum, *inquit*, ſtatum, hæc poſtea multorum aſſertione vulgata ſunt, omnes epiſcopos Angliæ, & mandato Regis conveniſſe; &, ne ſententia, quam dominus Papa dictaverat, locum haberet, appellaſſe contra epiſcopum ſuum. *Eorum litteræ tum ad Thomam Cantuarienſem, tum ad Alexandrum Papam hæ ſunt.*

I. Epiſtola ſuffraganeorum Cantuarienſis eccleſiæ ad beatum Thomam Cantuarienſem Archiepiſcopum.

VENERABILI *Patri & domino Thomæ, Dei gratia Cantuarienſi archiepiſcopo, ſuffraganei ejuſdem eccleſiæ epiſcopi, & perſonæ per eorundem diœceſes locis variis conſtitutæ, debitam ſubjectionem & obedientiam.*

Quæ veſtro, pater, diſceſſu in longinqua, inopinata rei ipſius novitate turbata ſunt, veſtra ſperabamus humilitate & prudentia in pacis priſtinæ ſerenitatem, cooperante gratia, revocari. Erat quidem nobis ſolatio, quod poſt diſceſſum veſtrum, ad omnes fama divulgante pervenit, vos ſcilicet in tranſmarinis agentem, nil altum ſapere; vos in dominum noſtrum regem aut regnum ejus nulla machinatione inſurgere, ſed ſponte ſuſceptum paupertatis onus cum modeſtia ſuſtinere; lectioni & orationi inſiſtere, præteritorumque jacturam temporum jejuniis, vigiliis, lacrymiſque redimere, & ſpiritualibus occupatum ſtudiis ad perfectum beatitudinis virtutum incrementis aſcendere. Ad pacis bona reformanda nos ſtudiis hujuſmodi gaudebamus inſiſtere: ex quibus ſpes erat, vos in cor domini regis noC ſtri hanc poſſe gratiam deſuper evocare, ut vobis iram ſuam regia pietate remitteret, & illatas in diſceſſu & ex diſceſſu veſtro injurias, ad cor de cetero non revocaret. Erat amicis veſtris & benevolis ad ipſum aliquis acceſſus, dum hæc de vobis audirentur, & ob conciliandam vobis gratiam ſupplicantes benigne quemque ſuſtinuit. Jam vero quorumdam relatione didicimus, quod ad memoriam anxie revocamus, vos ſcilicet in eum comminatorium emiſiſſe, quo ſalutationem omittitis, quo non ad obtentum gratiæ conſilium preceive porrigitis, quo non amicum quid ſentitis aut ſcribitis, ſed intentatis minis interdi- D ctum aut præciſionis elogium in eum jam dicendum fore multa ſeveritate proponitis. Quod ſi, quam dure dictum eſt, tam fuerit ſevere completum: quæ turbata ſunt non jam ſperamus ad pacem redigi, ſed perenne quoddam odium & inexorabile pertimeſcimus inflammari. Rerum vero finem prudentia ſancta conſiderat, dans operam ſolicite, ut quod prudenter inchoat, bono quoque fine concludat.

Advertat itaque, ſi placet, diſcretio veſtra, quo tendat, an conatibus hujuſmodi finem queat obtinere, quem optat. Nos quidem his auſis a ſpe magna cecidimus, & qui pacis obtinendæ E ſpem quandoque concepimus, ab ipſis jam ſpei liminibus gravi quadam deſperatione repellimur. Et dum velut extracto gladio pugna conſeritur, pro vobis ſupplicandi locus utique non invenitur. Unde patri ſcribimus ex caritate conſilium, ne labores laboribus, injurias ſuperaddat injuriis: ſed omiſſis minis, patientiæ, & humilitati inſerviat. Cautam ſuam Divinæ clementiæ, domini ſui gratiæ & miſericordiæ committat: & ſic agendo carbones ignis in multorum capita coacervet & congreget. Accenderetur hoc modo caritas, & quod minæ non poterant, inſpirante Domino, bonorumque conſilio ſuadente, ſola forte taſſe

[1] Anno pariter 1165. ex Pagio ſupra ad Conciliab. Herbipolenſe.

ANNO CHRISTI 1166.

taſſe pietas obtineret. Bonum erat de paupertate voluntaria glorioſe laudari, quam de beneficii ingratitudine ab omnibus in commune notari. Inſedit alte cunctorum mentibus, quam benignus dominus noſter rex vobis extiterit, in quam vos gloriam ab exilio provexerit & in familiarem gratiam tam læta vos mente ſuſceperit, ut dominationis ſuæ loca, quæ a boreali oceano Pyreneum uſque porrecta ſunt, adeo poteſtati veſtræ cuncta ſubjecerit, ut in his ſolum hos beatos reputaret opinio, qui in veſtris oculis poterant complacere. Et ne veſtram gloriam mobilitas poſſet mundana concutere, vos in his quæ Dei ſunt, voluit immobiliter radicare. Et diſſuadente matre ſua, regno reclamante, eccleſia Dei, quoad licuit, ſuſpirante, & ingemiſcente, vos in eam qua præſtis dignitatem modis omnibus ſtuduit ſublimare. ſperans ſe de cetero regnare feliciter, & ope veſtra & conſilio ſumma ſecuritate gaudere Si ergo ſecurim accipit, unde ſecuritatem ſperabat, quæ de vobis erit in cunctorum ore narratio? Quæ retributionis hactenus inauditæ remuneratio vel rememoratio? parcatis ergo, ſi placet, famæ veſtræ, parcatis & gloriæ, & humilitate dominum noſtrum, filiumque veſtrum caritate vincere ſtudeatis. Ad quod ſi noſtra vos monita movere nequeunt, debet ſaltem ſummi pontificis, ſanctæque Romanæ eccleſiæ dilectio, & fidelitas inclinare. Vobis enim ſuaderi debet e facili, ne quid attentare velitis, quod laboranti jamdiu matri veſtræ, labores augeat; * quo vel multorum inobedientiam deploranti in eorum qui obediunt amiſſione dolor accreſcat.

* al. quo ne multorum H.

Quid enim ſi veſtra, quod abſit, exacerbatione, vel opera, dominus noſter, quem largiente Domino populi ſequuntur & regna, a domino Papa receſſerit; ipſumque fortaſſis adverſum vos ſolatia denegantem, ſequi de cetero declinaverit? Ipſum namque in hoc, quæ ſupplicationes, quæ dona, quot quantave promiſſa ſolicitant? In petra cum huc uſque firmus perſtitit, & totum, quod mundus offerre poteſt, victor alta mente calcavit; Unum nobis timori eſt, ut quem oblatæ divitiæ, & totum quod in hominum gloria pretioſum eſt, flectere nequiverunt, animi ſui valeat indignatio ſola ſubvertere. Quod ſi per vos acciderit in threnos Jeremiæ totus ire poteritis, & lacrymarum fontem oculis veſtris de cetero negare nulla quidem ratione poteritis. Revocetis itaque ſi placet ſublimitati veſtræ conſilium. domino quidem papæ, ſanctæque Romanæ eccleſiæ, vobis etiam. ſi placet advertere, modis omnibus, ſi proceſſerit, obfuturum. Sed qui penes vos alta ſapiunt, vos forte hac via progredi non permittunt. Hortantur experiri in dominum noſtrum regem, qui ſitis, & in omnia quæ ſua ſunt poteſtatem exercere qua præeſtis Quæ nimirum poteſtas peccanti timenda eſt, ſatisfacere nolenti formidanda. Dominum vero regem non quidem peccaſſe nunquam dicimus: ſed ſemper Domino paratum ſatisfacere confidenter dicimus, & prædicamus. Rex a Domino conſtitutus paci providet ſubjectorum per omnia, ut hanc conſervet eccleſiis & commiſſis ſibi populis, dignitates regibus ante ſe debitas & exhibitas, ſibi vult exhiberi, & exigit. In quo ſi inter ipſum & vos aliqua oborta eſt contentio, a ſummo ſuper hoc pontifice paterna gratia per venerabiles fratres noſtros Lundonienſem & Herefordenſem epiſcopos conventus & commonitus, non in cœlum os ſuum poſuit: ſed de omnibus in eccleſia vel eccleſiaſtica perſona quæcumque ſe gravatam oſtenderet ſe non alienum quærere; ſed eccleſiæ regni ſui pariturum judicio humiliter & manſuete reſpondit. Quod quidem & factis implere paratus eſt, & dulce reputat obſequium, cum monetur ut corrigat ſi quid offenderit in Deum. Nec ſolum ſatisfacere, ſed & ſi jus exigat in hoc ſatisdare paratus eſt. * Si & ſatiſque facere volentem eccleſiæ ſe judicio in his, quæ eccleſiæ ſunt, nec in modico ſubtrahentem, colla Chriſti jugo ſubdentem, quo jure, qua lege, quove canone, aut interdicto gravabitis, aut ſecuri, quod abſit, evangelicæ præcidetis? Unde noſtrum omnium una eſt in commune petitio: ne conſilio præcipiti mactare pergatis, & prodere. Sed commiſſis ovibus, ut vitam, ut pacem, ut ſecuritatem habeant, paterna ſtudeatis gratia providere.

* al. Sed H.

Movet quidem nos omnes, quod in fratrem noſtrum dominum Salesberienſem epiſcopum, & decanum eius, præpoſtere, ut quidam æſtimant, nuper actum audivimus. In quo ſuſpenſionis aut damnationis pœnam, ante motam de culpa controverſiam, calorem, ut videtur, iracundiæ, pluſquam juſtitiæ ſecuti tramitem, intorſiſtis. Ordo judiciorum novus hic eſt, hucuſque legibus & canonibus, ut ſperamus, incognitus, damnare primum, & de culpa poſtremo cognoſcere. Quem ne in dominum noſtrum Regem, & regnum ejus, nec in nos, & commiſſas nobis eccleſias & parochias, in domini Papæ damnum, ſanctæque eccleſiæ Romanæ dedecus, & detrimentum, veſtræque confuſionis augmentum non modicum, exercere tentetis & extendere: remedium vobis appellationis opponimus: & qui contra metum gravaminum, in facie eccleſiæ, viva jam dudum voce ad dominum Papam appellavimus, iterato jam nunc ad ipſum ſcripto, etiam appellamus, & appellationi terminum diem Aſcenſionis Dominicæ deſignamus. Quanta quidem poſſumus devotione ſupplicantes, ut inito ſalubriori conſilio, veſtris ac noſtris laboribus expenſiſque parcatis, cauſamque veſtram, in hoc ut remedium habere queat ponere ſtudeatis. Valere vos optamus in Domino pater.

## II. Epiſtola Suffraganeorum Cantuarienſis eccleſiæ ad Alexandrum ſummum Pontificem.

PATRI *ſuo, & domino, ſummo Pontifici Alexandro, provinciæ Cantuarienſis epiſcopi, & perſonæ per eorundem diœceſes locis pluribus conſtitutæ, domino patrique debitum caritatis & obedientiæ famulatum.*

Veſtram, pater, meminiſſe credimus excellentiam, vos devotum filium veſtrum, dominumque noſtrum cariſſimum, illuſtremque regem Anglorum, per venerabiles fratres noſtros Lundonienſem & Herefordenſem epiſcopos directis jamdudum litteris conveniſſe, & de corrigendis quibuſdam, quæ ſanctitati veſtræ, in ipſius regno corrigenda videbantur, paterna gratia commonuiſſe. Qui mandatum veſtrum debita veneratione ſuſcipiens, ut ſatis notum eſt, ad veſtra quidem mandata non iratus intumuit, non elatus obedire contempſit: verum gratias agens paternæ correptioni, eccleſiæ ſe ſtatim ſummiſit examini, aſſerens de ſingulis quæ juxta veſtri formam mandati ſibi diligenter expreſſa fuerunt, eccleſiæ regni ſui ſe pariturum judicio, & quæ corrigenda decerneret, ipſius ſe conſilio, laudabili quidem & in principe digne commendabili devotione correcturum. Ab hoc vero non receddit propoſito, nec mentem revocat a promiſſo.

ANNO CHRISTI 1166.

ANNO CHRISTI 1166.

Forte, ſed ſi qui. H.

ſo. * Sed qui ſedeat, qui cognoſcat, & judi- cet, ipſe Divini reverentia timoris, non maje- ſtatem præferens, ſed ut filius obediens judicio ſiſtere, legitimæque parere ſententiæ, ſeque le- gibus alligatum principem, præſto eſt omnibus exhibere, filius obediens. Unde nec interdicto, nec minis, nec maledictionum aculeis ad ſatis- factionem urgere neceſſe eſt Divinarum ſe le- gum examini ſubdentem. Ejus enim opera, ne- quaquam ſe luci ſubtrahunt: nec occultari tene- bris aliqua ratione depoſcunt. Rex namque fide Chriſtianiſſimus, in copula caſtimoniæ conjugalis honeſtiſſimus, pacis & juſtitiæ conſervator, & di- latator incomparabiliter ſtrenuiſſimus, hoc votis agit totis, in his fervet deſideriis, ut de regno ſuo tollantur ſcandala, cum ſpurcitiis ſuis eli- B minentur peccata, pax totum obtineat atque juſtitia, & alta ſecuritate & quiete placita ſub ipſo gaudeant & refloreant univerſa.

Qui cum pacem regni ſui enormi inſolen- tium quorundam clericorum exceſſu, non me- diocriter aliquando turbari cognoſceret: clero de- bitam exhibens reverentiam, eorundem exceſ- ſus eccleſiæ judices retulit epiſcopos, ut gladius gladio ſubveniret; & pacem, quam regebat & fovebat in populo, ſpiritualis poteſtas funda- ret & ſolidaret in clero. Qua in re partis utriuſ- que zelus innotuit, epiſcoporum in hoc ſtan- te judicio, ut homicidium, & ſi quid ejuſmo- di eſt, exauthoratione ſola puniretur in clero. Rege vero exiſtimante pœnam hanc non con- C digne reſpondere flagitio, nec ſtabiliendæ paci bene proſpici, ſi lector aut acolytus perimat quam præclara nitentem virum religione vel di- gnitate, ut ſola jam dicti ordinis amiſſione tutus exiſtat. Clero itaque ſtatuto cœlitus ordini deferente, domino vero rege peccatum juſto ſicut ſperat odio perſequente, & pacem al- tius radicare intendente: ſancta quædam oborta eſt contentio, quam excuſat, ut credimus, a- pud dominum ſimplex utriuſque partis intentio. Hinc non Dominationis ambitu, non oppri- mendæ eccleſiaſticæ libertatis intuitu, ſed ſoli- dandæ pacis affectu, eo progreſſus eſt, ut re- D gni ſui conſuetudines & dignitates regibus ante ſe in regno Angliæ a perſonis eccleſiaſticis ob- ſervatas, & pacifice ac reverenter exhibitas, dominus noſter rex deduci vellet in medium, & ne ſuper his contentionis funis traheretur in poſterum, notitiæ publicæ delegari. Adju- ratis itaque per fidem, & per eam quæ in De- um ſpes eſt majoribus natu epiſcopis, aliiſque regni majoribus, retracti temporis inſinuato ſta- tu, dignitates requiſitæ palam prolatæ ſunt, & ſummorum in regno virorum teſtimoniis propalatæ. Hæc eſt domini noſtri regis in ec- E cleſiam Dei toto orbe declamata crudelitas, hæc ab eo perſecutio, hæc opera ejus inter nos, vel undique divulgata malignitas.

In his tamen omnibus ſi quid periculoſum animæ, ſi quid ignominioſum eccleſiæ conti- netur: id veſtra monitus atque motus authori- tate, ob reverentiam Chriſti, ob eccleſiæ ſan- ctæ, quam ſibi matrem profitetur, honorificen- tiam, ob animæ ſuæ remedium, eccleſiæ regni ſui conſilio ſe correcturum devotione ſanctiſſi- ma jam diu pollicitus eſt, & conſtantiſſi- A me pollicetur. Et quidem pacis optatum fi- nem, noſtra, pater, ut ſperamus, obtinuiſſet jam poſtulatio: ſi non iras jam ſopitas, & fe- re prorſus extinctas, patris noſtri domini Can- tuarienſis de novo ſuſcitaſſet exacerbatio. Ve- rum hic, de cujus patientia pacem, de cujus modeſtia redintegrationem hucuſque gratiæ ſpe- rabamus: ipſum quem monitis emollire, quem meritis & manſuetudine ſuperare debuerat, per triſtes & terribiles litteras, devotionem patris aut pontificis patientiam minime redolentes, cum in pacis perturbatores exercitum nuper age- ret, dure ſatis & irreverenter aggreſſus eſt, in ipſum excommunicationis ſententiam, in re- gnum ejus interdicti pœnam acerrime com- B minando. Cujus ſi ſic remuneratur humilitas, quid in contumacem ſtatuetur? Si ſic æſtima- tur obediendi prompta devotio, in obſtinacem perverſitatem quonam modo vindicabitur? Minis quoque gravibus ſuperaddita ſunt graviora. Quoſdam namque fideles & familiares domini Regis primarios regni proceres, regiis ſpecia- liter aſſiſtentes ſecretis, in quorum manu conſilia Regis, & regni negotia diriguntur, non citatos, non defenſos, non ut ajunt culpæ ſibi conſcios, non convictos, aut confeſſos, excommunicatio- nis innodavit ſententia, & excommunicatos publice denunciavit.

Adjecit etiam, ut venerabilem fratrem noſtrum Salesberienſem epiſcopum, abſentem & indefen- C ſum, non confeſſum, aut convictum, ſacerdo- tali prius & epiſcopali ſuſpenderet officio, quam ſuſpenſionis ejus cauſa comprovincialium aut aliquorum etiam fuiſſet arbitrio comprobata. Si hic itaque judiciorum ordo circa Regem, circa regnum, tam præpoſtere, ne dicamus in- ordinate, proceſſerit: quidnam conſequi poſſe putabimus? (dies enim mali ſunt, & occaſio- nem habentes malignandi quam plurimam) ni- ſi ut tenor pacis & gratiæ quo regnum & ſa- cerdotium uſque modo cohærent, abrumpatur, & nos cum commiſſo nobis clero in diſperſio- nem abeamus exilii, aut a veſtra, quod abſit, fidelitate recedentes, ad ſchiſmatis malum in D abyſſum iniquitatis & inobedientiæ pervolva- mur. Compendioſiſſima quippe via hæc eſt ad omne religionis diſpendium, ac cleri pariter populique ſubverſionem, & interitum. Unde ne apoſtolatus veſtri tempore tam miſere ſub- vertatur eccleſia; ne dominus noſter Rex & ſervientes ei populi a veſtra, quod abſit, aver- tantur obedientia; ne totum, quod privato- rum conſilio machinatur, poſſit in nos domini Cantuarienſis iracundia: adverſus eum & ejus mandata, domino noſtro Regi, aut regno ejus, nobis, aut commiſſis nobis eccleſiis grava- E men aliquod importantia, ad ſublimitatem ve- ſtram voce & ſcripto appellavimus: & appella- tioni terminum diem Aſcenſionis Dominicæ de- ſignavimus: eligentes apud vos in omne quod ſanctitati veſtræ placuerit humiliari, quam ob ſublimes ipſius animi motus, noſtris non id exigentibus meritis, de die in diem tædioſiſ- ſime prægravari. Conſervet incolumitatem ve- ſtram eccleſiæ ſuæ in longa tempora profuturam omnipotens Dominus in Chriſto dilecte pater.

ANNO CHRISTI 1166.

ANNO CHRISTI 1166.

# CONVENTUS CENOMANENSIS

Pro ſuppetiis Terræ Sanctæ ferendis.

Ex P. Pagi ad an. Chr 1164. n. 38.

A AD Terræ Sanctæ ſubſidium non ſolum in Francia, ſed & in Anglia pecunia collecta, ut diſcimus ex Chronico Gervaſii ad an. 1166. ubi refertur ſcriptum Henrico Rege præcipiente compoſitum, in quo is ait: *Proxima tertia feria poſt Dominicam, qua cantatur, Miſericordia Domini, primo cum ibi adeſſent Archiepiſcopus Rotomagenſis, & tres Epiſcopi Normanniæ, & Epiſcopus Cenomanenſis, & quidam Barones mei. Iterato apud Cenomaniam tertia feria poſt ſequentem Dominicam cum adeſſent pariter tres Archiepiſcopi Rotomagenſis, Turonenſis, Burdegalenſis, & Epiſcopi plures Bajocenſis, Luxovienſis, Sagienſis, Cenomanenſis, Andegavenſis, Vanetenſis, Pictavenſis, Engoliſmenſis, Petragoricenſis, Agennenſis, Beſancenſis* ( vox illa corrupta ) *& multi Barones mei de Normaſia, de Cenomania, de Turona, de Andegavia, de Britannia, de Guaſconia, conſilio & aſſenſu omnium, petitione & precibus Domini Regis Francorum & exemplo ſuo, qui per terram ſuam ſimiliter ſtatuit fieri, ſtatui ut ad defenſionem & juvamen Eccleſiæ Terræ Orientalis unuſquiſque terris ſuis de omni mobili quod habet, ſive aurum ſive argentum abſque lapidibus, ſive animalia, ſive nummi, ſive quidquid ſit abſque veſtibus, inciſis, & de reditibus ſimiliter de hoc anno 1166. de una quaque libra duos denarios; Deinde quatuor ſequentibus annis de ſingulis libris ſingulos denarios. Hoc quoque faciat de culturis & vineis &c. Condonata eſt tertia pars pœnitentiæ ſuæ omnibus, qui fideliter de rebus ſuis hanc eleemoſynam perſolverint. Hæc acta ſunt an-* B *no ab Incar. 1166.*

ANNO CHRISTI 1168.

ANNO CHRISTI 1168.

# CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM

Præſide Michaele Anchiali Patriarcha, in quo ſe Græci penitus ab Apoſtolica ſede ſegregarunt.

Ex Allatio de Conſenſu l. 2. cap. 12. n. 1.

VIdens Michel Comnenus Imperator in dies Schiſmaticorum procacitatem & inſolentiam contra Latinos augeri, Concilium indixit Conſtantinopoli, ut querelis ſopitis, modus inveniretur ad pacem cum Latinis conciliandam, & damna, quæ illius imperio inferebantur, propulſarentur: ſed nefarius homo, Michael Anchiali Patriarcha ( quæ cauſa eum induxerit, nondum comperi ) a propoſito, ſpecie pietatis avertit; quare nihil in ea Synodo concluſum eſt. Colligitur id ex Dialogo, quem ipſe Patriarcha conſcripſit, in quo introducit Imperatorem, anxie pacem peroptantem, ad eam conſequendam ſummis conatibus contendentem, ſe vero ab ea dehortantem, & Latinos modis omnibus expoſtulantem. Summa Dialogi eſt. *Ex Dialogo ſanctiſſimi & ſapientiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani domini Michaelis Anchiali ad Porphyrogennetam Imperatorem Dominum Michaelem Comnenum, cum multi Antiſtites, qui Papæ ſuberant, & Epiſcopi, & fratres Conſtantinopolim pervenerint, Eccleſiarum unionem procurantes, nihil aliud a Græcis expoſcentes, quam ceſſionem Primatus ipſi Papæ, & Appellationum, & illius commemorationem fieri.* Eiuſdem D etiam Anchiali circumfertur Epiſtola calumniis, & conviciis plena in Romanam Eccleſiam. Qui tamen ex Schiſmate ſunt, rem ita narrant. Ancyranus. *Rurſum ſub imperio domini Manuelis, labore prævio, Conſtantinopolim primi Cardinalium advenere; & celebrata eſt magna Synodus. Et cum multa dixiſſent, & audiſſent ita caſu ferente, non condeſcenderunt, ſed inſiſtebant omnes omnino, ad ſuum arbitrium & conſuetudines trahere. Quare, re deſperata, Imperator, & Synodus, & univerſus Senatus, calculum dederunt, ut totali ſeparatione Papam, & qui cum eo ſentirent omnes, abſcinderent, judicium ſuper hoc Deo relinquentes. Neque eos totali anathemati tradiderunt, ſicuti alias hæreſes; quod gens illa magna ſit, & celeberrima: nec rurſus ut illis communione unirentur. Et ſuper hoc Tomos compoſuerunt, in quibus imma-* C *culatam & orthodoxam fidem digeſſerunt, ut neque Latinorum Eccleſia facultatem haberet, de his referendi, pro quibus condemnati fuerunt; ad Græcorum Eccleſiam & reliquos Orientis Patriarchas, neque rurſum Græcorum ad illos; recitantes Apoſtolicum illud dictum. Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam admonitionem fugito, ſciens, quod diſtortus ille ſit, & peccans a ſe ipſo condemnatur.* Sed falſum eſt, quod dicit, Latinos conatos fuiſſe Græcos ad ſuas conſuetudines trahere, quas ipſi probant & laudant, & Græcos ipſos ad eas conſervandas adhortantur, ne dicam compellunt. Quare Græci non erant ab iis avocandi. Et tria tantum in illa Synodo petiiſſe, ex ipſa Dialoghi Eprigraphe, quam ſupra adduximus, & cui fides habenda eſt, diſcimus πρωτεῖον, ἔκκλητον, μνημόσυνον, *Primatum, Appellationem, & Commemorationem.*

# CONCILIUM LATERANENSE,

## Quo Fridericus imperator excommunicatur, & per ſententiam imperio privatur, anno MCLXVIII. ſub Alexandro papa III.

FRidericum *imperatorem ab Alexandro pontifice propter intruſum in ſedem apoſtolicam Victorem tertium pſeudopapam hoc ſynodo excommunicatum, & imperiali dignitate privatum eſſe, conſtat ex Joannis Saresberienſis epiſtola* 60. *ad Joannem Pictavenſem ſcripta, his verbis*: Fridericus ille ſchiſmaticus inſignis, dum in eccleſiam malitioſius & crudelius ſævit, factus eſt exauguſtus, & eo perductus eſt, ut jam optaverit Italiam perdidiſſe, quam retinere non poteſt. *At cur exauguſtus? Alia declarat epiſtola, ad Cantiæ Subpriorem*: Refloreſcit ſtatus, authore Domino univerſalis eccleſiæ, & ſchiſmaticorum impetus fruſtratus eſt, & ſuperbia Moab in dies infirmatur. Nec de nocte vaſtatus eſt nunc, ut ab initio, ſed in meridie ſuffoſſa eſt ara, & muri ejus dejecti ſunt funditus, ut exaltatio Moab ex neceſſitate Petro cedens, de cetero conquieſcat. Unde ſpes eſt in Domino, ut vociferantibus tubis ſacerdotalibus, in proximo corruat Jericho, & regnum proprio ſanguine acquiſitum obtineat triumphator Jeſus; & in pace poſſideat quod ſui juris eſt ſponſus & juſtus eccleſiæ Chriſtus. Cum enim Romanus pontifex per patientiam Teutonicum tyrannum diutius expectaſſet, ut vel ſic provocaretur ad pœnitentiam; & ſchiſmaticus abutens patientia ejus peccata peccatis adderet jugiter, ut errore in amentiam verteretur: vicarius Petri a Domino conſtitutus ſuper gentes & ſuper regna, Italos, & omnes qui ei ex cauſa imperii religione jurisjurandi tenebantur aſtricti, a fidelitate ejus abſolvit, & Italiam fere totam a facie furentis & præſentis tanta felicitate & celeritate excuſſit, ut in ea nihil habere videatur, niſi tortores, quos evitat, interdictum, & anguſtiarum, quas evitare non poteſt, juge ſupplicium.

Abſtulit ei etiam regiam dignitatem, ipſumque anathemate condemnavit, & inhibuit authoritate Dei, ne vires ullas amodo in bellicis congreſſionibus habeat, aut de Chriſtiano aliquo victoriam conſequatur, aut alicubi quiete & pace gaudeat, donec fructus pœnitentiæ condignos operetur. In quo ſecutus eſt exemplum Gregorii ſeptimi deceſſoris ſui, qui noſtra ætate Henricum imperatorem eccleſiæ privilegia convellentem deponens, in concilio Romano ſimili ſententia condemnavit. Et quidem illa ſententia effectum ſortita eſt: & hanc de privilegio Petri latam videtur ipſe Dominus confirmaſſe. Hoc enim Itali audito, ab eo diſcedentes reædificaverunt Mediolanum, ſchiſmaticos expulerunt, catholicos reduxerunt epiſcopos, & apoſtolicæ ſedi unanimiter adhæſerunt. Sed quid nota recenſeo? Hoc ubique locorum fama, quaſi præconis voce concelebrat, nec aliquibus dubium puto, ne forte lateat illos, qui ſoli tempeſtate hac exulant domo ſua. Quia ergo ab Oriente jam radius ſerenitatis alluxit per Chriſtum, & incolumitas eccleſiæ in capite reparatur: supereſt ſpes fidei certiſſima, quod unguentum a capite in apoſtolicam barbam exuberans, deſcendat in caput & oram Anglicanæ eccleſiæ, &c.

*Ex eodem quoque Lateranenſi concilio credita eſt legatio Galdino archiepiſcopo Mediolanenſi, ut catholicos ab eccleſiis ſuis pulſos reſtituat epiſcopos, & ſchiſmaticos intruſos ſedibus pellat. Qui quomodo id ſit operatus in eccleſia Laudenſi addicta ſchiſmaticis, his verbis in Laudenſi tunc ſcripto chronico per Ottonem Morenam deſcribitur*: Interea dominus Galdinus de la Scola, Mediolanenſis civis & clerius, qui quidem cancellarius domini Ribaldi & domini Huberti de Pirovano Mediolanenſium archiepiſcoporum per annos multos fuerat, & in locum jam dicti Huberti ad archiepiſc. Mediolani fuerat ſublimatus a D. Aleſſandro papa, in Lombardia ipſius papæ tunc legatus conſtitutus, ſuos nuncios, ſcilicet abbatem S. Ambroſii, & abbatem ſancti Vincentii de Mediolano, miſit domino Alberto de Cazano, majoris eccleſiæ Laudenſis tunc præpoſito, ceteriſque præpoſitis, abbatibus, presbyteris, & clericis, & etiam conſulibus de Laude, dicendo atque monendo, quod ipſi partem papæ Paſchalis & domini Friderici imperatoris omnino relinquerent, & prædicto papæ Alexandro faverent, & ipſi papæ de injuria ſibi facta ſatisfacerent, atque epiſcopum catholicum eligerent: & niſi hoc facerent, ab officio & beneficio eccleſiaſtico abſtinerent. Dictus vero præpoſitus, ceterique clerici hoc audientes, mœſti valde fuere, tum quia magna pars eorum mandato imperatoris juraverat, ſe papam Paſchalem pro papa in perpetuum tenere: tum etiam, quia omnes fere fidelitatem juraverant domino Alberto de Merlino, tunc temporis, ut eis videbatur, Laudenſi epiſcopo catholico, nec adhuc canonico jure depoſito, hoc facere timebant valde, & ſibi in maximum dedecus reputabant. Inter ſe etiam conferentes, quod ſi dicti papa Paſchalis & imperator victores adhuc exiſterent, ipſi in perpetuum ſe damnarent, & qualibet eorum dignitate & gratia privarent: formidabant nimis mandatis domini Galdini obedire. Hoc etiam recuſare, quod eis mandaverat decus ſupradicti domini Galdini, ſtupebant plures, tum propter papam Alexandrum, & ſupradictum dominum Galdinum archiepiſcopum, qui quaſi in illis partibus victores exiſterent; tum propter civitates Lombardiæ fere omnes inſimul conjurantes: quia ſciebant, quod ſi de Laude expelierentur, in Lombardia habitaculum, aut locum in quo ſe poſſent reducere, non haberent.

Tandem dubiis anguſtiis hinc inde ſatis diu revolutis, cum nullam miſericordiam a dicto archiepiſcopo invenire poſſent, niſi quod eis mandaverat adimplerent: eligentes potius vivere quam mori, magiſque etiam ſtare in ſua patria, quam in aliena vagari; in papam Alexandrum credere, ejuſque parti favere, & epiſcopum novum ſecundum voluntatem archiepiſcopi eligere diſpoſuerunt. Igitur die Jovis ſancto, quæ fuit tunc quarto Kalendas Aprilis, Indictione prima, MCLVIII. anno, prædictus dominus Albertus Laudenſis eccleſiæ majoris præpoſitus, communicato inſimul conſilio tam Laudenſis civitatis, abbatum præpoſitorum, presbyterorum, aliorumque clericorum, quam etiam illorum qui extra civitatem in epiſcopatu Laudenſi fuerant, ad ho-

ANNO CHRISTI 1168.

A honorem Dei & beatiſſimæ virginis Mariæ, atque beati pretioſi confeſſoris Baſſiani, dominum Albertum presbyterum, & tunc temporis eccleſiæ de Ripalta præpoſitum, virum honeſtum & religioſum, elegit in Laudenſem epiſcopum & paſtorem. Proximo vero die Mercurii poſt paſcha, Laudenſes abbates, præpoſiti, presbyteri, aliique clerici multi, conſules etiam Laudenſes multique judices & ſapientes de Laude, Bergomum*, ubi tunc dictus electus erat, iverunt, & ipſum in ſequenti die Jovis proximo Laudem cum ineffabili gaudio conduxerunt: qui ibi honorifice nimis ab omnibus tam clericis quam laicis eſt ſuſceptus. *Hucuſque hiſtoria ſeu chronicon Laudenſium rerum per Ottonem patrem & filium Acerbum Morenam conſcriptum.*

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI
*Ad an. Chr. 1168. n. 6.*

Baronius hic & Labbæus Tom. X. Concil. ut oſtendat Concilium Romanum, vel Lateranenſe, in quo Fridericus Imp. exauctoratus, *& omnes, qui ei ex cauſa Imperii & Regni religione jurejurando tenebantur adſtricti, a fidelitate ejus* abſoluti, hoc anno celebratum fuiſſe, producunt Epiſtolam Joannis Saresberienſis Willelmo Superiori Cantiæ datam, quæ juxta Baronium eſt LXXXIV. Libri II. & juxta Lupum LXXXIX. ejuſdem libri, ex quam memorata verba deſcripta. Verum ex aliis ejuſdem Epiſtolæ verbis perſpicuum fit, eam anno ſuperiori ſcriptam, ideoque & ad eum Concilium iſtud retrahendum eſſe. Hæc ibi Joannes Saresberienſis: *Abſtulit ei etiam Regiam dignitatem, ipſumque anathemate condemnavit*, &c. *In quo ſecutus eſt exemplum Gregorii VII. qui noſtra ætate Henricum Imp. Eccleſiæ Privilegia convellentem, deponens in Concilio Romano, ſimili ſententia condemnavit. Et quidem illa ſententia effectum ſortita eſt, & hanc de privile-* B *gio Petri latam videtur ipſe Dominus confirmaſſe. Hoc enim Itali audito, ab eo diſcedentes reædificaverunt Mediolanum, Schiſmaticos expulerunt, Catholicos reduxerunt Epiſcopos, & Apoſtolicæ Sedi unanimiter adhæſerunt.* Quare cum Mediolanenſes anno ſuperiori die viceſima ſeptima menſis Aprilis Mediolanum ingreſſi fuerint, ut ibidem monſtravimus, eo anno ante cum diem Concilium Romanum congregatum fuit. Adhæc ex iis, quæ paulo infra in medium proferemus, liquet Alexandrum III. hoc anno Romam, quo antecedenti egreſſus fuerat, redire non potuiſſe.

ANNO CHRISTI 1169.

## ☞ SYNODUS STRIGONIENSIS PROVINCIALIS

Celebrata ſub Stephano III. Rege, & Luca Bauſſi archiepiſcopo Strigonienſi

*Anno 1169.*

Ex Manſi Suppl. T. II. p. 575. Ex Peterffy Syn. Hungar. t. 1. p. 61. * In MS. Claris. Otrokoczy ad hunc an.

VEſtigia quædam reperio celebratæ anno MCLXIX. Synodi Provincialis Strigonii * cujus indicendæ occaſionem dederat Stephanus III. Hungariæ rex, princeps cæteroquin non malus. Rerum ille Deo ſacrarum habendi cupiditate inductus, ex eccleſiarum peculiis, ærario ſuo nimium enervato, acceſſionem facere voluit. Quem in finem, turpi nundinatione profani homines in locum præpoſitorum & abbatum intruſi, ex agris, fundiſque beneficiorum ſacrilegum lucrum capientes, fiſco regio certum pecuniæ numerum pendebant. Et, cum plura jam de poſſeſſionibus epiſcoporum, aliis fruenda locarentur, ad epiſcopos ipſos peſtis iſta tranſiit, qui regularium, & monaſteriorum rectores, adempta dignitate, pro libitu ſuo ſedibus dimovebant, aut retenta in uſus ſuos non mediocri portione, alios aliis ſubſtituebant. Vexabatur itaque ultra modum ſoluta cleri diſciplina, fides & pax eccleſiarum; ut omnino pugnantibus invicem membris, corpus ſanctæ religionis in partes abiturum boni omnes metuerent. Offendebant tot tantaque mala archiepiſcopum Lucam, qui, cum multa in regis animo virtute ſua, & ingenio valeret, & Thomæ Cantuarienſis, ea ætate in Henricum II. Angliæ regem armati, exemplo excitaretur, remedium morbo ſollicite quærebat, ne ardente tum pernitioſis litibus Anglia, in pari cauſa par incendium Hungariam corriperet. Ut ergo, rem ſine turbis, ſine mala gratia conficiat, ſuffraganeos ſuos, cæteroſque a culpa immunes epiſcopos (Colocenſis enim cum paucis in reorum numero cenſebatur, ut pa- C tebit) ad Synodum vocat, & quid in tanto jurium ſuorum diſcrimine cenſerent faciendum, commemorat. Id porro conſilii patres ad ſynodum vocati dedere; regem adiret Lucas, eorum, quæ in eccleſiam peccaſſet, non tam cauſam exigeret, quam hunc fere in modum commoneret: non eſſe de regis apoſtolici libertate, ſedes pontificum, & ſacroſancta cleri inſtituta permutare, invertere; protritis ſacris legibus, futurum ſine dubio, ut ſacerdotia ſub haſta venirent: augeri inde ad rapinas vulgi animos omnemque erga animarum curatores obſervantiam ſenſim emori; totum Chriſti ærarium, unde tanta in rempublicam commoda profecta ſunt, procerum luxui, vitiis, avaritiæ deſtinari: imminere una ex hac D tempeſtate fidei naufragium, in quod rem Chriſtianam, accepta domi, foriſque ſeditione, impelleret: connivente rege, ne epiſcopos quidem manus abſtinuiſſe a ſacrilego mercatu; vindicem Divini cultus ageret: ſin, monitis precibuſque obſiſteret, ad ſedem apoſtolicam (quam Stephanus mirifice coluit) cauſam ſe delaturum, libere edicat.

Hac concilii ſententia animatus Lucas, impetravit quidem a Stephano, ut nonnihil mitior, promitteret errores Regia munificentia ſe inſtauraturum: ſed quum moram, quam ille in ſarciendis damnis habebat, plena eſſet periculi, Ale- E xandro III. PP. per literas queſtus eſt, cujus etiam opera, miſſo in Hungariam M. Diacono Cardinale Legato, cognita Regem inter, & clerum controverſia, pax feliciter procurata.

NOR-

# ☛ NORVICENSIS SYNODUS

Quo Londinenſi epiſcopo jurium eccleſiæ Cantuarienſis invaſori communio negatur,

*Anno 1169. habita.*

Manſi ibid.

Gilbertus Londinienſis epiſcopus ſignum extulerat defectionis in S. Thomam Cantuarienſem metropolitanum ſuum; conſuetudines quoque Anglicanas, quas Alexander papa & S. Thomas damnaverant, ipſe præ cæteris admiſerat probaveratque. Cui puniendo metropolitanus idem anathematis ſententiam in eum pronunciaverat. Furens Gilbertus metropolitam recuſavit, minitatus præterea id commiſſurum ſe, ut ea dignitas Londinum transferetur. Diſplicuit id pluribus in Anglia epiſcopis, inter quos W. Norvicenſis epiſcopus coacta ſynodo excommunicationem A illam admiſit. Ejus ſynodi mentio fit in epiſtola S. Thomæ Cantuarienſis ad Rogerium Vigornenſem, quæ extat in codice epiſtolarum in cauſa S. Thomæ lib. III. epiſt. LXXXVII. in qua hæc legas: *Reſtiterunt ei* (Gilberto) *nuper coram regis officialibus, quos in perſequutionem eccleſiæ excitabat, laudabiliter fratres noſtri, ſeque ab illius communione ſuſpendentes, per parochias ſuas edicto publico præceperunt eum a cunctis fidelibus evitari. Et hoc quidem fecit primus venerabilis frater noſter Norovicenſis epiſcopus in Synodo proxime habita &c.*

*IN SEQUENTEM DISPUTATIONEM NIERSIS CATHOLICI ARMENIORUM*

*Cum Theoriano Græci Imperatoris Legato.*

## PRÆMONITIO EDITORIS.

Ibidem.

*Nierſes ſummus Armenorum antiſtes, ſeu, ut illi appellant, catholicus, magna ſcientia nomine, ſi vera ſcribunt Armeni in ſuo Menologio ad diem XIX. novembris, per orientem claruit. Audientes de illo Græci, & ipſe pariter Græcorum imperator Manuel Comnenus, ac Conſtantinopolitanus patriarcha fidei confeſſionem ab illo expopoſcerunt; quam acceptam approbaſſe Græcos ſcribit ejuſdem Menologii auctor; ſed re ipſa improbatam conſtat. Cum Manuel ſolemnem ad illum legationem miſerit, quam Theorianus Græcus quidam Philoſophus, vel potius Theologus geſſit, ille cum Nierſe diſputationem de fide* B *inſtituit, allatiſque in medium SS. Patrum, maxime Græcorum ſententiis, duarum in Chriſto naturarum dogma adeo perſpicue demonſtravit, ut Armenum patriarcham, aliosque qui interim ſupervenerant, epiſcopos ad orthodoxiam deduxerit. Ejus diſputationis acta hic danda cenſui eo conſilio, quo in volumine hujus operis priori diſputationem Archelai cum Manete deſcripſi; & Labbeus diſputationum S. Maximi cum Theodoſio epiſcopo Cæſareæ exhibuit. Hanc vero reddo ex bibliotheca Patrum Pariſienſi tom. XI. pag. 439.*

## THEORIANI CUM CATHOLICO ARMENIORUM

*Diſputatio, qua imago pii de religione colloquii repræſentatur.*

### ΔΙΑΛΕΞΕΙΣ ΘΕΩΡΙΑΝΟΥ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ

C

πρὸς τὸν καθολικὸν τῶν Αρμενίων.

ιλικὸν εἰς τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον καθολικὸν τῶν Αρμενίων.

ΕΝ ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ς'. χ'. ο'. η'. ἔτει δὲ εἰκοστῷ ὀγδόῳ τῆς αὐτοκρατορίας τοῦ D ἐν βασιλεῦσιν εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου, καὶ θεοσέπτου κυροῦ ΜΑΝΟΥΗΛ, τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ Κομνηνοῦ, ἰνδικτιῶνος τρίτης, κατὰ τὴν δεκάτην πέμπτην τοῦ Μαΐου μηνὸς κατελάβομεν σὺν Θεῷ τῶν Ρωμαίων κυλά· καὶ χαιρετίσαντες τὸν καθολικὸν τῶν Αρμενίων, κύριον Νερσέσιν, ἐκ τοῦ μέρους τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, δεδώκαμεν αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν βασιλικὸν θεῖον γράμμα, ἀναδιδάξαντες αὐτὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν θέλημα, ὃ πρὸς αὐτὸν κέκτηται ὁ κράτιστος καὶ ἅ-

### THEORIANI ORTHODOXI

Cum Catholico Armeniorum colloquium.

### IMPERATORIUM DIPLOMA

Miſſum ad reverendiſſimum & religioſiſſimum Generalem Armeniorum.

Anno ab orbe condito VI. CIↃIↃCLXXVIII. imperii piiſſimi, & Chriſtiani, & divinitus coronati Domini MANUELIS, * in Porphyranati, Comneni, decimo & octavo; indictione tertia, die XV. menſis maii adjuvante nos Deo limites Romanorum adtigimus, cumque * generali Armeniorum, Domino Norſeſi, præpotentis & ſancti imperatoris noſtri nomine ſalutem dixiſſemus: datas ad ipſum imperatorias ſacras litteras ei reddidimus, expoſita ſimul benigna voluntate, quam erga ipſum præpotens & ſanctus imperator noſter gereret, & quod maximo deſiderio tam ipſius quam ſubditorum ejus unionem cum ſancta univerſali & apo-

* Palatii nomen in quo pariebant Auguſtæ

* Vulgo Catholic. vocant



ſto-

ANNO CHRISTI 1169.

ſtolica eccleſia expetens, non minimos ſervos ſuos tam longo locorum ex intervallo, & adeo duro itinere, ad inſignem ipſius ſanctitatem ablegaſſet. Ea quum Generalis audiſſet, hæc ad nos loquutus eſt:

Agimus imperatori ſancto gratias, quod & noſtri curam gerat, minimorum ex iis qui pro ſancto ipſius imperio preces fundunt; & quod orbis univerſi curas ſuſtinens noſtri quoque non ſit oblitus.

*Poſtridie nobis arceſſitis, dixit:*

Poſteaquam datas ad me imperatorias & ſacras ordinati coronatique divinitus, & piiſſimi imperatoris litteras perlegi; tam ipſius quam ſanctæ Romanorum eccleſiæ voluntatem perſpexi: quod videlicet, ſi noſtros circa fidem orthodoxam errores corrigere velimus, paratus ſit & ſanctus imperator, & ſancta generalis ac apoſtolica eccleſia, nos tamquam fratres recipere. Volumus ergo doceri, quænam illa ſint, in quibus nos adverſus fidem aberremus: ac ſi quidem ex inſtituto canonum per ſacrarum litterarum, & conſentaneas demonſtrationes convicti fuerimus, emendationem illam alacriter acceptabimus. THEORIANUS. Obſecro eximiam illam ſanctitatem tuam, ut orationem noſtram cum inſita ſibi manſuetudine excipiat; nec graves ac moleſtas ſibi noſtras interrogationes ducat. Eſto autem conſtitutum inter nos, velut ex ſtipulato & promiſſo partis utriuſque, ut ſi quid audiverimus, quod adverſari rectæ ſententiæ videatur; non continuo pronuntiemus, id hæreticum eſſe: ſed diligenter interrogemus, ac erudiamur de vocis cujuſque ſignificato, & illius mente, qui ea ſit uſus. Cavendum quoque nobis a ruditate interpretis, qui non ſolum grammaticam non novit, ſed ne ſolutam quid orationem Græcam recte tenet. ne ipſius ignorantia vel lapſus, nobis imputetur. GENERALIS. Recte ais: ita fiat. THEORIANUS. Miſit epiſtolam ad præpotentem & ſanctum imperatorem eximia ſanctitas tua, qua de quibuſdam fidei capitibus, & conſuetudinibus eccleſiaſticis tractat. Itaque ſanctitatem tuam eximiam interrogo, itane ſentiat, ut in ea perſcriptum eſt; an aliquid eorum, quæ in illa perſcripta ſunt, nullius momenti ducat. GENERALIS. Ita tum ſentiebam, & ita ſentio, ſicut in ea perſcripſi. THEORIANUS. Quas ſynodos recipis? GENERALIS. Nicænam ſanctorum CCCXVIII. patrum: Conſtantinopolitanam, ſanctorum & inſtinctu divino gubernatorum CL. patrum: & Epheſinam, ſanctorum CC. patrum, in qua Neſtorius ab officio remotus fuit. THEORIANUS. Quorum doctorum ſcripta & doctrinas adprobas? GENERALIS. Magni illius Athanaſii, ſancti Gregorii Theologi, Baſilii magni, ſancti Gregorii Nyſſeni, ſancti Joannis Chryſoſtomi, ſancti Ephræmi, ſancti Cyrilli Alexandrini antiſtitis, & multorum aliorum. THEORIANUS. Ergo lectionem epiſtolæ tuæ inchoemus, & capitum in ea comprehenſorum mentem fraterne conſideremus; an prædictos divos patres, & ſanctas ſynodos ſequatur. GENERALIS. Recte dicis. Ita fiat.

γιος ἡμῶν βασιλεὺς· καὶ ὅτι δι' ἐφέσεως ἔχων πλείστης τὴν αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν, πρὸς τὴν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν ἕνωσιν, ἐξαπέστειλεν ἡμᾶς τοὺς ἐλαχίστους δούλους αὐτοῦ, διὰ τοσούτου μακροῦ διαστήματος, καὶ οὕτω σκληρᾶς ὁδοῦ, πρὸς τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου. Τούτων κατήκοος γεγονὼς ὁ καθολικὸς ἔφη πρὸς ἡμᾶς.

Εὐχαριστοῦμεν τῷ βασιλεῖ τῷ ἁγίῳ, ὅτι προνοεῖται καὶ ἡμῶν τῶν ἐλαχίστων δεκτῶν τῆς ἁγίας αὐτοῦ βασιλείας· καὶ ὅτι τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἔχων τὰς φροντίδας, οὐδὲ ἡμῶν ἐπελάθετο.

Τῇ ἐπαύριον μετακαλεσάμενος ἡμᾶς, εἶπεν ἡμῖν·

Αναγνοὺς τὸ πρὸς ἐμὲ βασιλικὸν καὶ θεῖον γράμμα τοῦ θεοπροβλήτου καὶ θεοστεφοῦς, καὶ εὐσεβεστάτου βασιλέως, ἀνέμαθον τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ τῆς ἁγίας τῶν Ρωμαίων ἐκκλησίας, ὅτι ἐὰν θελήσωμεν διορθώσασθαι τὰ περὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν σφάλματα ἡμῶν, ἑτοίμως ἔχει ὅ, τε ἅγιος βασιλεὺς, καὶ ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ ἀποστολικὴ, παραδέξασθαι ἡμᾶς, ὡς ἀδελφούς. βουλόμεθα οὖν ἀναδιδαχθῆναι, τίνα εἰσὶν, ἃ ἡμεῖς εἰς τὴν πίστιν παρασφαλλόμεθα, καὶ εἰ ἐλεγχθῶμεν κανονικῶς μετὰ γραφικῶν ἀποδείξεων, καὶ ἀκολούθως, προθύμως δεξόμεθα τὴν διόρθωσιν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. παρακαλῶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου, δέχεσθαι τὸν ἡμέτερον λόγον μετὰ τῆς ἐμφύτου αὐτῇ πρᾳότητος, καὶ μὴ φορτικὰς ἡγεῖσθαι τὰς ἐρωτήσεις ἡμῶν. ἔστω δὲ ἡμῖν ὡς ἐξ ἐπερωτήσεως καὶ ὁμολογίας ἀμφοτέρων, ὅταν ἀκούσωμέν τι οὐκ ὀρθῆς ἐννοίας εἶναι δοκοῦν, μὴ εὐθὺς ἀποφαίνεσθαι, ὅτι τοῦτο αἱρετικόν ἐστιν, ἀλλ' ἐρωτᾷν ἐπιμελῶς, καὶ διδάσκεσθαι τὴν σημασίαν τῆς λέξεως, καὶ τὸν νοῦν τοῦ χρωμένου αὐτῇ. παραφυλάττεσθαι δὲ δεῖ ἡμᾶς καὶ τὴν ἀγροικίαν τοῦ ἑρμηνέως, ὃς οὐ μόνον ὅτι γραμματικὴν οὐκ οἶδεν τὴν Ελληνίδα πεζὴν διάλεκτον καλῶς ἐξεπίσταται· μή πως τὸ ἐκείνου ἀγνόημα, ἢ ὀλίσθημα, ἡμέτερον λογισθῇ. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. εὖ λέγεις, οὕτω γινέσθω. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἀπέστειλεν ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα ἐπιστολὴν, ἣ διαλαμβάνει περί τινων κεφαλαίων τῆς πίστεως, καὶ ἠθῶν ἐκκλησιαστικῶν. ἐρωτῶ οὖν τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου, εἰ οὕτω φρονεῖ, ὡς ἐν αὐτῇ γέγραπται, ἤ τι τῶν ἐν αὐτῇ γεγραμμένων ἀθετεῖ, Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. οὕτως ἐφρόνουν, καὶ οὕτω φρονῶ, ὡς ἐν αὐτῇ ἔγραψα. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ποίας συνόδους δέχῃ; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τ. ι. η. ἁγίων πατέρων, καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρ. ν. ἁγίων θεοφόρων πατέρων, καὶ τὴν ἐν Εφέσῳ σ'. ἁγίων πατέρων, ἐν ᾗ Νεστόριος καθῃρέθη. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ποίων διδασκάλων στέργεις τὰς γραφὰς, καὶ τὰς διδασκαλίας; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. τοῦ μεγάλου Αθανασίου, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, τοῦ μεγάλου Βασιλείου, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, τοῦ ἁγίου Ιωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, τοῦ ἁγίου Εφραίμ, τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Αλεξανδρείας, καὶ ἄλλων πολλῶν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἀρξώμεθα λοιπὸν τῆς ἀναγνώσεως τῆς σῆς ἐπιστολῆς, καὶ σκεψώμεθα ἀδελφικῶς τῶν ἐν αὐτῇ κεφαλαίων τὸν νοῦν, εἰ τοῖς προῤῥηθεῖσι θείοις πατράσι, καὶ ταῖς ἁγίαις συνόδοις ἕπεται. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. εὖ λέγεις. Καὶ οὕτω γινέσθω.

ANNO CHRISTI 1169.

Καὶ

ANNO CHRISTI 1169.

A

Καὶ ἀναγνόντες, ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον·

Λέγομεν μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστὸν, οὐ κατὰ τὸν Εὐτυχέα συγχέοντες, οὔτε κατὰ τὸν Ἀπολλινάριον ἐλαττοῦντες, ἀλλὰ κατὰ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐν Ὀρθοδοξίᾳ, ἅ τινα ἔγραψεν ἐν τῇ βίβλῳ αὐτοῦ κατὰ Νεστορίου, ὅτι μία ἐστὶν ἡ φύσις τοῦ λόγου σεσαρκωμένη. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ὁ ἅγιος Κύριλλος οὐκ εἶπε μίαν φύσιν τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ λόγου, καὶ τότε ἐπήγαγε τὸ, σεσαρκωμένην. ἡ δὲ ἁγιωσύνη σου οὐκ οἶδ' ὅπως ἀπεριμερίμνως καὶ ἀδεῶς εἶπε μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστόν. καὶ θαυμάζω, πῶς ἐτόλμησεν ἐναλλαγὴν ποιῆσαι τῆς παρὰ τῷ ἁγίῳ τεθείσης λέξεως. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. οὐκ ἤλλαξα. ταυτὸν γὰρ σημαίνει φύσις Χριστοῦ καὶ φύσις τοῦ λόγου σεσαρκωμένη. Ο ΘΕΩΡ. οὐ σημαίνει ταυτόν. μὴ γένοιτο. τὸ γὰρ Χριστὸς ὄνομα, κυρίως τὸ συναμφότερον δηλοῖ, Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον. διὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, λέγομεν. ὁ Χριστὸς δὲ σὰρξ ἐγένετο, οὐ λέγομεν. δῆλον δὲ καὶ ἐκ τοῦ μηδένα τῶν ἁγίων εἰπεῖν μίαν φύσιν τοῦ Χριστοῦ. μίαν δὲ φύσιν τοῦ λόγου ὅ, τε ἅγιος Κύριλλος καὶ πρὸ αὐτοῦ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος εἶπεν. ὅταν γὰρ λέγομεν, μίαν φύσιν τοῦ λόγου, τὴν θείαν φύσιν σημαίνει τοῦ υἱοῦ. ὅταν δὲ προσθῶμεν τὸ, σεσαρκωμένην, καθὼς ὁ ἅγιος Κύριλλος πρὸς Σούκενσον ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ, σύμπας ὁ λόγος τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας, εἰσφέρεται. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. καὶ τίς τῶν ἁγίων μετὰ τὴν ἕνωσιν τοῦτο διαῤῥήδην εἶπεν; Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. πάντες, ὧν ἄνω τὰ ὀνόματα ἀπηριθμήσας. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. δεῖξον ἡμῖν ἕνα τούτων, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν. ὃ γὰρ εἷς τῶν ἁγίων λέγει, πάντες λέγουσιν, ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ θείου πνεύματος ἐμπνεόμενοι. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ σὺν Θεῷ πάντας, οὓς ἄνω ὀνομαστὶ εἴρηκας. μόνον μὴ ἐκκακήσῃς ἀκούων, καὶ πάντων παράγω τὰς μαρτυρίας. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. διὰ τοῦτο συνηθροίσθημεν, ἵνα τὸ ἀληθὲς εὕρωμεν. καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς ἐκκακεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. πρὸ τῆς τῶν χρήσεων παρεισφορᾶς, ἀναγκαῖον οἶμαι εἰπεῖν, τί ἐστιν οὐσία, καὶ τί ἐστι φύσις, τί τε ὑπόστασις, καὶ τί πρόσωπον· Διά τοι τοῦτο ἐρωτῶ, πῶς ταῦτα ἐκδέχῃ; ὡς οἱ ἔξω, ἢ ὡς οἱ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι διωρίσαντο; Ο ΚΑΘΟΛ. ἡμεῖς καὶ τῶν ἀμφοτέρων τοὺς ὁρισμοὺς τοὺς περὶ τῶν προκειμένων γινώσκομεν, καὶ πρὸς τὸ ὀρθὸν τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἐπιστημονικῶς ἀπευθύνομεν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἐγὼ πλείστην ἐν τούτοις διαφορὰν τῶν ἔξω πρὸς τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας ὁρῶ. οἱ γὰρ ἔξω σοφοὶ τὸ ἄτομον, ἤτοι τὴν ὑπόστασιν, καὶ τὸ ἓν τῷ ἀριθμῷ, οὐσίαν ὁρίζονται· ὅπερ οἱ θεῖοι πατέρες οὐ παραδέχονται. οὐσίαν γὰρ οἱ θεοφόροι πατέρες καὶ φύσιν τὰ καθόλου λέγουσιν, ἅ τινα οἱ ἔξω εἶδος ὠνόμασαν. διὸ ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος μίαν φύσιν καὶ μίαν οὐσίαν ἐδογμάτισαν, ὑποστάσεις δὲ τρεῖς· ὡς τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας πολλὰς ὑποστάσεις περιεχούσης. ἀμέλει καὶ τῶν ἀνθρώπων φύσις μία οὖσα, ἀπείρους ἔχει τὰς ὑποστάσεις, οἷον Πέ-

*Tum perlegentes, ad eum locum venimus, ubi ſcriptum erat.*

Dicimus in Chriſto naturam unam eſſe, non ſecumdum Eutychem confundentes, nec ſecundum Apollinarium detrahentes: ſed ſecundum Alexandrinum antiſtitem Cyrillum, in Orthodoxia, quæ in libro contra Neſtorium ſcripſit, unam eſſe naturam SERMONIS incarnatam. THEORIANUS. Sanctus Cyrillus non dixit unam in Chriſto naturam, nec unam Chriſti naturam, ſed unam naturam SERMONIS; ac deinde ſubjicit, INCARNATAM. Tua vero ſanctitas neſcio quo pacto incogitanter & libere naturam unam in Chriſto B dixit. Ac miror equidem, cur vocem a ſancto viro poſitam mutare ſit auſa. GERALIS. Non mutavi. Nam idem ſignificat natura Chriſti, & natura Sermonis incarnata. THEORIANUS. Non idem ſignificat, abſit: nam Chriſti nomen, utrumque conjunctum ſignificat, Deum ſimul & hominem: propterea dicimus, SERMO caro factus eſt. At vero, CHRISTUS caro factus, non dicimus. Idem & inde patet, quod nemo ſanctorum unam Chriſti naturam dicat. Unam vero naturam SERMONIS, tum ſanctus Cyrillus, tum ſanctus Athanaſius ante ipſum dixit. Quippe quum dicimus unam naturam SERMONIS, divinam hoc filii naturam ſignificat: quum vero C adjicimus INCARNATAM, ſicuti Sanctus Cyrillus in ſecunda ad Succeſſum epiſtola fecit, tota ratio adminiſtrationis cum carne comprehenditur. GENERALIS. Et quis ſanctorum hominum poſt unionem hoc expreſſe dixit? THEORIANUS. Omnes, quorum nomina ſupra recenſuiſti. GENERALIS. Oſtende nobis unum ex eis, & ſatis erit: nam quod ab uno ſanctorum dicitur, ab omnibus dicitur, quod omnes ab uno divino ſpiritu adflati fuerint. THEORIANUS. Non unum dumtaxat oſtendam, ſed univerſos, adjuvante Deo, quos nominatim ſupra commemoraſti. Saltem auſcultando ne defatigeris, & omnium tibi teſtimonia proferam. GENERALIS. Pro- D pterea convenimus, ut veritatem inveniamus: nec in hujuſmodi negotiis defatigari debemus. THEOR. Antequam ipſa dicta proferamus, neceſſarium arbitror, ut quid eſſentia vel ſubſtantia ſit, quid natura, quid hypoſtaſis, quid perſona dicatur. Propterea te interrogo, quomodo hæc accipias? num ut exteri ſcriptores, an uti doctores Eccleſiæ definierunt? GENER. Nos amborum de vocibus hiſce propoſitis finitiones novimus, & eas ad rectitudinem dogmatum pietatis ſcienter dirigimus. THEOR. Ego plurimum in his extraneos ab Eccleſiæ doctoribus diſſidere video. Nam illi eruditi homines exteri individuum, ſive hypoſtaſin, & unum numero, ſubſtantiam definiunt, quod E ſane divini patres non admittunt; quippe patres illi gubernati divinitus ſubſtantiam & naturam eſſe univerſalia dicunt, quæ ſcriptores exteri ſpeciem vocarunt. Quapropter in ſacroſancta Trinitate naturam unam & unam ſubſtantiam, hypoſtaſes vero tres, tradiderunt. natura nimirum & ſubſtantia plures hypoſtaſes continet. Et hominum quidem certe natura quum

ANNO CHRISTI 1169

ANNO CHRISTI 1169.

quum una ſit, infinitas habet hypoſtaſes, puta A Petrum & Paulum, & homines ſigillatim univerſos. Ariſtoteles autem individuum, & unum numero, ſive hypoſtaſin, proprie ſubſtantiam definiit, his verbis uſus: Subſtantia, quæ propriiſſime, primumque ac maxime ſic dicitur, eſt quæ neque de ſubjecto quodam dicitur, nec in aliquo ſubjecto eſt, velut hic homo, vel hic equus. Quo igitur pacto fieri poteſt, ut alieni ab ovili noſtro cum doctoribus noſtris hac in parte concilientur, quum ii ſubſtantiam & naturam univerſale quiddam, illi ſingulare definiant? GENERALIS. Nos quoque ſubſtantiam & naturam de univerſalibus accipimus, perſonam vero & hypoſtaſin de ſingularibus. THEORIANUS. Macte animo, beatiſſime pater, ob hanc ſatisfactionem: qui & B hac in parte cum ſanctis patribus conſentis. Quid igitur? horumne finitiones ac declarationem exponemus, an ſolum hoc nobis ſufficiet, quod ſubſtantia & natura quiddam univerſale ſint; hypoſtaſis & perſona, ſingulare? GENERALIS. Si tibi moleſtum non erit exponere, lubens equidem audiam. THEORIANUS. Nihil ego meum proferam, ſed quidquid ipſa nos Eccleſiæ lumina docuerunt. GENERALIS. Idem & ipſe cognoſcere geſtio, quid nimirum eccleſiæ doctores tradiderunt. THEORIANUS. Sancti patres ita ſubſtantiam definierunt. Subſtantia primum & proprie eſt, quidquid per ſe ſubſiſtit, nec eſſe ſuum habet in alio. Quid autem id quod per ſe ſubſiſtit? quod per ſe eſt, ac non propter aliud, vel in alio ſuum C eſſe habet: h. e. quod non eget alterius alicujus extra ſe ad hoc ut exiſtat, quale quiddam eſt color, puta niger, aut albus: quæ per ſe nequeunt exiſtere ſine corpore quod ea recipiat. Ac propterea colorem non dicimus eſſe ſubſtantiam. Ipſum vero corpus, cui color ineſt, ad hoc coloris haud indiget, ut corpus ſit. Immo mutatis coloribus, ipſum non mutatur. Nam ex albo nigrum fit, ex nigro flavum, aliumve colorem induit: ipſum vero ſemper id, quod eſt, manet. Itaque propter corpus color eſt, ut id colore tingat, non autem corpus propter colorem, ſed ex ſeipſo color itidem in corpore ſuum eſſe habet, corpus autem non D in colore, ſed in ſeipſo exiſtit. Eam ob rem corpus ſubſtantiam vocamus, quum per ſeipſum ſubſiſtat; & in ſeipſo, non in alio ſuum eſſe habeat. Quidquid ergo per ſe ſubſiſtit, & in ſeipſo, non in alio exiſtit, eſt ſubſtantia. Sunt autem hæc vel ex materie, vel expertia materiei. Materialia ſunt, terra, aqua, aer, ignis: & res ex his compoſitæ, lapis arbor, corpus animatum. Expertia materiei; anima ratione prædita, angelus. Hæc igitur, uti modo ajebam ſubſtantia dicuntur. Quippe Deus ultra ſubſtantialis eſt, ſupra omnem poſitus eſſentiam, & ſi quid his etiam ulterius. Atque hoc modo jam cognitum habemus, quid E ſubſtantia ſit. Natura vero eſt horum cujuſque, jam recenſitorum, motus & quietis principium, quatenus in ipſis primis exiſtit, non ſecundum accidens; v. gr. terra quidem movetur, quatenus germina producit, & fœtus, omninoque alteratur; quatenus ſecundum hæc ipſa in id mutatur; ſed eadem quieſcit, quod ad tranſitionem de loco ad locum attinet, omnino immobilis & itineris expers. Itaque motus & quietis hujuſmodi

A τρον, καὶ Παῦλον, καὶ πάντας τοὺς κατὰ μέρος ἀνθρώπους. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τὸ ἄτομον καὶ τὸ ἓν τῷ ἀριθμῷ, ἤτοι τὴν ὑπόστασιν, κυρίως οὐσίαν ὡρίσατο, οὕτω φάσκων· οὐσία δέ ἐστιν ἡ κυριωτάτη, καὶ πρώτως, καὶ μάλιστα λεγομένη, ἣ μήτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, μήτε ἐν ὑποκειμένῳ τινί ἐστιν, οἷά τις ἄνθρωπος, ἢ οἷά τις ἵππος. πῶς οὖν τοὺς θύραθεν τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, καὶ τοὺς διδασκάλους ἡμῶν εἰς ἓν κατὰ τοῦτο συναγαγεῖν δυνατόν ἐστι, τοὺς μὲν τὸ καθόλου, τοὺς δὲ τὸ καθέκαστον, οὐσίαν καὶ φύσιν ὁρισαμένους; Ο ΚΑΘΟΛ. καὶ ἡμεῖς τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ἐπὶ τῶν B καθόλου λαμβάνομεν, τὸ δὲ πρόσωπον καὶ τὴν ὑπόστασιν, ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. εὖ γένοιο τῆς ἀπολογίας, μακαριώτατε πάτερ. σύμφρων κἀν τούτῳ τοῖς ἁγίοις πατράσι τυγχάνεις. τί οὖν; τούτων εἴπωμεν τοὺς ὅρους καὶ τὴν ἑρμηνείαν, ἢ τούτῳ μόνῳ ἀρκούμεθα, ὅτι ἡ οὐσία καὶ ἡ φύσις καθόλου ἐστίν, ἡ δὲ ὑπόστασις καὶ τὸ πρόσωπον, καθέκαστον; Ο ΚΑΘΟΛ. εἰ σοι φορτικὸν οὐκ ἔστι λέγειν, ἐγὼ ἡδέως ἀκούσομαι. Ο ΘΕΩΡ. ἐγὼ ἐμὸν μὲν οὐδὲν ἐρῶ, ἀλλ' ὅπερ οἱ τῆς ἐκκλησίας φωστῆρες ἡμᾶς ἐξεπαίδευσαν. Ο ΚΑΘΟΛ. κἀγὼ τοῦτο ἐπιθυμῶ μαθεῖν, τί ἐστιν, ὅπερ οἱ τῆς ἐκκλη- C σίας εἶπον διδάσκαλοι. Ο ΘΕΩΡ. οἱ ἅγιοι πατέρες τὴν οὐσίαν οὕτως ὡρίσαντο. Οὐσία ἐστὶ πρώτως τε καὶ κυρίως πᾶν, ὅτιπερ αὐθυπόστατον ὑπάρχει, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. τί δέ ἐστιν αὐθυπόστατον; ὃ καθ' ἑαυτό ἐστι, καὶ οὐ δι' ἄλλο, οὔτε ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. τουτ' ἔστιν, ὃ μὴ χρήζει τινὸς ἄλλου ἔξωθεν αὐτοῦ εἰς τὸ ὑπάρχειν. οἷά τι λέγω τὸ χρῶμα, τουτ' ἔστι τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ δύνανται καθ' ἑαυτὰ εἶναι, χωρὶς σώματος τοῦ δεχομένου αὐτά. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ οὐσίαν λέγομεν εἶναι τὸ χρῶμα. τὸ δὲ σῶμα αὐτό, ἐν D ᾧ ἐστι τὸ χρῶμα, οὐ δέεται τοῦ χρώματος, εἰς τὸ εἶναι σῶμα. ἀμέλει καὶ τῶν χρωμάτων ἀλλασσομένων, αὐτὸ οὐκ ἀλλάσσεται. καὶ γὰρ ἐκ λευκοῦ γίνεται μέλαν, καὶ ἐκ μέλανος ξανθόν, ἢ ἕτερον χρῶμα μεταμφιάζεται· αὐτὸ δὲ μένει, ὅπερ ἐστίν, ἀεί. ἔστιν οὖν τὸ μὲν χρῶμα διὰ τὸ σῶμα, ἵνα χρώζῃ αὐτό· τὸ δὲ σῶμα οὐ διὰ τὸ χρῶμα, ἀλλὰ δι' ἑαυτό. καὶ τὸ μὲν χρῶμα ἐν τῷ σώματι ἔχει τὸ εἶναι, τὸ δὲ σῶμα οὐκ ἐν τῷ χρώματι, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὸ εἶναι. διὰ τοῦτο οὖν τὸ σῶμα οὐσίαν καλοῦμεν, ἐπειδὴ E αὐθυπόστατόν ἐστι, καὶ ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. οὐκοῦν πᾶν ὅτιπερ αὐθυπόστατόν τε ὑπάρχει, καὶ ἐν ἑαυτῷ, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ ὑπάρχει, οὐσία. ἔστι δὲ ταῦτα ἢ ὑλικά, ἢ ἄϋλα· ὑλικὰ μέν, γῆ, ὕδωρ, ἀήρ, πῦρ, καὶ τὰ ἐκ τούτων σύνθετα, λίθος, φυτόν, ἔμψυχον σῶμα. ἄϋλα δέ, ψυχὴ λογική, ἄγγελος. ταῦτα μὲν οὖν, ὡς ἔφην, οὐσία καλοῦνται. ὁ γὰρ Θεὸς ὑπερούσιος, ὑπερέκεινα πάσης οὐσίας, καὶ εἴ τι τούτων πορρωτέρω ὑπάρχει. τί μὲν οὖν ἐστιν οὐσία, ἔχομεν ἐγνωσμένον. φύσις δέ ἐστιν ἀρχὴ τῆς ἑκάστου τῶν ἀπηριθμημένων τούτων κινήσεώς τε καὶ ἠρεμίας, ἐν οἷς πρώτοις αὐτοῖς ὑπάρχει, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός. οἷά τι λέγω· ἡ γῆ κινεῖται μέν, κατὰ τὸ βλαστάνειν, καὶ ζωογονεῖν, καὶ τὸ ὅλον ἀλλοιοῦσθαι, κατὰ ταῦτα αὐτὰ εἰς αὐτὸ μεταλλομένη· ἠρεμεῖ δέ, κατὰ τὴν ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετάβασιν, ἀκίνητος οὖσα παντελῶς, καὶ ἀπόρευτος. τὴν οὖν ἀρχὴν τῆς τοιαύτης ἠρεμίας τε καὶ κινήσεως, ἐσιω-

δῶς

ANNO CHRISTI 1169.

δῶ τῇ γῇ ἐνυπάρχουσαν, οὐκ ἔκ τινος δὲ αἰτίας αὐτῇ γινομένην, φύσιν καλοῦμεν. παρῆκται δὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα τῆς φύσεως παρὰ τὸ πεφυκέναι, τοῦτ᾽ ἔστιν, ὑπάρχειν. ὥστε τὸ αὐτὸ σημαίνει τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως· τὸ μὲν παρὰ τὸ εἶναι, τὸ δὲ παρὰ τὸ πεφυκέναι. ἀμφότερα δὲ δηλοῦσι τὴν ὕπαρξιν. οὐ μόνον δὲ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ πράγματι ταυτόν ἐστιν ἡ οὐσία καὶ φύσις, ἢ ὅ, τι ἐγγύς. οὐ γὰρ τὴν κίνησιν αὐτὴν, καὶ τὴν ἠρεμίαν τῶν πραγμάτων, φύσιν εἰρήκαμεν, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν, τοῦτ᾽ ἔστι τὴν αἰτίαν, καθ᾽ ἣν οὐ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλ᾽ οὐσιωδῶς αἱ οὐσίαι κινοῦνται καὶ ἠρεμοῦσιν. ὑπόστασις δέ ἐστι πρᾶγμα ὑφεστός τε καὶ οὐσιῶδες, ἐν ᾧ τὸ τῶν συμβεβηκότων ἄθροισμα, ὡς ἐν ἑνὶ ὑποκειμένῳ, πράγματι καὶ ἐνεργείᾳ ὑφέστηκεν. ἔστιν οὖν ἡ οὐσία αὐτὸ τὸ ὂν καὶ τὸ πρᾶγμα. ἡ δὲ ὑπόστασις καὶ αὐτὸ τὸ ὂν, καὶ τὰ τούτῳ, ὡς κατὰ συμβεβηκὸς ἐπιθεωρούμενα. πρόσωπον δέ ἐστιν, ὃ διὰ τῶν οἰκείων ἐνεργημάτων τε καὶ ἰδιωμάτων ἀρίδηλον, καὶ περιωρισμένην τῶν ὁμοφυῶν αὐτοῦ παρέχεται τὴν ἐμφάνειαν. οἷον Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος ὅτε τῷ διαβόλῳ διεκρίνετο περὶ τοῦ Μωσέως σώματος, καὶ ὅτε τὰς θείας ἐκείνας προρρήσεις ἐνέπτησε τῷ Δανιὴλ, ἓν πρόσωπον ἀποκεκριμένον τῶν λοιπῶν ἀγγέλων ὄντα ἡμῖν ἐδείκνυ. ἡ οὖν διὰ τῆς ἐνεργείας ἐγγινομένη τινὸς ἡμῖν γνῶσις, πρόσωπον τοῦτο αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν καλεῖν ἡμᾶς ἐκδιδάσκει. καὶ τοῦτο ἐκ τῆς κατ᾽ αἴσθησιν γνώσεως, ἐπὶ τὴν κατ᾽ ἔννοιαν μετήχθη τὸ ὄνομα. ἐπειδὴ γὰρ τοὺς καθ᾽ ἕκαστον ἀνθρώπους ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης ἑκάστῳ ἰδέας τῶν προσώπων, τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων διακρινόμεθα, κατὰ τὴν ἐπιβολὴν τῆς ὁράσεως. τούτου χάριν καὶ τὸ δι᾽ οἰκείων ἐνεργειῶν τε καὶ ἰδιοτήτων, τῶν ὁμουσίων διαιρούμενον, πρόσωπον ἐκαλέσαμεν. καὶ αὕτη μὲν ἡ τοῦ προσώπου ὑπογραφή. δοκεῖ δέ πως ταυτὸν σημαίνειν τῇ ὑποστάσει, ἢ μικρὸν, ἢ οὐδὲν διαλλάττειν. τούτων προεγνωσμένων ἡμῖν, ὅτι ταυτόν ἐστιν οὐσία τῇ φύσει, καὶ ἡ ὑπόστασις τῷ προσώπῳ· ὅσα περὶ τῆς οὐσίας λεχθήσεσθαι μέλλει, ταῦτα καὶ τῇ φύσει προσαρμοστέον· καὶ ὅσα περὶ ὑποστάσεως, ταῦτα καὶ τῷ προσώπῳ. Ο ΚΑΘΟΛ. ἐπιστημόνως οἱ πατέρες ὡρίσαντο ταῦτα, καὶ διηυκρινημένην τὴν τούτων ἐποιήσαντο ἑρμηνείαν. πλὴν ἤθελον καὶ χρήσεις αὐτῶν, ἵνα γνῶ, πῶς ταῦτα ἐκδέχονται θεολογοῦντες, ὡς ἂν κατὰ τὸν σκοπὸν αὐτῶν καὶ ὑμεῖς ποιησώμεθα τὴν διάλεξιν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. οἱ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας οὕτως αὐτὰ ἐκλαμβάνουσιν, ὡς εἶπεν ἡ ἁγιωσύνη σου ἀνωτέρω. τὴν μὲν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ἐπὶ τῶν καθόλου, τὴν ὑπόστασιν δὲ καὶ τὸ πρόσωπον, ἐπὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστον. Ο ΚΑΘΟΛ. αὐτὸ τοῦτο ζητῶ δειχθῆναί μοι ἐκ τῶν χρήσεων, καὶ μετὰ ταῦτα σὺν Θεῷ ἀρξόμεθα συζητεῖν περὶ ὧν συνεληλύθαμεν. Ο ΘΕΩΡ. γινέσθω καὶ τοῦτο, ἐπεί σοι δοκεῖ· καὶ παρίτω εἰς μέσον ὁ τῷ ὄντι φιλοσοφώτατος θεῖος Βασίλειος. οὗτος γὰρ πρὸς Τερέντιον γράφων, τάδε φησί· περὶ δὲ τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐσία καὶ ὑπόστασις οὐ ταυτόν ἐστι, καὶ αὐτοὶ, ὡς νομίζω, ἐπεσημήναντο οἱ ἀπὸ τῆς δύσεως ἀδελφοί. τὸ στενὸν γὰρ τῆς αὐτῶν γλώττης ὑφορώμενοι, τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παραδεδώκασιν, ἵνα εἴ τις εἴη διαφορὰ τῆς ἐννοίας, σώζοιτο αὐτῇ ἐν τῇ διακρίσει καὶ ἀσυγχύτῳ διαστάσει τῶν ὀνομάτων. εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐν βραχεῖ τὸ ἡμῖν δοκοῦν εἰπεῖν, ἐκεῖ-

ANNO CHRISTI 1169.

A principium, quod terræ ſubſtantialiter ineſt, nec ex cauſa quadam acceſſit, naturam vocamus. Ipſum vero naturæ nomen ab naſcendo factum eſt, id eſt ab exiſtendo. Quo fit, ut ſubſtantiæ naturæque nomen idem ſignificet: utrumque deductum a verbis paria denotantibus, & exiſtendi ſignificationem habentibus, neque tantum nomine tenus idem eſt ſubſtantia & natura, ſed etiam re; aut ſaltem proximum quiddam. Non enim motum ipſum, & quietem rerum, naturam eſſe diximus: ſed principium, hoc eſt cauſam ſecundum quam non accidentarie, ſed ſubſtantialiter moventur & quieſcunt ſubſtantiæ. Hypoſtaſis autem, eſt res exiſtens & ſubſtantialis, in qua con-B geries accidentium, tamquam in uno ſubjecto, re & effectu exiſtit. Itaque ſubſtantia eſt ipſa res, quæ exiſtit, hypoſtaſis vero, tum id, quod exiſtit; tum quæ in eo, veluti per accidens, conſiderantur. At perſona eſt, id quod per actiones & proprietates ſuas, manifeſtum & diſtinctum ab aliis, ejuſdem naturæ conſortibus, indicium ſui præbet. Veluti Michaelus archangelus, quum de corpore Moſis adverſus diabolum diſceptabat, & quum Divina Danieli oracula pandebat, unam ſe nobis perſonam, a ceteris ſecretam angelis, monſtrabat. Itaque cognitio alicujus, quam ex effectu conſequimur, ut ejus effecti auctorem perſonam vocemus, docet. Atque hoc nomen a cognitio-C ne, quæ ſenſu fit, ad eam, quæ fit mente, translatum eſt. Quum enim ſingulos homines, per adſpectibilem vultuum cujuſque formam, ex oculorum intuitu reliquis ab hominibus ſecernamus: idcirco & id, quod per actiones ac proprietates ſuas ab ejuſdem ſubſtantiæ conſortibus ſejungitur, perſonam adpellavimus. Atque hæc perſonæ deſcriptio eſt. Videtur autem quodam modo idem ſignificare, quod hypoſtaſis: aut parum, aut nihil differre. Hiſce præcognitis, idem nimirum eſſe ſubſtantiam, quod naturam, idem hypoſtaſin, quod perſo-D nam: quæcumque de ſubſtantia dicentur, aptanda naturæ: & quæcumque de hypoſtaſi, perſonæ. GENERALIS. Sane quam erudite patres hæc definierunt, & perſpicue declararunt. Sed quidem & auctoritates ipſorum dictaque requiro, ut quo pacto hæc de Deo pertractantes accipiant, intelligam: & nos quoque juxta ſcopum eorum, colloquium hoc inſtituamus. THEORIANUS. Eccleſiæ doctores hæc ita, uti ſanctitas tua ſupra dixit, accipiunt: ſubſtantiam ſcilicet, ac naturam de univerſalibus; hypoſtaſin & perſonam, de ſingularibus. GENERALIS. Hoc ipſum mihi de patrum dictis monſtrari cupio, ac deinde Deo propitio colloqui de iis incipiemus, quorum cauſa convenimus. THEORIANUS. Fiat id quoque quando ſic tibi videtur: adeoque prodeat in medium doctiſſimus reapſe divus ille Baſi-E lius. Nam ejus, ad Terentium ſcribentis, hæc verba ſunt: Non idem eſſe, de Deo quum loquimur, ſubſtantiam & hypoſtaſin, etiam ipſi, mea quidem opinione, fratres occidentales indicarunt. Nam linguæ ſuæ anguſtiam reveriti, ipſum Uſiæ nomen lingua Græca repoſuerunt: ut ſi quod in ſenſu diſcrimen eſſet, id ei perſpicua minimeque confuſa vo-

cum

ANNO CHRISTI 1169.

cum diverſitate ſalvum eſſet. Si tamen & nobis indicanda paucis noſtra eſt opinio, dicemus eam ſubſtantiæ rationem eſſe ad hypoſtaſin, quæ rei communis eſt ad peculiarem. Nam quiſque noſtrum & communi ratione ſubſtantiæ, particeps eſt eſſentiæ; & ob peculiares ſibi proprietates, hic vel ille eſt. Sic & ibi, ſubſtantiæ quidem ratio communis intelligatur; ut bonitas, divinitas, aut ſi quid aliud: hypoſtaſis vero, in proprietate paternitatis, aut facultatis ſanctificantis, cernitur. Conſimilia verba ſunt ejuſdem divini hominis, ad Amphilochium, ſanctiſſimæ Iconienſis eccleſiæ lumen, ſcribentis. Subſtantia & hypoſtaſis, inquit, ita quæ animalis eſt ad unum aliquem hominem ratio differunt; uti commune ac ſingulare. Puta, Propterea ſubſtantiam divinitatis unam confitemur, ut eſſentiæ ratio minime diverſa reddatur: hypoſtaſin vero ſingulare quid dicimus, ut inconfuſa nobis & explicata de patre, filio, ſanctoque ſpiritu ſit notio. Quippe ſi ſeparatas cujuſque notas non conſideremus, ut paternitatem, ut filietatem, ut ſanctificationem; ſed de communi notione eſſentiæ, Deum confiteamur: fieri nullo modo poteſt, ut recte fidei ratio reddatur. Itaque neceſſe eſt, ad commune adjecto peculiari, hanc fidei normam confitendo ſequi. Commune eſt divinitas, peculiare paternitas. Hæc conjungentes dicamus, Credo in Deum patrem. Rurſus in confeſſione filii conſimile fiat, & communi peculiare jungentes, dicamus; Credo in Deum filium. Similiter & de Spiritu ſancto, verbis conſentaneo modo conceptis dicamus; Credo in divinum ſpiritum illum ſanctum: ita quidem ut ubique ſervemus in confeſſione divinitatis unitatem, ac nihilominus perſonarum peculiare diſcrimen in ſeparatione proprietatum, quas in ſingulis mente intelligimus, confiteamur. Qui vero ſubſtantiam & hypoſtaſin idem eſſe dicunt, perſonas ſaltem diverſas fateri coguntur, ac dum tres hypoſtaſes dicere recuſant, Sabellii ſcelus non evitare deprehenduntur: qui & ipſe notionem hanc plerumque confundens, perſonas dividere conabatur; eamdem hypoſtaſin dicens, prout uſus exigeret, transformari. Cæterum ſi quis fortaſſe teſtimonia ſancti Patris hujus, ex epiſtolis depromta, non ſatis idonea putet: adjungemus alia de ipſius expoſitione peculiari, quam de fide compoſuit, & ut ei ſubſcriberet, Euſtathium illum Armenium impulit, qui opinionis contrariæ ſuſpicionem de ſe nonnullis injecerat. Ea in expoſitione Baſilii verba hæc ſunt. Itaque par eſt eos aperte fateri, quod ſecundum ea verba credant, quæ a patribus noſtris Nicææ ſunt expoſita, & quidem in ea ſententia, quæ integre de verbis elucet. Sunt enim, qui & in hac ipſa fide veritatis ſermoni fraudem faciunt, & pro lubitu ſuo mentem verborum in ea poſitorum trahunt: quando Marcellus etiam, impie convellens hypoſtaſin domini noſtri Jeſu Chriſti, eumque nudum ſermonem docens, præ ſe ferre auſus eſt, hinc ejus opinionis ſibi ſubminiſtrata principia; male ſcilicet ſententiam vocabuli conſubſtantialis exponens. Itidem illius Afri Sabellii quidam impietati adhærentes, dum idem hypoſtaſin & ſubſtantiam opinantur eſſe, hinc

ANNO CHRISTI 1169

A νο ἐροῦμεν, ὅτι ὃν ἔχει λόγον τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. ἕκαστος γὰρ ἡμῶν καὶ τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τοῦ εἶναι μετέχει, καὶ τοῖς αὐτοῦ ἰδιώμασιν ὁ δεῖνά ἐστι καὶ ὁ δεῖνα. οὕτω κἀκεῖ· ὁ μὲν τῆς οὐσίας λόγος κοινός, οἷον ἡ ἀγαθότης, ἡ θεότης, ἢ εἴ τι ἄλλο νοοῖτο. ἡ δὲ ὑπόστασις ἐν τῷ ἰδιώματι τῆς πατρότητος, ἢ τῆς ἁγιαστικῆς δυνάμεως θεωρεῖται. τὰ ὅμοια δὲ ὁ αὐτὸς θεῖος ἀνὴρ πρὸς Ἀμφιλόχιον τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν τοῦ Ἰκονίου φωτίσαντα ἐπιστέλλων φησίν. οὐσία δὲ καὶ ὑπόστασις ταύτην ἔχει τὴν διαφοράν, ἣν τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον. B οἷα, ὡς ἔχει τὸ ζῶον πρὸς τὸν δεῖνα ἄνθρωπον. διὰ τοῦτο οὐσίαν μὲν μίαν θεότητος ὁμολογοῦμεν, ὥστε τὸν τοῦ εἶναι λόγον μὴ διαφόρως ἀποδιδόναι. ὑπόστασιν δὲ ἰδιάζουσαν, ἵνα ἀσύγχυτος ἡμῖν, καὶ τετρανωμένη ἡ περὶ πατρός, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ἔννοια ὑπάρχοι. μὴ γὰρ νοούντων τοὺς ἀφωρισμένους περὶ ἕκαστον χαρακτῆρας, οἷον πατρότητα, καὶ υἱότητα, καὶ ἁγιασμόν, ἀλλ' ἐκ τῆς κοινῆς τοῦ εἶναι ἐννοίας ὁμολογούντων Θεόν, ἀμήχανον ὑγιῶς τὸν λόγον τῆς πίστεως ἀποδίδοσθαι. χρὴ οὖν τῷ κοινῷ τὸ ἰδιάζον προστιθέντας, οὕτω τὴν πίστιν ὁμολογεῖν· κοινὸν ἡ θεότης, ἴδιον ἡ πατρότης· C εἶτα συνάπτοντας λέγειν· πιστεύω εἰς Θεὸν πατέρα. καὶ πάλιν ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ ὁμολογίᾳ παραπλήσιον ποιεῖν, καὶ τῷ κοινῷ συνάπτειν τὸ ἴδιον, καὶ λέγειν· εἰς Θεὸν υἱόν. ὁμοίως καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ἐκφωνήσεως τὴν προφορὰν σχηματίζοντας λέγειν. πιστεύω εἰς τὸ θεῖον πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὥστε διόλου τὴν ἑνότητα σώζεσθαι ἐν τῇ τῆς θεότητος ὁμολογίᾳ, καὶ τὸ τῶν προσώπων ἰδιάζον ὁμολογεῖσθαι ἐν τῷ ἀφορισμῷ τῶν περὶ ἕκαστον νοουμένων ἰδιωμάτων· οἱ δὲ ταὐτὸν λέγοντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, ἀναγκάζονται πρόσωπα μόνον D ὁμολογεῖν διάφορα, καὶ ἐν τῷ παραιτεῖσθαι λέγειν τρεῖς ὑποστάσεις, εὑρίσκονται μὴ φεύγοντες τὸ Σαβελλίου κακόν, ὃς καὶ αὐτὸς πολλαχοῦ συγχέων τὴν ἔννοιαν, ἐπεχείρει διαιρεῖν τὰ πρόσωπα, τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν λέγων πρὸς τὴν ἑκάστοτε παρατυγχάνουσαν χρείαν μετασχηματίζεσθαι. εἰ δέ τις τυχὸν μὴ νομίζοι ἀξιοχρέους εἶναι τὰς ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ παναγίου τοῦδε πατρὸς μαρτυρίας, παραθησόμεθα καὶ ἐξ ἰδικῆς ἐκθέσεως, ἣν περὶ πίστεως ἐποιήσατο, παρασκευάσας τὸν Ἀρμένιον Εὐστάθιον ὑπογράψαι, ὑπόνοιάν τισι παρεχόμενον δόξης ἐναντίας, ἐν ᾗ ἐκθέσει λέγει ταῦτα. προσήκει E τοίνυν ἐναργῶς ὁμολογεῖν, ὅ,τι πιστεύουσι κατὰ τὰ ῥήματα, τὰ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων πατέρων ἐκτεθέντα ἐν τῇ Νικαίᾳ, κατὰ τὴν ὑγιῶς ἀπὸ τῶν ῥημάτων ἐμφερομένην διάνοιαν. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πίστει δολοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα τὸν νοῦν τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων ἕλκοντες· ὅπου γε καὶ Μάρκελλος ἐτόλμησεν ἀσεβῶς τὴν ὑπόστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ψιλὸν αὐτὸν ἐξηγούμενος λόγον, ἐκεῖθεν προφασίζεσθαι τὰς ἀρχὰς εἰληφέναι, τοῦ ὁμουσίου τὴν διάνοιαν κακῶς ἐξηγούμενος. καί τινες τῶν ἀπὸ τῆς δύσεως, τὸ τοῦ Λίβυος Σαβελλίου, ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν ταὐτὸν εἶναι ὑπολαμβάνοντες, ἐκεῖθεν ἕλκουσι τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν κατασκευὴν τῆς ἑαυ-

ἑαυτῶν βλασφημίας, ἐκ τοῦ ἐγγεγράφθαι τῇ πίστει, ὅτι ἐάν τις λέγῃ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία. οὐ γὰρ ταὐτὸν εἶπον ἔχειν οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν. εἰ γὰρ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλουν ἔννοιαν αἱ φωναί, τίς χρεία ἦν ἑκατέρων; ἀλλὰ δῆλον, ὡς τῶν μὲν ἀρνουμένων τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ πατρός, ἄλλων δὲ λεγόντων ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως· ὥστε ἐκεῖνο μὲν κεῖται ἐπ' ἀναιρέσει τοῦ πονηροῦ φρονήματος, τοῦτο δὲ φανέρωσιν ἔχει τοῦ σωτηρίου δόγματος. εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁγίων μαρτυρίας παραχίεσθαι, ἐλθέτω ὁ πολὺς τὰ θεῖα Γρηγόριος, ὃς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ θεολογίας συντάγματι ἐπὶ λέξεως τάδε φησί. Μεσότητα ὅταν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω, πρὸς ἣν βλέπειν καλῶς ἔχει μόνον, καὶ τὴν φαύλην συναίρεσιν παραιτουμένους, καὶ τὴν ἀτοπωτέραν διαίρεσιν· ὥστε μὴ εἰς μίαν ὑπόστασιν συναιρεθέντα τὸν λόγον δέει πολυθεΐας, ψιλὰ ἡμῖν καταλιπεῖν τὰ ὀνόματα, τὸν αὐτὸν πατέρα, καὶ υἱόν, καὶ ἅγιον πνεῦμα ὑπολαμβάνουσι. καὶ μετ' ὀλίγον. ἐπειδὴ χρὴ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν τηρεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, ἤγουν τρία πρόσωπα, ἑκάστην μετὰ τοῦ ἰδιώματος. τηροῖτο δ' ἄν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, εἷς μὲν Θεός, εἰς ἓν αἴτιον καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων, οὐδὲ συντιθεμένων, οὐδὲ συναλειφομένων. καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ ταὐτὸ τῆς θεότητος, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, κίνημά τε καὶ βούλημα, καὶ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα. αἱ δὲ τρεῖς ὑποστάσεις, μηδεμιᾶς ἐπινοουμένης συναλοιφῆς, ἢ ἀναλύσεως, ἢ συγχύσεως. ἵνα μὴ τὸ πᾶν καταλυθῇ, δι' ὧν τὸ ἓν σεμνύνεται πλέον ἢ καλῶς ἔχει. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ συντακτικῷ λόγῳ ὁ μέγας οὗτος καὶ θεῖος ἀνὴρ πιστεύομεν, φησί. εἰς πατέρα, καὶ υἱόν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ὁμοούσιά τε καὶ ὁμόδοξα, ἐν οἷς καὶ τὸ βάπτισμα τελείωσιν ἔχει, ἔν τε ὀνόμασι καὶ πράγμασιν (οἶδας ὁ μυηθεὶς) ἄρνησις ὂν ἀθεΐας, καὶ ὁμολογία θεότητος. καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ γινώσκοντες, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως· τὰ δὲ τρία, ταῖς ὑποστάσεσιν, ἤτ' οὖν προσώποις, ὅ τισι φίλον. μηδὲ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα ζυγομαχοῦντες ἀσχημονείτωσαν, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ ἐν πράγμασι. τί γὰρ φατέ, οἱ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις εἰσφέροντες; μὴ τρεῖς οὐσίας ὑπολαμβάνοντες, τοῦτο λέγετε; μέγα οἶδα ὅτι βοήσετε κατὰ τῶν οὕτως ὑπειληφότων· μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τῶν τριῶν δογματίζετε. τί δὲ οἱ τὰ πρόσωπα; μὴ ἕν οἷόν τι σύνθετον ἀναπλάσσετε, καὶ τριπρόσωπον, ἢ ἀνθρωπόμορφον ὅλως; ἄπαγε. καὶ ὑμεῖς ἀντιβοήσετε μηδὲ πρόσωπον, ὅ, τί ποτέ ἐστιν, ἴδοι Θεοῦ, ὃς οὕτως ἔχει. τί οὖν αἱ ὑποστάσεις ἡμῖν βούλονται, ἢ ὑμῖν τὰ πρόσωπα; προσερήσομαι τό, τρία εἶναι τὰ διῃρημένα, οὐ φύσεσιν, ἀλλ' ἰδιότησιν. ὑπέρευγε. πῶς ἄν τινες συμφρονοῖεν μᾶλλον, καὶ τὸ αὐτὸ φέγοιεν, ἢ οὕτως ἔχοντες, κἂν ταῖς συλλαβαῖς διαφέρωσιν; ὁμοίως καὶ ἐν οἷς ἐγκωμιάζει τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας φωστῆρα γενόμενον Ἀθανάσιον, πάλιν φησί. τῆς γὰρ μιᾶς οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λε-

A adſtruendæ blaſphemiæ ſuæ occaſiones rapiunt, quod in fide perſcriptum ſit: Si quis dicit ex alia eſſe ſubſtantia vel hypoſtaſi filium Dei, hunc anathematizat ſancta univerſalis Eccleſia. Non enim ibi dixerunt, idem eſſe ſubſtantiam & hypoſtaſin. Quippe ſi unum & idem voces hæ denotarent, quid opus erat utramque poni? Manifeſtum ſcilicet eſt, id eam ob cauſam factum, quod alii filium de ſubſtantia patris eſſe negarent, alii de alia hypoſtaſi eſſe perhiberent. Itaque poſitum illud eſt ad everſionem pravæ ſententiæ, hoc ſalubris doctrinæ declarationem continet. Quod ſi de aliis quoque ſanctis hominibus teſtimonia ſuppeditanda ſunt, magnus ille divinis in rebus Gregorius prodeat, cujus in libro de Theologia 1. hæc ipſa verba ſunt: Medium quum B dico, veritatem intelligo: ad quam ſolam ſi reſpiciamus, & pravam illam contractionem, abſurdiorem hac etiam diviſionem vitabimus, recte faciemus: ut non ad unam hypoſtaſin oratio noſtra cogatur, idque hoc ſolo metu, ne deos plures conſtituamus; ex quo fieret, ut nuda nobis nomina relinquerentur, exiſtimantibus, patrem, filium & ſpiritum ſanctum eundem eſſe. Item paulo poſt: Omnino Deum unum retineamus neceſſe eſt, tres hypoſtaſes ſive tres perſonas eſſe profiteamur, ſervata etiam uniuſcujuſque proprietate. Retinebimus autem Deum unum, de mei quidem judicii ſententia, ſi & filius & ſpiritus ad unam cauſam referantur, neque tamen vel compingantur, vel commiſceantur: tum ratione unius & ejuſdem in divinitate (ut ſic loquar) motionis voluntatiſque, tum ipſius ſubſtantiæ identitatis: C tres vero hypoſtaſes retinebimus, ſi nullam animi noſtri commiſtionem, vel reſolutionem, vel confuſionem cogitabunt: ne dum unitatem amplius veneramur, quam rectum fuerit, totam in nihilum redigamus. Idem magnus ac divinus vir, in oratione, qua pacem compoſuit: Credimus inquit, in patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, ejuſdem ſubſtantiæ ac majeſtatis, in quibus & baptiſmo ſua perfectio conſtat, tam in nominibus quam in rebus, (noſti hæc, quiſquis ea initiatus es) quippe quod abjuratio eſt Deum negantis impietatis, divinitatiſque confeſſio. Atque ita perfectionem adipiſcimur, unum quidem, quod ad eſſentiam & individuam adorationem, adgnoſcentes; tria D vero, quantum ad hypoſtaſes, vel perſonas, ut quidam loqui malunt. Nec enim indecore ſe gerant, de his qui rixantur: perinde ac ſi pietas nobis in nominibus, non in rebus conſiſteret. Quid enim dicitis, qui tres hypoſtaſes adſertis? an hoc eo dicitis, quod tres eſſentias exiſtimetis? ſcio vos adverſus eos, qui ſic exiſtimant, ingentem clamorem excitaturos. Unam enim & eamdem horum trium eſſentiam ſtatuitis. Quid vos, qui perſonas dicitis? num unum veluti quiddam compoſitum fingitis, quod tres vultus aut humanam omnino formam habeat? E vos quoque reclamabitis, abſit: nec Dei faciem, quæcumque tamdem illa eſt, umquam videat, qui ita ſentit. Quid ergo (nam & hoc interrogare lubet) aut nobis hypoſtaſes denotant aut vobis perſonæ? nimirum eſſe tria, quæ dividantur; non naturis ſed proprietatibus. Optime. Quo pacto magis aliqui conſentiant, & idem dicant, quam quum ita ſentiunt, alioqui ſyllabis diſcrepantes? Similiter & in oratione, qua laudat Athanaſium Alexandrinæ lumen eccleſiæ: Quum enim ait, una ſub-

ANNO CHRISTI 1169.

A ſubſtantia, & tres hypoſtaſes a nobis pie dicerentur, quod alterum divinitatis naturam, alterum perſonarum trium proprietates declaret, ac ſimili quidem modo ab Italis intelligerentur, verum ob linguæ illius anguſtiam verborumque inopiam, hypoſtaſin ab eſſentia diſtinguere non poſſent, eaque de cauſa in illius locum perſonarum induxiſſent nomen, ne tres ſubſtantiæ admitterentur. Et cætera. Itidem in oratione de luminibus, inquit: Deum quum dico, uno pariter & triplici lumine perſtringor: triplici quidem, quantum ad proprietates, ſive hypoſtaſes, uti quidam appellare malunt, ſive perſonas: (nec enim de nominibus contendimus, quamdiu ſyllabæ ad eamdem ſententiam tendunt) uno autem, quantum ad B ſubſtantiæ, hoc eſt, divinitatis rationem. Satis, opinor, hi celeberrimi doctores de rebus modo propoſitis, nimirum de ſubſtantia & natura, de hypoſtaſi & perſona, nobis præſcripſerunt, aperteque tradiderunt, illas univerſalis rei ſignificationem habere, has ſingularis. GENERALIS. Jam tempus fuerit, ut auctoritates in medium proferas, de quibus ſanctorum hominum mentem perſpiciamus. Quippe de ſubſtantia & natura, de hypoſtaſi & perſona, conſentimus; nulla penitus in re diſſidentes. Nam illa prius etiam quam abs te dicerentur, intelligebamus: ſed ex ore tuo lubebat audire, quænam de his veſtra eſſet ſententia. Nunc ergo dicito, quiſnam ſanctorum C patrum naturas duas poſt unitionem ſtatuerit. THEORIANUS. Primum, ceu tempore primum, magnum illum Athanaſium proferre par eſt, cujus hæc ipſa verba ſunt in epiſtola ad Epictetum Corinthi epiſcopum. Ex hoc abſurditatem perſpicere poteſtis. Si Sermo unius eſt ſubſtantiæ cum corpore, de terra naturam ſuam habente: ſicque conſubſtantialis eſt patri Sermo, juxta confeſſionem patrum: etiam ipſe pater unius erit ſubſtantiæ cum corpore de terra facto. Et cur Arianis indignamini, filium dicentibus eſſe creaturam, quum ipſi dicatis, patrem unius cum creaturis eſſe ſubſtantiæ? GENERALIS. Quid ad nos dictum iſtud, philoſophe? THEORIANUS. Graviter eos tan- D git, qui dicunt, unam eſſe naturam Sermonis & carnis. Ac vide, obſecro, quam admirabili ratione ſanctus vir Athanaſius in tertia figura ſyllogiſmum nectat. Quippe jam antea pro confeſſo habetur, quæcumque de ſubſtantia dicenda veniant, eadem & naturæ accommodanda. Hoccine in confeſſo eſt, an non? GENERALIS. Omnino id quidem. THEORIANUS. Commutemus ergo ſubſtantiæ nomen cum naturæ vocabulo, & dicamus: Si ejuſdem eſt naturæ Sermo cum corpore, de terra naturam ſuam habente; ſique Sermo eſt unius cum patre naturæ, juxta confeſſionem patrum: etiam ipſe pater erit ejuſdem cum cor- E pore terreno naturæ; quo fit, ut ſi qui dicant, Sermonem unius eſſe cum corpore ſubſtantiæ; (valet autem hoc tantumdem, ac ſi dicas, ejuſdem naturæ) ſequatur, & patrem eſſe unius cum corpore ſubſtantiæ ac naturæ: quo quid abſurdius? Quid ergo de hoc impoſſibili diſcimus? Sermo non eſt ejuſdem cum corpore ſubſtantiæ, nec ejuſdem naturæ. Quod ſi Sermo nec ejuſdem eſt cum corpore ſubſtantiæ, nec ejuſdem naturæ; planum

γομένων ὑφ' ἡμῶν εὐσεβῶς, (τὸ μὲν γὰρ τὴν φύσιν δηλοῖ τῆς θεότητος, τὸ δὲ τὰς τῶν τριῶν ἰδιότητας) νοουμένων καὶ παρὰ τοῖς Ἰταλοῖς ὁμοίως, ἀλλ' οὐ δυναμένων διὰ τὴν στενότητα τῆς παρ' αὐτοῖς γλώττης, καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων πενίαν, διελεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας τὴν ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεισαγούσης τὰ πρόσωπα, ἵνα μὴ τρεῖς οὐσίαι παραδεχθῶσιν. ἀμέλει κἂν τῷ εἰς τὰ φῶτα λόγῳ οὕτω φησί. Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, ἑνὶ φωτὶ περιαστράφθητε καὶ τρισί. τρισὶ μὲν κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις, ὅ τισι φίλον καλεῖν, εἴτ' οὖν προσώποις· (οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχοῦμεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν·) ἑνὶ δὲ, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτ' οὖν θεότητος. ἱκανῶς, οἶμαι, οἱ παρόντες εὐκλεέστατοι διδάσκαλοι περὶ τῶν προκειμένων ἡμῖν ἐνομοθέτησαν, οὐσίας τε πέρι καὶ φύσεως, ὑποστάσεώς τε καὶ προσώπων, σαφῶς τε παραδεδώκασιν, ὅτι αἱ μὲν τὸ καθόλου σημαίνουσιν, αἱ δὲ τὸ καθέκαστον. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. καιρὸς ἤδη, τὰς χρήσεις εἰς μέσον προθεῖναι, ἵνα ἐκ τούτων τὸν νοῦν καταθρήσωμεν τῶν ἁγίων. περὶ γὰρ οὐσίας καὶ φύσεως, ὑποστάσεώς τε καὶ προσώπων, σύμφωνοί ἐσμεν, κατ' οὐδὲν οὐδ' ὅλως διαφερόμενοι. ταῦτα γὰρ καὶ πρὸ τοῦ σε εἰπεῖν, ἐγινώσκομεν. ἀλλ' ἠθελήσαμεν ἀκοῦσαι ἐκ τοῦ στόματός σου, πῶς ποτε περὶ τούτων φρονεῖτε ὑμεῖς. νῦν οὖν εἰπὲ, τίς τῶν ἁγίων δύο φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐδογμάτισεν; Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. Πρῶτον, ὡς πρῶτον τῷ χρόνῳ, τὸν μέγαν Ἀθανάσιον παρεισαγαγεῖν ἄξιον, ὡς ἐν τῇ πρὸς Ἐπίκτητον ἐπίσκοπον Κορίνθου ἐπιστολῇ τοιάδε γράφοντα κατὰ λέξιν. καὶ γὰρ ἐκ τούτου τὸ ἄτοπον θεωρεῖν ἡμᾶς ἔξεστιν. εἰ ὁμοούσιος ὁ λόγος τῷ σώματι ἐκ τῆς γῆς τὴν φύσιν αὐτοῦ ἔχοντι, ὁμοούσιος δὲ ὁ λόγος τῷ πατρὶ, κατὰ τὴν τῶν πατέρων ὁμολογίαν· ὁμοούσιος ἔσται καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ τῷ σώματι, τῷ ἐκ γῆς γεγενημένῳ. καὶ τί ἔτι μέμφεσθε τοῖς Ἀρειανοῖς λέγουσι τὸν υἱὸν κτίσμα, λέγοντες αὐτοὶ καὶ τὸν πατέρα ὁμοούσιον τοῖς κτίσμασι; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. καὶ τί πρὸς ἡμᾶς ἡ χρῆσις αὕτη, φιλόσοφε; Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. σφόδρα καθάπτεται τῶν λεγόντων μίαν φύσιν τοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκός. καὶ ὅρα, πῶς θαυμασίως πλέκει τὸν συλλογισμὸν ἐν τρίτῳ σχήματι ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος. προομολογεῖται γὰρ, ὅτι ὅσα περὶ τῆς οὐσίας λεχθήσεσθαι μέλλει, ταῦτα τῇ φύσει προσαρμοστέον· ὡμολόγηται, ἢ οὔ; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. πάνυ μὲν οὖν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. μεταλάβωμεν οὖν τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα εἰς τὸ τῆς φύσεως, καὶ εἴπωμεν· εἰ ὁμοφυὴς ὁ λόγος τῷ σώματι, ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν· ὁμοφυὴς δὲ ὁ λόγος τῷ πατρὶ, κατὰ τὴν τῶν πατέρων ὁμολογίαν, ὁμοφυὴς ἔσται καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ τῷ σώματι, τῷ ἐκ τῆς γῆς γενομένῳ. ὥστε τοῖς λέγουσιν ὁμοούσιον (ταυτὸν δὲ εἰπεῖν ὁμοφυῆ) τὸν λόγον τῷ σώματι, ἕπεται τὸ, καὶ τὸν πατέρα ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυῆ εἶναι τῷ σώματι. οὗ τί ἀτοπώτερον; τί οὖν ἐκ τούτου τοῦ ἀδυνάτου μανθάνομεν; ὁ λόγος τῷ σώματι οὐκ ἔστιν ὁμοούσιος, οὐδὲ ὁμοφυής. εἰ δὲ οὔτε ὁμοούσιος, οὔτε ὁμοφυὴς τῷ σώματι ὁ λόγος, δῆλον, ὅτι ἑτερούσιος καὶ ἑτεροφυὴς, καὶ εἰ ἑτερο-

ANNO CHRISTI 1169.

ροφυής, ἑτέρα πάντως φύσις τοῦ λόγου, καὶ ἑτέρα τοῦ σώματος, οὐκ ἄρα μία φύσις ὁ Χριστός. εἰ δὲ καὶ τὴν πρώτην πρότασιν τοῦ θείου Ἀθανασίου, ὡς ἔχει ἀκριβείας, κατανοήσωμεν λέγουσαν, εἰ ὁμοούσιος ὁ λόγος τῷ σώματι ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν, μέγιστον εὑρήσομεν θησαυρόν. οὐ ματὴν γὰρ κεῖται τό, ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν. Ο ΚΑΘΟΛ. ὀρθότατα λέγεις· ἀλλ' ἔχου καὶ τῶν ἑξῆς. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. ἐλθέτω καὶ ὁ ἁγιώτατος Κύριλλος, ᾧ μᾶλλον ὑμεῖς ἐπερείδεσθε, μαρτυρήσων τῷ λόγῳ. ὃς ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ λέγει· ἴσον γάρ ἐστιν εἰς ἀτοπίας λόγον, τὸ εἰπεῖν, ὅτι μετεβλήθη τὸ σῶμα εἰς θεότητος φύσιν, καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅτι μετεβλήθη ὁ λόγος εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν. ὥσπερ γὰρ τοῦτο ἀμήχανον, (ἄτρεπτος γάρ, καὶ ἀναλλοίωτός ἐστιν) οὕτω καὶ τὸ ἕτερον. οὐ γάρ ἐστιν εἰς θεότητος φύσιν μεταχωρῆσαί τι δύνασθαι τῶν κτισμάτων. κτίσμα δὲ καὶ ἡ σάρξ. σαφῶς δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ, αὐτός τε ὁμολογῶν τὰς δύο φύσεις, καὶ τῶν τῆς ἀνατολῆς ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ὑπερμαχῶν, τὰ αὐτὰ λεγόντων, φησίν. ἐπιλαμβάνονταί τινες τῆς ἐκθέσεως, ἧς πεποίηνται οἱ ἀνατολικοί, καὶ φασὶ διατί δύο φύσεις ὀνομαζόντων ἠνέσχετο ἢ ἐπῄνεσεν ὁ Ἀλεξανδρείας; καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· οὕτω καὶ ἐπὶ Νεστορίου, κἂν λέγῃ δύο φύσεις, τὴν διαφορὰν σημαίνων τῆς σαρκός, καὶ τοῦ λόγου· (ἑτέρα γὰρ ἡ τοῦ λόγου φύσις, καὶ ἑτέρα ἡ τῆς σαρκός) ἀλλ' οὐκ ἔτι τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν, ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταῦτα, ἕνα Χριστόν, ἕνα υἱόν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν· καὶ λοιπόν, μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην. καὶ μετ' ὀλίγον. οὐκοῦν οὐ τὸ εἰδέναι τῶν δύο φύσεων τὴν διαφοράν, τέμνειν ἐστὶν εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστόν. καὶ μεθ' ἕτερον. κἀκεῖνο δὲ μὴ ἀγνοείτωσαν. ὅπου γὰρ ὅλως ἕνωσις ὀνομάζεται, οὐχ ἑνὸς πράγματος σημαίνεται σύνοδος, ἀλλ' ἢ δύο, ἢ καὶ πλειόνων καὶ διαφόρων ἀλλήλοις κατὰ φύσιν. ὁ τοίνυν λέγων ἕνωσιν, δηλονότι σαρκὸς ἐμψυχωμένης νοερῶς, καὶ λόγου, καὶ οἱ δύο λέγοντες φύσεις, οὕτω νοοῦσι. πλὴν τῆς ἑνώσεως ὁμολογουμένης, οὐκ ἔτι διΐστανται ἀλλήλων τὰ ἑνωθέντα, ἀλλ' εἷς λοιπὸν υἱός, μία φύσις αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος λόγου. ἰδοὺ σαφῶς ἐν τούτοις ὁ τῆς θείας μνήμης πατὴρ ἡμῶν Κύριλλος, οὐ τὸ εἰδέναι, φησί, τῶν δύο φύσεων τὴν διαφοράν, τέμνειν ἐστὶν εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστόν. τοῦτο γὰρ ὑμεῖς δεδοίκατε· ἀλλ' ὁ μακάριος Κύριλλος ἐκβάλλει τὸν τοιοῦτον μάταιον φόβον ὑμῶν. ἀλλὰ καὶ τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ φαίνεται ὁ αὐτὸς τὰ αὐτὰ φρονῶν, δι' ὧν φησιν. Ἐννοοῦντες τοίνυν τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸν τρόπον, ὁρῶμεν ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν ἀδιασπάστως, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως· ἡ γὰρ σάρξ, σάρξ ἐστι, καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε Θεοῦ σάρξ. ὁμοίως δὲ ὁ λόγος Θεός ἐστι, καὶ οὐ σάρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκωσιν οἰκονομικῶς. ὅταν οὖν ἐννοῶμεν τοῦτο, οὐδὲν ἀδικοῦμεν, τὴν εἰς ἑνότητα συνδρομὴν ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι λέγοντες· μετὰ μέντοι τὴν ἕνωσιν οὐ διαιροῦμεν τὰς φύσεις ἀπ' ἀλλήλων, οὐδὲ εἰς δύο τέμνομεν υἱοὺς τὸν ἕνα καὶ ἀμέριστον, ἀλλ' ἕνα φαμὲν υἱόν, καὶ ὡς οἱ πατέρες εἰρήκασι, μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην. οὐκοῦν ὅσον ἧκεν εἰς ἔννοιαν καὶ εἰς μόνον τὸ ὁ-

eſt, eſſe illum ſubſtantiæ naturæque diverſæ. Si naturæ diverſæ, omnino alia natura Sermonis eſt, alia corporis. Non ergo Chriſtus una A natura eſt. Quod ſi primam hanc divi Athanaſii propoſitionem: Si Sermo unius eſt ſubſtantiæ cum corpore de terra naturam ſuam habente; quam accurate facta ſit, perſpexerimus, maximum theſaurum reperiemus. Quippe non fruſtra poſitum eſt: De terra naturam ſuam habente. GENER. Rectiſſime dicis. Sed pergito. THEORIANUS. Accedat & ſanctiſſimus Cyrillus, cui vos magis innitimini, teſtimonium orationi noſtræ perhibiturus; qui in priore ad Succeſſum epiſtola inquit: Par eſt, quod abſurditatem adtinet, dicere; quod cor- B pus in divinitatis naturam mutatum ſit; & viciſſim, quod Sermo mutatus ſit in naturam carni. Nam ſicut hoc fieri nequit, quum ipſe Sermo ſit incommutabilis & alterationis expers; ita nec illud alterum. Non enim creatorum quidquam ad naturam divinitatis tranſire poteſt: & caro quoque creatura eſt. Idem perſpicue in epiſtola ad Eulogium tam per ſe naturas duas profitens, quam ſanctiſſimos orientis epiſcopos idem tradentes, propugnans: Reprehendunt, ait, nonnulli factam ab orientalibus epiſcopis expoſitionem. Et cur, inquiunt, eos naturas duas dicentes Alexandrinus epiſcopus ferre potuit, aut probavit? Et paulo poſt ſubjicit: Sic & in cauſa Neſtorii: quamvis duas C naturas, diſcrimen carnis & ſermonis ſignificans, dicat; (nam alia natura Sermonis eſt, alia carnis) unionem tamen nobiſcum non confitetur. Nos enim his unitis, unum Chriſtum, unum filium, unum dominum confitemur: unam denique naturam Sermonis incarnatam. Ac paulo poſt: Itaque noſſe naturarum duarum diſcrimen, non eſt unum Chriſtum in duo ſecare. Rurſum poſt alia: Nec illud ignorent: Ubicumque fit unionis omnino mentio, non unius rei coitio ſignificatur, ſed vel duarum, vel plurium, & inter ſe natura diſcrepantium. Qui ergo dicit unionem, videlicet carnis animatæ ac mente præditæ, cum Sermone; quique duas naturas dicunt; eorum D hæc mens eſt, atque ſententia. Verum poſteaquam unionem confeſſi ſumus, non amplius a ſe invicem unita diſcrepant: ſed unus deinceps filius eſt, una Sermonis incarnati natura. Ecce in his divæ memoriæ Cyrillus aperte dicit, duarum naturarum diſcrimen noſſe, non eſſe Chriſtum unum in duo ſecare. Hoc enim vos vereri ſoletis. At beatus ille Cyrillus vanam hanc veſtram formidinem rejicit. Quin & idem in altera ad Succeſſum epiſtola eadem ſe ſentire, his verbis oſtendit: Itaque modum adſumtionis humanæ naturæ animo conſiderantes, naturas duas coiviſſe per unionem videmus, citra diviſionem, confuſionem & mutationem. Caro enim, caro eſt, non divinitas, E licet Dei caro facta ſit: ſimiliter & Sermo Deus eſt, non caro; licet diſpenſatione quadam carnem proprie ſuam fecerit. Quum igitur hoc animo conſideramus, minime delinquimus, dicentes hunc in unionem concurſum ex duabus naturis factum. Sed tamen poſt unionem naturas a ſe invicem non dividimus, nec

ANNO CHRISTI 1169.

nec unum & impartibilem in duos filios ſecamus: ſed unum dicimus filium, & uti patres loquuti ſunt, unam naturam Sermonis incarnatam. Quantum ergo mente atque oculis animi dumtaxat videre poſſumus, quo pacto unigenitus ille factus ſit homo, duas naturas eſſe dicimus, aut unum Chriſtum, & dominum: & filium, Dei Sermonem, qui homo factus & incarnatus eſt. Quid clarius hoc quærimus? naturas enim duas eſſe dicimus. Rurſus idem ille divus Cyrillus in enarratione libri Levitici, de purgatione lepræ diſſerens, ait: Totum heic mihi rurſus Servatoris noſtri myſterium, & purgationem, quæ per ſacroſanctum baptiſmum fit, reſpice. Duas aves accipi vivas & mundas jubet, ut per has volucres hominem illum cœleſtem intelligas, hominem pariter & Deum, in duas quidem naturas (quantum ad id quod de utraque dici convenit) diſtinctum: (quippe Sermo erat, exortus e Deo, in carne mulieris) non tamen diviſum: unus enim ex ambobus Chriſtus. Propterea duæ ſumuntur aves, & ambæ rurſus unius inſtar intelliguntur. Vides, ut ubique beatus ille Cyrillus naturas duas confiteatur? quin & in altera ad Succeſſum ait epiſtola: Qui Dominum nuda carne paſſum dicit, alienum a ratione voluntateque cruciatum facit. At ſi quis dicat, eum participe mentis anima paſſum, ut ſpontaneus ſit cruciatus; nihil dicere prohibet, eum in hominis natura paſſum. Quod ſi verum eſt, cur non duas naturas exſtitiſſe dabimus poſt unionem, citra ullam diviſionem? Quare ſi quis ait, Chriſto pro nobis carne paſſo, nihil aliud dicit, quam Chriſto pro nobis natura noſtra paſſo. Vides, uti clariſſime naturas duas beatus Cyrillus poſt unionem confiteatur? Etiam magnum illum in rebus divinis Gregorium videamus. Ait enim in oratione de filio: Deum adpellari putemus, non Sermonis; ſed ejus qui oculis cernebatur. Qui enim proprie Dei Deus eſſe poſſit? quemadmodum & pater dicitur, non ejus, qui cernebatur, ſed Sermonis. Erat enim duplex. Itaque partim hæc de utriſque proprie, partim non proprie dicuntur; diverſo ſcilicet modo, quam in nobis res habet. Nam Deus proprie quidem noſter eſt Deus, non autem proprie pater. Et hoc illud eſt, quod hæreticos in errorem trahit; vocum ſcilicet harum conjunctio, permutatis inter ſe vocabulis, propter naturarum coalitionem. Ejus hoc argumentum eſt. Quum naturæ cogitando diſtinguuntur, etiam ipſa ſimul vocabula diſtinguuntur. Vides eum Chriſtum adpellare duplicem? Rurſus ait. Quum naturæ cogitando didiſtinguuntur, etiam ipſa ſimul vocabula ſtinguuntur. Verum videamus & ſequentia. Paulum dicentem audi: Ut Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti, pater gloriæ: Chriſti quidem ille Deus eſt, pater autem gloriæ. Nam licet utraque natura copulata, ſit quiddam unum; non tamen hoc a natura eſt, ſed propter coitionem. Audi quid dicat: Licet utraque natura copulata, ſit quiddam unum, non tamen hoc a natura eſt. Si vero non unum a natura eſt, relinquitur omnino, duo eſſe a natura. Idem in 1. ad Cledonium epiſtola, diſertis verbis ait: Naturæ duæ, Deus & homo, quemadmodum & anima, & corpus; non tamen duo filii, nec dii: ſicut nec hic quidem duo homines, tametſi Paulus ad hunc modum internam externamque partem hominis adpellaverit. Atque ut paucis rem complectar, aliud

A ῥᾷν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι, τίνα τρόπον ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενής, δύο φύσεις εἶναι φαμέν. ἕνα δὲ Χριστόν, καὶ κύριον, καὶ υἱόν, τὸν Θεοῦ λόγον ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον. τί τούτου ἐστὶ σαφέστερον ἐπιζητοῦμεν; δύο γὰρ φύσεις, τὰς φύσεις εἶναι φαμέν. πάλιν ὁ αὐτὸς θεῖος Κύριλλος ἐν τῇ εἰς τὸ Λευιτικὸν βιβλίον ἐξηγήσει περὶ τοῦ καθαρισμοῦ τῆς λέπρας φησίν. ὅλον δὴ πάλιν ἐν τούτοις περιάθρει τὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μυστήριον, καὶ τὸν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καθαρισμόν· δύο μὲν ὀρνίθια κελεύει ληφθῆναι ζῶντα καὶ καθαρά, ἵνα νοήσῃς διὰ τῶν πετεινῶν τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον, B ἄνθρωπόν τε ὁμοῦ καὶ Θεόν, εἰς δύο μὲν φύσεις (ὅσον ἧκεν εἰς τὸν ἑκάστῃ πρέποντα λόγον) διαιρούμενον· (λόγος γὰρ ἦν, ὁ ἐκ Θεοῦ ἀναλάμψας ἐν σαρκὶ τῆς γυναικός,) πλὴν οὐ μεριζόμενον. εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ὁ Χριστός. διὰ τοῦτο καὶ ὡς δύο λαμβάνονται τὰ ὀρνίθια, καὶ νοεῖται πάλιν ὡς ἓν ἀμφότερα. ὁρᾷς πῶς δι' ὅλου ὁ μακάριος Κύριλλος δύο φύσεις ὁμολογεῖ; ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ φησίν· ὁ γὰρ λέγων σαρκὶ παθεῖν γυμνῇ τὸν Κύριον, ἄλογον καὶ ἀκούσιον ποιεῖται τὸ πάθος. ἐὰν δέ τις εἴπῃ, μετὰ ψυχῆς νοερᾶς C παθεῖν αὐτόν, ἵνα ᾖ τὸ πάθος ἑκούσιον, οὐδὲν κωλύει λέγειν, τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος αὐτὸν παθεῖν. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθές, πῶς οὐ τὰς δύο φύσεις ὑφεστάναι δώσομεν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἀδιαιρέτως; ὥστε εἴ τις λέγει, Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί, οὐδὲν ἕτερον λέγει, πλὴν ὅτι, Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει. ὁρᾷς πῶς σαφέστατον δύο φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ ὁ μακάριος Κύριλλος; ἴδωμεν, εἰ δοκεῖ, καὶ τὸν πολὺν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον. φησὶ γὰρ ἐν τῷ περὶ υἱοῦ λόγῳ. Θεὸς δὲ λέγοιτο D ἄν, οὐ τοῦ λόγου, τοῦ ὁρωμένου δέ. πῶς γὰρ ἂν εἴη τοῦ κυρίως Θεοῦ Θεός; ὥσπερ καὶ πατήρ, οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ λόγου δέ· καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς· ὥστε, τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, τὸ δὲ οὐ κυρίως, ἐναντίως ἢ ἐφ' ἡμῖν, ἔχει. ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν Θεὸς ὁ Θεός, οὐ κυρίως δὲ πατήρ. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ ποιεῖ τοῖς αἱρετικοῖς τὴν πλάνην, ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις, ἐναλλαττομένων τῶν ὀνομάτων διὰ τὴν σύγκρασιν. σημεῖον δέ. ἡνίκα αἱ φύσεις διΐστανται ταῖς ἐπινοίαις, συνδιαιρεῖται καὶ τὰ ὀνόματα. ὁρᾷς ὅτι διπλοῦν αὐτὸν καλεῖ τὸν Χριστόν; καὶ πάλιν φησὶν ἡνίκα αἱ φύσεις διΐστανται ταῖς ἐννοίαις, συνδιαιρεῖται E καὶ τὰ ὀνόματα. ἀλλ' ἴδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς. Παύλου λέγοντος ἄκουσον· ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης. Χριστοῦ μὲν Θεός, τῆς δὲ δόξης πατήρ. εἰ γὰρ καὶ τὸ συναμφότερον ἕν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ. ἄκουε τί φησιν. εἰ γὰρ τὸ συναμφότερον ἕν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει. εἰ δὲ οὐ τῇ φύσει ἕν, λείπεται πάντως, δύο εἶναι τῇ φύσει. ἐν δὲ τῇ πρὸς Κληδόνιον δευτέρᾳ ἐπιστολῇ ὁ αὐτὸς διαρρήδην φησί. φύσεις δύο, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα· υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ θεοί. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δύο ἄνθρωποι, εἰ καὶ οὕτως ὁ Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ ἐκτὸς προσηγόρευσε. καὶ εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο

ANNO CHRISTI 1169.

ANNO CHRISTI 1169.

A καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ σωτήρ. εἴπερ μὴ ταυτὸν τὸ ἀόρατον τῷ ὁρατῷ, καὶ τὸ ἄχρονον τῷ ὑπὸ χρόνον· οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος· μὴ γένοιτο. τὰ γὰρ συναμφότερα, ἓν τῇ συγκράσει· Θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάσειε. λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο, ἔμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς Τριάδος ἔχει. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν. οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο. ἓν γὰρ τὰ τρία, καὶ ταυτὸν τῇ θεότητι. ὁρᾷς ἀκρίβειαν θεολογίας; ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο φησί, τὰ ἐξ ὧν ὁ σωτήρ. τουτέστιν, ἄλλη καὶ ἄλλη φύσις. τὸ γὰρ ἄλλο οὐδετέρως τιθέμενον, ἐπὶ τῆς φύσεως τέτακται, τὸ δὲ ἄλλος, ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως. B καὶ τοῦτο δῆλον αὐτὸς ποιεῖ παρακατιών. ἐκεῖ μὲν γάρ, ἐπὶ τῆς θεότητος δηλονότι, ἄλλος καὶ ἄλλος. ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν. οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο. ἓν γὰρ τὰ τρία, καὶ ταυτὸν τῇ θεότητι. ἀλλὰ καὶ προϊών φησιν. ὥσπερ καὶ τὸ διὰ Χριστοῦ γεγονέναι τὰ πάντα, καὶ κατοικεῖν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, οὐ κατὰ τὸ φαινόμενον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ κατὰ τὸ νοούμενον, κιρναμένων ὥσπερ τῶν φύσεων, οὕτω δὴ καὶ τῶν κλήσεων, καὶ περιχωρουσῶν ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφυΐας. ἀπόχρη ταῦτα παρὰ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου. τῆς δ' αὐτῆς ἐννοίας καὶ C Γρηγόριον τὸν ἐν ἁγίοις ἐπισκοπήσαντα ἐν τῇ Νυσσαέων ἐπιδείξομαι, ἐν οἷς φησιν ἐν τῷ πρὸς Σιμπλίκιον λόγῳ κατὰ λέξιν οὕτως. ὥστε ἐπειδὴ δύο περὶ Χριστοῦ γινώσκομεν, τὸ μὲν θεῖον, τὸ δὲ ἀνθρώπινον, ἓν μὲν τῇ φύσει, τὸ θεῖον, ἓν δὲ τῇ οἰκονομίᾳ, τὸ κατὰ ἄνθρωπον. ἀκολούθως τὸ μὲν ἀΐδιον τῇ θεότητι προσμαρτυροῦμαι, τὸ δὲ κτιστὸν, τῇ ἀνθρωπίνῃ λογιζόμεθα φύσει. ἤκουσας ὅπως καὶ οὗτος ὁ θεῖος ἀνήρ φησιν, ὅτι δύο περὶ Χριστοῦ γινώσκομεν, τὸ μὲν θεῖον, τὸ δὲ ἀνθρώπινον. εἶτα, ἓν μὲν τῇ φύσει τὸ θεῖον, φησί. καὶ παρακατιών· τὸ δὲ κτιστὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ λογιζόμεθα φύσει. ἰδοὺ φύσιν D θείαν ἐπὶ Χριστοῦ, καὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ὁμολογεῖ ἀριδήλως. ἀλλὰ κἂν τῷ Βασιλείου βιβλίῳ, τῷ πρὸς τὸν Εὐνόμιον τὰ αὐτὰ διδάσκων, φησί. τὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων καθὼς ὠνόμασεν ὁ μέγας ἀπόστολος, οὐδὲν οὕτως, ὡς τὸ τοῦ υἱοῦ δείκνυσιν ὄνομα, ἑκατέρᾳ τῇ φύσει, τῇ θείᾳ τε καὶ ἀνθρωπίνῃ, κατὰ τὸ ἴσον ἐφαρμοζόμενον. ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ Θεοῦ υἱός ἐστι, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου κατ' οἰκονομίαν ἐγένετο. ὁρᾷς πῶς δύο φύσεις, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην ὁμολογεῖ; τὰ δ' αὐτὰ πράττοντα κἂν τῷ τετάρτῳ λόγῳ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἔξεστιν αὐτὸν θεωρῆσαι. E πανταχοῦ γάρ, φησι, τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου πρὸς τὸ θεῖον ἀνάκρασιν ὁ ἀπόστολος κηρύσσων, οὐδὲν ἧττον ἐν ἑκατέρῳ τὸ ἴδιον καθορᾷ. ἐνταῦθα καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἑκατέρας φύσεως ἡμῖν διετάξατο, ὡς ὑπαρχόντων τε, καὶ τῇ θεωρίᾳ λαμβανομένων. εἶτα προϊών, μετ' ὀλίγον φησί. καὶ ὡς ἂν μὴ τῇ ἀκράτῳ φύσει τὸ κατὰ τὸν σταυρὸν πάθος προστρίβοιτο, δι' ἑτέρων τρανώτερον τὴν τοιαύτην ἐπανορθοῦται πλάνην, μεσίτην αὐτὸν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ Θεὸν ὀνομάζων, ἵνα ἐκ τοῦ τὸ δύο περὶ τὸ ἓν λέγεσθαι, τὸ πρόσφορον νοοῖτο περὶ ἑκατέρων. σαφέστατα ἐνταῦ-

ANNO CHRISTI 1169

A quidem atque aliud ſunt ea, de quibus Servator conſtat, (niſi adſpectabile ſit idem cum inadſpectabili, & temporis expers idem cum eo quod tempori ſubeſt) non tamen alius atque alius, abſit hoc. Ambo enim hæc copulatione unum ſunt, Deo nimirum humanam naturam, & homine divinitatem ſuſcipiente, vel quocumque tandem alio verbo quis hanc rem exprimendam duxerit. Dico autem aliud atque aliud vice verſa atque in Trinitate res habet. Illic enim alius atque alius, ne hypoſtaſes confundamus: non autem aliud atque aliud, quod tria ſint unum & idem, quoad divinitatem. Vides quam accurate de rebus divinis loquatur (Aliud, ait, atque aliud ſunt ea, de qui- B bus Servator conſtat:) hoc eſt alia atque alia natura. Nam aliud, neutro genere poſitum, de natura dicitur: alius vero, de hypoſtaſi. Atque hoc progrediens ulterius manifeſto declarat. Illic, ait, nimirum in divinitate, alius atque alius, ne perſonas confundamus: non autem aliud atque aliud, quod tria ſint unum & idem, quoad divinitatem. Quin & ulterius inquit: Sicut & illud, per Chriſtum omnia facta eſſe, & Chriſtum in cordibus noſtris habitare, non ſecundum eam Chriſti partem dicitur, quæ in oculos cadit: ſed eam, quæ intellectu percipitur, permiſtis videlicet, ut naturis, ſic etiam nominibus, ſeque ratione connaturalitatis invicem complectentibus. Hæc de C magno illo Gregorio Theol. protuliſſe ſatis eſt. Ejuſdem vero ſententiæ ſanctum quoque Gregorium Nyſſenſem epiſcopum fuiſſe demonſtrabo, in lib. ad Simplicium his verbis utentem: Quoniam duo de Chriſto agnoſcimus, hoc divinum, illud humanum, unum natura divinum, & unum diſpenſatione humanum: idcirco æternitatem divinitati equidem adtribuo: creatum vero humanam ad naturam referimus. Audiſtine quo pacto & hic divinus vir dicat, duo nos de Chriſto adgnoſcere, hoc divinum, illud humanum? Deinde, unum natura divinum inquit. Et progreſſus ulterius: Creatum, ait, humanam ad naturam referimus. Ecce divinam in Chriſto naturam, & D naturam humanam manifeſte confitetur. Quin & Baſilii liber adverſus Eunomium ſcriptus, eadem docens, hæc verba continet: Mediatorem illum Dei & hominum, ſicut a magno illo apoſtolo adpellatur, nihil ita demonſtrat, ut filii nomen utrique naturæ, divinæ ac humanæ, ex æquo accommodatum. Idem enim & Dei filius eſt, & filius hominis per diſpenſationem factus eſt. Vides, uti duas naturas, divinam & humanam, confitetur? Eadem facientem videre licet in quarto ejuſdem argumenti libro, ubi hæc verba ſunt: Ubique temperamentum ejus, quod humanum eſt, cum illo quod divinum, prædicans apoſtolus; nihilominus in utroque, quod cuique proprium eſt, E perſpicit. Heic & de iis quæ utrique naturæ propria ſunt, tradit; veluti quæ reapſe ſint, & animi conſideratione percipiantur. Hinc paulo poſt ſubjicit: Ac ne quis naturæ temperamenti experti paſſionem in cruce adtribuat, per alia clarius errorem hujuſmodi corrigit, Mediatorem eum Dei & hominum, & Deum adpellans: ut, quoniam duo de uno dicantur, de utroque quod utrique competit, intelligatur. Heic apertiſſime duo de uno dici prædicat, nimirum naturas duas. Similiter & in oratione de filio ſecunda, clarius idem duarum naturarum proprietates, etiam poſt ineffabilem

illam

ANNO CHRISTI 1169.

☞ illam evacuationem, ſalvas & integras eſſe tradit. A Credimus, inquit, in unum Deum patrem ingenitum, & in unum filium genitum Jeſum Chriſtum, ejuſdem ſubſtantiæ cum patre, ſecundum divinitatem, & nobiſcum ſecundum carnem: non duos, ſed unum filium, ſalvis naturarum proprietatibus. Quin & magnus Ambroſius, Mediolanenſium pontifex, ad Apollinarium ſcribens, ſic ait: Diſcrimen carnis & divinitatis ſervemus. Unus in utroque loquitur filius, quoniam utraque natura in ipſo eſt: verum licet idem loquatur, non uno tamen modo loquitur. Nam vides in eo nunc quidem Dei majeſtatem, nunc autem paſſiones hominis. Conſentanea vero jam dictis & in ſecundo ad Gratianum Auguſtum libro tradit. B Homo Jeſus Chriſtus, dominus majeſtatis, dicitur crucifixus, quia conſors utriuſque naturæ, id eſt, humanæ atque divinæ. Sed & in libro ad Sabinum epiſcopum idem vir ſanctiſſimus ait: Quum eſſet in proprietate * divinitatis, exinanivit ſe, & accepit plenitudinem naturæ & perfectionem humanæ: ſicut Deo nihil deerat, ita nec hominis conſummationi; ut eſſet perfectus in utraque * natura. GENERALIS. Equidem arbitror ante multos annos curæ tibi fuiſſe, libros uti colligeres, ſanctorumque virorum auctoritates de naturis duabus excerperes. THEORIANUS. Ea vero multæ curæ, multique temporis egent, quæ rara ſunt, & inventu difficilia. C De duabus autem naturis non penuria, ſed ſupra modum ingens abundantia copiaque reperitur in omni a ſpiritu Dei profecta ſcriptura, quanta ſcilicet eſt aeris late diffuſi amplitudo. Quare ſi etiam pluribus opus ſit, paratus ſum & alias proferre. Et quidem mox licet audiamus magnum illum philoſophum atque martyrem Juſtinum, de iiſdem loquentem in libro de Trinitate, capite decimo ſeptimo. Quum audieris, inquit, de uno filio voces contrarias, convenienter partire naturis ea quæ dicentur: ſi magnum ac divinum aliquid, divinæ naturæ attribuens; ſin exiguum & humanum, ad humanam naturam referens. Sic enim & ipſarum vocum diſcrepantiam vitabis, D natura qualibet ſibi cognata recipiente: & unum filium tam ante omnia ſæcula, quam recens ortum juxta litteras ſacras confiteberis. Hæc divinus ille Juſtinus. Ioannes autem Chryſoſtomus in epiſtolæ ad Timotheum ſcriptæ interpretatione ſic ait: Mediator amborum conſors eſt, quorum ſcilicet eſt mediator. Quippe mediatoris eſt, ut conjunctus eorum utrique, quorum mediator eſt, participet. Ac paulo poſt: Si ergo non conjunctus eſt cum natura patris, non eſt mediator, ſed eſt ab eo ſeparatus. E Quemadmodum enim cum hominum natura conjunctus eſt, quoniam ad homines venit: ita & cum Dei natura, quoniam a Deo venit. Cum hiſce ſanctis patribus conſentiens ſancta illa, magnaque & univerſalis ſynodus, Chalcedone nutu Dei pioque decreto Auguſtorum congregata, ſtatuit unum & eumdem eſſe Chriſtum, filium, dominum, unigenam, in naturis duabus citra confuſionem, mutationem, diviſionem, ſeparationem adagnitum: nequaquam naturarum diſcrimine ſublato propter unitionem, ſed ſalva potius proprietate utriuſque naturæ, ac in unam perſonam &

* legit, *in proprietate*, quum Libri Latini habeant, *in ſimilitudine*.

* Noſtri legunt *perfectionis*.

A θαι δύο περὶ τὸ ἓν λέγεσθαι φησί, δηλονότι φύσεις. ὁμοίως δὲ κἂν τῷ δευτέρῳ λόγῳ περὶ υἱοῦ ὁ αὐτὸς σαφέστερον ἡμῖν τῶν δύο φύσεων τὰ ἰδιώματα σώζεσθαι παραδίδωσι καὶ μετὰ τὴν ἄφραστον κένωσιν. πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα Θεόν, φησι, πατέρα ἀγέννητον, καὶ εἰς ἕνα γεννητὸν υἱὸν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἡμῖν δὲ κατὰ τὴν σάρκα. οὐ δύο, ἀλλ' ἕνα υἱόν, σωζομένων τῶν ἰδιωμάτων τῶν φύσεων. ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Ἀμβρόσιος, ὁ Μεδιολάνων τὴν ἀρχιερωσύνην λαβών, πρὸς Ἀπολλινάριον γράφων, οὕτω φησί. φυλάξωμεν τὴν διαφορὰν σαρκὸς καὶ θεότητος. εἷς ἐν B ἑκατέρῳ λαλεῖ ὁ υἱός, ἐπειδήπερ ἑκατέρα φύσις ἐστὶν αὐτῷ. ἀλλ' εἰ καὶ ὁ αὐτὸς λαλεῖ, οὐκ ἑνὶ μέντοιγε τρόπῳ λαλεῖ. ὁρᾷς γὰρ ἐν αὐτῷ νῦν μὲν δόξαν Θεοῦ, νῦν δὲ πάθη ἀνθρώπου. ἀκόλουθα δὲ τοῖς εἰρημένοις κἂν τῷ δευτέρῳ τοῦ πρὸς Γρατιανὸν τὸν βασιλέα συντάγματος λέγει. ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος τῆς δόξης ἐσταυρῶσθαι λέγεται, ἑκατέρας ὑπάρχων φύσεως κοινωνός, τοῦτ' ἔστιν ἀνθρωπίνης καὶ θείας ἀμέλει. κἂν τῷ πρὸς Σαβῖνον τὸν ἐπίσκοπον λόγῳ αὐτοῦ, ὁ αὐτὸς ἁγιώτατος ἀνήρ φησιν. ἐν τῷ ἰδίῳ τῆς θεότητος ὢν ἐκένωσεν ἑαυτόν, καὶ ἔλαβε τὸ τέλειον τῆς κατὰ ἄνθρωπον φύσεως ὁλόκληρον. ὡς C οὐδὲν ἔλειπε τῷ Θεῷ, οὕτως οὐδὲ τῷ καταρτισμῷ τῷ κατὰ ἄνθρωπον, ἵνα τέλειος ἐν ἑκατέρᾳ φύσει τυγχάνῃ. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐμοὶ δοκεῖ, ὅτι πρὸ πολλῶν χρόνων ἔσχες ἐπιμέλειαν τοῦ συναγαγεῖν βιβλία, καὶ παρεκλαβεῖν χρήσεις ἁγίων περὶ τῶν δύο φύσεων. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἐκεῖνα δέονται πολλῆς φροντίδος καὶ χρόνου, ὅσα σπάνιά εἰσι, καὶ δυσεύρετα. περὶ δὲ τῶν δύο φύσεων, οὐ σπάνις, ἀλλὰ πλοῦτος ὑπερβολικὸς καὶ δαψίλεια ἐν πάσῃ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, ὅση ἀέρος χύσις. εἰ δὲ καὶ πλειόνων δέῃ, ἑτοίμως ἔχω καὶ ἄλλας παραγαγεῖν. αὐτίκα γοῦν, ἔξεστιν ἀκοῦσαι καὶ τοῦ μεγάλου φιλοσόφου καὶ μάρ- D τυρος Ἰουστίνου, περὶ τῶν αὐτῶν λέγοντος ἐν τῷ περὶ τριάδος συντάγματι, κατὰ τὸ ιζ. κεφάλαιον οὕτως. ὅταν ἀκούσῃς περὶ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ τὰς ἐναντίας φωνάς, κατ' ἀλλήλων μέριζε ταῖς φύσεσι τὰ λεγόμενα. ἂν μέν τι μέγα καὶ θεῖον, τῇ θείᾳ φύσει προσνέμων. ἂν δέ τι μικρὸν καὶ ἀνθρώπινον, τῇ ἀνθρωπείᾳ λογιζόμενος φύσει. οὕτω γὰρ καὶ τὸ τῶν φωνῶν ἀσύμφωνον διαφεύξῃ, ἑκάστης ἃ πέφυκε δεχομένης φύσεως· καὶ τὸν υἱὸν ἕνα καὶ πρὸ πάντων αἰώνων, καὶ πρόσφατον, κατὰ τὰς θείας γραφὰς ὁμολογήσεις. καὶ ταῦτα E μὲν ὁ θεῖος Ἰουστῖνος. ὁ δὲ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῆς, οὕτω φησίν. ὁ μεσίτης ἀμφοτέροις κοινωνεῖ, ὧν ἐστι μεσίτης. μεσίτου γάρ τοῦτό ἐστι, τὸ ἑκατέρου ἐχόμενον, ὧν ἐστι μεσίτης, κοινωνεῖν. καὶ μετ' ὀλίγον· εἰ τοίνυν μὴ ἔχεται τῆς τοῦ πατρὸς φύσεως, οὐκ ἔστι μεσίτης, ἀλλὰ ἀπεσχοίνισται· ὥσπερ γὰρ τῆς ἀνθρώπων ἔχεται φύσεως, ἐπειδὴ πρὸς ἀνθρώπους ἤρχετο· οὕτω καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ παρὰ Θεοῦ ἤρχετο. τούτοις τοῖς ἁγίοις πατράσι συμφωνοῦσα ἡ ἁγία μεγάλη

καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ ἐν Χαλκηδόνι συναθροισθεῖσα Θεοῦ νεύματι, καὶ εὐσεβεῖ βασιλέων θεσπίσματι, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστόν, υἱόν, κύριον, μονογενῆ, ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρε-

ANNO CHRISTI 1169.

ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως, γνωριζόμενον A ἐδογμάτισεν, ὐδαμῶ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀναιρουμένης διὰ τὴν ἕνωσιν. σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, ϗ εἰς ἓν πρόσωπον ϗ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης. ὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον, ἀλλὰ ἕνα ϗ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ, Θεὸν λόγον, κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ὅλως τὸ λέγειν δύο φύσεις ἔμφασιν εἰσάγει διαιρέσεως. ϗ δέδοικα, μήπως φεύγοντες τὸ τοῦ Εὐτυχοῦς, τὸ μίαν φύσιν λέγειν, εἰς τὸ τοῦ Νεστορίου ἐμπέσωμεν βάραθρον, διὰ τὰς δύο φύσεις δύο πρόσωπα παρεισάγοντες. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. ἀλλ' ὁ Νεστόριος δύο φύσεις ἔλεγε κε- B χωρισμένας, οὐχ ἡνωμένας εἰς πρόσωπον ἕν. ϗ τοῦτο δηλῶν ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ, φησίν. οὕτω ϗ ἐστὶ Νεστορίου, κἂν λέγῃ δύο φύσεις, σημαίνων τὴν διαφορὰν τῆς σαρκὸς, ϗ τοῦ Θεοῦ λόγου. (ἑτέρα γὰρ ἡ τοῦ λόγου φύσις, ϗ ἑτέρα ἡ τῆς σαρκός·) ἀλλ' οὐκέτι τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν. ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταύτας, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν, ϗ μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην. βάδιζε ὖν σὺ, κατὰ τὴν τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος παραγγελίαν, μήτε εἰς τὰ δεξιὰ, μήτε εἰς τὰ ἀριστερά· ἀλλὰ τὴν μέσην ϗ βασιλικὴν ὁδόν. C τέσσαρες γάρ εἰσιν αἱρέσεις ἐκ διαμέτρου ἀλλήλαις μαχόμεναι· δύο ἐπὶ τῆς θεότητος, ϗ δύο ἐπὶ τῆς ἀνθρωπότητος. ἐπὶ μὲν τῆς θεότητος, ὁ μὲν Σαβέλλιος ἔλεγε μίαν φύσιν, ϗ μίαν ὑπόστασιν· ὁ δὲ Ἄρειος, τρεῖς ὑποστάσεις, ϗ τρεῖς φύσεις ἐκφύλους. ἡμεῖς δὲ οὔτε εἰς ἓν τὰ τρία συναλείφομεν, ἵνα μὴ τὴν τοῦ Σαβελλίου νόσον νοσήσωμεν, οὔτε διαιροῦμεν εἰς τρία ἔκφυλα ϗ ἀλλότρια, ἵνα μὴ τὰ Ἀρείου μανῶμεν. ἀλλὰ μίαν φύσιν ἐν τρισὶ κηρύττομεν ὑποστάσεσι. πάλιν ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου ὥσπερ ἐκ διαμέτρου ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλους ὅ, τε Νεστόριος ϗ ὁ Εὐτυχής. ὁ μὲν γὰρ D Νεστόριος ἔλεγε δύο φύσεις κεχωρισμένας, ϗ δύο πρόσωπα, ϗ δύο Χριστοὺς, ϗ δύο υἱούς. ὁ δὲ Εὐτυχὴς, μίαν φύσιν, ϗ μίαν ὑπόστασιν. ἡμεῖς δὲ μίαν ὑπόστασιν, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν ἐν δύο φύσεσι τελείαις, θεότητι λέγω, ϗ ἀνθρωπότητι, ἀχωρίστως ϗ ἀσυγχύτως ἡνωμέναις. βάδιζε ὖν τὴν μέσην ϗ βασιλικὴν, ὡς εἴπομεν, τρίβον. (ὥς φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος. μεσότητα δὲ ὅταν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω, πρὸς ἣν βλέπειν καλῶς ἔχομεν μόνην,) μὴ φοβηθεὶς τὸν ἀριθμὸν τῶν δύο. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς θεότητος τρεῖς ὑποστάσεις λέγοντες, ὐ ποιοῦμεν διαίρεσιν φύσεως· οὕτω ϗ ἐπὶ τῆς οἰκονο- E μίας δύο φύσεις λέγοντες, ὐ ποιοῦμεν διαίρεσιν ὑποστάσεως. ϗ τοῦτο ἐστιν, ὅπερ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ πρὸς Κληδόνιον δευτέρῳ λόγῳ φησί. λέγω δὲ ἄλλο ϗ ἄλλο, ἔμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς τριάδος ἔχει. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος ϗ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν, ὐκ ἄλλο δὲ ϗ ἄλλο. ἓν γὰρ τὰ τρία, ϗ ταὐτὸν τῇ θεότητι. ϗ σκόπει καλῶς ἑκάστην τάξιν τοῦ ἱεροῦ θεολόγου. λέγω δὲ, φησὶν, ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἄλλο ϗ ἄλλο. τὸ γὰρ ἄλλο ὐδετέρως τιθέμενον, τὴν φύσιν δηλοῖ. ἤτοι ἑτέραν ϗ ἑτέραν φύσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ λέγει. τὸ δὲ ἄλλος, σημαίνει τὴν ὑπόστασιν. διὸ ἐπήγαγεν· ὐκ ἄλλος ϗ ἄλλος. ὅρα δὲ ϗ τὸ, ἔμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς τριάδος ἔχει. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς τριάδος μία φύσις ἐστὶν,

A unam hypoſtaſin cocunte: non in duas perſonas partitum vel diviſum, ſed unum & eumdem filium unigenam, Deum Sermonem, Dominum Jeſum Chriſtum. GENERALIS. Omnino duas dicere naturas, ſpeciem quamdam diviſionis introducit: ac vereor equidem, ne devitato Eutychis barathro, quod eſt unam naturam dicere, in Neſtorii barathrum incidamus, per duas naturas, duas perſonas introducentes. THEORIANUS. Neſtorius vero duas naturas ſeparatas ajebat, non unitas in unam perſonam. Atque hoc ſane denotans ſanctus ille Cyrillus, in epiſtola, quam ad Eulogium ſcripſit, ait: Sic & in cauſa Neſtorii. Quamvis duas naturas, diſcrimen carnis & Sermonis ſignificans, dicat (alia namque natura ſermonis eſt, alia carnis): Unionem tamen nobiſcum non confitetur. Nos enim his unitis, unum Chriſtum, unum filium, unum Dominum confitemur, unam denique naturam Sermonis incarnatam. Tu igitur, juxta ſapientis illius Salomonis admonitionem, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram inceſſeris; ſed media regiaque via. Sunt enim quatuor hæreſes, ex diametro inter ſe pugnantes: duæ de divinitate, ac duæ de humana natura. In divinitate, Sabellius quidem ajebat, eſſe naturam unam, & unam hypoſtaſin: Arius vero tres hypoſtaſes, ac tres naturas diverſas & alienas a ſe invicem. Nos vero nec in unum tria commiſcemus, ne Sabellii morbo laboremus, nec in C tria peregrina & aliena inter ſe dividimus, ne in Arii furorem incidamus: ſed naturam unam in tribus hypoſtaſibus prædicamus. Rurſum de incarnatione Dei Sermonis velut ex diametro inter ſe pugnabant Neſtorius & Eutyches. Quippe Neſtorius ajebat duas naturas ſeparatas & duas perſonas, & duos Chriſtos, & duos filios: Eutyches vero naturam unam, & unam hypoſtaſin. Nos autem dicimus unam hypoſtaſin, unum Chriſtum, unum filium, in duabus perfectis naturis, divinitate inquam, & humanitate, inſeparabiliter & citra confuſionem unitis. Itaque ſemita media regiaque, ſicuti diximus, incedito: (quemadmodum Gregorius ille Theologus ait: Medium quum dico, veritatem in- D telligo: ad quam ſolam ſi reſpiciemus, recte faciemus) nec eſt quod numerum duum reformides. Quemadmodum enim, quum in divinitate tres hypoſtaſes dicimus, nullam naturæ diviſionem facimus: ſic & in hac diſpenſatione, quum duas naturas dicimus, nullam ipſius hypoſtaſis diviſionem facimus. Atque hoc illud eſt, quod Gregorius Theologus in II. ad Cledonium libro dicit: Dico autem aliud atque aliud, verſa vice atque in Trinitate res haber. Illic enim alius atque alius, ne hypoſtaſes confundamus: non autem aliud atque aliud; quia tria ſunt unum & idem quo ad divinitatem. Recte vero quamlibet ſeriem ver- E borum religioſi hujus theologi conſidera. Dico, inquit, in Chriſto, aliud atque aliud. Nam aliud neutro genere poſitum, naturam ſignificat; adeoque aliam atque aliam naturam in Chriſto dicit. Alius vero ſignificat hypoſtaſin. Ideo ſubjecit: Non alius atque alius. Etiam illud inſpice: Verſa vice atque in Trinitate res habet. Nam in Trinitate una natura eſt,

ANNO CHRISTI 1169.

eſt, ſed non itidem una hypoſtaſis. In Chriſto autem una hypoſtaſis eſt, at non itidem una natura. Hoc ſcilicet denotat illud: Vice verſa. Nam ibi natura una eſt, ac tres hypoſtaſes: heic autem una hypoſtaſis, & duæ naturæ.

His dictis, religioſiſſimus Epiſcopus Gregorius, ſanctiſſimi Generalis conſobrinus, voce magna exclamavit: Ego Romanus ſum: Anathema non dicenti duas in Chriſto naturas.

Poſtridie religioſiſſimus Sappirii epiſcopus advenit: itaque cum illo Generalis ſeorſum ea communicabat, quæ de propoſita quæſtione dicta fuiſſent. Etiam oſtendit ei quaſcumque ſanctorum hominum auctoritates habebat, duas in Chriſto naturas dicentium. At is, quod diſertus eſſet, ad lubitum ſuum eas pervertebat. Itaque quum Generalis eum valde reſiſtentem, ac repugnantem deprehenderet; nos arceſſebat, & his verbis utebatur: Petrus hic epiſcopus, qui præſens eſt, colloqui tecum de argumento, quod inter nos tractamus, cupit. Ait enim, ſanctum virum Cyrillum unam dicere naturam poſt unitionem. THEORIANUS. Ubinam hoc, domine epiſcope, ſanctus Cyrillus dicit? EPISCOPUS. In ſecunda ad Succeſſum epiſtola, adverſus eos, qui dicunt: Si una natura facta eſt poſt unitionem, neceſſe eſt eum in natura ſua paſſum: ſic ad verbum ait. Qualia vero paſſum ipſum in natura propria neceſſe eſt, ſi poſt unitionem, una filii natura dicatur incarnata? Videſne, quod poſt unitionem, unam naturam dicat? THEORIANUS. Et quænam eſt illa propria filii natura, in qua neceſſe non eſt, eum eſſe paſſum? EPISCOPUS. Divinitas filii. THEORIANUS. Ergo filius in natura propria non eſt paſſus? EPISCOPUS. Abſit hoc. Quippe natura divina ſic comparata non eſt, ut pati poſſit. THEORIANUS. Tamen reapſe Chriſtus paſſus eſt? EPISCOPUS. Vere: ſed in natura noſtra, quæ ſic comparata eſt, ut patiatur. THEORIANUS. Ergo Chriſtus naturas duas habebat, unam ſic comparatam, ut pateretur: alteram, ut non pateretur.

His quum obturatum eſſet os religioſiſſimo Petro, ſupradictus religioſiſſimus epiſcopus Gregorius ſurgens: Ego Romanus ſum, inquit, & cum Romanis ſentio.

Poſt biduum rurſus arceſſiti, aſcendimus in cœnaculum, ad ſanctiſſimum Generalem. Quumque conſediſſemus, omnes ſic adloquutus eſt: Nihil ambigui eſt, duas in Chriſto naturas dicere, ſi confiteamur eas unitas inſeparabiliter in unam hypoſtaſin. Quemadmodum ſanctus ille Cyrillus in prima ad Succeſſum epiſtola loquitur: Quantum, inquiens, mente atque oculis animi duntaxat videre poſſumus, quo pacto unigenitus ille factus ſit homo: duas eſſe naturas dicimus unitas, at unum Chriſtum, & filium, & Dominum, Dei Sermonem, qui homo factus & incarnatus eſt. Quin etiam omnia illa lumina eccleſiæ, quorum auctoritates antea philoſophus adduxit, hoc ipſum expreſſe clamant. Itaque manifeſtis, & apertis, & veris adverſari, non eſt hominis Chriſtiani. Ac de his quidem poſthac minime laborandum. Quid autem prohibet, quominus

A ἀλλ' οὐχὶ ϗ μία ὑπόστασις. ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ, μία ὑπόστασις, ἀλλ' οὐχὶ ϗ μία φύσις. ϗ τοῦτο ἐστι τὸ ἔμπαλιν. ἐκεῖ μὲν γὰρ μία φύσις, ϗ τρεῖς ὑποστάσεις. ἐνταῦθα δὲ μία ὑπόστασις, ϗ δύο φύσεις.

Τούτων ῥηθέντων, ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Γρηγόριος, ὁ τοῦ ἁγιωτάτου καθολικοῦ ἀνεψιός, ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ. ἐγὼ Ῥωμαῖός εἰμι. ἀνάθεμα τῷ μὴ λέγοντι δύο φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ.

Τῇ ἐπαύριον ἦλθεν ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Σαπφείρου. ἀνεκοινώσατο οὖν αὐτῷ ὁ Καθολικὸς χωρὶς ἡμῶν τὰ λαληθέντα περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος. ἔδειξε δὲ αὐτῷ ϗ ὅσας εἶχε χρήσεις ἁγίων, δύο λεγούσας φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ. ὁ δὲ διέστρεφεν αὐτὰς, λόγιος ὢν, εἰς τὸ ἑαυτοῦ θέλημα. ὡς οὖν εὗρεν αὐτὸν ὁ Καθολικὸς σφοδρῶς ἐνιστάμενον ϗ ἀντιπαλαίοντα, μετεκαλέσατο ἡμᾶς, ϗ φησὶ πρὸς ἡμᾶς. Ὁ παρὼν ἐπίσκοπος Πέτρος θέλει μετὰ σοῦ διαλεχθῆναι περὶ μέσον ἡμῶν ϗ ὑμῶν ὑποθέσεως. ἔλεγε γὰρ, ὅτι ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος μίαν φύσιν λέγει μετὰ τὴν ἕνωσιν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ποῦ λέγει τοῦτο, δέσποτα ἐπίσκοπε, ὁ ἅγιος Κύριλλος; Ο' ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ. ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ, κατὰ τῶν λεγόντων· εἰ μία φύσις γέγονε μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἀνάγκη παθεῖν

C αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν. οὕτω κατὰ ῥῆμα φησί. ποῖα τοίνυν παθεῖν αὐτὸν ἀνάγκη εἰς ἰδίαν φύσιν, εἰ λέγοιτο μετὰ τὴν ἕνωσιν μία φύσις υἱοῦ σεσαρκωμένη; ὁρᾷς, ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν λέγει. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ϗ ποία ἐστὶν ἡ ἰδία φύσις τοῦ υἱοῦ, εἰς ἣν οὐκ ἔστιν ἀνάγκη παθεῖν αὐτόν; Ο' ΕΠΙΣΚ. ἡ θεότης τοῦ υἱοῦ. Ο' ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. οὐκ ἔπαθεν οὖν ὁ υἱὸς εἰς ἰδίαν φύσιν; Ο' ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ. μὴ γένοιτο. ἡ γὰρ θεία φύσις οὐ πέφυκε πάσχειν. Ο' ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἔπαθε δὲ ὅμως κατὰ ἀλήθειαν ὁ Χριστός; Ο' ΕΠΙΣΚΟΠ. ναί, ἀλλ' εἰς τὴν ἡμετέραν φύσιν. αὕτη γὰρ πέφυκε πάσχειν. Ο'

D ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. δύο οὖν ἔχει ὁ Χριστὸς φύσεις, μίαν πεφυκυῖαν πάσχειν, ϗ μίαν μὴ πεφυκυῖαν πάσχειν.

Εν τούτοις τοῦ εὐλαβεστάτου Πέτρου φιμωθέντος, ἀναστὰς ὁ ἄνωθεν ῥηθεὶς εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Γρηγόριος, ἔφη, ἐγὼ Ῥωμαῖός εἰμι, ϗ ὡς οἱ Ῥωμαῖοι φρονῶ.

Καὶ μεθ' ἡμέρας δύο πάλιν μετακληθέντες συνήλθομεν εἰς τὸ ὑπερῷον πρὸς τὸν ἁγιώτατον Καθολικὸν, ϗ καθεζομένων ἡμῶν, εἶπε πρὸς πάντας· Οὐκ ἔστιν οὐδεμία ἀμφιβολία, δύο φύσεις λέγειν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐὰν ἡνωμένας ταύτας ὁμολογῶμεν ἀδιασπάστως εἰς μίαν ὑπόστα-

E σιν, καθά φησιν ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ. οὐκοῦν ὅσον μὲν ἥκεν εἰς ἔννοιαν ϗ εἰς μόνον τὸ ὁρᾷν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι, τίνα τρόπον ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενής, τὰς δύο φύσεις εἶναί φαμεν ἑνωθείσας, ἕνα δὲ Χριστὸν, ϗ υἱὸν, ϗ κύριον, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἐνανθρωπήσαντα ϗ σεσαρκωμένον. ἀλλὰ δὴ ϗ πάντες οἱ τῆς ἐκκλησίας φωστῆρες, ὧν ἄνω ὁ φιλόσοφος τὰς χρήσεις ἤγαγε, τοῦτο διαῤῥήδην βοῶσι. ϗ λοιπὸν τοῖς προφανέσι ϗ φανεροῖς ἀντιμάχεσθαι, ϗ ἀληθέσιν, οὐκ ἔστι Χρι-

ANNO CHRISTI 1169.

Χριστιανοῦ. καὶ περὶ μὲν τούτων ἀπὸ τοῦ νῦν κοπιᾶν οὐ θέμις. ἀλλὰ τί κωλύει καὶ δύο φύσεις ὁμολογεῖν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, καὶ μίαν φύσιν, διὰ τὸ ἀδιαίρετον καὶ ἀχώριστον τῆς τῶν φύσεων ἑνώσεως; εὑρίσκομεν γὰρ τὸν ἅγιον Κύριλλον ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκκεσσον ἐπιστολῇ οὕτω σαφῶς λέγοντα. οὐ γὰρ ἐπὶ μόνων τῶν ἁπλῶν κατὰ φύσιν τὸ ἓν ἀληθῶς λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ σύνθεσιν συνηγμένων. ὁποῖόν τι χρῆμά ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. ἑτεροειδῆ μὲν γὰρ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀλλήλοις οὐχ ὁμοούσια. ἑνωθέντα γε μὴν, μίαν ἀνθρώπου φύσιν ἀπετέλεσαν. ἐπειδὴ οὖν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἑτερουσίων ὄντων, μία φύσις ἀνθρώπου ἀποτελεῖται καὶ λέγεται, οὐκ ἄτοπον οἶμαι, ἔκ τε τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ, μίαν ἀποτελεῖσθαι καὶ λέγεσθαι φύσιν. λῦσον τοῦτο, καὶ ἀρκέσει ἡμῖν. Ο ΘΕΩΡ. ἤρκει τῇ μεγάλῃ σου ἁγιωσύνῃ εἰς τὸ συνιδεῖν, ὅτι οὐ δεῖ μίαν φύσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγειν, ἡ εἰσκομισθεῖσα αὐτῇ πρὸς ἡμῶν χρῆσις τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, ἡ ἐν τῷ περὶ υἱοῦ δευτέρῳ λόγῳ κειμένη, οὕτω κατὰ λέξιν ἔχουσα. εἰ γὰρ καὶ τὸ συναμφότερον ἕν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ. ἐπειδὴ οὖν φησιν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει ἕν, κωλύει δηλονότι σαφῶς, ἐν τῇ φύσει τὰ συναμφότερα λέγειν. τί τούτου ζητεῖς σαφέστερον; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. οὐ κεῖται ἐν τῇ Αρμενικῇ γραφῇ οὕτως. Ο ΘΕΩΡ. ἔσφαλται λοιπὸν τὸ βιβλίον σου. Τότε ἔχων ὁ Θεωριανὸς παρεκβολὴν τοῦ ῥητοῦ τούτου Συριστὶ, δίδωσι τῷ καθολικῷ, λέγων ἀνάγνωθι δέσποτα. ὁ δὲ Καθολικὸς προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν ἀναγινωσκόντων Συριστὶ, ἀνέγνω, καὶ εὗρεν ὡς εἶπεν ὁ Θεωριανός. τότε λέγει αὐτῷ ὁ Θεωριανός. ἀρκεῖ τοῦτο δέσποτα; ἢ θέλεις καὶ ἄλλην χρῆσιν; ἐγὼ γὰρ Συριστὶ οὐ γινώσκω, ἀλλ' εὗρον οὕτως ἐν τοῖς βιβλίοις τῶν Σύρων ἐν Κεσσουνίῳ, καὶ πλεῖστον ἐχάρην τοῦτο εὑρών. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐπειδὴ ἐν τῇ τῶν Αρμενίων γραφῇ οὐ κεῖται οὕτως, βούλομαι καὶ ἄλλοθέν ποθεν πληροφορηθῆναι, ὅτι δύο μὲν ὀφείλομεν ὁμολογεῖν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μίαν δὲ οὔ. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ῥᾷστον τοῦτο συνιδεῖν, τῷ μὴ κακουργεῖν ἐθέλοντι. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. μή μοι γένοιτο κακουργῆσαί ποτε, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς θείοις, μήτε μὴν ἄλλῳ τινὶ τῶν κατὰ Χριστὸν ζῆν ἑλομένων. ἀλλὰ βεβαιωθῆναι ἐπιθυμῶ, ἵνα μὴ ἀπροσέκτως καὶ κατὰ συναρπαγὴν ποιήσωμαι τὴν ἀπόφασιν. Ο ΘΕΩΡ. ὁμολογεῖς ἑνωθῆναι τὰς φύσεις ἀτρέπτως καὶ ἀναλλοιώτως; Ο ΚΑΘΟΛ. πάνυ μὲν οὖν. καὶ γὰρ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Σούκκεσσον ἐπιστολῇ οὕτω φησίν. ἴσον γάρ ἐστιν εἰς ἀτοπίας λόγον, καὶ εἰπεῖν, ὅτι μετεβλήθη τὸ σῶμα εἰς θεότητος φύσιν· καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅτι μετεβλήθη ὁ λόγος εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν. ὥσπερ γὰρ τοῦτο ἀμήχανον, (ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτός ἐστιν) οὕτω καὶ τὸ ἕτερον. οὐ γάρ ἐστι τῶν ἐφικτῶν, εἰς θεότητος οὐσίαν ἤτοι φύσιν μεταχωρῆσαι δύνασθαί τι τῶν κτισμάτων. κτίσμα δὲ καὶ ἡ σάρξ. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἀπήλλαξας ἡμᾶς πραγμάτων, τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον μάρτυρα παραγα-



ANNO CHRISTI 1169.

A & duas naturas in uno Chriſto, & unam naturam, propter expertem diviſionis & ſeparationis naturarum unionem, confiteamur? quippe ſanctum illum Cyrillum in altera ad Succeſſum epiſtola, ſic diſerte dicentem reperimus: Non de iis duntaxat, quæ natura ſimplicia ſunt, unum vere dicitur: ſed etiam de illis quæ compoſitione copulata ſunt. Quale quiddam eſt homo, ex anima & corpore conſtans. Nam ea diverſæ ſunt formæ, nec ejuſdem inter ſe ſubſtantiæ: verum unita naturam hominis unam abſolvunt. Quoniam igitur ex animo & corpore, quæ diverſæ naturæ ſunt, una natura hominis abſolvitur, atque dicitur: non abſurdum arbitror, ex divinitate B humanitateque Chriſti, unam abſolvi dicique naturam. Hoc ſolvito, ac ſatisfactum nobis erit. THEORIANUS. Satis erat magnæ ſanctitati tuæ ad hoc, ut perſpiceres, non unam eſſe dicendam naturam in Chriſto poſt unionem, prolata ſancti viri, Gregorii Theologi a nobis auctoritas, quæ exſtat in altera de filio oratione, ac hujuſmodi verba continet: Licet utraque natura copulata, ſit quiddam unum; non tamen hoc a natura eſt, ſed propter coitionem. Quum ergo dicit: Non hoc a natura eſt, dare ſcilicet prohibet, ne utraque copulata, unum natura dicantur; quid dilucidius hoc requiris? GENERALIS. Sic textus in Armenica ſcriptura non habet. THEO- C RIANUS. Mendoſus eſt ergo liber tuus. Mox Theorianus, qui ejus dicti Syriacam interpretationem excerptam haberet, eam Generali porrigens, ait: Lege domine. Generalis autem arceſſito quodam ex iis, qui Syriace legere noſſent, legi juſſit, & ita ſcriptum reperit, uti Theorianus dixerat. Itaque Theorianus: Hoccine ſufficit, inquit, domine? an etiam & aliam requiris auctoritatem? nam equidem Syriace non novi, ſed ita perſcriptum in Syrorum libris Ceſſuvii reperi; atque hoc reperto, maximopere gaviſus ſum. GENERALIS. D Quando in Armeniorum ſcriptura textus ita non habet, aliunde certior fieri volo, debere nos duas in Chriſto naturas poſt unionem fateri, non unam. THEORIANUS. Facillimum id quidem ei perſpectu qui agere malitioſe nolit. GENERALIS. Mihi vero ne contingat unquam agere malitioſe, præſertim divinis in rebus; nec ulli alii, qui ex Chriſti præſcripto vivere velit: ſed confirmari deſidero, ne inconſiderate, perque ſubreptionem pronuntiem. THEORIANUS. Fateris unitas eſſe naturas citra mutationem & alterationem? GENERALIS. Omnino. Quippe ſanctus ille Cyrillus in epiſtola ad Succeſſum ſic ait: Par eſt, quod abſurditatem adtinet, dicere, corpus eſſe mutatum in naturam divinitatis: &, Sermonem eſſe mutatum in naturam carnis. Nam ſicut hoc fieri nequit, quum ipſe ſermo ſit in- E commutabilis & alterationis expers; ita nec illud alterum. Non enim creatorum quidquam ad naturam divinitatis tranſire poteſt. Et caro quoque creatura eſt. THEORIANUS. Ipſe nos ſublevaſti a negotiis, qui ſanctum Cyrillum teſtem doctrinæ noſtræ produxeris. Nam ſi fieri nequit, ut in ſubſtantiam vel naturam divinitatis creatum aliquod tranſeat; & ipſa quoque caro, creatum eſt: quidnam de hoc colligatur, ipſe dicito. GENERALIS. Quid hoc ſit ignoro. Quidnam eſt quod colligis? THEORIANUS. Carnem & ſermonem non unam eſſe naturam. GENERALIS. Equidem

ANNO CHRISTI 1169.

non oblitus ſum eorum, quæ a ſancto Cyrillo prolata ſunt antea, quum diceret: Quale quiddam eſt homo, ex animo & corpore conſtans. nam ea diverſæ ſunt formæ, nec ejuſdem inter ſe ſubſtantiæ: verum unita, naturam hominis unam abſolvunt. En heic quoque naturæ duæ, anima, & corpus. Neque tamen vel anima corporis in naturam converſa eſt, nec corpus in animæ naturam tranſiit: ſed ambobus intra fines ſuos manentibus, una de his abſoluta natura eſt. Itaque non eſt ex eorum numero, quæ fieri nequeunt, ex duabus naturis unam fieri naturam. Nam ecce hoc in hominis eſt compoſitione. THEORIANUS. Exemplum illud noſtræ compoſitionis ad hoc duntaxat a ſancto Cyrillo eſt uſurpatum, ut oſtenderet, poſſe de duabus ac diverſis naturis unam hypoſtaſim fieri: ſicut ex animo & corpore, Petrus verbi gratia vel Paulus. Pugnans enim contra Neſtorium, qui fieri poſſe negaret unam ex diverſis naturis hypoſtaſin, ideoque in duos Chriſtos, & duos filios, unum & impartibilem Chriſtum ſtulte divideret; hominis exemplum adduxit, ut oſtenderet, quemadmodum ex anima & corpore conſtet unus homo; ſic ex divina humanaque natura Chriſtum unum exiſtere. Exponamus & cauſam, ſi placet, ob quam in homine compoſito ex anima & corpore, natura dicatur una. Quippe dicimus, naturam humanam a Chriſto inſtauratam: non autem, naturas inſtauratas: Itidem quoties divi patres duas naturas in Chriſto dicunt, animam & corpus, unam naturam accipiunt. At in Chriſto naturam unam dicere prohibitum eſt. GENERALIS. Cognoſcere primum cupio, a quibus ſit prohibitum, naturam unam in Chriſto dicere: deinde cauſam, ob quam ſit prohibitum, ſi placet, audiemus. Nam mihi quidem ab aliquo ſanctorum Patrum hoc eſſe prohibitum, non videtur. THEORIANUS. Ex eo, quod duas illi naturas dicunt, unam non eſſe dicendam, intelligitur. Nam ſi duæ, non una: ſin una, non duæ. GENERALIS. Ex eo dumtaxat prohibitum ais, quod duas ipſi dicant: an & auctoritates habes, quæ hoc diſerte prohibeant? THEORIANUS. Satis hoc eſſe tibi debebat; verum & ſanctorum magnorumque hominum auctoritates habeo, diſerte hoc prohibentes. Ac Gregorii quidem Theologi dictum illud, licet utraque natura copulata ſit unum quiddam, non tamen hoc a natura eſt: illud igitur omittere lubet, quando tu ſic in Armenici libri textu ſcriptum negas: producam vero ſanctum illum Ambroſium, Mediolani epiſcopum ſic expreſſe loquentem in libro adverſus Apollinarium: Emergunt alii, qui carnem Domini dicant, & divinitatem unius eſſe naturæ. Quæ tantum ſacrilegium interna vomuerunt? Eadem divus ille Gregorius Nyſſenus, in libro & ipſe adverſus Apollinarium ſcripto, clamat: Si ergo in adverſantibus ſibi proprietatibus, horum utriuſque natura cernitur, carnis inquam, & divinitatis: quomodo duæ ſunt una? Divus quoque Chryſoſtomus in epiſt. ad Acacium monachum ait: unum filium, unam dico perſonam, utraque copulata; quæ tamen citra confuſionem, ac diviſionem,

A γῶν τοῦ ἡμετέρου λόγου. εἰ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐφικτὸν εἰς θεότητος οὐσίαν ἤτοι φύσιν μεταχωρῆσαί τι δύνασθαι τῶν κτισμάτων, κτίσμα δὲ καὶ ἡ σάρξ, εἰπέ σύ μοι αὐτός, τί ἐκ τούτου συνάγεται. Ο ΚΑΘΟΛ. τί τοῦτο οὐκ οἶδα. τί ἐστιν ὃ συνάγεις; Ο ΘΕΩΡ. ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ σάρξ καὶ ὁ λόγος μία φύσις. Ο ΚΑΘΟΛ. ἐγὼ οὐκ ἐπιλαθόμενος τῶν ἄνω ῥηθέντων παρὰ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ὁπηνίκα ἔλεγεν· ὁποῖόν τι χρῆμά ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. ἑτεροειδῆ μὲν γὰρ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀλλήλοις οὐχ ὁμοούσια, ἑνωθέντα γε μὴν, μίαν ἀνθρώπου φύσιν ἀπετέλεσαν. ἰδοὺ δύο φύσεις καὶ ἐνταῦθα, ψυχὴ καὶ σῶμα.

B καὶ οὔτε ἡ ψυχὴ εἰς σώματος μετέβαλε φύσιν, οὔτε τὸ σῶμα εἰς φύσιν ψυχῆς μετεχώρησεν. ἀλλ᾽ ἑκατέρων ἐν τοῖς ἰδίοις μενόντων ὅροις, μία ἐκ τούτων φύσις ἀπετελέσθη. οὐκ ἔστιν οὖν τῶν ἀνεφίκτων, ἐκ δύο φύσεων μίαν φύσιν γενέσθαι. ἰδοὺ γὰρ, ἐπὶ τῆς συνθέσεως τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο ἐστιν. Ο ΘΕΩΡ. τὸ παράδειγμα τῆς καθ᾽ ὑμᾶς συνθέσεως εἰς τοῦτο μόνον ἐλήφθη τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ, εἰς τὸ δεῖξαι, ὅτι δυνατόν ἐστιν ἐκ δύο καὶ διαφόρων φύσεων μίαν γενέσθαι ὑπόστασιν, ὥσπερ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ὁ Πέτρος, τυχὸν, ἢ ὁ Παῦλος. τῷ γὰρ Νεστορίῳ μαχόμενος, ἀδύνατον λέγοντι ἐκ δια-

C φόρων φύσεων μίαν γενέσθαι ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο εἰς δύο Χριστοὺς, καὶ δύο υἱοὺς τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ ἀμέριστον ἀφρόνως καταμερίζοντι, ἤγαγε τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου, εἰς τὸ δεῖξαι, ὅτι ὥσπερ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπος εἷς, οὕτως ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος εἷς Χριστός. εἰ δὲ βούλει, εἴπωμεν καὶ τὴν αἰτίαν, δι᾽ ἣν ἐπὶ μὲν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἐκ ψυχῆς συγκειμένου καὶ σώματος, φύσις μία λέγεται. λέγομεν γὰρ, τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων ἀνεκαίνισεν ὁ Χριστὸς, οὐ λέγομεν, τὰς φύσεις. ἀλλὰ καὶ ὅταν οἱ θεῖοι πατέρες δύο φύσεις λέγουσιν ἐπὶ τοῦ Χρι-

D στοῦ, τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ὡς μίαν φύσιν λαμβάνουσιν. ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ μίαν φύσιν λέγειν κεκώλυται. Ο ΚΑΘΟΛ. βούλομαι μαθεῖν πρῶτον παρὰ τίνων κεκώλυται μίαν φύσιν λέγειν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τότε καὶ τὴν αἰτίαν, δι᾽ ἣν τοῦτο κεκώλυται, ἀκουσόμεθα, εἰ δοκεῖ. ἐμοὶ γὰρ οὐ δοκεῖ, ὅτι κεκώλυται παρά τινος τῶν ἁγίων πατέρων. Ο ΘΕΩΡ. ἀπὸ τοῦ λέγειν δύο φύσεις, νοεῖται, ὅτι οὐ μία. εἰ γὰρ δύο, οὐ μία. εἰ δὲ μία, οὐ δύο. Ο ΚΑΘΟΛ. ἀπὸ τούτου μόνου λέγεις ὅτι κεκώλυται, ἐκ τοῦ λέγειν, δύο· ἢ

E καὶ χρήσεις ἔχεις, ῥητῶς τοῦτο κωλυούσας; Ο ΘΕΩΡ. ἔδει ἀρκεσθῆναι ἀπὸ τούτου. πλὴν καὶ χρήσεις ἁγίων μεγάλων ἔχω. τοῦτο κωλυούσας ῥητῶς. καὶ τὴν μὲν χρῆσιν τοῦ θεολόγου, τὴν λέγουσαν· εἰ γὰρ τὸ συναμφότερον ἕν, ἀλλ᾽ οὐ τῇ φύσει, παρήσειν μοι δοκῶ, διὰ τὸ λέγειν σε, μὴ κεῖσθαι οὕτως ἐν τῷ Ἀρμενικῷ βιβλίῳ. παράγω δὲ τὸν ἅγιον Ἀμβρόσιον τὸν Μεδιολάνων, οὕτω διαῤῥήδην ἐν τῷ λόγῳ τῷ κατὰ Ἀπολλιναρίου λέγοντα. ἀνεφάνησαν ἕτεροι, τὴν σάρκα τοῦ κυρίου καὶ τὴν θεότητα μιᾶς εἶναι φύσεως λέγοντες. ποῖος ᾅδης τὴν τοιαύτην βλασφημίαν ἐξήμεσεν; τὰ αὐτὰ καὶ ὁ θεῖος Γρηγόριος ὁ Νύσσης βοᾷ, ἐν τῷ λόγῳ καὶ αὐτὸς τῷ κατὰ Ἀπολλιναρίου λέγων· εἰ οὖν ἐν τοῖς ὑπεναντίοις ἰδιώμασιν ἑκατέρου τούτων θεωρεῖται φύσις, τῆς σαρκὸς λέγω, καὶ τῆς θεότητος· πῶς μία αἱ δύο εἰσίν; ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος

Χρυ-

ANNO CHRISTI 1169.

Χρυσόςομος ἐν τῇ πρὸς Ακάκιον τὸν Μοναχὸν A ἐπιςολῇ, φησιν· ἕνα υἱὸν, ἓν πρόσωπον τὰ συναμφότερα, γνωριζόμενον μένειν ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, λέγω οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ φύσει, ἀλλ' ἐν δυσὶ τελείαις. τί πρὸς ταῦτα φῄς; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. οὐκ ἔςι καιρὸς νῦν ἀποφαίνεσθαί με, ἀλλὰ μόνον γυμνάζειν· ὅταν δὲ εἴη καιρὸς, μετὰ τῆς προσηκούσης ἀσφαλείας καὶ ἀκριβείας τὸ δοκοῦν μοι ἀποφανοῦμαι. ἀλλ' εἰ κελεύεις πλήρωσον τὴν ὑπόσχεσιν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ποίαν; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. εἰπὲ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν κεκώλυται λέγειν μίαν φύσιν ἐπὶ τοῦ Χριςοῦ. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ὧν μία φύσις, κοινὸς ὁ λόγος· ὧν δὲ κοινὸς ὁ λόγος, καὶ ἡ ὕπαρ- B ξις ὁμοούσιος. οὐδέποτε δὲ ἐςιν ὁμοούσιος ἡ θεότης τοῦ Χριςοῦ τῇ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ, οὐκ ἄρα εἷς ποτε τούτων ὁ λόγος· ὧν δὲ μηδέ ποτε εἷς ὁ λόγος, ὅτι τούτων ἀεὶ αἱ φύσεις διάφοροι, παντί που δῆλον. ὥςπερ γὰρ καταφάσει ἀπόφασις ἀντίκειται, οὕτω καὶ τὸ λέγειν, δύο φύσεις ἐςὶν ὁ Χριςός, τῷ λέγειν, μία. οὐδέποτε δὲ κατάφασις καὶ ἀπόφασις κατὰ τοῦ αὐτοῦ συναληθεύουσιν. οὐδέποτε ἄρα αἱ δύο, μία. καὶ εἰ δοκεῖ, λογικώτερον βασανίσωμεν τὸ παρὸν θεώρημα. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. πάνυ μὲν οὖν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. πᾶν ὄν, εἰ ἔςιν ἓν καὶ πολλὰ, οὐκ C ἔςι κατ' αὐτὸ ἓν, καθ' ὃ καὶ πολλά. ἀλλ' εἰ ἔςιν ἓν καὶ πολλὰ, κατ' ἄλλο ἐςὶν ἓν, καὶ κατ' ἄλλο πολλά. πολλὰ δὲ λέγω, τὰ πλέον τοῦ ἑνός. οἷα φέρε εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος. αὐτὴ γὰρ ἓν ἐςι καὶ πολλά. ἓν μὲν τῇ φύσει, πολλὰ δὲ ταῖς ὑποςάσεσι. κατ' ἄλλο τοιγαροῦν ἐςιν ἓν, καὶ κατ' ἄλλο πολλά. ἀδύνατον λοιπὸν κατ' ἐκεῖνο εἶναι πολλὰ, καθ' ὅ ἐςιν ἓν, ἢ κατ' ἐκεῖνο εἶναι ἓν, καθ' ὃ πολλά. εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔςω ἡ θεότης κατὰ τὰς ὑποςάσεις ἕν. (ἀλλ' ἀμήχανον) ἢ πάλιν, ἔςω κατὰ τὴν οὐσίαν πολλά. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀμήχανον. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριςοῦ· ὁμολογεῖται ἓν εἶναι κατὰ τὴν ὑπόςασιν. πά- D λιν ὁμολογεῖται κατὰ τὰς χρήσεις τῶν ἁγίων πατέρων, δύο εἶναι τὸν Χριςὸν, κατὰ τὰς φύσεις. ἀδύνατον λοιπὸν, ἓν εἶναι κατὰ τὰς φύσεις. πᾶν ἄρα ὄν, εἰ ἔςιν ἓν καὶ πολλὰ, κατ' ἄλλο ἐςὶν ἓν, καὶ κατ' ἄλλο πολλά, ὅπερ ἔδει δεῖξαι, ἵνα καὶ γεωμετρικῶς εἴπωμεν. καὶ γὰρ γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις, τόδε λεγόμενον, ἀποδέδεικται τὸ θεώρημα. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐγὼ μίαν φύσιν κατὰ τὴν ἀδιάσπαςον λέγω ἕνωσιν, ἵνα μὴ εἰς δύο μερισθῇ Χριςοὺς ὁ Χριςός. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ποταπὴν φύσιν πῶς λέ- E γεις; θείαν, ἢ ἀνθρωπίνην; ἢ ἑτέραν παρὰ ταύτας, μήτε θείαν, μήτε ἀνθρωπίνην; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. μίαν φύσιν σύνθετον λέγω θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. εἰ μίαν φύσιν σύνθετον λέγεις, τροπὴν καὶ σύγχυσιν εἰσάγεις τῶν φύσεων, ἐξ ὧν ἡ μία σύνθετος ἐγίνετο φύσις. καὶ γυμνάσωμεν, εἰ δοκεῖ, ἐπὶ μιᾶς τῶν συνθέτων φύσεων τὸ προκείμενον ζήτημα. τόδε τὸ ξύλον μιᾶς συνθέτου φύσεως πάντως ἐςί. σύγκειται γὰρ ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, καὶ πυρὸς, καὶ ἀέρος, καὶ νῦν ἐςι μία φύσις ἐκ τούτων σύνθετος. ἀλλὰ προηγήσατο τροπὴ καὶ ἀλλοίωσις τῶν, ἐξ ὧν ἐγίνετο, φύσεων. καὶ νῦν οὔτε ἐςιν, οὔτε λέγεταί τι τῶν,

A adgnoſcatur: non in una ſola natura, ſed in perfectis naturis duabus. Quid ad hæc ais? GENER. Non jam hoc pronuntiandæ ſententiæ, ſed exercitationi modo deſtinatum tempus eſt. Suo vero tempore quid mihi videatur, adhibita cautione convenienti & accurato judicio, pronuntiabo. Ceterum ſi placet, promiſſo fac ſatis. THEOR. Cui? GENER. Cauſam dicito, propter quam prohibitum ſit, unam in Chriſto naturam dicere. THEOR. Quorum una natura eſt, eorum & communis eſt ratio: quorum vero ratio eſt communis, eorum & ejuſdem ſubſtantiæ eſt exiſtentia. Nunquam vero Chriſti divinitas ejuſdem eſt ſubſtantiæ cum ejus humana natura: itaque non poteſt horum una eſſe ratio. Quorum vero num- B quam una ratio eſt, eorum naturas ſemper a ſe invicem differre, cuivis eſt perſpicuum. Quippe ſicut neganti opponitur ajens, ſic dicere, Chriſtum naturas eſſe duas, opponitur illi, Chriſtum eſſe naturam unam. Nunquam vero negans & ajens de eodem pariter vero ſunt. Ergo nunquam duæ ſunt una. Quod ſi placet, etiam modo logicæ diſciplinæ magis accommodato theorema propoſitum examinemus. GENER. Placet omnino. THEOR. Quidquid exiſtit, ſi unum eſt, & plura: non ſecundum id unum eſt, ſecundum quod plura: ſed ſi eſt unum, & plura, ſecundum aliud eſt unum, & ſecundum aliud plura. Plura vero dico, quæ plus uno ſunt. Sicut exempli gratia videmus in ſacroſancta Trinitate, quæ unum eſt, C & plura. Unum natura, plura perſonis. Igitur alterius reſpectu, eſt unum; & alterius, plura. Nequit ergo fieri, ut eatenus plura ſit, quatenus eſt unum: vel eatenus unum, quatenus plura. Nam ſi fieri poteſt, eſto divinitas ſecundum hypoſtaſes unum quiddam: (nequit autem hoc eſſe) vel viciſſim ſecundum ſubſtantiam multa ſit, quod ipſum quoque non poteſt eſſe. Sic & de Chriſto, pro confeſſo eſt, unum quid eſſe, ſecundum hypoſtaſin. Rurſus in confeſſo eſt, juxta ſanctorum patrum auctoritates Chriſtum eſſe duo, reſpectu naturarum. Nequit ergo fieri, ut unum ſit quo ad naturas. Quidquid igitur exiſtit, ſi unum eſt, & plura: reſpectu alterius unum eſt, & alterius reſpectu plura: quod de- D monſtrandum erat, ut Geometrarum more loquamur. Per Geometricas namque neceſſitates, quas vocant, theorema demonſtratum eſt. GENER. Ego naturam unam dico reſpectu indireptæ unionis, ne Chriſtus in duos Chriſtos dividatur. THEORIANUS. Utram ergo naturam dicis? divinam an humanam? an præter has aliam? nec divinam ſcilicet nec humanam? GENERALIS. Unam naturam compoſitam dico ex divinitate ac humanitate. THEORIANUS. Si unam naturam compoſitam dicis, mutationem & confuſionem naturarum introducis, ex quibus una fuerit compoſita na- E tura. Jam, ſi placet, in una quadam compoſita natura quæſtionem exploremus: Hoc lignum unius eſt omnino compoſitæ naturæ. Nam ex terra, & aqua, & igne, & aere conſtat, & eſt jam una natura de his compoſita. Verum mutatio & alteratio præceſſit earum naturarum, de quibus factum eſt: & jam nec eſt, nec dicitur aliquid earum naturarum, de quibus eſt compoſitum. Quippe nec ignis eſt, nec eſſe dicitur,

ANNO CHRISTI 1169.

citur, nec aliud quid eorum, quæ ad ipſius compoſitionem concurrerunt. At ea non eſt in Servatore ratio, ſed naturæ manſerunt incommutabiles, unione indiſſolubili ad perfectionem unius hypoſtaſis coeuntes: at nunc quælibet in unum coeuntium naturarum & eſt & dicitur mutationis expers. Propterea idem perfectus Deus, & homo perfectus eſt atque dicitur. Quippe non antegreſſa eſt eorum aliqua miſtio, vel mutatio, vel confuſio, quæ ad conſtituendum Emmanuelem coiverunt. Neque igitur ulla natura compoſita eſſe Chriſtus. Nam hoc in ligno, aliiſque talibus locum habet. GENERALIS. Cur ſancti patres exemplum illud hominis ubique ſurſum (quod ajunt) ac deorſum ad diſpenſationem ſervatoris accommodant, ſiquidem ejus ſimilitudinem non retinet, cujus exemplum eſt? THEORIANUS. Proferunt illi ſancti viri hoc de nobis ipſis exemplum, ad declarandum iſtud circa Emmanuelem myſterium, ut demonſtrent; unum eſſe Chriſtum, non duos, uti Neſtorius ſ?ebat, ut ſuperius eſt indicatum: licet exemplum ipſum in altero non procedat. GENERALIS. Quantum ergo prodeſſe videtur ad inſtitutum tuum, tantum de hoc exemplo admittis. quantum vero repugnat, rejicis. THEORIANUS. Merito id quidem. Hoc enim ſcriptura ſacra in exemplis facere conſuevit. Nimirum alicubi ſervator noſter ad diſcipulos ſuos inquit: Sequimini me, ac faciam vos piſcatores hominum. Ergo ſi exemplum per omnia ſervabimus, dicendum erit, apoſtolos e vita traxiſſe homines ad mortem. Hoc enim piſcator facit. Trahit piſces ad eorum interitum. Sed abſit, ut ita de rebus Chriſtianis ſentiamus. Rurſus alio loco ſcriptura de Chriſto dicit: Procumbens ſopitus eſt inſtar leonis, & catuli leonini: quis exicitabit eum? Itaque niſi pie hujuſmodi accipiamus, & ad ſacræ ſcripturæ ſcopum ea dirigamus, atque interpretando dumtaxat eo referamus quo pertinent, non tantum in abſurditates ſed etiam contumelias infinitas prolabemur. GENERALIS. Sapientiſſime loqueris. Verum, uti tu dicis, exemplum hoc hominis eo tantum a ſanctis patribus uſurpatum, ut oſtendatur, quemadmodum ex anima & corpore unus homo conſtat, ita & Chriſtum unum ex divinitate humanitateque conſtare: ſic & ipſe dicere poſſum, eos ad hoc ſumere iſtud hominis exemplum, ut oſtendant, perinde atque anima & corpus unam hominis naturam abſolvunt, uti ſanctus Cyrillus loquitur: ita etiam ex divinitate atque humanitate naturam unam eſſe abſolutam, nec in homine mutationem naturarum deinceps compoſitarum comitatam, nec in Chriſto. THEORIANUS. Niſi prohibitum eſſet a ſanctis patribus, ne unam in Chriſto naturum, poſt factam unionem, dicamus: fortaſſis auſus fuiſſet aliquis itidem, ut tu dicis, hoc exemplum interpretari; licet ipſa rerum natura ſic illud accipi non permittat, uti demonſtrabitur. Nunc quum tales ac tot ſancti viri hoc prohibuerunt, tamquam ſacrilegum: (Quæ, inquit divus ille Ambroſius, tantum ſacrilegium inferna vomuerunt?)

A ἐξ ὧν συντίθεται, φύσεων. οὔτε γὰρ πῦρ ἐστιν, οὔτε λέγεται, οὔτε ἄλλο τι τῶν εἰς τὴν σύνθεσιν αὐτοῦ συνελθόντων. ἐπὶ δὲ τοῦ σωτῆρος οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μεμενήκασιν αἱ φύσεις ἄτρεπτοι καὶ ἀναλλοίωτοι, συνελθοῦσαι καθ᾽ ἕνωσιν ἀδιάσπαστον εἰς μιᾶς συμπλήρωσιν ὑποστάσεως. καὶ νῦν καὶ ἐστι καὶ λέγεται ἑκάστη τῶν συνελθουσῶν φύσεων ἀμετάβλητος. διὸ τέλειος Θεός, καὶ τέλειος ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς καὶ ἐστι καὶ λέγεται. οὐ γὰρ προηγήσατο φυρμός, ἢ τροπή, ἢ σύγχυσις τῶν εἰς τὴν σύνθεσιν τοῦ Εμμανουὴλ συνελθόντων. διὸ οὐδεμία φύσις σύνθετος δυνατὸν εἶναι ὁ Χριστός. τοῦτο γὰρ ἐπὶ τοῦ ξύλου καὶ B τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων συμβαίνειν πέφυκεν. Ο ΚΑΘΟΛ. τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου διατί πανταχοῦ ἄνω καὶ κάτω οἱ ἅγιοι ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ σωτῆρος παραλαμβάνουσιν, ἐὰν τὴν ὁμοίωσιν οὐ φυλάττει τοῦ, οὗ ἐστι παράδειγμα; Ο ΘΕΩΡ. παραφέρουσιν οἱ ἅγιοι τὸ καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοὺς παράδειγμα εἰς τὸ κατὰ τὸν Εμμανουὴλ μυστήριον, ὅσον πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι εἷς Χριστός, καὶ οὐ δύο, ὡς ὁ Νεστόριος ἔλεγεν, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται. καίπερ ἐπὶ τῷ τὸ παράδειγμα οὐ προβαίνει. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ὅσον δοκεῖ συμβάλλεσθαι τῷ σκοπῷ σου, ἐκ τοῦ παραδείγματος δέχῃ, ὅσον δὲ ἀντίκειται, ἀποδοκιμάζεις. Ο C ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. καὶ μάλα εἰκότως. τοῦτο γὰρ ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ ἐπὶ τῶν παραδειγμάτων ποιεῖν. ἔφη γάρ που ὁ σωτὴρ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς. δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. εἰ οὖν δι᾽ ὅλου τηρήσομεν τὸ παράδειγμα, εἴπωμεν τοὺς ἀποστόλους ἀνελκῦσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐκ ζωῆς εἰς θάνατον. τοῦτο γὰρ ποιεῖ ὁ ἁλιεύς. ἕλκει τοὺς ἰχθῦς εἰς ἀπώλειαν αὐτῶν. ἀλλὰ μὴ γένοιτο οὕτω φρονῆσαι τὰ τῶν Χριστιανῶν. καὶ ἀλλαχοῦ περὶ τοῦ Χριστοῦ φησιν ἡ γραφή. ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; εἰ οὖν μὴ πρὸς τὸ D εὐσεβὲς τὰ τοιαῦτα ἐκλάβωμεν, καὶ πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς θείας γραφῆς αὐτὰ ἀπευθύνωμεν, καὶ μόνον πρὸς ὅπερ ἐλήφθησαν, ἑρμηνεύσωμεν, οὐ μόνον εἰς ἀτοπίας, ἀλλὰ καὶ ὕβρεις ἀπείρους καταλισθήσομεν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. σαφώτατα λέγεις. ἀλλ᾽ ὥσπερ σὺ λέγεις, ὅτι εἴληπται τοῖς ἁγίοις τὸ τοῦ ἀνθρώπου παράδειγμα πρὸς μόνον τὸ δεῖξαι, ὅτι ὥσπερ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπος εἷς, οὕτως ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος εἷς Χριστός. οὕτω δύναμαι κἀγὼ εἰπεῖν, ὅτι εἰς τοῦτο παραλαμβάνουσι τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου, εἰς τὸ δεῖξαι, ὅτι, ὥσ- E περ ψυχὴ καὶ σῶμα μίαν ἀνθρώπου φύσιν ἀπετέλεσαν, ὥς φησιν ὁ ἅγιος Κύριλλος, οὕτω καὶ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος μία φύσις ἀπεπλέσθη, καὶ οὔτε ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τροπὴ τῶν ἑξῆς συντεθεισῶν φύσεων παρηκολούθησεν, οὔτε ἐν τῷ Χριστῷ. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. εἰ μὴ ἐκεκώλυτο παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, τὸ λέγειν μίαν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν φύσιν, ἴσως ἂν ἐτόλμησέ τις καὶ οὕτως, ὡς σὺ φῄς, ἐκλαβεῖν τὸ παράδειγμα, κἂν ἡ τῶν πραγμάτων φύσις οὕτως αὐτὸ ἐκλαμβάνεσθαι οὐκ ἐᾷ, ὡς δειχθήσεται. νυνὶ δὲ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἁγίων, ὡς βλάσφημον, αὐτὸ κωλυσάντων· (ποῖος ᾅδης, φησὶν ὁ θεῖος Αμβρόσιος, τοιαύτην βλασφημίαν ἐξήμεσεν,) ὡς εὐσεβεῖς παραδέχεσθαι ἀνθρώπου νοῦν οὐκ ἔχοντος, οὐδὲ φρένας, ἐστίν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. εἶπας ἄνω, ὅτι οὔτε ἡ φυ-

ANNO CHRISTI 1169.

ANNO CHRISTI 1169.

φύσις τῶν πραγμάτων οὕτως ἐξ ἐκλαμβάνεσθαι, A
τί ἐν ἐστι τὸ κωλῦον; καὶ πῶς ἡ φύσις τῶν πραγ-
μάτων ἐν τούτοις ἀντίκειται; Ο ΘΕΩΡ. ἡ φύ-
σις ἐπὶ τῶν καθόλου καὶ κοινῶν λέγεται, οὐκ ἐπὶ
τῶν μερικῶν καὶ ἀτόμων. ὁ οὖν ἄνθρωπος καθό-
λου ἐστί. κατὰ γὰρ Πέτρου, καὶ Παύλου, καὶ πάν-
των τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων κατηγορεῖται.
διὸ καὶ μία φύσις λέγεται. πάντες γὰρ οἱ ἄνθρω-
ποι ἐκ ψυχῆς λογικῆς εἰσι, καὶ σώματος, καὶ
τὸν ὅρον τοῦ ἀνθρώπου ἐπιδέχονται, ὅς ἐστι, ζῶον
λογικὸν, θνητόν. ὁ δὲ ὅρος τὴν φύσιν τοῦ ὑπο-
κειμένου πράγματος δηλοῖ. διὰ τοῦτο τὰ ἄτομα
ἴδιον ὅρον οὐκ ἔχουσιν· ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἔστι κα-
θόλου, οὐδὲ κοινόν· μία γὰρ ὑπόστασίς ἐστι, καὶ B
ἓν πρόσωπον, καὶ οἷον ἄτομον. οὐ γάρ εἰσιν ἄλ-
λοι Χριστοὶ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, ἵνα
κατ᾽ ἐκείνων κατηγορηθῇ. διὸ οὐδὲ μία φύσις
δύναται εἶναι. μερικὴν γὰρ φύσιν, καὶ ἄτομον,
ἀμήχανον εὑρεῖν. ἀλλὰ πᾶσα φύσις καθόλου
ἐστί, καὶ κατὰ πλειόνων λέγεται. εὐθὺς γὰρ ἡ
θεία φύσις κατηγορεῖται κατὰ τοῦ πατρὸς, καὶ
τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ ἡ τῶν ἀγ-
γέλων φύσις, κατὰ Μιχαὴλ, καὶ Γαβριὴλ, καὶ
τῶν λοιπῶν· καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ Σω-
κράτους, καὶ Πλάτωνος, καὶ τῶν κατὰ μέρος ἀν-
θρώπων· ὁμοίως καὶ βοῦς, καὶ ἵππος, καὶ τὰ τοιαῦ-
τα, κατὰ πάντων τῶν ὑπ᾽ αὐτὰ ἀτόμων. ἐπεὶ οὖν C
ἡ φύσις καθόλου ἐστίν, ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἔστι κα-
θόλου· πρόδηλον, ὅτι μία φύσις κατὰ τῶν εὖ φρο-
νούντων οὐκ ἄν ποτε ῥηθήσεται. ἐπεὶ τοίνυν καὶ πα-
ρὰ τῆς φύσεως αὐτῶν τῶν πραγμάτων, καὶ πα-
ρὰ τῶν ἁγίων κεκώλυται, οὐ περιττὸν μόνον, ἀλ-
λὰ καὶ τολμηρὸν ἔμοιγε πως δοκεῖ, μίαν φύσιν
λέγειν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. Ο ΚΑΘΟΛ. κλονεῖ μου
τὸν νοῦν ἡ χρῆσις τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, ἡ λέγου-
σα, μία φύσις τοῦ σαρκωθέντος λόγου. πολλά-
κις γὰρ κατ᾽ ἐμαυτὸν σκοπῶν, οὐκ ἠδυνήθην
νοῆσαι διὰ ποίαν αἰτίαν εἶπε μίαν φύσιν τοῦ
σαρκωθέντος λόγου. κλονούμενος οὖν ὁ νοῦς μου, ὡς D
εἶπον, ἄνω καὶ κάτω ζητῶν ἀνάπαυσιν, ἵν᾽ οὕτως
εἴπω, τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, τελευταῖον συγκατα-
τίθεται, λέγων· ὅτι εἰ μὴ ἐβούλετο δηλῶσαι,
ὅτι τοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκὸς μία φύσις ἐστὶ,
μετὰ τὴν ἕνωσιν, οὐκ ἂν τοῦτο εἶπεν. οὐδεὶς γὰρ
τῶν αἱρετικῶν εἶπε δύο φύσεις τοῦ λόγου, ἵνα κα-
τὰ τῆς ἐκείνου δόξης ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ εἴποι
μίαν φύσιν τοῦ λόγου. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. ἴσως οὐκ
ἀνέγνως τὸν κατὰ Ἀρειανῶν τέταρτον λόγον τοῦ
μεγάλου Ἀθανασίου; εἰ γὰρ ἀνέγνως, οὐδένα
κλόνον ὁ νοῦς σου ἐκέκτητο. ἔξεστι γὰρ ἐν ἐκείνῳ
μαθεῖν, ὅτι ὁ Ἄρειος δύο φύσεις ἔλεγε τοῦ
λόγου, μίαν κτιστὴν, καὶ μίαν ἄκτιστον. λέγει E
γὰρ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ὁ μέγας οὗτος τῆς οἰκου-
μένης φωστὴρ, Ἀθανάσιος· ὁ μακάριος Ἀλέ-
ξανδρος ἐξέβαλε τῆς ἐκκλησίας τὸν Ἄρειον,
βλασφημοῦντα ταῦτα. οὐκ ἀεὶ ὁ Θεὸς πατήρ.
οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ υἱὸς, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐστὶ καὶ αὐτὸς,
καὶ κτίσμα, καὶ ἀρχὴν ἔχει τοῦ εἶναι. ὅτε γὰρ ὁ
Θεὸς ἠθέλησεν ἡμᾶς δημιουργῆσαι, τότε πε-
ποίηκεν αὐτὸν δι᾽ ἡμᾶς· καὶ ἀφ᾽ οὗ γέγονεν,
ὠνόμασεν αὐτὸν λόγον, καὶ σοφίαν, καὶ υἱόν.
λόγον μὲν, διὰ τὰ λογικὰ, ἃ ἔκτισε· σοφίαν δὲ, δι᾽ οὓς ἐσόφισεν· υἱὸν δὲ, δι᾽ οὓς υἱοθέτη-
σε. προστίθει δὲ, ὅτι ἕτερος ὁ ἐν τῷ πατρὶ φύσει, καὶ ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ λόγος καὶ σο-

ceu pium recipere, hominis nulla mente præditi fuerit. GENERALIS. Dixiſti ſupra, ne ipſam quidem rerum naturam pati, ut ſic accipiatur. Quidnam igitur eſt impedimento? quove pacto natura rerum in his adverſatur? THEORIANUS. Natura de univerſalibus & communibus dicitur, non de particularibus & individuis. Homo quiddam eſt univerſale. Nam de Petro, & Paulo, & omnibus ſingillatim hominibus prædicatur. Quapropter & una natura dicitur. Omnes enim homines ex anima ratione prædita & corpore conſtant, hominiſque definitionem recipiunt, nimirum hanc: Animal ratione præditum, mortale. Definitio vero naturam rei ſubjectæ demonſtrat. Quam ob cauſam individua propriam definitionem non habent. Chriſtus autem nec univerſale, nec commune quiddam eſt. Una nimirum eſt hypoſtaſis, una perſona, quaſique individuum. Non enim alii Chriſti ſunt, ex divinitate atque humanitate conſtantes, de iis ut prædicetur. Eapropter una nequit eſſe natura. Nam particularis & individua natura reperiri nequit: ſed omnis natura univerſalis eſt, deque pluribus dicitur. Non longe abeamus. Natura divina prædicatur de patre, de filio, & ſpiritu ſancto: itidemque angelorum natura de Michaelo, Gabrielo, & cæteris: hominum denique, de Socrate, Platone, & de reliquis particulatim hominibus. Similiter & bos, & equus aliaque talia, de omnibus ſub ſe individuis. Quoniam ergo natura quiddam eſt univerſale, Chriſtus autem quiddam univerſale non eſt: manifeſto patet, homines recte ſentientes nunquam dicturos unam naturam. Itaque quum & ab ipſa natura rerum, & a ſanctis viris interdictum ſit: non modo ſupervacaneum, ſed nimis audax quoque mea fuerit opinione, unam in Chriſto naturam dicere. GENERALIS. Meum vero animum Cyrilli verberat auctoritas, quum ait: Una natura Sermonis incarnati. Nam ſæpenumero mecum ipſe conſiderans, perſpicere non potui quam ob cauſam dixerit unam naturam Sermonis incarnati: quapropter agitata mens mea, ceu dixi, ſurſumque deorſumque pedibus ſuis, ut ita loquar, requietem quærens; tamdem in eam ſententiam venit, ut diceret: Niſi voluiſſet indicare, naturam unam Sermonis & carnis eſſe poſt unionem, nunquam hoc protuliſſet. Quippe nullus hæreticorum naturas duas Sermonis dixit, ut adverſus illius opinionem divinus hic vir diceret naturam Sermonis unam. THEORIANUS. Fortaſſis illius magni Athanaſii librum adverſus Arianos quartum non legiſti. Quippe ſi legiſſes, nullam mens tua ſuccuſſionem experiretur. Nam ex eo cognoſcere licet, Arium tradidiſſe duas naturas Sermonis: unam creatam, & alteram increatam. Dicit enim in eo libro magnum illud lumen orbis Athanaſius: Beatus ille Alexander Arium expulit eccleſia, proferentem hæc ſacrilega: Non ſemper Deus pater, non ſemper erat filius. Item, de nihilo filius eſt, & creatura eſt, & exiſtendi principium habet. Nam quum Deus nos creare vellet, tunc eum propter nos fecit: ex quo factus fuit, adpellavit eum Sermonem, & ſapientiam, & filium. Sermonem vel rationem, propter creata ſermone rationeque prædita, quæ condidit: ſapientiam, propter eos, quos erudiit: filium, pro-

ANNO CHRISTI 1169

ANNO CHRISTI

propter eos, quos adoptavit. Addebat etiam, A alium eſſe in patre a natura, & proprium ſubſtantiæ ipſius Sermonem ac ſapientiam, in quo illum fecerit: quodque natura ſua mutationi ſit obnoxius, & per communicationem, ut homines juſti, Deus adpelletur, alienus interim a Dei natura. Item ut erucam & bruchum, ſic & ipſum poteſtatem Dei dici. Patrem quoque filio inaſpectabilem eſſe. Nam filium, qui principium habeat, expertem principii non poſſe perfecte cognoſcere. Nec tantum illum accurate patris naturam non noſſe, ſed ne ſuam quidem. Hujuſmodi alia quoque nugabatur, & hæc quidem ex illo magno Athanaſio. Dicamus & nos, quæ diverſis ex patribus excerpſimus, unde ſuum ille delirium confirmaverit: B Probans enim, alium eſſe inſitum patri Sermonem, & ipſius ſubſtantiæ proprium, dixiſſe Chriſtum ad Judæos ajebat: Novi patrem, & Sermonem ejus ſervo: quibus in verbis eum ſermonem intelligebat, quem inſitum ipſe dicebat: ignorans Chriſtum heic ſermonem vocare voluntatem patris. Præterea dicebat, patrem ad filium hæc verba protuliſſe: De utero ante luciferum te genui. Et alibi ad populum, propter Jordanem. Hic eſt filius meus dilectus. Et in transformatione ſimiliter. Hinc ajebat: Si pater per ſermonem ad filium loquebatur, alius ſcilicet erit ſermo, quam filius. Igitur adverſus hanc opinionem magnus Athanaſius ille dimicans, unam naturam C Sermonis incarnatam dicebat, non unam increatam & Dei ſubſtantiæ propriam, aliam creatam & ab eadem alienam. Atque hinc beatus ille Cyrillus id verbum mutuatus, unam dixit naturam ſermonis incarnatam. Et hoc eſt, quod ait; uti patres loquuti ſunt: patres adpellans, magnum illum Athanaſium, & reliquos, qui ſe impio illi Ario oppoſuerunt. GENERALIS. Plurimum mihi profuiſti, mi frater: ignorabam enim, ex hæreticis aliquem hoc dixiſſe; nunc mens mea, perceptis magni Athanaſii verbis, quietem adepta eſt. THEORIANUS. Habes, ſanctiſſime domine, teſtimonia ſanctorum hominum plura de eo, quod naturas duas in Chriſto & credere debeamus, D & confiteri; minimeque naturam unam in eo dicere. Quin & cauſam audiviſti, propter quam patres dixerint unam naturam incarnatam. Itaque nihil poſthac negotii nobis de hoc faceſſes; ſed malam in rem eat unius in Chriſto naturæ confeſſio. Nam ex ea non exiguum naſcitur offendiculum. Nec ignorat magna ſanctitas tua, vocem aliquando non malam, quæ male tamen ab aliquibus intelligeretur & exponeretur, rejectione dignam a patribus eſſe judicatam. Qualis & Chriſtiparæ vox eſt Deiparæ virgini tributa. Nam & Chriſtiparam dicere poteramus. Chriſtum enim peperit, Deum & hominem; quod ipſum nomen proprie denotat: ſed quod ejus nominis ſignificatum a E Neſtorio nequiter acciperetur, veluti ſacrilegum a ſanctis hominibus repudiatum eſt. Debes ergo, ſanctiſſime domine, illam quoque vocem, judicatam a ſanctis ſacrilegam, (quæ tantum, ait Ambroſius, ſacrilegium inferna vomuerunt?) uti ſacrilegam, miſſam fecere:

φία, ἐν ᾧ τοῦτον πεποίηκε, καὶ ὅτι τῇ ἰδίᾳ φύσει τρεπτός ἐστι, καὶ ὅτι κατὰ μετοχὴν καὶ αὐτός, ὡς οἱ δίκαιοι, λέγεται Θεός. ἀλλότριος ὢν τῆς φύσεως τοῦ Θεοῦ. καὶ ὥσπερ ἡ κάμπη καὶ ὁ βροῦχος λέγονται δύναμις τοῦ Θεοῦ, οὕτω καὶ αὐτός. καὶ ὅτι ὁ πατὴρ ἀόρατός ἐστιν υἱῷ. ἀρχὴν γὰρ ἔχων ὁ υἱός, οὐ δύναται γινώσκειν τελείως τὸν ἄναρχον. καὶ οὐ μόνον οὐκ οἶδεν ἀκριβῶς τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ. ἐλήρει δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου. λέγωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ἀπὸ διαφόρων ἁγίων ἀναλεξάμενοι, πόθεν ἐκεῖνος τὸ ἑαυτοῦ φλυάρημα ἐβεβαίου. κατασκευάζων γὰρ B τοῦτο, τὸ, ὅτι ἕτερός ἐστιν ὁ ἐν τῷ πατρὶ λόγος ἔμφυτος ὢν καὶ ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ, φησίν. ὅτι ὁ Χριστὸς εἶπε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους. οἶδα τὸν πατέρα, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ· λόγον ἐκεῖνον, ὃν αὐτὸς ἔλεγεν ἔμφυτον. μὴ συνιῶν, ὅτι λόγον ὁ Χριστὸς ἐνταῦθα τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς προσηγόρευσε. ἔτι ἔλεγεν, εἰπεῖν τὸν πατέρα πρὸς τὸν υἱόν. ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. καὶ ἀλλαχοῦ πρὸς τὸν ἐν Ἰορδάνῃ λαόν. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. καὶ ἐν τῇ μεταμορφώσει ὁμοίως. εἶτά φησιν. εἰ ὁ πατὴρ διὰ λόγου ἐλάλει πρὸς τὸν υἱόν, ἕτερος ὁ λόγος ἂν εἴη παρὰ τὸν υἱόν. πρὸς C τὴν δόξαν οὖν ταύτην διαμαχόμενος ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ἔλεγε μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην, καὶ οὐχὶ μίαν ἄκτιστον καὶ ἰδίαν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλην κτιστὴν καὶ ἀλλοτρίαν. ἐκεῖθεν τοιγαροῦν τὴν χρῆσιν λαβὼν ὁ μακάριος Κύριλλος, εἴρηκε μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει· Ὡς εἶπον οἱ πατέρες. πατέρας καλῶν τὸν μέγαν Ἀθανάσιον καὶ τοὺς λοιπούς, τοὺς κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς ἀντιπαρατατομένους Ἀρείου. Ο ΚΑΘΟΛ. πάνυ με ὠφέλησας, ἀδελφέ. ἠγνόουν γάρ, ὅτι τις τῶν αἱρετικῶν εἶπε τοῦτο. καὶ νῦν ἠρέμησεν ὁ νοῦς μου, τὰ ῥήματα ἀκούσας τοῦ μεγάλου Ἀθανα- D σίου. Ο ΘΕΩΡ. ἔχεις, ἁγιώτατε δέσποτα, περὶ τοῦ, ὅτι δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ὀφείλομεν καὶ πιστεύειν καὶ ὁμολογεῖν, μαρτυρίας ἁγίων πολλάς. καὶ περὶ τοῦ, ὅτι μίαν φύσιν οὐ δεῖ λέγειν. ἀλλὰ δὴ καὶ αἰτίαν ἀκήκοας, δι᾽ ἣν μίαν φύσιν εἶπον οἱ πατέρες σεσαρκωμένην. μηκέτι οὖν κόπους ἡμῖν παρέξεις, ἀλλ᾽ οἰχέσθω ἐς κόρακας τὸ, μίαν φύσιν ὁμολογεῖν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. σκάνδαλον γὰρ ἐκ τούτου οὐ μικρὸν ἐκφύεται. οὐκ ἀγνοεῖ δὲ ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου, ὅτι ἐνίοτε λέξιν οὐ πάνυ φαύλην, φαύλως δὲ ὅμως παρά τινων νοουμένην καὶ ἑρμηνευομένην, ἀποβολῆς ἀξίαν ἔκριναν οἱ θεῖοι πατέρες. οἷόν E ἐστι καὶ τὸ, χριστοτόκος, ἐπὶ τῆς θεοτόκου λεγόμενον. ἠδυνάμεθα γὰρ καὶ χριστοτόκον τὴν θεοτόκον καλεῖν. Χριστὸν γὰρ ἐγέννησε Θεὸν καὶ ἄνθρωπον. τοῦτο γὰρ δηλοῖ κυρίως τὸ ὄνομα. ἀλλὰ διὰ τὸ κακῶς ἐκλαμβάνεσθαι παρὰ τοῦ Νεστορίου τὸ σημαινόμενον τοῦ ὀνόματος, ὡς βλάσφημον ἀποδεδοκίμασται παρὰ τῶν ἁγίων τὸ ὄνομα. δεῖ οὖν σε, ἁγιώτατε δέσποτα, τὴν παρὰ τῶν ἁγίων βλάσφημον κριθεῖσαν λέξιν (ποῖος ᾅδης τοιαύτην βλασφημίαν ἐξήμεσε; φησὶν ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος) ὡς βλάσφημον ἀποπέμπειν, καὶ μὴ τῆς ἐκείνων κρίσεως βεβαιοτέραν ἡγεῖσθαι τὴν σὴν, καὶ σκανδάλου πρόφασιν πολλοῖς γίνεσθαι τὴν κρίσιν σου. Ο ΚΑΘΟΛ.

Σὺ λι-

ANNO CHRISTI 1169

δ' λέγεις. ἀλλὰ δότε μοι τὸν περὶ τῆς πίστεως A ὅρον τῆς τετάρτης συνόδου. καὶ δόντες ἡμεῖς τὸν ὅρον αὐτῷ, ἀπήλθομεν ἀναπαυσόμενοι.

Τῇ ἐπαύριον κατέλαβεν ὁ ἐπίσκοπος Κισσουνίου Ἰωάννης ὁ Σύρος. καὶ ἀναμαθὼν, ὅτι ὁ Καθολικὸς τῶν Ἀρμενίων διαλεχθεὶς πολλάκις μετὰ τῶν Ῥωμαίων, πείθεται τοῖς λόγοις αὐτῶν, καὶ ἤδη συνέρχεται εἰς πάντα αὐτοῖς. (ἐπαινεῖ γὰρ τὰ παρ' ἐκείνων λεγόμενα, λέγων. οὐδὲν ἔξω τῶν θείων γραφῶν ἡμῖν λέγουσιν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἁγίων, οὓς καὶ ἡμεῖς σεβόμεθα, τὸν οἰκεῖον λόγον κατασκευάζουσιν,) ἀνῆλθεν εἰς τὸν Καθο- B λικὸν, καὶ λέγει αὐτῷ· τί τοῦτο δέσποτα, ὃ περὶ τῆς μεγάλης ἁγιωσύνης σου ἀκούω; Ῥωμαίοις τοῖς τοῦ Νεστορίου φρονοῦσι πείθῃ; Ο ΚΑΘΟΛ. ἐγὼ Ῥωμαίοις οὐ πείθομαι, ἀλλ' οὐδὲ τῷ πατριάρχῃ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἢ αὐτῷ τῷ ὑψηλοτάτῳ βασιλεῖ παρὰ πάντας, διὰ τὸ πατριαρχικὸν, ἢ διὰ τὴν βασιλείαν αὐτῶν, εἰ μὴ αὐτὸς ἐγνώκειν τὸ ἀληθές. τὴν ἀλήθειαν δὲ οὐκ ἰσχύω ἀρνήσασθαι, οὐδὲ τοῖς ἁγίοις πατράσι δύναμαι ἀντιφέρεσθαι. Ο ΣΥΡΟΣ εἶπε πρὸς τὸν Καθολικόν. ἀκήκοα, ὅτι δύο φύσεις καὶ αὐτὸς ὡμολόγησας ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. οἶδας γὰρ, ὅτι ἐὰν δύο φύσεις ὁμολογήσωμεν, Νεστοριανίσομεν. καὶ C ἔσται ἡμῖν ἀντὶ τριάδος τετρὰς ἡ τριὰς, διὰ τὴν προσθήκην τῆς ἑτέρας φύσεως. Ο ΚΑΘΟΛ. χθὲς, καὶ πρὸ ταύτης, καὶ σχεδὸν τὴν ὅλην ἑβδομάδα ταύτην, πλεῖστον κεκοπιάκαμεν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν διαλεγόμενοι. σήμερον δὲ καὶ αὔριον βουλόμεθα χαλάσαι, καὶ ἐν ἀνέσει εἶναι. μετὰ γοῦν τὴν τρίτην ἡμέραν, εἰ κελεύεις, ἔσο μεθ' ἡμῶν εἰς τὴν διάλεξιν, καὶ ὃ ἂν ᾖ παρεστάμενόν σοι, εἰπέ· καὶ ἡμεῖς ἡδέως ἀκουσόμεθα.

Ἑσπέρας δὲ καταλαβούσης, ἦλθεν ὁ διδάσκαλος Βαρτὰν πρὸς τὸν Θεωριανὸν, λάθρα τοῦ Καθολικοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· ὁ Σύρος ἐπίσκοπος, D καὶ ὁ Καθολικὸς ἡμῶν, διελέχθησαν ὅλην τὴν ἡμέραν σήμερον περὶ τῆς μιᾶς φύσεως, καὶ τῶν δύο. ὁ δὲ Θεωριανὸς εἶπε πρὸς Βαρτὰν τὸν διδάσκαλον. ἤθελον μαθεῖν, τίνα εἰσὶν, ἃ λέγει ὁ Σύρος εἰς κατασκευὴν τοῦ οἰκείου δόγματος. ὁ δὲ Βαρτὰν εἶπεν. οὐδὲν ἄλλο πρὸς τὸν Καθολικὸν ἄνω καὶ κάτω ἐλέγομεν, εἰ μὴ ὅτι ἐὰν εἴπωμεν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον Νεστοριανοὶ ἐσόμεθα, ἀλλὰ καὶ τετράδα ἀντὶ τῆς τριάδος ἐπὶ τῆς θεότητος ὁμολογήσομεν, διὰ τὴν προσθήκην τῆς ἑτέρας φύσεως. εἶπε δὲ πρὸς τὸν Βαρτὰν ὁ Θεωριανὸς, τίσι κατασκευαῖς ἀπεδείκνυε τοῦτο; ὁ δὲ Βαρτὰν εἶπεν· οὔτε ἀπὸ χρήσεων, οὔτε ἀπὸ συλλογισμῶν κατεσκεύαζε τὸν οἰκεῖον λόγον, ἀλλὰ F μόνον οὕτω φιλονείκως καὶ ἀπροσέκτως ἐρρήγνυε φωνὰς ἀτάκτως, ὥστε δόξαι τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ λέγειν τι. ἠρώτησε δὲ τὸν Βαρτὰν ὁ Θεωριανός. τί πρὸς ταῦτα εἶπεν ὁ Καθολικός; ὁ δὲ ἔφη, εἶπεν αὐτῷ, τὴν ὅλην ἑβδομάδα ταύτην πλεῖστον κεκοπιάκαμεν διαλεγόμενοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν. καὶ νῦν βουλόμεθά τινας ἡμέρας ἐν ἀνέσει εἶναι. ὅταν δὲ πάλιν ἀρξόμεθα τῆς διαλέξεως, ἔσο μεθ' ἡμῶν, εἰ κελεύεις, καὶ εἰπὲ, ὃ ἂν ᾖ σοι παρεστάμενον, καὶ ἡμεῖς ἡδέως ἀκουσόμεθα.

ANNO CHRISTI 1169

nec judicium tuum illorum judicio firmius ducere, nec pati, tuum uti judicium pluribus occaſionem offendiculi præbeat. GENERALIS. Recte dicis. Sed date mihi quartæ ſynodi de fide definitionem. Quam quum ei obtuliſſemus, ad quietem nos compoſituri diſceſſimus.

Poſtridie ejus diei, Epiſcopus Ceſſuvii Joannes Syrus adpulit; & intellecto Generalem Armeniorum, multoties habito cum Romanis colloquio, verbis eorum adſentiri, jamque per omnia cum eis convenire: (probat enim, ajebant alii, quæ ab ipſis dicuntur nihil adferentes extra ſacras ſcripturas a Romanis proferri: ſed ex ſanctis patribus, quos ipſi quoque veneramur, ſuam eos doctrinam adſtruere) ad Generalem adſcendit, &: Quid hoc rei eſt, inquit, domine, quod de tua inſigni ſanctitate audio? Tune Romanis, errores Neſtorii probantibus, adſentiris? GENERALIS. Ego Romanis, non adſentior. Immo nec patriarchæ Conſtantinopolitano, nec ipſi excelſiſſimo ſupra omnes imperatori, vel propter dignitatem patriarchicam, vel majeſtatem imperatoriam paruiſſem; niſi veritatem ipſe adgnoviſſem. Eam vero negare nequeo, nec ſanctis patribus adverſari poſſum. Reſpondit Generali SYRUS. Audivi te quoque naturas duas in Chriſto confeſſum eſſe. Noſti vero, Neſtorii nos opinionem ſequi, ſi duas naturas confiteamur: & pro Trinitate quaternionem propter naturæ alterius acceſſionem, habituros. GENERALIS. Heri, ac nudiuſtertius, propeque totam hanc ſeptimanam, plurimum laboravimus, quotidie colloquentes. Hodie vero, & cras, quieſcere volumus, animumque remittere. Poſt triduum vero, ſi placet, nobiſcum aderis in colloquio; quodque tibi ad animum acciderit, dices, nos quidem id lubenter audiemus.

Ceterum ubi adveſperaſſet, acceſſit ad Theorianum doctor Bartan, neſciente Generali, & ait: Epiſcopus ille Syrus, & noſter Generalis, totam hodie diem inter ſe colloquuti ſunt de una, duabuſque naturis. Tum Theorianus; Vellem, ait ad Bertanem magiſtrum, quænam illa ſint, quæ ille Syrus ad dogmatis ſui probationem dicat, cognoſcere. Bartan vero? Nihil, inquit, ultro citroque noſtrum ad Generalem protulit, niſi hoc: Si duas in Chriſto naturas dixerimus, non Neſtoriani dumtaxat erimus: ſed & quaternionem loco Trinitatis in divinitate confitebimur, propter naturæ alterius acceſſionem. Tum Bartani Theorianus: Et quibus, ait, probationibus hoc demonſtrabat? Nec auctoritatibus, inquit Bartan, nec ſyllogiſmis orationem ſuam probabat; ſed tantum ita contentioſe ac inconſiderate voces confuſas effundebat, ut ſacerdotibus ſuis aliquid dicere videretur. Theorianus vero Bertanem interrogans: Quid, ait, Generalis ad iſta dixit? Dixit, inquit Bartan, tota iſta ſeptimana plurimum laboratum eſſe, quotidianis colloquutionibus habitis: nunc aliquot diebus labores remittendos. Ubi vero colloquium denuo inchoabimus, inquit, ipſe nobis adeſto, ſi placet. ac quid quid ad animum tibi acciderit, dicito: nos quidem id libenter audiemus.

Poſt

ANNO CHRISTI 1169.

Poſt aliquot dies arceſſiti, aſcendimus in cœnaculum, ubi nuper quoque colloquuti eramus. Invenimus autem Syrum illum epiſcopum ad dextrum Generalis latus adſidentem, & Armenios epiſcopos ſedentes ſingulos ſuo loco. Quumque nos ad ſiniſtram Generalis, pro more, conſidere juſſi fuiſſemus, deinde conſediſſent & epiſcopi: (quippe primas in conſeſſu nobis offerebant) multo tempore nihil omnino quiſquam ad alterum ulla de re proferebat, ſed commune ſilentium erat. Igitur ubi jam plurimum temporis præteriiſſet, his verbis Generalem Theorianus adlocutus eſt.

Audivi quoſdam eſſe, qui dicant, ſi duas in Chriſto naturas confiteamur, non modo nos futuros Neſtorianos, ſed etiam Trinitatis loco quaternionem prædicaturos. Ac miror equidem, quonam pacto, qui hæc dicunt, perſpicere non potuerint, minime Neſtorium propterea depoſitum fuiſſe, quod duas naturas diceret: (hoc enim illuſtri & clara voce divini patres univerſi prædicant. Cyrillum quidem his verbis, Duas naturas eſſe dicimus: Gregorius vero Theologus, Naturæ duæ, Deus & homo: ceterique omnes, quos antea tibi produxi teſtes) ſed quod diceret naturas duas invicem ſeparatas divinam ſeorſum, itidemque ſeorſum humanam. Eapropter & duos filios, & duos Chriſtos eſſe fanaticus ille ſtatuebat: alium filium eſſe delirans, qui ex Deo & patre ſit; alium qui ex virgine. Quam ob cauſam & ſanctam illam virginem vocare Deiparam nolebat. Quod autem minime Neſtorius unionem confeſſus ſit, ſanctus ille Cyrillus in epiſtola ad Eulogium his ipſis verbis oſtendit: Sic & in cauſa Neſtorii, quamvis duas naturas, diſcrimen carnis & Sermonis indicans, dicat: (alia namque natura Sermonis eſt, alia carnis) unionem tamen nobiſcum non confitetur. Nos enim his unitis, unum Chriſtum, unum filium, unum dominum confitemur. Ad id vero, quod ſubjicitur; Trinitatem fore quaternionem, ſi duas naturas in Chriſto confiteamur: pro nobis ſanctus ille vir Athanaſius ſatisfaciet, cujus in epiſtola ad Epictetum Corinthi epiſcopum hæc ipſa verba ſunt: Inſigni pudore adficientur, qui vel ſola cogitatione putarunt, poſſe pro Trinitate fieri quaternionem, ſi corpus eſſe de Maria dicatur. Si corpus, inquiunt, unius eſſe ſubſtantiæ dicamus cum Sermone, Trinitas manet Trinitas, quod hæc ratio nihil ei peregrinum inferat. Sin humanum dicamus illud ex Maria corpus, neceſſe eſt, aliquid Trinitati accedere; quod corpus illud ſecundum ſubſtantiam ab ea ſit alienum. Hæc quum ita dicunt, non cogitant, quo pacto ſeipſos evertant. Nam ſi maxime corpus ex Maria non eſſe dicant, ſed ejuſdem cum Sermone ſubſtantiæ: nihilominus quod vereri ſe ſimulant, ne ſentire videantur, id ipſum eos juxta ſententiam ſuam dicere conſtabit, nimirum eſſe quaternionem. Quippe ſicuti filius, ſecundum doctrinam patrum, ejuſdem exiſtens cum pater ſubſtantiæ, non ipſe pater eſt, ſed filius cum pater conſubſtantialis dicitur: ita & illud conſubſtantiale Sermoni corpus non erit ipſe Sermo, ſed aliud quiddam cum Sermone. Si aliud quiddam eſt, ſane ſecundum ipſos ſacroſancta Trinitas erit quaternio. Nam

A Καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς, μετακληθέντες, ἀνέβημεν εἰς τὸ ὑπερῷον, οὗ καὶ πρώην διελεγόμεθα. εὕρομεν δὲ τὸν Σύρον ἐπίσκοπον ἐν τῷ δεξιῷ μέρει καθήμενον τοῦ Καθολικοῦ, καὶ τοὺς Ἀρμενίους ἐπισκόπους ἕκαστον ἐν τῷ τόπῳ αὐτοῦ. καθεσθέντων οὖν ἡμῶν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ Καθολικοῦ, κατὰ τὸ σύνηθες, εἶτα τῶν ἐπισκόπων καθεσθέντων, (προετίμων γὰρ ἡμᾶς εἰς τὸ κάθισμα) οὐδεὶς οὐδενὶ περὶ οὐδενὸς ἐλάλει μέχρι πολλοῦ, ἀλλὰ κοινὴ ἐγένετο σιωπή. ὡς οὖν ὥρα παρῆλθε πλείστη, εἶπεν ὁ Θεωριανὸς πρὸς τὸν Καθολικόν.

Ἤκουσα, ὅτι εἰσί τινες, οἳ λέγουσιν, ὅτι ἐὰν ὁμολογήσωμεν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον B ὅτι Νεστοριανίσομεν, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τριάδος τετράδα κηρύξομεν. καὶ θαυμάζω, πῶς οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ ταῦτα λέγοντες συνιδεῖν, ὅτι Νεστόριος οὐ διὰ τὸ λέγειν δύο φύσεις, καθῃρέθη, (τοῦτο γὰρ λαμπρᾷ καὶ διαπρυσίῳ φωνῇ πάντες οἱ θεοφόροι πατέρες κηρύττουσιν. ὁ μὲν ἅγιος Κύριλλος· δύο τὰς φύσεις εἶναί φαμεν. ὁ δὲ Θεολόγος Γρηγόριος. φύσεις δύο, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. καὶ οἱ λοιποὶ πάντες, οὓς σοι παρήγαγον μάρτυρας ἀνωτέρω.) ἀλλὰ διὰ τὸ λέγειν δύο φύσεις ἀλλήλων κεχωρισμένας, ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος τὴν θείαν, καὶ ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος τὴν ἀνθρωπίνην. διὸ καὶ δύο υἱοὺς, καὶ δύο Χριστοὺς ὁ ἐμC βρόντητος ἐδογμάτιζεν. ἄλλον υἱὸν, τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ πατρός· καὶ ἄλλον τὸν ἐκ τῆς παρθένου παραληρῶν· διὰ τοῦτο καὶ θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον καλεῖν οὐκ ἠβούλετο. ὅτι δὲ τὴν ἕνωσιν οὐχ ὡμολόγει Νεστόριος, δηλοῖ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ γράφων ἐπὶ λέξεως οὕτως· οὕτως ἐπὶ Νεστορίου· κἂν λέγει δύο φύσεις, τὴν διαφορὰν σημαίνων τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ Θεοῦ λόγου· (ἑτέρα γὰρ ἡ τοῦ λόγου φύσις, καὶ ἑτέρα ἡ τῆς σαρκὸς) ἀλλ' οὐκ ἔτι τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν. ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταῦτα, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν. περὶ δὲ τοῦ λέγειν, ὅτι τετρὰς D ἡ τριὰς ἔσται, εἰ δύο φύσεις ὁμολογήσομεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀρκέσει ἡμῖν εἰς ἀπολογίαν ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Ἐπίκτητον τὸν ἐπίσκοπον Κορίνθου ἐπιστολῇ, τάδε κατὰ ῥῆμα διεξιών. Ἐρυθριάσουσι δὲ μεγάλως, οἱ κἂν ὅλως ἐνθυμηθέντες δύνασθαι ἀντὶ τριάδος γενέσθαι τετράδα, εἰ λέγοιτο ἐκ Μαρίας εἶναι τὸ σῶμα. ὁμοούσιον μὲν γάρ (φασὶν) ἐὰν εἴπωμεν τὸ σῶμα τῷ λόγῳ, μένει ἡ τριὰς, οὐδὲν ξένον εἰς αὐτὴν εἰσφερομένου τοῦ λόγου. ἂν δὲ ἀνθρώπινον εἴπωμεν τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα, ἀνάγκη ξένου ὄντος κατ' οὐσίαν τοῦ σώματος, προσθήκην γίνεσθαι. ταῦτα οὕτω λέγοντες, οὐ νοοῦσιν, ὅπως E ἑαυτοῖς περιπίπτουσι. καὶ γὰρ κἂν μὴ ἐκ Μαρίας λέγωσι τὸ σῶμα, ἀλλὰ ὁμοούσιον αὐτὸ τῷ λόγῳ, οὐδὲν ἧττον, ὅπερ ὑποκρίνονται μὴ ἄρα ὥσπερ φρονοῦντες νομισθῶσι, τοῦτο κατὰ τὴν αὐτῶν ἔννοιαν δειχθήσονται λέγοντες, τετράδα. ὥσπερ γὰρ ὁ υἱὸς κατὰ τοὺς πατέρας ὁμοούσιος ὢν τῷ πατρὶ, οὐκ ἔστιν αὐτὸς ὁ πατὴρ, ἀλλὰ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα λέγεται ὁμοούσιος. οὕτω τὸ ὁμοούσιον σῶμα τοῦ λόγου οὐκ ἔσται αὐτὸς ὁ λόγος, ἀλλ' ἕτερον πρὸς τὸν λόγον. ἑτέρου δὲ ὄντος, ἔσται κατ' αὐτοὺς ἡ ἁγία τριὰς, τετράς. οὐ γὰρ ἡ ἀληθινὴ, καὶ ὄντως τελεία, καὶ ἀδιαίρετος τριὰς δέχεται προσθήκην, ἀλλ' ἡ παρὰ τούτων ἐπινενοημένη. καὶ πῶς ἔτι Χριστιανοὶ, οἱ ἕτε-

ἕτερον παρὰ τὸν ὄντα Θεὸν ἐπινοοῦντες; πάλιν γὰρ καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ αὐτῶν σοφίσματι τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν ἔξεστι καθορᾷν. Εἰ διὰ τὸ εἶναι καὶ λέγεσθαι ἐν ταῖς γραφαῖς ἐκ Μαρίας ἀνθρώπινον τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος, νομίζουσιν ἀντὶ τριάδος τετράδα λέγεσθαι, ὡς προσθήκης γενομένης διὰ τὸ σῶμα, πολὺ πλανῶνται, τὸ ποίημα ἐξισοῦντες τῷ ποιητῇ, καὶ ὑπονοοῦντες δύνασθαι τὴν θεότητα προσθήκην λαμβάνειν. καὶ ἠγνόησαν, ὅτι οὐ διὰ προσθήκην θεότητος γέγονε σάρξ ὁ λόγος, ἀλλ' ἵνα τὸ ἀνθρώπινον γένος λυτρώσηται. πῶς δ' ἂν οἴονται τὸ διὰ τοῦ λόγου ληφθὲν σῶμα καὶ ζωοποιηθὲν, προσθήκην εἰς θεότητα τῷ λόγῳ ποιεῖν; μᾶλλον γὰρ αὐτῷ τῷ ἀνθρωπίνῳ προσθήκη μεγάλη γέγονεν ἐκ τῆς τοῦ λόγου πρὸς αὐτὸ κοινωνίας τε καὶ ἑνώσεως. ἀπὸ γὰρ θνητοῦ γέγονεν ἀθάνατον, καὶ ψυχικὸν ὂν γέγονε πνευματικὸν, καὶ ἐκ τῆς γῆς γενόμενον τὰς οὐρανίας ὑπερέβη πύλας. ἡ μέντοι τριὰς καὶ λαβόντος ἐκ Μαρίας σῶμα τοῦ λόγου, τριάς ἐστιν, οὐ δεχομένη προσθήκην, οὐδὲ ἀφαίρεσιν· ἀλλ' ἀεὶ τελεία ἐστὶ, καὶ ἐν τριάδι μία θεότης γινώσκεται· καὶ οὕτως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἷς Θεὸς κηρύττεται, ὁ τοῦ λόγου πατήρ. ἀκήκοας, πῶς ὁ μακάριος Ἀθανάσιος ζήλου πνέων ἐνθέου καθάπτεται τῶν λεγόντων ὁμοούσιον τῷ λόγῳ τὸ σῶμα, ἐρυθριάσουσι, φησί. καὶ πάλιν. οὐ νοοῦσιν, ὅπως ἑαυτοῖς περιπίπτουσι. καὶ αὖθις. τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν ἔξεστι καθορᾷν. καὶ ἀνοήτους καὶ ἄφρονας αὐτοὺς ἀποκαλεῖ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος. ἡμεῖς δὲ ἀπελέγξωμεν καὶ ἄλλως, εἰ δοκεῖ, τὴν ἐκείνων ἀσέβειαν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐμοὶ πως δοκεῖ, μὴ δεῖσθαι πλείονος ἐλέγχου εἰς τὸ γνωρισθῆναι τὸ τοιοῦτον ὀλίσθημα. ὁ γὰρ τῷ ἁγίῳ Ἀθανασίῳ πεισθῆναι μὴ βουληθεὶς, εἴγε πως τῆς τῶν Χριστιανῶν μοίρας τυγχάνει ὢν, τοσαῦτα καταβοήσαντι τῆς ἀνοίας τῶν ὁμοούσιον τῷ λόγῳ τὸ σῶμα φληναφώντων, καὶ τετράδα ἀντὶ τριάδος τὴν θεότητα γίνεσθαι ληρωδούντων, οὐκ οἶδα τίνι τῶν ἐπὶ γῆς νῦν ὄντων ἀνθρώπων πεισθήσεται. πλὴν ἐπεὶ πολλοὶ ἢ οὐδ' ὅλως ἀναγινώσκουσι τὰς θείας γραφὰς, ἢ ἀναγινώσκουσι μὲν, πλὴν ἀλλὰ παρέργως, καὶ οὐκ ἐπιμελῶς· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἐν βάθει νοῦν αὐτῶν ἀγνοοῦσιν· εἰ σοι δοκεῖ καὶ δαιάσαι καὶ ἄλλως τὴν ἐκείνων ἐλέγξαι πλάνην, καλὸν ἔσῃ ποιῶν, καὶ φίλον Θεῷ, καὶ ἡμῖν καταθύμιον. Ο ΘΕΩΡ. πολλοὶ τοῦ χαιρεκάκου καὶ μισανθρώπου Σατὰν μαθηταὶ γεγόνασιν, ἢ μᾶλλον ὄργανα εἰς ἀπώλειαν πολλῶν, οἷος ἦν ὁ δείλαιος Σεβῆρος, ὁ τὸν θρόνον τῆς Ἀντιοχείας κρατήσας τυραννικῶς, ὃς μὴ φοβηθεὶς τὴν φάσκουσαν ἐντολὴν, ἐπικατάρατος ὁ πλανῶν τυφλὸν ἐν ὁδῷ, πλείστους τῆς εὐθείας ἀποπλανήσας ὁδοῦ, εἰς βάραθρον ἀπωλείας ἐλεεινῶς κατεκρήμνισε, τοὔμπαλιν ὀφείλων ποιεῖν, ἐκ τῆς πλάνης ἐπιστρέφειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. τοῦτο γὰρ ἀπῄτει καὶ ἡ προεδρία αὐτοῦ. ὁ δὲ ἐκ τῆς ἀκοῆς αὐτοῦ, πολλῷ δὲ πλέον ἐκ τῆς καρδίας τὰ ἐντάλματα τοῦ Θεοῦ ἀπωσάμενος τὰ οὕτωσι διακελευόμενα· πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν μου, καὶ ὁδοποιήσατε τῷ λαῷ, καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαῤῥίψατε. λίθους, οὐ πρὸς οἰκοδομὴν τοῦ ζῶντος ναοῦ, πρὸς πτῶσιν δὲ μᾶλλον, καὶ πρόσκομμα πολλῶν, ἐμβαλεῖν ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ζωῆς ἀφρόνως

A vera planeque perfecta, & expers illa diviſionis Trinitas nullam recipit acceſſionem: ſed iſta ab eis excogitata Trinitas. Et quo pacto Chriſtiani erunt, qui alium præter verum Deum excogitant? Rurſus & in altero ſophiſmate ſtoliditatem ipſorum perſpicere licet. Si propterea, quod ſit atque dicatur in ſacris litteris humanum ex Maria corpus Servatoris, pro Trinitate quaternionem dici putant, velut acceſſione facta propter corpus; multum ſane falluntur creatum exæquantes opifici, & exiſtimantes aliquid accedere divinitati poſſe: ignorant denique, non ut aliquid accederet divinitati Sermonem factum eſſe carnem, ſed ut genus humanum redimeret. Queinam igitur opi-B nantur adſumptum a ſermone corpus, & vivificatum, acceſſionem aliquam ad divinitatem Sermoni adferre? nam potius ei quod humanum erat, magna contigit acceſſio de Sermonis cum eo ſocietate ac unione. Quippe de mortali factum eſt immortale, de animali factum eſt ſpirituale, de terra ortum ſupra cœleſtes portas evaſit. Trinitas quidem certe Trinitas eſt, etiamſi Sermo corpus ex Maria ſumſerit, nullam nec acceſſionem admittens, nec diminutionem: ſed perfecta ſemper eſt, & una in Trinitate divinitas adgnoſcitur. Atque hoc modo Deus unus in eccleſia prædicatur, pater ille Sermonis. Audis quo pacto beatus Athanaſius, divinum quemdam zelum ſpirans, C eos tangat, qui corpus ejuſdem eſſe ſubſtantiæ cum Sermone dicunt? Pudore adficientur, ait: item; Non cogitant quo pacto ſeipſos evertant. Et rurſus; Stoliditatem ipſorum perſpicere licet. Inſipientes & ſtultos vocat. Et hæc quidem Athanaſius. Nos autem alio quoque modo, ſi placet, impietatem eorum redarguemus. GENERALIS. Mihi ſane videtur, ad ejuſmodi erroris adgnitionem, non eſſe opus ampliori refutatione. Nam qui adſentiri ſancto viro Athanaſio non vult, modo Chriſtianus eſt, tantopere occlamanti eorum veſaniæ, qui corpus ejuſdem eſſe cum Sermone ſubſtantiæ nugantur, & quaternionem in divinitate loco Trinitatis, fieri ſomniant; cuinam mortalium, D nunc in terris exiſtenti, ſit adſenſurus, quidem non video. Quia tamen complures, aut omnino litteras ſacras non legunt, aut legunt illi quidem, ſed aliud quaſi agentes, non ſtudioſe; qua de cauſa mentem earum intimam ignorant: recte feceris & acceptum Deo, nobiſque gratum præſtiteris, ſi errorem eorum confutaveris; modo id tibi placeat, & alia facere via poſſis. THEORIANUS. Multi Satanæ, qui malis oblectatur & genus humanum odit, extitere diſcipuli, vel inſtrumenta potius, ad multorum perniciem. Qualis erat abominabilis E ille Severus, qui Antiochiæ thronum per tyrannidem obtinuit. Is minime præceptum illud reveritus, quo dicitur; Exſecrabilis, qui in itinere cæco cauſam erroris præbet: plurimos in errorem a recta devocatos via, in perniciei barathrum miſerabiliter præcipitavit: quum facere diverſum deberet, nimirum ab errore ad veritatem divertere. Quod quidem & præſulatus ipſius ab eo requirebat. Verum & auribus, & multo magis a corde rejectis Dei mandatis, quæ ita præcipiunt: Per portas meas ingredimini, & iter populo ſternite, deque via lapides amovete: id operam dedit, ut non ad ſtructuram illius vivi templi, ſed potius ad ruinam & offenſionem plurium, lapides in via vitæ per infamiam ſpargeret, adeoque verbis & ſcri-

ANNO CHRISTI 1169.

& ſcriptis naturam Emmanuelis unam tradidit; veritus, ne Trinitatis loco quaternio fieret; haud cogitans miſer, uti quidem videtur, nomen Trinitatis non habere ſignificationem naturæ, ſed numeri perſonarum vel hypoſtaſium. Quo igitur modo collegit ille quaternionem, quum nos minime confitemur Dei Sermonem adſumſiſſe hypoſtaſin, ſed noſtrum illud in ſeipſo conſtituiſſe? adeoque ſtatuamus, Emmanuelem eſſe unam hypoſtaſin, & unum filium? Quod ſi novus ac vanus ille Theologus tres naturas in ſancta Trinitate confitetur, deinde naturam Emmanuelis humanam, quam nos confitemur, ad ſuas illas tres naturas adjuncta, pro Trinitate quaternionem fieri concludit, optime id quidem facit. Quippe ſeipſum artificioſe periteque ſeparat ab uno ſolo Deo, & ad opinionem de pluribus diis deflectit. Sin unam divinitatis naturam & ipſe confitetur, duaſque naturas in Chriſto: undenam ei naturarum quaternio proficiſcatur, ſcire nequeo. Nec item fieri poteſt, ut Trinitatem quaternionem hypoſtaſium, abſque alterius hypoſtaſis acceſſione cogitemus.

His dictis, oculos Generalis in Syrum illum epiſcopum conjecit. Quumque videret eum vultu in terram defixo, nequaquam ſuſpicere: converſus ad Theorianum, innuebat ei, Syrum uti adipiſceret. At is Syrum intuitus, ſubriſit; & ad Generalem ait: Eſt, domine, quod inſignem ſanctitatem tuam interrogem; teque obſecro, ne tibi grave ſit, ejus indicare ſolutionem. GENERALIS. Si Deus intellectum ejus mihi dederit, non gravabor illam tibi exponere. THEORIANUS. Sint hic, velut in hypotheſi, tria igne potiora; quæ tamen unius naturæ ſint, auri ſcilicet. Si horum unum in ignem conjecero, plane ignitum illud duarum naturarum erit; ignis inquam, & auri. Deinde hoc unito reliquis duobus necdum ignitis, interrogo, quotnam ſint hæc ignita? triane, ceu prius? an propter ignis naturam facta ſunt quatuor? GENERALIS. Hujus interrogationis ſolutionem exponat Joannes religioſiſſimus Epiſcopus Ceſſunii. THEORIANUS. Quid vero ſanctitatis tuæ prudentia dicit? ignis ne natura numerum ſive quantitatem trium illorum auxit, an non? GENERALIS. Mihi quidem non auxiſſe videtur. THEORIANUS. Atqui prius hæc tria unius erant naturæ, nunc in uno duæ naturæ conſpiciuntur. GENERALIS. Hoc quoque in confeſſo eſt. THEORIANUS. Non igitur eſt neceſſe, Trinitatem illorum ignis vi potiorum, fieri quaternionem, propter alteram illam naturam, videlicet ignis. GENERALIS. Non eſt neceſſe. THEORIANUS. Ineptiunt ergo, qui dicunt, neceſſario nobis quaternionem pro Trinitate confitendam, ſi naturas duas in Chriſto demus.

His dictis, ſurgens ille Syrus Epiſcopus, nullo verbo prolato, cœnaculo cum ſacerdotibus ſuis egreſſus eſt. Interrogatus autem a ſacerdotibus ſuis, cur nihil cum philoſopho locutus eſſet: non ſibi licere dixit, in aliena ſynodo de hujuſmodi rebus loqui.

* * * * *

Oreſt. fol. ...

humanitate non erat. Nam divinitate nuſquam abeſt. Ergo quatenus homo, non quatenus Deus, ingredi voluit: adeoque voluntate præ-

A ἐσπούδασε, καὶ διὰ λόγου καὶ διὰ γραφῶν μίαν φύσιν τοῦ Ἐμμανουὴλ ἐδογμάτισε· δεδοικώς, μὴ τετρὰς ἀντὶ τριάδος γένηται ἡ τριάς. οὐκ ἐνόησεν, ὡς ἔοικεν, ὁ ἄθλιος, ὅτι τὸ τριὰς πρόσρημα οὐκ ἔστι τῆς φύσεως σημαντικόν, ἀλλὰ τοῦ ποσοῦ τῶν ὑποστάσεων. πῶς οὖν ἐκεῖνος συνῆγε τετράδα, ἡμῶν μὴ ὁμολογούντων ὑπόστασιν ἀνειληφέναι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ ὑποστήσασθαι τὸ ἡμέτερον, καὶ μίαν ὑπόστασιν, καὶ ἕνα υἱὸν δογματιζόντων τὸν Ἐμμανουήλ; εἰ μὲν οὖν ὁ καινὸς θεόλογος τρεῖς φύσεις ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὁμολογεῖ, εἶτα τὴν πρὸς ἡμῶν ὁμολογουμένην ἀνθρωπίνην φύσιν ἐν τῷ Ἐμμανουὴλ ταῖς αὐτοῦ προσθεὶς τριτταῖς φύ-

B σεσι, συμπεραίνει ἀντὶ τριάδος τετράδα γίνεσθαι, ἄριστα τοῦτο ποιεῖ. εὐτέχνως γάρ, καὶ ἐπιστημόνως ἀποχωρίζει ἑαυτὸν τοῦ μόνου Θεοῦ, καὶ εἰς πολυθεΐαν ἐξοστρακίζεται. εἰ δὲ μίαν θεότητος φύσιν ὁμολογεῖ καὶ αὐτός, δύο δὲ φύσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐκ οἶδα, πόθεν αὐτῷ ἡ τετρὰς τῶν φύσεων ἐπεισέρχεται. ὑποστάσεων τὴν τριάδα νοεῖν ἀμήχανον.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ὁ Καθολικὸς τῷ Σύρῳ ἐπισκόπῳ ἐνητένισεν. ὡς οὖν ἑώρα τοῦτον εἰς γῆν ἔχοντα τὸ ὄμμα καὶ μηδαμῶς ἀνανεύοντα, στραφεὶς πρὸς τὸν Θεωριανόν, ἐνένευεν αὐτῷ βλέψαι πρὸς τὸν Σύρον. ὁ δὲ βλέψας, ὑπεμειδίασε· καὶ φησὶ πρὸς τὸν Καθολικόν. δέσποτα, ἐρώτημα ἔχω πρὸς

C τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου, καὶ παρακαλῶ, μὴ κατοκνήσεις εἰπεῖν μοι τὴν τούτου λύσιν. Ο ΚΑΘ. ἐὰν ὁ Θεὸς δώσει μοι τὴν τούτου γνῶσιν, οὐ κατοκνήσω ταύτην εἰπεῖν σοι. Ο ΘΕΩΡ. ἔστωσαν ὡς ἐν ὑποθέσει ἐνταῦθ' ὑπέρπυρα τρία, μιᾶς ὄντα φύσεως, χρυσοῦ δηλονότι. ἐὰν οὖν τούτων ἓν πυρακτώσω, ἔσται πάντως τὸ πεπυρακτωμένον δύο φύσεων, λέγω δὴ πυρὸς καὶ χρυσοῦ. εἶτα ἑνώσας τοῦτο τοῖς λοιποῖς δυσὶ τοῖς μὴ πεπυρακτωμένοις, ἐρωτῶ πόσα νῦν εἰσι ταῦτα τὰ ὑπέρπυρα; τρία, ὡς πρώην; ἢ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πυρὸς ἐγένοντο τέσσαρα; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. τούτου τοῦ ἐρωτήματος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κεσσουνίου

D Ἰωάννης εἴπῃ τὴν λύσιν. Ο ΘΕΩΡ. ἡ σύνεσις δὲ τῆς ἁγιωσύνης σου τί λέγει; ἡ φύσις τοῦ πυρὸς ηὔξησε τὸν ἀριθμόν, ἤτοι τὸ ποσὸν τῶν τριῶν, ἢ οὔ; Ο ΚΑΘΟΛ. ἔμοιγε πῶς δοκεῖ, ὅτι οὐκ ηὔξησεν. Ο ΘΕΩΡ. καὶ μὴν πρώην μιᾶς ἦσαν φύσεως τὰ τρία, νυνὶ δὲ ἐν τῷ ἑνὶ δύο καθορῶνται φύσεις. Ο ΚΑΘΟΛ. ὡμολόγηται καὶ τοῦτο. Ο ΘΕΩΡ. οὐκ ἀνάγκη λοιπὸν τὴν τριάδα τῶν ὑπερπύρων τετράδα γενέσθαι διὰ τὴν ἑτέραν φύσιν, ἤτοι τοῦ πυρός; Ο ΚΑΘ. οὐκ ἀνάγκη. Ο ΘΕΩΡ. περιττολογοῦσιν ἄρα οἱ λέγοντες, ἀνάγκη τετράδα ἀντὶ τριάδος ὁμολογεῖν, εἰ δύο φύσεις ἐν

E τῷ Χριστῷ δώσομεν.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ὁ Σύρος ἐπίσκοπος ἀναστὰς ἐξῆλθε τοῦ ἀνωγαίου, μετὰ τῶν ἱερέων αὐτοῦ, μηδὲν εἰπών. ἐρωτηθεὶς δὲ παρὰ τῶν αὐτοῦ ἱερέων, διατί οὐκ ἐλάλησάς τι πρὸς τὸν φιλόσοφον; εἶπεν, ὅτι οὐκ ἔξεστί μοι ἐν ἀλλοτρίᾳ συνόδῳ περὶ τοιούτων λαλεῖν.

* * * * *

οὐκ ἦν δὲ ἀνθρωπότητι. θεότητι γὰρ οὐδενὸς ἀπέστη. ἄρα οὖν καθὸ ἄνθρωπος, καὶ οὐ καθὸ Θεός, ἠθέλησεν εἰσελθεῖν. καὶ θελητικὸς ἦν καὶ καθὸ ἄν-

ANNO CHRISTI 1169

ἄνθρωπος. καὶ ἑτέρωθι. θέλω ὅπου εἰμὶ ἐγώ, καὶ αὐτοὶ ὦσιν. εἰ καθὸ Θεὸς ὁ Χριστὸς, ὑπὲρ τὸ ποῦ ἐστιν. (οὐ γὰρ ἐν τόπῳ, καθὸ Θεὸς,) ὑπὲρ δὲ τὸ ποῦ ἀδύνατον τὴν κτιστὴν ὑπάρχειν φύσιν· ἄρα καθὸ ἄνθρωπος θέλει, ἵνα ὅπου ἐστὶ, καὶ αὐτοὶ ὦσι. καὶ θελητικὸς ἦν αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· ἐλθὼν εἰς τὸν τόπον εἶπε, διψῶ. καὶ ἔδωκαν αὐτῷ οἶνον μετὰ χολῆς μεμιγμένον· καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν. κατὰ ποῖον αὐτοῦ μέρος εἴποις αὐτὸν διψῆσαι; εἰ μὲν κατὰ τὴν θεότητα, ἐμπαθὴς ἔσται ἡ θεότης αὐτοῦ, πόσεως κατὰ φύσιν ἐφιεμένη. εἰ δὲ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἄρα καθὸ ἐδίψησε, κατ' ἐκεῖνο καὶ τὸ ἀκατάλληλον τῇ φύσει οὐκ ἤθελε πιεῖν. καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. καὶ ἀλλαχοῦ φησι. καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι. εἰ τῆς σαρκὸς φύσει ὁ περίπατος, ἀλλ' οὐ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένης αὐτῇ θεότητος, ἄρα καθὸ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ περιπατῶν, οὐκ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. καὶ ἑτέρωθι· κἀκεῖθεν ἐξελθόντες, παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ. καὶ πάλιν ἑτέρωθι. κἀκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν εἰς τὰ ὅρια Τύρου καὶ Σιδῶνος. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, οὐδένα ἤθελε γνῶναι, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν. εἰ καθὸ Θεὸς ὁ Χριστὸς, δύναμις ἦν αὐθυπόστατος, καθὸ δὲ ἄνθρωπος, ἀσθένεια. (εἰ γὰρ ἐσταυρώθη, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἐξ ἀσθενείας. ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ] ἄρα καθὸ ἄνθρωπος, καὶ οὐ καθὸ Θεὸς, εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν. καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. καὶ ἀλλαχοῦ φησι. καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· ποῦ θέλεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμέν σοι ἀγεῖν τὸ πάσχα; εἰ ἡ βρῶσις τοῦ πάσχα τῶν ὑπὸ φόμον ἐστί. γέγονε δὲ ὁ κύριος καθὸ ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐ καθὸ Θεὸς, ὑπὸ νόμον. ἄρα καθὸ ἄνθρωπος, ἤθελε φαγεῖν τὸ πάσχα. καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος· καὶ μυρία ἄλλα ἐν τοῖς ἱεροῖς λογίοις χρήσεις δεικνύουσι τὸν Ἐμμανουὴλ θελητικὸν καὶ καθὸ ἄνθρωπος.

Ο ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ. πῶς ὀφείλομεν λέγειν τὰς θελήσεις; φυσικὰς, ἢ ὑποστατικάς; Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. φυσικάς. εἰ γὰρ ὑποστατικὰς εἴπωμεν τὰς θελήσεις, δώσομεν ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος τρεῖς θελήσεις, διότι τρεῖς ὑποστάσεις εἰσίν. ὥσπερ οὖν μία θέλησις ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος, διότι μία φύσις· οὕτω δύο θελήσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, διότι δύο φύσεις εἰσίν, ὡς δεδήλωται. Ο ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ. σφόδρα με ὠφέλησας ἐκ τοῦ παραδείγματος τῆς ἁγίας τριάδος· καὶ πέπεισμαι, ὅτι φυσικὸν ὀφείλομεν λέγειν τὸ θέλημα. οὐχ ὑποστατικόν· ἐπεὶ οὖν δύο φύσεις δίδομεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐξ ἀνάγκης καὶ δύο θελήματα συνομολογήσομεν, θεῖόν τε καὶ ἀνθρώπινον. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἀνθρώπινον δεῖ θέλημα νοεῖν, οὐ τὸ γνωμικὸν, ἢ προαιρετικὸν, ἀλλὰ τὸ φυσικὸν μόνον. Ο ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ. καὶ τί ἐστι φυσικὸν θέλημα, καὶ τί προαιρετικόν; Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. φυσικὸν θέλημα ἐστὶ δύναμις τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος



ditus erat, etiam quatenus erat homo. Item alibi. Volo, inquit, ut ubi ſum ego, & ipſi ſint. Si quatenus Chriſtus eſt Deus, ſupra illud, Ubi, eſt; (quatenus enim Deus eſt, in loco non eſt) fieri vero nequit, ut natura creata ſupra idem illud, Ubi, ſit: ſane, quatenus homo eſt, vult ut ubi ſit, ibidem & ipſi ſint. Adeoque voluntate præditus erat, etiam quatenus erat homo. Rurſus alibi. Quum veniſſet ad locum, ſitire ſe dixit; & obtulerunt ei vinum felle miſtum, quo guſtato, non voluit bibere. Secundum quam partem ipſius dixeris eum ſitiiſſe? ſi ſecundum divinitatem, adfectibus erit obnoxia divinitas ejus, quæ natura ſua potum adpetiverit: ſin quo ad humanitatem, ſane quatenus ſitiit, eatenus & quod naturæ non conveniebat, bibere noluit: eratque voluntate præditus idem, etiam quatenus erat homo. Et alibi dicitur: Circumibat in Galilæa Jeſus, non enim Judæam obire volebat, quod eum Judæi ad necem quærerent. Si circumitio carnis naturæ competit, non ei junctæ in eadem hypoſtaſi divinitati: nimirum quatenus erat homo idem in Galilæa circumambulans, Judæam obire non voluit; & idem voluntate præditus erat, etiam quatenus erat homo. Et alibi. Inde egreſſi Galilæam pertranſibant, nec id quemquam ſcire volebat. Item alio loco: Inde movens abiit ad Tyri Sidoniſque fines, & domum ingreſſus, neminem id ſcire volebat; neque tamen latere poterat. Si Chriſtus, quatenus erat Deus, potentia per ſe ſubſiſtens erat; & infirmitas, quatenus homo: (licet crucifixus eſt, inquit Apoſtolus, ex infirmitate: vivit tamen poteſtate divina) ergo quatenus homo, non quatenus Deus erat, domum ingreſſus, neminem id ſcire volebat; neque tamen latere poterat: adeoque voluntate præditus erat idem, etiam quatenus erat homo. Alibi quoque dicitur: Et acceſſere diſcipuli, dicentes; Quo nos abire vis, & paſcha manducandum parare? Si manducatio paſchatis ad ſubjectos legi pertinet, Dominus autem quatenus homo, non quatenus Deus erat, legi ſubjectus fuit: ergo quatenus erat homo, paſcha manducare voluit, & erat idem voluntate præditus, etiam quatenus erat homo. Reperies & alia ſacris in oraculis infinita, quæ Emmanuelem voluntate præditum fuiſſe demonſtrant, etiam quatenus erat homo. DOCTOR. Queinam voluntates adpellare debemus? naturales, an hypoſtaticas? THEORIANUS. Naturales. Quippe ſi voluntates hypoſtaticas dicimus, tres in ſacroſancta Trinitate voluntates concedemus, quoniam tres ſunt hypoſtaſes. Igitur ut una voluntas eſt in ſacroſancta Trinitate, quoniam una natura: ſic duæ voluntates in Chriſto ſunt, quoniam duæ naturæ, ſicut eſt indicatum. DOCTOR. Valde me juviſti per exemplum illud ſacroſanctæ Trinitatis: eſtque mihi perſuaſum, debere nos voluntatem naturalem dicere, non hypoſtaticam. Itaque quum duas in Chriſto naturas concedamus, neceſſario duas quoque voluntates confitebimur, divinam & humanam. THEORIANUS. Humana voluntas intelligenda eſt, non arbitraria, vel eligens; ſed tantum naturalis. DOCTOR. Et quid eſt naturalis voluntas? quid eligens? THEORIANUS. Voluntas naturalis eſt vis & facultas id adpetens, quod ſecundum naturam eſt, omniumque proprietatum, quæ naturæ ſubſtantialiter

tialiter adſunt, conſervatrix: ſecundum quam ſemper ei, quod a natura voluntate præditum eſt, hoc ipſum ineſt, ut ad volendum ſit comparatum. Non idem eſt autem, comparatum eſſe ad volendum, & velle: ſicuti nec comparatum eſſe ad loquendum, & loqui. Nam quidquid præditum eſt vi loquendi, comparatum quidem eſt ad loquendum; ſed non ſemper loquitur: quoniam id quidem eſt ſubſtantiæ, rationeque naturæ continetur: hoc vero conſilii eſt, & loquentis arbitrio formatur: quo fit, ut naturæ quidem ſit, ſemper comparatum eſſe ad loquendum: hypoſtaſis autem, quodammodo loqui: ſicut ad volendum eſſe comparatum, & quodammodo velle. Arbitrium vero, & electio, ſiquidem proprie loqui volumus, in Dominum non cadunt. Nam arbitrium poſt habitam de ignota te quæſtionem, & deliberationem ſive conſilium & judicium, adſectio quædam eſt ad id, quo de judicium factum eſt: poſt quam electio ſequitur, alterum præ altero deligens. Dominus autem, qui nudus homo non eſt, ſed etiam Deus, & qui novit omnia, nec conſiderationis ullius eget, nec inquiſitionis, nec conſilii, nec judicii, & tum conjunctionem cum bono naturaliter habet, tum averſionem a malo. Quapropter arbitrariam aut eligentem voluntatem Domino non tribuimus, ſed naturalem. Tum religioſiſſimus Epiſcopus ISAACUS dixit: Sufficiunt hæc de duabus voluntatibus Emmanuelis, iis quidem qui non contentioſe, quæ dicta ſunt, audiunt. Nunc, ſi placet, etiam de geminis actionibus dicito. THEORIANUS. Ad demonſtrandum actiones Chriſti duplices, apud vos oratione prolixa non opus eſſe arbitror, qui ſacris litteris eſtis inutriti. Nam expuere, lutumque de ſputo conficere, cæcique pupulas inungere, hominis omnino actio eſt. Quippe divinitatem exſpuere non dicemus, ſi non inſani ſimus. At lutum illud in oculum & lucem convertere, id vero divinitati omnino adtribuemus. Ejuſmodi quis infinita reperiet, ſi oracula divina diligenter inſpexerit. Erit autem res tota perſpicua de gladii quoque candentis exemplo. Nam is pariter & ſecat, & urit: eſtque dubio procul uſtio quidem non ferri, ſed ignis: ſectio vero, non ignis, ſed ferri. Effecta denique diverſarum naturarum ſunt, tam ſectio quam aduſtio. Verum propter unionem, non ignis tantum eſſe dicimus hanc uſtionem, ſed etiam ferri. Sic enim loqui ſolemus, Hoc ferrum urit. Sic quoque rem conſiderabimus. Animæ eſt, corpus ſuum animare ac vivificare. Quod quidem ex amborum diremptu patet. Nam anima tempore mortis a corpore ſuo dirempta, corpus mortuum manet. Quum ergo divinitas ejus numquam nec a corpore nec ab anima dirempta fuerit: quo pacto vim iſtam animæ, vivificantem ſcilicet, non habuit ejus divinitas? nimirum a corpore indirempta, eique copulata hypoſtatice, mortuum manere corpus haud ſinebat. Quippe dum ineſt anima corpori, numquam illud mortuum eſt. Nam quum anima ſit ſpiritus vitalis, corpus ipſum vivificat, ſicut etiam alicubi ſapiens ille Salomo, de impiis quibuſdam & de aſtrorum cultoribus loquens, dixit: Luto vilior eſt vita ipſorum, quoniam ignorarunt eum, qui finxit eos, & efficacem animam inſpiravit eis, ac ſpiritum vitalem eis adſlavit. GENERALIS. Quicumque conſcientiam ſuam pedibus proculcat, præſertim in doctrina fidei, non

A ὀρεκτική, καὶ τῶν οὐσιωδῶς τῇ φύσει προσόντων συνεκτικὴ πάντων ἰδιωμάτων, καθ᾽ ἣν ἀεὶ τῷ φύσει θελητικῷ τὸ πεφυκέναι θέλειν ἐμπέφυκε. οὐ ταὐτὸν δὲ τὸ πεφυκέναι θέλειν, καὶ θέλειν ἐστίν, ὡς οὐδὲ τὸ πεφυκέναι λαλεῖν, καὶ λαλεῖν. πέφυκε μὲν γὰρ τὸ λαλητικὸν λαλεῖν. λαλεῖ δὲ οὐκ ἀεί. ἐπειδὴ τὸ μὲν οὐσίας ἐστί, τῷ λόγῳ τῆς φύσεως συνεχόμενον· τὸ δὲ βουλῆς, τοῦ λαλοῦντος γνώμῃ τυπούμενον. ὥστε φύσεως μὲν τὸ ἀεὶ πεφυκέναι λαλεῖν, ὑποστάσεως δὲ τό πως λαλεῖν. ὥσπερ καὶ τὸ πεφυκέναι θέλειν, καὶ πως θέλειν. γνώμην δὲ καὶ προαίρεσιν, ἐπὶ τοῦ κυρίου λέγειν ἀδύνατον, εἴπερ κυριολεκτεῖν βουλόμεθα. ἡ γνώμη γὰρ μετὰ B τὴν περὶ τοῦ ἀγνοουμένου ζήτησιν, καὶ βούλευσιν ἤτοι βουλήν, καὶ κρίσιν, πρὸς τὸ κριθέν ἐστι διάθεσις, μεθ᾽ ἣν ἡ προαίρεσις ἐκλεγομένη καὶ αἱρουμένη πρὸ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον. ὁ δὲ κύριος οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὤν, ἀλλὰ καὶ Θεός, καὶ πάντα εἰδώς, ἀνενδεὴς σκέψεως, καὶ ζητήσεως, καὶ βουλῆς ὑπάρχει, καὶ κρίσεως· καὶ φυσικῶς τήν τε πρὸς τὸ καλὸν ἔχει οἰκείωσιν, τήν τε πρὸς τὸ κακὸν ἀλλοτρίωσιν. διὰ τοῦτο γνωμικὸν ἢ προαιρετικὸν θέλημα ἐπὶ τοῦ κυρίου οὐ λέγομεν, ἀλλὰ φυσικόν. Ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος ΙΣΑΑΚ εἶπεν. ἀρκεῖ τοῖς μὴ φιλονείκως ἀκούουσι τῶν ῥηθέντων περὶ τῶν δύο θελημάτων τοῦ Ἐμμανουήλ. εἰπὲ ἡμῖν, εἰ κελεύεις, C καὶ περὶ τῶν δύο ἐνεργειῶν. Ὁ ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. περὶ τῶν δύο ἐνεργειῶν τοῦ Χριστοῦ οὐκ οἶμαι ὑμᾶς δεῖσθαι λόγων πολλῶν εἰς ἀπόδειξιν, τοὺς ταῖς θείαις ἐντεθραμμένους γραφαῖς. τὸ γὰρ πτύσαι, καὶ πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος ποιῆσαι, καὶ χρῖσαι τὰς κόρας τοῦ τυφλοῦ, ἀνθρωπίνη πάντως ἐστὶν ἐνέργεια. πτύειν γὰρ οὐκ ἂν εἴποιμεν τὴν θεότητα, εἴπερ οὐ μαινοίμεθα. τὸ δὲ τὸν πηλὸν εἰς ὄμμα καὶ φῶς μετασκευάσασθαι, πάντως τῇ θεότητι δώσομεν. καὶ μυρία ἄν τις εὕροι τοιαῦτα, τοῖς θείοις ἐπιμελῶς ἐγκύψας λογίοις. ἔσται δὲ σαφὲς τοῦτο καὶ διὰ παραδείγματος τῆς πεπυρακτωμένης μαχαίρας. τέμνει γὰρ αὕτη ἐν ταὐτῷ, D καὶ καίει. καὶ ἔστιν ἡ μὲν καῦσις προδήλως οὐ τοῦ σιδήρου, ἀλλὰ τοῦ πυρός. ἡ δὲ τομὴ οὐ τοῦ πυρός, ἀλλὰ τοῦ σιδήρου. καὶ ἄλλης καὶ ἄλλης φύσεως ἐνέργειαι, ἥτε τομὴ καὶ ἡ καῦσις. διὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μὴ μόνον τοῦ πυρὸς εἶναι λέγομεν τὴν καῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ σιδήρου. καίει γὰρ ὁ σίδηρος οὗτος, φαμέν. σκοπήσομεν δὲ καὶ οὕτω. ψυχῆς ἐστι τὸ ψυχοῦν καὶ ζωοποιεῖν τὸ ἑαυτῆς σῶμα· καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ χωρισμοῦ. χωριζομένης γὰρ ταύτης κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου ἀπὸ τοῦ οἰκείου σώματος, μένει τὸ σῶμα νεκρόν. ἐπεὶ οὖν ἡ θεότης αὐτοῦ οὐδέ ποτε οὔτε τοῦ σώματος, οὔτε τῆς ψυχῆς ἐχωρίσθη, πῶς τὴν ἐνέργειαν ταύτην τῆς ψυχῆς τὸ E ζωογονεῖν φημι, οὐκ εἶχεν ἡ θεότης αὐτοῦ; ἀλλ᾽ ἀχώριστος οὖσα τοῦ σώματος, καὶ καθ᾽ ὑπόστασιν ἡνωμένη αὐτῷ, οὐκ εἴα μένειν αὐτὸ νεκρόν. ψυχῆς γὰρ ἐνούσης τῷ σώματι, οὐδέποτε νεκρὸν ἐκεῖνο τυγχάνει ὄν, πνεῦμα γὰρ ζωτικὸν οὖσα ἡ ψυχή, ζωοποιεῖ τὸ σῶμα, ὥς που καὶ ὁ σοφὸς Σολομὼν περί τινων παρανόμων καὶ εἰδωλολατρῶν εἶπε. πηλοῦ ἀτιμότερος ὁ βίος αὐτῶν, ὅτι ἠγνόησαν τὸν πλάσαντα αὐτούς, καὶ τὸν ἐμπνεύσαντα αὐτοῖς ψυχὴν ἐνεργοῦσαν, καὶ ἐμφυσήσαντα αὐτοῖς πνεῦμα ζωτικόν. Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ὅστις τὸ οἰκεῖον κα-

ταπα-

πεποιθῆ συνειδός, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς περὶ πίστεως λόγοις, οὐκ ἔστιν ἄξιος καλεῖσθαι Χριστιανός. ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ ἐπὶ Θεῷ μάρτυρι, ὅτι τῆς αὐτῆς ὑμῖν πίστεως καὶ ἤμην καὶ εἰμί, ἐξότου ταῖς θείαις ἐνέκυψα βίβλοις, ἧς καὶ αὐτὸς εἶ, καὶ οἱ παρὰ σοῦ εἰς μέσον ἀχθέντες θεῖοι πατέρες. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. εἰ οὕτως ἐπίστευες καὶ πιστεύεις, ἕνεκεν τίνος λοιπὸν ἔγραψας ἐν τῇ ἐπιστολῇ σου, λεγόμεθα μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστόν; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἀποβλέπων εἰς τὸ τοῦ ἀνθρώπου παράδειγμα, ᾧ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐχρήσαντο, τοῦ ἐκ ψυχῆς συγκειμένου καὶ σώματος, καὶ μία φύσις λεγομένου μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὰς, ἐξ ὧν συνετέθη, φύσεις ἀσυγχύτους καὶ ἀτρέπτους φυλάττοντος, οὐκ ἐδόκουν, ὡς πολλάκις εἶπόν σοι, σφάλλεσθαι. ὑπελάμβανον δὲ καὶ τὸν μακάριον Κύριλλον, μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην λέγοντα, τοῦτο βούλεσθαι δηλοῦν. ἤκουον δὲ καὶ παρὰ πολλῶν, ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι δύο φύσεις κεχωρισμένας, ὡς ὁ Νεστόριος, δογματίζουσι. καὶ διὰ τοῦτο σφοδρῶς ἀντιμαχόμενοι τῆς μιᾶς φύσεως λέξεως, καὶ κατὰ τοῦ ΚΕΧΩΡΙΣΜΕΝΑΣ, τὸ, ΜΙΑΝ ἀντετιθέμεθα. κατὰ μέντοι γε τὸν νοῦν οὕτως ἐφρόνουν, καὶ οὕτω φρονῶ, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διετράνωσας, ἐκ τῶν θείων γραφῶν τὰς ἀποδείξεις ποιούμενος. νῦν οὖν εἰ ἔχεις ἄλλο κεφάλαιον, πρόσθες· καὶ περὶ ἐκείνου, εἰ δοκεῖ, ποιησόμεθα τὴν διάλεξιν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἀναγνωσόμεθα λοιπὸν καὶ πάλιν ἐκ τῆς σῆς ἐπιστολῆς. Ο ΚΑΘΟΛ. ἄγε.

Ὡς οὖν ἀνεγινώσκομεν, ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον· ἐσκήνωσεν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παρθένου ἐννέα μηνῶν χρόνον, καὶ πέντε ἡμερῶν. εἶπεν ὁ Θεωριανός. πόθεν ἔχεις τοῦτο, ὅτι ἐννέα μῆνας καὶ πέντε ἡμέρας ἐσκήνωσεν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παναγίου παρθένου; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐδεχόμεθα ἀπὸ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων, ὅτι τὰ πρωτότοκα παιδία παύουσιν ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν ἑαυτῶν μητέρων ἐπέκεινα τῶν μὴ πρωτοτόκων, πέντε ἡμέρας. καὶ τοῦτο πιστοῦνται ἀπὸ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος, λέγοντος περὶ ἑαυτοῦ δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ παγεὶς ἐν σώματι. τοῦτο βουλόμενος δηλοῦν, ὅτι οὐ μόνον ἐννέα μῆνας ἦν ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἑαυτοῦ μητρός, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ δεκάτου ἔλαβεν. ὡς πρωτότοκον οὖν ὁ Ἐμμανουὴλ, τὸν ἴσον αὐτοῖς χρόνον ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς πεποίηκεν. Ο ΘΕΩΡ. ὁ Σολομὼν κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἀριθμῶν τῶν Ἑβραίων, δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ εἶπε παγεὶς ἐν σώματι. καὶ γὰρ οἱ μῆνες τῶν Ἑβραίων μικρότεροί εἰσι τῶν ἡμετέρων μηνῶν. ἐκεῖνοι γὰρ τὴν σελήνην ἔχουσι μέτρον τῶν παρ' αὐτοῖς μηνῶν. τὴν γὰρ ἀρχὴν τῆς σελήνης ἔχουσιν ἀρχὴν τοῦ μηνός. καὶ τὸ τέλος πάλιν αὐτῆς, τέλος τοῦ μηνὸς αὐτῶν. οὐδέποτε δὲ Σελήνη ἔχει ἡμέρας λ΄. ἢ λα΄. ὡς ἔχουσιν οἱ μῆνες ἡμῶν. κατὰ γοῦν τὸν ἀριθμὸν τῶν μηνῶν τῶν Ἑβραίων εἶπεν ὁ Σολομών· δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ παγεὶς ἐν σώματι. ὁ δὲ τῆς οἰκουμένης φωστὴρ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν γένεσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ, πότε δεῖ τὴν τοῦ Σωτῆρος γένεσιν ἑορτάζειν, σαφῶς ἀποδείκνυσιν, οὗ ἡ ἀρχή· ἃ πάλαι πατριάρχαι μετὰ ὠδίνων, προφῆται δὲ προὔλεγον, δίκαιοι δὲ ἐπεθύμουν ἰδεῖν, ταῦτα ἐξέβη, καὶ τέλος ἔλαβε σήμερον. πρὸς τὸ μέσον

A dignus eſt adpellari Chriſtianus. Ego vero Deum teſtem adpellans fateor, me & ejuſdem vobiſcum fuiſſe fidei, & eſſe; ex quo libros ſacros inſpexi: cujus ſcilicet es ipſe fidei, & in medium abs te producti divi patres. THEORIANUS. Si ſic credebas, & nunc credis; quare ſcribebas in epiſtola tua: Dicimus unam in Chriſto naturam? GENERALIS. Equidem reſpiciens ad illud exemplum ab homine ſumptum, quo ſancti patres uſi ſunt; homine, inquam, ex anima corporeque compoſito, quique poſt unionem eſſe natura dicitur una, & naturas, ex quibus eſt compoſitus, inconfuſas & mutationis expertes retinet: minime mihi, ceu multoties tibi jam dixi, falli videbar. Præterea putabam, beatum illum Cyrillum, quum dicit unam naturam Sermonis incarna- B tam, hoc ipſum indicare velle. A pluribus audiebam denique, Romanos, exemplo Neſtorii, duas naturas ſeparatas ſtatuere. Quamobrem unius naturæ vocem vehementer propugnantes, pro SEPARATIS naturis, UNAM reponebamus. Interim mente ſic ſentiebam, & ſentio, quemadmodum ipſe nobis declaraſti per eas demonſtrationes, quas ex divinis litteris contexebas. Itaque ſi nunc aliud caput habes, adjicito: ut etiam de illo, ſi videbitur, colloquamur. THEORIANUS. Ergo rurſus ex epiſtola tua legere pergemus. GENERALIS. Age vero.

Quum igitur legeremus; ad eum locum ve- C nimus, ubi ſcriptum erat: Habitavit in utero virginis novem menſium & quinque dierum ſpatio. Dixit ergo THEORIANUS. Unde quæſo id habes, quod novem menſibus & quinque diebus habitaverit in caſtiſſimæ virginis utero? GENERALIS. Accepimus a doctoribus noſtris, primigenia quinque diebus in matrum ſuarum alvo diutius exiſtere, quam fœtus non primigenios. Atque huic opinioni fidem conciliant ex illo ſapiente Salomone, de ſe ipſo dicente: Decem menſium ſpatio defixus in corpore fui: quibus verbis hoc indicare vult, quod non modo novem menſibus in utero matris ſuæ fuerit, ſed etiam decimi partem aliquam ceperit. Noſter igitur Emma- D nuel, tamquam fœtus primigenius, par temporis ſpatium in utero matris exegit. THEORIANUS. Salomon Hebræorum more tempora metiens, decem menſium ſpatio ſe in corpore defixum fuiſſe dicit. Quippe menſes Hebræorum minores ſunt noſtris menſibus. Nam ſecundum lunam menſes ſuos dimetiuntur; adeoque lunæ principium, menſis principium faciunt; ac viciſſim lunæ finem, menſis ſui finem. Numquam vero luna dies xxx. vel xxxi, inſtar noſtrorum menſium habet. Itaque juxta numerum Hebræorum menſium Sa- E lomo dixit: Decem menſium ſpatio defixus in corpore. Ceterum lumen illud orbis, Joannes Chryſoſtomus, in oratione de nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, qua etiam clare demonſtrat, quando natalis Servatoris celebrandus ſit, cujus quidem orationis hoc eſt exordium: Quæ olim patriarchæ parturiebant, prædicebant vates, juſti videre deſiderabant; ea nunc evenerunt, hodieque conſummata ſunt: ſub hujus igitur orationis medium Chryſoſtomus ait: Quum Joannem Eliſabeta

ſextum

ANNO CHRISTI 1169.

ſextum jam menſem in utero gereret, Mariæ conceptio principium habuit. Hinc jam cognito conceptionis Mariæ principio, novemque menſibus a conceptione numeratis: quando peperit, ſciemus. Non menſes novem & dies quinque dicit, uti tua ſanctitas ſcripſit. GENERALIS. Nos orationem illam Chryſoſtomi non habemus. At enim hoc emendatu facillimum fuerit. Itaque miſſum id faciamus, & ſequentia videamus.

Ulterius ergo legentes epiſtolam, ad caput de feſtis pervenimus, in quo hæc erant verba: Quod nativitatis & baptiſmi feſtum uno eodemque die celebramus, id recte fieri multis teſtimoniis docemus. Primum omnes eccleſiæ ſic factitabant, inde uſque ab apoſtolis. Altera ratio, quod Evangeliſta Lucas id teſtatur quippe commemorat in feſto propitiationis, quod eſt menſis Tiſronis die x. hoc eſt XXVII. Septembris: quo Zacharias pontifex templum ingreſſus fuit, & ſuffitum fecit, & angelum adſpexit. Ad hæc THEORIANUS. Unde conſtat, ait, diem x. menſis Tiſronis, eſſe XXVII. Septembris? GENERALIS. Ex Hebraico. THEORIANUS. Queinam ex Hebraico? atqui menſes Hebræorum noſtris menſibus non reſpondent; nec ipſorum menſibus, noſtri. Quod ſane manifeſtum eſt ex paſchate. Propter illam enim cauſam aliquando Martio menſe, aliquando Aprili paſcha celebramus: quum illud Hebraicum paſcha non ſequamur. At illi numquam a primi apud eos menſis, videlicet Niſanis, die XIV. recedunt, quemadmodum lex Moſaica præcipit. Quo fit, ut qui primus apud eos Menſis eſt, nonnumquam in eum, qui apud nos Martius dicitur; nonnumquam in Aprilem incidat. Ideoque menſes ordine ceteri neceſſario ſequuntur eum qui apud ipſos primus eſt: ac ſeptimus ipſorum menſis, quo feſtum propitiationis apud eos celebratur, non ſemper in Septembrem noſtrum incipit; ſed eſt neceſſe, nonnumquam ut anticipet, nonnumquam accedat tardius. Undenam ergo certus es diem XXVII. Septembris, eſſe Tiſronis x? GENER. Sic a majoribus noſtris accepimus. THEOR. Quei accepiſtis? per ſcripturam? an citra ſcripturam? GENER. Citra ſcripturam. THEORIANUS. Ex iis quæ dicta ſunt de inæqualitate noſtrorum & Hebræorum menſium, manifeſtum eſt, non te ſcire certo, an dies x. Tiſronis ſit XXVII. Septemb. Quod quum ignores, nec Joannis conceptionem noſti: uti ſcilicet ejus menſe ſexto, reperire Domini conceptionem poſſis. GENERALIS. Equidem aliam certitudinem non habeo. Corrigetur tamen hoc quoque, Deo propitio, ſi quæ majoris momenti ſunt, emendata fuerint. Nam ego divi Chryſoſtomi orationem, qua docet, quando natalis Chriſti celebrandus ſit, (cujus ipſe ſupra mentionem feciſti) hactenus non vidi. Immo ne quidem audivi, aliquam Chryſoſtomi orationem ejus argumenti exſtare. Potius intellexeram, eſſe quamdam de hoc orationem ſancti Epiphanii, Cypri epiſcopi; quam ipſam quoque non vidi. Ajunt enim, divum Epiphanium, qui eſſet Hebræus natione, de litteris Hebræorum, & annalium ſcriptore Joſepho adfirmaſſe, natalem Servatoris die XXV. Decembris celebrandum. Cum eo conſentire dicunt & ea ſcripta quæ Titus Hieroſolymis Romam deportaverit, quum eam urbem ca-

ὢν τοῦ λόγου τούτου φησίν. ἓξ μῆνας ἐν γαστρὶ ἐχούσης τὸν Ἰωάννην τῆς Ἐλισάβετ, ἡ Μαρία ἤρξατο συλλαμβάνειν. εἶτα μαθόντες, πότε ἤρξατο ἡ Μαρία συλλαμβάνειν, εἰσόμεθα καὶ πότε ἔτεκεν, ἐννέα μῆνας ἀριθμήσαντες ἐκ τῆς συλλήψεως. οὐχὶ ἐννέα μῆνας, καὶ πέντε ἡμέρας, ὡς ἡ ἁγιωσύνη σου ἔγραψεν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἡμεῖς τὸν λόγον τοῦτον τοῦ Χρυσοστόμου οὐκ ἔχομεν. πλὴν τοῦτο ῥᾷστον διορθωθῆναι. ἐάσωμεν οὖν, εἰ δοκεῖ, τοῦτο καὶ ἴδωμεν τὰ ἑξῆς.

Ἀναγινώσκοντες οὖν τὸ ἑξῆς τῆς ἐπιστολῆς, ἤλθομεν εἰς τὸ περὶ ἑορτῶν κεφάλαιον, ἐν ᾧ ἔλεγε. πλὴν διὰ τὸ τὴν γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα ἐφάπαξ ἑορτάσαι, πολλὰς ἔχομεν μαρτυρίας. πρῶτον μὲν πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι οὕτως ἑόρταζον, ἀρξάμεναι ἀπὸ τῶν ἀποστόλων. δεύτερον δὲ λόγον, ὅτι ὁ Εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς τοῦτο μαρτυρεῖ. διηγεῖται γὰρ ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἱλασμοῦ, ἥ τις ἐστὶ τῷ μηνὶ Τισρὸν τῇ δεκάτῃ, ἥτις ἐστὶ Σεπτεμβρίου κζ'. ἐν ᾗ εἰσῆλθεν ὁ ἀρχιερεὺς Ζαχαρίας ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἐθυμίασε, καὶ εἶδε τὴν ὅρασιν τοῦ ἀγγέλου. εἶπεν Ο ΘΕΩΡ. πόθεν δῆλον, ὅτι ἡ δεκάτη τοῦ Τισρὸν ἐστὶν ἡ κζ'. τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός; Ο ΚΑΘΟΛ. ἐκ τοῦ Ἑβραϊκοῦ. Ο ΘΕΩΡ. πῶς ἐκ τοῦ Ἑβραϊκοῦ; καὶ μὴν οἱ τῶν Ἑβραίων μῆνες οὐκ ἀκολουθοῦσι τοῖς ἡμετέροις μησίν, οὔτε μὴν οἱ ἡμέτεροι τοῖς ἐκείνων, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ πάσχα. διὰ γὰρ τοῦτο, ποτὲ μὲν μηνὶ Μαρτίῳ, ποτὲ δὲ μηνὶ Ἀπριλλίῳ τὸ πάσχα ἑορτάζομεν, ἐπειδὴ οὐ τῷ Ἑβραϊκῷ ἀκολουθοῦμεν πάσχα. ἐκεῖνοι δὲ οὐδέ ποτε τοῦ παρ' αὐτοῖς πρώτου μηνὸς, ἤτοι τοῦ Νισὰν, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐξίστανται, καθὼς ἡ τοῦ Μωσέως νομοθεσία παρακελεύεται. ὥστε ὁ παρ' αὐτοῖς πρῶτος μὴν, ποτὲ ἦν ἐν τῷ παρ' ἡμῖν Μαρτίῳ λεγομένῳ μηνὶ, ποτὲ δὲ ἐν τῷ Ἀπριλλίῳ ἐμπίπτει. καὶ λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης οἱ καθεξῆς μῆνες τῷ πρώτῳ αὐτῶν ἀκολουθοῦσι. καὶ ὁ ζ. μὴν αὐτῶν, καθ' ὃν ἡ ἑορτὴ τοῦ ἱλασμοῦ παρ' αὐτοῖς τελεῖται, οὐκ ἐμπίπτει ἀεὶ τῷ παρ' ἡμῖν Σεπτεμβρίῳ, ἀλλ' ἀνάγκη ποτὲ μὲν προλαμβάνειν αὐτὸν, ποτὲ δὲ ὑστερίζειν. πόθεν οὖν ἔχεις βεβαίως, ὅτι ἡ κζ'. Σεπτεμβρίου, δεκάτη ἐστὶ τοῦ Τισρόν; Ο ΚΑΘΟΛ. οὕτω παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν. Ο ΘΕΩΡ. πῶς παρελάβετε; ἐγγράφως, ἢ ἀγράφως; Ο ΚΑΘΟΛ. ἀγράφως. Ο ΘΕΩΡ. ἐκ τῶν ῥηθέντων περὶ τῆς ἀνισότητος τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις μηνῶν, δῆλόν ἐστιν, ὅτι οὐκ οἶδας βεβαίως, εἰ ἔστιν ἡ δεκάτη τοῦ Τισρὸν, κζ'. τοῦ Σεπτεμβρίου, καὶ εἰ τοῦτο ἀγνοεῖς, οὐδὲ τὴν σύλληψιν Ἰωάννου οἶδας, ἵνα κατὰ τὸν ς'. μῆνα ταύτης τὴν σύλληψιν εὑρήσῃς τοῦ Κυρίου. Ο ΚΑΘΟΛ. ἄλλην ἀσφάλειαν οὐκ ἔχω. πλὴν ἡ διόρθωσις τούτου γενήσεται, σὺν Θεῷ, εἴγε διορθωθείη τὰ κυριώτερα. ἐγὼ γὰρ τὸν λόγον τοῦ θείου Χρυσοστόμου, τὸν, πότε δεῖ τὴν ἑορτὴν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ἑορτάζειν, διαγορεύοντα· (οὗ μνείαν αὐτὸς ἀνωτέρω πεποίηκας) μέχρι τοῦ νῦν οὐχ ἑώρακα, ἀλλ' οὐδὲ ἤκουσα, ὅτι ἐστὶ λόγος τοῦ Χρυσοστόμου περὶ τούτου. μᾶλλον δὲ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου τῆς Κύπρου ἤκουον εἶναι λόγον περὶ τούτου· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνον εἶδον. λέγουσι γὰρ, ὅτι ὁ θεῖος Ἐπιφάνιος, ἅτε ἐξ Ἑβραίων ὢν, ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων γραφῆς καὶ Ἰωσήπου τοῦ χρονογράφου ἐβε-

βαίω-

ANNO CHRISTI 1169.

☞ σαίωσι, Δεκεμβρίῳ κέ. τὴν Γέννησιν ἑορτάζεσθαι τοῦ Σωτῆρος. τούτῳ φασὶ συμφωνεῖν καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ Τίτου ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ῥώμην ἀχθείσας γραφὰς, ὅτε ταύτην αὐτὰς ᾐχμαλώτευσεν. ἀλλ' οὐ πολὺς ἐμοὶ λόγος περὶ τῶν ἑορτῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῆς ἐκκλησίας ἐθῶν, εἰ μόνον περὶ τὴν πίστιν ὁμοφρονήσομεν. Ο ΘΕΩΡ. τί δὲ περὶ τῆς τοῦ Τρισαγίου ὕμνου προσθήκης; ἐάσομεν αὐτὴν ἀνεξέλεγκτον; ἐπειδὴ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου ἐμφέρεται, ὅπως τοῦτον τότε οἱ θεοφόροι πατέρες τὸν ὕμνον ἐξύμνησαν, τῇ ἐκείνων ὑμνολογίᾳ ἀρκούμενοι; ἢ δεῖ καὶ περὶ ταύτης ἐπισκέψεως εἰπεῖν, καὶ δεῖξαι ὅτι ἡ τοῦ Κναφέως προσθήκη τῇ ἐκκλησίᾳ βδελυκτή ἐστι καὶ ἀπόβλητος; Ο ΚΑΘΟΛ. εὖ πεποίηκας ἀναμνήσας ἡμᾶς περὶ τοῦ Τρισαγίου. εὑρίσκεις γὰρ χρήσεις τῶν μεγάλων διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας, μόνῳ δοκούσας προσάπτειν τῷ υἱῷ τὸν Τρισάγιον ὕμνον. καὶ πολλάκις ταύτας σκοπήσας καθ' ἐμαυτὸν, ἐν ἀμηχανίᾳ κατέστην πολλῇ. καί μοι δοκεῖ ἐκ τούτων ὁρμωμένους τῶν χρήσεων τοὺς τὴν προσθήκην ταύτην πεποιηκότας πεποιηκέναι. καὶ διδάξαι ἡμᾶς, ὅταν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τὸν θεῖον ᾄδομεν ὕμνον, μηδεμίαν προσθήκην ποιεῖν. ὅταν δὲ ἐπὶ μόνου λέγωμεν τοῦτον τοῦ υἱοῦ, προστιθέναι ποτὲ μὲν τὸ, Ο σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. ποτὲ δὲ αὖ τὸ, Ἀναστάς. ἢ τὸ, ἀναληφθείς· πρὸς τὸν καιρὸν τοῦ μυστηρίου ἁρμοδίως καὶ τὴν προσθήκην ποιούμενοι. τὸ, Θεός. καὶ τὸ, ἰσχυρός· καὶ τὸ, ἀθάνατος ἐπὶ μόνου τοῦ δι' ἡμᾶς σταυρωθέντος, καὶ ἀναστάντος, καὶ ἀναληφθέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐκλαμβάνοντες. Ο ΘΕΩΡ. λοιπὸν, ὅταν μετὰ τῆς προσθήκης τοῦτον λέγητε τὸν ὕμνον, τρισάγιον καλεῖτε τὸν υἱόν; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ναί. καὶ γὰρ οὐ μόνον Τρισάγιον, ἀλλὰ καὶ μυριάγιον ἐὰν καλῶμεν αὐτὸν, καλῶς ποιοῦμεν. καθὼς ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως καὶ Τριάδος λόγῳ φησίν. οὐ τρὶς μόνον ἅγιος ἀλλ' ἀορίστως καὶ ἀπειράκις ἅγιος. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. τὸν δὲ πατέρα, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ λέγετε τρισάγιον; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. οὔ. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. καὶ πόθεν ἡ ἀποκλήρωσις, τὸ τῷ υἱῷ μόνον προσαρμόζειν τὸν θεῖον τοῦτον ὕμνον, ἢ τῇ ὅλῃ Τριάδι, τῷ πατρὶ δὲ μόνῳ, ἢ τῷ ἁγίῳ πνεύματι μόνῳ οὔ; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐκ τῶν ἁγίων ἐδιδάχθημεν τοῦτο. εὐθὺς ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ ἄνω μνημονευθέντι περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ Τριάδος λόγῳ, τοιάδε φησίν. εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὔτε κάλλος. ἦν γὰρ αὐτὸν πρὸ τούτου θεωρήσας ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἐνδόξῳ μορφῇ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, ὅτε τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν, λέγοντα. ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ. καὶ μετὰ ταῦτα ὁρᾷ αὐτὸν μορφὴν δούλου λαβόντα, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον. ὁρᾷς, πῶς μόνῳ τῷ υἱῷ δοκεῖ προσάπτειν τὸν Τρισάγιον ὕμνον ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ; ὅτε φησὶ, τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν, λέγοντα ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος Σαβαώθ. καὶ μετὰ ταῦτα ὁρᾷ αὐτὸν μορφὴν δούλου λαβόντα, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον. ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ εἰς τὴν ἁγίαν θεοτόκον λόγῳ τὰ ὅμοια φάσκων, φησὶν, ἡ μακαρία ἐν γυναιξὶν, ἡ τὸν λόγον ἐκ σοῦ σαρκωθέντα τεκοῦσα, λόγον

A peret. Verum non magnopere ſollicitus equidem fuero de feſtis, aliiſque conſuetudinibus eccleſiæ, modo ſententiis de fide conveniamus. THEOR. Quid autem de illius hymni, quem Triſhagium dicimus (quod ter in eo Sancti nomen repetatur) adpendice? Num illam inexaminatam relinquemus? ut, quoniam in actis ſanctæ ac univerſalis quartæ ſynodi traditur, qua forma id temporis eum iſti divini patres pronuntiaverint, nos eorum in illo hymno pronuntiando forma contenti ſimus? an & heic argumenta promenda, probandumque, * Fullonis iſtius adpendicem ab eccleſia pro abominabili & rejicula duci? GENERALIS. Tu vero recte, qui de Triſhagio nos admonueris. B Quippe magnorum eccleſiæ doctorum auctoritates inveniuntur, quæ ſoli filio hymnum illum Triſhagii adtribuere videntur, ac ſæpe mecum illas equidem conſiderans, admodum anxius hæſi: adeoque arbitror, ejus adpendicis auctores, illis permotos auctoritatibus, eam feciſſe, noſque docuiſſe, quoties de ſancta Trinitate divinum illum hymnum canimus, nullam faciundam adpendicem: at quoties eum de filio dumtaxat pronuntiamus, interdum quidem addendum: Qui crucifixus es propter nos, interdum vero: Qui reſuſcitatus es: vel illud: Qui adſumptus es ſurſum: nimirum ut pro tempore myſterii, apta quoque ſubjiciatur adpendix: & illam vocem; Deus; & alteram, C Fortis; & tertiam, immortalis: de ſolo propter nos crucifixo, deque ex mortuis ſuſcitato, & ſurſum adſumto Chriſto Deo noſtro intelligamus. THEORIANUS. Sequitur ergo, ut quum pronuntiatis hunc hymnum cum adpendice, filium ter ſanctum adpelletis. GENERALIS. Vero. Nam recte facimus, cum non modo terſanctum, ſed millies ſanctum adpellantes: quemadmodum magnus ille Athanaſius in oratione de carnis adſumptione Trinitateque loquitur: Non ter modo ſanctus, inquiens, ſed infinite ſanctus, & omnem ſupra ſanctitatem poſitus. THEORIANUS. Patrem vero, ſanctumve ſpiritum, terſanctos non dicitis? GENERALIS. Non. THEORIANUS. D Et unde profecta eſt iſthæc diſtributio, ut vel ſoli filio hymnus hic tribuatur, vel toti Trinitati: non autem vel patri ſoli, vel ſoli ſpiritui ſancto? GENERALIS. Sic a ſanctis hominibus edocti ſumus. Nec longe abiverimus. Magnus ille Athanaſius in oratione de carnis adſumptione ac Trinitate, cujus ſupra mentio facta eſt, hujuſmodi profert: Vidimus eum, nec ſpeciem, nec pulchritudinem habebat. Nam antea viderat eum in divina glorioſaque forma, ſedentem in alto ſublimique ſolio: quum Seraphi majeſtatem ejus verbis hiſce concelebrabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus E Dominus Sabbaoth. Poſtea vero videt eum adſumpta ſervi forma, ſimilem hominibus factum. Videſne divinum hunc virum ſoli filio videri terſanctum hymnum adtribuere? Quum inquit, Seraphi majeſtatem ejus verbis hiſce concelebrabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth. Poſtea vero videt eum adſumpta ſervi forma, ſimilem hominibus factum. Quin & S. Epiphanius in oratione de ſancta Deipara, ſimilia dicens: Beata, inquit, inter mulieres, quæ Sermonem ex te incarnatum peporiſti; Sermonem illum, qui patris eſt filius, Ser-

ANNO CHRISTI 1169.

* Cognomen Antiochen. Ep.

ANNO CHRISTI 1169.

Sermonem, qui Deus eſt ſæculis prior; Sermonem, A qui expers eſt principii, & æternus; Sermonem, qui ejuſdem eſt ſubſtantiæ cum inſeparabili Trinitate; Sermonem, qui cum patre ac ſpiritu ſancto adoratur; Sermonem, qui conſors eſt ſolii paterni; Sermonem qui Cherubis inſidet; Sermonem, quem illæ quadriformes beſtiæ verbis hiſce concelebrant; Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth. Plenum eſt cœlum & terra majeſtate ipſius. Viden' ut & ille ſoli filio terſanctum hymnum adtribuere videatur? ait enim? Quem illæ quadriformes beſtiæ verbis hiſce concelebrant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Quin & divus ille Chryſoſtomus in oratione de benedicto, cujus initium, De miraculis in miracula: verbis his eadem dicit: B Hodie rex majeſtatis in terra ſic concelebratur, uti vates deſcripſit, & lætitiæ cœleſtis participes terrigenas facit: ut oſtendat amborum ſe Dominum, qui utrimque conſona voce concelebretur. Propterea ſuperi quidem illi ſalutem iſtam in terris indicantes canebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth, plena eſt univerſa terra majeſtate ipſius: inferi vero cum lætitia cœleſti celebrationem ſuam conjungentes, clamabant: Hoſanna filio Davidis. Vides hæc tria magna eccleſiæ lumina videri filio ſoli terſanctum illum hymnum adtribuere? THEORIANUS. Bene dictum abs te, videri. Non enim adtribuunt, ſed adtribuere videntur: videntur autem, ſed quibus C obſecro? qui penetrare ad profunditatem ſententiæ magnorum iſtorum divinorum hominum nequeunt. Quum Seraphi majeſtatem ejus concelebrabant, inquit eximius ille Athanaſius: ſed non ait Solum concelebrabant, abſque patre ac ſpiritu ſancto. Quippe ſi totam Trinitatem concelebrabant, neceſſario ſcilicet concelebrabant & filium. Quapropter recte dixit Athanaſius, Quum Seraphi eum concelebrabant. Sic & ſanctum Epiphanium & divum illum Chryſoſtomum, & ceteros ſanctos homines, quoſcumque talia ſcribentes repereris, intelliges. Fuerit autem res tota perſpicua per exemplum, hoc modo: Mulier quædam, non D regio prognata genere, immo, ne illuſtri quidem admodum, filiam venuſtiſſimam habuit; forma, pudicitia, prudentia mulieres ejus temporis univerſas ſuperantem. Eam videns imperator omnibus præditam fœmineis virtutibus, ac ſinceris quidem, minimeque fucatis; uxorem ſibi accepit, & imperatoria, pro more, corona redimiit. Adpetente vero tempore, quo urbs univerſa fauſtis vocibus Auguſtis acclamare conſuevit; quidam matri Auguſtæ, Veni, ait, ut filiam tuam ab urbe tota fauſtis excipi acclamationibus audias. Tum GENERALIS interrupto Theoriani ſermone: Intelligo, inquit, quid dicere velis. Quando illhæc acclamatio fauſta communis eſt Auguſto E cum Auguſta: recte quis dicere poteſt, quod qui filium, patrem quoque concelebrent, & ſpiritum ſanctum. Hæc enim omnia tam ſimul quam ſeorſum enuntiata, vera ſunt: modo ſolius vox non adjiciatur. THEORIANUS. Liberaſti nos moleſtia, ſanctiſſime domine. Nimirum ſequitur, Seraphes non filio dumtaxat hymnum illum terſanctum ceciniſſe, ſed univerſæ Trinitati: propterea non addendum eſt illud: Qui crucifixus eſt: nec alia quæpiam adpendix. Quamquam & aliunde probari poteſt, magnum illum Epiphanium non de ſolo filio terſanctum hymnum intellexiſſe; idque de

A τὸν τοῦ πατρὸς υἱὸν, λόγον τὸν προαιώνιον Θεὸν, λόγον τὸν ἄναρχον καὶ ἀΐδιον, λόγον τὸν ὁμοούσιον τῆς ἀχωρίστου τριάδος, λόγον τὸν σὺν πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι προσκυνούμενον, λόγον τὸν σύνθρονον τοῦ πατρὸς, λόγον τὸν ἐπὶ Χερουβὶμ καθήμενον, λόγον ὃν τὰ τετράμορφα ζῶα δοξολογοῦσι, λέγοντα· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Ὁρᾷς, ὅπως καὶ οὗτος δοκεῖ μόνῳ τῷ υἱῷ τὸν τρισάγιον ὕμνον προσαρμόζειν; λέγων, ὃν τὰ τετράμορφα ζῶα δοξολογοῦσι, λέγοντα, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος εἰς τὸν εὐλογημένον, οὗ ἡ ἀρχή. ἐκ θαυμάτων B εἰς θαύματα· τὰ αὐτά φησι· σήμερον, λέγων, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ἐπὶ γῆς προφητικῶς δοξάζεται, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἐπουρανίου εὐωχίας τοὺς γηγενεῖς ἀναδείκνυσιν, ἵνα δείξῃ, ὅτι αὐτός ἐστι κύριος ἀμφοτέρων, ὡς ἑκατέρωθεν συμφώνως ἀνυμνούμενος. διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄνω τὴν ἐπὶ γῆν σωτηρίαν καταμηνύοντες ἔψαλλον, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. οἱ δὲ κάτω τῇ ἐπουρανίῳ εὐφροσύνῃ συμπανηγυρίζοντες, ἔκραζον, Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ. ὁρᾷς, ὅτι καὶ οἱ τρεῖς οὗτοι μεγάλοι τῆς ἐκκλησίας φωστῆρες, τῷ υἱῷ μόνῳ δοκοῦσι προσάπτειν τὸν τρισάγιον ὕμνον; Ο ΘΕΩΡ. ὀρθῶς εἴρηκας, ὅτι C δοκοῦσιν· οὐ γὰρ προσάπτουσιν, ἀλλὰ δοκοῦσι προσάπτειν. δοκοῦσι δὲ, τίσι; τοῖς μὴ εἰς τὸ βάθος εἰσδύναι δυναμένοις τοῦ νοὸς τῶν μεγάλων τούτων καὶ θείων ἀνδρῶν. ὅτε τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν, φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος. ἀλλ' οὐκ εἶπε, μόνον ἐδοξολόγουν χωρὶς τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰ γὰρ τὴν ὅλην ἐδοξολόγουν τριάδα, ἐξ ἀνάγκης δηλονότι καὶ τὸν υἱὸν ἐδοξολόγουν. καλῶς οὖν εἶπεν ὁ πατὴρ, ὅτε τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτόν. οὕτω νοήσεις καὶ τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον, καὶ τὸν θεῖον Χρυσόστομον, καὶ ἄλλους τῶν ἁγίων, ὅσους ἂν εὕρῃς τοιαῦτα γράφοντας. D σαφὲς δὲ ἂν εἴη, ὃ λέγει, καὶ ἐπὶ παραδείγματι, τοῦτον τὸν τρόπον. γυνή τις, οὐ τῶν ἐκ γένους καταγομένων βασιλικοῦ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄγαν ἐπιφανῶν, ἔσχε θυγατέρα ὡραιοτάτην, κάλλει, καὶ σωφροσύνῃ, καὶ φρονήσει πάσας τὰς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γυναῖκας ὑπερνικῶσαν. ταύτην βασιλεὺς ἰδὼν πάσας ἔχουσαν τὰς τῶν γυναικῶν ἀρετὰς ἀκιβδήλους καὶ καθαρὰς, ἔλαβεν αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα, καὶ στέφει βασιλικῷ, ὡς εἰκὸς, ἐταινίωσεν. ἐνστάντος δὲ τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν πᾶσα ἡ πόλις τὸν εὐφημισμὸν ἀναπέμπει τοῖς βασιλεῦσιν, εἶπέ τις τῇ μητρὶ τῆς βασιλίσσης, ἐλθὲ, ἵνα ἀκούσῃς ὑπὸ πάσης εὐφημουμένην τῆς πόλεως θυ- E γατέρα. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ ἁρπάσας τὸν λόγον, εἶπεν ἔγνων, ὃ βούλει εἰπεῖν. ἐπεὶ ὁ εὐφημισμὸς κοινός ἐστι τοῦ βασιλέως καὶ τῆς βασιλίσσης, καλῶς δύναταί τις εἰπεῖν, ὅτι τὸν πατέρα δοξολογοῦσιν, οἳ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ταῦτα γὰρ πάντα καὶ ἅμα, καὶ χωρὶς ἐκφωνούμενα ἀληθεύει, ἄνευ τῆς τοῦ μόνου προσθήκης λεγόμενα. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. ἀπήλλαξας πραγμάτων ἡμᾶς, ἁγιώτατε δέσποτα. οὐκ ἄρα μόνον τῷ υἱῷ ᾖδε τὰ Σεραφὶμ τὸν τρισάγιον ὕμνον, ἀλλὰ τῇ ὅλῃ τριάδι. καὶ διὰ τοῦτο οὐ δεῖ προσθεῖναι τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς, ἢ ἄλλην τινὰ προσθήκην. ἔστι δὲ καὶ ἄλλως

ANNO CHRISTI 1169.

λως ἀποδεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐπὶ μόνου τοῦ υἱοῦ τὸν τρι- σάγιον ὕμνον ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἐξελάβετο, ἐξ αὐτῆς τῆς προτεθείσης αὐτοῦ χρήσεως. φησὶ γάρ· λόγον τὸν σύνθρονον τοῦ πατρὸς, λόγον τὸν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθήμενον. οὐκ ἐσήμανε μόνον τὸν υἱὸν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθῆσθαι, ἄνευ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος. σύνθρονον γὰρ τοῦ πατρὸς προεῖ- πεν αὐτόν. οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς δοξολογίας δεῖ νοεῖν. κοινὸν τὸ καθῆσθαι, κοινὴ ἡ δοξολογία. συμβάλ- λεται δὲ ἡμῖν οὐ μικρῶς πρὸς τὸν προκείμενον νοῦν, καὶ ὃ πρὸς τῷ τέλει τῶν πράξεων ὁ εὐαγ- γελιστὴς ἀναγράφει Λουκᾶς. φησὶ γὰρ, εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἕν· ὅτι καλῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅ- γιον ἐλάλησε διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, λέγων· πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπὸν, ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆ- τε. καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. καὶ τὰ ἑξῆς. τί οὖν; μόνον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴπω- μεν καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ ὑψηλοῦ καὶ ἐ- πηρμένου, τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ διακελευόμενον· πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν. καὶ τὰ ἑξῆς; ἐπειδὴ ὁ θεῖος Παῦλος τοῦ ἁγίου πνεύματος μέμνηται μό- νου; ἢ καὶ τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν; Ο ΚΑΘΟΛ. λέλυται τοῦτο, καὶ πλεῖον περὶ τούτου οὐ χρὴ λέ- γειν. Ο ΘΕΩΡ. ἴδωμεν λοιπὸν, τί ἔγραψας ἐν τῇ ἐπιστολῇ σου περὶ τοῦ μύρου. Ο ΚΑΘΟΛ. εὖ λέγεις. γενέσθω.

A

Verbis dicti ejus antea poſitis. Ait enim: Sermonem, qui conſors eſt ſolii paterni; Sermonem qui Cherubis inſidet. Certe non hoc vult, ſolum filium Cherubis inſidere, ſine patre ac ſpiritu ſancto. Nam antea ſolii paterni conſortem dixit. Idem de concelebratione majeſtatis intelligendum. Communis eſt ſeſſio, communis celebratio. Nec parum nobis ad hunc ſenſum & illud confert, quod in actis Evangeliſta Lucas in extremo ſcribit. Ait enim, Paulum hoc verbum protuliſſe: Recte ſpiritus ſanctus per Eſaiam vatem loquutus eſt, ad patres noſtros hiſce verbis: Vade ad populum hunc, & dicito: Auribus audietis, & non intelligetis: videntes videbitis, & non perſpicie-

B

tis: & cet. Quid ergo? ſolumne ſpiritum ſanctum dicemus in alto, ſublimique ſolio conſidentem, Eſaiæ vati præcipere: Vade ad populum hunc, & cætera, quoniam divus Paulus ſancti dumtaxat ſpiritus meminit? an patrem quoque, cum filio? GENERALIS. Hoc jam ſolutum eſt, nec quidquam dicendum amplius. THEORIANUS. Deinceps videamus, quid in epiſtola tua de unguento perſcripſeris. GENERALIS. Recte dicis: fiat.

C

Καὶ ἀναγνόντες τὸ περὶ τοῦ μύρου κεφάλαιον εὕ- ρομεν οὕτως. πάλιν διηγόρευσεν ἡ γραφὴ ἀπὸ τῶν ἐλαιῶν τῶν λαχάνων, ὅπερ σήσαμον ὀνομάζουσι, γίνεσθαι τὸ μύρον ἡμῶν, καὶ οὐχὶ ἀπὸ δένδρων ἐ- λαιῶν. καὶ τοῦτο ἐν ἀληθείᾳ ἐστίν. ἔστι δὲ ἡ αἰτία τοιαύτη, ὅτι εἰς τὴν χώραν τῶν Ἀρμενίων οὐκ εἰ- σὶν ἐλαιῶνες, διὰ τὸ ψυχρὸν τῆς χώρας τοῦ ἀέρος. καὶ ἀνάγκη προκεῖται, τὸ ἔλαιον ἐκεῖνο, ὅπερ εὑρί- σκεται εἰς τὴν χώραν, εἰς χρῆσιν τοῦ μύρου λαμ- βάνειν, καὶ οὐ συνεῖδον σφάλμα πνευματικὸν ἐν τούτῳ. Ο ΘΕΩΡ. θαυμάζω δέσποτα, πῶς τοῦτο γέγραφας πρὸς βασιλέα. ὁρῶ γὰρ πλείστους ἐλαι- ῶνας ὧδε, καὶ ἔλαιον ἱκανόν. Ο ΚΑΘΟΛ. ἀλλ᾽ εἰς τὴν ἐνδοτάτην ἀνατολὴν ἐγένετο ἡ ἀρχὴ τῆς κατασκευῆς τοῦ μύρου, ὅπου ἐλαιῶνες οὐκ εἰσί. κἀ- κεῖθεν παραλαβόντες ἡμεῖς φυλάττομεν ὃ παρε- λάβομεν μέχρι τοῦ νῦν.

Itaque caput de unguento legentes, hæc ſcripta reperimus. Rurſum præcepit ipſa ſcriptura, ut ex iis oleis olerum, quæ Seſamum vocant, unguentum noſtrum conficiatur, non ex olivarum arboribus. Atque hoc reapſe verum eſt. Cauſa rei eſt hæc, quod in Armeniorum regione non ſunt oliveta propter aeris in ea regione frigus. Itaque neceſſitas ipſa flagitat, ut oleum illud, quod in ipſa regione reperitur, ad uſum unguenti adhibeatur. Qua in re nullum ego ſpirituale delictum video. THEORIANUS. Miror domine, cur ad imperatorem hoc perſcripſeris. Nam plurima heic

D

oliveta video, & quidem olei ſatis. GENERALIS. Verum iſta unguenti confectio principium habuit ad orientis plagam intimam, ubi nulla ſunt oliveta: indeque nos acceptam ſervamus hactenus.

Εἶτα ἀναγνόντες τὸ ἑξῆς τοῦ κεφαλαίου τούτου, εὕ- ρομεν οὕτως. ὥσπερ γὰρ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ὁ οἶνος ἐστὶν ὕλη. καὶ οἵας ἐστὶ χροιᾶς, ἀποδεκτέος ἐ- στὶ, κἂν λευκός. ἐπειδὴ ἡ λειτουργία ἁγιάζει αὐτὸν, καὶ γίνεται αἷμα Χριστοῦ. Ο ΘΕΩΡ. τὸ παράδειγ- μά σου οὐκ ἔστι προσφυές. οὐ γὰρ περὶ χρωμάτων ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὑποκειμένου, ἤτοι τῆς ὕλης. οἶδας γὰρ, ὅτι ἐκ διαφόρων δένδρων γί- νεται οἶνος. γίνεται γὰρ ἐκ μήλων, καὶ κερασίων, καὶ ἄλλων φυτῶν, καὶ δὴ βοτάνων. ἀλλὰ οὐ προσάγε- ται εἰς θυσίαν, ἀλλ᾽ ἢ μόνον ὁ ἐκ τῆς ἀμπέλου. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἐλαίου. γίνεται γὰρ ἔλαιον ἐκ τε δά- φνης, καὶ σχίνου, καὶ ἄλλων πολλῶν· ἀλλὰ τὸ τῆς ἐ- λαίας προκρίθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων. καὶ ἔξ- εστι τοῦτο μαθεῖν τῷ βουλομένῳ παντὶ, ἀπό τε τοῦ ἁ- γίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου, καὶ ἄλλων ἁγίων οὐκ ὀλίγων. οὐ χεῖρον δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος κα- τασκευάσαι, ὅτι τὸ ἔλαιον ἁπλῶς λεγόμενον, τὸ ἐξ ἐλαίας δηλοῖ. ἡνίκα δὲ δαφνέλαιον, ἢ σχινέ-

E

Deinde capitis ejuſdem parte proxima perlecta, ſic ſcriptum invenimus: Sicut vinum ſanguinis Chriſti materies eſt, & cujuſcumque ſit coloris, recipi debet: ſive nigrum, ſive rubrum, ſive album vinum fuerit: quoniam per myſterium ſanctificatur, & Chriſti fit ſanguis. THEORIANUS. Exemplum hoc tuum parum ad ipſam rem quadrat. Non enim de coloribus nobis eſt quæſtio; ſed de ſubjecto, ſive materie. Noſti enim, diverſis ex arboribus Vinum fieri. Nam ex pomis, & ceraſis, & aliis fructibus, & herbis quoque conficitur: ſed ad hoc ſacrificium non adhibetur, niſi dumtaxat, ex vite factum. Sic & de oleo: fit ex lauro, junco odorato, & aliis multis oleum, ſed a ſanctis patribus oleum olivæ ceteris eſt prælatum. Atque hoc cuilibet cognoſcere licet, tam ex ſancto illo Dionyſio Areopagita, quam aliis ſanctis hominibus non paucis. Nec minoris eſt momenti argumentum, quod ex ipſo nomine contexitur. Quippe ſi ſimpliciter oleum dicatur, ex oliva factum intelligitur: at quum lauri-

ANNO CHRISTI 1169.

rinum, vel junceum, vel ſeſaminum & hujuſmodi alia..... Quemadmodum enim, ſi navim, dicam, facta de lignis, clavis, & pice navis intelligitur, qua navigamus, non navis lapidea; ſed ſi navim lapideam ſignificare velimus, lapideam adjicimus; abſque qua adpendice numquam ex ſola navis appellatione, lignea navis intelligetur: eodem modo ſtatuendum de oleo, & oleo ſeſamino. Quapropter oleum abſque adpendice dicentes, ex oliva factum ſignificant. GENERALIS. Hoc quoque correctu facillimum fuerit.

His ita dictis, ſacerdotes ejus pſallere cœperunt hymni veſpertini ſeriem extra eccleſiam, de more ipſorum: Et THEORIANUS. Cur extra eccleſiam ſacerdotes tui ſtant, ait, quum pſallunt? GENERALIS. Scriptum eſt: In omni loco dominii ejus. THEORIANUS. Similiter ſcriptum eſt: En celebrate Dominum omnes ſervi Domini, ſtantes in domo Domini. Et rurſus: In eccleſiis Deum celebrate. Et alia ſunt infinita ejuſmodi. Sed interrogo, unde hoc accepiſtis? GENERALIS. Doctores noſtri, qui ſeriem & ordinem rerum eccleſiaſticarum nobis tradiderunt, ſolam divinam adminiſtrationem * intra ſacrum templum perficiendam ſtatuerunt, ingrediente ſolo Pontifice, reliquo populo foris ſtante: cetera fieri extra templum debere, nec id citra rationem, ordinarunt. Nam valde veteribus nova præſtant, ut umbræ veritas. Quippe mactatur intus Dei filius pro totius mundi ſalute, majoremque reverentiam exhibere nos templo noſtro, quam illi apud Hebræos, par eſt. Etenim illi, ſi puri eſſent, in id ſanctum ingrediebantur, quod mundi vocabant: non tamen in tabernaculum, quod ſanctum ſanctorum dicebatur, & umbra ſacri apud nos templi erat. Nos vero toti coinquinati ſordibus, quo pacto ſanctiſſimum Dei templum ingrediamur? Quod quum doctores noſtri non ignorarent, ita fieri debere ſtatuerunt. THEORIANUS. Doctores veſtri, qui hæc ordinarunt, contraria ſtatuiſſe videntur illis CCCXVIII. ſanctis ac divinitus gubernatis patribus, qui Nicææ convenerunt. Etenim illi ſic in x. canone ad verbum ajunt: De iis, qui fidem Chriſtianam citra coactionem, & facultatum ademptionem deſeruerunt, aut abſque periculo, vel ejuſmodi quopiam, quod durante Licinii tyrannide contigit; viſum eſt ſanctæ ſynodo, ut, tametſi humanitatem nullam mereantur, benigne tamen cum eis agatur. Quotquot ergo vere pœnitentiam agunt, tres annos inter audientes exigent fideles, & annos ſeptem inferioris eorum ordinis, & biennio citra * oblationem cum populo precabuntur. Vides tam fœde lapſis a canone præſcribi, tres tantum ut annos auditores ſint, hoc eſt, extra eccleſiam ſtent in * Ferula, ſacraſque litteras audiant. Tui vero ſacerdotes ſemper inter auditores hærent. Quid deinde canon ulterius? Et ſeptem, inquit, annis erunt ordinis inferioris: hoc eſt eccleſiam quidem ingredientur, ſed in parte * ambonis poſtica ſtabunt, & cum catechumenis exibunt. Annos denique duos fidelibus adſtabunt, & cum eis precabuntur: non tamen ſacramentorum quoque perceptionem impetrabunt, donec biennium præterierit. Si ergo con-

* Græcus λειτουργίαν id eſt rem ſacram.

* id eſt perceptionem ſacramentorum

* locus, ubi ſtabant qui erant veluti ſub ferula

* hoc eſt ſuggeſti.

A λαιον, ἢ σησαμέλαιον, καὶ τὰ τοιαῦτα . . . . ὥσπερ γὰρ ὅταν εἴπω ναῦς, νοεῖται ἡ ἐκ ξύλων, καὶ ἥλων, καὶ πίσσης ναῦς, δι' ἧς πλέομεν, οὐ μὴν νοεῖται ἡ ἐκ λίθων ναῦς· ἂν δὲ τὴν ἐκ λίθων ναῦν σημᾶναι θελήσωμεν, προστιθέαμεν τό, λιθίνην· ἄνευ δὲ τῆς προσθήκης ταύτης, οὐκ ἄν ποτε νοηθείη ἐκ μόνου τοῦ ναῦς ὀνόματος ἡ λιθίνη ναῦς. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ ἐλαίου, καὶ σησαμελαίου. ἔλαιον οὖν χωρὶς προσθήκης λέγοντες, τὸ ἐξ ἐλαίας δηλονότι διασημαίνουσι. Ο ΚΑΘΟΛ. καὶ τοῦτο ῥᾷστόν ἐστι διορθωθῆναι.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ἤρξαντο οἱ ἱερεῖς αὐτοῦ ψάλλειν τὴν ἑσπερινὴν ἀκολουθίαν ἔξω τῆς ἐκ- B κλησίας, κατὰ τὴν αὐτῶν συνήθειαν. καί φησιν ὁ Θεωριανός. ἵνα τί ἵστανται ἔξω τῆς ἐκκλησίας, ὅταν ψάλλωσιν οἱ ἱερεῖς σου; Ο ΚΑΘΟΛ. γέγραπται, ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ. Ο ΘΕΩΡ. ὁμοίως γέγραπται· ἰδοὺ δὴ εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες οἱ δοῦλοι κυρίου, οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ Κυρίου. καὶ πάλιν· ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεόν. καὶ μυρία τοιαῦτα. ἀλλ' ἐρωτῶ, πόθεν τοῦτο παρειλάβετε; Ο ΚΑΘΟΛ. οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν, οἱ τὴν ἀκολουθίαν τὴν ἐκκλησιαστικὴν καὶ τὴν τάξιν ἡμῖν παραδεδωκότες, μόνην τὴν θείαν λειτουργίαν ἔνδον τοῦ θείου ναοῦ ἐπιτελεῖν διωρίσαντο, μόνου τοῦ ἱερέως εἰσιόντος εἰς αὐτόν, τοῦ λαοῦ παν- C τὸς ἔξω ἱσταμένου. τὴν δὲ ἄλλην πᾶσαν ἀκολουθίαν, ἔξω γίνεσθαι τοῦ θείου ναοῦ, καὶ τοῦτο εὐλόγως διετάξαντο. σφόδρα γὰρ ὑπερέχει τὰ νέα τῶν παλαιῶν, ὡς ἀλήθεια σκιᾶς. θύεται γὰρ ἔνδον ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου παντὸς σωτηρίας. καὶ δεῖ ἡμᾶς πλεῖον σέβας καὶ τιμὴν ἀπονέμειν τῷ παρ' ἡμῖν ναῷ, τοῦ παρ' Ἑβραίοις. ἐκεῖνοι γὰρ καθαροὶ ὄντες, εἰσῄεσαν εἰς τὸ λεγόμενον ἅγιον κοσμικόν, οὐχὶ καὶ εἰς τὴν σκηνήν, τὴν λεγομένην ἅγια ἁγίων, ἣ σκιὰ ἦν τοῦ παρ' ἡμῖν θείου ναοῦ. ἡμεῖς δὲ ῥύπου πλήρεις τυγχάνοντες, πῶς εἰς τὸν ἁγιώτατον ναὸν εἰσέλθωμεν τοῦ Θεοῦ; καὶ τοῦτο γινώσκοντες οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν, οὕτω γί- D νεσθαι διωρίσαντο. Ο ΘΕΩΡ. οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, οἱ ταῦτα διαταξάμενοι, ἐναντία δοκοῦσι διορίσασθαι τοῖς τ. ι. η. ἁγίοις θεοφόροις πατράσι, τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνεγηγερμένοις. ἐκεῖνοι γὰρ ἐν δεκάτῳ κανόνι οὕτω φασὶ κατὰ λέξιν. περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης, ἢ χωρὶς ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνου, ἤ τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικιννίου, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ εἰ καὶ ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας, ὅμως χρηστεύσασθαι εἰς αὐτούς. ὅσοι οὖν γνησίως μεταμέλονται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοί, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ E τῶν εὐχῶν. ὁρᾷς, ὅτι τοὺς τηλικούτῳ παραπεσόντας πτώματι, τρία μόνα ἔτη ἀκροᾶσθαι διακελεύεται ὁ κανών, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων ἀκούειν γραφῶν; οἱ δὲ σοὶ ἱερεῖς ἀεὶ ἐν ἀκροωμένοις εἰσίν. εἶτα τί φησιν ὁ κανών; καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται. τοῦτο δέ ἐστιν, ἐντὸς μὲν τῆς ἐκκλησίας εἰσέρχεσθαι, ἐν δὲ τῷ ὄπισθεν μέρει τοῦ ἄμβωνος ἵστασθαι, καὶ ἐξιέναι μετὰ τῶν κατηχουμένων. ἐνιαυτοὺς δὲ δύο συνίστασθαι καὶ συνεύχεσθαι μετὰ τῶν πιστῶν, μὴ μέντοι καὶ τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως ἀξιοῦσθαι, ἕως ἂν ἡ διετία παρέλθῃ. εἰ οὖν οἱ ἐπιτιμίῳ ἀκοινωνησίας δεδεμένοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰ-

σιρ·

ANNO CHRISTI 1169

ANNO CHRISTI 1169.

σέρχονται, διατί οἱ ἱερεῖς σου οὐκ εἰσέρχονται; Ο ΚΑΘΟΛ. οὐδέποτε μέχρι τοῦ νῦν ἐπέστησα τῷ κανόνι τούτῳ τὸν νοῦν. συμβάλλεται δὲ σου τῷ λόγῳ σφόδρα. ἀλλὰ περὶ τῶν τοιούτων οὐ δεῖ φροντίζειν, εἰ μόνον περὶ τὴν πίστιν, ὡς εἶπον, ὁμοφρονήσομεν. Ο ΘΕΩΡ. ἀφέντες οὖν ταῦτα πρὸς τὸ παρὸν, ἴδωμεν, εἰ δοκεῖ, τὸν ὅρον τῆς τετάρτης συνόδου, ὃν σοι τῇ προτεραίᾳ δεδώκαμεν. Ο ΚΑΘΟΛ. οὕτω γινέσθω. βούλομαι γὰρ ἐρωτῆσαι περὶ τινῶν λέξεων ἐκεῖ κειμένων. ἀλλὰ πρῶτον ἀντιβάλλωμεν ἀμφότερα τὰ βιβλία, καὶ ἴδωμεν, εἰ ἐξισάζει. καὶ τότε περὶ ὧν ἀμφιβάλλομεν, ἐρωτήσομεν.

A ſtricti excommunicationis pœna, templum tamen ingrediuntur: quare tui ſacerdotes non ingrediuntur? GENERALIS. Numquam animum iſti canoni hactenus adverti. Tuæ quidem orationi plurimum momenti adfert. Sed de his eſſe ſolliciti non debemus, modo circa fidem, ut dixi, conſenſerimus. THEORIANUS. His igitur in præſentia dimiſſis, definitionem quartæ ſynodi, ſi placet, inſpiciamus: quam heſterna die tibi obtulimus. GENERALIS. Ita fiat. Lubet enim de vocibus quibuſdam, in ea poſitis, interrogare. Sed prius utrumque librum inter ſe conferamus, & videamus, an ſibi reſpondeant: deinde quæramus de iis in quibus hæremus.

B

## ΟΡΟΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ

### δ. συνόδου.

Ἤρκει μὲν οὖν εἰς ἐντελῆ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσίν τε καὶ βεβαίωσιν, τὸ σοφὸν καὶ σωτήριον τοῦτο τῆς θείας χάριτος σύμβολον. περί τε γὰρ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον. καὶ τοῦ Κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν C τοῖς πιστῶς δεχομένοις παρίστησιν. ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἀθετεῖν ἐπιχειροῦντες τὸ κήρυγμα, διὰ τῶν οἰκείων αἱρέσεων τὰς καινοφωνίας ἀπέτεκον, οἱ μὲν τὸ τῆς δι' ἡμᾶς τοῦ Κυρίου οἰκονομίας μυστήριον παραφθείρειν τολμῶντες, καὶ τὴν ΘΕΟΤΟΚΟΣ ἐπὶ τῆς παρθένου φωνὴν ἀπαρνούμενοι· οἱ δὲ σύγχυσιν καὶ κρᾶσιν εἰσάγοντες, καὶ μίαν εἶναι φύσιν τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος ἀναπλάττοντες ἀνοήτως, καὶ παθητὴν τοῦ μονογενοῦς τὴν θείαν φύσιν τῇ συγχύσει τερατευόμενοι. διὰ τοῦτο πᾶσαν αὐτοῖς ἀποκλεῖσαι κατὰ τῆς ἀληθείας μηχανὴν βουλομένη ἡ παροῦσα νῦν αὕτη ἡ ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, τὸ τοῦ κηρύγματος ἄνωθεν ἀσάλευτον D ἐκδιδάσκουσα, ὥρισε προηγουμένως, τ. ι. η. ἁγίων πατέρων τὴν πίστιν μένειν ἀπαρεγχείρητον. καὶ διὰ μὲν τοὺς τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ μαχομένους, τὴν χρόνοις ὕστερον παρὰ τῶν τῆς βασιλευούσης πόλεως συνελθόντων ἁγίων ρ. ν. πατέρων περὶ τῆς τοῦ πνεύματος οὐσίας παραδοθεῖσαν διδασκαλίαν κυροῖ, τὴν ἐκεῖνοι τοῖς πᾶσιν ἐγνώρισαν. οὐχ ὥς τι * λοιπὸν τοῖς προλαβοῦσιν ἐπεισάγοντες, ἀλλὰ τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος αὐτῶν ἔννοιαν, κατὰ τῶν τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ἀθετεῖν πειρωμένων, γραφικαῖς μαρτυρίαις τρανώσαντες. διὰ δὲ τοὺς τὸ τῆς οἰκονομίας παραφθείρειν ἐπιχειροῦντας μυστήριον, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας E παρθένου τεχθέντα Μαρίας ἀναιδῶς ληρωδοῦντας, τὰς τοῦ μακαρίου, τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας γενομένου ποιμένος συνοδικὰς ἐπιστολὰς πρός τε Νεστόριον, καὶ τοὺς τῆς ἀνατολῆς, ἁρμοδίους οὔσας ἐδέξατο. εἰς ἔλεγχον μὲν τῆς Νεστορίου φρενοβλαβείας, ἑρμηνείαν δὲ τῶν εὐσεβεῖ ζήλῳ τοῦ σωτηρίου συμβόλου ποθούντων τὴν ἔννοιαν· αἷς καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ τῆς μεγίστης Ῥώμης προέδρου, τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος, τὴν γραφεῖσαν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις ἀρχιεπίσκοπον Φλαβιανὸν, ἐπ' ἀναιρέσει τῆς Εὐτυχοῦς κακονοίας, ἅτε δὴ τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου ὁμολογίᾳ συμβαίνουσαν, καὶ κοινήν τινα στήλην ὀρθοδοξίας κατὰ τῶν κακοδοξούντων, εἰκότως συνήρμοσε, πρὸς τὴν τῶν ὀρθοδόξων δογμάτων βεβαίωσιν· τοῖς τε γὰρ εἰς

* καινὸν

## *SANCTI IV. CONCILII.*

### * *definitio.*

* *rectius decretum.*

Sufficeret quidem ad perfectam pietatis cognitionem & confirmationem, hoc eruditum ac ſalubre divinæ gratiæ ſymbolum, quod & perfectam de patre & filio, & ſpiritu ſancto doctrinam tradit, & incarnationem Domini C fideliter excipientibus exhibet: ſed quando illi, qui prædicationem veritatis abolere conantur, per ſuas hæreſes novas quaſdam doctrinas pepererunt, aliis ſuſceptæ propter nos adminiſtrationis Dominicæ myſterium corrumpere audentibus, & Deiparæ vocem virgini tribuendam negantibus; aliis confuſionem & commiſtionem introducentibus, & unam eſſe carnis divinitatiſque naturam ſtulte comminiſcentibus, adeoque per hanc confuſionem monſtroſe ſtatuentibus, divinam unigeniti naturam eſſe paſſibilem: eapropter hæc ſancta, magna, & univerſalis ſynodus, eos ab omni contra veritatem machinatione volens excludere, doctrinamque traditam antiquitus immotam ad- D ferens, ante omnia ſtatuit, ut ſanctorum CCCXIIX. patrum fides inconvulſa permaneat. Ac propter eos quidem, qui ſpiritum S. oppugnant, doctrinam de ſubſtantia ſpiritus a ſanctis illis CL. patribus, aliquot poſt annis in Auguſta urbe congreſſis, traditam confirmat; quam illi univerſis notam fecerunt, non quaſi quiddam adferentes, quod prioribus deeſſet; ſed ſuam de ſpiritu ſancto ſententiam adverſus illos, qui poteſtatem ejus abolere conabantur, ſacrarum litterarum teſtimoniis illuſtrantes: propter eos vero qui ſacramentum dominicæ diſpenſationis falſariorum more corrumpere tentant, & imprudenter purum hominem eſſe nugantur eum, qui de ſancta Vir- E gine Maria procreatus fuit; beati Cyrilli qui Alexandrinæ paſtor eccleſiæ fuit, ſynodales ad Neſtorium & Orientales epiſcopos litteras ſibi conſentientes amplexa eſt; tum ad Neſtorianæ dementiæ confutationem, tum ad interpretationem pro iis inſtitutam, qui pio zelo ſymboli ſalubris intellectum deſiderant. Atque his epiſtolam quoque beatiſſimi ſanctiſſimique Archiepiſcopi Leonis, illius maximæ Romæ præſidis, ad ſanctæ memoriæ Flavianum archiepiſcopum, evertendæ depravationis Eutychianæ cauſa ſcriptam, veluti magni illius Petri confeſſioni convenientem, & columnam quamdam rectæ ſententiæ publicam, adverſus malarum opinionum auctores, ad orthodoxa dogma-

ANNO CHRISTI 1169.

mata ſtabilienda, merito conjunxit. Nam & A iis hæc opponit ſeſe, qui ſacramentum diſpenſationis in duos filios diſtrahere nituntur; & eos cœtu ſanctorum expellit, qui paſſibilem dicere divinitatem unigeniti audent; & iis reſiſtit qui in duabus Chriſti naturis commiſtionem vel confuſionem excogitant; & eos exterminat, qui ſumptam de nobis ſervilem formam, cœleſtem eſſe, vel alterius cujuſdam ſubſtantiæ delirant; & eos qui duas quidem Domini naturas ante unionem fabulantur, unam vero poſt unionem fingunt, anathematizat.

Sequentes ergo ſanctos illos patres univerſi conſona voce unum & eundem filium dominum noſtrum Jeſum Chriſtum confitendum B eſſe docemus: eumdem in divinitate perfectum & eumdem perfectum in humanitate: vere Deum, & eumdem vere hominem, ex participe rationis anima corporeque conſtantem: ejuſdem cum patre ſubſtantiæ, ſecundum divinitatem; & eumdem nobiſcum ejuſdem ſubſtantiæ, ſecundum humanitatem: ſimilem nobis per omnia, excepto peccato: ante ſæcula quidem ex patre genitum, quo ad divinitatem; extremis vero diebus eumdem propter nos, & ſalutem noſtram, natum ex Maria Virgine Deipara, ſecundum humanitatem: unum & eumdem Chriſtum, filium, Dominum, unigenitum, qui duabus * ex naturis citra confuſionem, mutationem, diviſionem, ſeparationem, ad C gnoſcitur; nequaquam naturarum diſcrimine propter unionem ſublato, ſed utriuſque naturæ proprietate ſalva potius, & in unam perſonam unamque hypoſtaſin coeunte: non in duas perſonas diſcerptum, vel diviſum, ſed unum & eumdem filium unigenam. Deum Sermonem, Dominum Jeſum Chriſtum: ſicut olim vates de ipſo, & ipſe nos Dominus Jeſus Chriſtus erudiit, & ſymbolum illud patrum noſtrorum tradidit. His ergo cum omni undique accuratione diligentiaque a nobis ſancitis, ſacra & univerſalis ſynodus decrevit, nemini fas eſſe fidem aliam proferre, vel in litteras referre, vel componere, vel amplecti, D vel alios docere. Si qui vero fuerint auſi fidem aliam vel componere, ſive proferre, vel docere, vel aliud iis ſymbolum tradere, qui de paganiſmo, ſive Judaiſmo, ſive ſecta quacumque veritatis ad agnitionem ſe convertere volunt: eos, ſi fuerint epiſcopi vel clerici, tam ab epiſcoporum quam clericorum ordine removet. Sin monachi, vel laici fuerint, anathemati ſtatuit eſſe ſubjectos.

* al. in naturis.

Poſteaquam concilii decretum recitatum fuiſſet, atque liber Armenicus Romano reſpondere deprehenſus; ſatis eſſent denique declaratæ concilii voces, ſane tolerabiles, quæ Ge- E nerali viſæ fuerant obſcuræ: Theorianus hiſce Generalem verbis compellabat: Vides ſanctiſſime Domine, ſacrum illum cœtum ıɔcxxx. divinorum Patrum, in oppido Chalcedon. congregatorum, non modo nihil contra dogmatum rectitudinem vel loquutum eſſe, vel ſenſiſſe: ſed ne una quidem peregrina voce ad hujus divini decreti expeditionem uſum. Nam & fidem patrum ſe majorum ætate retinuit, & ipſa quoque verba. Oſtendam vero tibi, ſi placet, ex quibus antiquioribus divis patribus hi beati patres vocem quamlibet hujus decreti ſumpſerint. Complures quidem certe de Cyrilli commentariis uſurpatæ ſunt, quem vos magis, quam alios, ſequi decreviſtis. GENE-

A υἱὸν * τὴν δυάδα, τὸ τῆς οἰκονομίας διασπᾷν ἐπιχειροῦσι μυστήριον, παραιτεῖται· καὶ τοὺς παθητὴν λέγειν τολμῶντας τοῦ μονογενοῦς τὴν θεότητα, τοῦ τῶν ἱερῶν ἀπωθεῖται συλλόγου. καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ κρᾶσιν ἢ σύγχυσιν ἐπινοοῦσιν ἀνθίσταται. καὶ τοὺς οὐράνιον, ἢ ἑτέρας τινὸς ὑπάρχειν οὐσίας τὴν ἐξ ἡμῶν ληφθεῖσαν αὐτῷ τὴν δούλου μορφὴν παραπαίοντας ἐξελαύνει. καὶ τοὺς δύο μὲν πρὸ τῆς ἑνώσεως φύσεις τοῦ Κυρίου μυθεύοντας, μίαν δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀναπλάττοντας, ἀναθεματίζει.

ANNO CHRISTI 1169.

* ἀμό.

Ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις πατράσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν B Χριστὸν, συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν. τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι· Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος. ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τὸν αὐτὸν ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, χωρὶς ἁμαρτίας. πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τῆς θεοτόκου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἕνα καὶ αὐτὸν Χριστὸν, υἱὸν, κύριον, μονογενῆ, * ἐκ δύο φύσεων ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνω- C ριζόμενον. οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης ἑκατέρας φύσεως. καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης· οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ, θεὸν λόγον, κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῶν παραδέδωκε σύμβολον. τούτων τοίνυν μετὰ πάσης πανταχόθεν ἀκριβείας τε καὶ ἐμμελείας παρ' ἡμῶν διατυπωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἢ συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, D ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρους. τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἤγουν προκομίζειν, ἢ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐξ Ἑλληνισμοῦ, ἢ Ἰουδαϊσμοῦ, ἤγουν ἐξ αἱρέσεως τῆς οἱασδηποτοῦν· τούτους εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς, τοῦ κλήρου. εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι αὐτούς.

* ἐν δύο φύσεσιν.

Ἐπεὶ δὲ ἀνεγνώσθη ὁ ὅρος, καὶ τὰ βιβλία εὑρέθησαν ἐξισάζοντα, τό, τε Ἀρμενικὸν, καὶ τὸ Ῥω- E μαϊκὸν, καὶ αἱ τῷ Καθολικῷ δοκοῦσαι ἀσαφεῖς αὐτοῦ λέξεις μέτριαι οὖσαι, ἱκανῆς τετυχήκασι σαφηνείας, εἶπεν ὁ Θεωριανὸς πρὸς τὸν Καθολικόν. Ὁρᾷς ἁγιώτατε δέσποτα, ὅτι τῶν χλ'. θεοφόρων πατέρων θεῖος χορὸς, τῶν ἐν Χαλκηδονίων πόλει συνηγηγερμένων, οὐ μόνον οὐδὲν ἔξω τῆς τῶν δογμάτων ὀρθότητος λελάληκεν ἢ πεφρόνηκεν, ἀλλ' οὐδὲ καὶ μιᾷ λέξει ξένῃ εἰς τὴν ἔκθεσιν τοῦ θείου τούτου ὅρου ἐχρήσατο. τετήρηκε γάρ τήν τε πίστιν τῶν πρὸ αὐτοῦ ἁγίων πατέρων, καὶ αὐτὰ δὴ τὰ ῥήματα. Καὶ εἰ κελεύεις, δείξω σοι, ἐκ ποίων προηγησαμένων θείων πατέρων τοῖς μακαρίοις τούτοις θείοις πατράσιν ἑκάστη λέξις τοῦ ὅρου τούτου παρείληπται. αἱ πλείους γὰρ αὐτῶν ἀπὸ τῶν τῷ μακαρίῳ Κυρίλ-

λῳ

ANNO CHRISTI 1169.

λων ποιηθεισῶν συγγραφῶν παρελήφθησαν, ὧν ὑ- A
μεῖς μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀκολουθεῖν διεγνώκατε. Ο
ΚΑΘΟΛ. ἡδέως ἀκουσόμεθα, εἴγε θελήσεις εἰ-
πεῖν. Ο ΘΕΩΡ. εἰ μὴ ἤθελον εἰπεῖν, οὐκ ἂν ὑ-
πεσχόμην. ἀλλὰ ἀναγινωσκέσθω ὁ ὅρος κομματικῶς,
καὶ πρὸς ἕκαστον κόμμα τοῦ ὅρου, ἡ χρῆσις, ὅθεν
εἰλήφθη, παρατιθέσθω.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Επόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις πατράσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν. B

## ΚΥΡΙΛΛΟΥ.

ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον α΄. ἐπιστολῆς.

Εδιδάχθημεν παρὰ τῆς θείας γραφῆς, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, ἕνα υἱὸν καὶ Χριστὸν ὁμολογεῖν.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ἐκ τῆς πρὸς ΕΥλόγιον ἐπιστολῆς. C

Ημεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταῦτα, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν τὸν αὐτὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι.

## ΚΥΡΙΛΛΟΥ.

D

ἐκ τῆς πρὸς Ιωάννην ἐπιστολῆς.

Τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ἐκ τῆς πρὸς τὰς Βασιλίδας ἐπιστολῆς.

Προδιαμαρτύρασθαι δὲ κἀκεῖνο οἶμαι καλόν. ὥσπερ γάρ ἐστιν ἐν θεότητι τέλειος ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος, κατά γε τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον οὐκ ἄψυχον σῶμα λαβὼν, ἐμψυχωμένον δὲ μᾶλλον λογικῇ ψυχῇ. E

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτὸν, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, χωρὶς ἁμαρτίας. πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ᾽ ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι᾽ ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τῆς θεοτόκου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

RALIS. Perlubenter id quidem audiemus, ſi dicere tibi libuerit. THEORIANUS. Si dicere non libuiſſet, non promiſiſſem. Verum per inciſa ſingula concilii decretum recitetur, & ad quodlibet inciſum decreti, dictum illius, a quo ſumptum eſt, adjiciatur.

## *EX DECRETO.*

Sequentes ergo ſanctos illos patres, univerſi conſona voce unum & eundem filium, dominum noſtrum Jeſum Chriſtum confitendum eſſe docemus.

## *CYRILLI*

*ex I. ad Succeſſum epiſtola.*

Edocti ſumus a Scriptura ſacra, ſanctiſque patribus, ut unum filium & Chriſtum confitemur.

## *EJUSDEM.*

*ex epiſtola ad Eulogium.*

Nos unitis hiſce, Chriſtum unum, eundem unum filium, unum Dominum confiteamur.

## *EX DECRETO.*

Eundem in divinitate perfectum, & eundem perfectum in humanitate.

## *CYRILLI*

*ex epiſtola ad Joannem.*

Idem perfectus in divinitate, ac perfectus idem in humanitate.

## *EJUSDEM,*

*ex epiſtola ad Auguſtas.*

Præterea ſi hoc quoque prius adteſter, recte me facturum arbitror, quemadmodum enim perfectus eſt in divinitate genitus ille de patre Sermo, ſic & in humanitate perfectus eſt, ſecundum ipſius humanitatis rationem; nec expers animæ corpus adſumpſit, ſed animatum potius per animam rationis participem.

## *EX DECRETO.*

Vere Deum, & eumdem vere hominem, ex participe rationis anima corporeque conſtantem: ejuſdem cum patre ſubſtantiæ, ſecundum divinitatem; & eumdem nobiſcum ejuſdem ſubſtantiæ ſecundum humanitatem: ſimilem nobis per omnia, excepto peccato: ante ſæcula quidem ex patre genitum, quo ad divinitatem; extremis vero diebus eundem propter nos, & ſalutem noſtram, natum ex Maria virgine deipara, ſecundum humanitatem.

A

### CYRILLI,

*ex epiſtola ad Joannem.*

Deum perfectum, & perfectum hominem, ex anima participe rationis & corpore conſtantem: ante ſecula quidem ex patre genitum, quo ad divinitatem; extremis vero diebus eumdem propter nos, & ſalutem noſtram, natum ex Maria Virgine, ſecundum humanitatem: ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ ſecundum divinitatem; & eumdem nobiſcum ejuſdem ſubſtantiæ, ſecundum humanitatem.

### ΚΥΡΙΛΛΟΥ.

ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην ἐπιστολῆς.

Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος. πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

B

### EX DECRETO.

Unum & eumdem Chriſtum, filium, Dominum, unigenitum, qui duabus in naturis citra confuſionem, mutationem, diviſionem ſeparationem, adgnoſcitur.

### ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν, υἱὸν, κύριον, μονογενῆ, ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον.

### CYRILLI,

*ex I. ad Succeſſum epiſtola.*

Itaque modum adſumptionis humanæ naturæ animo conſiderantes, naturas duas coiviſſe per unionem videmus, citra diviſionem, confuſionem, & mutationem. Caro enim caro eſt, non divinitas, licet Dei caro facta ſit: ſimiliter & Sermo Deus eſt, non caro; licet diſpenſatione quadam carnem proprie ſuam fecerit.

### ΚΥΡΙΛΛΟΥ.

ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον α'. ἐπιστολῆς.

Ἐννοοῦντες τοίνυν, ὡς ἔφην, τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον, ὁρῶμεν, ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν * ἀδιάσπαστον, ἀσυγχύτως, C ἀτρέπτως. ἡ γὰρ σὰρξ, σάρξ ἐστι, καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε θεοῦ σάρξ. ὁμοίως καὶ ὁ λόγος Θεός ἐστι, καὶ οὐ σάρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκα οἰκονομικῶς.

* ἀδιάστατοι.

### EJUSDEM,

*ex eadem Epiſtola.*

Duas naturas eſſe dicimus, unum vero Chriſtum Jeſum, Dominum, Dei Sermonem incarnatum.

### ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Δύο τὰς φύσεις εἶναι φαμὲν, ἕνα δὲ Χριστὸν Ἰησοῦν, Κύριον, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον σεσαρκωμένον.

D

### EJUSDEM,

*ex epiſtola ad Neſtorium.*

Nec carnem dicimus in divinitatis naturam eſſe converſam, nec ineffabilem Dei Sermonem in naturam carnis translatum. Eſt enim incommutabilis, & inalterabilis, ſemper idem manens, ſecundum ſcripturas.

### ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῆς.

Οὔτε δὴ τὴν σάρκα φαμὲν εἰς θεότητος τραπῆναι φύσιν, οὔτε μὴν εἰς σαρκὸς τὸν ἀπόῤῥητον τοῦ θεοῦ λόγον παρενεχθῆναι φύσιν. ἄτρεπτος γάρ ἐστι καὶ ἀναλλοίωτος, ὁ αὐτὸς ἀεὶ μένων, κατὰ τὰς γραφάς.

### EJUSDEM,

*in epiſtola ad Eulogium.*

Sic & in cauſa Neſtorii. Quamvis duas naturas, diſcrimen carnis & Sermonis ſignificans, dicat: (nam alia natura Sermonis eſt, alia carnis) unionem tamen nobiſcum non confitetur. Nos enim his unitis, unum Chriſtum, unum filium, unum Dominum confitemur.

### ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ.

Οὕτω καὶ ἐπὶ Νεστορίου. κἂν λέγει δύο φύσεις, τὴν διαφορὰν σημαίνων τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος. E ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν. ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταύτας, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν τὸν αὐτὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν.

### EX DECRETO.

Nequaquam naturarum diſcrimine propter unionem ſublato.

### ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης, διὰ τὴν ἕνωσιν.

ΚΥ-

A

## ΚΥΡΙΛΛΟΥ.

ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῆς.

Οὐχ ὡς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως.

## ΚΥΡΙΛΛΟΥ.

B

ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῆς β'.

Εἰ γὰρ καὶ εἷς λέγεται παρ' ἡμῶν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ σεσαρκωμένος καὶ ἐνανθρωπήσας. οὐ πέφυρται διὰ τοῦτο κατὰ τὸ ἐκείνοις δοκοῦν. οὔτε μὴν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν μεταπεφοίτηκεν ἡ τοῦ λόγου, ἀλλ' οὐδὲ ἡ τῆς σαρκὸς εἰς τὴν αὐτοῦ. ἀλλ' ἐν ἰδιότητι ἑκατέρου μένοντός τε ὁμοῦ, καὶ νοουμένου, κατά γε τὸν ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθέντα λόγον.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης.

C

## ΚΥΡΙΛΛΟΥ.

ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην ἐπιστολῆς.

Καὶ ὡς ἐν ἑνὶ προσώπῳ ἑνούμενος. εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, κἂν ἡ τῶν φύσεων μὴ ἀγνοῆται διαφορά.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον β'. ἐπιστολῆς.

Ἑνὶ τοιγαροῦν προσώπῳ τὰς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις πάσας ἀναπτέον φωνὰς, καὶ ὑποστάσει μιᾷ τῇ τοῦ λόγου σεσαρκωμένῃ. κύριος γὰρ εἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, κατὰ τὰς γραφάς.

D

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον, ἢ διαιρούμενον. ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ, Θεὸν λόγον, καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.

## ΚΥΡΙΛΛΟΥ.

ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῆς.

Καὶ οὐκ εἰς δύο μερισθήσεται πρόσωπα καὶ υἱούς. ἀλλὰ μεμένηκεν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς κύριος Ἰησοῦς Χριστός.

E

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῶν παραδέδωκε σύμβολον.

## ΚΙΡΙΛΛΟΥ.

ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῆς.

Οὕτως εὑρήσομεν τοὺς ἁγίους πεφρονηκότας πατέρας.

### *CYRILLI,*

*ex epiſtola ad Neſtorium.*

Non tamquam naturarum diſcrimine ſublato propter unionem.

### *EX DECRETO.*

Sed utriuſque naturæ proprietate potius ſalva.

### *CYRILLI.*

*ex II. ad Succeſſum epiſtola.*

Licet enim a nobis dicatur unigenitus Dei filius incarnatus, & homo factus: non tamen ideo commiſtus eſt, de ipſorum opinione; nec vel natura Sermonis in naturam carnis tranſiit, nec carnis natura in naturam Sermonis: ſed utroque in ſua proprietate manente ſimul ac intellectu, ſecundum expoſitam a nobis modo rationem.

### *EX DECRETO.*

Et in unam perſonam unamque hypoſtaſim coeunte.

### *CYRILLI.*

*ex epiſtola ad Joannem.*

Et tamquam in una perſona unitus. Unus enim Dominus Jeſus Chriſtus, tametſi naturarum diſcrimen non ignoratur.

### *EJUSDEM.*

*ex II. ad Neſtorium epiſtola.*

Uni ergo perſonæ omnes in Evangelio voces adtribuendæ ſunt, unique hypoſtaſi Sermonis incarnatæ; Chriſtus enim Jeſus unus Dominus eſt, ſecundum ſcripturas.

### *EX DECRETO.*

Non in duas perſonas diſcerptum, vel diviſum: ſed unum & eumdem filium unigenam, Deum Sermonem, Dominum Jeſum Chriſtum.

### *CYRILLI,*

*ex epiſtola ad Succeſſum.*

Non in duas perſonas & filios diſcerpetur: ſed manſit unus & idem Dominus Jeſus Chriſtus.

### *EX DECRETO.*

Sicut olim Vates de ipſo, & ipſe nos Dominus Jeſus Chriſtus erudiit, & ſymbolum illud patrum noſtrorum tradidit.

### *CYRILLI,*

*ex epiſtola ad Neſtorium.*

Sic Sanctos ſenſiſſe patres inveniemus.

EX

ANNO CHRISTI 1169.

A

## EX DECRETO.

His ergo cum omni undique accuratione diligentiaque a nobis ſancitis, decrevit ſacra ſynodus nemini fas eſſe, fidem aliam proferre, vel in litteras referre: & cætera.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Τούτων τοίνυν μετὰ πάσης πανταχόθεν ἀκριβείας τε καὶ ἐμμελείας παρ' ἡμῶν διατυπωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἢ συγγράφειν. καὶ τὰ λοιπά.

## CYRILLI.

*ex Epheſina ſynodo.*

His ergo recitatis, decrevit ſacra ſynodus nemini fas eſſe fidem aliam proferre: & cetera. THEORIANUS. Vides, ſanctiſſime Domine, ſacram hanc ſynodum Chalcedone habitam, a recta patrum ſententia ne paulum quidem receſſiſſe: ſed ipſa verba cum mente verborum retinuiſſe? GENERALIS. Equidem in hoc decreto nihil invenio, quod orthodoxæ fidei adverſetur: adeoque miror, qui factum ſit ut noſtri majores impudenter ad id calumniandum progrederentur. THEORIANUS. Adponamus, ſi placet, eorum quoque patrum auctoritates, qui partim ante Cyrillum, partim poſt eum illuſtres exſtiterunt, tam verbis quam ſententiis ſanctæ Chalcedonenſi ſynodo reſpondentes. GENERALIS. Id vero ſupervacaneum fuerit. Quippe Cyrilli ſupra recitatæ auctoritates ſufficiunt. THEORIANUS. Videamus ergo, ſi placet, quot & qualibus ſectis divinum hoc decretum ſeſe objiciat. GENERALIS. Id vero præclarum fuerit intueri, ne quid eorum nobis deſit, quæ deinceps ejus ſtabiliendi cauſa proferri debent.

## ΚΥΡΙΛΛΟΥ.

ἐκ τῆς κατ' Ἔφεσον συνόδου.

Τούτων τοίνυν ἀναγνωσθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν· καὶ B τὰ λοιπά. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ὁρᾷς ἁγιώτατε δέσποτα, ὅτι οὐδὲ κἂν μικρὸν ἐκβέβηκε τῆς ὀρθῆς τῶν πατέρων δόξης ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος γενομένη. ἀλλὰ μετὰ τῆς διανοίας καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἐφύλαξεν; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐγὼ οὐδὲν ἐναντίον τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει εὑρίσκω ἐν τούτῳ τῷ ὅρῳ. καὶ θαυμάζω, πῶς οἱ πρὸ ἡμῶν ἀναιδῶς εἰς συκοφαντίαν ἐχώρησαν κατ' αὐτοῦ. Ο ΘΕΩΡ. παραθώμεθα, εἰ δοκεῖ, καὶ τῶν πρὸ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν διαλαμψάντων ἁγίων πατέρων χρήσεις, αὐταῖς λέξεσι καὶ νοήμασι τῇ ἐν Χαλκηδόνι ἁγίᾳ συνόδῳ στοιχούσας. Ο ΚΑΘΟΛ. περιττόν ἐστι τοῦτο. ἀρκοῦσι γὰρ αἱ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου προτεθεῖ- C σαι χρήσεις. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. ἴδωμεν λοιπόν, εἰ δοκεῖ, πόσαις καὶ οἵαις αἱρέσεσιν ὁ θεῖος οὗτος ὅρος ἀντιπαρατάττεται. Ο ΚΑΘΟΛ. καλόν ἐστι τοῦτο ἰδεῖν, ἵνα μηδὲν ἡμῖν ἐλλείπῃ εἰς σύστασιν αὐτοῦ λεχθῆναι ὀφειλόντων ἐς ὕστερον.

## EX DECRETO.

Unum & eumdem filium, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, eſſe confitendum, univerſi conſona voce docemus.

THEORIANUS. In his obturat os Paulo Samoſateno, & Neſtorio, qui hominem adorabant, & in duos filios auſi ſunt eum dividere, aliumque dicere filium natura Sermonem, & alium rurſus filium per gratiam Chriſtum Jeſum, qui nomen filii per unionem & conjunctionem cum naturali filio ſit adeptus: qui denique non confitebantur unum & eundem filium, carnis quidem expertem ante deſcenſum & hominis adſumptionem: incarnatum vero eumdem poſt deſcenſum & hominis adſumptionem noſtri cauſa factam.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἐν τούτοις τὸν Σαμοσατέα Παῦλον, καὶ Νεστόριον, τοὺς ἀνθρωπολάτρας ἐπιστομίζει, τοὺς εἰς υἱῶν δυάδα τολμῶντας αὐτὸν D διαιρεῖν. καὶ ἄλλον μὲν λέγοντας υἱὸν φύσει τὸν λόγον, ἄλλον δὲ πάλιν υἱὸν χάριτι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, ἑνώσει καὶ συναφείᾳ τῇ πρὸς τὸν κατὰ φύσιν υἱὸν τὴν υἱότητα κεκτημένον, καὶ οὐχ ὁμολογοῦντας ἕνα τὸν αὐτὸν υἱόν, ἄσαρκον μὲν πρὸ τῆς καταβάσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως, σεσαρκωμένον δὲ τὸν αὐτὸν μετὰ τὴν δι' ἡμᾶς κατάβασίν τε καὶ ἐνανθρώπησιν.

## EX DECRETO.

Eumdem in divinitate perfectum, & eumdem perfectum in humanitate. Quum in divinitate perfectum dicit, Arianorum blaſphemiam rejicit. Nam illi Deum quidem eſſe Chriſtum dicunt, ſed imperfectum & patre minorem Deum tradunt. Quum autem inquit: Et eumdem perfectum, in humanitate: non Arianorum modo, ſed Apollinariſtarum quoque dementiam refutat. Arius enim nugatur, Sermonem adſumpſiſſe carnem omnino inanimam: Apollinaris autem, animatam quidem carnem, ſed mentis expertem: quo fit, ut imperite ambo imperfectam Domini humanitatem tradant.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

E Τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι. Τέλειον ἐν θεότητι εἰπών, τὴν Ἀρειανῶν ἀπωθεῖται βλασφημίαν. οὗτοι γὰρ Θεὸν μὲν εἶναι λέγουσι τὸν Χριστόν, ἀτελῆ δέ, καὶ ἐλάττονα τοῦ πατρὸς θεὸν αὐτὸν δογματίζουσιν. ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν· καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι· οὐ μόνον τὴν Ἀρειανῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀπολλιναριανῶν διελέγχει ἄνοιαν· ὁ μὲν γὰρ Ἄρειος ἄψυχον παντελῶς σάρκα ἀνειληφέναι τὸν λόγον ληρῳδεῖ· ὁ δὲ Ἀπολλινάριος ἔμψυχον μέν, ἄνουν δέ. ὡς ἀμφοτέρους ἀτελῆ τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Κυρίου ἀμαθῶς δογματίζειν.

ANNO CHRISTI 1169.

A

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτόν. ταῦτα διὰ Μάνεντα, ὃς Θεὸν ψιλὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ, καὶ οὐκ ἄνθρωπον. καὶ διὰ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, καὶ Ἀρτεμᾶν. οἵ τινες ἀρνοῦνται αὐτοῦ τὴν θεότητα, ψιλὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦντες.

## *EX DECRETO.*

Vere Deum, & eumdem vere hominem. Hæc propter Manem poſita ſunt, qui eum purum fatetur Deum, non etiam hominem: & propter Paulum Samoſatenum, & Artemam, qui Divinitatem ejus pernegant, purum hominem confitentes.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος. ἐνταῦθα πάλιν Ἀπολλιναρίῳ πολεμεῖ, λέγοντι μὴ ἐσχηκέναι νοερὰν ψυχὴν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ἀλλὰ ζωτικὴν μόνον. καὶ διὰ Μάνεντα καὶ Οὐαλεντῖνον, τοὺς ἀρνουμένους αὐτοῦ τὴν σάρκωσιν.

## *EX DECRETO.*

Ex participe rationis anima, corporeque conſtantem. Hic rurſus Apollinarium oppugnat, qui Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum B non dicebat animam habuiſſe mente præditam, ſed dumtaxat vitalem: itemque Manem & Valentinum, incarnationem ejus negantes.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα. δι᾽ Εὐνόμιον καὶ Ἄρειον, τοὺς τὸν μονογενῆ λόγον ἑτερούσιον τοῦ πατρὸς, καὶ κτίσμα, καὶ δοῦλον ἀσεβῶς αὐτὸν καταγγέλλοντας.

## *EX DECRETO.*

Ejuſdem cum patre ſubſtantiæ ſecundum divinitatem. Hoc propter Eunomium & Arium qui unigenam illum Sermonem diverſæ a paterna ſubſtantiæ, & creaturam & mancipium, impie prædicabant.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. διὰ Μαρκίωνα, καὶ Μάνεντα, καὶ Οὐαλεντῖνον, τοὺς δοκήσει καὶ φαντασίᾳ ψιλῇ λέγοντας αὐτὸν ἄνθρωπον ὀφθῆναι, οὐ μὴν ἀληθείᾳ, καὶ κατὰ φύσιν ἄνθρωπον ὁμολογοῦντας αὐτὸν γεγονέναι.

## *EX DECRETO.*

Et eumdem nobiſcum ejuſdem ſubſtantiæ, C ſecundum humanitatem. Hoc propter Marcionem, & Manem, & Valentinum, qui eum per opinionem ac phantaſiam dumtaxat ajebant hominem adparuiſſe; non reipſa, & naturaliter hominem factum confitebantur.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, κατὰ τὴν θεότητα. διὰ Σίμωνα, καὶ Εὐνόμιον, καὶ Ἄρειον, τοὺς ἀρνουμένους αὐτοῦ τὴν ἐκ πατρὸς πρὸ αἰώνων γέννησιν,

## *EX DECRETO.*

Ante ſæcula quidem ex patre genitum, quo ad divinitatem. Hoc propter Simonem, & Eunomium, & Arium, qui generationem ipſius ex patre, factam ante ſæcula negabant.

## ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

D

Ἐπ᾽ ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι᾽ ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ θεοτόκου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. διὰ Φωτεινὸν καὶ Θεόδωρον, καὶ Διόδωρον, καὶ Νεστόριον, τοὺς διδόντας αὐτῷ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως ἐκ τῆς παρθένου, καὶ λέγοντας αὐτὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀρετῆς κατὰ προκοπὴν θεοποιηθέντα, καὶ οὐχὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ ὄντα, καὶ διὰ φιλανθρωπίαν ἀτρέπτως ἄνθρωπον γεγενημένον.

## *EX DECRETO.*

Extremis vero diebus eumdem propter nos, & ſalutem noſtram, natum ex Maria Virgine Deipara, ſecundum humanitatem. Hoc propter Photinum, & Theodorum, & Diodorum, & Neſtorium, qui exiſtendi principium ei dant ex virgine, ac tradunt eum hominem eſſe, qui ob virtutem profectu quodam & incremento ſit deificatus, non Deum de Deo, qui amore generis humani citra mutationem homo factus ſit.

## ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον, οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον, καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης. ταῦτα διὰ Νεστόριον, καὶ Ἀπολλινάριον, καὶ Εὐτυχῆ, οἱ τὰς διαφόρους φύσεις, τοῦ λόγου λέγω καὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, μίαν φύσιν ἀποτετελέσθαι φασίν, ἑκάστης δηλονότι τῆς ἑαυτῶν ἰδιότητος· ὡς κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον μηκέτι δύνασθαι σώζεσθαι τοῦ Χριστοῦ μήτε τὸ παθητὸν, διὰ τὸ ἀπαθὲς αὐτοῦ τῆς θεότη-

## *EX DECRETO.*

E Qui duabus in naturis citra confuſionem, mutationem, diviſionem, ſeparationem adgnoſcitur; nequaquam naturarum diſcrimine propter unionem ſublato, ſed utriuſque naturæ proprietate potius ſalva, & in unam perſonam unamque hypoſtaſim coeunte. Iſta propter Neſtorium, & Apollinarim, & Eutychem, qui naturas diverſas, Sermonis, inquam, & carnis ejus, unam naturam abſolviſſe dicunt, amiſſa ſcilicet ſingularum proprietate: quo fit, ut ſecundum ipſorum doctrinam, non amplius in Chriſto vel eſſe paſſibile quidquam ſtatuere poſſumus, propter di-

ANNO CHRISTI 1169.

vinitatem ipſius, paſſionis expertem; vel quidquam impaſſibile, propter ipſius humanitatem, paſſioni obnoxiam. His ita recitatis & declaratis, Generalis ad Theorianum inquit: Equidem poſt recitationem hujus decreti nihil in eo deprehendi, quod orthodoxæ fidei repugnet, ſicut, & pridem faſſus ſum. Miror etiam, qui factum ſit ut noſtri majores impudenter ad id calumniandum progrederentur. Sed arbitror propterea, quod hæc ſancta, univerſalis, magnaque ſynodus, adverſus plures ſe ſectas objiciat, ut indicatum eſt; multos adverſus eam ab hoſte ſalutis humanæ calumniatores fuiſſe ſuſcitatos, pro multis illis vulneribus, quæ ad cor ipſum ei ſunt a ſynodo inflicta. Rectiſſimum ſane decretum eſt, uti quod a Spiritu ſancto per tot taleſque ſanctos patres dictatum fuerit. Quippe nulla ſynodus tam frequentem ſanctorum patrum collectorum numerum habuit. Ceterum modo tibi quiddam aperiam, quod hactenus vulgo proditum non fuit. Ante cc. annos quidam Generalis Armeniorum fuit, cui nomen Joannes, vita doctrinaque magnis ſanctiſque patribus par, & qui diſciplinas exteras univerſas, adeoque philoſophiam ipſam non ſummatim adtigiſſet; vita quidem divina haud ſcio an omnibus, plurimis certe præivit; dignus habitus, tam vitæ quam doctrinæ gratia, qui hoc ſacro gradu ſolioque Generalium potiretur. Hic divino repletus zelo, contra Monophyſitas ruebat, & toto eis propemodum epiſcopatus ſui tempore tam ſcriptis quam lingua infligere vulnera non deſiit: cujus & ſacram memoriam honorifice pieque celebramus. Hujus divini beatique viri commentarius eſt apud me, quem contra Monophyſitas ſcripſit, pluribus ſcripturarum teſtimoniis, & enthymematis, & valentibus ſyllogiſmis, & notionibus communibus, & demonſtrationibus refertus. Eum beatæ memoriæ Generalis Gregorius, qui non multo ante me illuſtris in hoc ſolio fuit, ita confirmavit, ut ejus in extremo hæc verba perſcriberet: Sic & ego credo, quemadmodum ſanctiſſimus Generalis Joannes hic ſcripſit; & ita non credentes, anathematizo. Ac legamus ſane paululum ex eo, ſi placet, ut hunc virum adgnoſcas, veluti leonem ex unguibus. THEORIANUS. Equidem hoc ſcriptum libentiſſime audiam.

Quum ergo recitatum fuiſſet proemium, Theorianus ad Generalem: Obſecro, inquit, eximiam ſanctitatem tuam, ut hic liber deſcribatur, ac mihi tradatur: quo Græcum factum habere in Romania poſſimus, ad honorem patris ipſius, utque per eum auctor a nobis ipſe celebretur. GENERALIS. Perplacet.

Itaque deſcriptus & nobis traditus eſt, qui eum ad urbem Auguſtam deportavimus.

Secundum hæc Generalis ita nos compellabat. Beatus Paulus inquit; Optarem ipſemet eſſe a Chriſto anathema pro fratribus meis, cognatis mihi, quod carnem adtinet, dumtaxat, ut ipſi ſalutem adipiſcerentur. Idem ego de mea gente dico. Et quandoquidem bonus paſtor etiam mori debet pro ſuis ovibus, omnem machinationem atque ſtudium adhibebo, & omnibus omnia fiam; ut omnes, aut aliquos omnino ſervem: quo & ipſe dicere poſſim: En ego, & liberi, quos Deus mihi dedit. Quo autem modo ſim id facturus, audi. Ab hodierno die ſcribere litteras ad Armeniorum

A τος, μήτε τὸ ἀπαθὲς, διὰ τὸ παθητὸν αὐτοῦ τῆς ἀνθρωπότητος. Τούτων οὖν ἀναγνωσθέντων καὶ ἑρμηνευθέντων, εἶπεν ὁ Καθολικὸς πρὸς τὸν Θεωριανόν. ἐγὼ τοῦτον ἀναγνοὺς τὸν ὅρον, οὐδὲν ἐναντίον τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει ἐν αὐτῷ διέγνων, ὡς καὶ πρώην ἐξεῖπον. καὶ θαυμάζω, πῶς οἱ πρὸ ἡμῶν ἀναιδῶς κατ' αὐτοῦ εἰς συκοφαντίαν ἐχώρησαν. ἀλλ' οἶμαι, ἐπεὶ κατὰ πολλῶν αἱρέσεων παρατάττεται ἡ ἁγία αὕτη Καθολικὴ μεγάλη σύνοδος, ὡς δεδήλωται, πολλοὺς κατ' αὐτῆς ὁ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων πολέμιος τοὺς συκοφάντας ἐξήγειρεν, ἀντὶ πολλῶν, ὧν κατὰ καρδίας ἐδέξατο πληγῶν παρ' αὐτῆς. ὀρθότατός ἐστιν ὁ ὅρος, ὡς ὑπὸ τοῦ παναγίου πνεύ-

B ματος διὰ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἁγίων θεοφόρων πατέρων ὑπαγορευθείς. οὐδεμία γὰρ ἁγία σύνοδος τοσούτους ἔσχε συνειλεγμένους ἁγίους πατέρας. νυνὶ δέ σοι καὶ τι τῶν μέχρι τοῦ νῦν ἀπορρήτων ἀποκαλύψω. πρὸ διακοσίων ἐτῶν ἐγένετό τις Καθολικὸς τῶν Ἀρμενίων, ᾧ ὄνομα Ἰωάννης, βίῳ καὶ λόγῳ τοῖς μεγάλοις ἁγίοις πατράσιν ἡμιλλημένος, παιδείας τε τῆς ἔξω πάσης, καὶ δὴ καὶ αὐτῆς φιλοσοφίας οὐκ ἀκροθινῶς ἥψατο. βίῳ δὲ ἐνθέῳ οὐκ οἶδα εἰ πάντας τοὺς πλείστους πως ὑπερηκόντισεν, ὃς διά τε τὸν βίον, διά τε τὸν λόγον, τοῦ θείου τούτου βαθμοῦ καὶ τοῦ θρόνου, τῶν Καθολικῶν λέγω, ἠξιώθη. οὗτος ζήλου θείου πλησθεὶς, κατὰ τῶν μονοφυσιτῶν ὥρμη-

C το. καὶ δὴ καὶ γραφαῖς, καὶ γλώττῃ τούτους κατατραυματίζειν, τὸν ὅλον τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ χρόνον σχεδὸν οὐκ ἐπαύσατο. οὗ τὴν θείαν μνήμην ἐντίμως καὶ θεοσεβῶς ἑορτάζομεν. τούτου τοῦ θείου καὶ μακαρίου ἀνδρός ἐστι παρ' ἐμοὶ συγγραφὴ, ἣν κατὰ τῶν μονοφυσιτῶν συνεγράψατο, πολλαῖς γραφικαῖς μαρτυρίαις, καὶ ἐνθυμήμασι, καὶ συλλογισμοῖς ἰσχυροῖς, καὶ κοιναῖς ἐννοίαις καὶ ἀποδείξεσιν, ἐμπεπυκνωμένη. ταύτην ὁ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ ὀλίγον πρὸ ἐμοῦ τῷ θρόνῳ τούτῳ διαπρέψας Γρηγόριος ὁ Καθολικὸς ἐπεκύρωσε, γράψας πρὸς τῷ τέλει αὐτῆς, ὅτι οὕτω πιστεύω κἀγὼ, ὡς ὁ ἁγιώτατος Καθολικὸς Ἰωάννης ἐνταυθοῖ γέγραφε, καὶ τοὺς μὴ οὕτω πι-

D στεύοντας ἀναθεματίζω. καὶ εἰ κελεύεις, ἀναγνωσόμεθα ἐκ ταύτης ὀλίγον, ἵνα γνῷς τὸν ἄνδρα, ὡς ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἥδιστα ἀκούσομαι τῆς γραφῆς.

Ὡς οὖν ἀνέγνωμεν τὸ προοίμιον, εἶπεν ὁ Θεωριανὸς πρὸς τὸν Καθολικόν. παρακαλῶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου μεταγραφῆναι τὴν συγγραφὴν ταύτην, καὶ δοθῆναί μοι, ἵνα ἐξελληνισθεῖσαν ἐν Ῥωμανίᾳ ἔχοιμεν αὐτὴν, εἰς τιμὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τιμῶμεν δι' αὐτῆς τὸν γεννήτορα. Ο ΚΑΘΟΛ. ἀποδέχομαι τοῦτο σφόδρα.

Καὶ δὴ μεταγραφεῖσα ἐδόθη ἡμῖν, ἣν καὶ ἀπεκομισάμεθα πρὸς τὴν βασιλεύουσαν.

E Τούτων οὕτω γενομένων, εἶπεν ὁ Καθολικὸς πρὸς ἡμᾶς. ὁ μακάριος Παῦλος ἔφη· ἐβουλόμην αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου, τῶν κατὰ σάρκα, μόνον ἵνα σωθῶσι. τοῦτο φημὶ κἀγὼ ὑπὲρ τοῦ ἐμοῦ γένους. ἐπεὶ καὶ ἀποθανεῖν ὀφείλει ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ὑπὲρ τῶν προβάτων αὐτοῦ, πᾶσαν μηχανὴν καὶ σπουδὴν ποιήσω, καὶ πάντα πᾶσι γενήσομαι, ἵνα πάντας, ἢ τινας πάντως σώσω. ὡς ἂν κἀγὼ δυνηθῶ εἰπεῖν, ἰδοὺ ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός· πῶς δὲ τοῦτο ποιήσω, ἄκουσον. ἀπὸ τῆς σή-

* ἀκροθιγῶς

ANNO CHRISTI 1169.

μερον ἄρξομαι γράφειν ἐπιστολὰς πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς Ἀρμενίων ἐπισκόπους, καλῶν αὐτοὺς εἰς τὴν σύνοδον. καὶ μετὰ τὸ κρατηθῆναι τὴν σύνοδον, προσθήσω εἰς μέσον ὅσας χρήσεις ἔχουσιν οἱ Ἀρμένιοι, δοκούσας αὐτοῖς βοηθεῖν. προθήσω δὲ καὶ ὅσας αὐτός μοι παρήγαγες γραφικὰς μαρτυρίας. καὶ πρῶτον μὲν ἔσομαι ἐκ τοῦ μέρους τῶν Ἀρμενίων, καθ' ὑμῶν γυμνάζων τὸν λόγον. εἶτα ἠρέμα, καὶ κατ' ὀλίγον, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς οἰκονομίας, καὶ κατὰ καιρὸν καὶ τρόπον τὸν προσήκοντα, ἄρξομαι ἀποκαλύπτειν τὴν μέχρι τοῦ νῦν κρατήσασαν πλάνην τῶν Ἀρμενίων. ἐλέγξω δὲ καὶ αὐτοὺς καὶ ἀπὸ συγγραφῆς τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου καὶ Καθολικοῦ, ἥν σοι δέδωκα μεταγράψας. καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν ἀποδείξεων, ἅς μοι πεποίηκεν ἡ σὴ λογιότης. καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, ἔσομαι Ῥωμαῖος, ὑπὲρ Ῥωμαίων, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κατὰ τῶν Ἀρμενίων ἀγωνιζόμενος. καὶ μοὶ ἀψευδὴς ἐλπίς ἐστιν εἰς Θεόν, ὅτι τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούσει, καὶ ἀκολουθήσει μοι. καὶ ἐσόμεθα σὺν Θεῷ μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. καὶ εἰ μὲν πάντες συνέλθοιεν ἐμοί, εὖ ἂν ἔχοι. τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ οὐ παύσομαι εὐχαριστῶν. εἰ δέ γε καὶ μή, (ὅπερ ἀπεύχομαι) μετὰ τῶν ἑπομένων μοι, καὶ στοιχούντων, καὶ ὁμοφρονούντων κυρώσω τὸ δόγμα τῆς ἀληθείας. καὶ ἀποστείλω πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα, καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην τοὺς ἀξιολόγους τῶν ἀρχιερέων μου, φέροντας τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἔγγραφον, καὶ ὑπογεγραμμένην οἰκείᾳ ἐμῇ χειρί, ἔχουσαν καὶ ὑπογραφὰς πάντων τῶν ὑπ' ἐμὲ ὄντων ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, βεβαιώσοντας, καὶ δι' οἰκείας φωνῆς, καὶ γραφῆς, λόγῳ ἡμῶν καὶ τῶν ὀρθοδοξησάντων Ἀρμενίων ταύτην. ἔσται δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐγγράφῳ πίστει ἐγκείμενον, ὅτι δεχόμεθα τὴν ἐν Χαλκηδόνι μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν τετάρτην ἁγίαν σύνοδον, καὶ οὓς αὐτὴ δέχεται ἁγίους πατέρας. οὓς δὲ πάλιν αὐτὴ ἀναθεματίζει, καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν. Εὐτυχέα τε καὶ Διόσκορον, πρὸς δὲ καὶ Σεβῆρον, καὶ Τιμόθεον τὸν Αἴλουρον, καὶ πάντας τοὺς αὐτῆς καταφλυαρήσαντας. τοὺς δὲ πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας τοὺς ὀφθαλμοὺς μύσαντας τῆς καρδίας, καὶ σοφωτέρους ἑαυτοὺς τῶν ἁγίων ὑπολαμβάνοντας, αἰωνίῳ ἀναθέματι παραπέμψω. εἶτα μετὰ τὸ κυρωθῆναι συνοδικῶς ἐν τῇ βασιλευούσῃ ταῦτα πάντα, καὶ ὑποστρέψαι τοὺς ἐμοὺς ἀρχιερεῖς, εἴγε κελεύσει ὁ θεοφιλέστατος βασιλεύς, εἰσέλθω καὶ αὐτὸς εἰς τὴν βασιλεύουσαν, προσκυνήσων τὰ ἐκεῖσε ἅγια προσκυνήματα, καὶ τὸν ἰσαπόστολον καὶ ἅγιον βασιλέα, καὶ τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην. καὶ ταῦτα εἰπών, ἐξέβαλε πάντας τοῦ ὑπερῴου, καὶ μετὰ παθαινομένης ψυχῆς, ἔχων καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων μεστούς, ἤρξατο λέγειν πρὸς ἡμᾶς.

Παρακαλῶ τὸν φιλόστοργον καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα, ἵνα μετὰ τὸ εἰσελθεῖν τοὺς ἐμοὺς ἀρχιερεῖς εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ βεβαιῶσαι ταῦτα πάντα, ἃ εἴπομεν, πορήσῃ τὸν ἁγιώτατον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην φορέσαι τὰ ἱερατικὰ αὐτοῦ, ὅσα φορεῖν εἴωθε, τὴν θείαν ἐκτελῶν λειτουργίαν, καὶ ἀναβῆναι ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος, ἢ ἐπὶ τοῦ θείου καὶ ἱεροῦ θρόνου, τοῦ ὄπισθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, κρατοῦντα ταῖς χερσὶ τὸν ἅγιον σταυρόν, ἔχοντα τὰ τίμια ξύλα, καὶ ἐν ἀκροάσει παντὸς τοῦ πληρώματος τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ λαοῦ, εὐλογῆσαι τὸ γένος τῶν Ἀρμενίων. ὃ σχεδὸν ὅλον αἰῶνα ὑπὸ κατάραν ἦν. εἶτα ποιῆσαι



A epiſcopos ubique gentium incipiam, quibus eos ad ſynodum invitabo. Ea quum habita fuerit, in medium proponam auctoritates omnes, quotquot Armenii habent, & pro ipſis eſſe videntur. Proponam & illa ſacrarum litterarum teſtimonia, quæcumque tu mihi protuliſti. Ac primum quidem ero ex parte Armeniorum, contra vos diſſerendo contendens: deinde paulatim, ac pedetentim, nec ſine multo conſilio, convenienti & tempore & modo, detegere incipiam Armeniorum errorem, qui haſtenus obtinuit. Redarguam eos & de libro ſanctæ memoriæ Joannis illius Generalis epiſcopi, quem librum tibi deſcriptum obtuli: de omnibus illis denique demonſtrationibus, B quas eruditio tua mihi ſuppeditavit. Ad ſummum, Romanus ero, proque Romanis, immo pro veritate, adverſus Armenios decertabo: ac ſpe infallibili fretus erga Deum, futurum mihi polliceor, ut oves meæ vocem meam audiant, ac me ſequantur: & erimus, Deo juvante, unum ovile, unus paſtor. Quod ſi ad me univerſi acceſſerint, bene erit; ac benigno Deo gratias agere non deſinam: ſin autem, (quod evenire nolim) cum iis qui me ſequentur, & mecum conſentient, veritatis doctrinam confirmabo, & ad præpotentem ſanctumque noſtrum imperatorem, & ſanctiſſimum ac univerſalem patriarcham, meos auctoritatis præcipuæ pontifices mittam, qui fi-C dem orthodoxam ſcripto comprehenſam adferent, manu mea ſubnotatam, & omnium mihi ſubjectorum recte ſentientium epiſcoporum ſubſcriptiones continentem; quique tam voce propria quam per ſcripturam, noſtro nomine pariter, & amplexorum veram ſententiam Armeniorum, eam confirmabunt. Atque huic comprehenſæ ſcripto fidei hoc quoque, præter alia, inſertum erit; Nos habitam Chalcedone magnam, univerſalem, quartam illam ſacram ſynodum recipere cum iis ſanctis patribus, quos ea recipit: quos autem e diverſo anathemati ſubjicit, eos nos quoque anathematizare; nimirum Eutychem, & Dioſcorum, & præter hos Severum, & Timotheum Ælurum, & D omnes, qui adverſus eam nugas meras effutiverunt. Quotquot autem cordis oculos ad veritatis lucem olauſerint, & ſe viris illis ſanctis doctiores exiſtimabunt, æterno anathemati tradam. Deinde quum hæc omnia in urbe Auguſta, ſynodo interveniente, corroborata fuerint, ac reverſi mei pontifices: ſi quidem piiſſimus imperator juſſerit; & ipſe urbem Auguſtam ingrediar, adoraturus & res ibidem ſanctas ac veneratione dignas, & Apoſtolis parem ac ſanctum imperatorem & ſanctiſſimum patriarcham. Quibus dictis, e cœnaculo expulit univerſos, & animo dolorem præſeferente, pleniſque lacrymarum oculis, ita nos adfari cœpit.

E Obſecro benignum & ſanctum imperatorem noſtrum, ut, poſteaquam mei Pontifices Conſtantinopolim ingreſſi, & luce, quæ diximus omnia confirmata fuerint: jubeat ſanctiſſimum & univerſalem Patriarcham, ornatum pontificalibus ſuis, quæ geſtare conſuevit, quoties ſacrum miniſterium peragit, in * ambonem conſcendere, vel in ſacrum ſanctum illud ſolium poſt ſacram menſam collocatum, crucem ſanctam manibus ſuis tenentem, & venerabilia ligna; audienteque toto eccleſiæ corpore ac populo, genti Armeniorum bene precari, quæ totum prope ſæculum execrationi ſub-

* ſuggeſtum.

ANNO CHRISTI 1169.

ANNO CHRISTI 1169.

ſubjecta fuit: deinde curet ſerias concipi preces etiam pro iis Armeniis, qui obdormierunt; ut Deus qui omnium vult ſalutem, profectum hoc ex ignoratione, non malitia, delictum eis remittat. Quum ergo videremus eum, hæc corde contrito, & cum gemitibus ad nos proferentem: nos quoque moti ſumus ad commiſerationem, totique meras in lacrymas, & lamentationes ſoluti. Deinde quum paululum temporis interceſſiſſet, quaſique ploratus conquieviſſet; Theorianus, dixit:

Has preces tuas, domine, præpotenti & ſancto imperatori noſtro exponemus. Inde tradita nobis epiſtola ad piiſſimum, & ſanctiſſimum, & Chriſtianum imperatorem noſtrum, qua & illud complexus erat, ſe magnam illam, & univerſalem, ſanctamque ſynodum quartam, Chalcedone habitam, recipere: pacifice nos dimiſit, tactoque capite noſtro, bene nobis eſt precatus. Nos autem actis Deo pro his omnibus gratiis, Conſtantinopolim continuis itineribus proficiſcebamur, Deum interim & collaudantes, & prædicantes: cui quidem omnis majeſtas, honos, adoratio, & magnificentia, ſæculis infinitis competit. Amen.

A εὐχὴν ἐκτενῆ καὶ ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων Ἀρμενίων, ἵνα ὁ θέλων πάντων ἀνθρώπων τὴν σωτηρίαν Θεὸς, ἀφήσει αὐτοῖς τοῦτο τὸ ἐξ ἀγνοίας, οὐ κακουργίας ἁμάρτημα. ὡς οὖν ἑωρῶμεν αὐτὸν μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ στεναγμῶν, ταῦτα πρὸς ἡμᾶς λέγοντα. κεκινήμεθα καὶ ἡμεῖς πρὸς οἶκτον, καὶ ὅλοι δακρύων καὶ θρηνῶν γεγόναμεν. ὥρας δὲ ὀλίγης παρελθούσης, καὶ οἷα τοῦ θρήνου κατηρεμήσαντος, εἶπεν ὁ Θεωριανός.

Ταύτην σου τὴν παράκλησιν, δέσποτα, εἰπόμεν τῷ κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ. καὶ δοὺς ἡμῖν γραφὴν αὐτοῦ πρὸς τὸν εὐσεβέστατον, καὶ ἅγιον, καὶ φιλόχριστον ἡμῶν αὐτοκράτορα, B περιέχουσαν τό. ὅτι δέχομαι τὴν τετάρτην μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν ἁγίαν σύνοδον τὴν ἐν Χαλκηδόνι. ἀπέλυσεν ἡμᾶς ἐν εἰρήνῃ. καὶ ἀψάμενος τῆς κεφαλῆς ἡμῶν, εὐλόγησεν ἡμᾶς. ἡμεῖς δὲ ἐπὶ πᾶσι τούτοις εὐχαριστήσαντες τῷ Θεῷ, τῆς πρὸς Κωνσταντινούπολιν φερούσης οἰχόμεθα, αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν Θεόν. ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, καὶ μεγαλοπρέπεια εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

## COLLECTORIS ADNOTATIO

*In ſuperiorem diſputationem.*

IN latina diſputationis hujus Græcæ verſione, quæ correcta vellem occurrunt omnino duo. Græcam vocem λόγος cum de Filio Dei dicitur ſemper hic redditur *Sermo*; retineri enim maluiſſem Latinam eccleſiaſticam vocem *Verbum*; ne quid dare Socinianis videremur. Alterum vero hoc eſt. Patriarcham Armenorum *Catholicum* omnes vocant; minus ergo ſcite Interpres noſter pro *Catholico* ſubſtituit *Generalis*. Denique toti diſputationi titulus hic præfixus eſt *Diſputatio Nierſis*; quamvis in Græco ſit *Diſputatio Theoriani*; id vero ex eo provenit, quod titulum illum ex Galani tom. I. *Concil. Eccleſ Armen. cum Latin.* prius acceperim, quam acta Græca in biblioth. PP. viderim.

ANNO CHRISTI 1170.

# CONCILIUM PARISIENSE

## PROVINCIALE,

### Quo Petri Lombardi error de Chriſti humanitate damnatus eſt anno circiter MDLXX.

Ex Labbei Append. To. X.

H*Ujus acta concilii non habemus, neque ullum, quod ſciam, rei geſtæ authorem: ſed tantum Alexandri III. litteras ad Vuillelmum Senonenſem archiepiſcopum, quibus illud convocari jubet. Quæ litteræ, quanquam extent ſupra inter acta concilii Lateranenſis III. ibi perperam, ut modo docebimus, a Binio collocatæ: tamen quia & breviſſimæ ſunt, & hujus maxime loci propriæ, eas iterum repræſento.*

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei Willelmo Senonenſi archiepiſcopo ſalutem.

Cum in noſtra olim eſſes præſentia conſtitutus, tibi viva voce injunximus, ut ſuffraganeis tuis Pariſiis tibi adſcitis, abrogationem pravæ doctrinæ Petri quondam Pariſienſis epiſcopi, qua dicitur quod Chriſtus, ſecundum D quod eſt homo, non eſt aliquid, omnino intenderes, & efficacem operam adhiberes. Inde ſiquidem eſt, quod fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, quod tibi, cum præſens eſſes, præcepimus, ſuffraganeos tuos Pariſios convoces, & una cum illis, & aliis viris religioſis & prudentibus, præſcriptam doctrinam ſtudeas penitus abrogare: & a magiſtris, & ſcholaribus ibidem in theologia ſtudentibus, Chriſtum, ſicut perfe- C ctum Deum, ſic & perfectum hominem, ac verum hominem ex anima & corpore conſiſtentem, præcipias edoceri: univerſis firmiter & diſtincte injungens, quod doctrinam illam de cetero nequaquam docere præſumant, ſed ipſam penitus deteſtentur.

*Quod autem hic ab Alexandro mandatur, quia ſtatutum ſit in concilio, dubitare non poſſumus. Graviter autem lapſus eſt Matthæus Paris, qui epiſtolam hanc e concilio Lateranenſi datam ſcribit: quo factum eſt, ut eam Binius, errorem Matthæi ſecutus, inter concilii Lateranenſis acta retulerit. Lapſus, inquam, eſt in eo graviſſime. Nam concilii Lateranenſis tempore Senonenſis archiepiſcopus, non Vuillelmus erat, ſed Guido. Jam enim Senonenſes infulas Vuillelmus Remenſibus commutaverat ab anno circiter* MCLXXV.

CON-

ANNO CHRISTI 1170.

# CONVENTUS EPISCOPORUM

## Ad dedicationem eccleſiæ S. Amantii Buxienſis, ann. Dom. MCLXX.

### Ex tabulario S. Amantii Buxienſis.

ANNO MCLXX. facta eſt dedicatio eccleſiæ A
S. Petri & S. Amantii Buxienſis. Con-
ſecraverunt autem ipſam eccleſiam domnus
Bertrandus archiepiſcopus Burdegalenſis, at-
que Joannes epiſcopus Pictavenſis: Petrus quo-
que epiſcopus Petragoricenſis, Ademarus vero
epiſcopus Santonenſis, & Petrus epiſcopus En-
golifinenſis. *Et paulo poſt*: Huic etiam conſe-
crationi interfuerunt D. Petrus abbas S. Jo-
annis Angeliacenſis, Joſcelinus abbas hujus
loci, Jordanus abbas S. Salvatoris Karrofen-
ſis, Bernardus abbas S. Benedicti Nantolii,
Raimundus abbas S. Stephani Beaniæ, abbas
S. Sacerdotis Sailatenſis, Junius abbas de Co-
rona, abbas S. Gauterii Stirpenſis, abbas S.
Mariæ de Cella, abbas S. Petri de Cella Frui-
ni: & alii plures, tam abbates, quam magi-
ſtri, doctores, atque rectores eccleſiarum, at-
que multitudo monachorum, presbyterorum,
clericorum, virorum nobilium, principum,
militum, & omnium ordinum atque graduum
Chriſtianorum. Hæc dedicatio facta eſt ad ho-
norem & laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti,
ut ſupra dictum eſt, anno MCLXX. Dominicæ
Incarnationis XVII. Kal Decembr. regibus re-
gnantibus atque imperantibus, Ludovico rege
Francorum, Enrico rege Anglorum, Alexan-
dro papa urbe Roma pontificatum diſponente.

ANNO CHRISTI ....

# CONCILIUM ENGOLISMENSE

### INCERTI TEMPORIS.

IN *eodem S. Amantii tabulario paulo ante men-* B
*tio fit Engoliſmenſis concilii, nec die, nec an-*
*no adſcriptis*. Quidam, *inquit*, miles Guillel-
mus de la Prada dedit Deo & S. Amantio
medietatem terræ ſuæ quam habebat infra Ca-
rentonium fluvium. Hanc eleemoſynam mul-
tum contradixerunt atque calumniati ſunt,
Unebertus Arnaldus, atque Gaufridus Arnaldus
frater eius: & multas vices cum abbate & monachis
placitarunt. Tandem apud Engoliſmum in quo-
dam concilio ubi domnus Rogerius S. R. E.
ſubdiaconus, & domnus Bertrandus Burdega-
lenſis archiepiſcopus cum comprovincialibus
epiſcopis convenerant, ibi ſimiliter Unebertus
Arnaldus, atque Gauſridus Arnaldus, cum
abbate & monachis S. Amantii placitaverunt.
*Secundum abbatem judicatum eſt.*

ANNO CHRISTI 1171.

# ☞ SALISBURGENSE CONCILIUM

### *Anno* 1171. *habitum.*

## S. Decani Teſerneenſis *epiſtola ad Rupertum*. Scribit quid in Concilio Saltzburgenſi decretum ſit.

*De Decimis non oppignorandis.*

Per Anecd. t. V. p. II. pag. 18.

R. Domino & Patri venerando, S. Deca-
nus cum omni congregatione ſubjectio-
nem. Paternitati veſtræ breviter inſinuamus,
quæ apud nos aguntur, & quæ in concilio
Epiſcoporum ſunt inſtituta. Siquidem domnus
Archiepiſcopus querimoniam noſtram benigne
ſuſcepit, & judicium infra quadrageſimam
Salzburg. in veſtram præſentiam diſtulit, ubi
& Germanus veſter venerabilis præpoſitus de
Raitenbuch literas domni Apoſtolici præſen-
tabit, quas, ſi in concilio vobis abſente præ-
ſentaſſet, deperire timebat. Domnus Archie-
piſcopus totam quadrageſimam Salzb. mane- C
bit, & quamcumque diem per vos decreveri-
tis, germano veſtro deſignare deberetis, ut
apud prædictam urbem vobis expeditus occur-
rat. Decretum eſt autem de clericis matricu-
larium Eccleſiarum aut præbendas aut paro-
chias prorſus amittere, decimas a Parochianis
aut in beneficium aut in pignus traditas, in-
fra XIV. dies redimendas, aut anathemati ſub-
jacere, uſuram accipientes excommunicari.
Proſperitati veſtræ ex intimo cordis affectu D
congaudemus, & ut nobis in annona noſtra,
quemadmodum de vobis confidimus & ſpera-
mus benigniter provideatis, unanimi voto fla-
gitamus.

# CONCILIUM ARDMACHIENSE

## IN HIBERNIA CELEBRATUM,

### Anno Dom. MCLXXI. in quo Hibernenſes, Divinæ ultionis intuitu, Anglos ubique per inſulam ſervitutis vinculo mancipatos in priſtinam libertatem reſtituunt.

Ex Giraldo Cambrenſi, cap. 28. Hiberniæ expugnatæ.

Collection. Anglic. To. II.

HIS completis, convocato apud Ardmachiam totius Hiberniæ clero & ſuper adventu Anglorum in inſulam adventu tractato diutius & deliberato: tandem communis omnium in hoc ſententia reſedit: propter peccata ſcilicet populi ſui, eoque præcipue, quod Anglos olim, tam a mercatoribus, quam prædonibus atque piratis, emere paſſim, & in ſervitutem redigere conſueverant, Divinæ cenſura vindictæ hoc eis incommodum accidiſſe, ut & ipſi quoque ab eadem gente in ſervitutem vice reciproca jam redigantur. Anglorum namque populus adhuc integro eorum regno, communi gentis vitio, liberos ſuos venales exponere: & priuſquam inopiam ullam aut inediam ſuſtinerent, filios proprios & cognatos in Hiberniam vendere conſueverant. Unde & probabiliter credi poteſt, ſicut venditores olim, ita & emptores, tam enormi delicto juga ſervitutis jam meruiſſe. Decretum eſt itaque in prædicto concilio, & cum univerſitatis conſenſu publice ſtatutum, ut Angli ubique per inſulam, ſervitutis vinculo mancipati, in priſtinam revocentur libertatem.

# ☞ CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

*Sub Michaele Anchialino Patriarcha anno 1171. habitum.*

* Menſis Januarii die XIII. feria IV. indictione IV.

Vis edicti domini Michaelis hæc eſt. * Menſe Januario, die S. 4. Indictionis. & deinceps, conſtituit, ne lectores, æque ac diaconi & ſacerdotes ſæcularia officia ſuſcipiant, vel exactorum munera, vel curationes, propter XI. canonem I. & II. Conſtantinopolitanæ ſynodi.

B Ἡ Δύναμις τοῦ σημειώματος τοῦ κυρίου Μιχαὴλ, ἐστιν αὕτη. Μηνὶ Ἰανουαρίῳ ιγ, ἡμέρᾳ δ, ἐπινεμήσεως δ, καὶ ἐφεξῆς διατάττεται καὶ τοὺς ἀναγνώστας ἐπίσης τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μὴ ἀναδέχεσθαι κοσμικὰ ὀφφίκια ἢ πρακτορικὰς ἐνεργείας, ἢ κουρατορείας, διὰ τὸν ια κανόνα τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει α καὶ β συνόδου.

*II. Ne clerici ex aliena diœceſi * creentur.*

B. Περὶ τοῦ μὴ χειροτονεῖν κληρικοὺς τοὺς ἐξ ἑτέρας ἐνορίας.

C

* ordinentur

IN memoria habe ſynodalem declarationem ſanctiſſimi patriarchæ, domini Michaelis, qui fuit philoſophorum ſummus, quæ hæc ad verbum continet: Menſe Novembri, die primo, Indictione V. præſidente ſanctiſſimo domino noſtro & univerſali patriarcha domino Michaele in Alexiacis catechumeniis, magnæ ejus ſanctitati una aſſidentibus ſanctiſſimis antiſtitibus, Stephano Cæſareæ, Nicolao Epheſi, Michaele Heracleæ, Joanne Cyzici, Leone Amaſeæ, Niceta Melitenes, Baſilio Neocæſareæ, Luca Mociſi, Joanne Cretæ, Leone Adrianopolis, Conſtantino Euchaitarum, Georgio Alaniæ, Theodoro Methymnes, Joanne Byzyes, & Romano Apro: præſentibus etiam religioſiſſimis dominicis magiſtratibus.

Patrum terminos non tranſgredi, quos ii pulchre, & cum ea, qua par eſt, diſquiſitione ab initio poſuerunt: ſed nec foſſas, nec * vallum tranſilire quod externa a ſuis juribus dividit, decretum eſt eccleſiaſticum, & lex divina, a multis ante ſeculis ſtatuta. Oportebat ergo hoc non ignorare eos, qui eccleſiis præſunt, quæ ubique ſitæ ſunt, & qui ſynodalia decreta legumque conſtitutiones ſe ſervaturos profitentur; & qui debent in eis permanere, & propria quidem jura retinere, ab alienis autem abſtinere. Sed neſcio qua-

* ſeptem

Ἐχεῖς εἰς μνήμης τὴν συνοδικὴν σημείωσιν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Μιχαὴλ, τοῦ γεγονότος ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, τῇδε πρὸς ἔπος διαλαμβάνουσαν. Μηνὶ Νοεμβρίῳ ἡμέρᾳ α, ἐπινεμήσεως δ, προκαθημένου τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ ἐν τοῖς Ἀλεξιακοῖς κατηχουμενείοις, συνεδριαζόντων τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ ἱερωτάτων ἀρχιερέων, Στεφάνου, Καισαρείας. Νικολάου, Ἐφέσου. Μιχαὴλ, Ἡρακλείας. Ἰωάννου, Κυζίκου. Λέοντος, Ἀμασείας. Νικήτα, Μελιτινῆς. Βασιλείου, Νεοκαισαρείας. Λουκᾶ, Μωκισοῦ. Ἰωάννου, Κρήτης. Λέοντος, Ἀδριανουπόλεως. Κωνσταντίνου, Εὐχαΐτων. Γεωργίου, Ἀλανίας. Θεοδώρου, Μηθύμνης. Ἰωάννου, Βυζύης, καὶ Ῥωμανοῦ, Ἄπρω. παρισαμένων καὶ θεοφιλεστάτων δεσποτικῶν ἀρχόντων.

D

E

Ὅρια πατέρων μὴ ὑπερβαίνειν ἃ καλῶς οὗτοι καὶ μετὰ δεούσης δοκιμασίας ἀρχῆθεν ἐξέθεντο. ἀλλὰ μηδὲ τὰ ἐσκαμμένα καθάλλεσθαι, καὶ θριγγίον ὑπερπηδᾶν διαιρετικὸν ὀθνείων τε καὶ οἰκείων δικαίων, ἐκκλησιαστικὸν δόγμα, καὶ νόμος θεῖος ἀνέκαθεν κείμενος. ἔδει μὲν οὖν τοῦτο μὴ ἀγνοεῖν τοὺς τῶν ἁπανταχοῦ διακειμένων προϊσταμένους ἐκκλησιῶν, καὶ τὸ ἐπάγγελμα ἔχοντας συντήρησιν θεσπισμάτων κανονικῶν καὶ νομικῶν διαταγμάτων. καὶ μέντοι καὶ ἐμμένειν τούτοις ὀφείλοντας, καὶ τῶν οἰκείων μὲν δικαίων ἀντέχεσθαι, τῶν

ANNO CHRISTI 1171.

τῶν δὲ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι. ἀλλ' οὐκ οἶδα, ὅ, τι παθόντες τινὲς τῶν ἱερωτάτων ἀρχιερέων, οἳ καὶ μάλιστα ἔγγιστα τῆς βασιλίδος ταύτης τῶν πόλεων τοὺς ἀρχιερατικοὺς θρόνους ἔλαχον, ἀσυντηρήτως ποιοῦντες χειροτονίας διακόνων καὶ ἱερέων, μὴ ὑποκειμένων ταῖς ὑπ' αὐτοὺς ἐνορίαις, πολλάκις ἑάλωσαν. οἳ γὰρ περὶ τούτου προσαγγελθέντες τῷ πρὸ ἡμῶν ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ κυρῷ Λουκᾷ, καὶ παρεγγυηθέντες παύσασθαι τοῦ τοιαῦτα ποιεῖν ἀκανόνιστα. φαμὲν δὴ τοῦ χειροτονεῖν ὑπερόρια, καὶ τοὺς ἐξ ἑτέρας ἐνορίας εἰς αὐτοὺς ἀφιγμένους, ἀνυποστόλως οὕτω χειροθετεῖν. ἀμνηστίαν τῶν αὐτοῖς περὶ τούτου παρηγγελμένων οὐκ ἐπαύσαντο τίθεσθαι, μέχρι δὴ τὰ καὶ τήμερον. Ἐπειδὴ τοίνυν ἀνηγγέλθη καὶ τῇ ἡμῶν μετριότητι παρὰ τοῦ ἡμετέρου θεοφιλεστάτου χαρτοφύλακος, πολλούς τινας τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας ἐνορίας παρὰ γνώμην αὐτοῦ πρὸς τοὺς περιξ ταυτησὶ τῆς μεγαλοπόλεως ἀπερχομένους ἐπισκόπους, ἱερατικοῦ παρ' αὐτῶν ἀξιοῦσθαι χαρίσματος, εἶτ' αὖθις ἐπαναστρέφειν εἰς τήνδε τὴν καθ' ἡμᾶς ἐνορίαν, μετὰ δὴ τάχα καὶ γραμμάτων συστατικῶν. τὸ ποιητέον αὐτῷ ἐπὶ τούτοις ἐζήτει μαθεῖν παρὰ τῆς ἡμῶν μετριότητος. ἀμφιβάλλειν γὰρ οὐ μικρῶς ἔφασκε, μή ποτε κρίμασιν ἀλλοτρίοις ἐπικοινωνοίη, παραχωρῶν ἱερᾶσθαι, οὓς αὐτὸς οὐκ ἐξήτασε. περὶ ὧν οὔτε μαρτύρων, ὡς ἔθος αὐτῷ, παραστάντων ἐπύθετο, καὶ εἰ χρόνων εἶεν τῶν ὡρισμένων, πεπληροφόρηται· οὔτε δοκιμασίαν περὶ τοῦ βίου τούτων πεποίηται, καὶ τὸ πιστὸν τοῦ ἀξίους τοῦ ἐπαγγέλματος ἐκ τῆς ἐνυπογράφου μαρτυρίας τῶν κατὰ πνεῦμα τούτους ὠδινησάντων παρείληφε· καὶ ταῦτα, πολλάκις ἐπί τινων προφανῶς ἐναντιουμένης τῆς ὄψεως περὶ τὴν τῶν χρόνων τέως ἐντέλειαν. καὶ τὸν τριακοντούτην εἶναι ὀφείλοντα, πολλῷ τῆς τοιαύτης λείπεσθαι προθεσμίας· προσμαρτυρούσης προδήλως ἔκ τε τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν τοῦ σώματος φαινομένης ἁπλῶς καταστάσεως, καὶ ἐξ αὐτῆς τοῦ πώγωνος τῆς ἐπιψιλώσεως, ἐφ' ὧν δὲ βραχείας πάνυ καὶ ἐνδεεστέρας πολλῷ τοῦ προσήκοντος τριακοντούτῃ πωγωνίτῃ τριχώματος. ταῦτα λέγων, καὶ τὴν ὑφέρπουσαν τούτου ἀμφιβολίαν καὶ ἀπορίαν, ὡς οὐκ ἀνάλογον, ἐξ ἔργων αὐτῶν παρεδήλωσε. παραστησάμενος τῇ ἡμῶν μετριότητι συνοδικῶς προκαθημένῃ, τὴν σήμερον δύο καὶ τρεῖς οὕτως ἔχοντας ὄψεως καὶ καταστάσεως, καὶ εἰς ἱερατικὸν προβιβασθέντας βαθμόν. ὃν μὲν παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Δέρκου. οὓς δέ, παρὰ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων, τοῦ τε Πραινέτου καὶ τοῦ Χαλκίδος. καὶ ἄλλους δὲ παρὰ διαφόρων οὕτω κεχειροτονημένους φάμενος εἶναι, καὶ διατρίβειν ἐνταῦθα, καὶ ἱερουργεῖν ἐθέλειν ὡς ἱερεῖς. Τὸ γοῦν τοιοῦτον τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν χαρτοφύλακος ἀξιοζήτητον πρόβλημα, οὐδὲ ἡ μετριότης ἡμῶν καταλιπεῖν ἐθέλουσα ἄλυτον, ἐπὶ κοινῆς συνδιασκεψαμένη τῇ ἐνδημούσῃ θείᾳ καὶ ἱερᾷ ἐπέτρεψεν ἀδελφότητι. τοίνυν καὶ περὶ τοῦ προκειμένου διαγνωμονῆσαι θέλοντες, διακριθῆναι πρότερον ἐζητήσαμεν, τίνα μὲν τὰ τῶν ἁπανταχῇ ἀρχιερέων εἰσὶ κοινότερα ἐνεργήματα, τίνα δὲ ἰδικώτερα· τουτέστι, ποῖα μὲν οἱ ἐγχώριοι τῶν ἀρχιερέων οὐ κωλύονται διαπράττεσθαι, ἐπὶ τοῖς ὁθενδήποτε σφίσι προσερχομένοις, τίνα δὲ ἀπείργονται ποιεῖν ὑπερόρια. καὶ ἐπειδὴ τὰ περὶ τούτων φιλοπονοῦντες ἐφεύρομεν, τὸ μὲν ἀμυήτους τὸν περὶ πίστεως λόγον διδάσκειν, καὶ κατηχεῖν, εἶθ' οὕτω καὶ φωτίσματος ἀξιοῦν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν θείων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων μεταλήψεως μεταδιδόναι τοῖς ἐξ οἱασοῦν ἐνορίας πιστοῖς, ἐνέργημα εἶναι τοῦτο κοινότερον διεγνώκειμεν, ἐπί τε τῶν ἐκ τῆς οἰκείας ἐνορίας ὡρμημένων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀλλοδαπῆς ἐρχομένων. χειροθεσίας δὲ ἱερατικῆς ἀξιοῦν, οὐ τοὺς

A nam ratione quidam ſanctiſſimi antiſtites, * qui etiam proxime hanc urbem imperialem ſedes epiſcopales ſortiti ſunt, diaconorum & ſacerdotum ſuis diœceſibus non ſubjectorum ordinationes citra ullam obſervationem facere deprehenſi ſunt; qui * etiam de eo, quod a ſanctiſſimo patriarcha noſtro, domino Luca, annuntiatum eſt, & admoniti, ut hæc contra canones facere deſinerent: extra, inquam, ſuæ regionis limites ordinare, & iis, qui ex aliena regione ad ſe veniunt, tam libere manus imponere: oblivionem earum, quæ ante facta erant, * declaratio- B num, non ceſſaverunt imponere uſque in hodiernum diem. Quia autem noſtræ mediocritati a noſtro pio chartophylace renunciatum eſt, multos ex noſtra regione præter ejus voluntatem ad epiſcopos & archiepiſcopos, qui ſunt circumcirca magnam hanc civitatem, accedentes, ſacerdotali munere ab eis dignos haberi, deinde rurſus reverti ad hanc noſtram regionem cum literis forte commendatitiis: quid ſibi agendum ſit in iis, a noſtra intelligere mediocritate poſtulavit. Dixit enim ſe non parum dubitare, ne ipſe alienis forte judiciis communicet, permittens eos ad ſacra admitti, quos ipſe non examinavit: de quibus C nec teſtes, ut ipſi mos eſt, adſtantes interrogavit; nec, an præfinitos annos nati ſint, certior factus eſt; nec eorum vitam examinavit: nec fides ſibi facta eſt ex ſcripto eorum teſtimonio, qui illos ſecundum ſpiritum pepererunt, eos eſſe ſua profeſſione dignos: idque cum ſæpe in nonnullis manifeſte adverſetur aſpectus, quod ad annorum complementum attinet, & qui XXX. annos natus eſſe deberet, ab eo tempore longe abſit, corporis conſtitutione, qua cernitur, ætatem aperte teſtante, ipſaque barbæ raritate: cum in aliis quidem pilli nullo modo appareant, in aliis vero brevis, & multo minor, quam triginta annorum pilos eſſe oporteat. Hæc dicens, etiam D ei occurrentem dubitationem non eſſe injuſtam factis ipſis oſtendit, noſtræ mediocritati ſynodice hodie præſidenti, duos vel tres, qui hoc erant aſpectu & conſtitutione, & ad ſacros ordines promoti erant, exhibens; hos quidem, a Dei amantiſſimo Derci epiſcopo; illos vero, a Dei amantibus epiſcopis Præneti & Chalcidis: & dicens, alios a diverſis ſic ordinatos hic eſſe & verſari, & velle uti ſacerdotes ſacra celebrare. Hanc ergo religioſiſſimi noſtri chartophylacis quæſitu dignam propoſitionem nec noſtra mediocritas volens inſolutam relinquere, communiter conſiderandam divinæ & ſacræ, quæ hic agit, fraternitati permiſit. Ergo & de propoſito diſceptare E volentes, prius ut diſcernatur petivimus, quænam ſint antiſtitum, qui ſunt ubique communia munia, & quæ ſint ſpecialia, id eſt, quænam ejuſdem regionis epiſcopi perager non prohibentur in iis, qui ad illos undcumque accedunt, & quænam extra ſuæ diœceſis terminos facere prohibentur. Deinde de ea re ſententiam ferre cupientes, invenimus; eos quidem, qui myſteriis non ſunt initiati, fidei rationem docere, & catechizare: deinde ſic etiam illuminatione dignari, ac divina etiam & vivifica myſteria communicare fidelibus, qui ſunt ex quacumque regione; hoc eſſe commune officium judicavimus, & iis, qui ex propria regione accedunt, & iis etiam qui ex aliena regione veniunt. Manus autem impo-

com-

ANNO CHRISTI 1171.

* Præſertim qui prox.

* qui etiam hoc nomine interpellati a deceſſore noſtro ſanctiſſimo patriar. domino Luca, & admoniti.

* Interdictorum.

ANNO CHRISTI 1171.

nere, & ſacros ordines conferre, non iis, qui A undequaque veniunt; ſed iis ſolis, qui ſunt ejus diœceſis, unicuique antiſtiti canone cautum eſt: ne inter eos confuſio ſeditioque vertetur, a quibus & ordo & pacis bonum aliis quoque, certa debet regula tradi. Quoniam ergo hæc inquiſita ſic habere ſe invenimus, eos quidem, qui ante fuerunt, propemodum condemnare; & ſacerdotalia munera, quæ jam objerunt, infirmare & vel eos, qui ordinarunt, ſegregationi ſubjicere; vel eos, qui ordinati ſunt, ſacerdotali nudare dignitate; durum omnino, & inhumanum exiſtimavimus: ſed eos non amplius ferre, qui in * noſtrum præjudicium tam a ratione aliena ſecerunt; & quæ prius quidem facta ſunt, B humane tranſmittere; id autem, quod futurum eſt; corrigendo tutum reddere. ut * quod nobis ipſiſque conferat, cenſuimus: & deinceps unanimes omnes pronuntiamus, nequis deinceps ex finitimis audeat antiſtitibus, nec ex ulterioribus, ſive ex noſtra ſint, ſive ex aliena ſynodo, manum ſacros ordines conferentem imponere alicui eorum, qui ſunt hujus Imperialis & magnæ civitatis diœceſis, nec ullo ſacratorum loco & gradu eos dignos judicare: ſed ſciat unuſquiſque ſua jura, & iis vel ſolis ſit contentus. Epiſcopalia autem jura, quæ ad alios pertinent, ne impudenter & omnino contemptim invadant. Monendique ſunt, qui a nobis ſic canonice C conſtituta, infirmare & negligere auſi fuerint, & qui ad eos accedunt, & ſacerdotio digni habiti ſunt; eos quidem qui præter canones ordinati fuerint, nullum hic munus ſacerdotale exercituros, ſed in illis regionibus ſecure ſacra celebraturos, in quibus etiam ſacerdotii unctionem acceperunt: qui autem ordinaverunt, ex quacumque ſint ſynodo, non celebrandorum ſacrorum pœnæ fore deinceps obnoxios, ut qui nec poſt primam vel ſecundam admonitionem (primam autem dicimus, qua a ſanctiſſimo noſtro prædeceſſore domino Luca ſynodaliter facta eſt, denuntiationem) ab ea actione canonibus repugnante ſejungi voluerint. Quocirca etiam cautum eſt, hanc D emitti, & dari declarationem. Segregationis autem pœnam ei imponimus, qui primus contra has canonicas ordinationes facientium, hæc a nobis definita cognoverit, niſi etiam finitimis ſuis antiſtitibus, quæ decreta ſunt, nota fecerit. Quæ quidem in omnibus regionibus quæ ſunt ſub ſanctiſſimis ubique eccleſiis, nimirum metropolibus, archiepiſcopatibus, & epiſcopatibus, exercebuntur, & immutabilia permanebunt. Et nemo eorum, qui deinceps * ſunt ſacrandi, ad alium antiſtitem ultra regionem accedet, & ab illo ſacerdotali unctione dignus judicabitur. Deinceps enim abhinc erunt obnoxii utrique, tam qui ordinavit antiſtes, quam qui ordinatus eſt ſacerdos, iis E quæ de his jam prius ſynodaliter ſtatuimus. Ne autem ſit prætextibus iſque ſatis elegans, iis, qui nolunt, hic ordinari, ad religioſum noſtrum chartophylacem accedentibus quod majorem forte ſubeant innovationem, quam olim dari fuerit conſuetudo: ei quoque rei a noſtra mediocritate hodie proviſum eſt. Cautum eſt enim, ne antiqua in iis conſuetudo tranſiliatur: ſed illa ſola dentur epiſcopi miniſtris, & religioſiſſimo hujus temporis chartophylaci, quæ ab iis, qui ordinantur, jam olim dari conſuevere.

* proprium

* Id vero publice ac nobis ipſis profuturum cenſuimus: ac proinde unanimes.

* Sacris initiandi ſunt.

A ἁπανταχόθεν ἐρχομένους, ἀλλ' ἢ μόνους τοὺς ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐνορίας ἑνὶ ἑκάστῳ ἀρχιερεῖ κεκανόνισται· ἵνα μὴ τὸ ἄτακτον τούτοις καὶ στασιῶδες ἐμπολιτεύοιτο, ἐξ ὧν τὸ εὔτακτον καὶ τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν καὶ τοῖς ἄλλοις ὀφείλεται κανονίζεσθαι. ἐπεὶ οὖν οὕτω ταῦτα ζητήσαντες, εὕρομεν, τὸ μὲν χαλεπὸν τῶν προγεγονότων καταψηφίσασθαι, καὶ ἀκυρῶσαι τὰς ἤδη σφίσι προτετελεσμένας ἱερατικὰς ἐνεργείας, καὶ εἴτε ἀφορισμῷ τοὺς χειροθετήσαντας καθυποβαλεῖν, εἴτε τοὺς χειροτονηθέντας τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἀπογυμνῶσαι, σκληρόν τι καὶ ἀπηνὲς ὅλως ἐλογισάμεθα· τὸ δὲ καὶ ἔτι ἀνέχεσθαι τῶν ἐπὶ κρίματι σφετέρῳ τὰ τοιαῦτα διαπραξαμένων παράλογα, καὶ τὰ μὲν προτετυγμένα φιλανθρώπως παραδραμεῖν, τὸ δὲ B μέλλον ἐπιδιορθωτικῶς ἀσφαλίσασθαι, ἅτε κοινῇ συμφέρον καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἐπεκρίναμεν. λοιπὸν καὶ ὁμοφρονοῦντες ἀποφαινόμεθα ἅπαντες, μηκέτι τὸ ἀπὸ τοῦδε τολμῆσαί τινα τῶν πλησιοχώρων εἴτε καὶ πορρωτέρων ἀρχιερέων, τῶν τε ἐκ τῆς ἡμετέρας συνόδου, τῶν τε ἐξ ἑτέρας, χεῖρα τελεστικὴν ἐπιθεῖναι ἐπί τινι τῶν τὴν ὑπὸ τὴν βασιλίδα ταύτην καὶ μεγαλόπολιν ὄντων ἐνορίας, καὶ οἱουδήτινος αὐτὸν ἀξιῶσαι τῶν ἱερωμένων τόπου τε καὶ βαθμοῦ. ἀλλ' ἕκαστον εἰδέναι τὰ ἑαυτοῦ δίκαια, καὶ τούτοις ἀρκεῖσθαι καὶ μόνοις· τῶν δ' ἄλλοις ἀνηκόντων ἀρχιερατικῶν δικαίων μὴ κατεμβαίνειν ἀναιδῶς, καὶ τὸ ὅλον καταφρονητικῶς. εἰδέναι ὀφειλόντων τῶν ἀθετοῦσαι τολμησόντων τὰ οὕτω κανονικῶς παρ' ἡμῶν διατετυγμένα, C ἀλλὰ καὶ τῶν προσερχομένων αὐτοῖς καὶ ἱερωσύνης ἀξιουμένων, ὡς οὗτοι μὲν, ὡς παρὰ κανόνας χειροτονηθέντες, οὐδὲν ἱερατικὸν λειτούργημα ἐνταῦθα διενεργήσουσιν, ἀλλ' ἐν ἐκείναις ταῖς ἐνορίαις ἀδεῶς ἱεράσονται, ἐν αἷς καὶ τὸ χρίσμα τῆς ἱερωσύνης ἐδέξαντο· οἱ δὲ χειροτονήσαντες, ἐξ οἵας ἂν εἶεν συνόδου, ἀλειτουργησίας ἐπιτιμίῳ ἀπαραιτήτως ἔσονται ὑποκείμενοι. ὡς μηδὲ μετὰ πρώτην ἢ δευτέραν παραίνεσιν (πρώτην δὲ φαμὲν τὴν καὶ παρὰ τοῦ πρὸ ἡμῶν ἁγιωτάτου κυρίου Λουκᾶ συνοδικῶς περὶ τούτου γενομένην ἔγγραφον ἐπιφώνησιν) ἀποσχέσθαι τῆς τοιαύτης ἀκανονίστου θελήσαντες πράξεως. διὸ καὶ τετύπωται παρεκβληθῆναι καὶ δοθῆναι τὴν τοιαύτην σημείωσιν. ἀφορισμοῦ δὲ προσεπιτιθέαμεν ἐπιτίμιον, D καὶ ὃς ἂν πρῶτος τῶν τὰς τοιαύτας διενεργούντων ἀκανονίστους χειροτονίας τὰ παρ' ἡμῶν διωρισμένα ταῦτ' ἐπιγνώσεται, εἰ μὴ καὶ τοῖς πλησίον αὐτοῦ ἱερωτάτοις ἀρχιερεῦσι τὰ ὁρισθέντα γνωρίσειεν. ἃ δὴ καὶ ἐπὶ πασῶν τῶν ἐνορίων τῶν ὑπὸ τὰς ἁπανταχοῦ ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, ἤγουν μητροπόλεις, ἀρχιεπισκοπὰς, ἐπισκοπὰς τὸ ἐνεργόν τε καὶ ἀναλλοίωτον ἕξουσι. καὶ οὐδεὶς τῶν ἱερᾶσθαι τὸ ἀπὸ τοῦδε μελλόντων εἰς ἕτερον ἀρχιερέα παρ' ἐνορίαν ἀφίξεται, καὶ παρ' ἐκείνου τοῦ τῆς ἱερωσύνης ἀξιωθήσεται χαρίσματος. ἀπαραίτητος γὰρ ὑπόδικοι ἔσονται καὶ ἀμφότεροι, ὅ, τε χειροτονηθεὶς ἱερεὺς, καὶ ὁ χειροτονήσας τοῦτον ἀρχιερεὺς, τοῖς οἷς περὶ τούτων ἤδη συνοδικῶς διωρισάμεθα φθάσαντες. Ἵνα δὲ μὴ πρόφασις εἴη, καὶ τοῦτο δῆθεν E ἀφορμὴ, τοῖς μὴ βουλομένοις ἐνταῦθα χειροτονεῖσθαι, προσερχομένοις τῷ θεοφιλεστάτῳ ἡμῶν χαρτοφύλακι, τὸ καινοτομίαν ἴσως ὑφίστασθαι πλείονα τῆς εἰωθυίας συνηθείας ἔκπαλαι δίδοσθαι. καὶ τοῦτο παρὰ τῆς ἡμῶν μετριότητος συνοδικῶς διῳκονόμηται σήμερον. διωρισάμεθα γὰρ, τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἐπὶ τούτοις μὴ παραβαίνεσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνα δίδοσθαι μόνα τοῖς τε ἐπισκοπειανοῖς καὶ τῷ κατὰ καιροὺς θεοφιλεστάτῳ χαρτοφύλακι, τὰ εἰωθότα παρὰ τῶν χειροτονουμένων ἀνέκαθεν καταβάλλεσθαι.

ANNO CHRISTI 1171.

A

Γ. Περὶ συνηθείας μὴ βεβαιωθείσης διὰ δικαστικῆς διαγνώσεως.

ΣΥνηθείας οὔσης τοὺς ἀπὸ ἱερέων λαϊκῶν μονάσαντας, καὶ ὄντας πρότερον καταγεγραμμένους εἰς διακονίαν ἱερέων, καὶ μετὰ τὸν μονάδα βίον τῷ τῶν διακόνων συγκαταλέγεσθαι σώματι, καὶ μετὰ λαϊκῶν ἱερέων πειρωμένους συναναστρέφεσθαι. ὁ παναγιώτατος ἡμῶν δεσπότης, κύριος Μιχαὴλ, τὴν μακρὰν τοιαύτην συνήθειαν ὡς οὐδὲν ἐλογίσατο· καὶ διωρίσατο, ἀπὸ μόνου λαϊκῶν ἱερέων τὰς διακονίας συνίστασθαι, καὶ τοὺς μοναχοὺς παρὰ ταῖς οἰκείαις προσεδρεύειν μοναῖς.

III. *De conſuetudine non confirmata judiciali ſententia.*

CUm moris fuiſſet, ut qui ex laicis ſacerdotibus monachi facti eſſent, quoniam prius miniſterio ſacerdotum adſcripti fuiſſent, poſt ſuſceptam vitam monachicam in corpore & collegio miniſtrorum recenſerentur; & cum ſacerdotibus laicis converſarentur: ſacroſanctiſſimus dominus noſter Michael hanc longam conſuetudinem pro nihilo reputavit; ac B decrevit, ut ex laicis ſacerdotibus ſolum miniſteria conſtituerentur, monachi autem in receſſibus ſuis aſſidui eſſent.

Δ. Περὶ γάμου μετὰ συγγενοῦς τῆς προμνηστευθείσης.

ΚΑκῶς ἐξεχωρήθη ὁ Πλευρῆς κύριος Μιχαὴλ συζυγῆναι τῇ Σπανοπωλίνῃ κυρίᾳ Ἄννῃ, πρώτῃ οὔσῃ ἐξαδέλφῃ τῆς προμνηστευθείσης αὐτῷ Μαρίας Σερβιλίου. κἂν γὰρ νόμῳ θανάτου πρὸ τοῦ γάμου διεζύγη τῆς τοιαύτης μνηστῆς, καὶ οὐδὲ συνεμίγη αὐτῇ· ἀλλ' οὐκ ὤφειλεν ἐξαδέλφην αὐτῆς πρώτην λαβεῖν· οὐδὲ γὰρ ἡ συνάφεια, ἀλλ' ἡ τῆς εὐχῆς τελετὴ, ποιεῖ τὴν μνηστείαν ὡς γάμον λογίζεσθαι. εἰ γοῦν λαϊκὸς τοιοῦτό τι ποιεῖν κεκώλυται, πολλῷ μᾶλλον ἱερωμένος. ὁ τοιοῦτος γὰρ ἐκωλύθη διὰ σημειώματος συνοδικοῦ ἐπὶ τῆς ἐφημερίας τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Ἀγχιάλου, συνάπτεσθαι νομίμως γυναικὶ συγγενεῖ οὔσῃ, τῇ διὰ δεσμῶν τινῶν μόνων ἐγγράφων κατεγγυηθείσῃ τούτῳ, καὶ μὴ φθασάσῃ λαβεῖν μνηστείας εὐχὴν μετ' αὐτοῦ, ἢ ὡς θανούσῃ, ἢ ὡς ἑτέρῳ ἀνδρὶ συναφθείσῃ ἐκ μεταμελείας. εἰ μή πω ταύτην ἑξαετῆ οὖσαν ὁ θάνατος ἠῤῥαβωνίσατο. ἔδοξε γὰρ τῇ συνόδῳ μετὰ ἑξαετοῦς γυναικὸς ἐπιθυμίαν φθορᾶς μὴ μεταλαβεῖν. τοῦτο δὲ ἐπὶ λαϊκῶν οὐ κρατήσει· μόνοι γὰρ οἱ τοῦ βήματος μιᾶς γυναικὸς, καὶ ταύτης παρθένου, ἄνδρες ὀφείλουσιν ὀνομάζεσθαι, καὶ αὐτοὶ δὲ τῆς αὐτῆς εἶναι καταστάσεως.

IV. *De nuptiis cum cognata prius deſponſata.*

MAle permiſſum fuit domino Michaeli Pleuræ, matrimonio conjungi cum domina Anna Spanopolina, quæ * patruelis C erat Mariæ Serbilii filiæ, antea illi deſponſæ. Nam tametſi lege mortis ante nuptias ab ea ſponſa ſeparatus eſt, neque cum illa ſe commiſcuit: attamen ipſius * patruelem uxorem ducere non debuit. Neque enim conjunctio, ſed precationum ceremoniæ, ut ſponſalia tamquam nuptiæ reputentur, faciunt. Si igitur laicus tale quidpiam facere prohibetur, profecto * conſecratus multo magis. Tali namque temporibus ſanctiſſimi illius patriarchæ, domini Michaelis Anchiali, per ſynodalem commentarium vetitum eſt legitime conjungi cum ea muliere, quæ cognata ejus fuerat, quæ obligatoriis ſcriptis dumtaxat illi obſtricta fuiſſet; neque ſponſaliorum preces cum D ipſo excepiſſet: quod aut mortua, aut pœnitudine ducta alteri viro conjuncta eſſet: extra quam ſi eam nec dum ſexennem mors, arrhabonis inſtar, abſtulerit. Viſum eſt enim concilio, in ſexennem mulierem * copulæ concupiſcentiam non cadere. Verum hoc in laicis non obtinebit. Nam qui altari deſerviunt, ſoli unius uxoris ejuſdemque virginis viri nominari, ipſique ejuſdem ſtatus eſſe debent.

* conſobrina

* conſobrinam

* ſacerdos

* coitus

E. Περὶ γάμου δύο ἀδελφῶν μετὰ ἀνεψιᾶς τῆς γυναικὸς Ἰωάννου καὶ θυγατρὸς αὐτοῦ ἐξ ἑτέρας γυναικὸς ἤτοι * Θεοδώρου.

* [illegible]

E V. *De nuptiis duorum fratrum cum filia fratris ſororiſve uxoris Joannis, & filia ejus, ex alio ſuſcepta.*

ΤΟ σημείωμα τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ τὴν θυγατέρα τοῦ Ἰωάννου τυχὸν, καὶ τὴν ἀνεψιὰν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, δυσὶν ἀδελφοῖς ἐπιτρέπει συζευχθῆναι. ἣν ἐξ ἑτέρας ἔχει ὁ Ἰωάννης γυναικὸς δηλονότι.

PAtriarchæ Michaelis decretum, Joannis * forte filiam, & filiam fratris ſororis ve uxoris ejus, duobus fratribus jungi permittit; utpote quam Joannes ex altera uxore ſuſceperit.

* (verbi cauſſa

# CONCILIUM CASSILIENSE

## IN HIBERNIA HABITUM,

### Anno Dom. MCLXXII. præſidente Chriſtiano Liſmorienſi epiſcopo, & Romanæ ſedis legato.

Ex Rogerii Hovedeni, parte II.

Collect. Anglic. Tom. II.

IN craſtino adventus regis Angliæ in Hiberniam, ſcilicet xv. Kal. Novembr. feria II. feſto ſancti Lucæ evangeliſtæ: ipſe & omnes exercitus ejus profecti ſunt uſque Waterford civitatem epiſcopalem, & invenit ibi Willelmum filium Aldelmi dapiferum ſuum, & Robertum filium Bernardi, & alios quoſdam de familia ſua quos ipſe ab Anglia præmiſerat: & ibi moram fecit per xv. dies. Et ibi venerunt ad eum per mandatum ipſius, rex Corcenſis, & rex de Limerich, & rex de Oxerie, & rex de Mida, & Reginaldus de Waterford, & fere omnes potentes Hiberniæ, præter regem de Conacta, qui dicebat, ſe de jure eſſe dominum Hiberniæ totius.

Præterea venerunt ibidem ad regem Angliæ omnes archiepiſcopi, epiſcopi, & abbates totius Hiberniæ, & receperunt eum in regem & dominum Hiberniæ, jurantes ei & hæredibus ſuis fidelitatem, & regnandi ſuper eos poteſtatem in perpetuum. Exemplo autem clericorum, prædicti reges & principes Hiberniæ, receperunt ſimili modo Henricum regem Angliæ, in dominum & regem Hiberniæ: & homines ſui devenerunt, & ei, & hæredibus ſuis fidelitatem juraverunt contra omnes homines.

Et ſciendum, quod in Hibernia ſunt IV. archiepiſcopi, & XXVIII. epiſcopi, quorum nomina hæc ſunt.

Gelaſius Armacenſis archiepiſcopus, totius Hiberniæ primas, habet ſub ſe octo ſuffraganeos, quorum nomina hæc ſunt:

Odanus epiſcopus.
Mauritius Charenſis epiſcopus.
Malethias Thuenenſis epiſcopus.
Neemias Chonderenſ. epiſcopus.
Gillebertus Ratphpothenſ. epiſcopus.
Thaddæus Ceneverſis epiſcopus.
Chriſtianus Ardahachdenſ. epiſcopus.
Eleutherius Cluencrardenſ. epiſcopus.

Donatus Caſſelenſ. archiepiſcopus habet ſub ſe decem ſuffraganeos, quorum hæc ſunt nomina.

Chriſtianus Liſmorenſis epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus.
Ingmellecenſ. epiſcopus.
Cluanumenſis epiſcopus.
Arcmorenſis epiſcopus.
Lucapniarenſis epiſcopus.
Kildarenſis epiſcopus.
Waterfordenſis epiſcopus.
Archferdenſis epiſcopus.
Roſenſis epiſcopus.
Finabrenſis epiſcopus.

Laurentius Dublinenſis archiepiſcopus, habet ſub ſe quinque ſuffraganeos, quorum hæc ſunt nomina:

Biſtaghnenſis epiſcopus.
Fernenſis epiſcopus.
Leghglenſis epiſcopus.
Kindarenſis epiſcopus.
Erupolenſis epiſcopus.

Catholicus Tuaimenſis archiepiſcopus, habet ſub ſe quinque ſuffraganeos, quorum hæc ſunt nomina.

Kinſernenſis epiſcopus.
Kinlathenſis epiſcopus.
Maigonenſis epiſcopus.
Ælfinenſis epiſcopus.
Achathkourenſis epiſcopus.

Hi omnes, tam archiepiſcopi quam epiſcopi, receperunt ſibi Henricum regem Angliæ, & hæredes ſuos, in reges & dominos in perpetuum, quod & chartis ſuis confirmarunt.

Quo facto rex Angliæ miſit Nicolaum capellanum, & Radulphum archidiaconum de Landaff, clericos ſuos, una cum archiepiſcopis & epiſcopis Hiberniæ, uſque ad Caſſilienſem civitatem, ad celebrandum concilium de ſtatutis eccleſiæ. In concilio autem illo ſtatutum eſt.

I. Ut pueri deferrentur ad eccleſiam, & ibi baptizarentur in aqua munda, ſub trina merſione, in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti. Et hoc a ſacerdotibus fiat, niſi, metu mortis impediente, ab alio & alias oportuerit fieri: & tunc a quolibet fiat, ſine exceptione ſexus & ordinis.

II. Et ut decimæ dentur eccleſiis de omnibus quæ poſſidentur.

III. Et ut omnes laici, qui uxores habere velint, eas ſecundum jus eccleſiaſticum habeant.

Rex vero Angliæ miſit tranſcriptum chartarum univerſorum archiepiſcoporum & epiſcoporum Hiberniæ, ad Alexandrum papam: & ipſe authoritate apoſtolica confirmavit illi & hæredibus ſuis regnum Hiberniæ, ſecundum formam chartarum archiepiſcoporum & epiſcoporum Hiberniæ. *Hæc Rogerus.*

### *DE EODEM CASSILIENSI CONCILIO ſic Giraldus Cambrenſis in Hibern. expugnata, cap.* XXXIII.

SILENTE igitur inſula in conſpectu regis, tranquilla pace gaudente, eccleſiæ Dei decus Chriſtique cultum in partibus illis magnificandi, ampliori deſiderio Rex accenſus, totius cleri Hiberniæ concilium apud Caſſiliam convocavit. Ubi requiſitis & auditis publice terræ illius & gentis, tam enormitatibus, quam ſpurcitiis; & in ſcriptum, & ſub ſigillo legati Liſmorienſis, qui ceteris ibidem dignitate tunc præerat, ex induſtria redactis. con-

ANNO CHRISTI 1172.

conſtitutiones ſacras, quæ adhuc extant, de matrimoniis contrahendis, de decimis dandis, de eccleſiis debita devotione venerandis, & frequentandis, quam plures emiſit: eccleſiæ illius ſtatum ad Anglicanæ eccleſiæ formam redigere modis omnibus elaborando. Quas conſtitutiones ſub eiſdem verbis, quibus & promulgatæ ſunt, hic interſerere, non ſuperfluum reputavi.*

## TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut fiant legitima matrimonia, nec inter cognatos & affines.*
II. *Ut infantes catechizentur, & in ipſis eccleſiis baptizentur.*
III. *Ut decimæ perſolvantur.*
IV. *Ut terræ eccleſiaſticæ ab omni ſæcularium exactione ſint immunes.*
V. *Ut quando aliqui componunt pro homicidio, clerici licet cognati nihil perſolvant.*
VI. *Ut omnes faciant teſtamentum: & quæ bonorum diviſio eſſe debeat.*
VII. *Ut extrema officia mortuis reddantur.*
VIII. *Ut Divina officia ritu Anglicano fiant.*

## PRÆFATIO.

ANNO igitur Domin. Incarnationis MCLXXII. primo autem anno, quo illuſtriſſimus Anglorum rex & Hiberniæ triumphator ipſam inſulam acquiſivit*, Chriſtianus Liſmorienſis epiſcopus, & apoſtolicæ ſedis legatus, Donatus Caſſilienſis, Laurentius Dublinienſis, & Catholicus Tuomenenſis, archiepiſcopi, cum ſuffraganeis ſuis & coepiſcopis, abbatibus quoque, archidiaconis, prioribus, & decanis, & multis aliis Hibernienſis eccleſiæ prælatis, ex ipſius triumphatoris mandato, in civitate Caſſilienſi convenerunt: & de utilitate eccleſiæ, & ſtatu ejus in meliorem formam producendo, ibidem concilium celebrarunt. Huic concilio interfuerunt iſti a rege miſſi: venerabilis vir Radulphus abbas de Buldewas, Radulphus archidiaconus de Landaff, Nicolaus capellanus, & alii clerici, & nuncii domini Regis. Concilii autem ſtatuta ſubſcripta ſunt, & regiæ ſublimitatis authoritate firmata.

## CAPITULA.

*I. Ut fiant legitima matrimonia, nec inter cognatos, & affines.*

Primo, ſtatutum eſt, quod univerſi fideles per Hiberniam conſtituti, repudiato cognatorum & affinium contubernio, legitima contrahant matrimonia, & obſervent.

*II. Ut infantes catechizentur, & in ipſis eccleſiis baptizentur.*

Secundo, quod infantes ante fores eccleſiæ catechizentur, & in ſacro fonte in ipſis baptiſmalibus eccleſiis baptizentur.

*III. Ut decimæ perſolvantur.*

Tertio, quod univerſi fideles Chriſti decimas animalium, frugum, ceterarumque proventionum, eccleſiæ, cujus fuerint parochiani, perſolvant.

*IV. Ut terræ eccleſiaſticæ ab omni ſæcularium exactione ſint immunes.*

In quarto, quod omnes terræ eccleſiaſticæ, & earum poſſeſſiones, ab omnium ſæcularium hominum exactione penitus ſint immunes. Et ſpecialiter, quod nec reguli, nec comites, nec aliqui potentes viri Hiberniæ, nec eorum filii, cum familiis ſuis, cibaria & hoſpitalitates in territoriis eccleſiaſticis, ſecundum conſuetudinem, exigant, nec amodo violenter exquirere præſumant: & quod de villis eccleſiarum cibus ille deteſtabilis, qui quater in anno a vicinis comitibus exigitur, de cetero nullatenus exigatur.

*V. Ut quando aliqui componunt pro homicidio, clerici licet cognati nihil perſolvant.*

In quinto, quod pro homicidio a laicis perpetrato, quoties inde cum ſuis inimicis componunt, clerici videlicet eorum cognati nihil inde perſolvant, ſed ſicut in homicidii perpetratione, ſic in pecuniæ ſolutione ſint immunes.

*VI. Ut omnes faciant teſtamentum.*

Sexto, quod univerſi fideles in infirmitate poſiti, confeſſore ſuo & vicinis aſtantibus, cum debita ſolemnitate teſtamentum condant, bona ſua mobilia, dummodo uxores & liberos habeant (ære alieno, & ſervientium mercede exceptis) in tres partes dividant: unam liberis, alteram uxori legitimæ, tertiam propriis exequiis relinquentes. Et ſi forte prolem legitimam non habuerint, bona ipſa inter ipſum & uxorem in duo media dividantur. Et ſi legitima uxor deceſſerit, inter ipſum & liberos bipartiri debent.

*VII. Ut extrema officia mortuis reddantur.*

Septimo, ut cum bona confeſſione decedentibus, & Miſſarum & Vigiliarum exhibitione, & more ſepeliendi, obſequium debitum perſolvatur.

ANNO CHRISTI 1171.

### VIII. *Ut Divina officia ritu Anglicano fiant.*

Octavo, itaque omnia Divina ad inſtar ſacroſanctæ Eccleſiæ, juxta quod Anglicana obſervat eccleſia, in omnibus partibus eccleſiæ amodo tractentur. Dignum etenim, & juſtiſſimum eſt, ut ſicut dominum regem ex Anglia ſortita eſt divinitus Hibernia: ſic etiam exinde vivendi formam accipiat meliorem. Ipſi namque regi magnifico tam eccleſiam, quam regnum, Hibernia debet, quicquid de bono pacis & incremento religionis hactenus eſt aſſecuta. Nam ante ipſius adventum in Hiberniam, multimoda malorum genera, a multis retro temporibus ibidem emerſerant: quæ ipſius potentia & munere in deſuetudinem abiere.

Ardmachienſis vero primas, ob corporis imbecillitatem, & grandævitatem, tum præſens non fuerat: ſed poſtea Dubliniam venit, regiæ diſpoſitioni per omnia favorem præbens, vulgi opinione vir ſacer, vaccam candidam, cujus ſolum lacte veſcebatur, ſecum, quocumque venerat, circumducens.

### Observatio P. Antonii Pagi ad An. Chriſti 1171. n. 6.

Concilium *Caſilienſe*, de quo Hovedenus citatus, & Giraldus Cambrenſis in Hibernia Expugnata lib. 1. cap. 33. quod integrum refert Labbeus Tom. X. Concil. præſenti anno congregatum, non vero in ſequenti, ut perperam ab eo collocatur in eodem Tom. Concil. quaſi id tam Hovedenus, quam Giraldus Cambrenſis aſſererent: Hovedenus enim potius contrarium inſinuat, & Giraldus Cambrenſis tam in anno Concilii quam in anno expeditionis Hibernicæ Henrici Regis, quem ſequentem fuiſſe tradit, hallucinatus eſt. Audiendus Bromtonus in Chron. ad annum MCLXXI. *Rex circa feſtum Sancti Leonardi* (quod die ſexta menſis Novemb. celebratur, ut videre eſt in Martyrologio Rom.) *miſit Nicolaum Capellanum ſuum & Radulphum Archidiaconum de Landaf Clericum ſuum, qui cum Archiepiſcopis & Epiſcopis Hiberniæ apud Caſſelensem civitatem volente Papa magnum Concilium celebrarunt.* Durante Concilio: *Rex circa feſtum ſancti Martini uſque Dubliniam interea venit*, &c. *& in Natali Domini Regale tenuit feſtum*, quibus verbis Bromtonus claudit narrationem ſuam de geſtis hoc anno in Hibernia. Quare hujus Concilii epocha certa.

ANNO CHRISTI 1172.

## CONCILIUM ABRINCATENSE,

Quo Henricus II. rex Angliæ a ſacrilega nece ſancti Thomæ Cantuarienſis, antea per legatos abſolutus, ſecundo abſolvitur, & jurato promittit iterum quæ jam ante promiſerat; item decreta quædam per legatos apoſtolicos conſtituta, quæ mores eccleſiæ concernunt, promulgantur anno MCLXXII. ſub Alexandro Papa III.

De *rebus in hac ſynodo geſtis, & conſtitutionibus pontificiis in eadem promulgatis, Rogerus in annalibus iſta ſcribit:* Henricus rex Angliæ pater, & Henricus rex filius ejus, & Rotrodus Rotomagenſis archiepiſcopus, & omnes epiſcopi & abbates Northmanniæ, convenerunt apud Abrincam civitatem, in præſentia Theodini & Alberti cardinalium: In quorum audientia rex Angliæ pater, quinto Kalendarum Octobris, feria quarta, feſto ſanctorum Coſmæ & Damiani martyrum, in eccleſia ſancti Andreæ apoſtoli, purgavit innocentiam ſuam coram prædictis cardinalibus & omni clero & populo, præſtito ſacramento ſuper ſanctorum reliquias, & ſuper ſacroſancta evangelia, quod ipſe nec præcepit, nec voluit, quod archiepiſcopus Cantuarienſis occideretur: & quando audivit, vehementer inde doluit. Sed quia malefactores illos, qui ſanctæ memoriæ Thomam Cantuarienſem archiepiſcopum occiderunt, habere non poterat, & quia timebat ipſos illud profanum opus impetraſſe * cauſa animi motus & turbationis quam in eo viderant: de ſatisfactione tale præſtitit ſacramentum.

* *f.* perpetraſſe.

1. Juravit itaque in primis, quod ab Alexandro ſummo pontifice, & catholicis ſucceſſoribus ejus non recederet, quamdiu ipſum ſicut regem catholicum habuerint.

2. Juravit etiam, quod neque appellationes impediret, neque impedire permitteret, quin libere fierent in regno ſuo ad Romanum pontificem, in eccleſiaſticis cauſis: ita tamen ut ſi ei ſuſpecti fuerint aliqui, ſecuritatem faciant quod malum ſuum vel regni ſui non quærant.

3. Juravit etiam quod ab inſtante nativitatis Domini uſque in triennium crucem acciperet, in proxima ſequenti æſtate in propria perſona Hieroſolymam iturus, niſi remanſerit per Alexandrum ſummum pontificem, vel per catholicos ſucceſſores ejus. Sed ſi interim pro urgente neceſſitate in Hiſpaniam ſuper Saracenos profectus fuiſſet: quantum temporis in illo itinere conſummaret, tantumdem Hieroſolymitanæ ſpatium profectionis poſſet prolongare.

4. Præterea juravit, quod interim tantum pecuniæ dabit Templariis, quantum ad arbitrium fratrum Templi poſſit ſufficere ad retinendum ducentos milites, ad defenſionem terræ Hieroſolymitanæ per ſpatium unius anni.

5. Præterea perdonavit iram & malevolentiam ſuam omnibus tam clericis quam laicis, qui pro ſancto Thoma erant in exilio, & conceſſit eis libere & in pace ad propria redire.

6. Juravit etiam, quod poſſeſſiones Cantuarienſis eccleſiæ, ſi quæ ablatæ ſunt, in integrum reſtituet, ſicut habuit uno anno antequam ex Anglia egrederetur beatus Thomas Cantuarienſis archiepiſcopus.

7. Juravit etiam quod conſuetudines, quæ inductæ

inductæ ſunt contra eccleſias terræ ſuæ in tempore ſuo, penitus dimittet. Et hæc omnia juravit ſe fore obſervaturum bona fide & ſine malo ingenio.

Fecit etiam Henricum regem filium ſuum hæc omnia capitula jurare tenenda: præter illa quæ propriam ejus perſonam contingebant. Et ut hæc in memoria Romanæ eccleſiæ haberentur, rex pater fecit apponi ſigillum ſuum ſcripto illi in quo ſupradicta capitula continebantur, una cum ſigillis prædictorum cardinalium. *In hanc formam:*

## CHARTA ABSOLUTIONIS

### DOMINI REGIS.

*Henrico Dei gratia illuſtri regi Anglorum Albertus tituli ſancti Laurentii in Lucina, & Theodinus tituli ſancti Vitalis presbyteri cardinales, apoſtolicæ ſedis legati, ſalutem in eo qui dat ſalutem regibus.*

NE in dubium veniant quæ geruntur: & uſus habet, & communis conſideratio utilitatis expoſcit, ut ſcripturæ ſerie debeant annotari. Inde quidem eſt quod nos mandatum illud in ſcriptum duximus redigendum, quod vobis pro eo facimus, quia malefactores illos, qui ſanctæ memoriæ Thomam quondam Cantuarienſem archiepiſcopum occiderunt, occaſione motus & turbationis quam viderunt in vobis, ad illud facinus proceſſiſſe timetis. Super quo tamen facto purgationem in præſentia noſtra de voluntate propria præſtitiſtis, quod videlicet nec præcepiſtis, nec voluiſtis ut occideretur: & quando pervenit ad vos, plurimum condoluiſtis.

Ab inſtanti feſto Pentecoſtes, uſque ad annum, tantam dabitis pecuniam, unde ad arbitrium fratrum Templi ducenti milites valeant ad defenſionem terræ Hieroſolymitanæ per ſpatium unius anni teneri. Vos autem a ſequenti natali Domini, uſque ad triennium, accipietis crucem: proxima tunc æſtate illuc in propria perſona, ducente Domino, profecturi: niſi remanſeritis per dominum papam, vel catholicos ſucceſſores ejus.

Sane ſi contra Saracenos pro urgente neceſſitate in Hiſpaniam profecti fueritis: quantum temporis fuerit ex quo arripueritis iter, tantumdem ſupradictum ſpatium Hieroſolymitanæ protectionis poteritis prolongare. Appellationes nec impedietis, nec impediri permittetis, quin libere fiant in eccleſiaſticis cauſis ad Romanum pontificem bona fide, & abſque fraude & malo ingenio: ut per Romanum pontificem cauſæ tractentur, & conſequantur effectum ſuum: ſic tamen, ut ſi vobis ſuſpecti fuerint aliqui, ſecuritatem faciant, quod malum veſtrum, vel regni veſtri, non quærent. Conſuetudines, quæ inductæ ſunt contra eccleſias terræ veſtræ, in tempore veſtro penitus dimittetis: poſſeſſiones Cantuarienſis eccleſiæ, ſi quæ ablatæ ſunt, in plenum reſtituetis, ſicut habuit uno anno antequam archiepiſcopus de Anglia egrederetur. Clericis præterea & laicis utriuſque ſexus pacem, veſtram gratiam, & poſſeſſiones ſuas reſtituetis, qui occaſione prænominati archiepiſcopi deſtituti fuerunt. Hæc autem vobis, auctoritate domini papæ, in remiſſionem peccatorum veſtrorum injungimus, & præcipimus,

A abſque fraude & malo ingenio. Hoc ſane coram multitudine perſonarum juraviſtis vos pro Divinæ reverentia majeſtatis. Juravit & filius veſter, excepto eo quod perſonam veſtram ſpecialiter contingebat. Et juraſtis ambo, quod a papa domino Alexandro, & catholicis ſucceſſoribus ejus, quamdiu vos, ſicut anteceſſores veſtros, & catholicos reges habuerint, minime recedetis. Atque ut in memoria Romanæ eccleſiæ firmiter habeatur, ſigillum veſtrum præcepiſtis apponi.

*Poſt hæc autem idem Rogerus his ſubjicit legatorum epiſtolam, tunc temporis datam ad Ravennatem epiſcopum, qua res tunc geſtas ſcripſere. Sic ſe habet:*

B

*Venerabili in Chriſto & dilecto fratri Giliberto, Dei gratia Ravennenſi archiepiſcopo, Albertus dignatione Divina tituli ſancti Laurentii in Lucina, & Theodinus tituli ſancti Vitalis, presbyteri cardinales, apoſtolicæ ſedis legati, quod promiſit Deus diligentibus ſe.*

QUONIAM deſiderare vos credimus, ut de ſtatu noſtro, & de injuncti nobis promotione negotii aliquid audiatis: idcirco qualiter nobiſcum, & per miniſterium mediocritatis noſtræ Deus egerit his diebus, fraternitati veſtræ præſenti ſcripto duximus indicandum. Noveritis itaque, quod poſtquam illu- C ſtris rex Angliæ veniſſe nos in regnum ſuum in veritate cognoverit, totius amoto tarditatis obſtaculo, de Hibernia in Angliam, incumbentibus ſibi negotiis prætermiſſis, de Anglia vero ad Northmanniæ partes acceſſit, atque incontinenti plures ad nos nuncios & honorabiles deſtinavit, inquirens a nobis, in quo loco potius convenire cum eo & loqui vellemus. Placuit tandem ad Savinium monaſterium pro colloquio habendo concurrere, ubi religioſorum virorum poſſemus orationibus adjuvari. Convenimus illuc, convenerunt & multæ perſonæ utriuſque ordinis de regno ſuo, & tractavimus diligentia qua potuimus quod ad ſalutem ipſius & injunctam nobis obedien- D tiam pertinebat. Cum autem non poſſemus in omnibus convenire, receſſit a nobis velut in Angliam profecturus, & nos expectavimus, ſequenti die ad Abrincam civitatem ituri. Poſtera autem die venerunt ad nos Lexovienſis epiſcopus, & duo archidiaconi, & conceſſo quod petebamus, ad prædictam proceſſimus civitatem. Ad quam Dominica, qua cantatur, *Vocem jucunditatis*, convenimus cum perſonis plurimis, & ipſi nobiſcum. Et cum tanta humilitate quod fuerat condictum explevit, ut illius extitiſſe opus ſine dubitatione credatur, qui reſpicit terram, & facit eam tremere. E Sane, quam timoratum Deo, quam obedientem eccleſiæ ſe curaverit exhibere, non eſt opus præſenti abbreviatione referre. Satis enim opera illius manifeſtant, & manifeſtabunt adhuc plenius, ſicut & nobis ſpes data eſt in futurum.

Primum itaque ſuper morte ſanctæ memoriæ Thomæ quondam Cantuarienſis archiepiſcopi, non de noſtra exactione, ſed de propria voluntate, tactis ſacroſanctis evangeliis, ſuam conſcientiam expurgavit: jurans ſcilicet, quod nec præcepit, nec voluit quod idem archiepiſcopus occideretur: & quando audivit, vehementer doluit. Quia vero quod factum fuerat, ex ſua occaſione factum eſſe timebat:

de

de ſatisfactione paranda tale præſtitit juramentum. Primo quippe juravit, quod a domino papa noſtro Alexandro, & ejus catholicis ſucceſſoribus non recedet, quamdiu ſicut catholicum regem habuerunt eum, & Chriſtianum. Et hoc ipſum jurare fecit filium ſuum majorem in charta abſolutionis pro morte beati Thomæ. Juravit etiam & alia, clero & populo valde neceſſaria, quæ omnia diligenter, & per ordinem, ſicut ea juraverat, in abſolutionis ejus charta pernotavimus. Promiſit etiam & alia de libera voluntate gerenda, quæ non oportet ſcripturæ ſerie denotare. Hæc autem ſcripſimus, ut cognoſcatis ipſum obedientem Deo, atque ad Divinum obſequium multo amplius quam adhuc fuerit animatum. Noveritis ad hoc filium ſuum de prædictis conſuetudinibus pariter cum eo juraſſe. Sane, quod ibi factum eſt, iterato adhuc, ne dubitationis locus alicui remaneret, apud Cadomum in majori frequentia perſonatum publice ſtatuit ſe acturum. Relaxavit præterea epiſcopos de promiſſione, quam ei fecerant de conſuetudinibus conſervandis: & promiſit quod non exiget in futurum.

*Hucuſque legatorum epiſtola: pergit author:* In craſtino autem prædicti cardinales ibidem celebraverunt magnum concilium cum archiepiſcopo, & epiſcopis, & clero Northmanniæ: & ibi hæc decreta ſubſcripta ſtatuerunt, & univerſis firmiter & inviolabiliter obſervanda injunxerunt.

## *DECRETA PER THEODINUM & Albertum cardinales apud Abrincas promulgata.*

### I.

Pueri ad regimen illarum eccleſiarum, & ad illa adminiſtranda, in quibus cura eſt animarum, minime admittantur.

### II.

Item filii ſacerdotum non ponantur in eccleſiis patrum ſuorum.

### III.

Item laici partem oblationum in eccleſia non percipiant.

### IV.

Item eccleſiæ vicariis annuis non committantur.

### V.

Item ſacerdotes majorum eccleſiarum, quibus ad hoc ſuppetunt facultates, alium ſub ſe presbyterum cogantur habere.

### VI.

Item ſacerdotes non ordinentur ſine certo titulo.

### VII.

Item eccleſiæ ad firmam annuam non tradantur.

### VIII.

Item de tertia parte decimarum nihil presbytero, qui ſervit eccleſiæ, auferatur.

### IX.

Item his, qui decimas hæreditario jure tenent, licentia ſit, cui voluerint, idoneo clerico dare, eo quidem tenore, ut poſt eam ad eccleſiam, cui de jure competunt, revertantur.

### X.

Vir ad religionem non tranſeat, uxore in ſæculo remanente vel e converſo, niſi ambo vacandi operibus carnis tempus exceſſerint.

### XI.

Item in adventu Domini, omnibus qui poterunt, maxime autem clericis & militibus, jejunium & abſtinentia carnium indicatur.

### XII.

Item clerici judices non ponantur ad juriſdictiones ſæcularium poteſtatum adminiſtrandas. Qui autem hoc præſumpſerint, a beneficiis eccleſiaſticis arceantur.

### XIII.

Item de novis libris excommunicatorum, & rebus morientium, quas auferunt ſacerdotes, & benedictionibus ſponſarum, & baptiſmo, & de quadraginta & octo libris, quæ pro abſolutione excommunicatorum exiguntur, nihil perfectum eſt, quia epiſcopi Northmanniæ illud decretum recipere noluerunt.

*Pergit Rogerus:* In eodem vero concilio archiepiſcopus Turonenſis calumniatus eſt, archiepiſcopatum Doli debere adjacere archiepiſcopatui ſuo, affirmans ſedem archiepiſcopalem ibi eſſe non debere. Sed clerici de Dolo conſtanter contradicebant

ANNO CHRISTI 1173.

# CONCILIUM CADOMENSE

## IN MAJORI S. STEPHANI ABBATIA

Celebratum anno Chriſti MCLXXIII. præſentibus Turonenſi Archiepiſcopo cum ſuffraganeis ac etiam de Armorica Britannia.

Ex Beſſin Concil. Rotomag. Prov.

DE eo hæc epiſt. 290. Joan. Saresb. nomine Regis. *Ego autem pace reformata, ſtatim in Angliam veniſſem, niſi quia domini Legati colloquium habituri ſunt apud Cadomum die Martis proxima poſt Aſcenſionem Domini.* Rogerius vero Hovedenus. *Et ut aliqui de regno Francorum ita proceſſiſſe cognoſcerent, ſtatuerunt quod Archiepiſcopus Turonenſis cum ſuffraganeis ejus coram Rege & Legatis præſentiam ſuam exhiberent apud Cadomum proxima die Martis poſt Aſcenſionem Domini: quodque juravit Rex, filius ejus manu ſua firmiter in manu D. Alberti Cardinalis ſe ex parte ſua obſervaturum.* Idipſum teſtantur & alii Scriptores. Quid præterea peractum ſit, diſcimus ex Joannis Saresberienſis epiſtolis a 292. ad 299. in quarum poſtrema nomine Prioris & Conventus Cantuar. hæc leguntur: *Benedictus Deus, & benedictus Apoſtolatus veſter, qui nos conſolatus eſt DD. Cardinalium, gratia Dei cooperante, induſtria in tribulatione noſtra, poſt anguſtias tanti naufragii, ad debitæ libertatis portum acceſſiſſe videatur Eccleſia, ut poſt abominationes Ægyptiorum, Deo ſuo ſecure valeat immolare, Nuper enim ab eis emanavit mandatum de celebrandis electionibus in regno: & Dominus Rex, eorum precibus acquieſcens, idoneos in Eccleſiis ſecundum Deum paſtores præcepit ordinari.* Vide epiſt. 300. 301. 302. Sublatum eſt pariter ibidem grave interdictum, quod ante biennium auctoritate Domini Papæ in terras Regis, tam ciſmarinas, quam tranſmarinas, ob Sancti Thomæ Cantuarienſis cædem latum fuerat, & rediit omnibus optata tranquillitas. Concilium itaque, magis quam Colloquium, appellari placuit, præſidentibus apoſtolicæ ſedis Legatis, præſentibuſque cum Neuſtricis tot præſulibus celebratum. Annum diſerte ſignavit nemo, quod ſciam. Verum cum Henricus Rex junior de mandato patris remanſiſſet in Anglia cum uxore, dum Henricus pater exeunte Septembri apud Abrincas ageret cum Legatis, nec transfretaſſet niſi ad Paſcha, ut quæ a Patre pacta fuerant, & ipſe ſe ſervaturum ſacramento firmaret, conſequens eſt ut anno 1173. illigetur

ANNO CHRISTI 1173.

# WESTMONASTERIENSE CONCILIUM

*Occaſione electionis Richardi in Cantuarienſem archiepiſcopum,*

*habitum anno 1173.*

Ex Manſi Suppl. Tom. II. pag. 667. Ex Pariſio an. 1173. affert Wilkins Conc. Brit. t. 1. p. 474.

EOdem anno (1173.) pridie nonas julii ſuffraganci Cantuarienſis eccleſiæ, & ejuſdem loci ſenior pars conventus de electione archiepiſcopi tractantes, elegerunt Richardum, priorem Dorovernenſem. Igitur electione facta, electus ille regi fidelitatem juravit, ſalvo ordine ſuo, nulla prorſus habita mentione de regni conſuetudinibus conſervandis. Acta autem ſunt hæc apud weſtmonaſterium in capella ſanctæ Catharinæ, juſtitiario aſſenſum præbente. In hoc quoque concilio recitatæ fuerunt literæ domini papæ in audientia epiſcoporum omnium, & baronum, hæc inter cætera continentes: Univerſitatem veſtram monemus, & auctoritate, qua fungimur, diſtricte præcipimus, ut natalem Thomæ, martyris glorioſi, Cantuarienſis olim archiepiſcopi, diem videlicet paſſionis ejus ſolemniter ſub annis ſingulis celebretis, & apud eum votivis orationibus ſatagatis peccatorum veniam promereri; ut qui pro Chriſto in vita exilium, & in morte virtutis conſtantia martyrium pertulit paſſionis, fidelium jugi ſupplicatione interpellatus, apud Deum pro nobis intercedat. Apicibus autem vix perlectis, levaverunt vocem omnes in ſublime dicentes: *Te Deum laudamus*. Et quoniam ſuffraganei ejus debitam patri reverentiam aut exulanti, aut ab exilio revertenti, vel etiam reverſo non exhibuerant, ſed potius fuerant perſecuti, ut ſuum publice omnibus confiterentur errorem & iniquitatem, ex ore unius epiſcopi, omnium epiſcoporum eſt expreſſa confeſſio dicentis: Adeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris, ut qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Thomæ martyris tui, atque pontificis interceſſione liberemur.

### *CANONES CONCILII SUB RICHARDO ARCHIEP. CANTUAR. HABITI.*

Ex M. S. Cotton. affert. Wilkins Concil. Brit. to. 1 pag. 474.

**I.** Nullus præſumat intrare eccleſiam abſque præſentatione advocati eccleſiæ, & imperſonatione diœceſani epiſcopi, vel officialis ejus per ipſum.

**II.** Monachi albi non præſumant amodo detinere decimas, quas colunt in parochiis eccleſiarum, quas eædem habere ſolebant. Item non præſumant habere eccleſias contra ſtatuta ordinis ſui.

**III.** Clerici focarias non habeant.

**IV.** Conjugati eccleſias non habeant, ſeu eccleſiaſtica beneficia.

V. Filii

ANNO CHRISTI 1175.

V. Filii non ſuccedant patribus in eccleſiis.

VI. Nullus det eccleſiam in dotalitium.

VII. Nulli detur eccleſia, qui ſignum clericale non habeat.

VIII. Excommunicationi ſubjaceant qui detinuerint decimas de lana, de lino, & ſimilibus.

IX. Non pro communione, vel chriſmate, vel baptiſmate, vel extrema inunctione, vel ſepultura denarius, vel aliquod pretium exigatur.

X. Clerici non eant ad tabernas, vel potationes publicas.

XI. Laici eccleſias ad firmam non habeant.

XII. Judæi non recipiant fidelitatem a Chriſtianis, nec Chriſtiani faciant.

XIII. Chriſtiani non fœnerentur.

XIV. Eccleſiæ exhibeantur honorifice in libris, & ornamentis, & utenſilibus neceſſariis.

XV. Clerici comam non nutriant, nec habeant veſtes inordinatas.

XVI. Amodo officium ſuum non exerceant, qui in alienis epiſcopatibus furtive ordines ſuſceperunt.

XVII. Clerici publicis muneribus non fungantur, nec cauſas ſanguinis agant.

XVIII. Non in eccleſiis vel locis conſecratis judicia ſanguinis vel mortis exerceantur.

XIX. Judæi non præſumant amodo evacuare parochias eccleſiarum per occupationes ſuarum domorum vel terrarum.

XX. Non occulta fiant matrimonia, ſed palam in facie eccleſiæ.

XXI. Monachi firmas non teneant, vel canonici clauſtrales curam parochiarum tangant.

XXII. Uxorati relictis uxoribus aliis adhærentes, cum corripiuntur, non appellent.

ANNO CHRISTI 1175.

XXIII. VValleſes non vendant eccleſias, vel dent in dotem, vel conſanguineis adhæreant, vel commutent uxores.

XXIV. Pro monachis, canonicis, monialibus in monaſterio recipiendis nihil exigatur.

XXV. Non dicantur præfationes præter ea, quæ ſtatuta ſunt.

XXVI. Non fiat intinctio corporis in ſanguine Chriſti.

XXVII. Vicarii perpetui, qui perſonis eccleſiarum fideli ſacramento obligantur, ſe contra perſonam non erigant.

XXVIII. Penſiones aliis non faciant clerici in eccleſiis occulte & ſine aſſenſu epiſcopi, ut alii eiſdem ſuccedant.

XXIX. Terræ non accipiantur amodo in pignus, quin fructus terræ medio tempore percepti in ſortem computentur.

XXX. Laici non recipiant præmia pro præſentatione perſonæ, nec epiſcopi pro præſentatione, nec officiales ſui.

XXXI. Donationes eccleſiarum, & præſentationes perſonarum factæ viventibus irritæ ſunt.

XXXII. Non in vaſis ſtagneis officia divina celebrentur.

XXXIII. Victus in cauſa ei, qui vicit, expenſas ſolvat.

XXXIV. Eccleſia vel ambitus eccleſiæ hominem non tueatur, qui ibidem hominem occiderit.

XXXV. Non contrahatur matrimonium inter aliquos infra annos, niſi ex diſpenſatione inter principes vel magnos viros, reconciliationis vel pacis cauſa.

XXXVI. Leproſi inter ſanos amodo non converſentur.

XXXVII. Clerici vel monachi vel eccleſiis dediti non negotientur.

ANNO CHRISTI 1175 — ANNO CHRISTI 1175

# CONCILIUM apud WODESTOCH

*Pro eligendo Norvvicenſi epiſcopo, & abbatibus nonnullis per Angliam*

*Anno 1175. celebratum.*

*Ex Hoved. in eund. an. & Bromton. in Chron.*

Ibid. Wilkins Concil. Brit. t. I ad an. 1175.

DE *hoc concilio Hovedenus ita ait:* Eodem anno in octabis nativ. S. Johann. Bapt. venerunt ambo reges uſque ad wodeſtoch, & occurrerunt eis illuc Richardus, Cant. Archiepiſcopus, &c. & Hugo, Dunelmenſis epiſcopus, qui illuc venerat pro negotio ſuo. Venerunt etiam illuc omnes abbates Cant. diœceſis, & magnum celebraverunt concilium de paſtore eligendo ad ſedem pontificalem Norvvicenſis eccleſiæ, & de paſtoribus eligendis ad abba-

ANNO CHRISTI 1175.

abbatias, quæ tunc vacabant per Angliam Johannes vero de Oxenforde, clericus regis, electus eſt ad epiſcopatum Norvvicenſis eccleſiæ &c. Prædictæ autem abbatiæ diſtributæ ſunt viris religioſis, ſicut dom. regi & prædicto archiepiſcopo placuit. *Bromtonus in Chronico ita de hoc concilio loquitur:* Finito ſic dicto concilio, dicti reges peregrinatione ſua ad B. Thomam Cantuarienſem peracta, uſque Radinges inde redeuntes, in ipſa die Pentecoſtes curiam ſuam & feſtum regium tenuerunt: Et inde dom. rex unum de clericis ſuis ad eccleſiam Norvvicenſem, & ad abbatias per Angliam tunc vacantes, cum literis ſuis miſit, ſignificans priori & conventui domorum vacantium, quod ipſe prior cum 5. vel pluribus de diſcretioribus vel ſapientioribus domus ſuæ, qui ad hoc ſufficerent, in nativitate B. Joh. Bapt. obviam ei & domino Cant. archiepiſcopo apud Oxoniam venirent ad paſtorem domui ſuæ neceſſarium eligendum. Et præcepit quod unuſquiſque prior literas ſui conventus de ratihabitione ſecum ferret. Similiter Cant. archiepiſcopus illud idem per unum de clericis ſuis ad dictas domos vacantes cum dicto regis clerico ſcripſit & mandavit – circa octabas nativit. B. Joh. Bapt. regibus prædictis uſque Wodeſtoch venientibus, Richardus, Cant. archiepiſcopus, & VIII. epiſcopi ejuſdem provinciæ, & plures abbates de eadem eiſdem ibidem. ad illum terminum occurrerunt, de paſtore ad ſedem Norvvicenſem, & aliis paſtoribus ad abbatias tunc vacantes eligendis, & inſtituendis, coram dictis regibus ibidem concilium celebrantes. *His addit Chronicon VValt. Conventr.* In eodem vero concilio confirmata eſt per mandatum Alexandri, ſummi pontificis, electio Gaufridi, Linc. Epiſcopi. Sed dominus rex, pater ipſius, noluit ut tunc conſecraretur, quod ille infra annos ætatis erat, & neſciebat ſi neceſſarius eſſet ad regimen ſuſcepti ordinis; & miſit eum rex Turon. ut ibi ſcholas exerceret, & diſceret, donec dignus fieret tanti honoris dignitate.

ANNO CHRISTI .....

# CONCILIUM SALMANTICENSE

## Præside Hyacintho S. R. E. Cardinali,

## Et A. S. Legato, tempore Alexandri P. III.

Ex Card. de Aguirre Concil. Hiſpan. tom. 3. p. 395.

Ex contextu toto Epiſtolæ Alexandri III. Zamorenſi Epiſcopo datæ, & in Appendice Concilii Lateranenſis III. parte x. cap. 28. infra allatæ aperte conſtat, celebratum fuiſſe Concilium quoddam apud Salmanticam, præſide Hyacintho S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato, ad quod Zamorenſis Epiſcopus accedere recuſavit: quapropter ab Alexandro III. Romam accerſitus eſt, apud ſedem Apoſtolicam rationem redditurus.

ANNO CHRISTI 1175.

## AD SALMANTICENSE, quod dicunt, CONCILIUM

*Anno 1175. celebratum.*

### ADNOTATIO CRITICA.

Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 671.

Hiſpanum quoddam concilium a Hiacyntho diacono cardinali tit. S. Mariæ in Coſmedim A. S. L. indictum habitumque fuiſſe Cardinalis de Aguirre in ſua Conciliorum Hiſpaniæ collectione diligenter adnotavit, ex quo Venetus Labbei editor illud in ſuam tranſtulit. Sed uterque in eo deceptus eſt, quod Salmanticæ coactum ſcripſerint. In epiſtola enim Alexandri III. Zamorenſi epiſcopo directa, quæ legitur in appendice ad Concilium Lateranenſe III. part. X. cap. XXVIII. locus, ubi patres convenerunt, ſiletur; Salmanticæ vero latuiſſe Zamorenſem epiſcopum, venire ad Synodum recuſantem, ibique a nuncio ſuo repertum pontifex ibidem affirmat. Urbs ergo illa non quidem concilii ſedes, ſed Zamorenſis epiſcopi latebra fuit.

ANNO CHRISTI 1175.

# CONCILIUM LONDONIENSE,

## QUO XVIII. CANONIBUS CONSTITUTIS,

## Judicata eſt cauſa Richardi Cantuarienſis & Eboracenſis archiepiſcoporum, anno MCLXXV. ſub Alexandro papa III.

Rogerus *acta concilii, canoneſque in eo conſtitutos, deſcribens, iſta refert:* Et venientes Londonias invenerunt Richardum Cantuarienſem archiepiſcopum apud Weſtmonaſterium celebraturum concilium, die Dominica ante Aſcenſionem Domini. Ad quod concilium venerunt fere omnes epiſcopi & abbates Cantuarienſis diœceſis. Et coram prænominatis regibus & epiſcopis & abbatibus, Richardus Cantuarienſis archiepiſcopus in eminentiori loco conſtitutus hæc decreta ſubſcripta promulgavit.

ANNO CHRISTI 1175.

## TITULI CANONUM.


I. *De clericis incontinentibus.*
II. *Ne clerici tabernas ingrediantur.*
III. *Ut qui ſunt in ſacris ordinibus, judicium ſanguinis non agitent.*
IV. *De coma & veſtimentis clericorum.*
V. *Ut clerici non ordinentur ab alienis epiſcopis.*
VI. *Ne judicium ſanguinis exerceatur in eccleſia vel cœmeterio.*
VII. *Ut pro ſacramentis & ſepultura nihil exigatur.*
VIII. *Ut pro recipiendis religioſis pretium non exigatur.*
IX. *Ne eccleſia nomine dotalitii ad aliquem transferatur. & ne pro præſentatione perſonæ aliquid accipiatur.*
X. *Ne religioſi negotientur, firmaſve teneant. Et ne laici beneficia eccleſiaſtica ſuſcipiant ad firmam.*
XI. *Ut clerici armati non incedant.*
XII. *Ut vicarii perſonatum falſo non aſſumant.*
XIII. *De decimis omnium integre perſolvendis.*
XIV. *Ut clericorum litigantium, victus victori condemnetur in expenſis.*
XV. *Ne præfationibus Miſſæ inſtitutis addantur alia.*
XVI. *Ne intincta eucharistia tradatur.*
XVII. *Ut hoſtia non conſecretur, niſi in calice aureo vel argenteo.*
XVIII. *Ne fiant clandeſtina matrimonia.*
XIX. *Ne matrimonio jungantur, niſi qui ad legitimam ætatem pervenerint.*


## PRÆFATIO.

IDeo in eccleſia Dei ſecundum antiquam patrum conſuetudinem concilia congregantur, ut hi qui conſtituti ſunt in eminentiori cura paſtorali, vitam ſubditorum de communi conſilio regularibus inſtitutis informent, & enormitates, quæ pullulant inceſſanter, conſultiore cenſura compeſcant. Nos itaque potius inhærentes orthodoxorum patrum regulis, quam aliquid de novo ſtatuentes, quædam certa capitula dignum duximus in medium promulganda; quæ univerſis provincialibus noſtris firmiter & inviolabiliter obſervanda injungimus. Omnes enim ſacrorum cenſemus canonum tranſgreſſores, qui ſtatutis hujus ſacroſanctæ ſynodi præſumpſerint contraire.

D

## CANONES.

*I. De clericis incontinentibus.*

Si quis ſacerdos vel clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, eccleſiam vel eccleſiaſticum beneficium habens, publice fornicariam habeat, & ſemel, ſecundo, & tertio commonitus, fornicariam ſuam non dimiſerit, & a ſe prorſus non expulerit, ſed potius in immunditia ſua duxerit perſiſtendum: omni officio & beneficio eccleſiaſtico ſpolietur. Si qui vero infra ſubdiaconatum conſtituti, matrimonia contraxerint: ab uxoribus ſuis, niſi de communi conſenſu ad religionem tranſire

E

A voluerint, & ibi in Dei ſervitio jugiter permanere, nullatenus ſeparentur; ſed cum uxoribus viventes, eccleſiaſtica beneficia nullo modo percipiant. Qui autem in ſubdiaconatu vel ſupra ad matrimonia convolaverint, mulieres etiam invitas & renitentes relinquant. Decrevimus etiam ejuſdem epiſtolæ authoritate, ne filii ſacerdotum in paternis eccleſiis amodo perſonæ inſtituantur, nec eas qualibet occaſione media non intercedente perſona obtineant.

B

*II. Ne clerici tabernas ingrediantur.*

Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, nec publicis potationibus interſint, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi. Si quis vero tale quid fecerit, aut ceſſet, aut deponatur. Ex concilio Carthaginenſi

*III. Ut qui ſunt in ſacris ordinibus, judicium ſanguinis non agitent.*

C

His qui in ſacris ordinibus conſtituti ſunt, judicium ſanguinis agitare non licet. Unde prohibemus ne aut per ſe membrorum truncationes faciant, aut inferendas judicent. Quod ſi quis tale fecerit, conceſſi ordinis privetur officio & loco. Inhibemus etiam ſub interminatione anathematis, ne quis ſacerdos habeat vicecomitatum, aut præpoſiti ſæcularis officium. Ex concilio Toletano 3.

*IV. De coma & veſtimentis clericorum.*

Clerici, qui comam nutriunt, ab archidiacono etiam inviti tondeantur. Veſtimentis etiam vel calceamentis, niſi quæ honeſtatem & religionem deceant, eos uti non liceat. Si quis autem contra hoc facere præſumpſerit, & commonitus, emendare noluerit, excommunicationi ſubjaceat. Ex concilio Agathenſi.

*V. Ut clerici non ordinentur ab alienis Epiſcopis.*

Quia quidam clerici deſperantes ab epiſcopis ſuis ordinari, vel propter imperitiam, vel vitæ incontinentiam, vel nativitatis conditionem, aut tituli defectum, aut ætatem minorem, extra provinciam ſuam, interdum etiam a tranſmarinis epiſcopis ordinantur, vel ordinatos ſe mentiuntur, ignota ſigilla epiſcopis ſuis deferentes: ſtatuimus talium ordinationem irritam eſſe habendam: ſub interminatione anathema- Ex diverſis decretis Urbani, Innocentii, & concilii Chalcedonenſis & Carthaginenſis.

ANNO CHRISTI 1175.

matis inhibentes, ne a quoquam ad officii ſui executionem ſuſcipiantur. Epiſcopus quoque noſtræ juriſdictionis, qui talem ſciens & prudens ordinaverit vel ſuſceperit, ab illius ordinis collatione ad quem eum ordinavit vel ſuſcepit, uſque ad condignam ſatisfactionem ſe noverit eſſe ſuſpenſum.

*VI. Ne judicium ſanguinis exerceatur in eccleſia vel cœmeterio.*

Ibidem.

Cum eccleſia Dei, ſecundum evangelicam veritatem, domus orationis eſſe debeat, & non ſpelunca latronum, & ſanguinis forum: ſæculares cauſas, in quibus de ſanguinis effuſione vel de pœna corporali agitur, in eccleſiis vel in cœmeteriis agitari, ſub interminatione anathematis *. Abſurdum enim eſt & crudele ibi ſanguinis judicium exerceri, ubi & reis conſtituta eſt tutela refugii.

* Deeſt, *inhibemus*. H.

*VII. Ut pro ſacramentis & ſepultura nihil exigatur.*

Ex concilio Tiburienſi.

Dictum eſt ſolere in quibuſdam locis pro perceptione chriſmatis nummos dari: ſimiliter pro baptiſmo & communione. Hæc ſimoniacæ hæreſis eſſe, deteſtata eſt ſancta ſynodus, & anathematizavit. Statuimus ergo, ut de cetero nec pro ordinatione, nec pro chriſmate, nec pro baptiſmo, nec pro extrema unctione, nec pro ſepultura, nec pro communione, nec pro dedicatione, quidquam exigatur: ſed gratis dona Chriſti gratuita diſpenſatione donentur. Si quis contra hoc facere præſumpſerit, anathema ſit.

*VIII. Ut pro recipiendis religioſis pretium non exigatur.*

Ex decreto Urbani papæ.

Nullus prælatus, in recipiendo monacho, vel canonico, vel ſanctimoniali, pretium ſumere, vel exigere ab his, qui ad * converſationem veniunt, aliqua pacti occaſione præſumat. Si quis autem hoc fecerit, anathema ſit.

* Forte, *converſionem*. Hard.

*IX. Ne eccleſia nomine dotalitii ad aliquem transferatur.*

Decretum novum.

Nulli liceat eccleſiam nomine dotalitii ad aliquem transferre, vel pro præſentatione alicujus perſonæ pecuniam, vel aliquod emolumentum, pacto interveniente accipere. Quod ſi quis fecerit, & inde in jure vel confeſſus vel convictus fuerit, ipſum, tam regia quam noſtra freti authoritate, patrocinio ejuſdem eccleſiæ in perpetuum privari ſtatuimus.

*X. Ne religioſi negotientur, firmaſque teneant. Et ne laici beneficia eccleſiaſtica ſuſcipiant ad firmam.*

Ex decretis patrum.

Secundum inſtituta patrum noſtrorum ſub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici cauſa lucri negotientur: & ne monachi a clericis vel laicis firmas teneant, neque laici eccleſiaſtica beneficia ad firmas ſuſcipiant.

*XI. Ut clerici armati non incedant.*

Ex concilio Meldenſi.

Quicumque ex clero videntur eſſe, arma non ſumant, nec armati incedant: ſed profeſſionis ſuæ vocabulum religioſis moribus ex religioſo habitu præbeant. Quod ſi contempſerint, tanquam ſacrorum canonum contemptores, & eccleſiaſticæ authoritatis profanatores, proprii gradus amiſſione mulctentur: quia non poſſunt ſimul Deo & ſæculo militare.

*XII. Ut vicarii perſonatum falſo non aſſument.*

Ex decreto Alexandri papæ III. ad epiſcopum Norvvicenſem miſſo.

Illud etiam de vicariis, qui perſonis fide & ſacramento obligati ſunt, duximus ſtatuendum: quod ſi fide vel ſacramenti religione contempta perſonatum ſibi falſo aſſumentes, contra perſonas ſe erexerunt, * ſuper hoc in jure vel confeſſi vel convicti fuerint, de cetero in eodem epiſcopatu ad officii ſui executionem non admittantur.

* Forte, *&* *ſuper hoc*. Hard.

*XIII. De decimis omnium integre perſolvendis.*

Ex concilio Rotomagenſi. Vide etiam infra conc Rotomag. anni 1189.

Omnes decimæ terræ, ſive de frugibus, ſive de fructibus, Domini ſunt, & illi ſanctificantur. Sed quia multi modo inveniuntur decimas dare nolentes, ſtatuimus, ut juxta domini papæ præcepta admoneantur ſemel, ſecundo, & tertio, ut de grano, de vino, de fructibus arborum, de fœtibus animalium, de lana, de agnis, de butyro, & caſeo, de lino, & canape, & de reliquis quæ annuatim renovantur, decimas integre perſolvant: quod ſi commoniti non emendaverint, anathemati ſe noverint ſubjacere.

*XIV. Ut clericorum litigantium, victus victori condemnetur in expenſis.*

Ibid.

Calumniam & audaciam temere litigan-

ANNO CHRISTI 1175.

tigantium, condemnando in expenſas A & alio multiplici remedio, imperialis ſanctio compeſcit. Quoniam igitur hoc ſacris inſtitutis conſonare dignoſcitur, præcipimus ut de cetero in cauſis pecuniariis, quæ inter clericos agitabuntur, victus victori condemnetur in expenſis. Qui autem ſolvendo non fuerit, eum in arbitrio epiſcopi ſui puniendum relinquo.

*XV. Ne præfationibus Miſſæ inſtitutis addantur aliæ.*

Ex decreto Pelagii papæ.

Invenimus tantum decem præfationes in ſacro catalogo recipiendas. Unam in albis Paſchalibus: Et te quidem omni tempore. Secundam in die Aſcenſionis: Qui poſt Reſurrectionem. Tertiam in Pentecoſte: Qui aſcendens ſuper omnes cœlos. Quartam die Natali: Quia per incarnati Verbi myſterium. Quintam de apparitione Domini: Quia cum unigenitus tuus. Sextam de apoſtolis: Et te Domine ſuppliciter exorare. Septimam de ſancta Trinitate: Qui cum unigenito tuo. Octavam de cruce: Qui ſalutem humani generis. Nonam de jejunio quadrageſimali tantummodo dicendam: Qui corporali jejunio. Decimam de beata Virgine: Et te in veneratione beatæ Mariæ. Hujus igitur decreti & domini papæ Alexandri authoritate diſtricte præcipimus, ne quis præfatis præfationibus aliquam omnino præſumat adjicere.

*XVI. Ne intincta eucharìſtia tradatur.*

Ex decreto Julii papæ.

Inhibemus, ne quis quaſi pro complemento communionis intinctam alicui euchariſtiam tradat. Nam intinctum panem aliis Chriſtum præbuiſſe non legimus, excepto illo tantum diſcipulo, quem intincta buccella magiſtri proditorem oſtenderit, non quæ ſacramenti hujus inſtitutionem ſignaret.

*XVII. Ut hoſtia non conſecretur, niſi in calice aureo vel argenteo.*

Ex concilio Remenſi.

Præcipimus ne conſecretur euchariſtia, niſi in calice aureo vel argenteo: & ne ſtanneum calicem aliquis epiſcopus amodo benedicat, interdicimus.

*XVIII. Ne fiant clandeſtina matrimonia.*

Ex decreto Hormiſdæ papæ.

Nullus fidelis, cujuſcumque conditionis ſit, occulte nuptias faciat, ſed benedictione accepta a ſacerdote, publice nubat in Domino. Si quis ergo ſacerdos aliquos occulte conjunxiſſe inventus fuerit, triennio ab officio ſuſpendatur.

ANNO CHRISTI 1175.

*XIX. Ne matrimonio jungantur, niſi qui ad legitimam ætatem pervenerint.*

Ex decreto Nicolai papæ.

Ubi non eſt conſenſus utriuſque, non eſt conjugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, nihil faciunt, niſi uterque puerorum, poſtquam venerint ad tempus diſcretionis, conſentiat. Hujus ergo decreti autho- B ritate inhibemus, ne de cetero aliqui, quorum uterque, vel alter, ad ætatem legibus conſtitutam, & canonibus determinatam non pervenit, conjungantur: niſi forte aliquando, urgente neceſſitate interveniente, pro bono pacis conjunctio talis toleretur.

In quo etiam concilio clerici Rogeri Eboracenſis archiepiſcopi calumniati fuerunt jus Eboracenſis eccleſiæ de cruce portanda in diœceſi Cantuarienſis eccleſiæ. Præterea calumniati ſunt ibidem ex parte Eboracenſis archiepiſcopi, epiſcopatum Lincolnienſem, & epiſcopatum Wigornienſem, & epiſcopatum Ceſtrenſem, & epiſcopatum Herefordenſem, de jure C pertinere debere ad metropolitanam Eboracenſium eccleſiam. Et ſuper hoc prædictum Cantuarienſem archiepiſcopum appellaverunt ad Romani pontificis præſentiam.

Præterea appellaverunt ipſum Cantuarienſem archiepiſcopum ad Romanum pontificem ſuper injuria & anathematis ſententia, quam intulit clericis Eboracenſis archiepiſcopi, qui per eum miniſtraverunt in eccleſia ſancti Oſvvaldi de Glouceſtria, pro eo quod ad illum venire nolebant ad ipſius ſummonitionem ſicut clerici diœceſis ſuæ fecerunt.

In ipſo autem concilio clerici eccleſiæ ſancti Aſaf petierunt a Cantuarienſi archiepiſcopo, ut in vi obedientiæ præciperet Godefrido D epiſcopo eccleſiæ ſancti Aſaf ad ſedem eccleſiæ ſuæ redire, cui præfuit pontificali dignitate: vel, ut prædictus archiepiſcopus alium epiſcopum loco ipſius inſtitueret. Ipſe enim Godefridus epiſcopatum ſuum deſeruit, paupertate & Walenſium infeſtatione compulſus. Venienſque in Angliam a Chriſtianiſſimo rege Henrico benigne & honorifice ſuſceptus eſt: cui & tradidit abbatiam Abbendoniæ vacantem in cuſtodia, donec ad propriam ſedem liberum haberet regreſſum.

Itaque præfatus Cantuarienſis archiepiſcopus E in ipſo concilio, ad inſtantiam prænominatorum clericorum, & admonitione Alexandri ſummi pontificis, necnon & conſilio venerabilium coepiſcoporum ſuorum, convenit jam dictum Godefridum, ut in vi obedientiæ ad ſedem propriam rediret, vel curam paſtoralem, quæ ſibi fuerat commiſſa, in manu ipſius libere & abſolute reſignaret. Ipſe vero Godefridus, ſperans quod abbatia de Abbendonia, quæ tradita fuerat ei in cuſtodia, poſſet ſibi remanere, epiſcopatum ſuum nullo cogente reſignavit in manu Cantuarienſis archiepiſcopi: libere & abſolute tradens illi annulum ſuum & baculum paſtoralem. Et ipſe Cantuarienſis

primas

ANNO CHRISTI 1175.

primas eum privavit conceſſi ordinis dignitate & loco: & ſtatuit loco ipſius & conſecravit magiſtrum Adam ad epiſcopum ſancti Aſaf.

## IDEM CONCILIUM EX COLLECTIOnis Anglicanæ Tomo II. ubi Weſtmonaſterienſe dicitur a loco Londini urbis, in quo celebratum eſt.

Collection. Anglic. To. II. Ex MS.

REx Henricus pater & rex Henricus filius in tranſmarinis partibus exiſtentes, venerunt uſque Barbeflu&tum, ut transfretarent in Angliam: & adſcenſis navibus ſuis apud Barbeflu&tum, applicuerunt in Angliam apud Portesmutam, VII. idus Maji, feria VI. Et venientes Lundonias invenerunt ibi Ric. Cant. archiepiſcopum & ſuffraganeos ſuos, volentes ibidem concilium celebrare. Celebravit itaque prædictus Cantuar. archiepiſcopus concilium apud Lundonias in Weſtmonaſterio, coram prædictis regibus, & aſſenſu & voluntate ipſorum, die Dominica proxima ante Aſcenſionem Domini, ſcilicet, xv. Kal. Junii. Huic autem concilio interfuerunt ſuffraganei prædi-

A cti archiepiſcopi, ſcilicet, Walterius Roffenſis epiſcopus, Gillebertus Lundon. epiſcopus, Richardus winton. epiſcopus, Jocelinus Sareſbur. epiſcopus, Gaufrid. Elienſis epiſcopus, Rogerus Wigorn. epiſcopus, Reginaldus Bathon. epiſcopus, Rodbertus Herefordd. epiſcopus, Bartholomæus Exonienſis epiſcopus, Ceſtrenſis epiſcopus, Ciceſtrienſis epiſcopus, epiſcopus de ſancto Davide de Wallia: abbas ſancti Albani, abbas ſancti Edmundi, abbas Rameſejæ, abbas de Boxeleja.

Et coram prænominatis epiſcopis & abbatibus, Ricardus Cantuar. archiepiſcopus, in eminentiori loco ſedens, hæc verba in medio proferens, ait:

B Ideo in eccleſia Dei, ſecundum antiquam patrum conſuetudinem, &c. *ut ſupra*.

### NOTA GABR. COSSARTII S. J.

Nonnulli aliud hoc eodem anno ſtatuunt VVeſtmonaſterienſe concilium ad xv. Kal. Jul. Sed eſt plane idem atque hoc Londonienſe, ut annotatum eſt in nupera editione Anglicana. Tantum apud Mattheum VVeſtmonaſterienſem, mutandum Jul. in Jun.

# ☞ SYNODUS HALLENSIS PROVINCIALIS

## SUB VVICHMANNO, ARCHIEPISCOPO MAGDEBURGENSI,

### *Anno* MCLXXV. *habita*.

PEſtifer Ludus Torneamentorum in partibus Saxoniæ ita inoleverat Sæculo XII; ut infra unum annum XVI. in eo referantur milites periiſſe, pro qua re Wichmannus Archiepiſcopus omnes eos frequentatores excommunicationis vinculo innodavit. Comperta autem præfati Comitis morte tunc in Auſtriæ partibus conſtitutus miſſis nuntiis eum a ſepultura præcepit Eccleſiaſtica ſeparari. Tempore vero procedente cum archiepiſcopus idem convocatis ſuffraganeis ſuis cum magna cleri frequentia conventum in Eccleſia Hallenſi haberet, Pater occiſi Comitis, & fratres ejus Otto videlicet Miſnenſis Marchio, Dedo Comes de Groitz, Henricus Comes de Witin, & Fredericus Comes de Brene cum multis nobilibus viris, & Miniſterialibus advenientes pedibus Archiepiſcopi, ac totius cleri, cum magno ejulatu, ac fletibus prevolvuntur poſtulantes, ut occiſo communionem concederent fidelium ſepulturæ, aſſerentes conſtanter eum ante finem ſuum pænitentem, & abſolutam communionem Dominici corporis meruiſſe. Cum enim idem comes vulnere debilitatus jaceret contigit Sacerdotem quendam religioſum tranſire, qui petentibus amicis ejus ad vulneratum accedens, magna ab ipſo inſtantia rogatus eſt, ut pœnitentiam, & confeſſionem ejus admitteret & a vinculo eum excommunicationis abſolveret, fideliter promittens, ſi divina miſericordia ei vitæ ſpatium largiretur, numquam ſe de cetero tali cauſa excommunicationis ſententiam meriturum, quin potius, & de hoc & de aliis ſuis peccatis Deum ſibi modis omnibus placaturum. Super hoc autem ad militandum Deo cruce

C ſignari devote petiit, ut ejus contritio manifeſtius appareret. Sacerdos vero ille cordis in eo contriti ſigna percipiens, confeſſione ejus audita, pœnitentia injuncta, ab excommunicationis nodo eum abſolvit, ſicque reconciliatum Dominici corporis participem faciens ſicut petierat cruce ſignavit. Quibus peractis poſt modicum defunctus eſt. Cum itaque hoc Principes prædicti coram Archiepiſcopo, & Clero aſſererent, Sacerdos, horum omnium exequutor cum prius eſſet juramento obligatus hæc confirmare, ut nulla remaneret dubietas, rogabatur. Quod ille alacriter implevit. Ipſi præterea Principes exigente hoc ab eis archiepiſcopo, in Reliquiis juraverunt a

D torneamento in perpetuum abſtinere, nec uſquam in omni ditione ſua huiuſmodi exercitium permittere, hominesque ſuos & miniſteriales ab eo modis omnibus coercere. Sicque demum Archiepiſcopus mortuo ſepulturam conceſſit, ſalva tamen Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Unde factum eſt ut tandiu ſepultura careret, donec unus militum familiaris ejus Wernherus nomine, conſenſum de hoc Summi Pontificis reportaret. Qui etiam tranſmarinam peregrinationem pro ipſo poſtmodum peragens, fidelem ſe ei manifeſtis indiciis declaravit. Sepultus eſt autem in Sereno monte xv.

E Kalend. Febr. ante introitum Eccleſiæ majoris occidentalem, juxta quem Wernherus idem poſtmodum tumulatus eſt. Obtulit autem Fridericus Marchio pro anima Filii ſui B. Petro X. manſos in villa, quæ Marcgrevendorp dicitur. ☞

ANNO CHRISTI 1175. ANNO CHRISTI 1175.

## INTROITUS HUGONIS

### Cardinalis legati Alexandri pontificis in Angliam. Concordia inter archiepiſcopos: & de implacitandis clericis.

Ex Rogerii Hovedeni, annal. parte II.

Collection. Anglic. To. II.

EODEM anno, paulo ante feſtum omnium Sanctorum, applicuit in Anglia quidam cardinalis, nomine Hugezun, apoſtolicæ ſedis legatus, pro quo dominus Rex Romam miſerat. Invenit dominum Regem apud Wintoniam: & dominus Rex venit ei obviam, & Henricus filius ejus cum eo, & eum cum debito honore ſuſceperunt.

Et dominus Rex per aliquot dies moram faciens apud Wintoniam, diutiſſime tractavit de pace facienda inter Rogerum Eboracenſem archiepiſc. & Richardum Cantuarienſem archiepiſc. & de Capella ſancti Oſvvaldi Glouceſtriæ, & de cruce archiepiſcopi Eboracenſis portanda. Et tandem per conſilium Regis inter prædictos archiepiſcopos, in hunc modum convenit: Quod ſcilicet archiepiſc. Cantuarienſis quietam clamavit archiepiſcopo Eboracenſi, & liberam ab om- A ni juriſdictione ſua, capellam ſancti Oſvvaldi Glouceſtriæ, ſicut dominicam capellam domini regis. Et abſolvit clericos Eboracenſis archiepiſcopi, quos excommunicaverat. Et de cruce portanda, & aliis controverſiis, quæ inter eccleſias ſuas erant, ſtarent judicio Rotomagenſis archiepiſcopi, & aliorum vicinorum epiſcoporum de regno Franciæ. Et quod ſic pacem inter ſe haberent per quinquennium: ita quod neuter illorum alteri malum vel damnum quæreret, donec controverſia illa determinata eſſet, & ad debitum finem perducta per prædictum archiepiſcopum & alios epiſcopos. B

Prædictus autem Hugezun cardinalis & apoſtolicæ ſedis legatus, dedit domino Regi licentiam implacitandi clericos regni ſui de foreſtis ſuis, & de captione venationis.

## CONCILIUM VVINDESHORNENSE

### Anno MCLXXV. in Octavis ſancti Michaelis præſentibus Henrico II. Anglic. rege, & rege filio.

Ex Rogerii Hoveden. annal. parte poſteriori.

Collection. Anglic. To. II.

ANNO MCLXXV. Henricus rex pater magnum congregavit concilium apud windeshores in octavis feſti ſancti Michaelis, præſentibus rege filio & Richardo Cantuarienſi archiepiſcopo, & epiſcopis Angliæ, & coram Laurentio Dublinenſi archiepiſcopo: præſentibus etiam comitibus & baronibus Angliæ. In quo concilio Tuamenſis archiepiſcopus, & Cantordis abbas ſancti Brandani, & Laurentius cancellarius Roderici regis Conactenſis, hunc finem & concordiam ſubſcriptam fecerunt cum domino rege patre, ex parte Roderici regis Conactæ. C

Hic eſt finis & concordia, quæ facta fuit apud Windeshores in octavis ſancti Michaelis, anno gratiæ MCLXXV. inter dominum regem Angliæ Henricum filium Matildis imperatricis, & Rodericum regem Conactæ, per Catholicum Tuamenſem archiepiſcopum, & abbatem Cantordem S. Brandani, & magiſtrum Laurentium cancellarium regis Conactæ: Scilicet, quod rex Angliæ concedit prædicto Roderico ligeo homini ſuo, quamdiu ei fideliter ſerviet, ut ſit rex ſub eo, paratus ad ſervitium ſuum, ſicut homo ſuus; & ut teneat terram ſuam ita bene & in pace, ſicut tenuit antequam dominus rex Angliæ intraret Hiberniam, reddendo ei tributum. Et totam aliam terram, & habitatores terræ habeat ſub ſe, & juſtitiet, ut tributum regi Angliæ integre perſolvant. D

ANNO CHRISTI 1176. ANNO CHRISTI 1176.

## CONCILIUM NORTHAMPTONIENSE

### Pambritannicum poſt feſtum converſionis S. Pauli ann. Dom. MCLXXVI. celebratum Præſentibus rege Henrico II. patre, & rege Henrico filio, & VVilielmo rege Scotiæ.

Ex Rogerii Hovedeni annal. parte poſteriore.

Collection. Anglic. To. II.

AD concilium apud Northamtune celebratum venit willielmus rex Scotorum, & per mandatum domini regis, adducens ſecum Richardum epiſcopum S. Andreæ, & Jocelinum epiſcopum de Glaſcou, & Richardum epiſcopum E de Dunkeltem, & Chriſtianum epiſcopum de Candida caſa, & Andream epiſcopum de Cateneſſe, & Simonem de Toum epiſcopum de Murevia, & ceteros epiſcopos, & abbates, & priores regni ſui. Qui cum coram domino rege Angliæ

ANNO CHRISTI 1176.

gliæ conveniſſent, præcepit eis dominus rex, per fidem, quam ei debebant, & fidelitatis ſacramentum, quod ei fecerant; ut eandem ſubjectionem facerent Anglicanæ eccleſiæ, quam facere debebant & ſolebant tempore regum Angliæ prædeceſſorum ſuorum. Cui reſponderunt, quod ipſi nunquam ſubjectionem fecerant Anglicanæ eccleſiæ, nec facere debent. Ad hoc autem reſpondit Rogerus Eboracenſis archiepiſcopus, aſſirmans, quod Glaſcuenſes epiſcopi & epiſcopi Candidæ caſæ ſubjecti fuerant Eboracenſi eccleſiæ tempore archiepiſcoporum prædeceſſorum ſuorum. Et ſuper hæc, privilegia Romanorum pontificum ſufficienter inſtructa demonſtravit. Ad quod Jocelinus Glaſcuenſis epiſcopus reſpondit: Glaſcuenſis eccleſia ſpecialis filia eſt Romanæ eccleſiæ, & ab omni ſubjectione archiepiſcoporum ſive epiſcoporum exempta. Et ſi Eboracenſis eccleſia aliquo tempore dominationem habuit in eccleſia Glaſcuenſi, conſtat illam demeruiſſe aliquam de cetero habere dominationem. Et quia Richardus Cantuarienſis archie- A piſcopus nitebatur, ut eccleſia Scotica Cantuarienſi ſubjiceretur eccleſiæ, efficit adverſus regem Angliæ, quod ipſe permiſit epiſcopos Scotiæ in terras ſuas redire, nulla ſubjectione facta Anglicanæ eccleſiæ.

### NOTA COLLECTORIS ANGLICANI.

Vides epiſcopos Scotiæ hic aſſerere, quod ipſi nunquam ſubjectionem fecerant Anglicanæ eccleſiæ, nec facere debent: cum aliter videantur profeſſi rex eorum VVillielmus, & iidem ipſi in cognitione illa quam Faleſiæ fecerant, dum rex idem VVillielmus in captione fuit regis Angliæ: & quam poſtea, liberato B rege, recognoverunt denuo in eccleſia S. Petri Eboraci, ut ſupra videas ab Hovedeno declaratam, ſub fine canonum VVeſtmonaſterienſis concilii anno Dom. MCLXXV. Refert vero Robertus de Monte, S. Remigii monachus tranſmarinus, inter alia: quod epiſcopi Scotiæ, decem numero, & abbates, non fecerunt homagium regi Angliæ, ſed ſacramento ſe conſtrinxerunt hoc obſervaturos, (homagium & ligiantiam regi Angliæ) & quod forent ſubditi eccleſiæ Eboracenſi, & archiepiſcopo, & illo irent cauſa ſacrandi quoties neceſſe eſſet. Vide locum mox infra.

ANNO CHRISTI 1176

# CONCILIUM WESTMONASTÆRIENSE

## Habitum ſub medium Quadrageſimæ, Anno Dom. MCLXXVI. Præſidente Hugone ſedis Apoſtol. legato.

Ex Rogerii Hoveden. parte II. annal.

Collect. Anglic. Tom. II.

IN qua, aſſidenti a dextra legati archiepiſcopo Cantuariæ, archiepiſcopus Eboracenſis a ſiniſtris conſidere dedignatus, proruit in gremium archiepiſcopi Cantuariæ. Sed proſtratus illico a ceteris epiſcopis & aſtantibus miniſtris, valide fuſtigatur & ejicitur. Frementi autem interea tumultu, legatus clam ſe eripit diſſolvitque ſynodum.

Eodem anno, in medio quadrageſimæ, ſupradictus Hugezun tituli ſancti Michaelis de Petra Leonis, cardinalis & apoſtolicæ ſedis legatus, Londonias venit celebraturus concilium. Et convenientibus ibidem in unum Cantuarienſi & Eboracenſi archiepiſcopis, & omnibus epiſcopis & abbatibus Angliæ, & clero multo, prædictus cardinalis ſedit cathedratus apud Weſtmonaſterium, C in capella monachorum infirmorum, & epiſcopi & abbates cum illo, unuſquiſque in loco ſuo, ſecundum ordinem & dignitatem ſuam. Sed inter Cantuarienſem & Eboracenſem archiepiſcopos orta eſt contentio, quis illorum ſederet a dextris cardinalis. Et cum Eboracenſis archiepiſcopus ibi ſedere vellet, ſervientes domini Cantuarienſis irruerunt in eum, & projecerunt in terram, & pedibus ſuis conculcaverunt, & cappam ſuam fregerunt. Et ſic diſperſi ſunt, & D cardinalis fugit, abſcondit ſe a facie illorum, & ita impeditum eſt, quod nullum tenuit concilium. Sed factis appellationibus hinc & inde ad ſummum pontificem, uterque illorum conqueſtus eſt domino regi de injuriis ſibi factis.

# CONCILIUM LUMBARIENSE

## In Gallia Narbonenſi adverſus hæreticos qui Boni homines dicebantur.

Inſcripſerat Binius, *Concilium Gallicanum adverſus Albigenſe*, actaque ediderat ex Regero Hovedeno. Nos cdimus ampliora ex Sirmondi noſtri MS. quod Rogerius in compendium redegerat, ubique verbis iiſdem ſervatis. Quo in cod. annus notatur MCLXV. cum Rogerus MCLXXVI. aſſignet, eumque ſecutus Binius eo anno collocerit. Ego Binianum ordinem mutare nolui. Admonendus tantum lector fuit.

ANNO ab Incarnatione Domini MCLXV. talis diffinitiva ſententia lata eſt ſuper altercatione & aſſertione atque impugnatione fidei catholicæ, quam expugnare nitebantur quidam qui faciebant ſe appellari Boni homines, quos manu tenebant homines de Lumbers. Et hæc ſententia lata eſt per manum Giraldi Albienſis epiſcopi, electis ac ſtatutis judicibus ab utraque parte, & cognoſcentibus atque adſidentibus præfato epiſcopo Gaucelino Lodovenſi epiſcopo, & Caſtrenſi abbate, & abbate de Ardurello, & abba- E te de Candillo, & Arnaldo Bebeno: in præſentia bonorum virorum tam clericorum quam laicorum: videlicet domni Pontii Narbonenſis archiepiſcopi, Arnaldi Nemauſenſis epiſcopi, G.... Toloſani epiſcopi, W...... Agathenſis epiſcopi, Ramundi abbatis beati Pontii, P......... Sendracenſis abbatis, abbatis Fontis Frigidi, abbatis de Galac, & præpoſiti Toloſani, ac præpoſiti Albienſis, & archidiaconorum Narbonenſis & Agathenſis, & prioris beatæ Mariæ de Monte-Peſſulano, & B. prioris de Cella-nova, & M. Blanc, & Hu-

ANNO CHRISTI 1176.

& Hugonis de Veireiras, & laicorum Trencavelli, & uxoris comitis Raimundi Toloſani, & Sicardi vicecomitis de Laurac. & I.* de Dorniano & multorum virorum, ac fere totius populi Albienſis & de Lumbers, aliorumque populorum caſtrorum.

Iſarni

Interrogavit Lodovenſis epiſcopus eos qui faciunt ſe nuncupari Boni homines juſſu epiſcopi Albienſis, aſſeſſorumque ejus, in primo capitulo, ſi recipiebant legem Moyſi ac prophetas, ſeu pſalmos, & vetus teſtamentum, & doctores novi teſtamenti. Reſponderunt coram omni multitudine, quia non recipiebant legem Moyſi, neque prophetas, neque pſalmos, nec vetus teſtamentum, niſi ſolummodo evangelia, epiſtolas Pauli, & ſeptem canonicas epiſtolas, actuſque apoſtolorum, & Apocalypſim. Secundo interrogavit eos de fide ſua, uti eam apponerent. Reſpondentes dixerunt, quod non dicerent, niſi cogerentur. Tertio interrogavit eos de baptiſmate parvulorum, & ſi ſalvabuntur per baptiſmum. Dixerunt quod nihil dicerent, ſed de evangelio & epiſtolis reſponderent. Quarto interrogavit eos de corpore & ſanguine Domini, ubi conſecrabatur, vel per quos, & qui ſumebant, & ſi magis, vel melius conſecrabatur per bonum, quam per malum. Reſponderunt quia qui digne ſumebant, ſalvabantur; & qui indigne acquirebant ſibi damnationem, & dixerunt quod ab omni bono tam clerico, quam laico conſecrabatur. Et nihil aliud reſponderent, quia non debebant cogi reſpondere de fide ſua. Quinto interrogavit eos quid ſentiebant de matrimonio, & ſi poterant ſalvari, ſi carnaliter jungebantur vir & mulier. Noluerunt reſpondere niſi hoc tantum, videlicet quia vir & mulier jungebantur propter luxuriam atque fornicationem, ſicut B. Paulus in epiſtola ſua. Sexto interrogavit eos de pœnitentia, an in fine fieret ad ſalutem; vel ſi milites qui vulnerabantur mortaliter, ſalvarentur ſi pœniterent in fine; vel ſi deberet unuſquiſque confiteri peccata ſua ſacerdotibus & miniſtris eccleſiæ, vel cuilibet laico; vel de quibus ait B. Jacobus, *Confitemini alterutrum peccata veſtra*. Qui reſpondentes dixerunt infirmis ſufficere ſi confiterentur cui vellent. De militibus vero dicere noluerunt, quia non dicit B. Jacobus niſi de infirmantibus. Quæſivit etiam ab eis, ſi ſufficiebat ſola cordis contritio & oris confeſſio, vel ſi erat neceſſe ut facerent ſatisfactionem poſt datam pœnitentiam, jejuniis, afflictionibus, & eleemoſynis, peccata ſua lugentes, ſi ſuppeteret eis facultas. Reſponderuntque atque dixerunt, quia Jacobus non niſi hoc tantum* ut confiterentur, & ſic ſalvarentur: nec volebant eſſe meliores apoſtolo, ut aliquid de ſuo adjungerent ſicuti epiſcopi faciunt. Dixerunt etiam multa non interrogati, quod non debebant omnino jurare per aliquod ſacramentum, ſicut dicebat Jeſus in Evangelio, & Jacobus in epiſtola ſua. Dixerunt etiam, quia Paulus ajebat in epiſtola ſua quales erant ordinandi in eccleſia epiſcopi & presbyteri: & ſi tales non ordinabantur, quales ordinandos præcipiebat Paulus, non erant epiſcopi neque presbyteri, ſed lupi rapaces & hypocritæ & ſeductores, amantes ſalutationes in foro, primas cathedras, & primos accubitus in cœnis, volentes vocari Rabbi & magiſtri contra præceptum Chriſti, ferentes albas & candidas veſtes, geſtantes in digitis aureos annulos gemmatos: quod non præcipit magiſter eorum Jeſus. Et multa alia convicia improperantes. Et idcirco quia non erant epiſcopi neque presbyteri, niſi tales quales fuerunt presbyteri qui tradiderunt Jeſum: non debebant illis obedire, quia mali erant, non boni doctores, ſed mercenarii. Contra ea quæ dicebant inductæ ſunt novi Teſtamenti authoritates multæ a domino Pontio Narbonenſi archiepiſcopo, & Arnaldo Nemauſenſi epiſcopo, & Petro Sendracenſi abbate, & abbate de Pontefrigido. Auditis itaque utrimque allegationibus & novi Teſtamenti authoritatibus, non enim volebant recipere judicium niſi per novum Teſtamentum: talem diffinitivam ſententiam de jure & ex novo Teſtamento protulit Lodovenſis epiſcopus ex mandato Albienſis epiſcopi, & adſeſſorum ſupra nominatorum, coram omnibus prædictis facto ab omnibus ſilentio.

Jacob. 5.

* Forte deeſt, tradidit. H.

Ego Gaucelinus Lodovenſis epiſcopus ex præcepto Albienſis epiſcopi adſeſſorumque ejus judico iſtos, qui vocant ſe bonos homines, hæreticos eſſe, & damno ſectam Oliverii, ſociorumque ejus, & qui tenent ſectam hæreticorum de Lumbers, ubicumque ſint. Atque hoc judicamus per authoritates novi Teſtamenti, id eſt evangelia & epiſtolas, atque pſalmos, actuſque apoſtolorum & Apocalypſim.

In primo capitulo damnamus eos, & judicamus iſtos hæreticos eſſe. Lex enim recipienda eſt per Evangelium: & qui Legem non recipit, Dominum Jeſum Chriſtum non credit. Ipſe enim in Evangelio ait: *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. Ipſe enim de me ſcripſit. Quod ſi litteris illius non creditis, quomodo verbis meis credetis?* Et iterum: *Non veni legem ſolvere, ſed adimplere.* Et iterum: *Oportet impleri quæ ſcripta ſunt in lege & prophetis & pſalmis de me.* Ecce prophetas & pſalmos cum lege. Item: *O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ! Et incipiens a Moyſe, interpretabatur illis ſcripturas.* Quare autem interpretabatur illis ſcripturas, & quare doctrinam dabat de lege & prophetis? niſi quia volebat ut legem & prophetas reciperent, & ut confirmarentur in fide per legem & prophetas? Multa etiam ſæpe Dominus Jeſus inducebat de lege, & prophetis, & pſalmis. Quod quidem non feciſſet bonus magiſter, niſi lex & prophetæ & pſalmi recipiendi eſſent. Dominus Jeſus inducens de divite & Lazaro exemplum, Abraham fatetur in requie, & jubentem, ut Moyſem audiant & prophetas. Oſtendit etiam factis legem eſſe bonam, quia circumciſus eſt, & in templo eſt præſentatus, & hoſtia eſt pro eo oblata ſecundum legem Moyſi, & ipſe aſcendit ad diem feſtum. In transfiguratione quoque Moyſes & Elias prophetæ apparuerunt, perhibentes ei teſtimonium. Convincimus etiam eos per epiſtolas. Ait enim beatus Paulus: *Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.* Et iterum: *Omnis ſcriptura divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, vel ad juſtitiam, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Et iterum: *Nihil extra dico quam quod locuti ſunt prophetæ futura eſſe & Moyſes.* Etiam & Petrus ſanctiſſimus: *Habemus firmiorem propheticæ ſermonem, cui benefacitis intendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco.* Quod etiam Doctores ſint recipiendi. Ait enim B. Paulus: *Quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia, primum apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio Doctores.* Beatus Paulus etiam inducit exemplum: *Maledictus omnis homo, qui non permanſerit* * *in omnia verba legis.* Et tam ipſe, quam ceteri apoſtoli, multa inducunt teſtimonia de lege & prophetis & pſalmis. Quod qui-

Joan. 5.
Matth. 5.
Luc. 24.
Ibid.
Rom. 15.
2. Tim. 3.
Act. 26.
2. Petr. 1.
1. Cor. 12.
Galat. 3.
* al. in omni verbo. Hard.

ANNO CHRISTI 1176.

quidem non feciſſent, ſi dicta eorum non fuiſ- A ſent recipienda: nec prædicationem ſuam eorum teſtimonio affirmarent, ſi Moyſi & Prophetis & David credendum non eſſet. Confeſſi ſunt etiam iſti hæretici, recipere Moyſen & prophetas & pſalmos, in his tantum teſtimoniis, quæ inducuntur a Jeſu & apoſtolis, & non in aliis. Nos vero dicimus quod ſi inſtrumentum, vel ſcriptum teſtamentum proferatur, & in aliqua parte ſui credatur, debet totum credi, aut in nulla parte ſui recipi.

In ſecundo capitulo convincimus iſtos & judicamus hæreticos eſſe, authoritatibus novi Teſtamenti. Dicimus enim quia fidem catholicam non habet, qui eam non confitetur, quando interrogatur, vel fides periclitatur. B Unde Dominus in actibus apoſtolorum narrat ad Ananiam de beato Paulo: (Act. 9.) *Vas electionis eſt mihi, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Iſrael*. Item Dominus de confitenti centurione, ait: *Non inveni tantam fidem in Iſrael*: Cum fuiſſet etiam apoſtolis denunciatum, ne loquerentur in nomine Jeſu, confidenter dicit B. Petrus: (Act. 5.) *Oportet nos magis obedire Deo, quam hominibus*. Ecce quia B. Petrus dicit, quod a Deo eſt ſibi injunctum, ut coram hominibus fidem ſuam adnunciet. Interrogatus etiam quis, de fide Jeſu Chriſti reſpondere debet, ſicut fecit beatus Petrus a Domino (Matth. 16.) interrogatus. *Quem*, inquit, *dicunt eſſe homines filium hominis*? Reſpondit S. Petrus, & dicit: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*. Interrogavit etiam C Dominus cæcum illuminatum, non ante illuminationem, ſed poſt: *Credis in filium Dei vivi? & ille, credo Domine*. (Joan. 9.) Interrogata autem a Domino Martha: (Joan. 11.) *Credis hoc? ait illi: Utique Domine ego credidi quia tu es Chriſtus filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti*. (Rom. 10.) Item S. Apoſtolus: *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*. Item B. Petrus in fine ſuæ epiſtolæ, poſtquam tradidit mandata & fidei doctrinam, volens aliquid magnum & memorabile tradere, ſicut fecit Dominus in fine ſui teſtamenti & prædicationis tradens corpus ſuum & ſanguinem. Melius enim commendantur memoriæ, quæ in fine ſermonis traduntur atque dicuntur. Sermonem ſuum ita S. Petrus concluſit: D (1. Pet. 3.) *Dominum Jeſum Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, fide & ſpe*. Iſti etiam hæretici jactant ſe non mentiri. Nos vero dicimus, quia plane mentiuntur. Eſt enim fraus in tacendo & in dicendo. Unde beatus Paulus confidenter in faciem reſtitit Petro, quia circumcidebat. Viſum enim fuerat beato Paulo, quia veritatem evangelii non adnunciaret, quia aliud præcipiebat, quam corde credebat. Veritas enim dicti conſiſtit in tribus, in corde, ore, & opere. (Matth. 18.) *Unde dicitur, quod in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum*. Secundum hanc intelligentiam dicit Dominus: (Matth. 10.) *Qui confitebitur me coram omnibus hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo*. E Et item: (Luc. 24.) *Oportebat prædicari pœnitentiam in nomine ejus in omnes gentes*. Item Joannes; (1. Joan. 4.) *Omnis ſpiritus qui confitetur Jeſum in carne veniſſe, ex Deo eſt*. Et item: (Ibid. 4.) *Quiſquis confeſſus fuerit, quod Jeſus eſt filius Dei, in Deo manet & Deus in eo*. Et item in epiſtolis B. Pauli: (1. Cor. 12.) *Nemo dicit Dominus Jeſus, niſi in Spiritu ſancto*. Aliquando enim loquitur quis corde & non ore, ut Moyſes: ore enim tacebat & corde loquebatur. Cui Dominus. *Ut quid clamas ad me?* Diabolus enim corde tacebat, & ore loquebatur, dicens: (Matth. 29.) *Quid nobis & tibi Jeſu Nazarene? Cur A veniſti ante tempus torquere nos?* Et item: *Scio qui ſis ſanctus Dei*. (Marc. 1.) Et in actibus apoſtolorum: (Act. 19) *Jeſum novi, Paulum ſcio*. Numquid diabolus veritatem dicebat, in quo nulla veritas eſt, & qui eſt pater mendacii teſtante Domino? vel quomodo dicebat in Spiritu ſancto, in quo Spiritus ſanctus non eſt? Dominus quidem dicit: (Matth.) *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum*. Et item: *Ut quid vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico?* Quomodo enim malus dicit, Dominus Jeſus, in Spiritu ſancto, cum in eo Spiritus ſanctus non ſit? (Sap. 1) *Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, nec habitat in corpore ſubdito peccatis*. Dicit ergo B. Paulus, de dicto in quo concurrunt fides, ſpes, B caritas. Veraciter enim dicit, qui voluntatem ſuam ſono vocis enunciat, & qui corde tenet, ore fatetur & operibus exequitur.

In tertio capitulo convincimus iſtos & judicamus hæreticos eſſe, novi Teſtamenti authoritatibus. Dicimus enim, quod (1. Tim. 2.) *Deus vult omnem hominem ſalvum fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, ſicut narrat ſcriptura. Nec Chriſtus pro omnibus eſſet crucifixus, qui omnia traxit ad ſe, nec eſſet datum plenum ſalutis remedium, ſi tantum ſalvarentur majores, qui originali peccato actualia addiderunt; & ſi infantes non ſalvarentur, quos Deus creaverat & formaverat ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, qui nullum peccatum forte fecerunt, ſed tantum originale contraxerunt. C Baptiſma enim generaliter omnibus eſſe traditum, tam majoribus, quam minoribus, ſicut ait Dominus diſcipulis: (Matth. 28.) *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*. Et item: (Joan. 3.) *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum*. Dominus dicit diſcipulis: (Marc. 10.) *Sinite parvulos venire ad me; talium eſt enim regnum cœlorum*. Quod quidem dicit duplici ex cauſa. Scilicet ut qui ſalvari volunt, malitia & dolo parvuli ſint, & iidem ſimplices, ſicut ipſe ait: (Matth. 18) *Niſi efficiamini ſicut parvuli iſti, non intrabitis in regnum cœlorum*. Vel ideo dicit, ne apoſtoli, eorumque ſucceſſores, ſuper baptizandis unquam dubitarent. D Baptiſma enim ſucceſſit circumciſionis in locum, quæ quidem præcepta erat in majoribus & in infantibus. Et baptiſma eſt generalius & plenius, quia maſculi & fœminæ baptizantur, & gratiæ ibi præſtantur. Si autem quæratur, cujus fide ſalvantur infantes, cum ipſi fidem non habeant, ſine qua impoſſibile eſt Deo placere: dicimus quia fide eccleſiæ, vel fide patrinorum, ſicut paralyticus eſt curatus fide offerentium, & per tegulas ſubmittentium eum; & filius reguli, & filia Chananææ ſalvati ſunt eadem hora qua regulus & Chananæa crediderunt. Dicimus enim, quod baptiſma debet celebrari in eccleſia, & per miniſtros eccleſiæ, niſi neceſſitas urgeat. Unde dicit beatus Paulus: (2. Cor. 3.) *Qui idoneos nos fecit miniſtros novi Teſtamenti*. E

In quarto capitulo convincimus & judicamus iſtos hæreticos eſſe, novi Teſtamenti authoritatibus: quia corpus Dominicum non conſecratur niſi per ſacerdotem, ſive bonus ſit, ſive malus. Per verba enim ſacra, quæ dixit Salvator in cœna, ſcilicet, (Matth. 26.) *Hoc eſt corpus meum*, & *hic eſt ſanguis meus*, conſecratur & conficitur Dominicum corpus. Sicut enim imperatoris, vel regis Franciæ, vel alicujus potentis nuncius non corrumpit, nec vilificat ſui abjectione vel pannoſitate quod dicit: ſic verba Domini ſacra variantur, non vitiantur, non maculantur. Et ſicut

ANNO CHRISTI 1176.

Solis radius tranſiens per cloacas, maculam non contrahit vel fœtorem; vel ſicut aqua pura & nitida tranſit ad areolas per canales luteos ac ſordidos vel limoſos: ſic verba Dominica non ſordidantur, nec melius nec nitidius per bonum quam per malum proferuntur. Quoniam ad Dominum *non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio*. Jacob. 1.

Quod autem corpus Dominicum celebrari non debeat niſi in eccleſia, Paulus ait: 1. Cor. 11. *Aut eccleſiam Dei contemnitis? Numquid domos non habetis ad manducandum?* Item S. Paulus ad Timotheum: 1. Tim. 3. *Oportet te converſari in domo Dei, quod eſt Dei vivi eccleſia, columna, & firmamentum veritatis.* Omnes etiam fideles debent doctrinam ſuam accipere in eccleſia. Unde B. Paulus: 1. Tim. 2. *Mulieribus in eccleſiis loqui non permitto, ſed in ſilentio diſcant cum omni humilitate.* Hic eſt enim panis angelorum, quem manducat homo, qui deſcendit de cœlo. Et ſicut manna quod pluerat de cœlo, ac virga Aaron, quæ ſionduerat, ſervabantur in arca, & tabulæ teſtamenti, quæ erant ſcriptæ digito Dei: ſic corpus Dominicum non conſecratur, nec cuſtoditur niſi in eccleſia, cariſſimum Domini ſanctuarium. Et ſicut arca deferebatur in humeris a ſolis Levitis, & cuſtodiebatur, & ſoli Levitæ miniſtrabant in tabernaculo Domino: ſic ſolis ſacerdotibus & eorum miniſtris commiſſa eſt eccleſiæ cura atque tradita. De hac arca dicitur in Apocalypſi: Apoc. 11. *Apertum eſt cœlum, & viſa eſt arca teſtamenti in templo ejus.* Solis etiam ſacerdotibus tradita eſt poteſtas ligandi atque ſolvendi. Unde Dominus B. Petro: Matth. 16. *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Et B. Paulus ad Titum: Tit. 1. *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut corrigas ea quæ deſunt, ut conſtituas presbyteros per ſingulas civitates.* Item de ordinibus: 1. Tim. 5. *Presbyteri, qui bene præſunt, duplici honore digni habeantur.* Item: Ibid. *Adverſus presbyterum accuſationes noli accipere, niſi ſub duobus vel tribus teſtibus.* Et item: Ibid. 3. *Oportet diaconos pudicos eſſe.* Et item: Philipp. 1. *Omnibus qui ſunt Philippis, epiſcopis & diaconibus, gratia ſit vobis & pax.* Ecce quibus committitur verbum Dei, ſcilicet verbum prædicationis & correctionis. Item B. Paulus: 2. Tim. 4. *Argue, obſecra, increpa in omni poteſtate & diſcretione.* Et item Dominus ad diſcipulos: Matth. 28. *Docete eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis.* Iſtis ergo presbyteris, epiſcopis, diaconibus, clerici & laici debent obedire propter Deum, ſive ſint boni, ſive ſint mali. Unde Dominus: Ibid. 23. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite.* Et B. Petrus de poteſtatibus: 1. Pet. 2. *Subditi eſtote dominis veſtris, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.* Et item: Tit. 1. *Sit paſtor potens in doctrina ſua.* Et item: Hebr. 13. *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis. Ipſi enim pervigilant, quaſi pro animabus veſtris rationem reddituri, ut cum gaudio hoc faciant & non gementes.* Item: Ibid. *Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei: quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem.* 1. Cor. 9. *Quia qui altario ſervit, de altario participet. Et ſi vobis ſpiritalia ſeminamus, non magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus.* Et item ad Timotheum: 2. Tim. 3. *Tu autem permane in his omnibus quæ didiciſti, & credita ſunt tibi: quia ab infantia ſacras litteras didiciſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem.*

In quinto capitulo convincimus & judicamus iſtos hæreticos eſſe, novi Teſtamenti authoritatibus: quia nolunt confiteri, quod vir & mulier poſſint ſalvari, ſi carnaliter miſceantur. Qui quidem palam prædicare ſoliti ſunt, quod vir & mulier ſalvari non poterant, niſi carnaliter convenirent. Laudant enim & approbant fœcunditatem pecudum: & damnant & improbant fœcunditatem hominum, & amant ſterilitatem mulierum. Sicut ſcriptura narrat: Luc. 23. *Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt, &c.* Et hoc quidem prædicant, ut innumerabilis ſubſtantiæ rarus inveniatur dominus, & quæ facta eſt creatura ad uſum & ſervitium hominum, careat poſſeſſore, habitatore, rectore: volentes omnes eſſe ſicut ipſi ſunt. Juxta quod ait B. Paulus: 1. Cor. 7. *Volo omnes eſſe ſicut ego ſum.* Et ſic virginitatem videntur prædicare, ut ſint omnes virgines, ſicut fuit Chriſtus & Maria virgo. * Et Dominus ipſe dixit: Gen. 1. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram.* Videntur enim nuptias detrahere, & eas damnare, quas quidem dominus Jeſus ſua & Mariæ matris ſuæ, & diſcipulorum præſentia dedicavit, Joan. 2. & aquæ in vinum verſæ miraculo illuſtravit. Dicit etiam in Evangelio: Matth. 19. *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Et non niſi cauſa fornicationis liceat viro uxorem dimittere. Item B. Paulus: 1. Cor. 7. *Qui matrimonio jungit virginem ſuam, benefacit.* Et item: *Si nubat virgo, non peccat.* Et item: Ibid. *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vivit vir ejus, nec habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir. Similiter & de viro.* Et item: Ibid. *Nolite fraudare invicem, niſi ex conſenſu, ut vacetis orationi. Poſtea revertimini in idipſum, ne tentet vos ſatanas.* Item: 1. Tim. 5. *Volo juniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe.* Et item: *Non ego dico, ſed Dominus.* Et item: 1. Tim. 2. *Salvabitur mulier per natorum generationem.* Si eſſet peccatum filios procreare, quare diceret Dominus, cur diceret apoſtolus bonum eſſe? & quare diceret revertimini, & volo? Numquid vult Deus, numquid vult apoſtolus, ut fiat peccatum? Credimus itaque quod vir & uxor ſalvantur, licet carnaliter miſceantur.

* al. *quamvis ipſe dixerit*, Harduinus.

In ſexto capitulo convincimus iſtos & judicamus hæreticos eſſe, & ab unitate eccleſiæ præciſos, novi Teſtamenti authoritatibus. Dicimus enim, quia miniſterium ac poteſtatem ligandi atque ſolvendi Petro ſanctiſſimo tradidit Dominus, dicens: Matth. 16. *Quodcumque ligaveris, &c.* Et B. Jacobus: Jacob. 5. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ.* Et item: Matth. 23. *Ecce ego mitto ad vos ſapientes & ſcribas.* Et ſicut ait in evangelio Dominus: Matth. 16. *Non omnes cepiunt verbum iſtud.* Præterea dicimus, quod ſtantes deberent de evangelio reſpondere, & diſputare, cum omnes Chriſtiani ſtent, quando evangelium recitatur. Et ſi tunc ſtamus, cum legitur: multo fortius, cum exponitur. Nec debuiſſent locum tenere ſedendi, poſtquam elegerant locum ſtandi. Multas etiam habemus authoritates, quibus colligitur manifeſte, quod ſtare debeat quis, cum evangelium adnunciat: ut eſt illud: Luc. 6. *Stetit Jeſus in loco campeſtri.* Et item: Joan. 7. *Stabat Jeſus & clamabat dicens: Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.* Et item poſt reſurrectionem apoſtolos confirmans & prædicans, ſtetit. Unde dicitur: Joan. 20. *Stetit Jeſus in medio diſcipulorum ſuorum, & dixit, pax vobis.* Ipſi autem non obtinent locum judicantis, ſed reſpondentis. Dominus enim ſedere debuit, cui a patre omne judicium datum eſt. Ipſi vero non judicant, ſed judicantur: nec eis eſt in eccleſia miniſterium conceſſum prædicandi. Iſti autem hæretici tales ſunt, quales doctor ſanctæ eccleſiæ futuros eſſe prænunciat dicens. *Mali homines*

*mines*

ANNO CHRISTI 1176.

*mines & ſeductores proficient in pejus, errantes & in errorem mittentes. Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed a veritate auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* [2. Tim. 3.] Item: *Quidam aberrantes, averſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* [1. Tim. 1.] Illorum vero inobedientiam punire deberent eccleſiæ prælati atque corrigere coram omnibus. Unde S. Paulus: *Peccantes coram omnibus arguantur, ut ceteri corrigantur.* [1. Tim. 5.] Item B. Paulus ad prælatos: *Habentes in promptu ulciſci omnem inobedientiam.* [2. Cor. 10.] Et: *Eos qui contradicunt* * *potentes argue.* [Tit. 1.] Et item: *Argue, obſecra, increpa, in omni imperio.* Et item: *Tradidi hujuſmodi ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſit ſalvus in judicii diem.* B Itemque: *Judicavi eum qui hujuſmodi eſt.* Itemque: *Qui aliud vobis annunciaverit, anathema ſit.* [1. Cor. 5.]

[* Lege, potenter. Harduinus.]

* Reſponderunt hæretici, quia epiſcopus qui dederat ſententiam erat hæreticus, & non ipſi: & quod erat inimicus eorum, atque erat lupus rapax, & hypocrita, & inimicus Dei, ac non bene judicaverat. Et noluerant reſpondere de fide ſua, quia cavebant ſe ab eo, ſicut eis præceperat Dominus in evangelio. *Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus ſunt lupi rapaces.* [Matth. 7] Et quod ipſe erat perſecutor eorum fraudulentus, & parati erant oſtendere per evangelia atque epiſtolas quod non erat bonus paſtor, neque ipſe, neque ceteri epi- C ſcopi vel presbyteri, ſed potius mercenarii. Reſpondit epiſcopus, quod ſententia in eos de jure erat dictata, & paratus erat probare in curia domini Alexandri papæ catholici, & in curia Ludovici regis Franciæ, & in curia Raymundi comitis Toloſani, vel uxoris ejus, quæ erat præſens, vel in curia præſentis * Trencavelli, quod recte fuerat judicatum, & quod iſti manifeſte eſſent hæretici, & de hæreſi notati. Atque promiſit ſe eos accuſare de hæreſi in omni curia catholica, & ſe ſubiturum judicii diſcrimen.

[* Al. Subtraxerunt. Harduinus.]

[* al. Trencavelli. Harduinus.]

Videntes vero ſe eſſe convictos atque confuſos, converterunt ſe ad omnem populum dicentes: Audite, o boni viri, fidem noſtram, quam confitemur, nunc confitemur autem propter di- D lectionem & gratiam * veſtri, Reſpondit epiſcopus prædictus: Vos non dicitis, quod propter gratiam Domini dicatis: * atque dicitis, propter gratiam populi. Et illi inquiunt: Nos credimus unum Deum vivum & verum, trinumque atque unum, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum: filiumque Dei * carnem ſuſcepiſſe, baptizatum fuiſſe in Jordane, jejunaſſe in deſerto, prædicaſſe ſalutem noſtram, paſſum, mortuum, atque ſepultum, ad inferos deſcendiſſe, reſurrexiſſe tertia die, ad cœlos aſcendiſſe, Spiritum paraclitum in die Pentecoſtes diſcipulis miſiſſe, venturum in die judicii ad judicandos vivos & mortuos, omneique reſurrecturos. Cognoſcimus etiam, quia quod corde credimus, ore debemus E confiteri. Credimus quia non ſalvatur qui non manducat corpus Chriſti: & quod non conſecratur niſi in eccleſia, atque etiam niſi a ſacerdote ſive bono, ſive malo, nec melius fieri per bonum, quam per malum. Credimus etiam quod non ſalvatur quis, niſi per baptiſmum, & parvulos ſalvari per baptiſma. Credimus etiam, quod vir & mulier ſalvantur, licet carnaliter miſceantur. Et quod pœnitentiam debeat unuſquiſque accipere ore & corde, atque a ſacerdote * & in eccleſia baptizari. Et quidem * ſi quid in eccleſia amplius poſſet oſtendi per evan-

[* al. veſtram. Harduinus.]

[* al. ſed dicitis. Harduinus.]

[* al. carnem noſtram. Harduinus.]

[* al. & in eccleſ. ri.]

[* al. ſi quid eis amplius. H.]



A gelia vel epiſtolas, illud crederent & confiterentur.

Interrogavit etiam eos epiſcopus prædictus, ſi jurarent, ſe tenere fidem iſtam & credere. Et ſi quid amplius debeant confiteri, quod male ſenterant atque prædicaverant, an non? Reſpondentes dixerunt, quod nullo modo jurarent, quia contra evangelium facerent, & epiſtolas. Contra eos vero inductæ ſunt novi Teſtamenti authoritates a prædictis catholicis perſonis. Auditis itaque utrimque authoritatibus, ſurgens prædictus epiſcopus judicavit ſic.

Ego * Gaucelinus epiſcopus Lodovenſis, juſſu & mandato Albienſis epiſcopi, adſeſſorumque ejus, judico & per ſententiam dico, quod male B ſentiunt hæretici illi de jurejurando, & debent jurare, ſi reſipiſcere volunt, præſtandumque eſt jusjurandum ubi fides periclitatur. Et quia infames ſunt, & de hæreſi notati, debent purgare ſuam innocentiam, & redeuntes ad eccleſiæ unitatem, fidem ſuam debent jurejurando adſtruere, ſicut tenet & credit eccleſia catholica: ne infirmi qui ſunt in eccleſia corrumpantur, & ne oves morbidæ univerſum gregem contaminent. Nec eſt contra evangelium vel epiſtolas * Jacobi. [* Pauli.] Quod enim dicitur in evangelio: *Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non, neque jurabitis per cœlum, neque per terram,* &c. [Matth. 5.] non prohibetur jurare per Deum, ſed per creaturas. Gentes enim colebant creaturas: & ſi fuiſſet licitum jurare per creaturas, C reverentia & honor, qui ſoli Deo debetur, creaturis exhiberetur, & ſic idola & creaturæ velut Deus adorarentur. Legitur enim in Apocalypſi, quod *Angelus levavit manum ſuam in cœlum, & juravit per viventem in ſæcula ſæculorum.* [Apoc. 10.] Et B. Paulus ad Hebræos inquit: *Quoniam Deus neminem habuit, per quem juraret majorem, juravit,* [Heb. 6.] *inquit, per ſemetipſum. Homines enim per majorem ſui jurant, & omnis controverſiæ eorum finis ad confirmationem eſt juramentum. In quibus abundantius volens oſtendere Deus pollicitationis heredibus immobilitatem conſilii ſui, interpoſuit jusjurandum.* Juravit Deus dicens: *Juravi per memetipſum.* [Gen. 22.] Et item: *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum.* [Pſal. 109.] Apoſtolus etiam frequenter juravit per D Deum ſic: *Teſtis eſt mihi Deus.* [Philipp. 1.] Itemque, *Teſtor Deum.* [1. Tim. 5.] Si itaque juravit Dominus, juravit Angelus, juravit Apoſtolus: quare non recte juratur, ubi maxime fides periclitatur? Vel illud quod dicitur in evangelio, & in epiſtola B. Jacobi, conſilium eſt, non præceptum, quia ſi non juraretur, non * dejeraretur. *Et quod amplius eſt, a malo eſt.* [Matth. 5.] Id eſt, de infirmitate non credentis, non de infirmitate jurantis. Vel ſecundum primam expoſitionem, a malo eſt, id eſt ex peccato vel diabolo, quia ſuadet jurare per creaturas. Videntes itaque quod ſuper hoc erant convicti, dixerunt quod epiſcopus Albienſis fecerat eis pactum quod non cogeret eos jurare. Quod ipſe epiſcopus Albienſis negavit.

[* al. Gozlinus. Harduinus.]

[* Forte, pejeraretur. Harduinus.]

E Surgens itaque epiſcopus Albienſis dixit: Sententiam, quam nunc protulit Gaucelinus epiſcopus Lodovenſis, ego confirmo & laudo, atque meo juſſu data eſt, & commoneo milites de Lumbers, quatinus non manu teneant eos per finitionem, * quam fecerunt in manu mea.

[* al. pliviſionem]

Ego Caſtrenſis abbas electus judex hanc ſententiam laudo, & aſſenſu meo data eſt ita:

Ego Ardulenſis abbas electus judex hanc ſententiam laudo, & aſſenſu meo ſic data eſt.

Ego Arnaldus Debe * electus judex ſimiliter hanc ſententiam laudo, & meo aſſenſu ſic data eſt.

[* al. de Bo]

ANNO CHRISTI 1176.

A Ego Candilienſis abbas electus judex ſententiam hanc laudo.

Ego Pontius de Arſax Narbonenſis archiepiſcopus, hanc ſententiam ratam habeo, atque iſtos hæreticos eſſe ſcio, & eorum ſententiam improbo.

Ego Arnaldus Nemauſenſis pontifex ſimiliter laudo hanc ſententiam.

Ego G* ....... Toloſanus epiſcopus ſimiliter laudo & affirmo hanc ſententiam.

* Gozellinus.

Ego G...... Agathenſis præſul ſimiliter facio, & excommunico eos, atque ejicio eos de Divino officio ſanctæ matris eccleſiæ, & omnes illos qui iſtos fraudatores Chriſtianorum audierint, aut manutenuerint: ſint cum illis in æterna damnatione, donec ad ſatisfactionem veniant.

Ego Raimundus abbas B. Pontii ſimiliter.

Ego Enricus abbas Galiacenſis ſimiliter.

Ego abbas Fontis frigidi ſimiliter.

Ego M..... Toloſenſis præpoſitus ſimiliter.

Ego Gil..... abbas & præpoſitus ſimiliter.

Ego R......... archidiaconus Agathenſis ſimiliter.

Ego Guido prior de Montepeſſulano ſimiliter.

Et ego P.... Sendracenſis abbas ſimiliter.

Et ego magiſter Blancus ſimiliter.

Et ego Bego de Verreiras ſimiliter.

Et ego Trencavellus vicecomes in noſtra præſentia, ſicut judicatum eſt, laudo & affirmo ſimiliter.

Et ego Conſtantia ſoror regis Franciæ, uxorque comitis Raimundi Toloſani, ſimiliter.

Et ego Sicardus Vicecomes * Lauracenſis ſimi- B liter.

* Lautrecenſis.

Et ego Iſarnus de Dornia ſimiliter laudo & affirmo hanc ſententiam cum omnibus iſtis antedictis, in præſentia populorum caſtrorum, ſcilicet de Lumbers & Albi, aliorumque multorum populorum qui hanc ſententiam laudare atque judicare audiunt.

## ☞ DUBLINENSE CONCILIUM

*In Hibernia celebratum, in quo jus regium in Hibernia confirmatur.*

*Anno IV. Henrici II. in Hibernia, Domini vero anno 1176. a Viviano A. S. L. celebratum.*

Ex Manſi Suppl. Tom. II. pag. 677. Wilkins Conc. Brit. ad A. 1176.

HOc de concilio ita loquitur Giraldus Cambr. lib. II. Hib. expug. c. 17. Interea Vivianus legationis vice per Hiberniam fungens, convocata Dublini epiſcoporum ſynodo, jus Anglorum regis in Hiberniam, & ſummi pontificis confirmationem viva voce publice proteſtatur; tam clero, quam populo ſub anathematis interminatione diſtricte præcipiens & injungens, ne ab ejus aliquatenus fidelitate auſu temerario reſilire præſumant. Et quoniam conſuetudinis erat, ut ab Hibernicis ad eccleſiarum refugia victualia transferrentur Anglicanæ familiæ, licentiam dedit, ut quoties in expeditionem profectis, aliun- C de alimenta non obvenerint, in eccleſiis reperta (juſtæ taxationis eccleſiarum cuſtodibus ſoluto pretio) extrahantur.

Hoveden refert in ann. MCLXXVI. Vivianum miſſum fuiſſe ab Alex. papa in Scotiam, Hiberniam, & inſulas adjacentes ad cauſas eccleſiaſticas determinandas, venientemque in Angliam, poſtulatum eſſe a rege H. quod ſine ejus venia ingreſſus eſſet hoc regnum. Huic igitur ut ſatisfaceret, juraſſe, nihil ſe facturum in legatione ſua contra voluntatem regis: conceſſamque ſic ei licentiam tranſeundi in Scotiam, rege ſubſidium adminiſtrante.

## ☞ HALLENSE MAGDEBURGIC. CONCILIUM

*A VVigmanno Magdeburgenſi archiepiſcopo circa annum 1176. habitum.*

Ex Manſi Suppl. Tom. II. pag. 675.

„ WIgmannus Magdeburgenſis archiepiſcopus,
„ ut malis occurreret, quæ inſanus ludi
„ haſtiliis (torneamentorum) furor in German.
„ invexerat, *convocatis ſuffraganeis ſuis omnes*
„ *ejus* (ludi haſtilis) *receptatores excommunica-*
„ *tionis vinculo innodavit*, ut ſcribit vetuſtus au-
„ thor Chronici Vetero Cellenſis inter ſcriptores
„ Germanicos Menkenii to. II. pag. 394. Ne-
„ quicquam tamen id valuit, ut ad ſanitatem
„ morbo affectæ mentes redirent. Cum igitur
„ Conradus filius Theodorici marchionis Miſ-
„ nenſis ſemel ea belli imagine oblectaretur, ac-
„ cidit ut ictu lanceæ confoſſus perierit anno
„ 1176. die XV. Kal. decembris. Is caſus oc-
„ caſionem habendi concilii Wigmanno archie-
„ piſcopo præbuit, quid de ſepultura immortui
„ in anathemate principis deliberandum eſſet,
„ conſulturus. Patrum ſententiam, totamque
„ rem in eo concilio geſtam ita narrat idem
„ Vetero-Cellenſis hiſtoricus.

Cum archiepiſcopus idem convocatis ſuffraga- D neis ſuis, cum magna cleri frequentia, in eccleſia Hallenſi, conventum haberet, pater occiſi, ſcilicet Theodoricus marchio & fratres ejus, Otto Miſnenſis, Dedo comes de Rochliz, Henricus comes de Wittin, Fridericus comes de Brene cum multis nobilibus viris, & miniſterialibus advenientes, pedibus archiepiſcopi ac totius cleri cum lachrymis provolvuntur, poſtulantes, ut occiſo communionem concederent fidelium ſepulturæ; aſſerentes conſtanter, eum, ante finem ſuum, pœnitentem, & abſolutum, communionem Dominici corporis meruiſſe. Cum enim E comes idem moriturus vulnere debilitatus jaceret, contigit ſacerdotem quendam religioſum tranſilire, qui, petentibus amicis ejus, ad vulneratum accedens, magna ab ipſo inſtantia rogatus eſt, ut pœnitentiam ejus & confeſſionem ſuſciperet, & a vinculo excommunicationis eum abſolveret, fideliter promittens, ſi divina miſericordia vitæ ſpatium ſibi largiretur, numquam de cetero ſe tali cauſa excommunicationis ſen-

ten-

ANNO CHRISTI 1176.

tentiam meriturum; quin potius & de hoc & de aliis ſuis peccatis Deum ſibi modis omnibus placaturum; ſuper hoc autem ad militandum Deo cruce ſignari devote petivit, ut ejus contritio manifeſtius appareret. Sacerdos vero ille cordis in eo contriti ſigna percipiens, confeſſione ejus audita, & pœnitentia injuncta, ab excommunicationis nodo eum exſolvit; ſicque reconciliatum, Dominici corporis participem faciens, ſicut petierat, cruce ſignavit: quibus peractis modico poſt tempore expiravit. Cum itaque principes prædicti coram archiepiſcopo eorum cognato (quia filius ſororis patris ipſorum fuit) & clero hæc aſſererent; ſacerdos horum

A omnium executor, cum præſens eſſet, juramento hoc confirmare, ut nulla remaneret dubietas, rogabatur; quod ille alacriter adimplevit. Ipſi præterea principes prædicti, exigente hoc ab eis archiepiſcopo, juraverunt a torneamento perpetuo abſtinere, nec uſquam in omni ditione ſua hujuſmodi exercitium permittere, homineſque ſuos, & miniſteriales ab eo modis omnibus coercere. Sicque demum archiepiſcopus mortuo ſepulturam conceſſit, ſalva tamen ſedis apoſtolicæ auctoritate. Unde factum eſt, ut tamdiu ſepultura careret, donec unus militum familiaris ejus, Wernherus nomine, conſenſum de hoc ſummi Pontificis reportaret.

# REDONENSE CONCILIUM

*A Bartholomæo Turonenſi Archiepiſcopo anno 1176. celebratum.*

Ibid.

CONcilii Redonenſis ex ſuffraganeis Turonenſis archiepiſcopi Bartholomæi, eodem præſide, celebrati duplex mentio in vetuſtis monumentis occurrit. Inter ſelecta teſtimonia pro eccleſia Turonenſi contra Dolenſem, quæ extant inter acta in cauſa Dolenſis epiſcopatus, vulgata in Anecdotis Martene to. III. pag. 913. Hugo decanus Turonenſis aſſeruit: *Vidi etiam, quod cum dominus Turonenſis* (Bartholomæus, cujus ſupra meminerat) *celebraret concilium Redonis, ab-*

B *bas ſancti Jacobi, qui eſt de epiſcopatu Dolenſi, venit cum aliis abbatibus, qui ad vocationem prædicti archiepiſcopi Turonenſis venerant*. Certum annum ejuſdem concilii ſub Bartholomæo archiepiſcopo indicat anonymus author Chronici Kemperlegienſis vulgatus a Baluzio Miſcellan. to. I. pag. 516. qui ad annum 1176. ſcribit: Bartholomæus archiepiſcopus Turonenſis *concilium habuit cum epiſcopis Britanniæ Redonis*. Nec plura ille, ſicut nec alius quiſque de hoc concilio

ANNO CHRISTI 1177.

# CONCILIUM NORTHAMPTONIÆ

Anno Dom. MCLXXVII. ad feſtum S. Hilarii.

Ex Rogerii Hovedeni, annal. parte II.

Collection. Anglic. To. II.

INTERIM rex Angliæ pater, celebrato concilio generali apud Northampton, poſt feſtum S. Hilarii, reddidit Roberto comiti Leiceſtriæ omnes terras ſuas: & ſic aliis. Et in eodem concilio Guido decanus reſignavit in manu Richardi Cantuarienſis archiepiſcopi decanatum ſuum de Waltham, & totum jus quod ipſe in eccleſia de Waltham habuit, quietum clamavit ſimpliciter & abſolute. Similiter fecerunt canonici ſæculares de Waltham de præbendis ſuis, reſignantes eas in manu archiepiſcopi. Sed dominus Rex dedit eis inde plenariam recompenſationem, ad domini Cantuarienſis archiepiſcopi æſtimationem. Deinde dominus Rex authoritate domini Papæ inſtituit in eadem eccleſia de Waltham canonicos regulares de diverſis domibus Angliæ ſumptos: & conſtituit Walterum de Gaunt canonicum ſumptum de eccleſia de Oſeney, ab-

C batem primum ſuper congregationem illam, & magnis redditibus & domibus pulcherrimis ditavit illos. Eodem anno idem rex expulſis ſanctimonialibus de abbatia de Ambresberie propter incontinentiam ſuam, & per alias domos religioſas in arctiori cuſtodia diſtributis, ipſam abbatiam de Ambresberie dedit abbatiſſæ & domui de Fonteverard in perpetuum poſſidendam. Et miſſo a Fonteverard uno conventu ſanctimonialium, Richardus Cantuarienſis archiepiſcopus introduxit eas in abbatiam de Ambresberie, II. Kal. Junii, die Dominica, præſentibus domino rege patre, & Bartholomæo Exonienſi, &

D Johanne Norvicenſi, epiſcopis, & aliis multis clero & populo. Eodem die præfatus Cantuarienſis archiepiſcopus conſecravit Guidonem Pangorienſem epiſcopum.

# AD CONCILIUM NORTHAMPTONIENSE

*In quo de ſubigendis Anglicanæ eccleſiæ Scotis epiſcopis actum, anno 1176. celebratum.*

## ADDITIO.

Ex Manſ. Suppl. Tom. II. pag. 674. Ex Wilk. Conc. Brit. t. I. ad A. 1176.

*COncilii hujus acta ex Hovedeno Labbeus refert. Supereſt ut ea ipſa ex Hectore Boethio lib. XII. hiſt. Scot. pag. 272. edit. an. 1574. repræſentemus.*

E Subſequenti anno Hugo Cardinalis ac diaconus ſancti Angeli, a ſummo pontifice legatus in Angliam miſſus, quo eccleſias Anglicanas, ſumma prius diligentia inſpectas, ſi quibus opus eſſet,

ANNO CHRISTI 1176.

ſet, reformaret; ac deinde una opera idem ſa- A ctuurus in Scotiam pergeret. Confectis in Angliam rebus, ex univerſa Scotia epiſcopos ad ſe Northamptoniam ad certum diem evocat. Citati comparent. Ibi concilio facto, quum mandata ſua a pontifice jubente epiſcopos omnes Scotiæ archiepiſcopo Eboracenſi ſubeſſe, expoſuiſſet, prolixa oratione perſuadere conatus eſt, æquo ut id animo facerent. Omnibus enim epiſcopis aliarum regionum patronum quendam ac veluti caput eſſe, cui ſubſint, ne protinus querelæ cauſæque omnes ad pontificem ſummis cum laboribus tum expenſis deferantur. Nullam eſſe in tota Scotia civitatem metropolitanam, quo in rebus ambiguis conſultatum conveniant; nullam amicitiæ, qua vel maxime adverſus hoſtes muniti ſint, occaſionem inter ipſos eſſe. Quamobrem non modo opportunum Eboracenſem archiepiſcopum eſſe non magnis terrarum ſpatiis diſtantem, ſed etiam divitiis opibuſque præpotentem, qui, ſi qua ulli neceſſitas ab hoſtibus ingruat, mox auxilio eſſe poſſit. Ad hæc id religioni noſtræ maxime convenire, ut libenter majoribus ſeſe ſubjiciant. Maximum enim id meritum eſſe, ſi complurium imperio ex ordine ſubeſſent. Ita enim virtutes ſummas humilitatem ac obedientiam maxime in nobis lucere, ſi taciti ac lubentes multorum feramus imperia.

Ad ea Gilbertus adoleſcens, eruditione pariter & ſanctimonia conſpicuus, ad hoc concilium a rege Scotorum Willhelmo miſſus, ut, ne qua nec adverſus ſe, nec regnum ſuum a cardinale injuria fieret, proſpiceret, reſpondit. Jam inde ex quo fidem Chriſtianam ſuſcepiſſent, liberam fuiſſe Scotiam, nulli extra ſuam regionem, præter quam uni pontifici, velut Chriſti vicario ſubjectam. Iniquum modo poſcere pontificem, Scotos Anglis, quibuſcum bella prope continua gerant, ſubdi. Quod ſi pietatem quærat, & concordiam inter ipſos, primum nihil uſquam ab epiſcopis commiſſum eſſe, quamobrem libertate ſua merito privari debeant. Deinde non eſſe B neceſſe ad exteros novorum bellorum ſeminarium jacere: ſi quid inter eos correctione dignum (quod hactenus, inquit, factum non eſt) committatur; id regi curæ fore. Pietatem vero ac reliquas virtutes, habere ſe inſignes virtutibus ac eruditione viros, qui laboribus & vigiliis doceant. Itaque regem plurimum orare atque obſecrare S. Pontificem, uti impræſentiarum contentus ſit, nec regnum ſuum, nunquam de ipſo aut Romana ſede male meritum, hoſtibus ſuis obnoxium faciat. His atque aliis rationibus Gilbertus egregie cauſam libertatemque Scoticæ eccleſiæ tutatus eſt. Re igitur infecta legatus abiit. *Succinctiori ſtilo eadem recitat Leſſæus de rebus geſtis Scotor. & qui præ cæteris nominandus erat, Joh. de Fordun in Scoti-Chron. p. 714. ſeqq.*

ANNO CHRISTI 1177.

# CONCILIUM VVESTMONASTERII

Alias Londini Pan-Anglicum, anno Domini MCLXXVII. in prima ſeptimana Quadrageſimæ celebratum, de lite & bello componendis inter Aldefonſum R. Caſteliæ, & Sanctium R. Navarræ exortis, judicioque Henrici R. Angliæ comprimendis.

Ex Rogerii Hovedeni annal parte II.

Collection. Anglic. To. II.

PRIMA igitur Dominica Quadrageſimæ dominus Henricus rex Angliæ, filius Matildis imperatricis, venit Londonias, concilium generale celebraturus. Cui interfuerunt Richardus Cantuarienſis Archiep. Gilbertus Londonenſis epiſc. Hugo Dunelmenſis epiſc. &c. Et abbates, priores, comites & barones Angliæ. Quibus in unum convenientibus apud Weſtmonaſterium, præcepit Rex præfatis nunciis regni Hiſpaniæ, ut in ſcripto redigerent calumnias & allegationes ſuas, & poſtea ei offerrent: ut ſic per interpretationes, ipſe & barones ſui poſſent intelligere calumnias & allegationes illorum: quia neque Rex, neque barones curiæ, intellexerunt loquelam illorum. Et ad faciendum ſcriptum illud, datæ ſunt illis triduanæ induciæ. Quarta autem die protulerunt ſcriptum, in quo hæc continebantur. *Rex Sanctius groſſus genuit hos tres filios, videlicet*, &c.

*Acta autem utrinque longis enarrationibus cauſa, interpoſitoque, ex ſententia concilii iſtius, Regis judicio, chartaque de Regis, de more ſæculi illius in ferendis legibus, inde edita. Hi ſubſcribuntur teſtes, ut pote in concilio aſſidentes: videlicet.*

Richardus archiepiſcopus Cantuarienſis, Hugo Dunelmenſis epiſcopus, Gaufridus Elinenſis C epiſcopus, Rogerus Wigornenſis epiſcopus, Bartholomæus Exonienſis epiſcopus, Gilebertus Londonienſis epiſcopus, Walterius Roffenſis epiſc. Reginaldus Bathonienſis epiſcopus, Joannes Norwicenſis epiſcopus, Joannes Ciceſtrenſis epiſcopus, Robertus Herefordienſis epiſcopus, ..... epiſcopus de S. David, Magiſter Ada epiſc. de S. Aſaph, .......... epiſcopus de Pangor, Chriſtianus epiſc. Candidæ Caſæ. Et Gaufridus filius Regis, comes Britanniæ, Willielmus comes Albemar- D liæ, Robertus comes Leiceſtriæ, Will. de Mandevil comes Eſſexæ, Will. comes Glauceſtriæ, Will. de Arundel comes de Suthſex, Hugo comes Ceſtriæ. *Et de baronibus Angliæ*, Richard de Luci, Willelm. de Veici, Henr. de Laci, Odonel de Umframvile, Robertus de Vals, Rogerus de Mubrai, Robertus de Stutevile, Philippus de Rimbe, Rogerus Bigot. *Et alii multi, tam clerici quam laici. Aderant namque huic concilio abbates, priores, & barones Angliæ, ut ſupradictum eſt: licet horum pauci, illorum nulli ad* E *ſubſcriptionem accederent.*

*Chriſtianus epiſcopus Candidæ caſæ, qui hoc aſſedebat concilio, Scotus eſt epiſcopus, ſed Eboracenſis ſedis ſuffraganeus, ut mox infra videas, in concilio Scotico hoc item anno celebrato*

# CONCILIUM SCOTICUM

**Celebratum ann. Dom. MCLXXVII. Ad Caſtellum puellarum, ſub Viviano cardinale presbytero, legato Alexandri pontificis Romani.**

Ex Rogerii Hovedeni annal. parte II.

Collect. Angl. T. II.

EODEM anno, Vivianus presbyter cardinalis, A & apoſtolicæ ſedis legatus, peracta legatione ſua in Hibernia, rediit in Angliam, & per conductum Domini Regis, rediit in Scotiam: & celebrato concilio apud Caſtellum puellarum, ſuſpendit a Pontificali officio Chriſtianum epiſcopum Candidæ caſæ, quia ad concilium ſuum venire noluit. Sed epiſcopus Candidæ caſæ ſuſpenſionem illam non timuit, ſeptus munimine Rogerii Eboracenſis archiepiſcopi, cujus ſuffraganeus ipſe erat.

# CONCILIUM VENETUM

**Quo Alexander papa & Fridericus imperator reconciliantur, & antipapa cum ſuis, quos ordinaverat, deponitur, anno Domini MCLXXVII. tempore Alexandri papæ III.**

ACTA *& epiſtolæ quædam Alexandri papæ*, B *quæ in Vaticano aſſervantur, & apud Baronium deſcribuntur, cauſam habiti concilii prolixe referunt, his verbis:* Porro Alexander papa, ut indubitanter ad colloquium Imperatoris poſſet accedere, ordinato in Urbe vicario, verſus mare Hadriaticum iter cum fratribus ſuis cardinalibus arripuit. Et veniens Beneventum, inde Trojam, atque Sipontum, & montem Garganum tranſivit, & devenit in civitatem Licianam in maris littore ſitam. Ibi enim devotus beati Petri filius rex Siciliæ ad ejus obſequium præparaverat ſeptem galeas, victualibus & armis, prout C tempus poſtulabat, munitas. Duos quoque de magnatibus terræ ſuæ, videlicet Romualdum Salernitanum archiepiſcopum, & Rogerium Hadrienſem maximum comitem, ut honorificentius cum eis incederet, illuc ad ejuſdem patris & domini præſentiam deſtinavit. Ut autem Imperatorem & Longobardos de ſuo pontifex adventu redderet certiores, ſex de fratribus ſuis cardinalibus Siponto uſque Bononiam cum ſuis & aliorum fratrum equitaturis præmiſerat.

*Et poſt enarratas res geſtas inter imperatorem Conſtantinopolitanum & Soldanum, de quibus nos, ne adeo diverſa miſceantur, poſtea dicturi ſumus,* D *hæc ſubjicit.* Interea Viterbienſis ille ridiculus antipapa, de malo ſemper in pejus deficiens, ubi pacem & concordiam inter Alexandrum papam & Imperatorem ſine ſe familiariter tractari percepit, ubi & ſecuritatem firmam cunctis viatoribus datam indubitanter cognovit, cum proceribus ſuis ita vehementer indoluit, ac ſi cor ejus medium crepuiſſet.

*Hæc de ſtatu tunc temporis antipapæ Viterbii degentis, ſeipſum mœrore vorantis. Subdit de præmiſſa legatione ab Alexandro, antequam e Campania ad Hadriaticum mare perrexit, quam omiſerat, dicens:* E Antequam Anagnia pontifex Alexander exiret, Hubaldum Oſtienſem epiſcopum, & Rainerum diaconum cardinalem S. Georgii, ad Imperatoris præſentiam ea occaſione præmiſit, ut ſecuritatem, quam Magdeburgenſis archiepiſcopus cum ſociis ſuis promiſerat, ab eodem imperatore per exhibitionem juramenti manifeſte reciperent. Cuncti autem per partes Tuſciæ in Lombardorum intraverunt terram, & circa Mutinam eumdem imperatorem ſatis pacificum invenerunt, qui eos hilari vultu & reverentia ſuſcepit, & honorificentia plurima honoravit. Præſentibus itaque multis epiſcopis & principibus, coram ipſis legatis Fridericus imperator C. filium marchionis Montisferrati ſuper ſancta evangelia jurare fecit in anima ſua, eamdem ſecuritatem, quam legati apud Anagniam indubitanter præſtiterant, conſervare. Inſuper ad majorem bonæ voluntatis, quam gerebat de pace, oſtenſionem, omnes principes Alemannos, qui ſecum aderant, eamdem ſecuritatem fecit nihilo minus per jusjurandum corroborare. In diebus illis Cremona reſpiciens retro, abſque gravamine de jurando, a confœderatione aliarum civitatum impudenter receſſit, & ad Imperatorem, non ſine magna ignominia, ſe convertit. Unde indignationem eccleſiæ, & aliorum Lombardorum odium & inimicitiam, juſte incurrit. Terdona quoque non poſt multum temporis idem reprehenſibiliter fecit, & eadem ſe infamia contumelioſa involvit.

Audiens autem iſta apud Vaſtum, in mari Hadriatico vadum, ubi tempus opportunum navigationi expectabat ſummus pontifex, valde eſt miratus: ſed de aliarum civitatum ſtabilitate dubitare non potuit. Ceterum cum valida maris tempeſtas ipſum jam per triginta dies contra propoſitum ſuum ibi detinuiſſet invitum: ecce inſuper Auſter diu deſideratus advenit, & ſtatim nautæ ad transfretandum eumdem pontificem alacriter invitarunt. Qui conſurgens circa medium noctis inſtantis Quadrageſimæ, valde mane poſt Miſſam, & receptos cineres, pelagi vaſtitatem lætus intravit cum undecim galeis, & aliis duabus oneratis victualium copiis, & albis caballis, abſque aliis navigiis: ita rex Siciliæ auxit numerum galearum ad decorem pontificis. Erat autem delectabile ad videndum navalem exercitum ſulcantem dorſum pelagi velis protenſis & proſpero vento. Sed circa meridiem, ſuperveniente hora ſexta, eſt prorſus extinctus Auſter, & illico facta eſt in mari turbatio maxima. Timuerunt igitur omnes: Pontifex autem non fuit omnino ſecurus. Tunc decem galeæ

cum

ANNO CHRISTI 1177.

cum ipſo Pontifice & fratribus ſuis cardinalibus verſus anteriores inſulas in remigando non ſegniter laboraverunt. Tandem ſuffragantibus beatorum Petri & Pauli meritis, eadem die circa nonam, ad inſulam, quæ dicitur Polacroſa, proſpero, Deo gratias, curſu applicuerunt. Pontifex autem fatigatus ex nimia proceloſi maris turbatione, in terram libenter deſcendit, & appoſita copiola menſa hilariter convivavit.

Poſt modicum vero temporis, cùm jam quieſcerent omnia, ex inſperato deſideratus nautis Auſter arriſit, & eos ad iter agendum non mediocriter animavit. Exultantibus igitur cunctis, cum gaudio vela univerſa in altum citiſſime ſunt elata: & unuſquiſque ad exercendum commiſſum ſibi negotium in ipſa noctis obſcuritate vigilans permanſit. Præcedente itaque cum magno luminari galea ſummi pontificis, aliæ ipſam ſequentes, per totam noctem omnes alacriter navigarunt. Et altera die circa meridiem in inſulam, quæ vocatur Alexa, venerunt. Et poſt celebratam ibidem Miſſam, cum magno gaudio & lætitia ad mare convenerunt. Et exinde ceteras Dalmatiæ inſulas tranſcendentes, in proxima Dominica, priuſquam Sol illuceſceret, ad civitatem Jaderæ, quæ ſita eſt in capite Hungariæ regni eumdem pontificem cum ſuis fratribus, Manfredo videlicent Præneſtino epiſcopo, Joanne tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, Boſone tituli ſanctæ Pudentiana, presbyteris cardinalibus, Cinthio tituli ſancti Hadriani, & Hugone ſancti Euſtachii, diaconis cardinalibus, Romualdo quoque Salernitano archiepiſcopo, & Rogerio illuſtri comite, per merita beatorum apoſtolorum ſanum & alacrem portaverunt. Et quoniam nondum quiſquam Romanus pontifex civitatem ipſam intraverat, de novo ipſius papæ adventu facta eſt in clero & populo illius loci communis lætitia, & ineffabilis exultatio collaudantium & benedicentium Dominum, qui modernis temporibus per famulum ſuum Alexandrum ſucceſſorem beati Petri Jadertinam civitatem dignatus eſt viſitare. Itaque præparato ſibi de Romano more albo caballo proceſſionaliter duxerunt eum per mediam civitatem ad beatæ Anaſtaſiæ majorem eccleſiam, in qua ipſa virgo & martyr honorifice tumulata quieſcit, immenſis laudibus & canticis altiſſime reſonantibus in eorum Sclavica lingua. Poſt quartum vero diem exivit Jadera, & per Sclavorum inſulas, & maritimas Iſtriæ civitates felici curſu tranſitum faciens, ad monaſterium ſancti Nicolai ſitum in faucibus Rivialti alacriter, Domino auxiliante, pervenit.

Anno igitur ſui pontificatus decimo octavo, X *. Kalendas Aprilis, Indictione decima, beatus pontifex Alexander cum ingenti honorificentia Venetias primum intravit, occurrente ſibi duce cum patriarcha & epiſcopis & nobilibus, cum clero in navium copioſa multitudine. Eo autem in palatium patriarchæ ſuper Rivoalto deducto, prædictus Magdeburgenſis epiſcopus, cum electo Wormatienſi protonotario, acceſſerunt ad eum, dicentes: Dominus noſter imperator cuncta, quæ inter vos & eum de pace, nobis mediantibus tractata ſunt & conſcripta, paratus eſt adimplere. Sed in civitate Bononienſi, quam ejus principes nimis habent ſuſpectam, convenire nullatenus poteſt. Unde clementiam ipſam veſtram ſuppliciter exoramus, quatenus alium locum ipſi & vobis congruum, Ravennam videlicet, vel Venetias, eligere ſatagatis. Quibus beatus pontifex conſtanter ſine mora reſpondit: Diu eſt, quod mediantibus fratribus noſtris Humbaldo Oſtienſi epiſcopo, & Rainerio diacono cardinali, cum Lombardis Imperator convenit, ut ipſe in Imola, & nos in Bononia debeamus pariter convenire. Ideo nos abſque Lombardis & conſilio fratrum noſtrorum, qui circa partes Bononiæ noſtrum præſtolantur adventum, locum ipſum mutare non poſſumus, nec debemus. Si ergo minime diſplicet quod prius ſibi ſponte conſentit, ſibi debet non nobis talem conditionem ſæpe poſitam imputare. Verumtamen, ut inceptum bonum pacis ad deſideratam conſummationem celerius valeat, operante Domino, pervenire: nos uſque Ferrariam ſine mora venire ſtudebimus, quatenus ibi cum fratribus noſtris & rectoribus Lombardiæ deliberare, & eligere plenarie poſſimus, quod pro utraque parte congruentius fuerit faciendum. Quod verbum, quia legatis bene complacuit, per litteras apoſtolicas univerſis epiſcopis & rectoribus civitatum Lombardiæ mandavit, ut in Dominica die paſſionis ad ejus præſentiam in ipſa civitate, Deo favente, conveniant.

* al. XI.

Interim vero cum turbæ multæ irruerent in eum, & ex civitatibus circumpoſitis multitudo nobilium properaret ad ejus præſentiam, ut viderent illum, & audirent tanquam angelum a Deo miſſum: dignum duxit in proxima Dominica, *Lætare Jeruſalem*, ad eccleſiam beati Marci ſolemnia Miſſarum celebraturus accedere. Indutus ergo ſacris veſtibus, & de conſuetudine auream ferens roſam, cum epiſcopis & cardinalibus ad altare majus proceſſit. Poſt evangelicam lectionem populo Dei ex diverſis partibus congregato paſtoraliter prædicavit. Et completis Miſſarum officiis, roſam, quam detulerat, duci Venetiarum in ſignum gratiæ ſedis apoſtolicæ contulit.

In eadem quoque ſeptimana cum glorioſo galearum exercitu, quod erat delectabile viſu, exivit Venetiis, & per fauces Padi aſcendens, cum gloria & honore venit in ſuam civitatem Ferrariam. In ſequenti vero die principales perſonæ, quæ inferius annotantur, ab utraque parte ad præſentiam pontificis convenerunt. Ex parte Lombardorum Aquilejenſis patriarcha, Ravennatenſis & Mediolanenſis archiepiſcopi, & eorum comprovinciales epiſcopi, rectores civitatum cum marchionibus, & comitibus, Salernitanus quoque archiepiſcopus cum Rogerio Hadrienſi comite: ſed ex imperatoris parte Moguntinus, Colonienſis, Trevirenſis. Biſuntinus, cum aliquibus ſuffraganeis epiſcopis, electoque Wormatienſi & protonotario. Quibus adinvicem congregatis, de loco ubi Papa ſecure poſſet cum Imperatore præſentialiter convenire, cum non modica inter partes altercatio exiſteret, Lombardis petentibus Bononiam, vel Placentiam, aut Ferrariam, ſive Paduam; Imperatoris autem principibus Papiam, aut Ravennam, aut Venetias eligentibus: Pontifex cum nunciis regis Siciliæ Venetias in hunc modum elegit. Ut ſi Dux cum populo Veneto juratoriam cautionem præſtaret, quod antequam pax firmiter confirmata eſſet. ſine conſenſu Papæ Imperatorem intrare Venetias nullatenus permitterent, & venientes illuc ſive redeuntes nullo modo impedirent: tunc pars utraque ad locum ipſum accederet, quod ad verbum Pontificis factum eſt.

Exivit ergo Alexander papa Ferraria cum epiſcopis & cardinalibus ſeptimo Idus Maii, & ſine mora Venetias remeavit: cujus veſtigia partes utræque celeriter ſunt ſubſecutæ. Conſtitutis itaque principibus & Lombardis in conſpectu principis,

ANNO CHRISTI 1177.

cipis, de reconciliatione pacis inter alterutros A tractare cœperunt. Sed quia de feudis maxima inter eos controverſia vertebatur, & pax eccleſiæ abſque illorum pace, quæ cum eccleſia contra imperium firmiter fieri non debebat, tractatus ipſe, multis intervenientibus induciis, uſque ad apoſtolorum Petri & Pauli octavas proceſſit.

Ea igitur die pax eccleſiæ in ea forma, quæ de conſenſu * petrum ordinata fuerat, & ſcripto firmata, de conſenſu principum, qui præſentes aderant, Imperatoris aſſenſu eſt roborata. Pax quoque Siciliæ regi proximis Kalendis Auguſti uſque ad quindecim annos eodem modo approbata eſt. Super quibus chartæ hinc inde concorditer factæ, & a ſingulis partibus in bona voluntate receptæ ſunt. Quibus ita peractis B ad inſtantiam principum Imperatori licentiam dedit Pontifex veniendi uſque Chiogiam, quatenus in loco ipſo a Pontifice parum diſtante, conſtitutis in ejus præſentia cardinalibus illis & principibus, qui curſum pacis & treguarum fere jam conſummaverant, cum ipſa imperiali authoritate, Domino cooperante, plenum ſortiretur effectum & immutabile firmamentum. Venit ergo illuc Imperator, & ad ejus præſentiam cardinales & principes pariter convenerunt, omnia, quæ de pacis bono ejus conſenſu fuerant ibi concorditer tranſacta, oſtendentes. Auditis itaque omnibus quæ geſta fuerant, & plenarie intellectis, licet ab his, qui pacem oderant, valde turbatus fuerit & commotus, quatenus principes C in facie ipſi reſtiterint: omnia tandem, ſicut in præſentia Pontificis geſta fuerant & conſcripta, rata habuit, & ea confirmare ſponte promiſit. Tum factum eſt quod & in audientia eorumdem cardinalium & principum, Diedoni comiti filio C. marchionis præcepit, ut in anima ſua coram * divino papa, nunciis regis Siciliæ, & Lombardis publice juraret in hunc qui ſequitur modum:

partium

* Forte, domino Papa. M.

Ego comes Diedo juro, quod dominus Imperator mandavit mihi, ut in anima ſua jurarem juramentum, quod nunc facturus ſum: & poſtquam mandavit, non revocavit mandatum. Et ego ex eodem Imperatoris mandato juro in anima ſua, quod ex quo venerit Venetias, omni D quæſtione & contradictione ſemota, faciet jurare in anima ſua, quod pacem eccleſiæ, ſicut diſpoſita eſt per mediatores ex ſcripto, & pacem regis Siciliæ uſque ad quindecim annos, ſicut ſcriptum eſt, & treugam Lombardorum, ſicuti eſt per mediatores utriuſque partis diſpoſitum in ſcripto, quod & apud eoſdem mediatores continetur, bona fide ſervabit, & principes ſuos hoc ipſum jurare faciet. Simili modo præcepit Sigilboth camerario ſuo in hunc modum jurare:

Ego Sigilboth juro, quod ex quo dominus Imperator venerit Venetias, juramentum ipſum pacis eccleſiæ, & regis Siciliæ, & treugæ Lombardorum faciet præſtari in anima ſua, & principes ſuos fideliter jurare faciet. *Hæc acta.* E

His ita hoc modo completis, Pontifex ducem & populum Venetum a juramento, quo tenebantur, abſolvit, & ut dominum Imperatorem honorifice Venetias ducerent, eis præcepit. Quod Dux deſideranter implere feſtinans, in præparatis ſex galeis eumdem Imperatorem uſque ad monaſterium ſancti Nicolai, quod eſt ſitum in capite Rivialti, cum gloria & honore conduci fecit.

Altera die, in vigilia ſancti Jacobi, ſummo mane Pontifex miſit ad Imperatoris præſentiam Humbaldum Oſtienſem, & Willelmum Portuenſem, epiſcopos, & Joannem tituli S. Anaſtaſiæ, & Theodinum tituli ſancti Vitalis, & Petrum tituli ſanctæ Suſannæ, presbyteros cardinales, & Hyacinthum diaconum cardinalem ſanctæ Mariæ in Coſmedin. Qui ad eum venientes, poſtquam Imperator renunciavit ſchiſma Octaviani, Guidonis Cremenſis, & Joannis de Struma, promiſſam quoque obedientiam venerabili patri domino Alexandro tanquam catholico pontifici, ejuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus: ipſum a ſententia excommunicationis pariter abſolverunt, & catholicæ unitati aggregarunt. Idemque factum eſt de majoribus ipſius principibus, qui eodem vinculo tenebantur, juxta priſcum eccleſiæ morem.

Exinde Imperator tanquam catholicus princeps acceſſit ad præſentiam ipſius pontificis, qui ante fores eccleſiæ ſancti Marci cum fratribus ſuis cardinalibus reſidebat, in communi unionem pacis expectantibus: & depoſita chlamyde, proſtravit ſe in terram, & deoſculatis pontificis, tanquam principis apoſtolorum, pedibus, veræ pacis oſculum ipſi devotiſſime dedit. Tunc repleti ſunt omnes gaudio magno, & præ nimia lætitia vox clamantium, *Te Deum laudamus*, inſonuit uſque ad ſidera: ſtatimque Auguſtus apprehenſa Pontificis dextera, cum canticis & laudibus uſque ad chorum eccleſiæ ipſum deduxit, & inclinato capite benedictionem ipſius reverenter ſuſcepit.

In ſequenti vero die, qua celebratur feſtum ſancti Jacobi apoſtoli, idem Alexander papa rediit, & celebraturus ſolemnia Miſſarum, cum feſtiva proceſſione patriarcharum, archiepiſcoporum, presbyterorum, diaconorum, cardinalium, & aliorum miniſtrorum, juxta ſacrum ordinem proceſſit. Imperatore igitur in choro ſtante, clerus Teutonicus Miſſæ introitum altiſonis vocibus pſallere cœpit, & totum decantando officium cum omni jubilatione peregit. Poſt evangelium autem & Sermonem factum ad populum, Imperator denuo ad veſtigia ejuſdem pontificis cum principibus ſuis devotiſſime proceſſit, & apertis theſauris ſuis aurum poſt pedum oſcula obtulit. Decantata itaque Miſſa, idem dexteram pontificis apprehendit, & extra eccleſiam uſque ad album caballum conduxit ipſum, & ſtreguam, ſtapham ſcilicet, fortiter tenuit. Cum autem frænum acciperet, & ſtratoris officium vellet adimplere: Pontifex, quia iter ad mare nimis videbatur prolixum, pro facto habuit quod affectuoſe voluit adimplere.

*Dum in his eſſet idem Alexander papa, fidelem amicum Petrum Caſſinenſem abbatem, & archiepiſcopum Capuanum, de his quæ hactenus geſta eſſent cum Imperatore reddidit his litteris certiores:*

*Alexander epiſcopus ſervus ſervorum, &c. dilectis in Chriſto filiis Petro, Caſſinenſi abbati, & Capuano archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

EXIGUNT gratiſſimæ devotionis obſequia, quæ nobis & eccleſiæ tam devote, quam fideliter exhibuiſſe noſcimini, ut felices ſucceſſus ipſius eccleſiæ, vobis ſcilicet devotis & * ſpiritualibus filiis, ſpiritualibus litteris deſcribamus: cum dignum ſit, conveniens, & honeſtum, ut quos ita habuimus in noſtra devotione firmos, & ſtabiles, de proſperitate noſtra, & ipſius eccleſiæ, reddamus hilares & gaudentes. Agite itaque una nobiſcum gratias omnipotenti Deo, qui habitat in altiſſimis, & humilia reſpicit de ſuper-

* al. ſpecialibus

ANNO CHRISTI 1177.

ſupernis, de cujus munere venit, ut navicula A
Petri diu & graviter procelloſis fluctibus & va-
lidiſſima tempeſtate quaſſata, nunc tandem por-
tum ſalutis attigerit, & pacatis ſævientis maris
procellis, debita & deſiderata pace lætetur. Sa-
ne duodecimo Kalendas inſtantis menſis Augu-
ſti, de mandato hujuſmodi filii noſtri in Chri-
ſto illuſtris Romanorum imperatoris, filius mar-
chionis Alberti vir nobilis, magnus, & potens,
& camerarius ipſius imperatoris, præſentibus
principibus eccleſiaſticis & ſæcularibus Teutonici
regni, publice in anima ejus in præſentia no-
ſtra, coram innumeroſa hominum multitudine,
præſtiterunt tactis ſacroſanctis evangeliis juramen-
tum, quod poſtquam idem Imperator veniret
Venetias, omni contentione & contradictione * B
ſepoſita, pacem eccleſiæ, ſicut per fratres no-
ſtros & principes ſuos diſpoſita eſt & tractata,
& pacem hujuſcemodi filii noſtri in Chriſto Wil-
lelmi illuſtris Siciliæ regis, uſque ad deci-
mum quintum annum, & treguam Lombar-
dorum uſque ad ſeptem annos, in anima ſua
& a principibus ſuis faceret, ſicut in ſcri-
pto pacis & treguæ continetur, juramento
firmari. Nono vero Kalendas Auguſti, præfatus
imperator, ſicut tractatum fuerat & diſpoſitum,
venit ad eccleſiam B. Nicolai, quæ per unum
milliare a Venetiis diſtat, & tam ipſe quam ar-
chiepiſcopi, epiſcopi, & alii principes Teutonici
regni, abrenunciantes ſchiſmati, per fratres no-
ſtros epiſcopos & cardinales, de mandato no-
ſtro, præſentibus quibuſdam aliis, abſolutionis
beneficium meruerunt, & deinde venerunt Ve-
netias, & ibi ante eccleſiam beati Marci prædi-
ctus imperator, innumera multitudine virorum
& mulierum præſente, & alta voce reddente
laudes & gratias Altiſſimo, nobis ſummo pon-
tifici obedientiam & reverentiam humiliter &
reverenter exhibuit, & recepto a nobis pacis
oſculo, dextravit nos devote, & cum reverentia
qua decuit & devotione uſque ad altare in ec-
cleſiam introduxit.

* al. ſopita

Sequenti vero die, in feſto beati Jacobi ab
eodem imperatore rogati, ad prædictam eccle-
ſiam S. Marci ſolemnia celebraturi Miſſarum D
acceſſimus: & nobis illuc venientibus præfatus
imperator extra eccleſiam obviam venit, & dex-
tero latere noſtro devote ſuſcepto, nos in eccle-
ſiam introduxit, & peractis Miſſarum ſolemniis,
nos uſque ad ipſius eccleſiæ portam dextravit.
Et cum aſcenderemus palafredum noſtrum ibi
paratum, ſtapham tenuit, & honorem omnimo-
dum & reverentiam nobis exhibuit, quam præ-
deceſſores ejus noſtris conſueverunt prædeceſſori-
bus exhibere. Erit itaque ſolicitudinis veſtræ,
nobis & eccleſiæ in proſperis congaudere, & ef-
fectum pacis aliis devotis eccleſiæ filiis aperire,
ut ii quos zelus domus Domini tangit, de pa-
cis nomine divinitus dato in Domino gaudeant
& exultent. Datum Venetiis in Rivoalto, ſexto E
Kal. Auguſti.

*Hactenus Alexander papa. Quam quidem epiſtolam repertam una cum aliis in parvo codice baſilicæ Vaticanæ hic tibi deſcribendam curavimus: ut intelligas, vel ex his veritatem actorum vitæ Alexandri, cum quibus eadem Alexandri epiſtola miram habeat continuationem atque conſenſionem, ut non dubites eamdem eſſe germanam. His quidem ſimiles, ejuſdemque argumenti itidem tunc Venetiis ab eodem Alexandro papa datas litteras in Angliam, recitat Rogerus in annalibus, iſtis verbis:*

A *Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, Richardo Cantuarienſi epiſcopo, & ſuffraganeis ejus, & dilectis filiis abbatibus ſpecialiter ad Romanam eccleſiam pertinentibus in archiepiſcopatu Cantuarienſi conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

IMMENSAS laudes & gratias agimus omnipotenti Deo, qui licet navem Petri diu permiſiſſet procelloſa maris tempeſtate quaſſari, nunc tandem imperavit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna: ita ut pacatis maris ſævientis fluctibus, prædicta navis ad portum quietis reducta ſit & ſalutis. Sane cariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus illuſtris Romano- B rum imperator, proximo præterito die, Dominica ante feſtum beati Jacobi, cum principibus eccleſiaſticis & ſæcularibus Teutonici regni, cum multa devotione venit Venetiam ad præſentiam noſtram: & ibi coram innumera multitudine virorum ac mulierum altis vocibus reſonantium laudes Altiſſimo, nobis ſicut ſummo pontifici omnem reverentiam & honorem exhibuit, & in feſto beati Jacobi, nobis ad preces ejus beati Marci eccleſiam adeuntibus, pro celebrandis Miſſarum ſolemniis obviam venit: & finita Miſſa, quam a nobis licet indignis reverenter audivit, nobis omnem honorem exhibuit, quem prædeceſſores ejus noſtris conſueverunt anteceſſoribus exhibere. In Kalendis vero inſtantis menſis C Auguſti præfatus Imperator, ubi erat numeroſa hominum multitudo, in anima ſua jurare fecit. Et principes ſui, quos præſentes habebat, tam eccleſiaſtici quam ſæculares, præſtito juramento firmaverunt, quod pacem eccleſiæ perpetuo, & pacem cariſſ. in Chriſto filii noſtri Willelmi illuſtris Siciliæ regis uſque ad quindecim annos, & treguam Lombardorum a prædictis Kalendis uſque ad * ſex annos, ſicut pax & tregua ipſa diſpoſita eſt, & tractata, & in ſcriptis redacta, illæſam debeat & illibatam ſervare. Sicut autem Imperator nos in catholicum papam, & ſpiritualem patrem recepit: ita nos eum in catholicum imperatorem, & uxorem ejus in catholicam imperatricem, & filium ipſorum in catho- D licum regem recepimus. Agite itaque gratias creatori noſtro, qui ſponſam ſuam ſacroſanctam eccleſiam ſua miſeratione reſpexit, & ei, poſt multas perſecutiones, quibus graviter preſſa eſt & attrita, per ſuam gratiam, plenam pacem reddidit & quietem. Data Venetiæ in Rivoalto, octavo Idus Auguſti.

* ſeptem

*Ac has, quæ ſequuntur, dedit ad Eboracenſem archiepiſcopum & Dunelmenſem epiſcopum, conformes illis, quas datas vidimus ad abbatem Caſſinenſem.*

E *Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Rogerio Eboracenſi archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato, & Hugoni Dunelmenſi epiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

EXIGUNT gratiſſimæ devotionis obſequia, quæ nobis & eccleſiæ tam devote, quam laudabiliter exhibuiſſe noſcimini, ut felices ſucceſſus eccleſiæ vobis ſicut ſpecialibus & devotis eccleſiæ filiis * ſpiritualibus, deſcribamus: cum dignum ſit & conveniens, & honeſtum, ut quos ita habuimus in noſtra devotione firmos & ſtabiles, de proſperitate noſtra, & ipſius eccleſiæ, reddamus hilares & gaudentes: Agite itaque una nobiſcum gratias omnipotenti Deo, qui habitat

* ſ. fil. ſpiritualibus, ſpecialibus litteris deſcrib.

& Hu-

ANNO CHRISTI 1177.

in altiſſimis, & humilia reſpicit de ſupernis, de cujus munere venit, ut ſponſa ſua ſacroſancta eccleſia, diu & graviter procelloſis fluctibus, & validiſſima tempeſtate quaſſata, nunc tandem portum ſalutis attigerit: & paratis ſævientibus procellis, debita & deſiderata tranquillitate lætetur. Sane duodecimo Kalendas inſtantis menſis Auguſti, de mandato cariſſimi in Chriſto filii noſtri Friderici illuſtris Romanorum imperatoris, filius marchionis Alberti vir nobilis magnus & potens, & camerarius ipſius imperatoris, præſentibus principibus eccleſiaſticis, & etiam ſæcularibus Teutonici regni, publice in anima ejus in præſentia noſtra, coram innumeroſa hominum multitudine, præſtiterunt tactis ſacroſanctis evangeliis juramentum, quod poſtquam Imperator veniret Venetias, omni quæſtione & contradictione ſopita, pacem eccleſiæ, ſicut per fratres noſtros & principes ſuos diſpoſita eſt & tractata; & pacem cariſſimi in Chriſto filii noſtri Willelmi illuſtris Siciliæ regis, uſque ad quindecim annos; & treguam Lombardorum uſque ad ſex annos, in anima ſua, & etiam a principibus ſuis faceret, ſicut in ſcripto pacis & treguæ continetur, juramento firmari. Et principes Teutonici regni, ſcilicet venerabiles fratres noſtri Magdeburgenſis, Colonienſis, & Chriſtianus dictus Moguntinus, archiepiſcopi, & quidam alii in anima ſua pro ſe jurare fecerunt. Nono vero Kalendas Auguſti, præfatus Imperator, ſicut tractatum fuerat & diſpoſitum, venit ad eccleſiam beati Nicolai, quæ per unum milliare diſtat a Venetiis: & ibi tam ipſe, quam archiepiſcopi, epiſcopi, & alii principes Teutonici regni, abrenunciantes ſchiſmati, per fratres noſtros epiſcopos & cardinales, de mandato noſtro, præſentibus quibuſdam aliis, abſolutionis beneficium meruerunt. Deinde venerunt Venetias, & ibi ante eccleſiam beati Marci prædictus Imperator, innumera multitudine virorum & mulierum præſente, alta voce reddente gratias & laudes Altiſſimo, nobis ſicut ſummo pontifici obedientiam & reverentiam humiliter & reverenter exhibuit: & recepto a nobis pacis oſculo, nos devote dextravit, & cum reverentia quæ decuit & devotione uſque ad altare in eccleſiam introduxit. Sequenti vero die, in feſto beati Jacobi, ab eodem imperatore rogati, ad prædictam eccleſiam ſancti Marci, ſolennia celebraturi Miſſarum, acceſſimus; & nobis illuc venientibus præfatus imperator extra eccleſiam obviam venit, & dextero latere noſtro devote ſuſcepto, nos in eccleſiam introduxit; & peractis Miſſarum ſolemniis, nos uſque ad ipſius eccleſiæ portam dextravit. Cum aſcenderemus palefredum noſtrum ibi paratum, ſtapham tenuit, & omnem honorem & reverentiam nobis exhibuit, quam prædeceſſores ejus noſtris conſueverunt anteceſſoribus exhibere. Erit itaque ſolicitudinis veſtræ, nobis & eccleſiæ in proſperis ſucceſſibus congaudere, & effectum pacis aliis devotis eccleſiæ filiis aperire: ut hi, quos zelus domus Domini tangit, de pacis munere divinitus dato in Domino gaudeant & exultent. Data Venetiis in Rivoalto VII. Kalendas Auguſti.

*Hactenus Alexander ex Rogero in annalibus Anglicanis. Sed quod ad eaſdem res geſtas pertinet, jungamus his reliqua Alexandri papæ acta ſuperioribus cohærentia: ſic enim ſe habent*: In craſtino autem circa horam nonam Imperator cum paucis pontificem filiali affectu viſitavit, & uſque ad ejus cameram, ubi cum epiſcopis & cardinalibus familiariter reſidebat, alacriter ſe perduxit. Congratulati ſunt ergo omnes ad invicem, & poſt affectuoſa colloquia, & mixtos ſeriis ſine detrimento dignitatis jocos, Auguſtus petita & impetrata licentia, hilaris ad hoſpitium remeavit.

Kalendis vero menſis Auguſti, convocatis notariis, & univerſis Lombardorum rectoribus, Pontifex & Imperator in conſiſtorium pariter intraverunt. Tunc Imperator coram Pontifice cum omni adjutorio præcepit comiti Henrico de Res.... qualiter in anima ſua ipſius Imperatoris juraret, quod pacem eccleſiæ & imperii, & pacem regis Siciliæ, uſque ad quindecim annos, ſicut etiam per mediatores utriuſque partis diſpoſitum & deſcriptum fuerat, bona fide ſervavit. Præſentibus quoque principibus nihilo minus juſſit ad eamdem pacem & treguam ut pariter jurarent, quod bona fide ſervarent. Comes.... mox & ipſe juravit ſuper ſancta Dei evangelia. Juraverunt & ſequentes principes hoc modo, videlicet:

Ego Chriſtianus Moguntinus. }
Ego Philippus Colonienſis. } archiepiſc.
Ego V. Magdeburgenſis. }
Ego B. Trevirenſis.
Ego P. Patavienſis.
Ego C. electus Wormatienſis.
Ego R. imperiali authoritate protonotarius.
Ego C. Mantuanus epiſcopus.
Ego C. cancellarius.
Ego G. comes. Juramus in manibus veſtris ſuper hæc ſancta Dei evangelia, quod pacem eccleſiæ & imperii, & pacem regis Siciliæ, uſque ad quindecim annos, & treguam Lombardorum uſque ad * ſex annos, ſicut ſtatutum eſt, & ſcriptum per mediatores utriuſque partis, bona fide ſervabimus, & abſque fraude. Sic Deus nos adjuvet, & hæc ſancta Dei evangelia.

* ſeptem

Ex parte vero Siciliæ regis eodem modo juravit Romualdus Salernitanus archiepiſcopus, & Rogerius comes Andrienſis.

Ex parte vero Lombardorum jurarunt qui præſentes erant, ſcilicet, de Mediolano Gerardus Piſcis, Rogerius & Marcellinus conſules.

De Placentia Willelmus Leratorius.
De Brixia Albertus de Gambara.
De Bergamo Alberatus.
De Verona Cæcius conſul.
De Parma Vetulus.
De Regio Antemanus.
De Bononia Picamontes poteſtas eorum.
De Novaria Willelmus Gueliri.
De Alexandria Hubertus de Foro.
De Padua Teſſulanus poteſtas.
De Venetia Gozelinus.

Abſoluto autem Imperatore, ſequaces quoque ejus intruſi, & ſchiſmatici, ad ſinum matris eccleſiæ catervatim confluentes, abſolvi humiliter poſtulantes, refutarunt & anathematizarunt, abjurantes ſuper ſancta evangelia omnem hæreſin extollentem ſe adverſus ſacroſanctam Romanam eccleſiam, & præcipue ſchiſma, hæreſin, & factionem Octaviani, & Guidonis Cremenſis, & Joannis de Struma: eorumque ordinationes irritas eſſe pronuntiantes, fidelitatem quoque & obedientiam domino ſuo papæ Alexandro, ejuſque ſucceſſoribus catholicis promittentes, reconciliati ſunt, & unitati eccleſiæ aggregati. De quorum numero famoſiores duximus nominandos, Chriſtianum Moguntinum, Philippum Colonienſem, V. Magdeburgenſem, Trevirenſem, Patavienſem, Wormatienſem electum, Auguſtanum, Maſſilienſem, Argentinum, Halberſtadenſem,

ANNO CHRISTI 1177.

ſem , Papienſem , Placentinum , Brixienſem , A
Novarienſem , Aquenſem , Mantuanum , Balneo-
regienſem , Piſaurenſem , Faventinenſem , Gui-
donem Cremenſem promotum in Levitam , V.
quondam Cluniacenſem abbatem , & intruſum
ſancti Georgii in Velo aureo , atque vicinum
ejus ſancti Salvatoris intruſum . Aliorum reſipi-
ſcentium ſchiſmaticorum multitudinem penitus
ignoramus .
Eodem tempore , decimo ſexto Kalendas Se-
ptembris , in eccleſia ſancti Marci Venetiis Ale-
xander papa cum archiepiſcopis , epiſcopis , &
aliis eccleſiarum prælatis Italis , & Alemannis ,
ſynodum celebravit , in qua juxta eum Impera-
tor reſedit : ubi pax inter eccleſiam & imperium ,
& pax Imperatoris cum Siciliæ rege , & tregua B
Lombardorum , ſicut ſuperius eſt ordinatum ,
communi aſſenſione roborata fuit atque firmata .
Sed ad majorem ipſius ſoliditatem , Pontifex in
hunc modum excommunicationis ſententiam pro-
tulit : ut quicumque pacem ipſam , vel treguas
infringeret , niſi requiſitus infra quadraginta dies ,
& commonitus ſatisfaceret , eamdem excommu-
nicationem incurreret . In ſchiſmaticos vero ,
qui nondum reſipuerant , quouſque ſatisfecerint ,
anathematis ſententiam innovavit .
In diebus illis cum hæc agerentur , C. comes
Bertinori abſque liberis decedens Venetiis , pro
remiſſione delictorum ſuorum , parentumque ip-
ſius , caſtrum ipſum Bertinorum , quod alio no-
mine dicitur Sutulianum , & totam terram ſuam C
( licet ab antiquo juris beati Petri fuerit ) ſacro-
ſanctæ Romanæ eccleſiæ in propriam hæredita-
tem donavit , & ad majorem donationis ipſius
firmitatem , domino Alexandro papæ , ejuſque
ſucceſſoribus , publicum exinde inſtrumentum he-
ri fecit . Quamobrem pro recipiendis inveſtituris
ipſius caſtri , quod eſt caput comitatus totius ,
pontifex abſque mora illuc miſit Rainerium dia-
conum cardinalem , & R. ſubdiaconum , & P.
Sarracenum dapiferum ſuum : per quos inveſti-
turam & poſſeſſionem illius comitatus in pote-
ſtatem & dominium ſedis apoſtolicæ recepit &
detinuit .
Deinde poſt ſynodum celebratam decimo quin-
to Kalendas Octobris pro confirmatione pacis D
Imperator has litteras ſcripſit .

Imperatoris confirmatio.

*Reverendo in Chriſto patri domino papæ Alexandro*
*ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſummo & univerſali*
*pontifici Fridericus Dei gratia Romanorum impe-*
*rator ſemper Auguſtus debitam obedientiam , &*
*filialis devotionis affectum .*

CUM imperatoria ac regia majeſtas ad hoc in
terris ordinata ſit , ut per ejus operam to-
tus orbis pacis gaudeat incremento : nos , quos
Deus in ſolio imperii Romani inſtituit , eam di-
ligenter amplecti , & ferventius conſervare debe-
mus ac volumus . Inde eſt , quod pacem eccle-
ſiæ & imperii , ſecundum quod a principibus no- E
ſtris & cardinalibus Romanæ eccleſiæ diſpoſita
eſt & ordinata , & in ſcripto principum noſtro-
rum ſigillis ſignata continetur , ſicut per inter-
poſitam perſonam jurare fecimus , ſic præſenti
ſcripto nos obſervare promittimus , & confirma-
mus , & ratum in poſterum permanere volumus :
& ſic deinceps firmiter obſervabimus , & facie-
mus , quatenus in nobis fuerit , Deo propitio ,
obſervari .
Datum apud Venetias in palatio ducis , deci-
mo quinto Kalendas Octobris , Indictione deci-
ma .

## LITTERÆ PRINCIPUM.

Principum confirmatio

*Domino ſuo ac patri venerando Alexandro Dei gra-*
*tia ſanctæ Romanæ ſedis & catholicæ eccleſiæ*
*ſummo pontifici atque univerſali papæ , Chriſtia-*
*nus Moguntinus archiepiſcopus , Philippus Colo-*
*nienſis archiepiſcopus , VVeremundus Magdebur-*
*genſis archiepiſcopus , Arnoldus Trevirenſis ar-*
*chiepiſcopus , Conradus VVormatienſis epiſcopus ,*
*Gaufredus cancellarius , VVeremundus protonota-*
*rius , F. comes Hollandiæ , F. marchio de Lu-*
*cis , & frater ejus , Diedo comes de Dierſa , &*
*R. comes de Dinna , filialis devotionis obſequium*
*cum debita obedientia & devotione .*

QUOT commoda , quæ ex confirmata pace
eccleſiæ & imperii utilia toti mundo pro-
venerint , ipſa innumera illa mala , quæ exinde
acciderunt , manifeſte oſtendunt . Sicut enim ab
utriuſque concordia , provinciæ orbis terrarum ad
ſalutem & tranquillitatem reguntur : ita ſub eo-
rum diviſione a propria ſtatus rectitudine diſtra-
hebantur . Gaudeat itaque tellus tam deſiderabi-
lis roris viſitatione reſperſa , tam gratioſæ plu-
viæ inundatione fœcunda , per quam fideles po-
puli , ariditatis ſitim depellant , & omnia jurgio-
rum ſcandala , & ſcandalorum incendia ſuffocen-
tur . Nos ergo , pater ſanctiſſime , de tanto con-
cordiæ fructu lætantes , ipſam ſacratiſſimæ eccle-
ſiæ & imperii pacem , ſicut ab utriuſque partis
mediatoribus eſt diſpoſita , & in commune ſcri-
ptum redacta , & illuſtris regis Siciliæ uſque ad
quindecim annos , & treguam Lombardorum a
proxime præteritis Kalendis Auguſti uſque ad *
ſex annos , ſicut a mediatoribus eſt ordinata , * *al. vii.*
& noſtris juramentis firmata , & in ſcriptum
commune redacta , noſtri conſenſus ſtudio & vi-
gore confirmamus , & ratam atque inconcuſſam
tenemus : & ut ſic obſervetur , operam dabimus .
Et ut hæc noſtræ confirmationis pagina ſubſecu-
turis temporibus firma atque illibata permaneat :
eam propriis ſubſcriptionibus communiri , & ſi-
gillorum noſtrorum fecimus appenſione inſigniri .
Ego Chriſtianus archiepiſcopus Moguntinus .
*Locus ſigilli .*
Ego Philippus Colonienſis archiepiſcopus , &
Italiæ archicancellarius . Sic & alii . *De Impera-*
*tore Venetiis diſcedere parato hæc ſequuntur in actis :*
Rebus itaque ſic ſe habentibus , Imperator
Venetiis receſſurus , ut a ſummo pontifice licen-
tiam acciperet , acceſſit ad eum in palatium pa-
triarchæ . Sed omnino excluſis ceteris , cum ſo-
lis epiſcopis & cardinalibus , ac ſuis principibus ,
de his quæ ad pacis complementum reſtabant ,
cum eodem papa colloquium habuit . Tunc Pon-
tifex ab Imperatore petivit ut regalia ſancti Pe-
tri , & poſſeſſiones ſanctæ Romanæ eccleſiæ , ſi-
cut per mediatores cardinales & principes apud
Anagniam conſtitutum fuerat & firmatum , ſibi
reſtitui faceret . Cui reſpondens Imperator dixit ;
Regalia ſancti Petri , & poſſeſſiones alias Roma-
næ eccleſiæ , præter terram comitiſſæ Mathildis ,
& Bertinorum , libere ad præſens reſtituam : ſed
quia iſta mihi videntur ad imperii jus pertinere ,
vos eligite de veſtris cardinalibus tres , & nos de
noſtris principibus totidem eligemus , ad iſta tra-
ctanda , quorum judicio pars utraque , irrefraga-
biliter ſtare debent . Quod licet pontifici grave
nimis & durum fuerit , quoniam & in forma pa-
cis de reſtituenda terra comitiſſæ Mathildis ex-
preſſum fuerat & juratum , & tunc ipſe caſtrum
Bertinorum , ſicut ſuperius dictum eſt , poſſide-
bat :

bat: ne tamen occaſione iſta eccleſiæ pax turbaretur, voluntati ejus tandem aſſenſum præbuit. Statimque Chriſtianum Moguntinum archiepiſcopum, & Wormatienſem electum, & A. protonotarium, qui præſentes aderant, ad id faciendum delegit Imperator; & Alexander papa ſuos, videlicet Oſtienſem & Portuenſem epiſcopos, & Cynthium diaconum cardinalem elegit. Pro reſtituendis vero prædictis regalibus, & ceteris eccleſiæ poſſeſſionibus, illico eumdem Moguntinum aſſignavit pontifici, præcipiens ei ſub obtentu gratiæ ſuæ, ut reſtitutionem ipſam infra tres menſes cum integritate perficeret.

His itaque concorditer ordinatis atque diſpoſitis, ipſe Auguſtus coram pontifice genua flexit, & deoſculatis pedibus ejus, receptus ab eo & univerſis cardinalibus, verſus Ravennam & Cæſenam receſſit. Poſt cujus diſceſſum circa medium menſis Octobris pontifex quatuor impetratis galeis a duce Venetiarum, majori parte fratrum ſuorum per Pentapolim ſecus mare præmiſſa, denuo pelagi vaſtitatem Domino authore penetravit, & ea qua venerat via regreſſus, Sipontum quarto Kalendas Novembris ſuffragantibus beatorum Petri & Pauli meritis, cum proſperitate pervenit.

*De rebus in hac ſynodo geſtis, deque iis qui concilio interfuerunt, ita Rogerus de Hoveden in annalibus Angliæ:* Eodem anno Divina miſeratione Alexander papa, & Fridericus Romanorum imperator, facti ſunt amici Venetiæ in Rivoalto, deleto ſchiſmate, quod jam fere octodecim annis duraverat in eccleſia Romana. Huic vero paci & concordiæ interfuerunt ex parte domini papæ, Humbaldus epiſcopus Oſtienſis cardinalis, Willelmus de Pavia epiſcopus Portuenſis cardinalis, Walterus epiſcopus Albanenſis cardinalis, Conradus epiſcopus Savinæ cardinalis, Manfredus epiſcopus Palæſtrinus cardinalis, Joannes Neapolis presbyter cardinalis, Theodinus presbyter cardinalis, Albertus presbyter cardinalis, Petrus de Bona presbyter cardinalis, Boſus presbyter cardinalis, Vivianus presbyter cardinalis, Herembrandus presbyter cardinalis, Hyacinthus diaconus cardinalis, Herdizim diaconus cardinalis, Chinchechapel diaconus cardinalis, Laborandus diaconus cardinalis, Hugeſim diaconus cardinalis, Reinerus diaconus cardinalis, archiepiſcopus de Viane, archiepiſcopus Bituricenſis, archiepiſcopus de Melan, archiepiſcopus de Ravenne, archiepiſcopus de Salerne. Et comes Rogerus de Andre ex parte Willelmi regis Siciliæ. Ex parte Friderici Romanorum imperatoris interfuerunt præſcriptæ paci viri ſubſcripti. Archiepiſcopus de Magdeburg, Philippus Colonienſis archiepiſcopus, Chriſtianus Maguntinus archiepiſcopus, archiepiſcopus de Beſencon, archiepiſcopus de Treves, electus de Wermeiſe, protonotarius imperatoris, comes Henricus de Dice, marchio Albertus, & multi alii. Congregatis itaque illis in civitate Venetiæ, nono Kalendas Auguſti, in vigilia beati Jacobi apoſtoli; præfatus imperator, ſicut prius tractatum fuerat & diſpoſitum, venit ad eccleſiam beati Nicolai, quæ per unum milliare a Venetiis diſtat, & ibi tam ipſe quam archiepiſcopi, epiſcopi, & alii principes Teutonici regni, abrenunciantes ſchiſmati, per epiſcopos, & cardinales, quos dominus Papa ad eos abſolvendos miſerat, abſolutionis beneficium accipere meruerunt. Deinde venerunt Venetias, & ibi ante eccleſiam beati Marci prædictus imperator domino Papæ, ſicut ſummo pontifici, omnem obedientiam & reverentiam humiliter exhibuit, & recepto ab eo pacis oſculo eum devote dextravit, & cum devotione magna uſque ad altare in eccleſiam introduxit. Sequenti vero die in feſto ſancti Jacobi, feria ſecunda, præfatus Imperator venit obviam domino Papæ extra eccleſiam ſancti Marci: & dextero latere ejus devote ſuſcepto, eum in eccleſiam introduxit: & peractis Miſſarum ſolemniis eum uſque ad ipſius eccleſiæ portam dextravit. Et cum dominus Papa palefredum ſuum aſcenderet, prædictus imperator tenuit ei ſtapham, & omnem honorem & reverentiam exhibuit, quam prædeceſſores ejus prædeceſſoribus ſuis exhibere conſueverunt. In hoc vero concilio Joannes abbas de Struma, qui vocatus fuerat papa Calliſtus, qui etiam tertius & ultimus ſchiſmatis hujus antipapa extiterat, degradatus eſt: & ab ipſo imperatore, & ab omnibus principibus eccleſiaſticis & ſæcularibus, dejectus eſt & reprobatus.

Similiter omnes archiepiſcopi, & epiſcopi, & abbates Teutonici regni, qui ab eo vel ab aliis antipapis prædeceſſoribus ſuis, videlicet ab Octaviano, qui papa Victor vocabatur, vel a Guidone de Crema, qui papa Paſchalis vocabatur, ordinati fuerant, degradati ſunt: & altaria, quæ ab ipſis ſive ab ordinatis ſuis dedicata erant, demolita ſunt. In hoc autem concilio Conredus frater conſobrinus prædicti imperatoris recepit a manu Alexandri papæ archiepiſcopatum Sanceburge, & legatiam totius Teutonici regni in vita ſua habendam. Iſte vero Conredus cum electus eſſet tempore ſchiſmatis ad archiepiſcopatum Maguntinum, noluit ab Octaviano antipapa conſecrari: ſed malens inter catholicos pro nomine Chriſti pauper vivere, quam inter ſchiſmaticos divitiis & tranſitoriis abundare, venit uſque Senonem civitatem ad Alexandrum papam: a quo benigne ſuſceptus, factus eſt epiſcopus cardinalis de epiſcopatu Savinæ: & Chriſtianus imperatoris cancellarius ſucceſſit ei in archiepiſcopatu Maguntino, & pallium ſuſcepit a Guidone de Crema: quod quia ab eo receperat, propriis manibus ſuis combuſſit Venetiæ in Rivoalto in palatio patriarchæ coram Alexandro papa & cardinalibus univerſis, & a domino Papa abſolutus eſt, & remanſit archiepiſcopus Maguntinus, & pallium ab Alexandro recepit.

*Cauſam, qua motus Imperator pacem & concordiam petierat, alii aliter enarrant. Matthæus Paris, anno* MCLXXVII. Fredericus imperator, *inquit*, venit ad pedes Alexandri papæ. Audivit enim & certificatus eſt ſuper hoc, quod cum fugeret a perſecutione imperiali, & non erat ei tutus tranſitus per terram: immo per mare exorta tempeſtate aſſumpſit omnia ornamenta papalia in navi quaſi celebraturus, & ſtans imperavit mari & ventis vice Jeſu Chriſti, cujus vicarius erat: & ſtatim facta eſt tranquillitas magna. Quo audito Imperator ſtupefactus, humiliatus ſatisfecit illi per omnia, timens tamen plus Deum quam hominem: & ſic ceſſavit ſchiſma.

*Meo ſane judicio probabile eſſe exiſtimo, quod non parum commotus fuerit pœna & clade graviſſima ipſi divinitus inflicta, quam Aimonius de geſtis Francorum libro 5. capite quinquageſimo quinto his verbis enarrat:* Eiſdem diebus Ludovicus rex Alexandrum papam in paſtorem cum omni regno Franciæ ſuſcepit. Cujus rei fama circumquaque regiones pervolante, Conſtantinopolitanus & Hiſpanus imperatores, rex Siciliæ, rex Angliæ, rex Hieroſolymitanus, rex Hungariæ, omneſque reges Chriſtianorum, ſequentes regis Ludovici exem-

ANNO CHRISTI 1177.

exemplum, cum debita reverentia eumdem ſuſceperunt, excepto Friderico Alemanniæ imperatore: qui conſueta tyrannide furens, prædictum ſchiſmaticum Octavianum contra leges & jura manutenuit, & omni vita illius ſicut Papam eum habuit. Quo defuncto Guidonem Cremenſem, unum ſcilicet de duobus cardinalibus eidem ſchiſmatico adhærentibus, nefandus ille imperator ſucceſſorem ejus ſubrogavit: Cujus inhortationibus idem imperator Romam, ut eam perderet, profectus eſt; ubi maxima ſtrages ſuorum, non vi Romanorum, nec aliorum mortalium, ſed ſola Divina ultione facta eſt. Mirabile dictu contigit, quod Dominus ſuper exercitum ejuſdem nefandiſſimi tyranni manum ultionis extendens, per aeris corruptionem, ferventem pluviam ſuper ipſos effudit: unde infinita multitudo tam militum quam peditum inexpugnabili gladio Divinæ virtutis perculſi, morte miſerabili vitam finierunt. Inter quos filius Conradi imperatoris interiit, & Rainaldus Colonienſis archiepiſcopus: cujus corpus fruſtatim diviſum, & in ferventi aqua decoctum, ſaleque conditum, Coloniam uſque ſui deportaverunt. Imperator vero præ timore flagelli Divini ab eadem obſidione recedens, in Tuſciam fugitivus pervenit. Unde egrediens, & Lombardiam pertranſiens, ab incolis ejuſdem regionis viriliter fugatus, ad Suſam feſtinavit. Exinde cum paucis ſociis furtive fugiens, Alpes tranſmeavit. Siquidem amiſſa multitudine in eadem obſidione epiſcoporum & baronum ſuorum, ita perterritus & confuſus extitit, ut ulterius ibi morari non audens, miſerabili fuga Alemanniam repetiverit.

*Motum initæ concordiæ & compoſitionis Otto Friſingenſis paulo poſt circa hæc tempora defunctus, lib. 7. cap. ultimo.* Hujus, (*de Friderico loquens ait,*) octavo principatus anno, Hadrianus venerabilis Papa obiit; & inter duos alios, Alexandrum videlicet & Octavianum, qui allo nomine Victor appellatus eſt, maximum ſchiſma eccleſiæ oriri cœpit, quod novemdecim annis miſerabiliter duravit, Friderico rege contra Alexandrum pertinaciter reſiſtente, & in idipſum plures epiſcopos regia poteſtate compellente. Quod demum multo labore Dei gratia ſancitum eſt, & Alexander univerſalis totius eccleſiæ pater canonicæ confirmatus eſt, &c.

*Eamdem reconciliationem magna cum humilitate & perfecta caritate citra ſuperbiam pontificis peractam eſſe, Guillelmus Tyrius hujus temporis ſcriptor lib. 18. belli ſacri cap. 26. teſtatur his verbis:* Per idem tempus domino Hadriano Papa apud Anagniam urbem Campaniæ morbo ſquinantiæ defuncto, corporeque ejus Romam translato, & in baſilica Petri apoſtolorum principis honorifice ſepulto: dum & de ſubſtituendo paſtore inter cardinales haberetur tractatus, ſicut in tabulis ſolet frequenter contingere, diviſa ſunt eligentium deſideria, ita ut pars eligeret dominum Rolandum ejuſque eccleſiæ presbyterum cardinalem tituli beati Marci, qui idem erat ſedis apoſtolicæ cancellarius, cui manus imponentes, & ordinantes epiſcopum, Alexandrum appellaverunt. Alii vero Octavianum, virum ſecundum carnem nobilem, ejuſdem eccleſiæ presbyterum cardinalem tituli ſanctæ Cæciliæ trans Tiberim: cui & nihilominus manus imponentes, epiſcopum conſtituerunt, vocantes eum Victorem. Cujus ſchiſmatis occaſione, univerſa Latinorum eccleſia, peccatis noſtris exigentibus, paulo minus habuit dividi, & irrevocabiliter ab invicem ſeparari, majoribus orbis principibus certatim partibus gratiam ſuam & favorem miniſtrantibus. Tandem anno decimo nono, redeunte ad unitatem eccleſiæ domino Friderico Romanorum imperatore, qui parti oppoſitæ auxilium ſuggerebat, & conſilium: & domino Alexandro papa plena caritate reconciliato, reddita eſt pax eccleſiæ, & expulſis errorum tenebris, reſplenduit tranquillitas, quaſi ſtella matutina in medio nebulæ.

*Romualdus archiepiſcopus Salernitanus, qui huic concilio interfuit, in chronico ſuo, recenſito ad longum Pontificis & Imperatoris ad Urbem acceſſu, de Imperatoris abſolutione, honoreque Alexandro papæ exhibito iſta refert:* Sequenti vero die Dominica,* octava ſcilicet die reſidua ſtante menſis Julii, in vigiliis beati Jacobi, Papa, cognito Imperatoris adventu, galeas ingreſſus cum nunciis regis, & magna Lombardorum ac populi multitudine, ad eccleſiam ſancti Marci ſummo mane devotus acceſſit, & Humbaldum Oſtienſem, & Willelmum Portuenſem, & Manfredum Præneſtinum epiſcopos, & quoſdam de cardinalibus ad Imperatorem tranſmiſit: qui venientes ipſum & ſuos ab excommunicationis vinculo abſolverunt. Chriſtianus autem cancellarius procedens in publicum, tactis ſacroſanctis evangeliis ait: Ut omnes evidenter agnoſcant me eſſe nomine & opere Chriſtianum, Octavianum Cremenſem, & Joannem de Struma, cum ſuis complicibus, prorſus abjuro: & Alexandrum, & ſucceſſores ejus, in catholicum Papam recipio. Et alii prælati eccleſiarum ſimiliter juraverunt.

* 24. Julii

Dux autem Venetiæ, cognito quod Imperator ab excommunicationis eſſet nexibus abſolutus, cum patriarcha, & magna cleri ac populi, & navium multitudine, uſque ad eccleſiam ſancti Nicolai illi obviam venit: quem in navi ſua recipiens, uſque ad litus ſancti Marci ſatis honorifice & pompoſe deduxit. Imperator autem de navi deſcendens ſimul cum duce, patriarcha, & epiſcopis ſuis, & clero populo Venetiæ, ipſum cum vexillis & crucibus proceſſionaliter præcedente uſque ad eccleſiam ſancti Marci, ante cujus atrium Alexander papa cum epiſcopis ſuis, & cardinalibus, cum patriarcha Aquilejæ, archiepiſcopis & epiſcopis Lombardiæ, eccleſiaſtico more ornatis honorifice reſidebat, pedes acceſſit.

Cumque ad Papam appropiaſſet, tactus Divino Spiritu, Deum in Alexandro venerans, imperiali dignitate poſtpoſita, rejecto pallio, ad pedes Papæ totum ſe extenſo corpore inclinavit. Quem Alexander Papa cum lacrymis benigne elevans, recepit in oſculo & benedixit, moxque a Teutonicis, Te Deum laudamus, eſt excelſa voce cantatum. Imperator autem, apprehenſa Papæ dextera, ipſum in eccleſiam introduxit, & accepta ab illo benedictione, ad palatium ducis cum ſuis rediit. Papa vero cum cardinalibus, & nunciis regis, iterum galeas ingreſſus, ad ſuum hoſpitium rediit. In veſperis autem Imperator per unicos ſuos Papam ſatis affectuoſe rogavit, ut ſi ei placeret, ſequenti die, in feſto ſcilicet B. Jacobi, in eccleſia S. Marci Miſſarum ſolemnia celebraret: deſiderabat enim ab ore ejus Divina officia ſupplex & devotus audire. Cujus petitioni Papa aſſenſum benignus accommodans, ſummo mane cum cardinalibus ad S. Marci eccleſiam venit. Cujus veſtiarium ingreſſus cum patriarchis, archiepiſcopis, & cardinalibus, honorifice ſatis, & eccleſiaſtice ſe induit, & ad celebranda Divina Miſſarum ſolemnia ſe præparavit.

Im-

ANNO CHRISTI 1177.

Imperator autem, ut humilitatem quam cor- A
de conceperat opere demonſtraret, ſumpto ſtra-
toris officio, pallium depoſuit, manu virgam ac-
cepit, laicos de choro expulit, & Papæ ad al-
tare ſolemniter & proceſſionaliter venienti viam
tanquam oſtiarius præparavit. Deinde in choro
cum archiepiſcopis, epiſcopis, & clericis Alemanniæ
remanens (quibus eo die cantandi injunctum erat
officium) Miſſam domini papæ devote ſatis &
humiliter audiebat. Cumque dicto evangelio
Papa aſcendiſſet pulpitum, ut alloqueretur po-
pulum, Imperator accedens propius cœpit verba
ejus attentius auſcultare. Cujus devotionem Pa-
pa diligenter attendens, verba quæ ipſe * litte- (* Latinæ)
rate proferebat, fecit per patriarcham Aquilejæ
in lingua Teutonica evidenter exponi. Finito B
autem ſermone, & *Credo in unum Deum* ſolem-
niter decantato, Imperator cum ſuis principibus
ad pedes Papæ devotus acceſſit, & obtulit. Fi-
nita Miſſa, cum Papa ad ſuum palatium vellet
redire: Imperator dexteram ejus accipiens, eum
uſque ad portas eccleſiæ ſatis honeſte deduxit.
Cumque equum ſuum album de more vellet
aſcendere, Imperator ex alia parte accedens,
ſtrevam ejus tenuit, & poſtquam equum aſcen-
dit, ipſum aliquantulum ſtratoris more per fræ-
ni lora deduxit: quem Papa benedicens, ad hoſ-
pitium redire permiſit. Ipſe vero, clero, & po-
pulo illum præcedente, uſque ad mare deſcen-
dit. Dehinc galeas ingreſſus, ad palatium ſuum
cum gloria eſt & honore reverſus. Venientibus C
autem proximis Kalendis Auguſti, Imperator
cum archiepiſcopis, & epiſcopis, & reliquis prin-
cipibus ſuis, & magna populi multitudine, ad
patriarchæ palatium, in quo Papa erat hoſpita-
tus, acceſſit. In cujus palatii aula longa ſatis
& ſpatioſa, Papa in eminentiori loco poſitus,
in faldiſtorio ſuo reſedit, & epiſcopis ſuis, &
cardinalibus hinc inde circumſtantibus, Impera-
torem quidem in ſua dextera ſupra epiſcopos,
& presbyteros cardinales, Romualdum vero Sa-
lernitanum archiepiſcopum in ſiniſtra ſupra dia-
conos cardinales reſidere præcepit. Finito itaque
ſilentio, ſic eſt papa Alexander exorſus:

(Pſal. 117.) *Hæc eſt*, inquit, *dies*, fratres cariſſimi, *quam*
*fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea*, quia D
„ hic filius noſter Romanorum Imperator illu-
(Luc. 15.) „ ſtris mortuus fuerat, & revixit; perierat, &
„ inventus eſt. Nam poſtquam cordi ejus ſuper-
„ næ radius claritatis illuxit totius falſitatis de-
„ pulſa caligine, de errore ad veritatem rediit,
„ de tenebris ad lumen tranſiit, de ſchiſmate
„ ad unitatem acceſſit, & ad caulas matris ec-
„ cleſiæ tanquam ovis erratica repedavit. Exul-
„ tet igitur fidelium votiva religio, quia hodie
„ pater juniorem recepit filium, catholicum
„ principem Romanum recuperavit imperium.
„ Mater eccleſia ſuum evaginatum in vaginam E
„ convertit gladium, navis piſcatoris egregii,
„ quæ culpis exigentibus, adverſitatum turbine
„ pene demerſa jam fuerat, nunc procellis ceſ-
„ ſantibus, ad litus ſolitum, & veræ quietis por-
„ tum illæſa pervenit. Eccleſiæ ſuæ preces pro
„ bono pacis frequenter effuſas Dei Filius cle-
„ menter audivit, & eam cum ſuo principe,
„ in pace & concordia collocavit. Indo eſt,
„ quod deſtructis adverſitatibus & erroribus uni-
„ verſis, ſecura jam pace fruitur, & jucunda
„ ſecuritate lætatur. Ceſſet igitur antiqua diſ-
„ cordia, finem accipiat inveterata malitia: una
„ fides, unus Dominus, una ſit & eccleſia.
„ Schiſma in unitatem tranſeat, & diviſio ad
„ caritatem accedat. Omnis jam ad pacem ec-
„ cleſiæ redeat, & ad matris ſuæ gremium fi-
„ liorum numeroſitas gratioſa recurrat. Sit Deo
„ gloria in altiſſimis, & in terra pax homini-
„ bus bonæ voluntatis. Et quia nos imperatoris
„ noſtri pium animum, & benignam agnoſcimus
„ voluntatem, cum intra noſtræ manſuetudinis
„ brachia tanquam cariſſimum filium benignius
„ amplectimur, & tam ipſum, quam uxorem,
„ & ejus filium in catholicos principes paterno
„ affectu recipimus, & ipſis honorem debitum
„ impendere procuramus: Deum, & apoſtolos
„ noſtros affectuoſe rogantes, ut ipſos eccleſiæ
„ ſuæ ſervent, incolumes, & per longa tempora
„ cuſtodiant defenſores.

Poſtquam Papa loqui, deſiit, Imperator
depoſito pallio, de faldiſtorio ſurgens, cœpit
in lingua Teutonica concionari, Chriſtiano
cancellario verba ſua vulgariter exponente.
„ Ait ergo: Majeſtati noſtræ ſatis gratum reſi-
„ det & acceptum, quod Deus omnipotens,
„ cujus manu principum corda tractantur, cu-
„ jus arbitrio eorum voluntates & conſilia diri-
„ guntur, noſtræ conſcientiæ puritatem atten-
„ dens, ex diverſis mundi partibus viros provi-
„ dos & diſcretos huic curiæ voluit intereſſe,
„ ut ipſi errorem noſtrum, & converſionem,
„ nobis referentibus manifeſte cognoſcerent, de-
„ hinc ad propria redeuntes, devotionem no-
„ ſtram, quam erga Dei eccleſiam gerimus,
„ publice prædicarent. Totus igitur mundus evi-
„ denter agnoſcat, quod licet nos Romani im-
„ perii dignitate & gloria fulgeamus: tamen a
„ nobis humanæ conditionis proprium dignitas
„ Romana non abſtulit, nec ignorantiæ vi-
„ tium majeſtas imperialis excluſit. Nam ſug-
„ geſtione pravorum hominum, ignorantiæ fui-
„ mus tenebris involuti: & per viam veri-
„ tatis credentes incedere, extra juſtitiæ ſe-
„ mitas non invenimus. Ecce enim Dei ec-
„ cleſiam, quam credebamus defendere, impu-
„ gnavimus; & quam ſperabamus extollere, pe-
„ ne deſtruximus. Occaſione noſtra, Domini
„ noſtri Jeſu Chriſti tunica inconſutilis eſt divi-
„ ſa, & quantum in nobis fuit, per hæreſes &
„ ſchiſmata violata. Decepit nos cauſæ meri-
„ tum, & color negotii perturbavit: quia dum
„ in facto eccleſiæ potius virtutem potentiæ,
„ quam rationem juſtitiæ volumus exercere,
„ conſtat nos in errorem merito deveniſſe. Ju-
„ ſtitia * fortitudinem reſpuit, æquitas violen- (* tyrannidem.)
„ tiam non admittit. Sicque factum eſt, quod
„ ille, qui humilia reſpicit, & alta a longe
„ cognoſcit, potentiam noſtram, & adverſæ
„ partis humilitatem conſiderans, more ſuo po-
„ tentes de ſede depoſuit, & humiles exaltavit.
„ Sed quia Divina clementia nos ad correctio-
„ nem noſtram ad tempus errare voluit, ſed
„ deviare in perpetuum non permiſit: univerſa
„ hæc fidelium turba cognoſcat, quod nos de
„ cetero, errore totius falſitatis abjecto, ad ve-
„ ritatem convertimur, de ſchiſmate ad unita-
„ tem redimus, & ad gremium matris noſtræ
„ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ gratanter acce-
„ dimus: dominum Alexandrum, qui eſt im præ-
„ ſentiarum, & ſucceſſores ejus, in catholicum
„ papam recipimus, & ipſi tanquam patri debi-
„ tam reverentiam exhibere proponimus. Pacem
„ noſtram eccleſiæ, illuſtri regi Siciliæ, & Lom-
„ bardiæ, ſicut inter nos ordinatum eſt & diſ-
„ poſitum, reddimus.

*De actis concilii hujus ſubjungit iſta:* Adve-
nientibus autem vigiliis Aſſumptionis beatæ
Virginis, quæ eo tempore in die Dominico
adve-

ANNO CHRISTI 1177.

adveneruut, Alexander papa cum epiſcopis ſuis, & cardinalibus, cum patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, & abbatibus Alemanniæ, Lombardiæ, & Tuſciæ, cum Imperatore, & duce Venetiæ, cum nunciis regis Siciliæ, & magna populi multitudine in eccleſia beati Marci conveniens, ſolemne ibidem concilium celebravit. *Hæc acta*.

Dictis itaque orationibus & litaniis, & aliis, quæ de more in concilio ſunt dicenda, & longo ſermone de pace habito, Alexander papa candelas accenſas Imperatori, & clericis, & laicis, qui ibi aderant, dari præcepit: & ipſe excommunicationis formam hoc modo propoſuit: Nos ex parte Dei omnipotentis, & beatæ Mariæ ſemper virginis, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium ſanctorum, excommunicamus & a gremio matris eccleſiæ ſeparamus omnes perſonas tam eccleſiaſticas, quam ſæculares, quæcumque pacem quæ inter eccleſiam & imperium modo facta eſt, & pacem regis Siciliæ uſque ad annos quindecim, & treguas Lombardorum uſque ad annos ſex, aliquo modo diſturbare, vel impedire præſumpſerint. Et ſicut hæ candelæ extinguuntur, ſic eorum animæ æternæ viſionis lumine & claritate priventur. Cumque candelæ projectæ eſſent de manibus, Imperator alta voce cum aliis, Fiat, fiat, pariter acclamavit. Sicque concilium celebratum eſt, & ſolutum. *Hucuſque Romualdus de concilio quambrevissime, alia multa præteriens, quod alio tenderet ſua oratione.*

Quare neceſſarium eſt, inanem fabellam eſſe, quam de capite Imperatoris ab Alexandro pedibus obtrito, aliiſve nonnullis faſtuoſe nimium dictis & factis, hæretici noſtri temporis, eorumque fautores ſchiſmatici, recentiorum dumtaxat, & potiſſimum Beſſarionis ſecundum unam eamque mendacem ejus lectionem, quantum ego ſciam, authoritate freti, ſanctiſſimo & humillimo pontifici affingere non verentur.

## G. C. Additio ad Conc. Venet.

*Ex Chronico Richerſpergenſi ad ann. MCLXXVII.*

DOMNUS quoque Adalbertus Salzburgenſis archiepiſcopus, vocatus per litteras apoſtolicas, venit illuc. Sed domnus apoſtolicus, nimium tunc primum credulus verbis adverſariorum ejus, ſtatim ut curia Imperatoris haberi cœpit, perſuaſit & juſſit eum cedere loco: illeque reniti non poterat, quia non erat qui adjuvaret. Tunc miſſæ ſunt litteræ a domno Papa, & a domino Imperatore, omnibus in epiſcopatu Salzburgenſi conſtitutis: quarum textus ita ſe habebat.

*Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, * choro Salzburgenſis eccleſiæ, prælatis eccleſiarum, & miniſterialibus præſcriptæ eccleſiæ intramontana conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

*Lege Clero

VENERABILIS frater noſter Adalbertus, quondam archiepiſcopus veſter, videns & conſiderans neceſſitatem eccleſiæ veſtræ: cum gratiam cariſſimi in Chriſto filii Friderici illuſtris Romanorum imperatoris recuperare non poſſet, maluit cedere, quam contendere: & eccleſiam veſtram, & adminiſtrationem ipſius, in manu noſtra libere & ſine contradictione qualibet reſignavit.

Poſtmodum venerabiles fratres noſtri, Gurcenſis & Patavienſis epiſcopi, & prælati eccleſiæ veſtræ, qui apud nos præſentes erant, de celebranda electione mandato noſtro recepto, in venerabilem fratrem noſtrum Chunradum, Moguntinum quondam archiepiſcopum, virum utique litteratum, providum, induſtrium, & diſcretum, & carum admodum nobis & acceptum, & moribus & genere nobilem, unanimiter convenerunt, ipſumque elegerunt in archiepiſcopum & magiſtrum. Nos autem quanto eccleſiam veſtram ampliori caritate diligimus, pro illius gratiſſimæ devotionis fervore, quam hujus turbationis tempore circa nos & Romanam eccleſiam immobiliter conſervavit: tanto facilius eorum electioni noſtrum favorem præſtitimus & aſſenſum: ipſumque non ſubtracto ſibi honore vel dignitate quam hactenus habuit, in archiepiſcopum vobis conceſſimus: & cum obtentu & conſideratione ipſius, eandem eccleſiam ferventius animo volumus diligere, & propenſiori ſtudio ejus intendere commodis & augmentis: & per induſtriam, nobilitatem, & potentiam ipſius, credimus authore Deo præſcriptæ eccleſiæ grata commoda proventura.

Unde nolumus vos ægre ferre, vel habere ullo modo moleſtum, quod hi qui apud nos erant, non exſpectato conſilio veſtro, fecerunt electionem: cum de voluntate & mandato noſtro ad electionem proceſſerint celebrandam.

Inde eſt quod nos, & vos omnes ab obedientia, quam prædicto Adalberto, vel illi qui ſupra impoſitus fuerat, promiſiſtis, & eos ex vobis qui alterutri eorum fidelitatem juraverunt, a juramento illo, authoritate, qua licet immeriti præeminemus, penitus abſolventes, univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandavimus, & mandando præcipimus, quatenus memorato Chunrado archiepiſcopo, omni contradictione & appellatione ceſſante, debitam obedientiam & reverentiam impendatis, & ejus ſalubribus monitis & mandatis humiliter & devote parere curetis. Et hi qui ex vobis conſueverunt & debent archiepiſcopo fidelitatem jurare, ei fidelitatem facere non poſtponant. Et quicumque dominicalia Salzburgenſis epiſcopatus quolibet titulo, a tempore bonæ memoriæ Eberhardi quondam archiepiſcopi veſtri occupata detinent, memorato Chunrado vel nunciis ejus, omni occaſione & excuſatione ceſſante, ſine difficultate reſtituant: & feuda, quæ de novo ſunt data, quicumque ea detineant, libera & abſoluta relinquant. Si qui autem prædicta dominicalia & feuda de novo data, infra XV. dies poſt harum ſubſcriptionem litterarum, juxta mandatum noſtrum eidem archiepiſcopo non reddiderint, eos, contradictione omni & appellatione poſtpoſita, ſicut excommunicatos vitetis. Sane nos de conſilio fratrum noſtrorum, & Imperator ex ſententia principum ſuorum, univerſas alienationes dominicalium, & feudationes de novo factas, omnino caſſavimus, eaſque irritas eſſe decrevimus & inanes. Sententiam autem ſuſpenſionis, interdicti, vel excommunicationis, quam prædictus Chunradus archiepiſcopus in contumaces canonice tulerit, vel rebelles, ratam nos authore Deo & firmam habebimus; eamque faciemus non aliter obſervari, quam ſi a nobis ipſis lata fuiſſet: cum eundem archiepiſcopum ita ferventer & ſincere diligamus in Domino, ut ſibi, ſicut cariſſimo fratri noſtro, in omnibus, quæ cum Deo poſſumus & juſtitia, prompto animo deferre velimus. Datum Venetiis in Rivoalto. v. Idus Auguſti.

Fri-

ANNO CHRISTI 1177.

*Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, & ſemper auguſtus, dilectis ſuis omnibus prælatis ac miniſterialibus Salzburgenſis eccleſiæ, & univerſo clero & populo ipſius eccleſiæ per Carinthiam & Marchiam conſtitutis, gratiam ſuam & omne bonum.*

CUM Deo pacis authori & amatori placuit Romanorum imperium in unam vocare concordiam cum Romana eccleſia, & pacis jucunditate, poſt diutinos labores, univerſam reſpirare eccleſiam; ſubiit animam pro Salzburgenſis eccleſiæ ſtatu ſolicitos eſſe, & ejus reſtaurationi diligenter intendere.

Et quoniam per duos ſibi invicem oppoſitos eccleſia graviter diſtracta fuerat, nec aliqua ſpes ſupererat, ut manus quæ diſtraxerat, in integrum poſſent diſtracta reſtituere: tam domno papæ, quam fratribus ejus dominis cardinalibus, nobis quoque & majoribus imperii principibus viſum fuit utile, utroſque removeri: & alium, per quem facilius reformari poſſet eccleſia, ſubſtitui.

Poſt multam igitur deliberationem, in gratia ac beneplacito domni papæ ac noſtro, uterque ſuper hoc verbo * ſe poſuit, ſuoque juri, quod in Salzburgenſi eccleſia quiſque videbatur habere, in manus domni papæ ac noſtras penitus abrenunciavit.

* Forte, *depoſuit*. H.

Vacante ſic eccleſia, prælatos Salzburgenſes, & alios qui cum ipſis aderant, de facienda in alium electione diligenter convenimus. Sed licet nobis magna ſupplicarent inſtantia, ut ad veſtram uſque omnium præſentiam differretur electio: tamen domni papæ mandato ac noſtro, & omnium principum conſilio, quoniam ſæpe nocet differre paratis, ad electionem acceſſerunt, & de gremio eccleſiæ Romanæ domnum videlicet Chunradum, conſanguineum noſtrum, palatinum, in eccleſia veſtra enutritum, in paſtorem & epiſcopum animarum ſuarum concorditer & unanimi voto elegerunt.

Quam utique electionem domnus papa totaque curia ratam habuit & confirmavit: noſque de regalibus ipſum inveſtivimus cum ea integritate, qua archiepiſcopus Eberhardus decedens illa tenuiſſe dinoſcitur. Nam generali principum ſententia judicatum eſt, quidquid vel per nos, dum ejuſdem eccleſiæ bona in noſtra teneremus poteſtate, vel per quoslibet alios in feudatum, vel quocumque modo ſub hoc tempore eſt alienatum, inane prorſus eſſe debere & irritum.

Quamvis ergo majeſtas noſtra ſæpenumero a vobis graviter læſa ſit, & acriter ultra quam vellemus provocata: tamen Divini timoris intuitu, ac beati Ruodberti reverentia, & ex conſueta imperialis manſuetudinis clementia, tam vos, quam Salzburgenſem eccleſiam, ſerena pietate propoſuimus reſpicere, & in antiquum ſtatum noſtræ authoritatis munimine revocare.

Univerſitatem igitur veſtram diligenter commonitam eſſe cupimus, ut quod, tam a domno papa, quam a nobis, ad honorem & reſtaurationem eccleſiæ Salzburgenſis, in ſpiritualibus & in temporalibus, modo factum eſt, debita reverentia & alacritate recipiatis, ac ratum teneatis: ac domno Chunrado archiepiſcopo veſtro, dilecto conſanguineo noſtro, ea fide & devotione obedire & ſervire ſtudeatis, ut noſtræ benignitatis affectum merito ſuper hoc experiri debeatis.

Si quis vero, quod non credimus, his, quæ magna conſilii maturitate ad utilitatem & reformationem Salzburgenſis eccleſiæ nunc ordinata ſunt, contraire præſumpſerit: & a domno papa excommunicationis ſententiam recipiet, & noſtræ majeſtatis indignationem procul dubio ſentiet. Datum Venetiæ.

## ☞ AD VENETUM CONCILIUM

*Quo pax inter Fridericum Imperatorem & Alexandrum III. pontificem coaluit, Anno 1177. celebratum.*

## ADDITIO.

Ex Manſi Suppl. Tom. II. pag. 678.

I*Is, quæ Labbeus ad Venetum Concilium iſtud congeſſit, pauca addenda ſuccurrunt, cum ſumma diligentia omnia ſparſim de illo a Scriptoribus tradita conjunxerit. Id unum deſiderandum ſupererat lectoribus, ut conditiones initæ inter Sacerdotium & Imperium pacis relatas e vetuſto aliquo monumento legerent. Eas vero opportune ſuppeditat Lunigius Spicileg. Eccleſiaſt. pag. 162. ubi affert conditiones utrinque vel oblatas vel forte conventas, & in publicas tabulas relatas; eaſque hic repræſento.*

FRidericus imperator Alexandrum pontificem in catholicum & univerſalem pontificem recipiet, ac debitam ei reverentiam adhibebit, perinde ac catholici ipſius anteceſſores catholicis ejus anteceſſoribus præſtiterunt, eademque ſucceſſoribus ejus catholice ineuntibus exhibebit.

Reddet veram pacem Alexandro & omnibus ſucceſſoribus ejus & univerſæ Romanæ eccleſiæ. Quæcunque poſſidet, aut tenet, ſive præfecturam, ſive rem aliam, quam Rom. Eccl. habuit, & ipſe, vel per ſe, vel per alios abſtulit, bona fide reſtituet; ſalvo omni jure Romanæ eccleſiæ. Quaſque poſſeſſiones reſtituet, ad eas etiam retinendas auxilio erit.

Imperator & pontifex ad honorem & jura eccleſiæ atque imperii conſervanda ſe invicem adjuvabunt: Pontifex, ut benignus pater, devotum & chariſſimum filium & imperatorem chriſtianiſſimum; imperator, ut devotus filius & chriſtianiſſimus imperator, dilectum reverendum patrem & B. Petri Vicarium.

Quæ a tempore ſchiſmatis, vel occaſione ipſius, aut ſine ordine judiciario eccleſiaſticis ab imperatore vel ſuis erepta ſunt, eis reſtituentur.

Beatrix imperatrix recipiet Alexandrum pontificem in catholicum & venerabilem pontificem. Henricus rex, filius eorum, ſimiliter recipiet eum, atque ei & catholicis ſucceſſoribus ejus debi-

debitam reverentiam adhibebit, & ſacramento eodem ſe obſtringet, quo ſe imperator obſtrinxerit. A

ANNO CHRISTI 1177.

Fridericus imperator & Henricus rex filius ejus, pacem veram reddent Gulielmo regi Siciliæ ad annos quindecim, ſicut per ſequeſtres pacis eſt conſtitutum.

Imperatori Conſtantinopolitano & adjutoribus eccleſiæ Romanæ pacem reddent, nec mali quidquam referent per ſe, vel per ſuos, pro opera eccleſiæ Romanæ impenſa.

De controverſiis, quæ ante tempora Adriani pontificis inter eccleſiam & imperium verſabantur, ſequeſtres ex parte pontificis & imperatoris conſtituentur, quibus mandabitur, ut eas pro arbitrio tranſigant. Quod ſi illi non conſenſerint, judicio ſtabitur pontificis & imperatoris, vel eorum, quos ipſi delegaverint. B

Chriſtiano cancellario, Moguntinus archiepiſcopatus; Philippo, Colonienſis concedetur, & pleniſſimo jure firmabitur.

Primus archiepiſcopatus, qui in Teutonico regno vacaverit, Conrado, * auctoritate pontificis & auxilio imperatoris deferetur, qui idoneus videatur.

* Moguntiæ, cujus ſedem Chriſtian. occupaverat.

Ei, qui ſe Calliſtum * appellat, abbatia tribuetur. Illi, qui dicuntur ejus cardinales loca repetent, quæ primum habuerunt, niſi ea ſponte & judicio dimiſerant, & in ordinibus, quos ante ſchiſma habuerant, relinquentur. C

* Erat is Abbas Strumienſ. in pontif. electus

Gero *, tunc dictus Halberſtatenſis, deponetur, & Ulricus reſtituetur.

* Hunc a Schiſmaticis aſſumptum contra Ulricum epiſcopum antiquiorem narrant annales Boïevient.

Alienationes a Gerone factæ, & beneficia data ſimiliter, & ab omnibus intruſis, auctoritate pontificis & imperatoris delebuntur & ſuis eccleſiis reſtituentur.

De electione Brandeburgenſis epiſcopi, qui in Bremenſem archiepiſcopatum lectus fuerat, cognoſcetur: &, ſi rite factum fuerit, ad eam eccleſiam traducetur. Et quæcunque ab Aldevino, qui nunc præeſt Bremenſi eccleſiæ, alienata ſunt, prout rite factum viſum fuerit, eidem eccleſiæ reſtituentur. Quæ Saliſburgenſi eccleſiæ tempore ſchiſmatis adempta ſunt, ei plene reddentur: D

Omnes clerici ex Italia aut aliis regionibus, quæ ſunt extra Theutonicum regnum diſpoſitioni & judicio Alexandri pontificis & ſucceſſorum ejus relinquentur. Si vero imperator rogaverit pro ordinibus aliquorum, uſque ad decem vel duodecim exaudietur.

Garſidonius Mantuanus, epiſcopatui quondam ſuo reſtituetur, * ita ut ille, qui nunc eſt epiſcopus Mantuanus ad epiſcopatum Tridentinum traducatur: niſi forte inter pontificem & imperatorem convenerit, ut alius ei epiſcopatus indulgeatur. E

* E quo tanquam ſchiſmaticus dejectus fuerat ſubſtituto Vidone, eique defuncto Joannes ſucceſſit, qui nunc quidem ceſſit Gerdonio

Archiepiſcopus de Savo in archipresbyteratum quondam ſuum, & alia beneficia, quæ ante ſchiſma habuit, reſtituetur.

Omnes ordinati a quondam Catholicis in Teutonico regno reſtituentur ordinibus ſuis ita perceptis.

ANNO CHRISTI 1177.

De Argentinenſi & Baſilienſi dictis epiſcopis, qui ordinati fuerunt a Vidone Cremenſi, in eodem regno prædicti ſequeſtres rem committent decem vel octo hominibus, quos ipſi elegerint, qui jurejurando affirmabunt, ſe illud conſilium pontifici atque imperatori daturos, quod ſe juſte dare poſſe, ſine animæ ſuæ atque ipſorum detrimento ſtatuerint; & pontifex atque imperator eorum conſilio obtemperabit.

ſed ipſe ad Tridentin. eccleſ. non tranſiit, cum in vacuam illam cathedram Samſon adſcitus fuerit.

Pontifex aut legatus ejus coronabit & Henricum filium eorum in catholicum & Romanum regem.

Pontifex & cardinales pacem reddent Friderico imperatori & Beatrici imperatrici & Henrico regi, filio eorum & omnibus adjutoribus eorum: Pontifex & omnes cardinales promittent, ſe obſervaturos hanc pacem in verbo veritatis, & privilegium condent ſigillis ſuis appoſitis.

Pontifex, ſubito advocato concilio, prout ſubito advocari potuerit, cum cardinalibus, epiſcopis & aliis religioſis hominibus, qui interfuerint, excommunicationem ſtatuet in omnes, qui hanc pacem violare voluerint, deinde in generali concilio.

Plerique nobilium Romanorum & capitaneorum Campaniæ hanc pacem firmabunt. Imperator pacem cum eccleſia & pacem cum rege Siciliæ ad quindecim annos, & inducias cum Lombardis a proximis Kalendis auguſti uſque ad ſex annos firmabit jurejurando ſuo, principumque ſuorum, mandabitque, Lombardos, qui in parte ſua ſunt, prout in tabulis induciarum communibus eſt deſcriptum, eas inducias confirmare. Si quis vero ex parte imperatoris has inducias jurare noluerit, imperator præcipiet omnibus, qui in parte ſua ſunt, pro officio fidelitatis & gratiæ ſuæ, ut Wallum præſtent auxilium, & volentibus offendere, ne impedimento ſint. Si quis offenderit, culpa vacuus ſit. Nec mandatum hoc revocabit imperator, donec induciæ ſtabunt.

Henricus rex, filius ejus, pacem cum eccleſia & cum rege Siciliæ ad quindecim annos, & inducias cum Lombardis ad ſexennium ſcripto confirmabit, ac ſui principumque ſuorum ſubſcriptione.

Si vero, quod abſit, pontifex præmoriatur, Fridericus imperator & Henricus rex filius ejus hanc formam pacis & compoſitionis firmiter obſervabunt ſucceſſoribus ejus; & univerſis cardinalibus & toti S. Rom. Eccleſ. & regi Siciliæ, & Lombardis, & cæteris qui ſecum ſentiunt. Etſi, quod abſit, imperator præmoriatur, pontifex & cardinales & eccleſia Romana prædictam pacem firmiter obſervabunt ſucceſſori ejus, & omnibus ex Teutonico regno, & cæteris adjutoribus eorum, & ſucceſſores pontificis ſimiliter obſervabunt.

## DIVINUM, SANCTUM, AC UNIVERSALE

# CONCILIUM TARSENSE

Propter eccleſiæ concordiam celebratum, anno Armeniorum * 626. juſſu Angelici Armeniorum Patriarchæ Gregorii, nepotis S. Nierletis, atque in Chriſto coronati Regis Armeniæ Leonis.

* Hoc eſt anno Chriſti 1177.

*Propoſitiones, quas Græci poſtulant a nobis ad pacem conciliandam: & juxta illas ſynodi reſponſiones appoſitæ.*

Ex Galano Concil. Eccl. Arm. cum Rom. par. 1. p. 331.

G*Ræcorum propoſ. I.* Quærimus ut anathematizetis aſſertores unius in Chriſto naturæ, Eutychem, Dioſcorum, Timotheum Ælurum, alioſque omnes eorum conſentaneos.

*Armeniorum reſponſ.* Anathematizamus Eutychem, quem & ſancti Patres noſtri, antequam nos, deteſtati fuere; nec non & Severum. Circa Dioſcorum autem, nondum nobis innotuit, B illum fuiſſe Eutychis conſentaneum; maxime quia habemus epiſtolam, ad noſtram Eccleſiam miſſam a ſancto Germano regiæ civitatis Conſtantinopolitanæ Patriarcha, in qua duntaxat Eutychem hujuſmodi hæreſi laborantem memorat, & non alium, illumque nobis anathematizandum proponit; Quapropter fas eſſet vobis, noſtras prius mentes hac in re dubia confirmare, producendo ſcilicet erroneum Eutychis ſcriptum, ſcriptumque Dioſcori: quod ſi in illis Eutyches a Dioſcoro ſuſceptus oſtenditur; aut ſi hujus ſcriptum eandem illius hæreſim ſapere deprehenditur, expediet tunc utique nobis, una C cum Eutyche omnes alios ejus conſentaneos exe-crari.

*Græcorum prop.* 2. Quærimus, ut confiteamini Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, unum filium, unam perſonam, unum Chriſtum, unum Dominum, unam hypoſtaſim, indiviſibiliter, immutabiliter, inalterabiliter, inconfuſe: non alium filium Dei, & alium filium Deiparæ Virginis, ſed eundem, filium Dei, & filium hominis, & in duabus naturis unum confiteamini Deum & hominem, atque duas naturas, unum & eumdem Chriſtum; habentem duas operatio- D nes naturales, divinam ſcilicet, & humanam; atque duas voluntates naturales, divinam, & humanam, non ad invicem contrarias, ſed humanam divinæ ſubjectam, & concordem.

*Armeniorum Reſp.* Huic confeſſioni conſentientes invenimus omnes ſanctos, & magnos doctores in verbis ipſorum, nimirum B. Athanaſium, & * Gregorios, qui que ante, & poſt illos extiterunt: ſimiliter & divum Cyrillum, qui adverſus Neſtorium ſtrenue decertans, victoriaque potitus, ad comprobandam ineffabilem, & inconfuſam Chriſti compoſitionem, peſſimo Diviſori contrariam, nonnullis in locis ait: *Una eſt na-* E *tura Verbi Incarnati*: quod recipientes Patres noſtri juxta eamdem beati Cyrilli mentem idipſum confeſſi ſunt: nobiſque tradiderunt, quod ſecundum conjunctionem Verbi cum carne dicatur per æquivocationem una natura Verbi incarnati, & non ſecundum definitionem ſimplicis eſſentiæ: hoc enim qui poterat a confitentibus Chriſtum, Deum, & hominem, aſſeri? Et quidem licet juxta rectam adhuc confeſſionem æquivocum dictum illud explicemus, neque tamen idcirco ex- A pletur animus Fraternitatis veſtræ; quinimo in ſuſpicionem; obtrectationem, & ſcandalum etiam apud vos adducimur, quaſi Chriſti naturas confundentes, atque in unam miſcentes: quod abſit vel ad mentem venire; ſed ab iſtiuſmodi opinione (teſtis eſt Deus) tum Patres noſtri, tum nos ipſi averſi omnino ſumus. Verum enimvero ad Eccleſiæ ſanctæ pacem conciliandam, ad veſtram ædificandam dilectionem, uſque a nobis quodlibet iſtius ſuſpicionis offendiculum auferatur, operæ pretium ducimus, abſtinere nos in poſterum ab illo per æquivocationem dicto unius B naturæ Verbi Incarnati; ſed aſſerere duas naturas, unde exiſtentia illius ineffabilis unionis verbi cum carne vere conſtituatur. Atque ſicuti eamdem prius propoſitionem confirmaverat S. Cyrillus, & Patres noſtri poſt ipſum, adverſus eos, qui Chriſtum in duas naturas, duaſque dividebant perſonas: ita modo nos illam diſſolvimus, contra opinionem eorum, qui naturas ipſas confundunt, ac ſanctorum Patrum confeſſioni concordes, immobiles in veritate perſiſtimus. Quocirca veracem adhuc, & patentibus Patrum teſtimoniis roboratam, ſancti Patris veſtri Germa- C ni epiſtolam habemus juxta rectam plauſibilemque doctrinam. Hinc quoque potentes efficimur ad diſcendum veſtram duplicis voluntatis, atque operationis profeſſionem, in unum Chriſtum Deum referendam: nec reſpuimus, ſed approbamus vos, veritatis ſectatores, veſtræque confeſſioni conſentimus.

*Græcorum prop.* 3. Quærimus, ut ſacrum triſagium ſine additione illa, *qui crucifixus es pro nobis*; & abſque particula illa &, concinatis.

*Armeniorum reſp.* Vix ullius momenti, & minor quidem, quam ut perfectiſſime veſtræ ſapientiæ ſcandalum parere poſſit, ſuſpicio iſta eſt. D Quin ſi in Chriſtum diceremus, *Sanctus Deus, Sanctus & fortis, ſanctus & immortalis, miſerere nobis*, ſcandalum forte ſumere potius conveniret; quaſi humanationis gratiam, & quam pro nobis ille ſubiit, paſſionem erubeſcentes abjuraremus. Verum cum & hoc confiteamur glorianter, ut inquit Paulus, *mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce D. N. Jeſu Chriſti*, cur mendaces exiſtimamur a Fratribus? anne quia Deum Crucifixum aſſerimus, & non Chriſtum? ſed quæſumus, ne in hoc offendatis; nam crucem adjeciſſe, ſufficit ad illius humanitatem, quam mente E concipimus, explicandam, atque ad ſervandum nos ab omni paſſionis Divinitatis opinione remotos. Tum particulam, *Et*, ſuperaddimus ad compoſitionem orationis perficiendam: etenim dictio illa, *Sanctus*, in noſtro idiomate breviſſima eſt, & monoſyllaba; nec proinde cum alia poteſt dictione ſe ſola annecti, quemadmodum veſtrum ἅγιος. Ceterum quod erga Chriſtum ſit a nobis Triſagium decantandum, teſtes vos ipſos adducimus: extant enim in urbibus Damaſcena, & Manueſtana libri quidam, veſtris literis exarati,

* S. Gregor. Nazianz. & S. Gregor. Nyſſen.

ANNO CHRISTI 1177.

in quibus ter ſanctus hic hymnus ita ſcriptus reperitur: *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, qui crucifixus es pro nobis, miſerere noſtri*. Quare hoc pacto eum eſſe canendum, haud ipſimet excogitamus, ſed a vobis ita nos didiciſſe comperimus. Quam autem ob cauſam deinde hanc * Patrum traditionem in minimis po- fueritis, ignoramus; quippe ineptus ille * rumor de voce, quæ a puero, ſurſum in aerem elevato, audita fuerit, ſeniorumque traditionem immutaverit, aures potius noſtras offendit: quoniam *licet nos*, inquit Apoſtolus, *aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit*. Ille porro quid Chriſtianis evangelizavit, niſi quod in cruce D. N. Jeſu Chriſti glorientur? in qua profecto, B evangelio ejus conſentientes, & nos, & vos gloriamur; tametſi ob ſuſpicionem de paſſione Divinitatis ab illo vos verbo abſtinetis. Nos autem, quamvis ibi Deum nominemus, non adeo in viſione cæcutimus, ut miſſam propterea faciamus gratiam humanationis: quemadmodum neque cum Chriſtum appellamus agnum, auferentem mundi peccata, gloriæ divinitatis obliviſcimur. At quia exoptamus vel in hoc ſumma noſtra voluntate Dilectionem veſtram conciliare, proceſſimus, & juſte ſane modo ad medendum in hac parte iſti fratrum noſtrorum ſuſpicioni, ita in poſterum erga Chriſtum canentes Triſagium: *Sanctus Deus, ſanctus & fortis, ſanctus & immortalis, qui incarnatus, & crucifixus es pro no-* C *bis, miſerere noſtri*. Sicque veſtræ charitatis opinio dirigi poterit, ne additio illa, *qui crucifixus es*, in ipſam videatur Trinitatem, aut in Chriſtum, ſecundum Divinitatem acceptum, a nobis referri.

* Appendix ad Triſagium hæreticorum, non Patrum traditio fuit.
* Non rumor ineptus, ſed veriſſima hiſtoria eſt, quam refert S. Joannes Damaſc. lib. 3. de Triſag. n. 10.

*Græcorum propoſ.* 4. Quærimus, ut in feſtorum celebratione noſtræ conformemini eccleſiæ; celebrantes nimirum feſtivitatem Annunciationis 25. Martii: Nativitatis 25. Decembris: Circumciſionis 1. Januarii: Epiphaniæ 6. ejuſdem menſis: Purificationis 2. Februarii: & ſimiliter abſque ulla mutatione proprio quoque die ceteras feſtivitates Domini, S. Dei genitricis, Joannis Baptiſtæ, & Apoſtolorum.

*Armeniorum reſp.* Jam novit veſtra Fraternitas, D quod quidquid ad orthodoxam Chriſtianæ fidei profeſſionem ſpectabat, jam in præcedentibus articulis lub nter ſuſcepimus, & confeſſi ſumus. Idque profecto, tum ad ſpiritualem, corporalemque communionem cum charitate veſtra ſervandam: tum quoque ne contra ſcientiam veritatis niteremur: & non, quod inde ſperemus, in priſtinam rurſus regalem amplitudinem eſſe redintegrandos: neque quod eo fruſtrati vereamur, ne in extremam perveniamus mendicitatem: haud enim, juxta verbum Apoſtoli, inſtantia neque futura poterunt nos ſeparare a charitate Chriſti, aut ab ea, quæ in ipſum eſt recta fidei confeſſione: ſed potius vobiſcum in unitatem & E communitatem ſecundum fidem ejuſdem conſociamur. Porro quod attinet ad feſtivitatum dominicarum celebrationem, quam a nobis poſtulatis: illas quidem omnes habemus, ac una vobiſcum ad gloriam Chriſti celebramus, excepto Nativitatis die, & eorum, quæ ad ipſam ordinantur, myſteriorum Annunciationis, & Purificationis. Quæ quidem Nativitas, a majoribus noſtris traditum accipimus, ut ipſo Baptiſmi die concelebretur. Verumtamen nos hic propter concordiam congregati, Chriſtique pacem perficere cupientes, acquieſcimus, etiam in hoc magnæ veſtræ eccleſiæ concordare; & quamvis nihil ex-

A ceſſus, aut defectus Chriſti fides patiatur ex hac de uno die in alium feſtorum translatione, id tamen complere, Fratribuſque concordes inveniri, ex charitate ſaltem debemus, & volumus lubentiſſime; tametſi, cum jam olim ab antiquo inveterata ſit in medio noſtri illa conſuetudo, difficilis aliquantulum nobis erit rei iſtius executio. At vero, cum inferius noſtræ ſimiliter poſtulationes exponendæ ſint: ſiquidem vos Deus ad eas ſuſcipiendas roboraverit, eiſque ſatisfacere vobis libuerit: nos etiam obſtricti erimus, alter alterius onera invicem portando, legem Chriſti vel in hac parte adimplere. Porro ſi vos infirmi ad hæc fueritis; & noſtræ quoque infirmitati quæſumus ignoſcatis.

B *Græcorum prop.* 5. Quærimus, ut ſanctum oleum ex arboris fructu conficiatis.

*Armeniorum reſp.* Ex paupertate quidem huic derogamus traditioni; cum in plaga ſeptentrionali difficillime ea reperiatur materia, quæ continet figuram gratiæ Spiritus Sancti. Si tamen deinceps inventu facilis fuerit, haudquaquam traditionem iſtam fraudabimus.

*Græcorum prop.* 6. Quærimus, ut in pane fermentato, & in vino, cui admixta ſit aqua, ſacrificetis.

*Armeniorum reſp.* Circa hunc articulum, quod ſane juſtum eſt, Reverentiæ veſtræ ſuademus, ut nimirum cum apoſtolica Petri ſede, & cum noſtra adhuc humilitate concordes efficiamini, C atque ita ſubmiſſi legem charitatis inſtauretis. Sunt namque illi, non ſecus ac vos, Apoſtolicæ hujus traditionis diſcipuli, cum quibus & nos azymum panem in Chriſti ſacrificio conſecramus. Quod ſi tantam vobis humilitatem Deus conceſſerit, ut hac in re nobiſcum conveniatis, debitum nobis erit, ne quid obſtaculi eccleſiæ unitati opponatur, aquam puro vino miſcendi ad gloriam Dei.

*Græcorum prop.* 7. Quærimus, ut cum perficitur divinum ſacrifivium, omnes Chriſtiani, tum Eccleſiaſtici, tum ſæculares intra Eccleſiam commorentur, iis exceptis, quibus hoc pœnitentiæ gratia a Canonibus prohibetur. Hoc idem ſimiliter in aliis Eccleſiaſticis functionibus obſer- D vetur.

*Armeniorum reſp.* Hujuſcemodi delictum nequaquam ex voluntate, ſed ex eo plane proceſſit, quia gens noſtra extra regiones, & eccleſias ſuas aberrat, ac egena peregrinatur in medio veſtri: quare vobis non modo in veſtram nos communionem benigne non excipientibus, verum & januas Eccleſiarum quoque veſtrarum præcludentibus in faciem noſtram, nobis impoſſibile fuit, in hac peregrinatione eccleſias populis noſtris ſufficientes ædificare. Hinc abuſus ille, proceſſu temporis ex paupertate continuatus, veluti firmam in legem verſus eſt; nam ſuperioris noſtræ regionis incolæ perſpicientes, habitatores inferioris hujus regionis, in quam ſedes Patriar- E chalis translata fuit, ob Eccleſiarum penuriam extra illas orare, & ipſi quoque ſimiliter, æmulatione minime quidem laudabili, eumdem extra eccleſias orandi uſum receperunt: quapropter magis crevit in nobis iſta defectus noſtræ religionis opinio. Ceterum ſi Patriarchali huic ſedi dederit Deus Eccleſias populorum capaces, facile iterum poterit in univerſam Armeniorum nationem, præſertim ex vi noſtri mandati, priſtina induci conſuetudo.

*Græcorum prop.* 8. Quærimus, ut recipiatis quartum, quintum, ſextum, & ſeptimum Concilium generale.

*Ar-*

*Armeniorum reſp.* Definitio & cauſa quarti Concilii reperitur inter nos; quod quidem concors eſt cum tribus aliis præcedentibus; idcirco & a nobis jam receptum eſt. Cum vero nos de aliarum etiam Synodorum definitionibus & cauſis certiores feceritis, illaſque ſupraſcriptæ confeſſioni & tribus prioribus Conciliis concordes atque conſonas invenerimus, excipimus cum amore.

*Græcorum prop.* 9. Quærimus, ut veſtri Patriarchæ promotionem, ex Græcorum dumtaxat Imperatore faciendam, ratam habeatis.

*Armeniorum reſp.* Præſens articulus, & ſi poſtremus in ordine, virtute tamen continet omnes alios præcedentes: quoniam iſtud, ſi ita quidem evenerit, hanc quam modo pacem adſtruimus, confirmablt, imo magis, magiſque augebit: ſin vero minus; licet nos jam conſecramus in præſentia, nullos tamen horum ſeminum fructus dehinc collecturos ſperamus. Cujus rei exemplum haud quidem in hiſce ſolum corporeis rebus, ſed in illis etiam ſupernæ ſapientiæ conſiliis experimur. Quandoquidem volens olim Deus, hominem ab ipſo ſeparatum lucrifacere, hæc ſtudioſa inventione molitus eſt: abſtulit a nobis veterem legem, prophetas, dona, ipſas quoque cœlitus intentatas minas depoſuit; quippe quæ omnia lapſum jam hominem recuperare nequiverant. Sed alia rurſus nova ſalutis noſtræ myſteria voluit exhibere: nempe conſubſtantiale ſibi Verbum mittens in mundum, cum noſtra illud natura copulavit: idemque jam hominem factum, ſibimet ipſi ſecundum divinitatem æquale, ad empyreum ſuper omnes cœlorum Principatus evexit, in dextera ſua collocavit, ac demum Eccleſiæ ſanctæ caput inſtituit, pro nobis, qui corpus ejus ſumus, Sacerdotem in cœlis, & in terris gratiarum largitorem. Simili quoque modo & gens noſtra perpetratione mali a vobis ſive recta, ſive obliqua mente diviſa fuit: unde nos hodie, Eccleſiarum inimicitiæ, & ſchiſmata quantum pernicioſa fuerint, experimur. Proſpexerunt hoc etiam ante nos Patres veſtri, & noſtri ſingulis temporibus: quapropter ad pacem conciliandam defatigati ſunt: ut venerabilis, ſtrenuus, ac probus veſter Patriarcha Germanus, qui litteras ad Armenios miſit, ſpirituali charitate, atque fide orthodoxa plenas. Similiter & partes noſtri ſupra id ipſum conati ſunt. Jeſer enim Patriarcha tempore Heraclii Imperatoris Eccleſiæ unionem compoſuit, quæ tamen non firma permanſit: itemque Vahanus Patriarcha temporibus Baſilii, & Conſtantini Imperatorum; nec tamen pium illius deſiderium valuit ulterius progredi. Venit etiam & Gregorius Vacajaſer ad veſtram magnam eccleſiam, & Imperatorem Alexium; neque potuit unio conciliari. Poſt illos autem & nos quoque hodie digni reperti ſumus, qui ad hoc divinum opus, & pacem animum adjiciamus: veremur tamen, ne forte, cum minime vobiſcum corpore conjuncti ſimus, ſpiritualis hæc unio, uti alias ſæpe contigit, iterum deſtruatur; quemadmodum virtus antiquæ legis adeo infirma fuit, ut homines cum Deo reconciliare nequiverit. Quamobrem cum aliquando, ad facinus hoc perficiendum, ſimplex conſilii prioris inventum evaſerit imbecille, deberet is nunc utique, & in hoc ſæculi fine multiplicis ſapientiæ Dei exemplum imitari: atque non ſecus ac illa, mutuam naturarum noſtrarum conjunctionem conſerere, ſicque charitatem etiam noſtram firmo, ac indiſſolubili vinculo devincire; deberetis, inquam, Antiochenam Cathedram Patriarchæ Armeniorum deſponſare: ut nimirum illius caſtiſſimæ virginis, & intemerati hujus ſponſi conſortio, credere valeamus unionem inter has duas Nationes nunc initam, ſtabili deinceps eſſe charitate perduraturam. Et quidem ſpe maxima nitcremur, quod ſicut Dominus noſter Jeſus Chriſtus per corpus ſuum genus humanum ſub Dei Patris dominio mancipavit, ita pari quoque ratione & hic Patriarcha ſanctam illam ſedem, & eccleſiam velut corpus ſuum habendo omnes alias Armeniorum eccleſias ſub Imperatoris veſtri poteſtate redigeret, veſtræque magnæ eccleſiæ aſſociaret. Nec vero credatis, quod principatus cupiditate flagrantes, hæc ita prælicenter veſtræ communicamus Fraternitati. Abſit iſta ſuſpicio a mente veſtra, & a noſtra tale coram adeo ſapientibus, & perſpicacibus viris delirium. Sed animo certe ſimplici, ac nulla ſimulatione tecto, id vobis tranquillitatis deſiderio tracti proponimus, tanquam firmum, atque ſtabile eccleſiarum noſtrarum concordiæ fundamentum. Quod ſi vobis nequaquam arriſerit, maximopere dubitamus, quin fruſtretur incœptum. Profecto ſpiritualis conjunctio inter eos, qui corpore præditi ſunt, ſine corporum communicatione nihil firmitatis habebit: haud aliter ac lex antiquitus a Deo lata juſtificare neminem potuit: ſed nunc habentes Pontificem nobis conſubſtantialem, Chriſtum, qui penetravit cœlos, ſedetque ad dexteram Patris, omnes certam in eo ſpem collocamus atque jugum præceptorum ſuorum, eo conſortante, leviſſimum ducimus. Ad eumdem itidem modum, ubi Patriarcha noſter in una ex quatuor veſtris cathedris ſedebit a dextris Græcorum Imperatoris Pontifex Antiochenus, omnium quidem Armeniorum ſpes, fides, concordia per eum ad vos ipſos conferetur: imo & quodlibet jugum a vobis collo noſtre imponendum, eo ſpem aſſerente, leve computabimus, habentes ſemper pacis mediatorem, communicantem vobiſcum, qui illum, regia electione creatum, pro libito in alium permutare poſſetis. Sin vero minus ita fiet: cum nos propter ſcelera noſtra alienigenarum ſervi facti ſimus, atque ſub duro ipſorum dominio, & ditione degamus, qui fieri unquam poterit, ut ad veſtrum Imperatorem confugiamus, ab eoque Patriarchæ promotionem efflagitemus? O utinam ſic poſſibile foret. Quod ſi Paulus, Epiſcopum ab iis, qui foris ſunt, teſtimonium habere bonum, adjudicavit: quanto etiam magis ab iſta magna, & ſacroſancta veſtra eccleſia? Vos itaque, an hoc ſimpliciter impoſſibile ſit, ex vobis ipſis juſtum date judicium.

*Sequuntur propoſitiones, quas Armeni poſtulant a Græcis.*

1. Quærimus, ut omnes, qui crimen aliquod admiſerint, de ſingulis ipſorum delictis, juxta Canonum decreta, judicentur: nec ordines in eccleſia Dei ſuſcipiant, niſi poſt accuratum examen.

2. Quotquot vero ex iis, qui ad ordines promeri ſunt, deliquerint, judicio publico deponantur; & poſt condignam pœnitentiam, locum ſui ordinis inter collegas obtineant.

3. Membris mutili, mancique, & lymphatici, ad ordines ne admittantur, quacumque licet ex cauſa.

4. Ut ſacroſanctum ſacrificium azymo pane perficiatur, juxta veram magnæ Romanorum Eccleſiæ, atque noſtræ traditionem.

5. Ut

ANNO CHRISTI 1177.

5. Ut penitus abuſus ille tollatur, reliquias A ejuſdem ſacrificii ſub terra aſſervandi; neque poſt conſecrationem (quod fit potius ad delectationem guſtus, quam ad myſterium ſacramenti) miſceatur Euchariſtiæ aqua calida.

6. Jejunia, a Canonibus injuncta, nec a Regularibus, nec a Sacerdotibus eſu piſcium, aut vini potu ſolvantur.

7. Ut Patriarcha Armeniorum Antiocheni Patriarchatus potiatur; dominetur que in omnibus illis Eccleſiis & confinibus, quæ ejuſdem Patriarchatus ditioni in Orientali & occidentali parte ſubduntur: ac præterea ex Imperatoris veſtri præſcripto idem ſimul regat nunc & in poſterum Gentem Armenam.

ANNO CHRISTI 1177.

# ☞ AD TARSENSE CONCILIUM

*Pro eccleſiæ concordia anno 1177. celebratum*

## ADDITIO.

Ex Manſi Suppl. To. II. Pag. 679.

„ TArſenſis concilii acta, Labbeo ignota, B „ Galano indicante dedit Venetus Lab. „ editor to. XIII. p. 402. ſed cum oſcitantius „ forte & obiter volum. primum Galani Con- „ ciliat. Eccleſ. Armen. cum Romana evolve- „ rit; ideo actorum ejuſdem concilii partem ſi- „ ve non vidit, ſive non animadvertit. Omiſit „ enim Orationem ad Patres ejus concilii, „ quam Galanus nactum ſe aſſerit inter acta „ concilii Tarſenſis, & tanquam eorundem acto- „ rum portionem ipſe reliquis quæ exſcripſit „ Venetus editor, præmiſit. Hanc ergo, ne „ deinceps in Collectionibus concilii Tarſenſis „ acta mutila legantur, hic ſupplendam duxi. „ Adjeci & fragmentum epiſtolæ ſynodicæ, quam „ ejus concilii Patres dederunt ad Manuelem „ imperatorem, quod fragmentum ſub nomine „ Gregorii patriarchæ & concilii Tarſenſis ad „ Manuelem, idem Galanus part. II. tomi I. „ pag. 42. nactum ſe in codice Armeno ſcripſit „ & evulgavit.

## *FRAGMENTUM EPISTOLÆ*

*Gregorii patriarchæ & Concilii Tarſenſis ad Manuelem Gregor. Imperat.*

HUmana voluntas in Chriſto non obſiſtebat C voluntati divinæ; quemadmodum appetitus carnalis in nobis concupiſcit adverſus ſpiritum; ſed illi obſequebatur: & quando hæc volebat, & permittebat; tunc caro proprias ſuas paſſiones experiebatur: ſicut accidit in tentatione poſt jejunium quadraginta dierum, quando permittere voluit, ut natura corporis eſuriret. Et quamvis aliam Chriſtus dixerit voluntatem Patris, & aliam ſuam, inquiens: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*: hoc tamen non contradictionis indicium fuit, ſed fiduciæ argumentum, tanquam Filii ad Patrem. *Et infra*: Sicut duas eſſe diximus vo- D luntates, nullam invicem contrarietatem habentes, hoc eſt, divinam, & humanam: ita pariter duplicem eſſe credimus operationem, divinam ſcilicet, & humanam in unione; hoc eſt, non attribuentes ſublimiora opera ſoli Divinitati abſque carne, neque humiliora ſoli humanitati abſque Divinitate: alioquin quomodo filius hominis de Cœlo deſcendens diceretur, aut quomodo Deus fuiſſe crucifixus? Ex una igitur perſona utramque operationem proceſſiſſe, credimus; quæ quidem aliquando, ut Deus operabatur divina; & aliquando, ut homo, efficiebat humana: quemadmodum a principio uſque ad E finem omnia ejus diſpenſationis opera manifeſtant. Natus eſt enim ex fœmina, ut homo; & genitricis virginitatem integram conſervavit, ut Deus: ſimiliter, mortuus eſt ſecundum naturam humanam, ut homo; & mortuos ſuſcitavit virtute divina, ut Deus: non proinde alius mortuus dicitur, & alius mortis everſor: ſed idem ipſe, & mortuus dicebatur, & vivus: quia idem Chriſtus ſecundum naturam mortalem homo erat, & ſecundum immortalem naturam Deus erat, ſicut & ſecundum divinitatem erat rerum omnium una cum Patre Creator, & ſecundum humanitatem erat una nobis creatura. Hactenus Armeni Patres Tarſenſis concilii.

## ORATIO AD ARMENOS

*Concilii Tarſenſis Patres habita a ſancto Patre Nierſeſe Lampronenſi.*

Ex Galano in Conc. Eccl. Arm. cum Rom. t. I. p. 326.

O Quos omnes in unum hic hodie ſpiritum, in unum corpus collectos, unum univerſitatis totius caput repræſentantes circumſpicio, Patres ſacroſancti, & ſummi apices veritatis; o Chriſtianæ Duces, ac paſtores Reipublicæ; vigiles Domus Dei præſides, & cuſtodes: Ecquiſnam vos, una ſimus conſpirantes, ad hunc tranquillitatis portum advocavit pacificatores univerſi: niſi qui de cœlo nobis donatus eſt, ſpiritus Dei pacificus? Verum & ad quid, profecto, niſi ad inſtaurationis ſublapſi, perculſique Templi Dei fundamenta, ac principia jacienda? Ejus, inquam, templi, quos peſſimus Nabuchodonoſor, ille nimirum, qui cauſa malorum omnium eſt, evertit. *Et poſt alia perplura, in ſuæ nationis Pſeudodoctores inſultans, ait.* Hinc proferunt aliqui verba, & miſerabili mente nos ad inimicitiam provocant: qui licet ex ſapientibus, caritatis tamen dulcedine inſipidi ſunt. Fructus ſpiritus, ait Apoſtolus, eſt caritas, gaudium, & pax; non autem iſtorum, quorum eſt ſchiſma, invidia, ira, & contradictio; quæ nobis præſcribunt, ut ſeparemur a multitudine aliarum Chriſtianarum nationum, ab amore, concordia, communione, & legibus Eccleſiarum illarum: proh divinæ legis neglectio! Defleat nos Jeremia, aut alius ei ſimilis queribundus Propheta. Chriſtum pacis mediatorem, fomitem odii, & contradictionis accepimus. Ecquomodo non digni lacrymis ſumus? caput anguli parietis unionis, fatui

Pro-

ANNO CHRISTI 1177.

Prophetæ inſtrumentum diviſionis in medio noſtrum fecere. Ecquomodo non defleant nos veritatis diſcipuli? quæ enim in finibus orbis eccleſia Chriſti eſt, quæ Chriſtum Dominum, Deum & hominem non confiteatur? quod ſi res ita ſe habet; quare igitur tanta in medio noſtri exorta eſt contradictio; qui bellum adverſus alias gerimus nationes; opinantes, quod illæ, Chriſtum ex duabus naturis ineffabiliter unitum confitendo, ſubſtantias, ac proprietates dividant naturarum; & eſſentias non quaſi unitas, ſed potius diviſas confiteantur: & hoc totum contendimus ſive in Theunienſi Concilio, ſive in Manaſchiertenſi, ſive in Siunienſis Doctoris epiſtola, ſive in Scirachenſis, ſive in Daronenſis, ſive tandem in qualibet alia; ubi circa talem materiam pugna committitur adverſus eos, qui Chriſtum in perſonam divinam dividunt, & humanam. At vero Neſtorii quidem opinio iſta eſt, non autem eccleſiæ Dei magnæ, & throni imperialis totius Orbis. Illi namque contemptores diviſionis fuerunt, ac ſunt: Chriſtoque tribuunt duarum naturarum nomen, haud alia mente, quam ut eundem Chriſtum, Deum & hominem confiteantur: non autem quod ejuſmodi intellectu compoſitionem ineffabilem dividant. In hoc vero quænam nobis eſt materia contradictionis? idem enim eſt, Deum & hominem aſſerere Chriſtum, ac dicere duas naturas: *Et paulo poſt adducens Patres Armenos Catholicos, inquit*; Sed quare dicunt, nemo ad hodiernum uſque diem hoc nobis manifeſtavit? cum præcipue multi ex noſtris antiquis patribus, ſanctorum imitatores facti, id ipſum dixerint: ſed cum mores hominum ad advertandum ei, quod veritati patrocinatur, proni ſint; declinantes a pace, verba ad inimicitiam provocantia dilexerunt. Verum ſi non ſic: ubi relinquemus verba Joannis Philoſophi, & Patriarchæ, qui hoc ad nos ſanctorum Patrum teſtimoniis traditum, admandavit? ubi Jeſeris Patriarchæ, ſuique aſſenſium Concilii? ubi concordiam Papchenis patriarchæ cum eccleſia magna Græcorum? nec non ejuſdem ſucceſſorum, & Regum, & Doctorum; ex quibus unus erat, gratiæ divinæ opus, & plurimis excelſior, Angelus in corpore, Gregorius Narechenſis (ubi denique verba ſancti Patris noſtri * Nierſeſis, quem propriis oculis vidimus, & cujus eloquio edocti ſumus? Hi plane omnes cæleſtem hanc machinationem conceperant, quam vos jam aggreſſi eſtis perficere, ipſaque eccleſiæ Dei ſuccurrere: quin etiam quamplures alii una cum his Patres noſtri; noſtræque nationis patriarchæ; qui quidem ſatis manifeſti ſunt volentibus ſcire, & in diſciplina verborum eorundem laborare. *Et iterum ſermonem convertens ad hæreticos, ait*: At quod alii rurſus fuerint, qui adverſum hos contenderunt, & ipſe quidem ſcio, & verborum eorum virtutem agnoſco, nec ſum ignarus. Quapropter & illos deprehendo, ſive ſanctos dicant, ſive doctos, in charitatis tamen lege veritate minime decoratos: qui haud ſibi adſcripſere pro culpa, eccleſiæ Chriſti unitatem animo perverſo deſtruere; unde & in hoc ipſum ſeſe merſerunt impudenter: quibus parcat Deus veſtris orationibus ſecundum hanc magnam peccatorum partem, & errorum; nec amplius peſſimum hujus illuviei malum augeſcere ſinat, cujus non alium inſpicimus fructum, niſi ſolum

* Nierſes Ghelaienſis patriar.

A nominis Chriſti contemptum; & quo plures jam inquinatos intueor, & lacrymis ingemiſco; quia ex frequentiori uſu natura ipſorum odium facta eſt adverſus alias Chriſtianorum gentes, & Eccleſias; quare pravum inimicitiæ fomitem iniquis blaſphemiarum verbis exaturantes, Chriſto fieri videntur exigentia vindictæ. O miſeriæ calamitatem! quin & ſi acceptabilem articulorum fidei confeſſionem ab aliis audiant, nolunt tamen in charitate humiliari; ſed potius ad alias verſi opiniones, ſi illi, inquiunt, noſtra odio habent, idcirco & a nobis ipſi quoque odio habebantur. Et quidem * ab illis fortaſſe ſeſe abduxit tentator, & apud vos ſolummodo ſtruit dolos; maxime, quia vos ab illis, non illi a B vobis ſciſſi ſunt; vos illos, non illi vos ab initio dimiſere: atque, ut Apoſtoli verbis utar, vos oleaſter ſylveſtris contra naturam exciſi eſtis a bona oliva; non enim vos illos, ſed illi potius, radix cum ſint, vos olim portabant ſufferendo; at nunc, cum non ſimus tales, quales antea, infirmati ſunt & illi ad legem amoris, hæc pro materia accipientes. *Et inferius item*: Rejicite procul a cordibus pravum theſaurum, qui nobis diverſas peperit calamitates; ſed quas? ecquiſnam eas valeat recenſere? Hinc cœpimus eſſe ſine Rege, ſine Principatu, miſere ſub Gentilium redacti dominium: conſtitutiones noſtræ, ſub ſchiſmate exiſtentes, pravæ radicis germina pejora eſſe cœperunt: Populi noſtri inſipientes; C principes, ſocii furum; Eccleſiæ, ſpeluncæ, atque alienigenarum tabernæ; aliaque permulta, quæ quidem percurrere verbis menteque recolere, difficile admodum eſt. *Et poſt alia demum*: Præterea & aliis cauſis: quandoquidem illi Chriſtianæ fidei, & conſtitutionum eccleſiaſticarum, ipſorumque Apoſtolorum fundamentum, ac principium præſeferunt, idque throno imperturbabili; nos autem quodcunque habemus, ab illis mutuatum accepimus; ii ſapientiæ culmen adepti ſunt, atque a Paulo Apoſtolo irrigati floruere: ſacri etiam libri, qui apud nos, ipſorum quoque ſunt; & ſcripta Patrum eorum, illis thronum Regni, fidei Chriſtianæ robur, & columnam, Chriſtus largitus eſt: Apoſtolo * atteD ſtante, quod cum ipſorum principatus occiderit, Chriſti Regnum ſempiternum dominabitur: Nondum, inquit, Romanorum auferetur dominium; nondum adveniet homo iniquitatis, filius perditionis, qui a Domino Jeſu Chriſto diſperdetur. Vides jam, quantum teſtimonium perhibeat Patriarcharum Apoſtolus, hæc dicens. Non quod ipſe inter ſpiritualia, ac de Chriſti imperio gloriantes, ſecularem magnifaciam principatum. Sed ut ſapientibus obſtendam, quod illi & ſæculari potiuntur throno una cum ſpirituali, voluntate divina. Quamobrem in Eccleſiæ ipſorum ordinibus decora eſt immutabilitas, ac mutationes quidem ad majorem gloriam Dei. Nos autem quot Reges inſipientes ſortiti ſimus, aut E quomodo fuerint eccleſiæ noſtræ leges a ſtultis Principibus confuſæ, jam in hiſtoriarum libris eruditi eſtis: nec erubeſcere ſcripta debemus, ad finem correctionis, &c. Hæc omnia * piiſſimus, ac nobiliſſimus Lampronenſis, coram Tarſenſi Armenorum Patrum Concilio; cujus quidem inſcriptio, & Acta, quemadmodum in Armeno codice extant poſt præfatam Orationem, ita prorſus hoc in loco exponentur.

* laudat eccleſiam catholicam

* forte S. Gregorio illuminatore.

* Hæc de ſuo addit Galanus.

CON-

ANNO CHRISTI 1177.

# CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

***Sub Theodoſio Patriarcha anno 1177. habita.***

Ibid. „ DEmetrii Chomatiani Bulgariæ metropoli- A tæ ſcriptum quoddam de connubio cum ſobrina mulieris, quam vir aliquis vitiavit dum lego, incidi in concilium ſub Theodoſio die XXX. julii indictione X. habitum, quod antequam profero, emendaſſe juvat chronologiam, quam Cuperus in hiſtor. CPtanorum Patriarch. ſtatuit, ratus Theodoſium anno 1179. ut citius cœpiſſe. Habemus enim in promptu documentum, quo Theodoſium hunc vel ipſo anno 1177. ſacris præfuiſſe probemus; exhibet vero illud concilium, quod hic profero ex eodem ſcripto Demetrii, legendo in Jure Græc. Roman. Leunclav. to. I. lib. VI. Reſp. II.

*Quum rationibus hujuſmodi & actis deinceps ſacroſancta Conſtantinopolitana ſynodus moveretur, habita tempore Theodoſii, piæ recordationis, ſanctiſſimi Conſtantinopolitani patriarchæ ſcriptum quoddam julii menſis die trigeſimo, indictione decima, expoſuit: cujus hæc ipſa verba ſunt.*

SAnctiſſimus Aprous metropolitanus, frater B & conſors miniſterii mediocritatis noſtræ, Romanus ille Artabaſdus, ſcriptum in ſynodo protulit, quod ad verbum hæc continebat. Puella quædam, cujus nomen Irene, precibus ſacris intervenientibus, cum Joanne quodam ſponſalia contraxit, quum annum ætatis decimum ageret. Hæc ſponſalia quum eſſe nefaria pronuntiatum fuiſſet, factum eſt ſcriptum ſynodale, permittens inter perſonas haſce deſponſas divortium, propterea, quod eſſent ipſa ſponſalia ne- C faria, ceu dictum fuit. Vult ergo nunc Irene legitime copulari cum Theodoro, qui Joannis eſt ſobrinus. Hoc in matrimonio contrahendo, nunquid impedimenti ſit, interrogo? Petiit igitur a mediocritate noſtra, & ſacro concilio fratrum, uti, num contractus ille ſcripto comprehenſus, aliquod habeat obſtaculum, intelligeret. Reſponſum nobis eſt, & a fratrum cœtu præſente, contractum ejuſmodi prorſus ab omni prohibitione immunem eſſe. Quum enim ſponſalia D cum Joanne contracta, veluti quæ conſtare non poſſint, propter ætatem Irenæ impuberem, ſolvantur: recte ſobrino ejus Irena ſecundum matrimonii legem copulabitur. Quippe Theodorus pro perſona Irenæ cognata non habetur, nec adfinitatis ullius vinculis atque terminis adſtringitur, propterea quod extra gradum adfinitatis poſitus ſit.

„ Ὁ ἱερώτατος μητροπολίτης Ἀπρω, ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς τῆς ἡμῶν μετριότητος, Ῥωμανὸς ὁ Ἀρταβασδὸς, ἔγγραφον προσεκόμισε συνοδικῶς, τόδε κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνον. Κόρη τις Εἰρήνη καλουμένη, ἔλαβεν εὐχὴν μνηστείας μετά τινος Ἰωάννου, δεκαετὴς τότε οὖσα τὴν ἡλικίαν. λαληθείσης δὲ τῆς περὶ τούτου παρανόμου μνηστείας, γέγονε σημείωμα συνοδικὸν, ἐπιτρέπον διαζυγῆναι τοὺς τύχα μνηστευσαμένους, διὰ τὸ εἶναι τὴν μνηστείαν παράνομον, ὡς διείληπται. βούλεται οὖν σήμερον ἡ Εἰρήνη νομίμως συναφθῆναι τῷ Θεοδώρῳ δευτέρῳ ὄντι ἐξαδέλφῳ τοῦ Ἰωάννου. καὶ ἐρωτῶ, εἰ ἔχει τινὰ παρεμποδισμόν. ἠξίωσεν οὖν τὴν ἡμῶν μετριότητα, καὶ τὴν ἱερὰν ἀδελφότητα, μαθεῖν εἴπερ οὐκ ἔχει κωλύμην τινὰ τὸ, περὶ οὗ γέγονεν ἡ γραφὴ, συνάλλαγμα. ἤκουσε δὲ ἐκ ταύτης, καὶ ἐκ τῆς παρουσιαζούσης τῶν ἀδελφῶν ὁμηγύρεως, ὅτι τὸ τοιοῦτον συνάλλαγμα πανταχόθεν ἀκώλυτόν ἐστιν. ἐπεὶ γὰρ ἡ μετὰ Ἰωάννου πλεχθεῖσα μνηστεία, ὡς ἀνυπόστατος λύεται, διὰ τὴν τῆς Εἰρήνης ἀνηβότητα, καλῶς ἡ Εἰρήνη δευτέρῳ ἐξαδέλφῳ αὐτοῦ κατὰ νόμον γάμου συζευχθήσεται. οὔτε γὰρ συγγενικὸν πρόσωπον τῇ Εἰρήνῃ λογίζεται ὁ Θεόδωρος, οὔτε τοῖς τῆς ἀγχιστείας δεσμοῖς καὶ ὅροις συσφίγγεται, διὰ τὸ ὑπερβῆναι τὸν τῆς ἀγχιστείας βαθμόν.

ANNO CHRISTI 1178.

# CONCILIUM HOHENAVIENSE

## De rebus eccleſiaſticis habitum anno Dom. MCLXXVIII.

Ex chronico Reicherſpergenſi.

ANNO MCLXXVIII. Synodus valde celebris ha- E bita eſt, Kal. Februar. a domino Chunrado Salzburgenſi archiepiſcopo & apoſtolicæ ſedis legato, & ab omnibus ſuffraganeis ejus epiſcopis, multiſque principibus, de rebus eccleſiaſticis. Habita eſt autem in epiſcopatu Salzburgenſi, in loco qui Hohenau dicitur. *Hactenus Chronicon Reicherſpergenſe. Adelæreiterus ait hic ejuratum Calliſtum Pſeudo-Papam; abjectam ſchiſma: actum de reparandis templis, aris, Sacriſque, de Canonicis inſtitutis & juribus ſartis tectis habendis; de pace denique & tranquillitate publica.*

CON-

ANNO CHRISTI 1178. — ANNO CHRISTI 1178.

# CONCILIUM AD HOCHENAW

## IN DIOECESI SALZBURGENSI

*A Conrado archiepiſcopo anno 1178. habitum.*

Ex Manſi Suppl. Tom. II. pag. 636. Ex Hanſiz. Ger. Sac. t. 2. pag. 298.

ANNO 1178. *ſynodus valde celebris habita eſt in Kalend. februarii a domino Chunrado Salzburgenſi archiepiſcopo A. S. L. & ab omnibus ſuffraganeis ejus epiſcopis multiſque principibus de rebus eccleſiaſticis. Habita eſt autem in epiſcopatu Salzburgenſi in loco qui in Hochenawv dicitur.* Ita chronicon Reicherſpergenſe. Adelzreiterus ait, hic ejuratum Callixtum pſeudopapam; abjectum ſchiſma; actum de reparandis templis, aris, ſacriſque, de canonicis inſtitutis & juribus ſartis tectis habendis; de pace denique & tranquillitate publica. Ibi fortaſſis Richero Brixinenſi propter piaculum proditi nuper Alberti archiepiſcopi perſuaſum, ut de ſede, quam ingratiis ejus adierat, deliberaret abire, quod paulo poſt fecit. Hæc Hanſizius.

ANNO CHRISTI 1179. — ANNO CHRISTI 1179.

# CONCILIUM LATERANENSE III. GENERALE

## SUB ALEXANDRO III. SUMMO PONTIFICE.

### HISTORIA CONCILII.

Acta Alexandri ab ejus temporis auctore conſcripta ex codice Vat. Et epiſt. Alexandri papæ apud Radevicum lib. 2. cap. 51. de geſt. Friderici. Radevicus lib. 2. cap. 62. & ſeqq.

CUM Hadrianus quartus pontifex maximus, anno a Chriſto nato MCLIX. Kalendis Septembris mortem obiiſſet, cardirtales, qui paulo poſt ad eligendum convenerant, duos ſimul pontifices renunciarunt: alterum Rolandum Senenſem, virum omni laude præſtantem, qui uno ac viginti cardinalium ſuffragiis electus, Alexander III. fuit appellatus; alterum vero Octavianum Romanum, qui a tribus tantum cardinalibus deſignatus, pontificis nomen auſus eſt uſurpare. Ortum eſt ex hac cardinalium diſcordia ſchiſma deterrimum, quod multos annos vexavit eccleſiam. Licet enim Alexander verus pontifex eſſet, tamen cum Octavianus, qui Victor quartus vocabatur, apud imperatorem Fridericum plurimum poſſet, ita Germanorum animos imperatoris opera ſibi devinxit, ut etiam, poſtquam ipſe Victor e vivis exceſſit, Guidoriem Cremenſem, & deinde Joannem, qui in ejus locum ſucceſſerunt, tanquam veros pontifices coluerit univerſa Germania. Contra vero Gallia, Britannia, Hiſpania, & reliquæ fere omnes provinciæ, Alexandri partes conſtanter ſuſceperunt, excepta una Italia, in qua aliæ regiones Alexandro, aliæ vero Victori ſunt obſecutæ. Præter ceteras autem, multæ Galliæ Ciſalpinæ civitates nobiliſſimæ, cum ab Imperatore Friderico juſtas ob cauſas defeciſſent, ita ſe Alexandro pontifici addixerunt, ut nomine ipſius urbem Alexandriam ædificaverint, ac tandem victo Friderico, peſtiferi ſchiſmatis extinguendi cauſam non levem attulerint. Cum enim imperator Fridericus, qui bellum acerbiſſimum cum illis gerebat, prælio ſuperatus eſſet, copiæque ejus maximæ atque firmiſſimæ magna ex parte deletæ: adeo hac clade commotus eſt, ut cum ad eam multorum principum Germanorum, qui ipſi ſchiſma objiciebant, cohortationes accederent, paulatim reſipuerit, diſcuſſaque ſuperioris temporis caligine, lucem reſpicere cœperint, ac denique poſt duodeviginti annos, quibus apertas cum Alexandro pontifice inimicitias geſſerat, ſe ad pedes ejus ſupplex abjecerit, cumque illo pacem firmam & ſtabilem conciliaverit. Tunc Alexander, qui tot annorum ſpatio in maximis turbinibus eccleſiæ clavum tenuerat, cum, ſedatis jam tempeſtatum fluctibus, ſumma tranquillitate frueretur, ut eccleſiæ commodis conſuleret, atque ut alii pontifices, procellas, quibus ipſe vexatus fuerat, devitaret, in poſterum proſpiciens, Concilium generale convocavit: tum ut forma aliqua electioni pontificis apta præſcriberetur, qua ambitioſorum hominum audacia & inſolentia deinceps reprimeretur: tum etiam ut mores hominum ſchiſmatis & belli cauſa corrupti conformarentur, uſura, ſimonia, aliaque vitia, quæ longius ſerpebant, authoritate concilii coercerentur. Acceſſit præterea alia cauſa graviſſima, quæ pontificis animum valde ad hoc concilium incitavit. Nam hæreſis Catharorum, ſive Publicanorum, vel Paterinorum, quæ in Aquitania fuerat exorta, in dies latius manabat: quibus, permulti rudes & imperiti, hæreticorum fraudibus decepti, in Vaſconia, & in Albigeſio, & in partibus Toloſanis, fidem habebant: neceſſeque erat huic peſti deteſtabili remedium ſtatim adhibere. His igitur cauſis commotus Alexander, ſynodum generalem congregari juſſit, ad quam non ſolum epiſcopi ex provinciis Europæ, verum etiam nonnulli ex Aſia Romam advenerunt, ut Guilielmus archiepiſcopus Tyrius ſcribit his verbis: Anno ab Incarnatione Domini MCLXXVIII. qui erat regni domini Balduini IV. annus quintus:

„ menſe Octobri, cum anno præcedenti indicta
„ eſſet per univerſum Latinorum orbem ſynodus
„ generalis, profecti ſunt de noſtro Oriente,
„ ego Guilielmus Tyrenſis archiepiſcopus, Al-
„ bertus Bethlehemita epiſcopus, Heraclius Cæ-
„ ſarienſis archiepiſcopus, Rodulfus Sebaſtenus
„ epiſcopus, Jotius Aconenſis epiſcopus, Roma-

Acta Alexandri cit.

Acta Alexandri.

Rogerus in annal. parte poſter. & alii.

Alexander in epiſt. indictionis concilii.

Rogerus ubi ſupra.

Willielmus Tyrius de bello ſacro lib. 21. cap. 2. & alii

ANNO CHRISTI 1179.

„ nus Tripolitanus epiſcopus, Petrus eccleſiæ „ Dominici ſepulcri Prior. Raynaldus abbas ec„ cleſiæ montis Sion. *Paulo poſt:* Per idem „ tempus (anno ſcilicet MCLXX X.) Romæ cele„ brata eſt ſynodus in baſilica Conſtantiniana, „ quæ dicitur Lateranum, trecentorum epiſco„ porum, pontificatus Alexandri XX. anno, men„ ſe Martio, Indictionis duodecimæ, quinta die „ menſis, cujus ſi quis ſtatuta, & epiſcoporum „ nomina, numerum, & titulos ſcire deſiderat, „ relegat ſcriptum, quod nos ad preces ſancto„ rum patrum, qui eidem ſynodo interfuerunt, „ confecimus diligenter. Hæc Tyrenſis. Anno Domini MCLXXIX. concilium celebratum fuiſſe affirmat etiam Rogerus, ejus temporis diligens ſcriptor. In hoc concilio primum pontifex ſtatuit ad futura ſchiſmata vitanda, ut non haberetur Romanus pontifex, qui non a duabus cardinalium partibus eſſet electus. Reſcidit ordinationes omnes a ſchiſmaticis pſeudo-pontificibus Octaviano, Guidone, & Joanne habitas. Anathematizavit præterea hæreticos omnes, atque illos qui ab illorum communione non ſe ſeparaſſent, vel auxilium eis aliquo modo attuliſſent: immo armis comprimendos illos eſſe decernit. Conſtituta ſunt etiam multa alia, quæ ſine dubio magnam eccleſiæ afferunt utilitatem: extantque vigintiſeptem canones, qui apud multos ſcriptores reperiuntur, & magna ex parte in jure pontificio continentur. Epiſcopi quoque ſchiſmatici tum Germaniæ, tum aliarum provinciarum, qui ab Alexandro in hoc concilio ad eccleſiæ catholicæ unitatem recepti ſunt, hac verborum „ formula ſchiſma abjurarunt: Ego N. anathe„ matizo, & recuſo omnem hæreſin extollen„ tem ſe adverſus ſanctam Romanam eccleſiam „ catholicam, præcipue vero ſchiſma Octaviani, „ Guidonis, & Joannis, & ordinationes eorum „ irritas judico, & eis contradico, & modo, & „ inantea me obediturum juro, & promitto fide„ litatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & domi„ no meo Alexandro, & ſucceſſoribus ejus juſte „ intrantibus, ipſique ſerviam abſque omni ma„ lo ingenio contra omnem hominem ſecundum „ ordinem meum. Conſilia ejus quæ mihi ſcri„ pto certo mandaverit, vel ipſe commiſerit, „ nulli hominum prodam, nec etiam pro peri„ culo corporis, atque membrorum. Legatum „ eccleſiæ Romanæ honorabo, & ducam, & „ reducam, & juvabo expenſis. Sic me Deus „ adjuvet, & hæc ſancta evangelia.

Annal. Anglic. par. poſter.

Alber. Strad. in chronic. Crantzius eccleſiaſticæ hiſtoriæ Saxoniæ l. 7. cap. 3.

## EPISTOLA
## ALEXANDERI PAPÆ III.
## AD EPISCOPOS PER TUSCIAM CONSTITUTOS.

*Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus Piſano archiepiſcopo, & univerſis epiſcopis, dilectis filiis abbatibus per Tuſciam conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

QUONIAM in agro Domini, qui eſt eccleſia, tanquam ſpinæ & tribuli naſcuntur quotidie, & pullulant germina vitiorum, tum videlicet, quia proni ſunt ſenſus hominis ad malum ab adoleſcentia ſua; tum quia inimicus homo de malitia ſua zizania ſuperſeminare non ceſſat, & germen bonum nititur ſuffocare; neceſſe eſt diligentiam adeſſe cultorum, & nunc evellere, & amputare jam nata, nunc etiam naſcituris nocivis * graminibus proficiendi aditum obſerare, ſubſequenter autem & inſerere fructiferum germen, & ſeminare ſemen bonum, quod trigeſimum, ſexageſimum, & centeſimum fructum, fœcundante Deo, poſſit afferre. Nam & hoc verba illa Dominica ſonare videntur, quibus Jeremiam prophetam, & in eo evangelicum ſacerdotem inſtruxit, dicens: *Dedi verba mea in ore tuo. Ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Id autem licet univerſis eccleſiarum rectoribus incumbat, multo tamen fortius imminet Romanæ urbis antiſtiti, quia Domino Jeſu Chriſto, ut caput eſſet eccleſiæ, in beato Petro accepit, & de paſcendis Dominicis ovibus, & fratribus confirmandis, expreſſum & ſpeciale noſcitur habuiſſe mandatum. Inde ſiquidem eſt, quod nos licet inſufficientes meritis ad providentiam apoſtolicæ ſedis & miniſterium univerſalis eccleſiæ a Deo, ut ipſi placuit, diſponente vocati; quia in eccleſia Dei correctione videmus quamplurima indigere, tam ad emendanda, quæ digna emendatione videntur, quam ad promulganda, quæ ſaluti fidelium viſa fuerint expedire: de diverſis partibus perſonas eccleſiaſticas decrevimus evocandas, quarum præſentia & conſilio, quæ fuerint ſalubria, ſtatuantur; & quod bonum, ſecundum conſuetudinem antiquorum patrum, provideatur, & firmetur a multis. Quod ſi particulariter fieret, non facile poſſet plenum robur habere. Quocirca per apoſtolica vobis ſcripta mandamus, qualiter huic noſtræ diſpoſitioni plenis deſideriis cooperaris curetis, & prima Dominica advenientis Quadrageſimæ, ad urbem Romam, ducente Domino, veniatis, & cooperante ſancti Spiritus gratia, tum in corrigendis enormitatibus, tum in ſtatuendis quæ Deo grata fuerint, communi ſtudio quod fuerit agendum agatur, & in uno humero ſublevemus arcam Domini, atque uno ore honorificemus Deum & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti. Datum Tuſculi XI. Kal. Octobr.

ANNO CHRISTI 1179.

* germinibus

Jerem. 1.

Luc. 22. Joan. 21.

## CONCILII LATERANENSIS
### generalis, ſub Alexandro papa III.
## DECRETA.
## TITULI CAPITULORUM.

I. *De electione ſummi pontificis.*
II. *De abolendis ordinationibus ab antipapis introductis.*
III. *Quales debeant eſſe qui eligendi ſunt ad regimen eccleſiæ.*
IV. *Qualiter prælati debeant cum ſubjectis hoſpitare.*
V. *Ne aliquis ordinetur ſine certo titulo.*
VI. *Qualiter prælati debeant proferre ſententiam in ſubjectos.*
VII. *Ne novi cenſus imponantur eccleſiis.*
VIII. *Ne eccleſiaſtica beneficia alicui promittantur, antequam vacent.*
IX. *De eccleſia interdicta, & interdictorum ſepultura.*
X. *Ne monachus vel alius religioſus recipiatur ſub pretio.*
XI. *Ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti focarias habeant.*
XII. *Ne clerici præſumant ſæculares procurationes ſuſcipere.*

XIII.

XIII. & XIV. *Ne aliquis multas habeat eccleſias.*
XV. *De teſtamentis clericorum.*
XVI. *De ordinatione eccleſiarum.*
XVII. *De præſentatione clericorum.*
XVIII. *Ut prælati provideant magiſtris ſcholarum neceſſaria.*
XIX. *Ne laici imponant eccleſiis onera.*
XX. *Ne torneamenta fiant.*
XXI. *De treuguis ſervandis.*
XXII. *De pace ſervanda.*
XXIII. *Leproſi ſibimetipſis privatam habeant eccleſiam & cœmeterium.*
XXIV. *Prohibentur Chriſtiani ne ſerviant Saracenis.*
XXV. *Ne manifeſtus uſurarius recipiatur ad communionem altaris.*
XXVI. *Ne Chriſtiani habitent cum Judæis vel Saracenis.*
XXVII. *De hæreticis.*

## PRÆFATIO.

ANNO ab incarnatione Domini * MCLXXX. præſidente Romanæ eccleſiæ papa Alexandro III. anno pontificatus ejus vigeſimo, menſe Martio, Indictione XII. die menſis ſecundo, præſidente eodem ſummo pontifice, ſancta ſynodus in baſilica, quæ appellatur Conſtantiniana, * CCLXXX. epiſcoporum celebrata eſt.

* MCLXXIX

* CCC.

*Præfationem hujus Concilii auctiorem exhibet tomus XII. Spicilegii Dacheriani, pag. 638. bis verbis*: Anno ab Incarnatione Domini MCLXXIX. præſidente ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſanctiſſimo Papa Alexandro III. Pontificatus ejus vigeſimo, menſe Martio: Indictione XI. quinta & ſeptima & nonadecima die menſis: ſedata jam diſcordia, quæ inter Eccleſiam & Imperium occaſione ſchiſmatis per * Octovianum hæreſiarcham adverſus prædictum ſanctiſſimum Papam introducti, & per ſucceſſores ejuſdem Octoviani, Guidonem Cremenſem, & Joannem Strumenſem diutius perdurantis; longo tempore invaluerat. Prædicto, id eſt, ultimo hæreſiarcha, & Frederico Romanorum Imperatore, qui huic rei ſe fautorem præſtiterat, ad unitatem matris Eccleſiæ redeuntibus; ſedit præſidente eodem ſummo Pontifice Alexandro ſancta generalis ſynodus in baſilica Lateranenſi, quæ appellatur Conſtantiniana, trecentorum duorum epiſcoporum, a diverſis mundi partibus convocatorum; quorum nomina ſubtus adnexa ſunt.

* *Ita mſ.*

*De Provincia Romana.*

Hubaldus Hoſtienſis.
Hugo Terracinenſis.
Joannes Fundanus.
Jonatas Fundanus.
Zacharias Marſus.
Odalriſius Walvenſis.
Dodo Reatinus.
Formundus Verulanus.
Leo Aletrinus.
Rodulfus Ferentinas.
Aſahel * Agninus. (* *Pro* Anagninus.)
Petrus Signinus.
Milo Tyburtinus.
Joannes Sutrinus.
Martinus Nepeſinus.
Cenſius Tuſcanenſis.
Petrus Civitatis Caſtellanenſis.
Armatus Narnienſis.
Paulus Hortanus.
Petrus * Amelinus. (* *Pro*, Amerinus.)

A Richardus Urbeventanus.
Gratianus Tudertinus.
Vivianus Peruſinus.
Petrus Caſtrenſis.
Leo Cluſinus.
Martinus Groſſetanus.
Paulinus * Funenſis. (* *Pro*, Suanenſis.)
Gulfranus * Sunenſis. (* *Pro*, Senenſis.)
Guilelmus Lucenſis.
Petrus Lunenſis.
Rufinus Aſiſinas *. (* *Pro*, Aſſiſinas.)
Raimerus Caſtellanus.
Raſifericus Spolentinus.
Ofreductus Eugabinus. * (* *Pro* Eugubinus)
Alođerius Callenſis.
B Guiſſo Urbinas.
Nicolaus * Simphronius. (* *Pro*, Foroſempronienſis: *hodie, Foſſombrone.*)
Jacobus Senegallienſis.
Acceptabilis * Tamerinenſis. (* *Pro*, Camerinus.)
Jordanus Humanenſis. (* *Pro*, Auximanus.)
Petrus Firmanus.
Rainaldus Eſinus.
Gentilis * Auſumanus. (* *al.* Monaldus.)
* Mimaldus Phanenſis.
Juchelinus Ariminenſis.
Petrus Piſcarienſis.
Julius Florentinus.
Lamfractus * Feſculanus. (* *Pro*, Feſulanus.)
Tedbaldus Placentinus.
Stephanus Monopolitanus.
C Anſelmus * Methenſis. (* *Pro*, Militenſis.)
Radulphus Molſenſis ſancti Marcii.

*Provinciæ Capuanæ.*

* Palphanus Capuanus archiepiſcopus. (* *al.* Alphanus.)
Petrus * Themenſis epiſcopus. (* *Pro*, Theanenſis.)
Reinaldus * Benetranus. (* *Pro*, Venefranus.)
Reinaldus Aquinas.
Erveus Sueſſanus.
Porphyrius Caſertanus.

*Provinciæ Amalphitanæ.*

Dionyſius Amalphitanus archiepiſcopus.
Joannes * Lictrenſis epiſcopus. (* *Pro*, Litterenſis.)
...... Ravellenſis.

*Provinciæ Neapolitanæ.*

Sergius Neapolitanus archiepiſcopus.
D Bernardus Nolanus epiſcopus.
Bartholomæus * Achanus epiſcopus. (* *Pro*, Acerranus.)
Petrus Inſulanus.

*Provinciæ Salernitanæ.*

Rainaldus Salernitanus archiepiſcopus.
Arnulfus * Capreaquenſis epiſcopus. (* *Pro*, Caputaquenſis.)
Joannes * Marſitanus. (* *Pro*, Marſicanus.)
Petrus * Acunenſis. (* *Pro*, Acernenſis.)
Johannes * Sernenſis. (* *Pro*, Sarnenſis.)

*Provinciæ Beneventanæ.*

Baldevvinus * Aliſanus epiſcopus. (* *Pro*, Aliſanus.)
Petrus * Teſelinus. (* *Pro*, Teleſinus.)
Petro Triventinus.
Andreas * Boravenſis. (* *Pro*, Bovianenſis.)
* Alaſius Gardianus. (* *al.* Halatius.)
E Goffridus * Termilanus. (* *Pro*, Termulanus.)
Petrus Larinenſis.
Robertus Civitatenſis.
Nicolaus * Dracoranenſis. (* *Pro*, Draconarienſis.)
Robertus * Florentinenſis. (* *Sive*, Farentinenſis.)
Rainaldus Lucerinus.
Johannes de Monte * Maram. (* *Pro*, Marano.)
Johannes Aſculenſis.
Bartholomæus * Arranenſis. (* *Pro*, Arianenſis.)
Jaquintus Frequentinus.
Rogerius * Vicenſis. (* *Sive*, Trevicenſis.)

*Provinciæ Sipontinæ.*

Amandus Vigilenſis epiſcopus.

Ri-

ANNO CHRISTI 1179.

Richardus Andrenſis.

*Provinciæ Barenſis.*

Rainaldus Barenſis archiepiſcopus.
Joannes * Botintinus epiſcopus.
Majo Catharenſis.
Paulus Salpitanus.
Arpinus Poliniacenſis.
Caſinus Cuperſanenſis.
Rao * Biecenſis.
Joannes * Melficenſis.
Joannes Cannenſis.
Joannes Lavellanus.

*Provinciæ Brundiſiciæ.*

Willelmus Brunduſinus archiepiſcopus.

*Provinciæ Hidrotinæ.*

Jonathas * Hidrotinus archiepiſcopus.
Peturejus * Litienſis Caſtrenſis.

*Provinciæ * Tarentinæ.*

Baſilius Tarentinus archiepiſcopus.

*Provinciæ Veroſinæ.*

Petrus * Veroſinus epiſcopus.
Johannes Potentinus.
Robertus * Tritancenſis.
Robertus Gravinenſis.
Roboam Anglonenſis,

*Provinciæ Coſanæ.*

Herbertus * Coſanus epiſcopus.
* Johannes ſancti Angeli.
Delombardus epiſcopus.
Richardus * Periſatienſis epiſcopus.
Angelus Laquedonenſis.
Nicolaus Montiſviridis.
Petrus Satrianenſis,

*Provinciæ Cuſetanæ.*

Rufus * Cuſetanus archiepiſcopus.
Michael * Maturanenſis.

*Provinciæ Reginæ.*

Thomas Reginus archiepiſcopus.
Guido Neocaſtrenſis epiſcopus.
Philippus * Crotomas epiſcopus Græcus.
Eterantinus epiſcopus Græcus.

*Provinciæ * Siciliæ Meſſanenſis.*

* Pegrinus Embriacenenſis epiſcopus.
Jerenus * Strombinus.

*Provinciæ Siciliæ Meſſanenſis.*

Nicolaus Meſſanenſis archiepiſcopus.
Guido Cephaledienſis epiſcopus.

*De Oriente Provinciæ Phœnicis.*

* W. Tyrenenſis archiepiſcopus.
Jocius Aconenſis epiſcopus.
Romanus Tripolitanus.

*Provinciæ Cœleſyriæ.*

W. Glambulcpcenſis epiſcopus.

*Provinciæ Palæſtinæ ſecundæ.*

Eraclius Cæſarienſis archiepiſcopus.
Radulfus Sebaſtenus.

*Provinciæ Palæſtinæ Primæ.*

Petrus Jeroſolymitanus eccleſiæ Prior loco Patriarchæ.
Albertus * Beellemitanus epiſcopus.

*Provinciæ Piſanæ.*

Ubaldus Piſanus archiepiſcopus.
* Saganenſis epiſcopus de Corſim.

*Provinciæ Januenſis.*

Hugo Januenſis archiepiſcopus.
Joaphus Maranenſis epiſcopus de Corſica.

*De Provincia Turrenenſi Sardiniæ.*

Johannes Adarenenſis epiſcopus.
Cometa Apurienſis.

*Provinciæ Ravennatis.*

Gerardus Ravennenſis archiepiſcopus.
Bernardus Parmenſis epiſcopus.
Albericus Reginus.

* Pro, Bituntinus.
* Pro, Biteꝺtenſis.
* Pro, Melfictenſis, vel Molfetenſis.
* Pro, Hydruntinus.
* Pro, Lycienſis.... Caſtrenſis.
* Pro, Acheruntinæ.
* Pro, Venuſinus.
* Pro, Tricaricenſis.
* Sive, Compſanus.
* Lege uno ductu, Joannes ſancti Angeli de Lombardis, epiſcopus.
* Pro, Biſacienſis.
* Pro, Cuſentinus.
* Pro, Marcuranenſis.
* Pro, Crotonienſis.
* Pro, Sanctæ Severinæ.
* Pro, Peregrinus Umbriaticenſis.
* Sive, Strongylenſis.
* Pro, Vilelmus Tyrius.
* Pro, Bethleemitanus.
* Lege, Saconenſis epiſcopus de Corſica.

A Ardicio Mutinenſis.
Johannes Faventinus.
Henricus Cornelienſis.
Johannes * Favetinus.
Alexander * Lurenſit.
Lamfredus * Pompilienſis.
Leonardus * Cæſarias.
Gabriel * Arienſis.
Alericus Bobienſis.

*Provinciæ Mediolanenſis.*

Algeſius Mediolanenſis archiepiſcopus.
Johannes * Bricienſis epiſcopus.
Galo Bergamenſis.
Vinfredus Cremonenſis.
Albericus Laudenſis.
B Obertus * Terdonenſis.
Ubertus Aquenſis.
Guigo Saonenſis.
Lauterius * Albiganenſis.
Stephanus Vigintimilienſis.
Milo Taurinenſis.
Gannarus Yporienſis.
Boneſacius Novarienſis.

*De Provincia Aquileenſi.*

Garſentinus Mantuanus.
Anſelmus * Cumanus.
Gerardus Paduanus.
Salomon Tridentinus.

*Provinciæ Venetiæ.*

C Henricus Gradenſis Patriarcha.
Marinus * Glogenenſis epiſcopus.
Leonardus * Tercellenenſis epiſcopus.

*De Provincia * Ladarenſi.*

Andreas * Albenſis.
Lamfredius Abſarenſis,
Drobo * Viglenſis.
Renerius Spaletenſis archiepiſcopus.
Matthæus * Nonenſis.
Michael * Sardonenſis.

*Nomina epiſcoporum qui ex Gallia interfuerunt, infra.*

*De Provincia * Biſentina*

D Rogerus Lauſanenſis epiſcopus.
Rantaldus Bellicenſis.

*Provinciæ Terragonenſis.*

Bernardus Terragonenſis archiepiſcopus.
Reimundus * Gerdenſis.
Bernardus Barchinonenſis.
Petrus Auſonenſis.
Portio Dertoſanus.
* Bergarius Ilerdenſis.
Arnaldus Urgellenſis.
Stephanus Oſcenſis.
Hugo Rutenenſis.
Petrus Pampilonenſis.
E Rodericus Calagoritanus.

*Provinciæ Toletanæ.*

Celebrimus Toletanus archiepiſcopus.
Raimundus Palentinus epiſcopus.
Gonſaldus Segobienſis.
Michael Oxomenſis.
Odelricus Seguntinus.

*Provinciæ Compoſtellanenſis.*

Petrus Compoſtellanus archiepiſcopus.
Sanctius Abulenſis.
Petrus Civitatis Roderici;

*De Provincia Treverenſi.*

Arnaldus Treverenſis archiepiſcopus.
Fredericus Metenſis epiſcopus.

*Provinciæ Colonienſis.*

Radulphus Leodinenſis epiſcopus.

Pro-

* Pro, Faventinus.
* Pro, Livienſis, ſive, Foro-Livienſis.
* Pro, Popilienſis; ſive Foro-Popilienſis.
* Pro, Cæſenas.
* Sive, Adrienſis.
* Pro, Brixienſis.
* Pro, Dertonenſis.
* Pro, Albingaunenſis.
* Pro, Comenſis.
* Pro, Clugienſis, ſive Foſſæ Clodiæ.
* Pro, Torcellenſis.
* Pro, Jaderenſi.
* Pro, Arbenſis.
* Sive, Veglienſis.
* Pro, Novenſis.
* al. Scardonenſis.
* Pro, Biſuntina.
* Pro, Gerundenſis.
* Pro, Berengarius.

ANNO CHRISTI 1179

*Provincia. Maguntina.*

Chriſtianus Maguntinus archiepiſcopus.
Odo Bambergenſis epiſcopus.
Arduicus Auguſtenſis.
Bertoldus Conſtantienſis.
Olricus * Ypirenſis.
Goradus * Guamarcienſis.
Ulricus Curienſis.

*De Provincia * Medeburgenſi*

Odo * Ciſtenſis epiſcopus.
Sifridus Branderburgenſis
Marrinus Miſinenſis.

*De Provincia Saltiburgenſi.*

Conradus * Saltiburgenſis archiepiſcopus.
Coronatus Ponenſis epiſcopus.
Tedbaldus * Patainenſis.

*Provinciæ Bremenſis.*

Bernoz Virrenſis epiſcopus.

*Provinciæ Daniæ.*

Omerus Burgalenſis.

*Provinciæ Angliæ.*

..... Cantuarenſis.
Rainaldus * Barovienſis epiſcopus
Robertus Herfordenſis.
Johannes Norvicenſis.
Adam de ſancto Aſaph.
Petrus Menevenſis.

* Pro, Spirenſis. * Pro, Vormacienſis. * Pro, Magdeburgenſi. * Pro, Citizenſis. * Pro, Salisburgenſis. * Pro, Patavienſis. * Pro, Barchonienſis.

ITEM IN ANGLIA.

*Provinciæ Eboracenſis.*

Hugo Dunelmenſis epiſcopus.

*Provinciæ Scotiæ.*

* Gregorius Roſenſis epiſcopus.

*Provinciæ Hiberniæ.*

Laurentius * Dublinienſis archiepiſcopus.
Catholicus Tereonenſis archiepiſcopus.
Conſtantinus epiſcopus de Culerne.
Bricius * Lumbreenſis.
Auguſtinus * Guaterfondenſis.
Felix epiſcopus Leſmorienſis.

*De Ungria.*

Andreas Bahaſnenſis archiepiſcopus.

* Pro, Roſſenſis. * Forte, Limericenſis. * Pro VVaterfordienſis.

## CAPITULA.

### I. *De electione ſummi pontificis.*

Licet de evitanda diſcordia in electione ſummi pontificis manifeſta ſatis a noſtris prædeceſſoribus conſtituta manaverint: tamen quia ſæpe poſt illa per improbæ ambitionis audaciam, gravem paſſa eſt eccleſia ſciſſuram: nos etiam ad malum hoc evitandum, de conſilio fratrum noſtrorum, & ſacri approbatione concilii, aliquid decrevimus adjungendum. Statuimus igitur, ut ſi forte inimico homine ſuperſeminante zizania, inter cardinales de ſubſtituendo pontifice non potuerit concordia plena eſſe, & duabus partibus concordantibus tertia pars noluerit concordare, aut ſibi alium præſumpſerit * ordinare: ille * Romanus pontifex habeatur, qui a duabus partibus fuerit electus, & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confiſus, quia * rem non poteſt, ſibi nomen epiſcopi uſurpaverit: tam ipſe, quam

* nominare vel ordinare.
* ille abſque ulla exceptione ab univerſa eccleſia Romanus pontifex habeatur.
* de ratione eſſe non poteſt.

A qui eum receperint, excommunicationi ſubjaceant, & totius ſacri ordinis privatione mulctentur, ita ut viatici eis etiam niſi tantum in ultimis, communio denegetur: & niſi reſipuerint, cum Dathan & Abiron, quos terra vivos abſorbuit, accipiant portionem. Præterea ſi a paucioribus aliquis, quam a duabus partibus fuerit electus ad apoſtolatus officium, niſi major concordia interceſſerit, nullatenus aſſumatur, & prædictæ pœnæ ſubjaceat, ſi humiliter noluerit abſtinere. Ex hoc tamen nullum cano-
B nicis conſtitutionibus & aliis * eccleſiaſticis, præjudicium generetur, in quibus majoris & ſanioris partis debet ſententia prævalere: quia quod in eis dubium venerit, ſuperioris poterit judicio diffiniri. In Romana vero eccleſia aliquid ſpeciale conſtituitur, quia non poteſt recurſus ad ſuperiorem haberi.

* eccleſiis

### II. *De abolendis ordinationibus ab antipapis introductis.*

Quod a prædeceſſore noſtro felicis me-
C moriæ Innocentio factum eſt, innovantes, ordinationes ab Octaviano & Guidone hæreſiarchis, necnon & Joanne Strumenſi, qui eos ſecutus eſt, factas, & ab ordinatis ab eis, irritas eſſe cenſemus: adjicientes etiam, ut ſi qui dignitates eccleſiaſticas, ſeu beneficia, per prædictos ſchiſmaticos receperunt, careant impetratis. Alienationes quoque, ſeu invaſiones, quæ per eoſdem ſchiſmaticos, ſive per laicos, factæ ſunt de rebus eccleſiaſticis, omni careant firmitate, & ad eccleſiam ſine omni ejus onere
D revertantur. Si quis autem contraire præſumpſerit, excommunicationi ſe noverit ſubjacere. Illos autem qui ſponte juramentum de tenendo ſchiſmate præſtiterint, a ſacris ordinibus & dignitatibus decrevimus manere ſuſpenſos.

Canone ... ultimo concilii Lateranenſis ſub Innocentio II

### III. *Quales debeant eſſe qui eligendi ſunt ad regimen eccleſiæ.*

Cum in ſacris ordinibus, & miniſteriis eccleſiaſticis, & ætatis maturitas, & morum gravitas, & ſcientia littera-
E rum ſit inquirenda: multo fortius hæc in epiſcopo oportet inquiri, qui ad curam poſitus aliorum, in ſeipſo debet oſtendere, qualiter alios in domo Domini oporteat converſari. Eapropter, ne quod * a quibuſdam ex neceſſitate temporis factum eſt, in exemplum trahatur a poſteris: præſenti decreto ſtatuimus, ut nullus in epiſcopum eligatur, niſi qui jam trigeſimum ætatis annum egerit, & de legitimo ſit matrimonio natus,

* Cum in cunctis ſacris ordinibus.
* de quibuſdam

ANNO CHRISTI 1179.

natus, qui etiam vita & ſcientia commendabilis demonſtretur. Cum autem electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & eccleſiaſticorum bonorum adminiſtrationem habuerit: decurſo tempore, de conſecrandis epiſcopis a canonibus definito, is, ad quem ſpectant beneficia quæ habuerat, diſponendi de illis liberam habeat facultatem. Inferiora etiam miniſteria utpote decanatus, archidiaconatus, & alia, quæ animarum curam habent annexam, nullus omnino ſuſcipiat, ſed nec parochialium eccleſiarum regimen: niſi qui jam vigeſimum quintum ætatis annum attigerit, & qui ſcientia, & moribus exiſtat commendandus. Cum autem aſſumptus fuerit, ſi archidiaconus in diaconum, & decani, & reliqui admoniti, non fuerint præfixo a canonibus tempore in presbyteros ordinati: & ab illo removeantur officio, & alii conferatur, qui & velit, & poſſit convenienter illud implere. Nec proſit illis appellationis diffugium, ſi forte in tranſgreſſionem conſtitutionis iſtius per appellationem voluerint ſe tueri. Hoc ſane non ſolum de promovendis, ſed de his etiam, qui jam promoti ſunt, ſi canones non obſiſtant, præcipimus obſervandum. Clerici ſine ſi contra formam iſtam quemquam elegerint: & eligendi poteſtate tunc privatos, & ab eccleſiaſticis beneficiis triennio ſe noverint ſuſpenſos. Dignum eſt enim, ut quos timor Dei a malo non revocat, eccleſiaſticæ ſaltem coerceat ſeveritas diſciplinæ. Epiſcopus autem * ſi cui fecerit, aut fieri conſenſerit contra hoc: in conferendis prædictis poteſtatem ſuam amittat, & per capitulum, aut per metropolitanum ſi capitulum concordare nequiverit, ordinetur.

* ſi contra hoc fecerit, aut fieri conſenſerit in conferendis prædictis officiis & beneficiis poteſtatem ſuam, &c.

*IV. Qualiter prælati debeant cum ſubjectis hoſpitare.*

2. Theſſ. 3. 1. Theſſ. 2. * alendos,

Cum apoſtolus ſe & ſuos propriis manibus decreverit * exhibendos, ut locum prædicandi auferret pſeudoapoſtolis, & illis quibus prædicabat, non exiſteret oneroſus: grave nimis, & emendatione fore dignum dignoſcitur, quod quidam fratrum & coepiſcoporum noſtrorum, ita graves in procurationibus ſuis ſubditis exiſtunt, ut pro hujuſmodi cauſa interdum ornamenta eccleſiaſtica ſubditi compellantur exponere, & longi temporis victum brevis hora conſumat. Quocirca ſtatuimus, quod archiepiſcopi parochias viſitantes, pro diverſitate provinciarum, & facultatibus eccleſiarum, quadraginta, vel quinquaginta evectionis * numerum non excedant: cardinales vero, viginti quinque non excedant: epiſcopi, viginti, vel triginta nequaquam excedant: archidiaconi, quinque aut ſeptem: decani conſtituti ſub ipſis, duobus equis exiſtant contenti. Nec cum canibus venatoriis & avibus proficiſcantur, ſed ita procedant, ut non quæ ſunt ſua, ſed quæ Jeſu Chriſti, quærere videantur: nec ſumptuoſas epulas quærant, ſed cum gratiarum actione recipiant, quod honeſte & competenter fuerit illis miniſtratum. Prohibemus etiam, ne ſubditos ſuos talliis & exactionibus epiſcopi gravare præſumant. Suſtinemus autem pro multis neceſſitatibus, quæ aliquoties ſuperveniunt, ut, ſi manifeſta & rationabilis cauſa extiterit, cum caritate moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare. Cum enim dicat apoſtolus: *Non debent parentibus filii theſaurizare, ſed parentes filiis*: multum longe a paterna pietate videtur, ſi præpoſiti ſuis ſubditis graves exiſtant, quos in cunctis neceſſitatibus paſtoris more fovere debent: Archidiaconi vero ſive decani, nullas exactiones vel tallias, in presbyteros, ſeu clericos exercere præſumant. Sane quod de prædicto numero evectionis ſecundum tolerantiam dictum eſt, in illis locis poterit obſervari, in quibus ampliores ſunt reditus & eccleſiæ facultates. In pauperioribus autem locis tantam volumus teneri menſuram, ut ex acceſſu majorum, * minores non debeant gravari: ne ſub tali indulgentia, illi qui paucioribus equis uti ſolebant hactenus, plurimam ſibi credant poteſtatem indultam.

ANNO CHRISTI 1179. * evectionum

Cor.

* minores, merito non doleant ſe gravari

*V. Ne aliquis ordinetur ſine certo titulo.*

Epiſcopus, ſi aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in diaconum vel presbyterum ordinaverit, tamdiu neceſſaria ei ſubminiſtret, donec in aliqua ei eccleſia convenientia ſtipendia militiæ clericalis aſſignet: niſi forte talis qui ordinatur, extiterit, qui de ſua vel paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere.

*VI. Qualiter prælati debeant proferre ſententiam in ſubjectos.*

Reprehenſibilis valde conſuetudo in quibuſdam partibus inolevit, ut fratres & coepiſcopi noſtri, ſeu etiam archidiaconi, quos appellaturos in cauſis ſuis exiſtimant, nulla penitus admonitione præmiſſa, ſuſpenſionis, vel excommunicationis in eos ferant ſententiam. Alii etiam dum ſuperioris ſententiam, & diſci-

ſciplinam canonicam reformidant, ſine ullo gravamine appellationem objiciunt, & ad defenſionem iniquitatis uſurpant, quod ad ſubſidium innocentium dignoſcitur inſtitutum. Quocirca, ne vel prælati valeant ſine cauſa gravare ſubjectos, vel ſubditi pro ſua voluntate ſub appellationis obtentu correctionem valeant eludere prælatorum: præſenti decreto ſtatuimus, ut nec prælati, niſi canonica commonitione præmiſſa, ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubjectos: niſi forte talis ſit culpa, quæ ipſo genere ſuo * excommunicationis pœnam inducat: nec ſubjecti contra diſciplinam eccleſiaſticam ante ingreſſum cauſæ in vocem appellationis prorumpant. Si vero quiſquam pro ſua neceſſitate crediderit appellandum, competens ei ad proſequendam appellationem terminus præfigatur: infra quem, ſi forte proſequi neglexerit, libere tunc epiſcopus ſua authoritate utatur. Si autem in quocumque negotio aliquis appellaverit, & eo, qui appellatus fuerit, veniente, qui appellaverit, venire neglexerit: ſi proprium quid habuit, competentem ei recompenſationem faciat expenſarum: ut hoc ſaltem timore perterritus, in gravamen alterius non facile quis appellet. Præcipue vero * in locis religioſis hoc volumus obſervari, ne monachi, ſive quicumque religioſi, cum pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra regularem prælati ſui & capituli diſciplinam appellare præſumant, ſed humiliter ac devote ſuſcipiant, quod pro ſalute * ſua utiliter ejus fuerit injunctum.

* ſuſpenſionis vel excommunicationis.

* in religioſis hoc, &c.

* ſua ſorte ſit injunctum.

*VII. Ne novi cenſus imponantur eccleſiis.*

Cum in eccleſiæ corpore omnia debeant ex caritate tractari, & quod gratis receptum eſt, gratis impendi: horribile nimis eſt, quod in quibuſdam eccleſiis locum venalitas perhibetur habere, ita ut pro epiſcopis vel abbatibus, ſeu quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis ponendis in ſede, ſeu introducendis presbyteris in eccleſiam, necnon pro ſepulturis & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeu aliis ſacramentis, aliquid exigatur: & ille qui indiget, non poſſit iſta percipere, niſi manum implere curaverit largitoris. Putant plures ex hoc ſibi licere, quia legem * mortis de longa invaluiſſe conſuetudine arbitrantur: non ſatis, quia cupiditate cæcati ſunt, attendentes, quod tanto graviora ſunt crimina, quanto diutius animam infelicem tenuerint alligatam. Ne igitur hoc de cetero fiat, & vel pro perſonis eccleſiaſticis deducendis ad ſedem, vel ſacerdotibus inſtituendis, aut mortuis ſepeliendis, ſeu etiam nubentibus benedicendis, ſeu etiam aliis ſacramentis, aliquid exigatur, diſtrictius inhibemus. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, portionem cum Giezi ſe noverit habiturum: cujus tactum turpis muneris exactione imitatur. Prohibemus inſuper, ne novi cenſus ab epiſcopis vel abbatibus, aliiſve prælatis imponantur eccleſiis, nec veteres augeantur, nec partem redituum ſuis uſibus appropriare præſumant: ſed libertates, quas ſibi majores deſiderant conſervari, minoribus quoque ſuis bona voluntate conſervent. Si quis autem aliter egerit, irritum quod fecerit habeatur.

* Forte, moris. H

* Rei

*VIII. Ne eccleſiaſtica beneficia alicui promittantur antequam vacent.*

Nulla eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia, vel eccleſiæ, alicui tribuantur ſeu promittantur antequam vacent: ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cujus locum & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum. Cum enim id etiam in ipſis gentilium legibus inveniatur prohibitum: turpe nimis eſt & Divini plenum animadverſione judicii, ſi locum in Dei eccleſia futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam etiam damnare ipſi gentiles homines curaverunt. Cum vero præbendas eccleſiaſticas, ſeu quælibet officia, in aliqua eccleſia vacare contigerit, vel etiam ſi modo vacant, non diu maneant in ſuſpenſo, ſed infra ſex menſes perſonis quæ digne adminiſtrare valeant, conferantur. Si autem epiſcopus ubi ad eum ſpectaverit, conferre diſtulerit, per capitulum ordinetur. Quod ſi ad capitulum electio pertinuerit, & infra prædictum terminum hoc non fecerit: epiſcopus hoc ſecundum Deum cum virorum religioſorum conſilio exequatur. Aut ſi omnes forte neglexerint, metropolitanus de ipſis ſecundum Deum abſque illorum contradictione diſponat.

*IX. De eccleſia interdicta, & interdictorum ſepultura.*

Cum & plantare ſacram religionem, & plantatam fovere modis omnibus debeamus: nunquam hoc melius exequemur, quam ſi nutrire quæ recta ſunt, & corrigere quæ profectum veritatis impediunt, commiſſa nobis authoritate curemus. Fratrum autem & coepiſcoporum noſtrorum vehementi conqueſtione comperimus, quod fratres Templi & Ho

Hoſpitalis, alii quoque religioſæ profeſ- A ſionis, indulta ſibi ab apoſtolica ſede excedentes privilegia, contra epiſcopalem authoritatem multa præſumant, quæ & ſcandalum generant in populo Dei, & grave pariunt periculum animarum. Proponunt enim, quod eccleſias recipiant de manibus laicorum, excommunicatos & interdictos ad eccleſiaſtica ſacramenta & ſepulturam admittant, in eccleſiis ſuis præter eorum conſcientiam & inſtituant & amoveant ſacerdotes, & fratribus eorum ad eleemoſynas quærendas euntibus, cum indultum ſit eis, ut in adventu B eorum ſemel in anno eccleſiæ aperiantur, atque in eis Divina celebrentur officia, plures ex eis de una ſive diverſis domibus ad locum interdictum ſæpius accedentes, indulgentia privilegiorum in celebrandis officiis abutuntur, & tunc mortuos apud prædictas eccleſias ſepelire præſumunt. Occaſione quoque fraternitatum, quas in pluribus locis faciunt, robur epiſcopalis authoritatis enervant, dum contra eorum ſententiam ſub aliquorum privilegiorum obtentu munire cunctos intendunt, qui ad eorum fra- C ternitatem volunt accedere, & ſe conferre. In his, quia non tam de majorum conſcientia, vel conſilio, quam de minorum indiſcretione quorumdam excceditur: & removenda ea, in quibus excedunt; & quæ dubietatem faciunt, declaranda decrevimus. Eccleſias ſane & decimas de manu laicorum ſine conſenſu epiſcoporum, tam illos, quam quoſcumque alios, religioſos recipere prohibemus, dimiſſis etiam quas contra tenorem iſtum * moderno tempore receperunt: excommunicatos & nominatim in- D terdictos, tam ab illis, quam ab omnibus aliis, juxta epiſcoporum ſententiam, ſtatuimus evitandos. In eccleſiis ſuis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, inſtituendos presbyteros epiſcopis præſentent: ut eis quidem de plebis cura reſpondeant, ipſis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem: inſtitutos autem, epiſcopis inconſultis, non audeant removere. Si vero Templarii ſive Hoſpitalarii * ad eccleſiaſticum interdictum venerint: non niſi ſemel in anno ad eccleſiaſticum admittan- E tur officium, nec tunc ibi corpora ſepeliant * defunctorum. De * fraternitatibus hoc ſtatuimus, ut ſi non ſe prædictis fratribus omnino reddiderint, ſed in ſuis proprietatibus * duxerint remanendum, propter hoc ab epiſcoporum ſententia nullatenus eximantur: ſed poteſtatem ſuam in eos, ſicut in alios parochianos ſuos exerceant, cum pro ſuis exceſſibus fuerint corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum eſt, de aliis quoque religioſis, qui præſumptione ſua epiſcoporum jura præripiunt, & contra canonicas eorum ſententias & tenorem privilegiorum noſtrorum venire præſumunt, præcipimus obſervari. Si autem contra hoc inſtitutum venerint & eccleſiæ in quibus iſta præſumpſerint, ſubjaceant interdicto; & quod egerint, irritum habeatur.

* aliquo

* ad eccleſiam interdictam

* interdictorum

* confratribus.

* duxerint omnino remanendum.

### X. *Ne monachus vel alius religioſus recipiatur ſub pretio.*

Monachi non pretio recipiantur in monaſterio, non peculium permittantur habere, non ſinguli per villas & oppida, ſeu ad quaſcumque parochiales ponantur eccleſias: ſed in majori conventu, aut cum aliquibus fratribus maneant: nec ſoli inter ſæculares homines ſpiritualium hoſtium conflictionem expectent, Salomone dicente: *Væ ſoli, quia ſi ceciderit * non habet ſublevantem.* Si quis autem exactus, pro ſua receptione aliquid dederit, ad ſacros ordines non aſcendat. * Is autem qui acceperit, officii ſui * privatione mulctetur. Si vero peculium habuerit, niſi ei ab abbate pro injuncta fuerit adminiſtratione permiſſum, a communione removeatur altaris: & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat ſepulturam. Quod etiam de * diverſis religioſis præcipimus obſervari. Abbas etiam qui iſta diligenter non curaverit, officii ſui jacturam ſe noverit incurſurum. Prioratus quoque ſive obedientiæ, pretii datione nulli tradantur. Alioqui & dantes & accipientes a miniſterio fiant eccleſiaſtico alieni. Priores vero cum in conventualibus eccleſiis fuerint * conſtituti, niſi pro manifeſta cauſa & rationabili non mutentur, videlicet ſi fuerint dilapidatores, nec continenter vixerint, aut aliquid tale egerint, pro quo amovendi merito videantur: aut ſi etiam pro neceſſitate majoris officii, de * conſilio fratrum fuerint transferendi.

* non eſt qui ſublevet eum.

* Is vero qui eum receperit

* ſuſpenſione

* univerſis

* per electionem capitulorum ſuorum canonice fuerint inſtituti, nin &c.

* conſenſu

### XI. *Ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti focarias habeant.*

Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, qui mulierculas ſuas in domibus ſuis incontinentiæ nota tenuerint: aut abjiciant eas, & continenter vivant, aut ab officio & beneficio eccleſiaſtico fiant alieni. Quicumque incontinentia illa quæ contra naturam eſt, propter quam venit ira Dei in filios diffidentiæ, & quinque civitates igne conſumpſit, deprehenſi fuerint

A rint. laborare: ſi clerici fuerint, ejiciantur a clero, vel ad pœnitentiam agendam in monaſteriis detrudantur; ſi laici, excommunicationi ſubdantur, & a cœtu fidelium fiant prorſus alieni. Monaſteria præterea ſanctimonialium ſi quiſquam clericus, ſine manifeſta & neceſſaria cauſa, frequentare præſumpſerit, per epiſcopum arceatur: & ſi non deſtiterit, a beneficio eccleſiaſtico reddatur immunis.

*XII. Ne clerici præſumant ſæculares procurationes ſuſcipere.*

Clerici in ſubdiaconatu & ſupra, & in minoribus quoque ordinibus, ſi ſtipendiis eccleſiaſticis ſuſtententur, coram judice ſæculari * advocati in * negotiis fieri non præſumant, niſi propriam, vel eccleſiæ ſuæ cauſam fuerint proſecuti, aut pro miſerabilibus forte perſonis, quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt. Sed nec procurationes villarum, aut juriſdictiones etiam ſæculares ſub aliquibus principibus, vel ſæcularibus viris, ut juſtitiarii eorum fiant, clericorum quiſquam * aſſumere præſumat. Si quis adverſus hoc tentaverit, (quoniam contra doctrinam Apoſtoli eſt dicentis, *Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus*,) & ſæculariter agit: ab eccleſiaſtico fiat miniſterio alienus, pro eo quod officio clericali neglecto, fluctibus ſæculi, ut potentibus ſæculi placeat, ſe immergit. Diſtrictius autem decrevimus puniendum, ſi religioſorum quiſquam aliquid prædictorum audeat attentare.

* procuratores

* in negotiis ſæcularibus *alias*, forenſibus negotiis

* exercere

*Tim. 1.*

*XIII. Ne aliquis multas habeat eccleſias.*

Quia nonnulli modum avaritiæ non ponentes, dignitates diverſas eccleſiaſticas, & plures eccleſias parochiales contra ſacrorum canonum inſtituta nituntur acquirere, ita ut cum unum officium vix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vendicent plurimorum: ne id de cetero fiat, diſtrictius inhibemus. Cum igitur eccleſia, vel eccleſiaſticum miniſterium committi debuerit: talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam ejus per ſeipſum valeat exercere: quod ſi aliter fuerit actum, & qui receperit. Quod contra ſanctos canones accepit, amittat; & qui dederit, largiendi poteſtate privetur.

*XIV. De eodem.*

Quia in tantum jam quorumdam proceſſit ambitio, ut non duas, vel tres, ſed ſex aut plures eccleſias perhibeantur habere, nec duabus debitam poſſint proviſionem impendere: per fratres, & coepiſcopos noſtros cariſſimos emendari præcipimus, & de multitudine præbendarum canonibus inimica, quæ diſſolutionis materiam & vagationis inducit, & certum continet periculum animarum, eorum, qui eccleſiis digne valeant deſervire, volumus eccleſiaſticis beneficiis indigentiam ſublevari. Præterea, quia in tantum quorumdam laicorum proceſſit audacia, ut epiſcoporum authoritate neglecta, clericos inſtituant in eccleſiis, B & removeant etiam cum voluerint, poſſeſſiones quoque, atque alia bona eccleſiaſtica, pro ſua plerumque voluntate diſtribuant, & tam eccleſias ipſas quam earum homines, taliis, & exactionibus præſumant gravare: eos qui amodo iſta commiſerint, anathemate decernimus feriendos. Presbyter autem ſive clericus, qui eccleſiam per laicos ſine proprii epiſcopi authoritate receperit tenendam, communione privetur: & ſi perſtiterit, a miniſterio eccleſiaſtico & ordine deponatur. Sane quia laici quidam C eccleſiaſticas perſonas, & ipſos etiam epiſcopos, ſuo judicio ſtare compellunt: eos qui de cetero id præſumpſerint, a communione fidelium decernimus ſegregandos. Prohibemus etiam ne laici decimas cum animarum ſuarum periculo detinentes, in alios laicos poſſint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & eccleſiæ non * tradiderit, Chriſtiana ſepultura privetur.

* reddiderit.

*XV. De teſtamentis clericorum.*

D Cum in officiis caritatis, illis primo teneamur obnoxii, a quibus nos beneficium cognoſcimus accepiſſe: e contrario eccleſiaſtici quidam clerici, cum ab eccleſiis ſuis multa bona perceperint, bona per eccleſias acquiſita, in alios uſus præſumunt transferre. Hoc igitur quia & antiquis canonibus conſtat inhibitum, nos etiam nihilo minus inhibemus. Indemnitati itaque eccleſiarum providere volentes, ſive inteſtati deceſſerint, ſive aliis conferre voluerint, penes eccleſias eadem bona præcipimus remanere. E Præterea quoniam quidam in quibuſdam partibus ſub pretio ſtatuuntur, qui decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate epiſcopalem juriſdictionem exercent: præſenti decreto ſtatuimus, ut qui de cetero id præſumpſerit, officio ſuo privetur, & epiſcopus conferendi hoc officium poteſtatem amittat.

*XVI. De ordinatione eccleſiarum.*

Cum in cunctis eccleſiis, quod pluribus & ſenioribus fratribus viſum fuerit, incunctanter debeat obſervari: grave nimis, & reprehenſione eſt dignum, quod * quarumdam eccleſiarum pauci quandoque non tam de ratione, quam de propria voluntate ordinationem * multoties impediunt, & ordinationem eccleſiaſticam procedere non permittunt. Quocirca præſenti decreto ſtatuimus, ut niſi a paucioribus & inferioribus aliquid * rationabile fuerit oſtenſum, appellatione remota, ſemper prævaleat, & ſuum conſequatur effectum, quod a majori, & * ſeniori parte * capituli fuerit conſtitutum. Nec noſtram conſtitutionem impediat, ſi forte aliquis ad conſervandam eccleſiæ ſuæ conſuetudinem, juramento ſe dicat adſtrictum. Non enim dicenda ſunt juramenta, ſed potius perjuria, quæ contra utilitatem eccleſiaſticam, & ſanctorum patrum veniunt inſtituta. Si autem hujuſmodi conſuetudines, * quæ ratione juvantur, & ſacris congruunt inſtitutis, irritare * præſumpſerit: donec congruam egerit pœnitentiam, a Dominici corporis perceptione fiat alienus.

* per quaſdam eccleſias.
multorum.
* rationabiliter objectum fuerit & oſtenſum appellatione remota.
* ſaniori conſilii.
* quæ nec ratione juvantur, nec ſacris, &c.
* jurare.

*XVII. De præſentatione clericorum.*

Quoniam in quibuſdam locis eccleſiarum fundatores, aut hæredes eorum, poteſtate in qua eos eccleſia hucuſque ſuſtinuit, abutuntur: & cum in eccleſia Dei unus debeat eſſe qui præſit, ipſi plures ſine reſpectu ſubjectionis eligere moliuntur: & cum una eccleſia unius debeat eſſe rectoris, pro ſua defenſione plurimos repræſentant. Quocirca præſenti decreto ſtatuimus, ut ſi forte in plures partes fundatorum ſe vota * diffuderint, ille præficiatur eccleſiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur & probatur aſſenſu. Si autem hoc ſine ſcandalo fieri nequiverit, ordinet antiſtes eccleſiam, ſicut melius ſecundum Deum viderit ordinandam. Idipſum etiam faciat, ſi de jure patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos, & cui competat, infra * tres menſes non fuerit definitum.

* diviſerint.
quatuor.

*XVIII. Ut prælati provideant magiſtris ſcholarum neceſſaria.*

Quoniam eccleſia Dei, & in iis quæ ſpectant ad ſubſidium corporis, & in iis quæ ad profectum veniunt animarum, indigentibus ſicut pia mater providere tenetur: ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non poſſunt, legendi, & proficiendi opportunitas ſubtrahatur, per unamquamque eccleſiam cathedralem magiſtro, qui clericos ejuſdem eccleſiæ, & ſcholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium aſſignetur, quo docentis neceſſitas ſublevetur, & diſcentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque reſtituatur eccleſiis ſive monaſteriis, ſi retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum. Pro licentia vero docendi nullus pretium exigat, vel ſub obtentu alicujus conſuetudinis, ab iis qui docent, aliquid quærat: nec docere quempiam, petita licentia, qui ſit idoneus, interdicat. Qui vero contra hoc venire præſumpſerit, a beneficio eccleſiaſtico fiat alienus. Dignum quidem eſſe videtur, ut in eccleſia Dei fructum laboris ſui non habeat, qui cupiditate animi vendit licentiam docendi * eccleſiarum profectum nititur impedire.

* eccleſiaſticum.

*XIX. Ne laici imponant eccleſiis onera.*

Non minus pro peccato eorum qui faciunt, quam pro illorum detrimento, qui ſuſtinent, grave nimis eſſe dignoſcitur, quod in diverſis partibus mundi rectores, & conſules civitatum, nec non & alii qui poteſtatem habere videntur, tot eccleſiis frequenter onera imponunt, & ita gravibus eas crebriſque exactionibus premunt, ut deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium videatur, quam ſub Pharaone fuerit, qui Divinæ legis notitiam non habebat. Ille quidem, omnibus aliis ſervituti ſubjectis, ſacerdotes ſuos, & eorum poſſeſſiones in priſtina libertate dimiſit, & de publico eis alimoniam miniſtravit. Iſti vero univerſa fere onera ſua imponunt eccleſiis, & tot angariis eas affligunt, ut illud eis, quod Jeremias deplorat, competere videatur: *Princeps provinciarum facta eſt ſub tributo.* Sive quidam foſſata, ſive expeditiones, ſive quælibet ſibi arbitrentur agenda: de bonis eccleſiarum, clericorum, & pauperum Chriſti uſibus deputatis cuncta volunt fere * compilari. Juriſdictionem etiam & authoritatem epiſcoporum, & aliorum prælatorum ita evacuant, ut nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe. Super quo dolendum eſt pro eccleſiis: dolendum etiam nihilo minus & pro ipſis, qui timorem Dei & eccleſiaſtici ordinis reverentiam videntur penitus abjeciſſe. Quocirca ſub anathematis diſtrictione ſeverius prohibemus, ne de cetero talia præſumant attentare, niſi epiſcopus & clerus tantam neceſſitatem, vel utilitatem

Gen. 47.
Thren. 1.
* complere.

ANNO CHRISTI 1179.

tem aſpexerint, * ut abſque ulla coa- A ctione, ad relevandas communes * neceſſitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda. Si autem conſules, aut alii, de cetero id præſumpſerint, & commoniti deſiſtere forte noluerint: tam ipſi, quam eorum fautores, excommunicationi ſe noverint ſubjacere: nec communioni fidelium reddantur, niſi ſatisfactionem fecerint competentem.

* ut abſque ulla exactione. * utilitates vel neceſſitates

*XX. Ne torneamenta fiant.*

B

Felicis memoriæ papæ Innocentii & Eugenii prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, deteſtabiles illas nundinas vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto venire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ temere congrediuntur, unde mortes hominum & animarum pericula ſæpe proveniunt, fieri prohibemus. Quod ſi quis eorum ibidem mortuus fuerit quamvis ei poſcenti venia non negetur: eccleſiaſtica tamen careat ſepultura.

Concilium Lateran. ſub Innoc. II can. 14.

*XXI. De treuguis ſervandis.*

Treuguas a quarta feria poſt occaſum Solis uſque ad ſecundam feriam in ortum Solis, & ab adventu Domini uſque ad octavas Epiphaniæ, & a Septuageſima uſque ad octavas Paſchæ, ab omnibus inviolabiliter obſervari præcipimus. Si quis autem treuguam frangere tentaverit: poſt tertiam commonitionem, ſi non ſatisfecerit, epiſcopus ſuus ſententiam excommunicationis dictet in eum, D & ſcriptam vicinis epiſcopis annunciet: quorum nullus excommunicatum in communionem ſuſcipiat: immo * ſcriptam ſuſceptam ſententiam quiſque confirmet. Si quis autem hoc violare præſumpſerit, ordinis ſui periculo ſubjaceat. Et quoniam *funiculus triplex non facile rumpitur*: præcipimus, ut epiſcopi ſolum Dei & ſalutis populi habentes reſpectum, omni * tepiditate ſepoſita, ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium & auxilium præſtent: neque hoc alicujus amore vel odio prætermittant. Quod ſi quis in * opere Dei tepidus fuerit inventus, damnum dignitatis ſuæ incurrat.

* ſ. ſcripto. Eccl. 4. * cupiditate, alias trepiditate * hoc opere.

*XXII. De pace ſervanda.*

Innovamus ut presbyteri, monachi, clerici, converſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes & redeuntes, & in agricultura exiſtentes, & animalia * quæ ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur. Nec quiſquam * alicui novas pedagiorum exactiones ſine * authoritate regum & principum conſenſu ſtatuere, aut ſtatutas de novo tenere, aut veteres augmentare aliquo modo, temere præſumat. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, & commonitus non deſtiterit: donec ſatisfaciat, communione careat Chriſtiana.

* quibus arant, & ſeminant. * alicui. * authoritate & conſenſu regum & principum ſtatuere.

*XXIII. Leproſi ſibimetipſis privatam habeant eccleſiam & cœmeterium.*

Cum dicat Apoſtolus, abundantiorem honorem membris infirmioribus deferendum: eccleſiaſtici quidam quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, quærentes, leproſis, qui cum ſanis habitare non poſſunt & ad eccleſiam cum aliis convenire, eccleſias & cœmeteria non permittunt habere, nec proprii juvari miniſterio ſacerdotis. Quod quia procul a pietate Chriſtiana eſſe dinoſcitur, de benignitate apoſtolica conſtituimus: ut ubicumque tot ſimul ſub communi vita fuerint congregati, * qui eccleſiam cum cœme- C terio conſtituere, & proprio gaudere valeant presbytero, ſine contradictione aliqua permittantur habere. Caveant tamen, ut injurioſi veteribus eccleſiis de jure parochiali nequaquam exiſtant. Quod namque eis pro pietate conceditur, ad aliorum injuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de hortis & nutrimentis animalium ſuorum decimas tribuere non cogantur.

* quot

*XXIV. Prohibentur Chriſtiani ne ſerviant Saracenis.*

Ita quorumdam animos occupavit ſæva cupiditas, ut cum glorientur nomine Chriſtiano, Saracenis arma, ferrum, & lignamina galearum deferant, & pares eis, aut etiam ſuperiores in malitia fiant, dum ad impugnandos Chriſtianos, arma eis & neceſſaria ſubminiſtrant. Sunt etiam, qui pro ſua cupiditate in galeis & piraticis Saracenorum navibus regimen & curam gubernationis exercent. Tales igitur a communione ec- E cleſiæ præciſos, & excommunicationi pro ſua iniquitate ſubjectos, & rerum ſuarum, per ſæculi principes catholicos & conſules civitatum, privatione mulctari, & capientium ſervos, ſi capti fuerint, fore cenſemus. Præcipimus etiam, ut per eccleſias maritimarum urbium crebra & ſolemnis excommunicatio proferatur in eos. Excommunicationis quoque pœnæ ſubdantur, qui Romanos aut alios Chriſtianos, pro negotiatione vel aliis cauſis honeſtis navigio vectos, aut ca

ANNO CHRISTI 1179.

capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumunt. Illi etiam qui Chriſtianos naufragia patientes, quibus ſecundum regulam fidei auxilio eſſe tenentur, damnanda cupiditate rebus ſuis ſpoliare præſumunt, niſi ablata reddiderint, excommunicationi ſe noverint ſubjacere.

### *XXV. Ne manifeſtus uſurarius recipiatur ad communionem altaris.*

Quia in omnibus fere locis * tantum uſurarum ita inolevit, ut multi aliis negotiis prætermiſſis, quaſi licet uſuras exerceant, & qualiter utriuſque teſtamenti pagina condemnentur, nequaquam attendat: ideo conſtituimus, ut uſurarii manifeſti nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam. Sed nec eorum oblationem quiſquam accipiat. Qui autem acceperit, aut eos Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ: & ea quæ acceperit, reddere compellatur; & donec ad arbitrium ſui epiſcopi ſatisfaciat, ab officii ſui maneat executione ſuſpenſus.

* ſ. crimen

### *XXVI. Ne Chriſtiani habitent cum Judæis vel Saracenis.*

Judæi ſive Saraceni nec ſub alendorum * puerorum obtentu, nec pro ſervitio, nec alia qualibet cauſa, Chriſtiana mancipia in domibus ſuis permittantur habere. Excommunicentur autem, qui cum eis præſumpſerint habitare. Teſtimonium quoque Chriſtianorum adverſus Judæos in omnibus cauſis, cum illi adverſus Chriſtianos teſtibus ſuis utantur, recipiendum eſſe cenſemus: & anathemate decernimus feriendos, quicumque Judæos Chriſtianis voluerint in hac parte præferre, cum eos ſubjacere Chriſtianis oporteat, & ab eis pro ſola humanitate foveri. Si qui præterea Deo inſpirante ad fidem ſe converterint Chriſtianam, a poſſeſſionibus ſuis nullatenus excludantur: cum melioris conditionis converſos ad fidem eſſe oporteat, quam antequam fidem acceperunt, habebantur. Si autem ſecus factum fuerit, principibus vel poteſtatibus eorumdem locorum ſub pœna excommunicationis injungimus, ut portionem hæreditatis & bonorum ſuorum ex integro eis faciant exhiberi.

* puerorum ſuorum

### *XXVII. De hæreticis.*

Sicut ait beatus Leo, licet eccleſiaſtica diſciplina ſacerdotali contenta judicio, cruentas non * efficiat ultiones: catholicorum tamen principum conſtitutionibus adjuvatur, ut ſæpe quærant homines ſalutare remedium, dum corporale ſuper ſe metuunt evenire ſupplicium. Eapropter, quia in Gaſconia, Albegeſio, & partibus Toloſanis, & aliis locis, ita hæreticorum, quos alii Catharos, alii * Patrinos, alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perverſitas, ut jam non in occulto, ſicut aliqui, nequitiam ſuam exerceant, ſed ſuum errorem publice manifeſtent, & ad ſuum conſenſum ſimplices attrahant, & infirmos: eos, & defenſores eorum, & receptores, anathemati decernimus ſubjacere: & ſub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terra ſua tenere, vel fovere, vel negotiationem cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerint, non ſub noſtrorum privilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec ſub aliacumque occaſione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter Chriſtianos recipiant ſepulturam. De * Brabantionibus & Aragonenſibus, Navarriis, * Baſcolis, Coterellis & Triaverdinis, qui tantam in Chriſtianos immanitatem exercent, ut nec eccleſiis, nec monaſteriis deferant, non viduis, & pupillis, non ſenibus, & pueris, nec cuilibet parcant ætati, aut ſexui, ſed more paganorum omnia perdant, & vaſtent: ſimiliter conſtituimus, ut qui eos conduxerint, vel tenuerint, vel foverint per regiones, in quibus taliter debacchantur, in Dominicis, & aliis ſolemnibus diebus * per eccleſias publice denuncientur, & eadem omnino ſententia & pœna cum prædictis hæreticis habeantur adſtricti, nec ad communionem recipiantur eccleſiæ, niſi ſocietate illa peſtifera, & hæreſi abjuratis. Relaxatos autem ſe noverint a debito fidelitatis & hominii, ac totius obſequii: donec in tanta iniquitate permanſerint quicumque illis aliquo * peccato tenentur annexi. Ipſis autem, cunctiſque fidelibus, in remiſſionem * peccatorum injungimus, ut tantis cladibus, ſe viriliter opponant, & contra eos armis populum Chriſtianum tueantur. Confiſcenturque eorum bona, & liberum ſit principibus, hujuſmodi homines ſubjicere ſervituti. Qui autem in vera pœnitentia ibi deceſſerint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ ſe non dubitent percepturos. Nos etiam de miſericordia Dei, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, fidelibus Chriſtianis, qui contra eos arma ſuſceperint, & ad eorum epiſcoporum, ſeu aliorum prælatorum conſilium, ad eos decertando * expugnandos, biennium de pœnitentia injuncta

Sanctus Leo epiſt. 4.
* effugiat
* Patarenos
* Brabanconibus
* Baſchis
* publice excommunicati denuncientur.
* pacto
* omnium peccatorum
* ad eos certaverint expugn.

ANNO CHRISTI 1179.

…cta relaxamus: aut ſi longiorem ibi moram habuerint, epiſcoporum diſcretioni, quibus hujus rei * cauſa fuerit injuncta, committimus, ut ad eorum arbitrium, ſecundum modum laboris, major eis indulgentia tribuatur. Illos autem, qui admonitioni epiſcoporum in hujuſcemodi parte parere contempſerunt, a perceptione corporis & ſanguinis Domini jubemus fieri alienos. Interim vero eos, qui ardore fidei ad eos expugnandum, laborem * juſtum aſſumpſerint, ſicut eos, qui ſepulchrum Dominicum viſitant, ſub eccleſiæ defenſione recipimus, & ab univerſis inquietationibus, tam in rebus, quam in perſonis, ſtatuimus manere ſecuros. Si vero quiſpiam veſtrum præſumpſerit eos moleſtare, per epiſcopum loci excommunicationis ſententia feriatur: & tamdiu ſententia ſervetur ab omnibus, donec & ablata reddantur, & de illatis damnis congrue iterum ſatisfaciat. Epiſcopi vero, ſive presbyteri, qui talibus fortiter non reſtiterint, officii ſui privatione mulctentur, donec miſericordiam apoſtolicæ ſedis obtineant.

* cura

* iſtum

## ACTA CONCILII
### LATERANENSIS III.
#### EX VARIIS AUCTORIBUS COLLECTA.

Quæ hic edimus ſub actorum nomine omnia Binius in notas ſuas conjecerat atque inde petita profitemur.

MATTHÆUS *Pariſus ad annum* MCLXXIX. Eodem, *inquit*, anno habitum eſt concilium generale trecentorum* & decem epiſcoporum, XIV. Kal. April. in patriarchio Lateranenſi, cui præſedit dominus papa Alexander III. Cujus ſtatuta omni laude digniſſima ſub viginti octo, quæ ſequuntur, capitulis continentur. De electione ſummi pontificis. De hæreticis Albigenſibus, & diverſis eorum appellationibus. De ruptariis & Brebantiis prædonibus, qui fideles affligunt. Quod nullus promoveatur in epiſcopum vel ad aliquem ordinis gradum, niſi legitimæ ſit ætatis, & de legitimo matrimonio ſuſceptus. Ne viventibus perſonis eccleſiæ conferantur, nec illis defunctis, niſi ultra ſex menſes vacent. De appellationibus. Ne intra ſacros ordines conſtituti, vel qui eccleſiaſticis ſuſtentantur ſtipendiis, rebus ſe immiſceant ſæcularibus. De treguis ſtatuendis, & temporibus treguarum. Quod clerici unam habeant tantum eccleſiam: & quod epiſcopus, ſi aliquem ſine certo ordinaverit titulo, tamdiu neceſſaria inveniat, donec ei in aliqua eccleſia ſtipendia aſſignet. Ne patroni vel quilibet laici eccleſias opprimant, aut eccleſiaſticas perſonas. Ne Judæi vel Saraceni Chriſtiana mancipia permittantur habere: ſed ad fidem Chriſti ſi converti voluerint, a poſſeſſoribus ſuis nullatenus excludantur. Ut leproſi, ſi excluduntur a cohabitatione hominum, oratorium habeant & proprium ſacerdotem. Ne bona eccleſiaſtica in uſus alios convertantur: nec decani pro certa pecuniæ quantitate juriſdictionem exerceant epiſcopalem. Ut in electionibus vel eccleſiaſticis ordinationibus conſequatur effectum, quod a majoris & ſenioris concilii parte fuerit conſtitutum. Quod uſurarii manifeſti ad communionem altaris non admittantur, nec Chriſtianam habeant ſepulturam. Ut agricolæ & viatores, & omnia quæ ſua ſunt, plena ubique pace & ſecuritate lætentur. Ut ordinationes a ſchiſmaticis factæ, irritæ habeantur & inanes, & beneficia ab eis collata revocentur. Ne pro eccleſiaſticis inſtituendis perſonis, ſeu mortuis ſepeliendis, aut nubentibus benedicendis, vel aliis eccleſiæ ſacramentis, aliquid exigatur. Ne viri religioſi vel quilibet alii, eccleſias vel decimas præſumant de manu ſuſcipere laicorum, ſine authoritate epiſcoporum: & non niſi ſemel in anno Templarii ſive Hoſpitalarii eccleſias ſub interdicto poſitas aperiant, nec corpora ſepelire tunc præſumant. Ne quis interventu pecuniæ habitum religionis uſurpare præſumat, nec converſis peculium habeat, nec facti prælati non niſi pro dilapidatione vel incontinentia degradentur. Ne Chriſtiani Saracenis arma vendant: nec patientes naufragium quiſquam ſpoliare præſumat. Ut clerici intra ſacros ordines conſtituti, continenter vivant, & ſi illa incontinentia, quæ contra naturam ſit, deprehenſi fuerint laborare, excommunicentur, & a clero abjiciantur. Ut archiepiſcopi parochias vel eccleſias viſitantes, quadraginta vel quinquaginta equorum numero ſint contenti; epiſcopi, viginti vel triginta; legati, vigintiquinque; archidiaconi, quinque vel ſeptem; decani, duarum evectionum numerum non excedant. Ut nullus torneamenta exercere præſumat, & mortui in torneamentis Chriſtiana careant ſepultura. Quod unaquæque cathedralis eccleſia magiſtrum habeat, qui pauperes ſcholares & alios doceat, nec pro licentia docendi aliquis pretium exigat. Ut prælati unam tantum regant eccleſiam, & quod patroni ab eccleſiis in ſuo fundo conſtitutis exactiones non faciant. Ne epiſcopi ſeu viri eccleſiaſtici ſtare compellantur judicio laicorum, nec laici laicis decimas conferre præſumant. Si quis ab aliquo commodata pecunia poſſeſſiones in pignus acceperit, ſi deductis expenſis ſortem ſuam receperit ex fructibus poſſeſſionis, pignus reſtituat debitori.

*Præter ea quæ ſupra commemoravi, Rogerus iſta habet*: Congregatis itaque univerſis, quos ſupra recenſui, epiſcopis, Romæ in præſentia domini papæ Alexandri: ipſe papa in Lateranenſi eccleſia in eminentiore loco cum cardinalibus ſuis & præfectis & ſenatoribus & conſulibus Urbis conſtitutus, feria ſecunda tertiæ hebdomadæ Quadrageſimæ, quæ tertio Nonas Martii evenit, primum concilii ſui diem celebravit quarta feria ſequentis hebdomadæ, quæ ſecundo Idus Martii evenit. In quo concilio Willelmus Remenſis archiepiſcopus, factus eſt cardinalis ad titulum S. Sabinæ: & Henricus abbas Clarævallenſis, factus eſt epiſcopus cardinalis Albanenſis: & Dominus papa tertium diem concilii ſui celebravit ſecunda feria ante Dominicam in ramis palmarum, quæ decimo quarto Kalndas Aprilis evenit. In quibus hæc decreta ſubſcripta generaliter obſervanda conſtituit:

*De Romano Pontifice eligendo.*

Licet de vitanda diſcordia, &c.

*Prout ſupra habentur, niſi quod ordo capitulorum ſit hic alius. Circa finem ultimi capituli iſta ſubjungit:*

His itaque decretis promulgatis, & ab univerſo clero ac populo circumſtante receptis, epiſcopi & ceteri viri eccleſiaſtici, qui convenerant, cum

ANNO CHRISTI 1179.

cum munere benedictionis licentiam repatriandi A
accipere meruerunt.

*Hæc Rogerus de actis concilii Lateranenſis.*

*In hoc eodem concilio Lateranenſi epiſcopi illi
Germaniæ, & alii qui contra Alexandrum ſecuti
fuerant imperatorem ſchiſmaticum, ſchiſma abdi-
canter, veniam ſupplices poſtularunt, hac forma
præſcripta:*

Ego N. anathematizo, & recuſo omnem hæ-
reſum extollentem ſe adverſus ſanctam Romanam
eccleſiam catholicam, præcipue vero ſchiſma
Octaviani, Guidonis, & Joannis, & ordinatio-
nes eorum irritas judico, & eis contradico, &
modo inantea me obediturum juro, & promitto
fidelitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & domino
meo Alexandro, & ſucceſſoribus ejus juſte in- B
trantibus: ipſique ſerviam abſque omni malo in-
genio contra omnem hominem ſecundum ordi-
nem meum. Conſilia ejus, quæ mihi ſcripto
certo mandaverit, vel ipſe commiſerit, nulli ho-
minum pandam, nec etiam pro periculo corpo-
ris, atque membrorum: legatum eccleſiæ Roma-
næ honorabo, & ducam & reducam, & juvabo
expenſis. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta
evangelia. His vero verbis dabantur pallia ipſis:
In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti,
& in honorem Dei genitricis, & in honorem
apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctæ eccleſiæ
Romanæ, & domini Papæ Alexandri, tradimus
tibi pallium, ſumptum de beatiſſimo corpore
Petri apoſtoli, ut eo utaris in confectione ſacra- C
mentorum, & corporis & ſanguinis Domini,
& conſecratione eccleſiarum & chriſmatis, &
ordinatione clericorum, & celebratione ſynodo-
rum, ſecundum eccleſiæ tuæ conſuetudinem.

Albertus Stadenſis in chron. & apud Crantzium eccleſ. hiſt. Sax. lib. … c. 31.

*Quæ præterea in eodem concilio tranſacta ſunt
cum Germanis, Helmoldus ſic narrat hujus tempo-
ris author:* Pergebant illuc multi ordinati a
ſchiſmaticis, ſperantes ſe gratiam apoſtolici in-
venire, & mitras exequendi officii ab eo conſe-
qui. Præcipue autem de eccleſia Halberſtadenſi,
quæ per Geronem nimis demembrata erat, tam
monachi, quam clerici, clementiam apoſtolicæ
ſedis adierunt. In qua profectione præcipue erat
abbas Theodericus de * Hilſeneburg, quia fere
omnis congregatio monachorum ſuorum in ſali- D
cibus organa ſua ſuſpenderant, exceptis paucis
ſenioribus, qui ante ſchiſma ordinati fuerant.
Cumque omni inſtantia inſtarent, pulſantes apo-
ſtolicam pietatem: tandem de ordinatis Geronis
diſpenſatum eſt, ut quia idem Gero non a ſchiſ-
matico, ſed a catholico, Hartvvico videlicet
Bremenſi archiepiſcopo, ordinatus fuerat, ordi-
nati ejus per gratiam apoſtolicam in ordinibus
ſuis perſiſterent, & ad majores per benedictio-
nem aſcenderent. Ipſe etiam Gero hanc obti-
nuit gratiam, ut officium pontificale in omni lo-
co libere exequeretur, ut in epiſcopatu Halber-
ſtadenſi. Venit etiam illuc dominus Bertoldus
Bremenſis electus, in promotione officii ſui ſu-
ſcepturus apoſtolicam benedictionem. Quem do- E
minus Papa benigne ſuſcipiens, de promotione
ejus inſtantiſſime tractare cœpit. Ipſi etiam om-
nem honorem deferebat, ita ut in concilio præ-
latorum cathedram ſuam inter ſummos pontifi-
ces collocaret, & eum inſulatum coram ſe re-
ſidere faceret. Cumque in proximo ſabbato pro-
movendus eſſet in ſacerdotem, & ſequenti Do-
minica in epiſcopum: feria ſexta ad veſperam
venit nuncius ducis Henrici, Otto præpoſitus,
qui erat acerrimus perorator: & quia idem no-
tus erat ſummo ſacerdoti, ſtatim intravit ad ip-
ſum. Mane autem facto, cum ſe Bremenſis ele-

Helmoldus chron. lib. 2. cap. 28.

* Ilſemburg.

A ctus ad ſuſcipiendos ordines præpararet, & ei
Humbaldus cardinalis, qui poſt Alexandrum fa-
ctus eſt Lucius, in quo ſumma conſilii Romanæ
eccleſiæ pendebat, præparaturam ſuam, eo quod
inhoneſtior non eſſet, deputaſſet, dictum eſt a
cubiculariis domini Papæ: Veniant Bremenſes.
Venit igitur dominus electus cum ſuis, & do-
minus apoſtolicus egreſſus de cubiculo ſuo dixit
ad eum: Frater, quia infra ſacros ordines ad
honorem pontificatus electus es, caſſamus ele-
ctionem tuam. Cumque quidam aſtantium dice-
rent: Domine, meminerit pietas veſtra, quod
electionem ipſius approbaverit: Apoſtolicus in
cubiculum unde egreſſus fuerat, reverſus eſt:
Bertoldus autem non ſine rubore diſceſſit.

B *Sed petamus acta ipſa narrata diffuſius apud Al-
bertum abbatem Stadenſem, ſed male anno ſequen-
ti, a quo & ſumpſere alii recentiores, his verbis:*
Bremenſis eccleſia tum quoque innovabat ponti-
ficem. Nam anno Chriſti ſeptuageſimo octavo
poſt milleſimum centeſimum, Balduinus exceſſit
humanis rebus, cum ipſa die eſſet ſuæ depoſitio-
nis litteras a Romano pontifice accepturus. Et
quidam Bertoldus vir inſignis litteraturæ eligitur,
ut præveniatur Henrici ducis molitio. Solus Ot-
to præpoſitus ab hac electione appellabat, præ-
tendens Sifredum marchionis Alberti filium, epi-
ſcopum jam dudum Brandeburgenſem, in eam
ſedem ſuſtolli: quod etiam poſt multa provenit.
Aſcenderat Bertoldus electus ad concilium Late-
C ranenſe, quod Romæ audierat congregari, peti-
vitque conſecrationem, certiſſimus ſpei, quod
omnia ex voto conſequeretur. Sed pridie ſederat
in concilio inter epiſcopos inſulatus, cum tamen
non eſſet presbyter, unde magnam contraxit in-
vidiam. Aderat illi quidam magiſter Gerardus,
qui pro illo allegabat in concilio his verbis: Do-
mine pater, ecce Bremenſis eccleſia concordi &
unanimi voto offert tibi ſponſum ſuum magi-
ſtrum Bertoldum virum utique dignum & mori-
bus approbatum, ſcientia decoratum, liberalibus
artibus inſtructum, utriuſque teſtamenti pagina
eruditum, decretorum & legum induſtria peri-
tum, virum, ut apparet, perſonatum canonice,
& ſine contradictione electum: petitque a te ho-
D die accipere gradum ſacerdotii, & cras epiſcopa-
lem benedictionem.

Papa breviter ad hæc: Credimus tibi dicenti,
magiſter, ſed ſcriptum eſt: *Manum nemini cito* 1. Tim. 5.
*impoſueris.* Loquamur cum fratribus noſtris, au-
diamus formam electionis. Examinantur Bremen-
ſes per duos cardinales, Rainerium Papienſem,
& Joannem Neapolitanum, & inventi ſunt diſ-
cordare. Papa in conſiſtorio ſuo ſententiam di-
xit: Fratres, vidimus electum veſtrum: placet
ſcientia, placet eloquentia, placent etiam (quan-
tum novimus) mores: verum modus electionis
diſplicet, præſertim quia eſt infra ſacros ordi-
nes, non dico ſubdiaconatum, ſed acoluthatum,
electus, quo gradu ſecundum rigorem juris licet
E contrahere matrimonium: quod canonicis obviat
inſtitutis. Appellationem quoque ſuper hoc fa-
ctam audivimus, quam coactus eſt reſignare ap-
pellator: inſuper ſe denuo fecit eligi, & ſecunda
electio caſſavit primam. Præterea electus veſter
ante ſacros ordines accepit regalia de manu im-
peratoris. Hæc non admittunt diſpenſationem de
facili: & alia quæ præterimus. Inde eſt, quod
electionem veſtram infirmam & irritam pronun-
ciamus. Data ſententia, volenti loqui depoſito
non eſt data audientia: ſed oſtiarii clamabant:
Levate, andate, andate, andate. *Hactenus acta
concilii in cauſa Bremenſis electi.*

Spe-

ANNO CHRISTI 1179.

*Spectant ad ejuſdem Romani concilii acta, quod Græcorum ſchiſmaticorum legatus Nectarius abbas, eadem qua venit animi indurata nequitia atque perverſitate, inflexus & obſtinatus, poſt prolixas diſputationes eſt reverſus ad ſuos, a quibus tamquam in Olympiacis victor eſt receptus. Significans iſta litteræ, quas ad ipſum tunc temporis dedit Georgius Corcyræ epiſcopus, & ipſe eadem fuligine tinctus, & morbo affectus, his verbis:*

*Sapientiſſimo præpoſito ſancti monaſterii Caſulorum, & meo dilecto fratri in ſpiritu domino Nectario Georgius Corcyræ metropolita & tuarum precum egens.*

QUÆRUNT multi cur tu, optime Nectari, & ego tanto tempore taceamus, qui priores illas frequentes noſtras mutuas litteras noverunt, ac illas tribuunt amori illi, qui ex mutua aliqua neceſſitate oriri ſolet: & hac de cauſa intermiſſas litteras autumant, quaſi amicitiæ noſtræ vincula ſint diſrupta. Ego vero iis, qui a me hæc ſciſcitantur, illud reſpondere ſoleo: An non habemus facultatem uterque noſtrum tacendi, & loquendi? Vel, utrum ad ſcientiæ oſtentationem id facere oportet, inſtar garrularum avium? Aut quemadmodum in Dodona quondam æs illud perpetuo tempore tinniebat, ita & nobis etiam faciendum? Vel utrum ſolus ego & Nectarius debemus loquendi ſtudio navare operam? Cum præſertim Sapientem nobis præcipientem audiamus, quod ſapientium labia obſtringuntur ſilentio, & ſuo tempore clauduntur opportune, & aperiuntur: & quod vir prudens ſilentium voveat, & linguæ frœnum imponit, ne huc illuc deferatur. Sunt enim hæc tempora valde periculoſa, & præcipitiorum plena. Hæc equidem reſpondere ſoleo illis, qui ſilentii noſtri impatientes cauſas ſcire contendunt.

Ipſi vero non abſtinent propterea, quin potius inſtantius nos urgent, hujuſmodi verbis: Dic nobis, domine, utrum ferendum & tolerabile tibi videtur, ſapientiſſimi Nectarii ſilentium ulterius progredi? Utrum tibi videtur honeſtum, ut nos nihil audiamus de illius profectione ad urbem magnæ gloriæ Romam? vel de ejus impetuoſo quodam motu a Deo concitato? Dum fama per noſtras diſcurrit aures, quod ipſe Nectarius ita ingenue & intrepide ſe geſſerit ibi cum adverſariis, ut omnino non quaſi judicandus, ſed judicaturus potius, & damnaturus acceſſerit pravos hæreticorum errores. Gladius enim factus eſt, veritatem ſegregans a mendacio, & ignis accenſus eſt, qualem venit ut poneret ſuper terram Chriſtus Dominus, qui depravantes dogmata foret combuſturus, & eos, qui veritati accederent, illuminaturus, nec non refrigeraturus: ut utrique parti admirabilis apparuerit; alteri quidem, quod tale a Deo firmamentum obtinuerit, alteri vero, quod quaſi eſſet libra quædam, & gnomon exquiſitus, eorum cogitationes obliquas correxerit. Cum inde fuerit reverſus, & quaſi alter olympionices multis ornatus venerit coronis & præmiis, oporteret, ut ipſe nobis non invideret, & ſuarum jucundiſſimarum narrationum nos participes faceret, quandoquidem ab ejus aſpectu, & loco ſuorum certaminum, ita longe abſuimus. Ita quidem alius hinc, alius aliunde, magna cum inſtantia mecum contendunt. Ego vero cum non valeam quidquam reſpondere adeo validis objectionibus, eo devenio, ut omnino obmuteſcam, nec poſſim effugere captiones eorum, qui nec ceſſabunt, niſi tu ipſe nectarea tua aperueris labia, & narraveris ea, quæ coram vertice illo apoſtolis comparando, ſummo videlicet pontifice, & cum reliquo corpore illius quæ ibi eſt eccleſiæ, optime diſſerueris, & certaveris propoſitum tibi certamen, curſum conſummaveris, & fidem ſervaveris, ut repoſita corona juſtitiæ tibi ſit merito expectanda, quam tibi reddet pulcherrimam in extremis temporibus juſtus judex Dominus, qui certamina proponit & præmia ſervis ſuis ut par eſt. Me vero, qui jam de ſalute corporis deſperavi mei, præ gravitate dolorum, qui me nimis angunt: vel ab his doloribus liberet Deus tandem, vel me doceat æquo illos animo ferre, ſi ſua ſumma providentia, ut hæc patiar, conducibilius mihi fore decrevit. Saluta meo nomine dominum Joannem.

*Hæc ex codice Metiano, ex quo ad eumdem Nectarium, quæ ejuſdem Georgii epiſcopi Corcyræ brevior extat, epiſtolam deſcribamus: delectat quippe audire Græcum antiquitatis Atticæ quidpiam redolentem, utinam & pietatis:*

*Sapientiſſimo domino & dilecto fratri præpoſito ſanctiſſimi monaſterii Caſulorum domino Nectario minimus metropolita Georgius.*

FELICITATEM hanc judico quovis lucro majorem, quod tuæ ſim vicinus ſanctitati, & permaneam in extrema hujus maris ora, & aliud mare, virtutis ſcilicet, & ſapientiæ, & doctrinæ, venerandum caput tuum repererim. Si enim ſegregatus ego a ſancto illo Athenarum præſule, multis rerum viciſſitudinibus hinc inde jactatus ſum: habeo ſaltem te portum multiplicis conſolationis & refrigerii. Et licet nos ab invicem ſegregent maria, & oppoſiti ſinus, & portus: litteris tamen quaſi quibuſdam naviculis vehemur: & ego jam incipio, ut ad te per mare tranſvehar, hoc pacto. Impono autem epiſtolæ ſcypho, præter unum quod ferri poſſit, corpus autem tale portatile intelligo, omnia quæcumque mihi ſunt, ſincerum videlicet amorem, veritatem puram, orationes & preces pro tua ſalute ferventes, & ſine intermiſſione. Num tibi videntur parva hæc, & nullius momenti? vel potius magni pretii & felices merces? Num tales portare potuit Salomoni regi navis illa ad Tharſenſes miſſa, & inde tertio quoque anno revertens onuſta? *Sed pluſquam Salomon hic* (ut aliquid ex verbis Domini ipſe mutuer) tum propter maximum eorum pretium, quos diximus habituum: ſiquidem habitus ſunt virtutes; præcipue vero propter mentis altitudinem tuæ, inſtar Salomonis, & propter cordis tui effuſionem, & mentis latitudinem. Dicta hæc mihi ſint pro temporis conditione, & quia ſyllabarum harum portitores feſtinare me cogebant & urgebant. Si vero Deus diem tranquilliorem nobis largietur, prolixius, & ut ſcientiæ ratio poſtulat, agemus cum tua ſanctitate. Cupio enim ſummopere tuam audire linguam, & ſermonem, & exactiorem opto congreſſum. Deguſtavi ſiquidem aliquando, præcipue Byzantii, cum dominus Pelagius te ſecum trahebat, & ego legatione fungebar pro Athenarum epiſcopo, orbis ſcilicet lumine, ejus vices ſuſtinens. Sed parce ſapientium virorum præſtantiſſime, & cum fraterna dilectione mutuas orationes & preces pro nobis mitte, quæ Deum nobis propitium reddant.

*Hactenus de his quæ ſpectant ad Nectarium, qui contra Latinos in ſynodo pro Græcorum erroribus ſtetit obſtinatiſſime. Sed reliqua ejuſdem ſynodi percurramus.*

Dela-

ANNO CHRISTI 1179.

*Delata fuit accuſatio in eodem concilio a quibuſdam Alexandro papæ adverſus ſcriptum Petri Lombardi epiſcopi Pariſienſis, quod male ſenſiſſet de Chriſti humanitate, & in aliis fidei articulis ab eccleſia catholica deviaſſet. Tunc Alexander papa has dedit litteras ad Willelmum archiepiſcopum Senonenſem his verbis:*

*Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei,*
*Willelmo Senonenſi archiepiſcopo,*
*ſalutem.*

CUM in noſtra olim eſſes præſentia conſtitutus, tibi viva voce injunximus, ut ſuffraganeis tuis Pariſiis tibi adſcitis, abrogationem pravæ doctrinæ Petri quondam Pariſienſis epiſcopi, qua dicitur: Quod Chriſtus, ſecundum quod B eſt homo, non eſt aliquid: omnino intenderes, & efficacem operam adhiberes. Inde ſiquidem eſt, quod fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quod tibi, cum præſens eſſes, præcepimus, ſuffraganeos tuos Pariſios convoces, & una cum illis, & aliis viris religioſis & prudentibus præſcriptam doctrinam ſtudeas penitus abrogare: & a magiſtris ſcholaribus ibidem in Theologia ſtudentibus, Chriſtum, ſicut perfectum Deum, ſic & perfectum hominem, ac verum hominem ex anima & corpore conſiſtentem, præcipias edoceri: univerſis firmiter & diſtricte injungens, quod doctrinam illam de cetero nequaquam docere præſumant, ſed ipſam penitus deteſtentur.

*Hæc tunc Alexander papa, quæ naviter per eumdem Senonenſem archiepiſcopum impleta fuiſſe liquet.*

Ex Schedis Sirmondi.

## ADDITIO AD ACTA CONCILII LATERANENSIS III.

Concilio Lateranenſi Alexandri III. anno MCLXXIX. ex Gallia interfuerunt.

*Ex Provincia Remenſi.*

Willelmus Remenſis archiepiſcopus.
Nevelo Sueſſionenſis epiſcopus.
* Theobaldus Ambianenſis epiſcopus.
* Reinoldus Novomienſis.
Rogerus Laudunenſis.
Deſiderius Morinenſis.
Rogerus Cameracenſis.

* Dacheri. Tedbaldus. * Dacher. Reinaldus.

*Ex Provincia Rotomagenſi.*

Ægidius Ebroicenſis epiſcopus.

*Ex Provincia Senonenſi.*

Guido Senonenſis archiepiſcopus.
Joannes Carnotenſis epiſcopus.
Simon Meldenſis.
Matthæus Trecenſis.
Willelmus Autiſiodorenſis.
* Theobaldus Nivernenſis.

*Ex Provincia Bituricenſi.*

* Guarinus Bituricenſis archiepiſcopus.
* Girardus Caturcenſis epiſcopus.
Seibrandus Lemovicenſis.

* Dach. Odaldus. * Dach. Gavinus. * Dach. Giraldus.

*Ex Provincia Turonenſi.*

Radulfus Andegavenſis epiſcopus.
* Gaufridus Briocenſis.
* Guido Leonenſis.

* Dach. Galfridus. * Dach. Eudo.

*Ex Provincia Burdegalenſi.*

Willelmus Burdegalenſis archiepiſcopus.
Joannes Pictavenſis epiſcopus.
Ademarus Carbonnelli Santonum epiſcopus.

*Ex Provincia Auxitana.*

Arſius Convenarum epiſcopus.
Bernardus Olorenſis.
A Ademarus Bajonenſis.
* Garſias Vaſatenſis.
Arnaldus Bigorritanus.
Willelmus Aquenſis.

ANNO CHRISTI 1179. * Dacher. Garſias.

*Ex Provincia Narbonenſi.*

Pontius Narbonenſis archiepiſcopus.
Joannes Magalonenſis epiſcopus.
Raimundus Uceticenſis.
Bernardus Biterrenſis.
* Otho * Tarchanenſis.

* Dach. Odo. * Forte. Carcaſſenſis.

*Ex Provincia Arelatenſi.*

Raimundus Arelatenſis archiepiſcopus.
Fulco Maſſilienſis epiſcopus.
Pontius * Cavallicenſis,
Petrus Avinionenſis.
B Willelmus Tricaſtrinus.
Petrus Tolonenſis.

* Dach. Cabellionenſis.

*Ex Provincia Aquenſi.*

* Bernardus Aquenſis archiepiſcopus.
Petrus Aptenſis epiſcopus.
Henricus Regenſis.
* Bermundus Seſterenſis.

* Dach. Renardus. * Dach. Bermerdus.

*Ex Provincia Ebrodunenſi.*

Petrus Ebredunenſis archiepiſcopus.
Fulco Antipolitanus epiſcopus.
Raimundus * Elandatenſis.
Willelmus Ventienſis.

* Pro. Glandatenſis.

*Ex Provincia Viennenſi.*

Robertus Viennenſis archiepiſcopus.
Robertus Dienſis.
C Joannes Gratianopolitanus.
* Artutius Gebennenſis.
Lambertus Maurianenſis.
Odo Valentinus epiſcopus.

* Dach. Alvitius.

*Ex Provincia Tarentaſienſi.*

Aimo * Tarentaſienſis archiepiſcopus.
Cono Sedunenſis epiſcopus.

* Dach. Darentas.

*Ex Provincia Lugdunenſi.*

Engelbertus Cabillonenſis epiſcopus.

*Ex Provincia Biſantina.*

Rogerius Lauſanenſis epiſcopus.
* Rainaldus Belicenſis epiſcopus.

* Dach. Ranaldus.

*Ex Provincia Treverenſi.*

Arnaldus Treverenſis archiepiſcopus.
Fredericus Metenſis epiſcopus.

D *Ex Provincia Colonienſi.*

* Rodulfus Leodienſis epiſcopus.

* Dach. Radulphus.

## ☞ CONCILIO LATERANENSI III.

Hæc addenda ex Catalogo Archiepiſcoporum Bremenſium pag. 63.

Affert Hartzheim ad Concil. Germ. tom. IV pag. 571.

IN eodem concilio Bertholdus Bremenſis electus petivit conſecrationem certiſſimus ordinari. Sed pridie ſederat in concilio inter epiſcopos infulatus, cum tamen non eſſet presbyter; unde magnam contraxit invidiam, & magiſter Gerardus ſic pro eo allegabat:

E Domine pater, ecce Bremenſis eccleſia concordi & unanimi voto offert ſponſum ſuum magiſtrum Bertholdum virum undique dignum & moribus approbatum, ſcientia decoratum, liberalibus artibus inſtructum, utriuſque teſtamenti pagina eruditum, decretorum, legumque induſtria peritum virum, ut apparet perſonatum canonice, & ſine omni contradictione electum, petitque hodie a te accipere gradum ſacerdotii & cras epiſcopalem benedictionem.

Papa breviter: credimus tibi bene magiſter. Sed dictum eſt: manum nemini cito impoſueris. Loquemur cum fratribus noſtris. Audiemus etiam diligentius modum electionis.

Exa-

ANNO CHRISTI 1179.

Examinentur Bremenſes per duos cardinales: Reinerum Papienſem & Joannem Neapolitanum, & inventi ſunt, diſcordare.

Papa in conſiſtorio ſuo ſententiatus eſt: Fratres, vidi veſtrum electum, placet perſona, placet, ſententia, placet eloquentia, placent etiam quantum novimus, mores, verum modus electionis diſplicet, præſertim quia eſt infra ſacros ordines, non dico ſubdiaconatum, ſed acolythatum electus, quo gradu ſecundum vigorem juris licet contrahere matrimonium, quod canonicis obviat inſtitutis. Audivimus etiam ſuper hæc appellationem factam, quam coactus eſt reſignare appellator. Inſuper denuo ſe fecit eligi: & ſecunda electio caſſavit primam. Præterea electus veſter ante ſacros ordines ſuſcepit regalia de manu Imperatoris.

Hæc non admittunt diſpenſationem de facili, & alia quæ præterimus. Inde eſt quod electionem veſtram infirmamus & irritam judicamus data ſententia. Volenti loqui depoſito Bertholdo non eſt data audientia; ſed oſtiarii clamabant, Levate, levate, levate.

## IN (a) CONCILIUM LATERANENSE III.

(b) œcumenicum & univerſale undecimum approbatum, (c) trecentorum epiſcoporum, (d) pro reformanda in fide & moribus eccleſia, (e) contra hæreſes Catharorum, (quos (f) Waldenſes & (g) Albigenſes alii appellant) & (h) ſchiſmaticos ab antipapis ordinatos, celebratum (i) anno Domini MCLXXIX. tempore Alexandri papæ III. & Friderici imperatoris I.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

Hæc ſynodus ab Alexandro papa indicta eſt.

(a) Hanc ſynodum Alexandri papæ authoritate congregatam fuiſſe indicat Otto Friſingenſis lib. 7. cap. ultimo his verbis: *Alexander univerſalis totius eccleſiæ pater canonice confirmatus eſt, qui ſecundo confirmationis ſuæ anno maximum Romæ concilium congregavit in quo plures epiſcopos ſchiſmaticos, & plures diverſorum ordinum per ipſos ordinatos, degradavit & damnavit.* Robertus continuator Sigiberti anno MCLXXIX. in appendice: *Alexander papa*, inquit, *miſit Octavianum ſubdiaconum Romanæ eccleſiæ ad Rotomagenſem provinciam, ut convocaret archiepiſcopum & ſuffraganeos ejus, & abbates illius provinciæ. Et miſit ſimiliter alios ſubdiaconos ad orientem, & occidentem, & meridiem, & ſeptemtrionem, ut convenirent ad concilium generale, quod erat futurum proxima Quadrageſima in civitate Romæ. Epiſtola congregandi concilii ad omnes epiſcopos ſcripta extat ſupra, ex bibliotheca abbatis Florentini accepta.* Hæc de concilio, Romani pontificis authoritate anno MCLXXVIII. indicto. De celebratione actiſque ejuſdem concilii paulo infra ait: *Anno MCLXXX. Alexander papa tertius tenuit generale concilium Romæ media Quadrageſima: cujus decreta, quæ ab eo, & ab aliis coepiſcopis ejus ibi conſtituta ſunt, apud nos habentur.* Acta concilii prodierunt in lucem per Bartholomæum Laurens, Poin cognominatum, qui in præfatione (quam infra ante appendicem Lateranenſis concilii invenies) profitetur ſe eadem ex quodam manuſcripto volumine pergamenico deſcripſiſſe. Et ſicut ille appendicem hujus concilii ab actis putavit non eſſe dividendam, quamquam certo ſibi perſuaderet, eamdem ad hanc ſynodum non pertinere: ſiquidem nihil aliud ſit quam quædam compilatio capitulorum, & decretorum pontificiorum, quæ a diverſis pontificibus, quorum alii Alexandrum anteceſſerunt, alii ſubſecuti ſunt, edita & conſtituta fuerunt: ita ego eamdem appendicem & compilationem ſuo loco relictam eſſe volui, niſi quod præfatiunculam illam Bartholomæi Laurens, una cum indice rerum in appendice contentarum, immediate ipſi appendici præfigi, actiſque ſynodalibus poſtponi curaverim, ideo quod nullum ſummarium, vel titulum alicujus capituli Lateranenſis comprehendat. Titulos capitulis Lateranenſibus præfixos ego ex editione actorum ſynodalium, quæ extant apud Rogerum de Hoveden, annalium Anglicanarum ſcriptorem, deſumſi. Lectio capitulorum variat: ordo quoque plane diverſus eſt: tamen ſupervacaneum eſſe putavi, eam dumtaxat obrem, ſecundam capitulorum editionem inſerere.

Acta concilii unde accepta? Cur præfatio Bartholomæi cum indice appendicis actis ſynodalibus poſtpoſita.

Tituli capitulorum unde accepti?

(b) *Œcumenicum.*) Synodum hanc univerſalem & œcumenicam fuiſſe, præter authores ſupra nominatos, ipſa ratio perſuadet: nimirum quia omnes ſcriptores fatentur eidem concilio pontificem Romanum præſediſſe, eique plures orientalium per ſe vel per ſuos legatos interfuiſſe.

(c) *Trecentorum epiſcoporum.*) Quia Guillelmus Tyrius, qui huic concilio præſens interfuit, aperte fatetur trecentos epiſcopos præſentes fuiſſe, hac in re ejuſdem ſententiæ accedendum eſſe putavi, quantumvis initio actorum ſerbantur ducenti octoginta epiſcopi dumtaxat congregati fuiſſe. Verba Tyrii libro 21. belli ſacri, cap. 26. iſta ſunt, *Anno ab incarnatione Domini MCLXXVIII. qui erat regni domini Balduini quarti annus quintus, menſe Octobri, cum anno præcedente indicta eſſet per univerſum Latinorum orbem Romæ ſynodus generalis, ad eamdem ſynodum vocati profecti ſunt de noſtro oriente, ego VVillelmus Tyrenſis archiepiſcopus, Albertus Bethlehemitanus epiſcopus, Heraclius Cæſarienſis epiſcopus, Romanus Tripolitanus epiſcopus, Petrus prior eccleſiæ Dominici ſepulcri, Rainaldus abbas eccleſiæ montis Sion,* &c. Cumque ea quæ in itinere ſibi acciderant retuliſſet, ſubnectens ait: *Eodem tempore (nimirum XIII. Kal. Aprilis) Romæ celebrata eſt ſynodus in baſilica Conſtantiniana, quæ dicitur Lateranum, trecentorum epiſcoporum, pontificatus domini Alexandri vigeſimo, menſe Martio, Indictione duodecima, juxta dictum modum. Cujus ſynodi ſtatuta & epiſcoporum nomina, numerum & titulos ſi quis deſiderat relegat ſcriptum, quod nos ad preces ſanctorum patrum, qui eidem ſynodo interfuerunt, confecimus diligenter: quod inter cæteros, quos eidem contulimus, eccleſiæ libris, cui jam ſex annos præſumus, ſuggimus collocari.* Hæc de numero epiſcoporum & tempore habiti concilii œcumenici Tyrius prædicto loco. Ex Scotia & Anglia qui, quales, & quot epiſcopi præſto fuerint, & quo loco pontifex ſederit, Rogerus prædicto loco enarrat his verbis.

Ex Scotia qui, quales, & quot epiſcopi interfuerint.

*Poſt natale Domini venerunt de Hibernia in Angliam Laurentius Dublinenſis, & Catholicus Tuamenſis, archiepiſcopi, & quinque vel ſex epiſcopi, Romam ad concilium ituri. Similiter de regno Scotiæ tranſierunt per Angliam epiſcopi & abbates quamplures. & illi omnes tam de Hibernia, quam de Scotia, & aliis inſulis, per Angliam tranſeuntes, pro licentia tranſeundi juraverunt, quod neque regi, neque regno ejus, damnum quærerent. De Anglia autem quatuor epiſcopi tantum Romam profecti ſunt: videlicet Hugo Dunelmenſis epiſcopus, & Ioannes Norevicenſis epiſcopus, & Robertus Herefordenſis epiſcopus, & Reinaldus Bathonienſis epiſcopus, & abbates quamplures. Epiſcopi autem Angliæ conſtanter aſſeruerunt, quod ad generale concilium domini papæ quatuor epiſcopi de Anglia tantum Romam mittendi ſunt. Congregatis itaque univerſis Romæ in præſentia domini papæ Alexandri, ipſe papa in Lateranenſi eccleſia in eminentiori loco cum cardinalibus ſuis, & præfectis, & ſenatoribus, & conſulibus Urbis, conſtitutus,* &c. Hæc ille.

(d) *Pro reformanda in fide,* &c.) Acta ſynodalia ſummatim & compendioſe Matthæus Paris an. Domini MCLXXIX. ita deſcribit: *Eodem anno,* &c. (ut ſupra in actis concilii. *Quidquid enim ibi ſub titulo actorum concilii refertur ex Matthæo Pariſio, Rogero Hovedeno, Alberto Stadenſi, Helmoldo presbytero, & aliis, huc Binius inter notas conjecerat.*)

(e) *Contra hæreſes Catharorum.*) Ita nominatur canone ultimo hujus concilii. Quorum hæreſes quatuordecim, de mundo a dæmonibus facto, de baptiſmo parvulis negato & uſu lacticiniorum damnato, deque omnium ſacramentorum contemptu Guido enumerat. Quid de iis ſentiat Sanderus in viſibili monarchia eccleſiæ, dicam infra, verbo *Albigenſes*.

Hæreſes Catharorum.

(f) *VValdenſes.*) Ita Bellarminus, Genebrardus, Onufrius, aliique plures, neſcio quo authore. Probabile eſt, eodem teſtante Guidone Carmelita, anno Domini MCLXX. in Gallia illis locis, quorum mentio fit ſupra in hac ſynodo canone ultimo, exortos, hoc concilio Romæ condemnatos fuiſſe. Inter multa dogmata, quæ iis Guido Carmelita, Bernardus Lutzemburgenſis, Antoninus 4. parte, tit. 11. cap. 7. §. 2. & Sanderus in monarchia viſibili attribuunt, hæc ſunt potiſſima: Romano pontifici non eſſe obediendum: ejus decreta nullius eſſe momenti: a judicio ſanguinis ſimpliciter omnibus eſſe abſtinendum: laicos juſtos conſecrare & abſolvere poſſe: ſacerdotes impios poteſtatem conſecrandi & abſolvendi amittere. Semel tantum in anno, idque in cœna Domini, abſque forma verborum: *Hoc eſt corpus meum*, dicendo ſepties *Pater noſter*, & benedicendo panem & vinum, conſecrabant. Indulgentias per prælatos eccleſiæ datas irridebant; purgatorium, ſanctorum invocationem, & mira-

VValdenſium hæreſes quæ.

ANNO CHRISTI 1179.

miracula in eccleſia fieri poſſe negabant; tres tantum
ordines, diaconatum, presbyteratum & epiſcopatum
admittebant. dies feſtos, jejunia eccleſiæ, ſalutatio-
nem angelicam, & ſymbolum apoſtolorum contemne-
bant. Urente carnis libidine omnem carnalem com-
mixtionem licitam eſſe, perfectos manibus laborare
non debere, omneque juramentum prorſus illicitum
eſſe, docebant.

VValdenſes profeſſione monachi.

VValdenſes genus quoddam monaſticæ vitæ profeſ-
ſos eſſe, & ſedem apoſtolicam ab initio coluiſſe, do-
nec hypocriſin ſuam ab ipſa nullo modo approbatam
iri viderent, teſtatur hujus temporis ſcriptor abbas
Urſpergenſis in chronico anno Domini MCCXII. his
verbis. *Exortæ ſunt duæ religiones in eccleſia, cujus
ut aquilæ renovatur juventus, quæ etiam a ſede apo-
ſtolica ſunt confirmatæ, videlicet Minorum fratrum,
& Prædicatorum. Quæ forte hac occaſione ſunt appro-
batæ, quia olim duæ ſectæ in Italia exortæ adhuc per-
durant, quorum alii Humiliatos, alii Pauperes de Lug-
duno ſe nominabant: quos Lucius papa quondam inter
hæreticos ſcribebat, eo quod ſuperſtitioſa dogmata & ob-
ſervationes in eis reperirentur. In occultis quoque præ-
dicationibus, quas faciebant plerumque in latibulis, ec-
cleſiæ Dei, & ſacerdotio derogabant. Vidimus tunc tem-
poris aliquos de numero eorum, qui dicebantur Pauperes
de Lugduno, apud ſedem apoſtolicam cum magiſtro ſuo
quodam, ut puto, Bernhardo: & hi petebant ſectam
ſuam a ſede apoſtolica confirmari, & privilegiari. Sane
ipſi dicentes ſe gerere vitam apoſtolorum, nihil volentes
poſſidere, aut certum locum habere, circuibant per vi-
cos & caſtella. At dominus papa quædam ſuperſtitioſa
in converſatione ipſorum eiſdem objecit: videlicet quod
calceos deſuper pedem præcidebant, & quaſi nudis pedi-
bus ambulabant. Præterea cum portarent quaſdam cap-
pas, quaſi religionis, capillos capitis non attondebant,
niſi ſicut laici. Hoc quoque probroſum in eis videbatur,
quod viri & mulieres ſimul ambulabant in via, & ple-
rumque ſimul manebant in una domo, ut de eis dice-
tur, quod quandoque ſimul in lectulis accubabant. Quæ
tamen omnia ipſi aſſerebant ab apoſtolis deſcendiſſe. Ce-
terum dominus papa in loco illorum exurgentes quoſdam
alios, qui ſe appellabant pauperes Minores, confirmavit:
qui prædicta ſuperſtitioſa & probroſa reſpuebant, ſed
præciſe nudis pedibus tam æſtate quam hyeme ambula-
bant, & neque pecuniam, nec quidquam aliud præter
victum accipiebant, etſi aliquando veſtem neceſſariam
quiſquam ipſis ſponte conferebat. non enim quidquam
petebant ab aliquo. Hi tamen poſtea attendentes, quod
nonnunquam nimiæ humilitatis nomen gloriationem im-
portet, & de nomine paupertatis, cum multi eam fru-
ſtra ſuſtineant, apud Deum vanius inde glorientur, ma-
luerunt appellari Minores fratres, quam Minores pau-
peres. apoſtolicæ ſedi in omnibus obedientes. Alii, vi-
delicet Prædicatores, in locum Humiliatorum ſucceſſiſſe
creduntur. Humiliati quippe, nulla habita auctoritate
aut licentia prælatorum, mittentes falcem in meſſem
alienam, populis prædicabant. & vitam eorum plerum-
que regere ſatagebant, & confeſſiones audire, & mini-
ſteriis ſacerdotum derogare. Quæ volens corrigere papa,
ordinem Prædicatorum inſtituit & confirmavit. Illi
quippe rudes & illiterati cum eſſent, operibus manuum
inſtabant & prædicabant, accipientes neceſſaria a ſuis
credentibus: iſti vero ſtudio & lectioni ſacræ ſcripturæ
jugiter inſiſtentes, tantum in ſcribendo libros opus facie-
bant, & eos diligentiſſime a magiſtris ſuis audiebant,
ut cum ſagittis & arcu omni armatura fortium miſſent
ingredi, & ſtare pro defenſione ſanctæ matris eccleſiæ,
& ex adverſo aſcendere, & ponere ſe murum pro do-
mo Iſrael. Dum fidem roborant, virtutes inſtruunt,
ſtatuta eccleſiæ docent & collaudant, vitia hominum
& pravitates redarguunt & caſtigant: nihilo minus ſe-
di apoſtolicæ in omnibus obediunt, a qua authoritatem
præcipuam trahunt.* Hæc ille

Guido Carmelita, qui vixit ante annos ducentos &
plures, in ſumma de hæreſibus. *Secta*, inquit, *VVal-
denſium incæpit circa annum Domini* MCLXX. *Fuit
VValdenſis civis Lugdunenſis, qui divitias reliquit ut
pauper fieret, & Chriſtum ſequeretur, & evangelicam
perfectionem ſervaret. Sed errore pravæ intelligentiæ
ſcripturarum, ipſe & ejus ſequaces ab unitate & obe-
dientia eccleſiæ alienati per ſchiſma in hæreſim ſunt pro
lapſi*. Hæc Guido.

Trithemius in chronico Hirſaugienſi anno Domini
MCLXX. *Hic*, ait, *temporibus pernicioſa hæreſis VVal
denſium cæpit per quemdam Lugdunenſem civem divi-
tem, qui relictis omnibus paupertatem evangelicam pro-
fitebatur*. Æmilius de geſtis Francorum libro 6. *Per
idem tempus ordines duo abrogati, Humilium, ita ſe
vocitabant & Pauperum de Lugduno, qui neque ſun-
dos ſui juris, neque certas ſedes habere volebant: erra-
bant mulieres idem profeſſas ſecum circumducebant,
nec cubare dicebantur Prædicatorum, Minorumque or-
dines, conditoribus Dominico & Franciſco ſuntores*

A *viſi: hoc remedio illi priores ſublati*. Hæc de origine,
ſtatu, & quale VValdenſium Æmilius.

ANNO CHRISTI 1179. Albigenſes damnati

(g) *Albigenſes*. Hanc ſynodum, contra Albigenſium
hæreſim in Albigeſio exortam, celebratam fuiſſe, te-
ſtatur Matthæus Paris verbis ſupra recenſitis. & San-
derus lib. 7. de viſibili monarchia, qui contra primum
Catharorum errorem, concilii Lateranenſis capitulum
27. allegans ait, pro *Albigeſio*, ut habent verba capi-
tuli, legendum eſſe *Albigeſio*: *Verum ex locis*, inquit,
*quibus Cathari vixerunt, eorumque erroribus quos do-
cuerunt, apparet, eos non propriam hæreſim condidiſſe;
ſed Henricianorum portionem fuiſſe, ac forte eoſdem cum
Albigenſibus*. Ita Sanderus.

Albigenſium hæreſes quæ?

De Albigenſium hæreſibus Sanderus iterum in viſi-
bili monarchia. *Ponebant*, inquit, *duo principia, ma-
lum & bonum, id eſt, Deum & Diabolum, quem cre-
debant creaſſe corpora omnia. Corporum reſurrectionem
negabant. Quidquid beneficii mortuis impenditur, irri-
dent. Ire ad eccleſias, vel in iis orare, nihil dicunt prod-*
B *eſſe. Baptiſmum objiciunt. Sacramentum corporis & ſan-
guinis Chriſti blaſphemant. Negant novas animas a
Deo infundi, ſed animarum tranſmigrationem de corpo-
re ad corpus, etiam animalium & ſerpentum, docent*.
Hæc ex Bernardo Lutzenburgenſi. Et paulo poſt ſub-
jungit: *Dicunt Chriſtum nec fuiſſe verum Deum, nec
verum hominem. Quod ante adventum Chriſti non fue-
runt aliqui boni. Quod malus homo non poteſt eſſe epi-
ſcopus, utpote cujus vita ſubditis obſit. Quod eccleſia
non poſſit aliquid poſſidere, niſi in communi. Quod ec-
cleſia non poteſt facere conſtitutiones. Quod eccleſia non
poteſt excommunicare, nec malos perſequi. Quod pecca-
tum originale nihil eſt. Quod extremæ unctionis ſacra-
mentum nihil eſt. Quod peccatum non eſt ex libero ar-
bitrio. Quod non poteſt quis pœnitere poſt peccatum.
Quod non eſt confitendum. Quod infernus nihil eſt.
Purgatorium nihil eſſe. Quod mundus ſemper fuit &
ſemper erit. Quod matrimonium malum eſt. Quod uſu-
ræ non ſint prohibitæ. Quod non tenetur quis reſtituere*
C *ablata*. Hæc de Albigenſium hæreſibus ex Antonini
ſumma Sanderus prædicto loco. Plura de iiſdem in
concilio Lateranenſi IV. ſub Innocentio III. reperies.
De Albigenſium hæreſibus, eorumque damnatione
actum eſt ſupra in concilio Gallicano ſub Alexandro
III.

Schiſmatici & antipapæ damnati.

(h) *Schiſmaticos ab antipapis*. Hac de cauſa actum
fuiſſe in concilio, præter teſtimonium Ottonis Friſin-
genſis ſupra recenſitum, aperte indicatur verbis capi-
tuli 2. hujus concilii. Eadem clarius aliquanto a
Crantzio recitantur: *Ibi ceſſit*, inquit, *a ſchiſmate
Joannes Calliſtus, & factus eſt epiſcopus Beneventanus.
Archiepiſcopi pallia accepta a ſchiſmaticis abjecerunt.
Chriſtianus Moguntinus, & Philippus Colonienſis, per
manum Hyacinthi cardinalis receperunt nova pallia, re-
futantes omnem hæreſim & ſchiſma, præcipue Octavia-
ni, Guidonis, & Joannis. ſic in hæc ſingulis verba ju-
rantibus. Ego N. anathematizo & reſpuo omnem hæ-
reſim extollentem ſe adverſus ſanctam Romanam eccle-*
D *ſiam, præcipue vero ſchiſma Octaviani, Joannis & Gui-
„ donis: & ordinationes eorum irritas judico; & eis
„ contradico & modo & inantea me obediturum juro,
„ & promitto fidelitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, &
„ domino meo Alexandro, & ſucceſſoribus ejus juſte in-
„ trantibus: ipſiſque inſerviam abſque omni malo inge-
„ nio, contra omnem hominem, ſecundum ordinem meum.
„ Conſilio ejus, quæ mihi ſcripto certo mandaverit. vel
„ ipſe commiſerit, nulli hominum prodam, nec etiam
„ pro periculo corporis aut membrorum. Legatum eccle-
„ ſiæ Romanæ honorabo, & ducam & reducam, & ju-
„ vabo expenſis, ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta
„ evangelia. His verbis dabantur pallia. In nomine
„ Patris. & Filii, & Spiritus ſancti, & in honorem
„ Dei genitricis, & in honorem apoſtolorum Petri &
„ Pauli, & ſanctæ eccleſiæ Romanæ, & domini Ale-
„ xandri papæ, tradimus tibi pallium, ſumptum de
„ beatiſſimo corpore Petri apoſtoli: ut eo utaris in con-
„ fectione ſacramentorum corporis & ſanguinis Domini,
E „ & in conſecratione eccleſiarum & chriſmatis, & or-
„ dinatione clericorum, & in celebratione ſynodorum,
„ ſecundum eccleſiæ tuæ conſuetudinem, Amen.* In
Metropoli, libro 7 cap. 3. Platina vero inquit hoc
concilium eſſe ſuſceptum, tum ut mores curiæ, jam
nimia licentia labefactati, corrigerentur: tum vero Tempus concilii.
maxime, ut decerneretur, ne quis ferrum, ligna, aut
arma, infidelibus, & a religione noſtra alienis im-
portaret, idque ſub anathematis pœna.

(i) *Anno Domini* MCLXXIX. Ita Matthæus Paris,
Rogerus de Hoveden, & Guillelmus Tyrius, qui huic
ſynodo interfuit. Qui locis ſupra recenſitis aperte
ſcribunt, hanc ſynodum anno Domini MCLXXIX.
celebratam fuiſſe.

OB-

ANNO CHRISTI 1179.

## OBSERVATIO P. ANTONII PAGI

*ad An. Chr. 1179. n. 1. & ſeq.*

Concilium Lateranenſe III. generale & Oecumenicum ordine XI. hoc anno celebratum, ad quem Chronographus Reicherſpergenſis ſcribit: *Alexander papa celebravit Synodum Epiſcoporum generalem, & valde celebrem in urbe Roma, media Quadrageſima idest IV. Idus Martii. Hæc Synodus congregata eſt toto fere ſuperiori anno per totum Romanum Imperium, cui etiam interfuerunt ſexcenti vel amplius Epiſcopi.* Verum loco, *ſexcenti*, legendum, *trecenti*, & hic error Librariis attribuendus; cum Chronographus iſte non longe ab hoc tempore vixerit, & de Epiſcoporum numero fere inter Antiquos conſtet. Continuator vero Chronici S. Petri Vivi, qui etiam hoc tempore vivebat, ait: *Anno 1179. domnus Alexander Papa III. celebravit Concilium Romæ IV. Idus Martii, feria ſcilicet ſecunda poſt medium Quadrageſimæ.* Sed in Chronographo Reicherſpergenſi loco *IV. Idus Martii*, legendum IV. nonis Martii; numeri vero in Chronico S. Petri Vivi corrupti ſunt, quod utrumque ex mox dicendis elicitur.

Sed hæc magis diſcutienda. Labbeus Tom. X. Concil. pag. 1530. exhibet catalogum Epiſcoporum, qui Concilio Lateranenſi III. interfuere, ſed ille mancus & imperfectus. Dacherius Tom. XII. Spicilegii pag. 638. refert alium ex codice MS. Monaſterii de Brana Ordinis Præmonſtratenſis, antiquum & longe ampliorem; deductum, uti exiſtimo, ex eo quem Tyrius lib. XXI. cap. XVI. dicit ſe confeciſſe *diligenter ad preces Sanctorum Patrum, qui eidem Synodo interfuerunt.* In Catalogo tamen iſto Dacheriano deeſt *Rainaldus Abbas Eccleſiæ Montis Sion*, cum quo & quibuſdam aliis ibidem memoratis, Tyrius dicit ſe ad ſynodum profectum eſſe. Contra vero Tyrius non meminit *VV. Glambulcpcenſis Epiſcopi* provinciæ Paleſtinæ ſecundæ, quod forſan ibi perſonas tantum ſeptem numeret, cum quibus ipſe Romam venit. Sed quidquid hac de re ſit, in Præfatione præclari Catalogi Dacheriani dicitur, Concilium habitum eſſe *anno ab Incarn. Domini* 1179. *Alexandri III. Pontificatus viceſimo, menſe Martio, indictione undecima* (legendum, duodecima), *quinta, & ſeptima, & nona decima die menſis.* Additur Epiſcoporum numerum fuiſſe *trecentorum duorum.* In Catalogo a Labbeo edito nulla mentio v. g. iſtorum in catalogo Dacheriano enunciatorum: *De Oriente provinciæ Phœnicis. VV. Tyrenſis Archiep. Jocius Aconcnſis Epiſc. Romanus Tripol. Provinciæ Celeſyriæ VV. Glambulcpcenſis Epiſc. Provinciæ Palæſtinæ II. Heraclius Cæſarienſis Archiep. Radulphus Sebeſtenus. Provinciæ Palæſtinæ primæ. Petrus Jeroſolymitanus Eccleſiæ Prior loco Patriarchæ. Albertus Belemitanus Epiſc.* Inter nominatos tamen a Tyrio in ſua Hiſtoria ſunt prædicti Heraclius, Petrus & Albertus.

Concilium tribus Seſſionibus abſolutum fuiſſe tam catalogus Dacherianus, cujus verba mox retulimus, quam Hovedenus in part. poſteriori pag. 582. diſerte teſtantur. Hæc Hovedeni verba, quorum tantum partem exhibet Baronius num. XIII. *Congregatis univerſis Romæ in præſentia Domini Papæ Alexandri, ipſe papa in Lateranenſi Eccleſia, in eminentiori loco cum Cardinalibus ſuis, & Præfectis & Senatoribus, & Conſulibus Urbis conſtitutus, feria ſecunda tertiæ hebdomadæ Quadrageſimæ, quæ tertio nonas Martii evenit, primum Concilii ſui diem celebravit* (ideſt, primam Seſſionem). *Similiter ſecundum Concilii ſui diem celebravit quarta feria ſequentis hebdomadæ, quæ ſecundo Idus Martii evenit* (ſeu die XIV. ejuſdem menſis) *In quo Concilio VVillelmus Remenſis Archiep. factus eſt Presbyter Card. ad tit. S. Sabinæ, & Henricus Abbas Claræ-vallenſis factus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis. Et dominus Papa tertium Concilii ſui diem celebravit* (tertiam ſc. Seſſionem) *ſecunda feria ante Dominicam in Ramis Palmarum, quæ XIV. Kalendarum Aprilis evenit*, die nempe decima nona menſis Martii, quæ hoc anno in feriam ſecundam cecidit. In Catalogo quidem Dacheriano dicitur ſecunda Seſſio die ſeptima Martii habita, ſed quemadmodum Librarius in indictione, ita & in illa Seſſione deſcribenda peccavit. *De Guillelmo a Campania*, vulgo *ad Albas manus* cognominato, primum Carnotenſi Epiſcopo & Archiepiſcopo Senonenſi, dein Archiepiſcopo Remenſi Cardinali in hoc Concilio creato non ſemel egimus, ruſumque de eo non ſemel ſermo redibit; *de Henrico* Cardinali Albanenſi infra agetur; fuit enim unus ex illuſtrioribus hujus ætatis Cardinalibus.

Triplicem ob cauſam Concilium iſtud generale congregatum; primo, ut ſchiſma penitus extingueretur, ſecundo ut *Valdenſes* hæretici damnarentur, tertioque ut

A diſciplina Eccleſiaſtica, quæ durante ſchiſmate labefactata fuerat, reſtitueretur. Et quia in Eccleſiis & monaſteriis ſimoniaca labes, in Eccleſiaſticis avaritia, & in laicis uſura, aliaque vitia horrendum in modum graſſabantur, iis malis *Alexander III.* & ſacra Synodus canonibus viginti ſeptem Tom. X. Concil. legendis occurrerunt. Gervaſius quidem in chron. refert canones viginti ſex in hoc concilio ſtatutos, ſed duos in unum confundit, & uno tenore recitat. Anonymus vero Caſinenſis in chron. recte quidem habet viginti ſeptem, ſed numeri in aliis, quæ de hoc concilio habet, valde corrupti: *Alexander Papa*, inquit, *celebravit Concilium in Eccleſia Lateranenſi menſe Martii, ubi fuerunt Epiſcopi numero triginta & unus, exceptis Cardinalibus, qui fuerunt viginti duo, & exceptis Abbatibus, qui præ nimia multitudine numerari non potuerunt, ubi ſancta Synodus promulgavit capitula XXVII.* ſed error qui in numerum Epiſcoporum irrepſit, Caracciolo, qui illud Chronicon primum edidit, attri-
B buendus; Peregrinius enim in Notis ad illum Anonymum affirmat in omnibus Mſſ. legi, *Epiſcopi numero CCCI.* & Tyrius laudatus, qui habet CCC. loquitur numero rotundo, in catalogo vero Dacheriano aliquos prætermiſſos fuiſſe jam indicavimus. Numerus Abbatum magnus ſine dubio fuit, ſed nonniſi verbis generalibus ab Antiquis expreſſus.

Annus celebrati Concilii in dubium revocari non poteſt. Tyrius quidem citatus cap. XXVIII. ait: *Anno ab Incarnat. Domini MCLXXVIII. qui erat regni Domini Balduini quarti, annus quintus* (legendum annus ſextus) *menſe Octob. cum anno præcedente indicta eſſet per univerſum Latinorum Orbem Romæ Synodus generalis, ad eamdem Synodum vocati*, &c. Et paulo poſt ſub eodem anno: *per idem tempus Romæ celebrata eſt Synodus in Baſilica Conſtantiniana, quæ dicitur Lateranum, trecentorum Epiſcoporum*, ſed menſem Octobrem ac Martium, quo Synodus habita, ad eumdem annum refert Tyrius, quia annum a Paſchate
C exorditur, ſicque menſe Martio currentis anni, annum adhuc 1178. numerabat; quare a communi Sententia non diſcrepat, & ex eo loco intelligimus, eum annum, quem ſæpius a die Natali Chriſti inchoat, aliquando a Paſchate repetere, quod & aliqui alii per hæc tempora non ſine Chronologiæ detrimento indiſcriminatim faciunt. Præter Tyrium negotium facelſere poſſet *Robertus de Monte*, qui non ſolum in Chronico Francofurti edito, ſed etiam in eo quod Dacherius publicavit, & ſolus genuinus ejus fœtus eſt, Synodum hanc Lateranenſem cum anno 1180. connexuit. Verum jam ſæpius monuimus, in eo chronico numeros a Librariis tranſpoſitos fuiſſe, indeque anno illo multa refert, quæ ad hunc pertinere inter omnes convenit. Non loquar hic de Eclypſibus, quarum mentionem facit, quas certum eſt præter mentem ejus aliis annis quam quibus contigerint, notatas fuiſſe.

Canon XXVII. qui & ultimus, editus eſt adverſus hæreticos, in eoque inter alia dicitur: *Quia in Gaſconia, Albegeſio, & partibus Toloſanis, & aliis locis,*
D *ita hæreticorum, quos alii Catharos, alii Patrinos* (legendum, Paterenos, vel Patarinos) *alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perverſitas*, &c. *Eos, & defenſores eorum, & receptores, anathemati decernimus ſubjacere*, &c. *De Brabantionibus, & Aragonenſibus, Navariis* (legendum, Navarris), *Baſcolis, Coterellis, & Triaverdinis, qui tantam in Chriſtianos immanitatem exercent, ut nec Eccleſiis, nec monaſteriis deferent*, &c. *ſimiliter conſtituimus, ut qui eos conduxerint, vel tenuerint, vel foverint per regiones, in quibus taliter debacchantur, in Dominicis, & aliis ſolemnibus diebus, per Eccleſias publice denuncientur, & eadem omnino ſententia & pœna cum prædictis hæreticis habeantur adſtricti.*

Hæretici illi ſe *Catharos*, ideſt, puros, ſicut Calviniſtæ in Anglia ſe ſe Puritanos, appellabant. Henſchenius tamen in Notis ad Vitam S. Galdini Cardinalis & Archiepiſcopi Mediolanenſis ad diem 18. menſis Aprilis pag. 595. ait, credibilius eſſe a vulgo Germa-
E nico, propter nocturnas coitiones contumeliæ cauſa (dictio enim *Caters*, ideſt feles, ſeu lemures), vel ex obſoleta jam, ſed apud Otfridum invenienda voce *Quaten*, *Quetten*, *garrire* factum eis eſſe nomen: quod hodie omnibus in Belgio ac Germania hæreticis commune manet, ut *Ketters* dicantur, ſicut etiam nunc ab iſta radice uſurpatur in Flandria vel Germania verbum *Quetteren*, in eadem cum primitivo ſignificatione. Sed quidquid de hac Ethymologia ſit, *Cathari* meri Manichæi erant, & non ſolum in Italia ac Francia, ſed etiam in Germania extendebantur, ut maniſeſtiſſimum ſit teſtimonio *Eckberti* Schonaugienſis hoc tempore viventis in ſuis Sermonibus *adverſus Catharos* habitis, qui extant Tom. XXIII. Biblioth. PP. edit. Lugdun. in Epiſtola enim Dedicatoria ad *Reginoldum* ſeu *Rainaldum Archiep. Colonienſem*, ait: *In veſtra*

ANNO CHRISTI 1179.

*dioceſi frequenter contigit deprehendi quoſdam hæreticos*. &c. Hi ſunt, quos vulgo Catharos vocant, &c. In Sermone primo: *Secta eorum de quibus agimus, originem accepit a Manichæo hæreſiarcha*. Hovedenus, qui antiquas hæreſes non bene diſtinguit, ad annum 1176 ait: *Damnata eſt Ariana hæreſis* (ubi Arianos pro Manichæis uſurpat), *quæ fere totam provinciam Tolosanam fœdaverat*, &c. Subdit: *Erant itaque in provincia Toloſana quidem hæretici, qui ſe appellari faciebant Bonoshomines*, quæ vox Catharorum voci æquivalet. *Patarinorum* nomen ſæculo ſuperiori Mediolani adinventum, de eoque ſæculo illo egimus.

Puricellus in Monument. Baſil. Ambroſ. num. 595. ait hanc hæreſim Mediolanum inductam a quibuſdam, qui *Raynaldum* Archiep. Colonienſem & Archicancellarium Italiæ comitabantur, ſed ea in re hallucinatur, quia ex Landulpho a Sancto Paulo conſtat ante annum MCXXX. hanc hæreſim in diſtrictum Mediolanenſem introductam fuiſſe quam certum eſt valde dilatatam durante ſchiſmate Eccleſiæ Mediolanenſis. Gretzerus in ſuis Prolegomenis oſtendit, *Catharorum* ſectam Coloniæ *de partibus Flandriæ* anno tantum MCLXIII. apparuiſſe. Cum vero Germani hanc hæreſim acceperint *de Flandriæ partibus*, apparet Flandros eam a Francia, & Francos accepiſſe ab Italia, unde plures nefarii hæretici ultra montes a tempore *Roberti Franciæ Regis*. venerant: Itali vero venenum hoc hauſerunt a *Dalmatis* Italiæ vicinis, & a *Bulgaris*, ubi fons & origo hujus Manichæiſmi fuit.

Quoad *Baſcolos* Oihenartus in Notitia Gaſconiæ lib. 3. c. 3. notat poſteriorem ætatem *Vaſcos* appellaſſe diminutiva voce *Vaſculos*, & contracte *Vaſclos* vel *Baſclos*. Hodie enim etiam hujus gentis nomen Galli per B. Hiſpani per V. conſonantem proferunt, & quos illi *Baſcos*, hi *Vaſcos* appellant. Ait Oihenartus ſe non reperiſſe antiquiores Auctores, qui Vaſcos *Baſclos* vocarint, quam Patres Concilii Lateranenſis hoc anno coacti. Pſeudo Turpinus enim, qui in Præfatione fabuloſæ ſuæ Hiſtoriæ de Carolo Magno ea voce utitur: paulo ante annum MCC. ſcripſit, & homo Hiſpanus fuit, ut patet ex verbis Gaufredi Voſienſis hoc tempore viventis in Epiſtola ad Conventum S. Martialis, præfixa Vitæ Caroli M. *Gaufredus Prior Voſienſis, ſacro Martialis Conventui & univerſo Clero Lemovicini climatis gaudiis ſempiternis perfrui. Egregios invicti Regis Caroli triumphos, ac præcelſi Comitis Rotholandi prædicandos agones in Iſpania geſtos nuper ad nos ex Eſperia delatos gratanter excepi, & ingenti ſtudio corrigens ſcribere feci, maxime quod apud nos iſta latuerant hactenus, niſi quæ joculatores in ſuis proferebant cantilenis*, &c. *Ego tanti Pontificis* (nempe Turpini, de quo mox locutus fuerat) *orationibus mihi a Judice pio dari veniam opto*. Fabuloſa itaque illa Hiſtoria antiqua non eſt, licet verus *Turpinus*, qui Archiepiſcopus Remenſis fuit, Caroli Magni tempore vixerit.

Baronius num. XIII. ait, in hoc Concilio a quibuſdam delatam fuiſſe accuſationem adverſus *Petrum Lombardum* Epiſcopum Pariſienſem, quod ſcripſiſſet, quod Chriſtus ſecundum quod eſt homo non eſt aliquid. Id autem probat Baronius ex literis Alexandri III. *ad VVillelmum Archiepiſcopum Senonenſem* datis, quibus ei præcipit, ut ſuffraganeos ſuos Pariſios convocet, & una cum illis & aliis religioſis viris præſcriptam doctrinam ſtudeat *penitus abrogare*. Verum VVillelmus jam ab anno MCLXXVI. ab Eccleſia Senonenſi ad Remenſem translatus fuerat, ut ibi demonſtravimus. Matthæus Pariſius, qui eas literas huic anno affixit, aliiſque errandi cauſa fuit, non refert quid ſuper ea propoſitione ſtatutum fuerit, atque tantum hanc altercationem ſtetiſſe indeterminatam a diebus Alexandri III. uſque ad tempora Innocentii III. Paucis ante hunc annis *Magiſter Gualterus* Prior Sancti Victoris Pariſienſis, inſignis Theologus, *Petrum Abaelardum*, *Petrum Lombardum*, *Petrum Pictavinum* ejus diſcipulum, & *Gilbertum* Porretanum hæreſeos inſimulavit, quod Trinitatis, ceteraque divina myſteria Ariſtotelicis regulis & præceptis enarrarent, & contra eos quatuor libros compoſuit, qui, ut obſervat Bulæus Tom. II. Hiſt. Univerſitat. Pariſ. pag. 402. extant MSS. in duobus exemplaribus aſſervatis in Bibliotheca S. Victoris, quorum Prologus ſic incipit: *Quiſquis hæc legerit, non dubitabit IV. Labyrinthos Franciæ, ideſt, Abaelardum & Lombardum, Petrum Pictavinum & Gilbertum Porretanum uno ſpiritu Ariſtotelico afflatos, dum ineffabilia Trinitatis & Incarnationis Scholaſtica levitate tractarent, multas hæreſes olim vomuiſſe, & adhuc errores pullulare*,

A Pluribus Gualterus in libris illis refellit citatam propoſitionem *Petri Lombardi*, aliaſque ejuſdem Auctoris. Verum nihil in hoc Concilio Lateranenſi adverſus illas decretum reperitur. Audiendus idem Gualterus. *Hoc ſciendum quod Alexander Papa nuper in Concilio Romano paraverat nominatim illius* (nempe Petri Lombardi) *ſententias damnare, quarum argumentis & Arrii, & Sabellii, & novorum hæreticorum error recrudeſceret, ſc. quod Chriſtus nihil ſit ſecundum quod homo. Quidam vero Cardinalium cauſam Rei & fidei Chriſtianæ religionis, qua ſtamus & vivimus, alienis negotiis poſtponentes non recte & reſpondentes dixerunt Venerabili Papæ*; Domine, alia majora ſuſcepimus tractanda. *Tunc Apoſtolicus*; Imo primum & maximum de fide & hæreticis agendum eſt. *Quod illi audientes egreſſi ſunt de Conſiſtorio. Quidam etiam Epiſcopus VValenſis Adam exivit cum illis dicens*; Domine Papa, ego ei Eccleſiæ & Præpoſitus olim ſcholarum ejus defendam ſententiam Magiſtri. B *Quid plura? Ceſſent jam putidæ vanarum garrulitates, Apoſtolica Sede de Roma ita intonante & definiente*.

# APPENDIX
## AD CONCILIUM LATERANENSE
### PRÆCEDENS.

*Lectori benevolo Bartholomæus Laureus, cognomento vulgari Poin, ſalutem.*

Cur hanc præfatiunculam cum ſequente indice poſtpoſuerim actis ſynodalibus, feci tum ob cauſam ſupra in notis, verbo, *concilium*, aſſignatam; tum etiam, ut titulus concilii inſtar aliorum in frontiſpicio collocaretur.

SYNODUS Lateranenſis ſub Alexandro III. habita, cum indice ſibi præfixo, itemque cum iis quæ ſibi adjecta habet, ad quæ præfixus hic index ſpeciatim reſpicit, ſicut paulo poſt videbis, C excerpta eſt e volumine pergamenico, non illo cujus ſupra ſub Hadriano I. & Nicolao II. mentionem fecimus, ſed alio ac diverſo, nihil præter illa quæ hic ſequuntur, aliud comprehendente: ideoque totum hoc integre, non diviſum, exhibere placuit. Quamquam pars ea quæ prima hic aſſeritur, & in archetypo ita vocatur, ſeorſim ac ſpecialiter ipſum tantummodo Lateranenſe concilium videri poteſt: cum & archetypi titulus ea tantum in parte hoc præferat, nec omnia quæ deinceps ex ordine ſequuntur, Alexandri tertii ſint, ſed aliquorum etiam qui poſt eum apoſtolicæ ſedi præfuerunt. Verum quia totus ille archetypi, de quo loquimur, codex, eorumdem prope characterum erat: & maxime, D quia pars prima, ſecunda, tertia, & ceteræ deinceps ſibi cohærebant: & ſuper omnia, quod dominus Petrus Crab ordinis ſancti Franciſci de Obſervantia, unicus ac ſedulus archetyporum, quibus in editione conciliorum anno Domini MDLI. uſi fuimus, procurator, iſtud nobis exemplar unice commendavit, omittere quidquam ex illo, præſertim quod de textu, ut vocant, eſſet, neque voluimus, neque auſi ſumus. Nam annotationum quæ in archetypo ob marginis capacitatem plurimæ ſunt, non potuit in editione hac ob marginis exiguitatem paſſim haberi ra- E tio. Ceterum quanto labore conſtiterit archetypi hujus, quod propter breviationes inſuetas ac nimias non tam lectore, quam conjectore indiguit, tranſcriptio: quoniam neminem, niſi quem hoc ipſum archetypon videre contigerit, crediturum putamus, nullum hic verbum facimus, Deo tantum hoc noſtræ, quidquid eſt, opellæ, commendatum volentes. (a)

I N-

☞ (a) Cum Appendicis hujus Mſ. codex ex quo deſumpta eſt difficilis fuerit lectionis nec ſine arduo labore literæ exculpi potuerint, non abs re factum a me eſſe arbitror, ſi plures ex his canonibus, qui pariter recurrunt in Collectione Bernardi Præpoſiti vulgata ab Antonio Auguſtino, cum his conferantur & variantes lectiones in imo pagellæ a me dentur. *Manſi*.

ANNO CHRISTI 1179.

## INDEX EORUM QUÆ IN LATERANENſIS ſynodi præcedentis appendice comprehenduntur.

### DE SIMONIA.

PARS II. Nam canones Lateranenſes, qui præmiſſi ſunt, locum habent partis primæ.

1. *Ne prælati vices ſuas ad terminandas cauſas ſub annuo pretio committant.*
2. *Ne ſacerdos ſub annuo pretio eccleſiarum regimen ſuſcipiat.*
3. *Quod pro exceſſibus corrigendis, aut criminibus puniendis, & quod pro examinatione aquæ vel ignis, a clericis vel laicis pœna pecuniaria non debet exigi: & quod pro exactione pecuniæ, non debent perſonæ ſuſpendi, nec eccleſiæ interdici: &* B *quod a vicariis non debet pecunia exigi, ut eis Divina permittatur celebrare.*
4. *Quod epiſcopus ab eccleſia, quam conſecrat, poteſt exigere procurationem moderatam, & nihil aliud.*
5. *Quod in collectione denariorum beati Petri, eccleſiæ vel perſonæ gravari non debent.*
6. *Quod eccleſiæ vel perſonæ in viſitatione gravari non debent.*
7. *Ne prælati in presbyteros tallias & indebitas exactiones exercere, vel eos irrationabiliter gravare, vel inhoneſte tractare, aut ſine capituli ſui judicio ſuſpendere, aut eorum eccleſias interdicto ſubjicere præſumant: & quod unus duas majores eccleſias non debet habere, quarum una* C *poſſit ei ſufficere: & quod non debet aliquis ſine ordine judiciario excommunicari.*
8. *Epiſcopus eccleſias, quas de manibus laicorum eripuit, novis non debet exactionibus prægravare.*
9. *Quod a prælatis non debent ſubditi viliter & inhoneſte tractari, vel indebitis exactionibus vel procurationibus gravari: nec eorum eccleſiæ, ſine manifeſta ratione, & cauſa rationabili, interdicto ſupponi.*
10. *Quod ab iis qui ad religionem tranſire voluerint, non debet aliqua pecunia exigi: nec prioratus vel capellania annua diſtractione vendi: nec ab eo, cui regimen eccleſiarum committitur, pro ipſarum commiſſione pretium peti: nec pro* D *ſepultura, vel chriſmatis & olei perceptione, ulla alicujus precis exactio debet exerceri.*
11. *Ne quis clericos vel laicos pro ſuis exceſſibus pœna pecuniaria mulctare, ſive pro examinatione ignis vel aquæ, pecuniam extorquere: aut pro indebita exactione pecuniæ, perſonas ſuſpendere, aut eccleſias interdicere præſumat: neque ad eccleſias viſitandas, niſi ſemel in anno, aliquis accedat: niſi forte talis emerſerit cauſa, ob quam oporteat eas ſæpius viſitare: & etiam cum ea moderantia hominum & equitaturarum, quod qui in eis morantur, non debeant exinde merito querulari.*
12. *Quod eccleſia vel cavea ſubter ipſum facta,* E *nec emi poteſt, nec redimi.*
13. *Quod ſi qui, ut electioni alicujus conſentirent, præmium vel aliquod beneficium receperint, & hoc manifeſtum ſit, aut exterius confeſſi invite vel legitime convicti fuerint, ab altaris miniſterio perpetuo ſunt deponendi. Si autem manifeſtum non ſit, nec confeſſi, nec convicti fuerint, & tamen poſtea laborent infamia, eis canonica debet purgatio indici: in qua ſi defecerint, tanquam tanti ſceleris authores, ſunt puniendi.*
14. *Non eſſe alicui dandam eccleſiam intuitu operæ.*
15. *Quod ſi qui eccleſias ſimoniace fuerint adepti, & hoc ſit notorium, eis debent privari. Si vero* A *notorium non ſit nec publicum, & tamen poſtea laborent infamia, cum violenta manu, vel vi, canonica ſui ordinis debet eis purgatio indici: in qua ſi defecerint, beneficii perpetuo debent carere acquiſitis. Taleſque perſonæ in purgatione debent recipi, de quibus veriſimile ſit quod non debeant alicujus rei obtentu pejerare.*
16. *Quod pro regimine ſcholarum nihil debet præſtari.*
17. *Quod pro licentia docendi nihil debet exigi aut promitti: promiſſum vero, remitti: ſolutum, debet reddi. Si autem hujus prohibitionis occaſione diſtulerit quis magiſtros congruos in locis congruis ordinare: prælatus ex officio ſuo ibidem poterit viros idoneos inſtructioni præficere animarum.*
18. *Item de eodem.*

### DE DOLO ET CONTUMACIA & calumnia alterius partium punienda.

PARS III.

1. *Quod in eccleſiaſticis perſonis & negotiis rigor nimius non debet exerceri, ſi propter hoc juſtitia non periclitatur.*
2. *Quod victus victori in cauſis propriis, ubi forte, ſicut cautum eſt, pro abſente ſententia feratur, debet condemnari.*
3. *Quod ſi quis cauſa rei ſervandæ in poſſeſſionem miſſus fuerit, & alius intra annum poſſeſſionem ſecundum formam juris non intraverit, licet poſtea veritate tacita, literas a ſede apoſtolica de recuperanda poſſeſſione impetraverit, de proprietate tantum eſt audiendus.*
4. *Item de eodem.*
5. *Quod ob peremptorium in die prima citationis factum, ubi magna urgeat neceſſitas, poteſt appellari.*

### DE DECIMIS PRÆSTANDIS.

PARS IV.

1. *Quod decimæ pro temporalibus non ſunt commutandæ.*
2. *Quod de proventibus molendinorum & piſcariarum, & de fœno & lana decimæ debent perſolvi.*
3. *Quod decimæ de fœno equitio, pomis, pyris, & apibus, & omni fructu, cum integritate debent perſolvi.*
4. *Quod ſervientibus & mercenariis de frugibus non decimatis debita non devent impendi: & quod de nutrimentis animalium decimæ debent præſtari.*

### DE CONJUGATIS ET SPONSIS monaſterium ingreſſis, vel ingredi volentibus.

PARS V.

1. *Quod poſt legitimum conſenſum de præſenti, licitum eſt alteri, altero etiam repudiante monaſterium ingredi, & altero in ſæculo remanente, ſi una caro non ſunt effecti.*
2. *Qui invita uxore monaſterium ingreſſus eſt, ea petente ad eam debet redire: ſed & ea mortua, in ſæculo poterit remanere, ſed aliam non poteſt accipere.*
3. *Non debet vir ſine uxore, vel uxor ſine conjuge, ad religionem convolare, niſi qui remanet tam ſenex ſit, quod ſine ſuſpicione poſſit in ſæculo commorari.*
4. *Si quis abſque licentia uxoris monaſterium ſit ingreſſus, ea non vovente continentiam, ab epiſcopo poterit revocari.*
5. *Si quis habitum religionis ſuſceperit, nondum*

vero

ANNO CHRISTI 1179.

vero profeſſus eſt, & poſtmodum uxorem duxe- A rit: non eſt cogendus ab ea recedere, & ad religionem tranſire.

6. Quod non recipitur illius viri apud Deum converſio, cujus ſequitur conjugali fœderis proſtitutio: nec ullus ad ſacros ordines promovendus, niſi ab uxore continentiam profitente fuerit abſolutus.

7. Quod uxoratus, niſi uxor ejus profiteatur continentiam, & ſibi velamen impoſuerit, non debet ordinari.

8. Quod ſi vir & uxor per carnis commixtionem una caro non ſunt effecti, poteſt alter ſine altero converti, & alter in ſæculo remanere.

9. Quod viro religionis habitum aſſumente, ſi uxor ſuſpicione careat, quod velit ad ſecunda vota B migrare, continentiam profeſſa poterit cum filiis & familia remanere. Si autem talis non fuerit, a ſæcularium hominum converſatione debet ſe removere: nec aliquis uxorem tonſurare, & cum eu præſumat habitare.

10. Quod poſt votum ſimplex, metu interpoſito factam, permittitur contrahere matrimonium.

PARS VI.

## DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIO contracto ſive contrahendo.

1. Quod ſi quis uxore inſcia, aliam ſibi matrimonio copulaverit, non poteſt poſtea ab ea recedere in vita, ne de dolo ſuo videatur lucrum reportare. C

2. Qui fidem dedit de aliqua ducenda, ſi eam cognovit, & aliam poſtea acceperit, non eſt ab ea ſeparandus, ſed de fidei læſione pœnitentia injungenda.

3. Si qui infra annos matrimonio aptos fuerint deſponſati, a pactione nuptiali non poſſunt recedere, & ad aliud matrimonium convolare.

4. Nullus ſanguineorum, alterius ſponſam ætati nubili aptam, aliquando poteſt ſibi matrimonio copulare.

5. Qui ſub conditione aliquam deſponſaverit, non poteſt eam poſtea relinquere, quamvis conditio non extiterit.

6. Quod pubes dicendus eſt, qui talis eſt, ut jam poſſit procreare. D

7. Quod ſi quis aliquam infra ſeptimum annum deſponſaverit, poteſt matrimonium cum matre ejus poſtea contrahere, cum deſponſationes & matrimonia ante ſeptimum annum fieri non poſſint, niſi poſtea conſenſus intervenerit: & filii ab ea ſuſcepti, a paterna vel materna hæreditate non debent prohiberi.

8. Quod ſi qui mutuo conſenſu ſe ad invicem receperint, dicentes, Ego te in meam, &, ego te in meam recipio: licet alter eorum alii poſtea ſe copulaverit, debet ab eo vel ab ea ſeparari, licet carnalis commixtio inter eos fuerit ſubſe- E cuta.

9. Quod qui habitum religionis ſuſcepit, ſi profeſſionem non fecit, & aliquam ſibi poſtea matrimonio copulaverit, non eſt cogendus ab ea recedere, & ad eccleſiam redire.

10. Si vir dixerit mulierem ab eo cognitam, & ipſa negaverit, ſtandum eſt viri veritati, ſi id affirmaverit juramento: & ſi ipſa nubili ætate proxima, alicui fuerit deſponſata, non licet alicui de conſanguinitate viri eam ducere in uxorem: nec fas eſt ſponſo, aliquam de conſanguinitate puellæ matrimonio ſibi copulare.

11. Matrimonia canonice contracta, non eſſe levitate aliqua diſſolvenda.

12. Quod q[illegible] juravit ſe aliquam ducturum, ſi poſtea ad alienas partes ſe tranſtulerit ea incognita, liberum erit mulieri ad alia vota tranſire. Et quod ſponſalia, ſed non matrimonia, in conditionis eventum recte contrahuntur.

ANNO CHRISTI 1179

13. Quod ſi aliquis vi compulſus, aliquam ſibi matrimonio copulaverit, & aliam poſtea ſuſceperit, non eſt cogendus ad primam redire.

14. Quod adulterium adulterio compenſatur.

15. Quod ſi aliquis aliqua ſibi copulaverit, & poſtea compererit ei conjunctam prima vel ſecunda linea, utraque debet perpetuo carere. Si autem in tertio vel ſupra ſe gradu contigerint, a ſecunda debet ſeparari, & primæ adhærere.

16. Quod ſi quis uxore vivente aliam acceperit, vel de ea ducenda ei fidem dederit: ab ejus conſortio perpetuo debet prohiberi.

17. Quod ſi pari conſenſu contractum ſit matrimonium, & vir ea incognita aliam duxerit, & eam cognoverit: ſecunda relicta, primæ debet adhærere. Quamquam mulieri deſponſatæ & incognitæ liceat ad religionem tranſire, aliam tamen non poteſt in uxorem ſibi copulare.

18. Quod ſi quis aliquam nubili ætati aptam, in ſuam receperit, licet poſtea ab alio diſpenſetur & cognoſcatur, debet primo reſtitui.

19. Quod qui prohibentur conjungi, ſi poſtea ſeſe conjunxerunt, poſſunt excommunicari, quouſque de matrimonio cognoſcatur.

20. Quod partibus abſentibus veritas non poteſt plenarie inquiri: & quod ad eum, a quo appellatum eſt, cauſa non debet remitti.

21. Quod ſi quis pendente lite matrimoniali aliam acceperit, & poſtea inter ipſum & primam divortium fuerit celebratum, poteſt cum ſecunda remanere. Et quod non eſt dicendus conſenſus de præſenti, licet verbis præſentibus exprimatur, qui ex arbitrio dependet alieno.

22. Quod ſi quis aliquam deſponſaverit, & eam non cognoverit, cum eo debet remanere.

2 . De eo quod.

24. Quod ob coeundi impoſſibilitatem non debet fieri divortium.

25. Quod non licet uxorem dimittere ſine manifeſta cauſa fornicationis: & tunc, ipſa vivente, tenetur continere.

26. Quod licet divina officia prohibeantur, baptiſma tamen parvulorum, & pœnitentia morientium, non debet prohiberi.

27. Quod qui unam ſororem deſponſaverit, ſi eam non cognoverit, poteſt aliam ſororem ſibi matrimonio copulare.

28. Secundum matrimonium ſolenne primo clandeſtino præjudicat: & matrimonium contra interdictum eccleſiæ contractum tenet etiam poſt appellationem.

29. Si puberes contraxerint ſponſalia, poſtea reclamantes non ſunt audiendi: ſed ſi ambo impuberes, & reclamaverint, ſunt audiendi: ſi vero alter pubes, alter impubes, & impubes reclamaverit, eſt audiendus.

30. Quod non poteſt vir & mulier matrimonium ſuum accuſare, nec alii, ſi octodecim annis tacuerint.

31. Actu extrinſeco matrimonium præſumitur adimpleri.

32. Eorum qui poſt motam quæſtionem: vel ab accuſatoribus conſanguinitatem didicerunt, teſtimonium non valere. Nominandæ ſunt etiam perſonæ, & gradus ex utroque latere diſtinguendi, nec niſi per judices diſcretos, & pacem habentes, debet cauſa pertractari.

33. Qui de matrimonio contrahendo fidem dederunt, commonendi ſunt eam ſervare.

ANNO CHRISTI 1179

## DE POTESTATE JUDICUM DELEGATOrum, & de variis litteris diverſis temporibus impetratis.

1. *Licet inhibita fuerit appellatio, a ſecundo tamen delegato ad primum delegantem poteſt appellari.*
2. *Accuſatores, & eorum fautores, juſtitiam impedientes, eccleſiaſtica debent cenſura coerceri.*
3. *Quod pro varietate litterarum, in executione judicibus eſt ſuperſedendum.*
4. *Quod non eſt ſtandum ſententia, quæ manifeſtam continet iniquitatem.*
5. *Judex delegatus alii vices ſuas committere poteſt.*
6. *Cauſæ, quæ intra certum terminum decidendæ committuntur, niſi de communi conſenſu prorogetur, eo lapſo expirat mandatum. Et qui ad hortationem judicis delegati venire neglexerit, ſecundum judicis arbitrium poterit puniri.*
7. *Cum juriſdictio delegatur, omnia videntur delegata, quæ faciunt ad juriſdictionem.*
8. *Judex delegatus cauſam appellatione remota commiſſam alii non poteſt committere* * *re. ap.*

* *remota appellatione.*

9. *Quod priores litteræ derogant poſterioribus, niſi intentio prioris commiſſionis in poſterioribus habeatur. Quod etiamſi cauſa conſenſu partium alteri fuerit delegata, & alter ignorante altero, tacita priori commiſſione, eam alii impetraverit committi, propter dolum & fraudem debet alter in expenſis condemnari.*
10. *Quod judex delegatus ſuam executionem poteſt demandare.*
11. *Item de eodem: & ſi quis ei reſtiterit, poteſt eum coercere.*
12. *Quod ad juſtam ordinarii commonitionem cauſa delegata debet differri, & papa propterea conſuli.*
13. *Quod non ſecundum formam in litteris expreſſam, ſed ſecundum rigorem juſtitiæ, eſt in cauſa procedendum.*
14. *De eo quod ſupra cap. 6.* cauſæ: *& ſi judex aliter fecerit, & fines mandati exceſſerit, ejus juriſdictio exſpirat.*
15. *Quod delegatus ſecundum priores litteras poteſt in cauſa procedere, niſi expreſſim in poſterioribus contineatur, cauſam ipſam ab ejus examine ſubtractam.*
16. *Quod qui ſemel officio ſuo functus eſt, de cetero ejus juriſdictio ceſſat.*
17. *Quod abſens cauſa ſtudii vel peregrinationis, vel alia certa cauſa, ante citationem excuſatur: & de eo quod ſupra c. 6.* cauſæ.
18. *Quod hæc conditio, ſi preces veritate nitantur, eſt ſubintelligenda, etſi non apponatur.*
19. *Quod judex poteſt terminum appellationis abbreviare, & ſi intra terminum non fuerit appellationem proſecutus, appellantem proſequi appellationem compellare poteſt, vel coram ſe judicio ſtare debet.*
20. *Quod judex delegatus major eſt eo, cujus cauſam ſuſcepit terminandam: & ſi rebellis fuerit, poterit eum punire.*
21. *Quod etiamſi aliquis præſtito juramento judicio ſiſti fuerit abſolutus, & ſtatim in vocem appellationis proruperit, non eſt aliquatenus audiendus.*
22. *Quod morte mandatoris, lite non conteſtata, finitur mandatum.*

ANNO CHRISTI 1179

## DE TESTIBUS COGENDIS VEL NON

1. *Quod vocatus ad teſtimonium perhibendum, niſi venerit, eſt coercendus.*
2. *Quod poſt publicationem atteſtationum, teſtes non debent produci.*
3. *Quod religioſi in propriis cauſis a ferendo teſtimonio non ſunt expellendi.*
4. *Quod teſtis ſuper crimine convictus, non eſt audiendus.*
5. *Scripta authentica, ſi in ſcriptura teſtes deceſſerint, robur non habent, niſi per manum publicam ſint authenticata, aut authenticatum habuerint ſigillum.*
6. *Teſtis, ob crimen contra eum civiliter probatum, a teſtimonio repellitur, ſed non aliter ponitur.*
7. *Quod ad ferendum teſtimonium nullus ſit cogendus, niſi timore adverſæ partis ſe ſubtraxerit: & quod laicus a clerico in cauſam tractus, in foro forenſi eſt conveniendus.*
8. *Laicus contra clericum teſtimonium non poteſt perhibere, niſi ſuam vel ſuorum proſequatur injuriam, ſed nec tunc poteſt eum accuſare.*
9. *Quod non ſunt teſtes ultra tertiam productionem producendi.*
10. *Quod dicta teſtium benigne debent interpretari, ne de perjurio notentur.*
11. *Quod in cauſa filiationis, contra communem viciniæ opinionem, ſtandum eſt verbo viri & mulieris.*
12. *Quod poſt teſtium renunciationem, in cauſa appellationis, ſuper novis articulis teſtes ſunt admittendi.*
13. *Quod licet juramentis contravenire.*
14. *Quod qui perſonatui renunciat, & penſionem ſolvit, non poteſt inniti inſtitutioni.*
15. *Quod privilegium, quod ſuper re litigioſa impetratur, non valet.*
16. *Quod teſtes ſunt compellendi.*
17. *Quod teſtes duplex debent præſtare juramentum.*
18. *De eo quod ſupra capite 3.* Cum nuncius.
19. *Quod teſtes debent moneri, non cogi.*
20. *Quod judices debent intrare ubi teſtes degunt, ſi decrepiti fuerint.*
21. *Quod teſtes purgationis ſecundum propriam conſcientiam jurare debent.*
22. *Quod qui fornicarias habent, eccleſiaſtico debent beneficio ſpoliari: & quod latrones, & raptores, & de perjurio convicti, non poſſunt teſtimonium perhibere.*
23. *Quod teſtes ad accuſationem matrimonii non ſunt admittendi, qui tempore contracti matrimonii conſanguinitatem ſcientes, ſiluerunt.*

## DE SECUNDIS NUPTIIS.

1. *Quod non debet benedictio iterari.*
2. *Quod ſine infamia mulier infra tempus luctus nubere poteſt.*

## DE APPELLATIONIBUS.

1. *Quod non debet inquiri, cujuſmodi actio intendatur, ſed primo rei veritas inquiratur.*
2. *Quod appellatio de omni gravamine non eſt admittenda.*
3. *Quod ubi ſub prætextu appellationis noſcitur crimen committendum, non eſt appellans defendendus.*
4. *Quod religioſus, ne caſtigetur, appellans, non audietur.*

5. *Quod*

ANNO CHRISTI 1179.

5. *Quod fruſtratoriæ dilationis cauſa appellans, non audietur: & quod morbo conſimili laborantes in teſtimonium non admittuntur.* A

6. *De eo quod ſupra cap. proximo: & quod judex poterit terminum abbreviare, infra quem niſi appellationem fuerit appellans proſecutus, tenet ſententia contra eum lata: & quod raptor, & aliena res detentor, & fornicator, niſi ſit manifeſtum, appellans, audietur.*

7. *Quod tenet excommunicatio poſt appellationem ante interpoſitam.*

8. *Quod ſi iter arreptum fuerit ante accuſationem factam, non eſt in cauſa procedendum.*

9. *Quod appellationi ſuper incidenti quæſtione factæ, ſi ſine ea principalis quæſtio non poſſit terminari, eſt deferendum: & quod * appel. inbib.* B *etiam de falſa ſuggeſtione appellari non poſſit.*

* appellatione inhibita.

10. *Quod appellationi pro qualicumque fiat cauſa levi, eſt deferendum, & de eo qui.*

11. *Quod ſi cauſa appellantis recommittitur, licet aliquod ſpeciale mandatum habuerit, ubi ei libere liceat appellare: non eſt tamen audiendus quia ſpeciale mandatum derogat generali.*

12. *Quod ubi inhibita eſt appellatio, ibi & recuſatio: quod tunc incipit, cum judices ſuſceperint mandatum.*

13. *Quod qui violentas manus in clericum injecerit, appellans non audietur.*

14. *Quod in criminibus notoriis non eſt deferendum appellationi, & de eo quod ſupra c. 6.* Cum ſit. C

15. *Quod ſi quis ab aliquo appellaverit pro aliqua re, & poſtea coram eodem ſuper alia conveniatur, poteſt eum velut ſuſpectum evitare.*

16. *De eo quod ſupra cap. 12.* Super eo.

17. *Quod ſi quis appellaverit, niſi ſit appellans religioſus, eſt audiendus.*

18. *Quod delegatus poteſt accuſari.*

19. *Quod appellans metu litterarum, quas ſcit impetratas, non eſt audiendus.*

20. *De eo quod ſupra capite 3.* Quod vero.

21. *Quod de facto excommunicatus, licet non de jure, de facto abſolvi poſſit.*

22. *Quod litteræ, pendente appellatione, impetrari non valent.*

23. *Quod ſi cujus poſſeſſio poſt appellationem fuerit turbata, archiepiſcopus poteſt emendare.* D

24. *Quod archiepiſcopus poſt appellationem poteſt exceſſus corrigere, de quibus non appellatur.*

25. *Quod religioſi pro evitanda diſciplina appellantes, non ſunt audiendi.*

26. *Quod ſuper re ſpirituali ad ſæcularem judicem non eſt appellandum.*

27. *Quod qui publica laborat infamia, teſtibus deficientibus, ad purgationem eſt cogendus: & quod pro inimicitia vel manifeſta cauſa ſuſpitionis, poteſt ordinarius evitari.*

28. *Quod obtentu appellationis non poteſt quis excuſari, quin ad vocationem cardinalis debeat venire.* E

29. *Quod qui jurant judicio ſiſti, & poſtea appellant, compellendi ſunt ſervare quæ jurant, vel intra quadraginta dies proſequi appellationem.*

30. *De eo quod ſupra cap. 24.* Significavit.

31. *De eo quod ſupra cap. 9.* Super.

32. *De eo quod ſupra cap. 22.* Ex litteris. *Et quod non rejicitur, qui volens poſſeſſionem ingredi, vi repellitur incontinenti.*

PARS XI.

## UT ACTOR RESPONDEAT EI quem convenit.

1. *Quod actor ei quem convenit, ſuper aliis negotiis in eodem judicio tenetur reſpondere.*

2. *De eodem.*

PARS XII

## DE EO QUI CONSANGUINEAM uxoris ſuæ, vel ſponſam patris ſui, vel conſanguineam ſponſæ propriæ, cognovit.

1. *Quod qui matrem vel ſororem vel filiam uxoris ſuæ cognoverit, debet ſine conjugio perpetuo permanere, & ipſa.*

2. *Quod ſi quis puellam non ſeptennem deſponſaverit, & poſtea ejus matrem in uxorem duxerit, non ſunt ſeparandi.*

3. *Quod ſi filius patris ſponſam cognoverit, pater vero eam non, ea vivente aliam poterit habere.*

4. *Quod qui ſponſa intacta matrem ejus cognovit, cum alia matrimonium contrahere, & illa alii nubere poteſt.*

5. *Quod uxore vivente, maritus ſciens cum alia legitime contrahere non poteſt.*

6. *Quod qui ſponſa intacta, ejus conſanguineam cognovit, ipſa eum petente, debet abſolvi.*

7. *De eo quod ſupra 1. cap.* Si quis.

8. *Quod qui ſponſa intacta, tamen eam cognoſcere tentaverit, & conſobrinam ejus poſtmodum duxerit, ab ea eſt ſeparandus.*

PARS XIII.

## DE RELIGIOSIS VIRIS DECIMAS ex privilegio non præſtantibus, & de privilegio abutentibus.

1. *Quod non poſſunt religioſi ſine authoritate epiſcopi, portiones vel antiquos reditus minuere, vel parochias dividere.*

2. *Quod religioſi ex prædiis conductis decimas ſolvere debent.*

3. *Quod religioſi de laboribus quos propriis manibus vel ſumptibus colunt, & animalium nutrimentis, a decimarum præſtatione ſunt immunes.*

4. *Pacificam poſſe fieri compoſitionem ſuper decimis.*

5. *Fratribus Ciſtercienſis ordinis, Templariis, Hoſpitalariis, laborum ſuorum decimas indulgeri cunctis de novalibus.*

6. *De prædiis, traditis ruſticis ad excolendum, monachos debere decimas dare.*

7. De eo *quod ſupra 3. cap.* Fraternitatem.

8. *De eo quod ſup. 3. c.* Fraternitatem: *& quod ſummus pontifex dicit præter ſolitum, ab eo debet exponi.*

9. *Monaſteria de ſuis prædiis decimas non debent præſtare.*

10. *Monachis non alias decimas quam de novalibus indulgendas.*

11. *Privilegium ſequens, priori non deroget conventioni.*

12. *Monachi decimas dare debent de prædiis, de quibus prius dabantur.*

13. & 14. *Abbas non debet detinere quæ ad epiſcopum pertinent, niſi authoritate Romani vel ſui pontificis.*

15. *A clericis non ſunt decimæ indiſtincte exigendæ.*

16. *Clerici a clericis non debent decimas exigere: ſed illi eis tenentur ſolvere, qui ab eis ſpiritualia percipiunt.*

PARS XIV.

## DE ILLIS QUI INCIDUNT IN CANONEM datæ ſententiæ, vel incidere videntur: & qui ſint ad ſedem apoſtolicam propter abſolutionem mittendi.

1. *Qui ignoranter manus violentas injecerit in clericum, excuſatur.*

2. *Non*

ANNO CHRISTI 1179.

2. *Non poſſunt per abbatem abſolvi, qui ante religionem ſuſceptam in canonem datæ ſententiæ inciderint.* A
3. *Qui viros religioſos læſerunt, apoſtolico conſpectui ſe debent præſentare: & de eo quod ſupra, cap.* Pro Chriſto.
4. *Religioſi, ſicut alii, pro violenta manuum injectione in clericos, ſunt evitandi.*
5. *Tam mandantes, quam malefactores, pro violenta manuum injectione in clericos, ſicut excommunicati ſunt evitandi.*
6. *Qui in fratres Templi violentas manus injiciunt, ſunt excommunicati.*
7. *Si clerici impuberes ſeſe invicem percuſſerint, vel puberes ex jocoſa levitate, & magiſtri diſcipulos cauſa correctionis, non incidunt in canonem datæ ſententiæ.* B
8. *Religioſi ſeſe invicem percutientes, a ſuo abbate vel epiſcopo poſſunt abſolvi.*
9. *Qui prætextu officii clericum læſerit vel vulneravit, ab epiſcopo ſuo poteſt abſolvi.*
10. *Qui clericum vim inferentem lædit repellendo, vel cum matre vel ſorore invenitur, vel etiam filia, non incidit in canonem datæ ſententiæ.*
11. *Qui converſis violentas manus injiciunt, ſunt excommunicati.*
12. *Qui ſui juris non ſunt, etiam mulieres, ſi in clericum violentas manus injecerint, ab epiſcopo ſuo poſſunt abſolvi: & delicati qui magnum laborem ſuſtinere nequeunt, poſſunt excuſari quo minus ad apoſtolicam ſedem mittantur pro violenta manuum injectione.* C
13. *Qui incidunt in canonem datæ ſententiæ, ſi ſine periculo Romanum pontificem adire nequiverint, ab epiſcopo ſuo poſſunt abſolvi.*

Pars XV.

## DE JURE PATRONATUS & Clericorum inſtitutionibus.

1. *Rectorem eccleſiæ ſuæ, in illa debere reſidere, niſi juſta cauſa ſubſit. Uno etiam præſentato & non iſtituto, alium poſt præſentatum & inſtitutum præferri.*
2. *Conceſſio laici ſuper eccleſia, ſine conſenſu epiſcopi, eſt inutilis, etiam collegio facta.*
3. *De eo quod ſupra 13. cap.* Relatum. D
4. *Si qui advocationes eccleſiarum acquiſierunt, ut ad eaſdem filios & nepotes præſentent, eis poſſunt ſpoliari.*
5. *Firmarii vetitam eſſe præſentationem.*
6. *Si eccleſia non vacans alicui a patrono concedatur, poſtea ea vacante alio inſtituto, poſterior præferri debet, & laicus etiam loco religioſo jus patronatus licite poteſt conferre.*
7. *Secundum patronorum traditiones, eccleſiarum ordinationes non ſunt mutandæ.*
8. *Si a patrono clericus epiſcopo idoneus fuerit præſentatus, & poſtmodum alius æque idoneus: epiſcopi relinquitur arbitrio, quis alteri præferatur. Verum ſi collegium vel religioſa perſona præſentaverit: qui prior tempore, potior eſt in jure.* E
9. *Longa præſcriptio robur dat conceſſioni a laico factæ ſine epiſcopali authoritate.*
10. *Emptionis titulo non debet jus patronatus acquiri.*
11. *Conceſſio eccleſiarum viventibus perſonis facta, eſt evacuanda.*
12. *Per epiſcopum poteſt in eccleſiis perſona inſtitui, ſi cujus ordinatio propter controverſiam laicorum differatur.*
13. *Si fundus ematur, jus patronatus acquiritur.*
14. *Juspatronatus licite poteſt ordinari.*
15. *Filii eccleſias a parentibus fundatas non debent authoritate propria detinere, nec aliis conferre.*
16. *Jus patronatus annexum eſt ſpirituali, & ideo non poteſt vendi.*
17. *De eodem.*
18. *Nullus eccleſiam, vel quod eccleſiaſtici juris eſt, monaſteriis vel canonicis ſine epiſcopi authoritate poteſt conferre.*
19. *Epiſcopi perſonas debent admittere idoneas in eccleſiis, in quibus adepti ſunt præſentationes.*
20. *Qui ab eo præſentatus creditur, & ab ordinario inſtituitur, licet alius poſtea patronatus jus evicerit, non eſt propter hoc ab eccleſia deſtituendus, & de eo quod ſupra 11. c. Ea quæ; & de eo quod ſupra 6. cap. Illud in fine.*
21. *In eccleſiis quarum ordinatio differtur, ab epiſcopo debet œconomus conſtitui.*
22. *Epiſcopi debent inſtituere, patroni conſentire.*
23. *Quod epiſcopi conſenſus ſubſequens poteſt ſufficere.*
24. *Perſonæ eccleſiarum, in quibus monachi habent jus præſentandi, monachis de temporalibus, epiſcopi de ſpiritualibus debent reſpondere.*
25. *Renunciatio eccleſiarum in manibus epiſcopi fieri debet, non patroni.*
26. *Defenſor appellans audietur.*

## DE USURIS.

Pars XVI.

1. *Non admittitur diſpenſatio, ut accipiantur uſuræ.*
2. *Contractus uſuram continet, licet ex forma ſic tranſeatur.*
3. *Fructus in ſortem ſunt computandi.*
4. *Quod uſuræ ſub juramento promiſſæ, ſunt ſolvendæ.*
5. *Uſuræ ante interdictum vel poſt perceptæ, ſunt ſolvendæ.*
6. *Nullus ad uſuras ſolvendas eſt cogendus, niſi ad earum teneatur ſolutionem.*
7. *Fructus redituum in ſortem ſunt computandi.*
8. *Sorte recepta, pignus eſt reſtituendum.*
9. *Clericus uſuras accipiens niſi ubi de manu laicali beneficium eccleſiæ redimat, officii ſui periculum debet ſuſtinere.*
10. *De eo quod ſupra 8. capite, Nihilo minus.*

## DE JURAMENTIS SERVANDIS.

Pars XVII.

1. *Non eſt contra juramentum veniendum, niſi vergat ad interitum ſalutis.*
2. *Contra juramentum ex cauſa licite poteſt veniri.*
3. *Qui jurant, compellendi ſunt juramentum ſervare.*
4. *Clerici pro perjurio eccleſiis perpetuo debent privari.*
5. *Non debent eccleſias regere, qui crimine perjurii ſunt irretiti.*
6. *De eo quod ſupra 4. cap. Tua nos.*
7. *Compulſus jurare, debet abſolvi.*

## DE CLERICIS MATRIMONIO copulatis, & alijs fornicarias habentibus.

Pars XVIII.

1. *Clerici concubinas habentes, eas compelli poſſunt abjurare.*
2. *Clerici in ſubdiaconatu & ſupra, qui infra quadraginta dies poſt commonitionem fornicarias non removerint, eccleſiaſtico beneficio debent privari.*
3. *Simplex beneficium clerico poteſt concedi conjugato.*
4. *Subdiaconorum, de quorum incontinentia timetur, matrimonium eſt diſſimulandum.*

ANNO CHRISTI 1179

5. *Pro bono pacis, quod eſt illicitum diſſimulatur.* A
6. *Clerici qui citra ſubdiaconatum matrimonium contrahunt, ab uxoribus non debent ſeparari, niſi de communi conſenſu ad religionem voluerint tranſire. Si vero in ſubdiaconatu & ſupra ad matrimonium convolaverint, uxoribus invitis debent ſegregari.*
7. *Sacerdotes qui uxores ad commonitionem epiſcopi dimittere nolunt, officio & beneficio poſſunt privari.*
8. *Clerici, ſive in ſacris ordinibus conſtituti, ſive infra, nolentes dimittere fornicarias, beneficio poſſunt privari.*
9. *Si ſacerdos fornicariam non dimiſerit, debet ſuſpendi: & quouſque eam dimittat, in ſuſpenſione permanere.* B
10. *De eo quod ſupra 2. cap. Sicut; & de eo quod ſupra capite octavo, Si autem.*
11. *De eodem.*
12. *Epiſcopus poteſt eum abſolvere, qui clericum vulneravit.*
13. *Minus malum, ut majus vitetur, eſt tolerandum.*
14. *Permittitur ſubdiacono cuidam contrahere matrimonium.*
15. *Sacerdos non debet tabernas frequentare.*

## DE ORDINATIONE FILIORUM ſacerdotum, & eiſdem in eccleſiis paternis non tolerandis.

PARS XIX. C

1. *Non debet aliquis permitti habere eccleſiam, in qua pater ejus proxime miniſtravit.*
2. *Filii ſacerdotum non debent ad ordines admitti, niſi in monaſterio vel canonica regulari vita fuerint probati.*
3. *Non debet aliquis in eccleſia, in qua pater ejus miniſtravit, miniſtrare.*
4. *De eodem.*
5. *Si epiſcopus ſcienter in paterna eccleſia aliquem inſtituit vel ignoranter, dum ad eamdem ipſum poſtea ordinaverit, poteſt in ea remanere.*
6. *Si filius ſacerdotis ad ſacros ordines fuerit promotus, poteſt eccleſiaſtici beneficii obtinere portionem.* D
7. *Quilibet ab eccleſia, in qua pater ejus perſonatum habuit, eſt excludendus.*
8. *Filius in patris eccleſia poteſt inſtitui, ſi media intercesſit perſona.*
9. *Filius paternam poteſt eccleſiam habere, ſi pater ejus ejuſdem eccleſiæ vicarius perpetuus non fuerit vel perſona.*
10. *Si quis cum aliquo per litteras ſummi pontificis diſpenſavit, per poſteriores litteras non debet actum irritari.*

## DE JUDÆIS, ET NE CHRISTIANI eorum mancipia fiant.

PARS XX. E

1. *Judæi ad baptiſmum non ſunt compellendi: ſed ſi voluerint abſque calumnia Chriſtiani efficiantur. Nullus etiam eos ſine judicio vulnerare, vel eis res ſuas auferre, vel eorum ſolemnitates perturbare præſumat.*
2. *Non debet clericus ad ſecularem judicem trahi, nec debet aliquis Judæis ſervire, nec nutrices Chriſtianas eis licet habere, aut obſtetrices.*
3. *Judæis quocumque titulo non licet parochias occupare, nec a Chriſtianis ſunt eis homagia præſtanda.*
4. *Judæi Chriſtiana mancipia non debent habere.*

## DE MONACHIS ET MONIALIBUS ſine probatione receptis, & in probatione poſitis recedere volentibus.

ANNO CHRISTI 1179 PARS XXI.

1. *Habitus religionis ante decimum quartum annum ſuſceptus, quomodo licite poteſt relinqui.*
2. *Qui habitum religionis ante profeſſionem deſerunt in ſæcularibus non debent eccleſiis admitti.*
3. *Qui habitum non ſuſcepit, nec profeſſionem fecit, licet de ſuſcipiendo coram epiſcopo votum fecerit, ſi poſtea uxorem duxerit, non eſt cogendus eam dimittere, & ad eccleſiam cui ſe devovit, redire.*

## DE SPOLIATIS RESTITUENDIS vel non.

PARS XXII.

1. *Qui ſpoliatus renunciavit eccleſiæ, etſi eam plures abjuraverit, eſt reſtituendus.*
2. *Idiotæ perſonæ non diſcretæ peremptorias reprobant exceptiones.*
3. *Judices debent ad locum venire, in quo facilius partes poſſunt eſſe præſentes.*
4. *Si ſpoliatus qui renunciaverit eccleſiæ, licet id juramento firmaverit, nullum exinde generatur ei præjudicium.*
5. *Prius eſt de violenta ejectione, quam de canonica inſtitutione agendum.*
6. *In poſſeſſorio judicio criminis objectio non retardat principalis cauſæ executionem.*
7. *Quæ vi & metu facta ſunt, in irritum debent revocari.*
8. *Spoliatus debet reſtitui, licet ei objiciatur, quod filius fuerit ſacerdotis proxime miniſtrantis, vel quod inde ſolverit penſionem.*
9. *Qui violento ſuccedit poſſeſſori, velut ipſe poteſt conveniri.*

## DE JURAMENTO CALUMNIÆ.

PARS XXIII.

1. *Clerici non debent præſtare juramentum de calumnia, nec aliud, prælato inconſulto.*
2. *In cauſis ſuper rebus ſpiritualibus non eſt juramentum de calumnia præſtandum.*
3. *Neque præſtatur juramentum de calumnia ab his qui cauſam ſciant.*
4. *Religioſi debent ſibi œconomum ſtatuere, qui juramentum de calumnia valeat ſubire.*
5. *Juramentum de calumnia a quocumque eſt præſtandum.*
6. *Qui debitum vel acceſſiones *initiatur, juramentum de calumnia debet præſtare.*

* Corr. inficiatur.

## DE EXCESSIBUS EPISCOPORUM contra ſuos archidiaconos, & archidiaconorum contra ſuos epiſcopos.

PARS XXIV.

1. *Epiſcopus poteſt inſtitutiones ab archidiacono poſt prohibitionem factas irritare.*
2. *Non licet alicui ſub obtentu alicujus conſuetudinis, ſanctorum patrum transgredi inſtitutiones, nec ſine licentia epiſcopi curam committere animarum.*
3. *Non licet archidiacono eccleſias vacantes occupare & detinere.*
4. *Conſuetudines eccleſiarum archidiaconis debitæ, ab epiſcopo non poſſunt minui, ſed eis debent integre conſervari.*
5. *Uno archidiaconatu debet omnis eſſe contentus.*

ANNO CHRISTI 1179.

PARS XXV.

## QUIBUS ET QUANDO ET infra quam ætatem eccleſiaſticum beneficium conferatur.

*1. Non niſi his qui ætatem habent & ſcientiam, eccleſiæ ſunt conferendæ.*

*2. Nemini infra decimum quartum annum conſtituto, eccleſiæ perſonatus vel regimen eſt concedendum.*

*3. De eodem: & quod nullus quaſi jure hereditario debet in paterna eccleſia collocari.*

*4. Si minor quindecim annis ante concilium celebratum in eccleſia fuit inſtitutus, non eſt ab ea amovendus.*

B *5. Ad perſonatum parochialis eccleſiæ, non niſi ſubdiaconus debet admitti, vel ſupra, niſi ex diſpenſatione.*

PARS XXVI.

## DE DISPOSITIONE CLERICORUM, ET de diſpenſatione circa eoſdem facta.

*1. Favore religionis admittitur, qui alias non admitteretur.*

*2. In ordine ſimoniace acquiſito quomodo poteſt quis tolerari.*

*3. Qui litteras ſummi pontificis falſavit, in monaſterium diſtrictæ religionis debet detrudi, officio & beneficio ſpoliatus.*

C *4. Confeſſio ſuper crimine coram judice ſæculari facta, clerico non præjudicat: nec ſi aliquis pro ſuis exceſſibus ſit depoſitus ſæculari judici eſt tradendus.*

*5. Clericus qui duellum ſponte obtulit, vel oblatum ſuſceperit, de rigore eſt deponendus.*

*6. Sacerdos qui in duello partem digiti amiſit, non debet tolerari.*

*7. Sacerdos qui puerum cauſa diſciplinæ percuſſerit, ita quod expiraverit, eſt deponendus.*

*8. Qui decimas vel eccleſiarum diſpoſitiones laico in ſæculo manenti coeceſſerit, eſt deponendus.*

*9. Qui furtive ordinem diaconi ſuſcepit, niſi anathemate facta eſſet prohibitio, poteſt promoveri in ſacerdotem.*

D *10. Clerici excommunicati vel interdicti, qui ante abſolutionem Divina celebrare præſumpſerint, perpetuo ſunt deponendi.*

*11. Qui in conflictu ubi homines interfecti ſunt, lapides projecit: ſi neminem percuſſit, poteſt in ordine tolerari.*

*12. Actio ut cauſa clerico imputatur.*

*13. Sacerdos poſt perpetratum homicidium quomodo poteſt in ordine ſuſtineri.*

*14. Actionem mortis clerico non imputari.*

*15. Presbyter propter membri deformitatem prohibetur celebrare.*

*16. Clerici, habitu relicto in crimine deprehenſi, per eccleſiaſticam juſtitiam non debent liberari.*

E *17. Clerici non debent eſſe miniſtri vel procuratores laicorum: quod ſi fecerint, & pro aliquibus capiantur, indignum eſt eis ab eccleſia ſubveniri.*

*18 Officium poteſt exequi epiſcopus, qui loco tantum renunciavit.*

*19. Neque ſervi neque ſpurii ſunt ordinandi, nec aliquis ſervilis conditionis.*

*20. Qui in remotis partibus ſunt ordinati, eorum litteras debent habere, qui eis manus imponunt: & incogniti, per aliquod tempus debent eſſe in ſuſpenſo, ut de eorum actibus alii inſtruantur*

*21. Officium diaconi reddi poteſt, qui alium vulneravit.*

*22. Invito prælato non debet ſubditus promoveri.*

A *Non in ſublimitate graduum, ſed amplitudine meritorum, regnum Dei acquiritur.*

*23. Diebus dominicis non licet alicui, niſi ſummo pontifici, in ſubdiaconum aliquem ordinare, nec in vigilia Pentecoſtes.*

*24. Extra quatuor temporum jejunia non ſunt aliqui ad ſacros ordines promovendi.*

*25. Licite poteſt quis in diebus dominicis aut aliis feſtivis aliquos ad minores ordines promovere.*

*26. Clericis ignota ſigilla de ordinatione deferentes non ſunt admittendi.*

PARS XXVII.

## NE CLERICUS ET MONACHUS ſæcularibus ſe immiſceat negotiis, & de regula religioſorum.

*1. Monachi non debent villas ad firmam tenere vel eccleſias.*

*2. Religioſi ad legendas leges & confectiones phyſicas ponderandas de ſuis clauſtris non debent exire*

*3. Monachi non debent cauſa lucri negotiari, vel a laicis firmas habere, vel laicis eccleſias ad firmam tenere.*

*4. Clericis non licet cauſam ſanguinis agitare: clerici etiam comam nutrientes, ab archidiaconis tondeantur vel inviti.*

*5. Fratres ſine proprio debent vivere, priori profeſſionem facere, crucem non debent accipere, in hoſpitalibus poſſunt oratorium conſtruere, epiſcopi licentia non requiſita.*

*6. Monachi de clauſtro exeuntes, redire tenentur ad monaſteria, in quibus fecerunt profeſſionem.*

*7. Monachi non regulariter viventes; per alterius ordinis reſtitutionem debent puniri.*

PARS XXVIII.

## DE PACTIONIBUS LICITIS ET illicitis in rebus eccleſiaſticis.

*1. Sub annuo cenſu uſque ad certum terminum poteſt eccleſia teneri ad firmam.*

*2. Propter ingratitudinem, quod actum eſt, revocatur.*

*3. Inter eccleſiaſticas perſonas ſuper decimis tranſactio facta, rata perpetuo debet perſiſtere & inconvulſa.*

*4. Nulli concedendæ ſunt eccleſiæ, ubi alii nominatim ſuccedant.*

*5. Tranſactio per abbatem vel priorem cum litteris ratihabitionis conventus facta, rata debet permanere.*

*6. Tranſactio ſuper controverſia eccleſiæ facta, quæ ſpeciem continet ſimoniæ, in irritum debet revocari.*

*7. Decimæ ablatæ, ſine diminutione ſunt reſtituendæ.*

*8. Non debet aliquis penſionem eccleſiæ ſolvere, ut facilius ad ſuos transferatur.*

*9. Clericus ſine authoritate epiſcopi non poteſt eccleſiam conſtituere cenſualem.*

*10. Compoſitio coram extraordinario delegato facta, ſi non eſt juri contraria, ab epiſcopo non debet irritari: ſed cenſus ob hanc abſque authoritate epiſcopi ſolutus, vitam ſolventis non excedit.*

*11. Sive diœceſani, vel officialium ſuorum authoritate, eccleſiæ non ſunt occupandæ.*

*12. Colluſores beneficiis, de quibus colluſum eſt, debent ſpoliari.*

*13. Canonem authoritate epiſcopi & juramento interveniente conſtitutum, ſolvendum.*

*14. Filii perſonatuum, vel alii qui in eccleſias ſe vacantes intrudunt, non poſſunt eas ſub appellationis obtentu occupare*

ANNO CHRISTI 1179.

15. *Super re ſacra in litigium deducta tranſigi non* A *poteſt.*

Pars XXIX.

## DE ALIENATIONE RERUM ECCLESIÆ, & earumdem reparatione.

1. *Res eccleſiæ pignori obligatæ, a filio vel hærede obligantis, eccleſiæ debent reſarciri.*
2. *Perſonæ debent eccleſias reparare.*
3. *Poſſeſſio eccleſiæ ſub conditione donata, non poteſt niſi in caſu revocari.*
4. *Terras de ſilvis extirpatas, eis a quibus ſunt extirpatæ, poteſt epiſcopus concedere ad annuum cenſum tenendas.*
5. *Clerici de his, quæ intuitu eccleſiæ acquiſierunt, nullum de jure poſſunt facere teſtamentum.* B
6. *Si clericus a Kalendis Martii uſque ad Kalendas Novembris deceſſerit, diſpoſitionem fructuum illius anni pro ſua voluntate poterit habere.*
7. *Non licet conditionem eccleſiæ facere deteriorem, nec licet colonum expenſis factis in fundo eccleſiæ defraudari.*
8. *Clerici de mobilibus per eccleſiam adeptis non poſſunt condere teſtamentum.*
9. *De redditibus epiſcopi debita pro utilitate eccleſiæ contracta, ſunt perſolvenda.*

Pars XXX.

## UNI PLURA ECCLESIASTICA BENEFICIA non committenda, nec unum inter plures dividendum, & de in beneficio ſibi aſſignato non reſidentibus.

1. *Qui in duabus eccleſiis præbendam habet, ab ea tantum poterit communia exigere, cui in propria voluerit perſona deſervire.*
2. *Qui ſufficiens eccleſiaſticum habuerit beneficium, ſi de alio litteras ſummi pontificis obtinuerit, prioris beneficii non facta mentione, dignum eſt, eum a judicibus non exaudiri.*
3. *Qui duas habet eccleſias, ſi altera fuerit ſpoliatus, non eſt reſtituendus.*
4. *Nec dignitatum permutatio, nec præbendarum diviſio eſt facienda.*
5. *Qui in diverſis eccleſiis curam habet animarum, vicarius non poteſt eſſe in aliena.*
6. *Prælati non debent clericos a ſcholis revocare.* D
7. *Non debet archidiaconus præbenda carere in eccleſia, in qua eſt archidiaconus.*
8. *Archidiaconus uno archidiaconatu debet eſſe contentus.*
9. *Servientes fratribus Hoſpitalis, ſuos non debent redditus amittere.*

Pars XXXI.

## DE EXCOMMUNICATIS.

1. *Excommunicati, ſi excommunicationis cauſa tacita, privilegium meruerint abſolutionis, cogendi ſunt redire: ſed ſi dubium fuerit, & veritatem ſint confeſſi, poterit eis purgatio de hoc indici.*
2. *Contra appellationem ab adverſario interpoſitam,* E *poteſt judex alium abſolvere, præſtita tamen judicio ſiſti cautione.*
3. *De eodem.*
4. *Sententia poſt appellationem lata, neminem ligat. Sed ſi ante appellationem fuerit quis excommunicatus, præſtita cautione judicio ſiſti, poteſt eum archiepiſcopus abſolvere.*
5. *Hoſpitalarii non debent nominatim in excommunicatione defunctos in Chriſtianorum cœmeterio ſepelire.*
6. *Nominatim excommunicatus non eſt in hoſpitio recipiendus. De cœmeteriis etiam vel eccleſiis vel eccleſiaſticis quibuslibet poſſeſſionibus non ſunt tenſeria præſtanda, & multa alia quæ in decretis continentur.*
7. *Sententia excommunicationis interdicti ſine ſatisfactione congrua non eſt relaxanda.*

Pars XXXII.

## DE CONJUNGENDIS FILIIS ANTE VEL poſt compaternitatem genitis.

1. *Geniti ante vel poſt compaternitatem, in matrimonio poſſunt conjungi, excepta perſona per quam venitur ad compaternitatem.*
2. *Malignantibus non debet dolus vel fraus patrocinari.*

Pars XXXIII.

## QUI FILII SINT LEGITIMI, ET de exactione dotium poſt divortium, & ad quem pertineat hujus cauſæ cognitio.

1. *Ante matrimonium geniti, per matrimonium poſt contractum ſunt legitimi.*
2. *Poſt divortium dotem eſſe reſtituendam.*
3. *Non eſt exhæredandus, quicumque ante deſponſationem eſt natus.*
4. *Ad regem, non ad eccleſiam, pertinet de rebus hæreditariis judicare.*
5. *Nati ante divortium vel concepti filii vel filiæ, ſunt legitimi.*

C

Pars XXXIV

## DE RAPTORIBUS ECCLESIARUM & violatoribus: quando etiam poſt peractam pœnitentiam neganda ſepultura eccleſiaſtica, niſi ſatiſdent de anno reſtituendo.

1. *Raptori rerum eccleſiaſticarum, niſi ablata reſtituat, vel de reſtituendo cautionem dederit, pœnitentia eſt deneganda: & ſi talis deceſſerit, clerici ejus ſepulturæ non debent intereſſe.*
2. *Hæredes de parentum exceſſibus ſatisfacere tenentur.*
3. *Pro furibus & latronibus injuriando occiſis, non eſt orandum.*
4. *Defuncto nocet, quo ad eccleſiaſticam ſepulturam habendam, contemptus propinquorum.*

Pars XXXV

## DE PŒNITENTIA

1. *Delicti qualitas & quantitas, ætas delinquentis & ſcientia, ſenſus & conditio, in pœnitentia ſunt reſpicienda. Conatus etiam non minus, quam effectus eſt puniendus.*
2. *Secreto delicto ſecreta debetur pœnitentia.*
3. *Peregrinationis votum redimi poteſt.*
4. *Quod nullus a non ſuo judice poteſt ligari vel abſolvi: nec alicui a non ſuo epiſcopo remiſſio dari.*

Pars XXXVI.

## DE SENTENTIIS & Interlocutionibus.

1. *Sententia a propriis judicibus lata, poſterioribus præjudicat.*
2. *Poſſeſſione alicui adjudicata, non ſufficit pignus dari.*
3. *Lis ſopita non debet reſuſcitari.*
4. *Non licet archidiaconis in aliquos ſententiam promulgare.*
5. *Si ſententia feratur iniqua, debet evacuari*

DE

ANNO CHRISTI 1179.

PARS XXXVII.

## DE LEPROSIS.

1. *Valet conceſſio vivente perſona facta, dummodo fuerit lepra percuſſus. Teſtes etiam moneri debent, non cogi.*
2. *Uxores viros ſuos leproſos, & vir uxores ſequi debent, vel illis viventibus continentiam ſervare.*
3. *Uxores propter lepram non ſunt dimittendæ, ſed illis petentibus debet debitum reddi: leproſi etiam matrimonium licite poſſunt contrahere.*
4. *Rectoribus eccleſiarum lepra percuſſis dandus eſt coadjutor, qui curam habeat animarum.*

PARS XXXVIII.

## DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

1. *Quadragenaria præſcriptio, niſi in caſu, locum obtinet in eccleſiis.*
2. *In Judicio finium regundorum uterque eſt actor & reus. Promiora etiam ſunt jura ad ſolvendum, quam ad condemnandum, excepta cauſa liberali.*
3. *Præſcriptio triennalis eccleſiæ ſufficit*
4. *Liberum unicuique, juri ſuo renunciare*
5. *Nulla antiquorum dierum poſſeſſio, malæ fidei poſſeſſorem liberat, quantum ad eum, niſi reſipuerit.*
6. *Quadraginta annorum præſcriptio ſervatur*
7. *Contra tricennalem præſcriptionem nullius vox eſt audienda*
8. *Limites parochiarum non præſcribuntur*

PARS XXXIX.

## DE VICARIIS MONACHORUM & aliorum.

1. *Vicarii a monachis non ſunt recipiendi ſine honeſta ſuſtentationis aſſignatione.*
2. *Perſona ſuccedens non poteſt vicarium a prædeceſſore inſtitutum removere, vel ejus minuere conſtitutam portionem.*
3. *Vicarii in vicariis ſuis alios conſtituere non poſſunt.*
4. *Si vicarii, qui fide vel juramento prius ſunt obligati, contra perſonas ſe erexerint perſonatum petentes: vicaria debent ſpoliari, & de cetero in eodem epiſcopatu non debent admitti ad officii executionem.*
5. *Qui ſufficientem habet in vicaria aliqua ſuſtentationem; aliam petens non exaudietur.*
6. *Nullus debet plures habere vicarias.*

PARS XL

## DE ELECTIONIBUS ET ELECTORUM poteſtate

1. *Electus ante confirmationem electionis de rebus eccleſiæ diſponendi nullam habet facultatem.*
2. *Electio illius, qui nuper ſchiſmate abjurato, ad unitatem eccleſiæ redit, ſi a ſchiſmatico ullum ordinem accepit, niſi aliud impediat, debet confirmari.*
3. *Filius canonici, etiam maculas in oculo habens, poteſt in epiſcopum eligi & ordinari.*
4. *Munere alterius interveniente committitur ſimonia.*
5. *Electio in epiſcopum tranſlata, rata debet eſſe & confirmata.*

PARS XLI.

## DE INTERPRETATIONE VERBORUM ET reſcriptorum.

1. *Cum aliqua ſub disjunctione mandantur, alterum ſufficit.*
2. *Conſtitutiones novæ negotiis dant formam futuris.* (A)
3. *Ad communem verbi intelligentiam in ambiguis eſt recurrendum*

ANNO CHRISTI 1179.

4. *Litteræ impetratæ contra monachos Ciſtercienſis ordinis, non valent, niſi in litteris mentio ordinis Ciſtercienſis habeatur.*
5. *Si filium litterarum ſummi pontificis fuerit fractum, non eſt ſecundum illas in cauſa procedendum.*
6. *Ad hoc ut litteræ poſteriores ſint revocatoriæ, neceſſe eſt ut in illis ſit mentio de priore commiſſione*
7. *Si ſuper aliqua cauſa litteræ prius impetrentur, & poſtea aliæ, non facta mentione priorum, judicibus, donec Romanum pontificem conſulant, eſt ſuperſedendum.* (B)
8. *Literæ per quas actor minores reditus petit, ſi in illis nomen ſuæ dignitatis ſupprimit, nullum jus debent obtinere.*
9. *Si aliquis authoritate priorum voluerit agentem repellere, quia in poſterioribus priorum non eſt facta mentio, ſi eis dolo uti poſtpoſuit, non erit audiendus.*

PARS XLII

## DE EXCEPTIONIBUS

1. *Licet cauſa ſub certa forma terminanda ſit commiſſa, nihilominus rationabiliter exceptio eſt admittenda*
2. *Sententia contra vicarium lata, ſi alieno nomine poſſidet, non ei cujus nomine poſſidet, præjudicat.* (C)
3. *Appellatio inter litigantes tantum eſt inhibita.*
4. *Canonice inſtitutus, ſi ejectus fuerit, eſt reſtituendus.*

PARS XLIII.

## DE SEPULTURIS ET MORTUORUM voluntatibus.

1. *Licet unicuique, ubi voluerit, eligere ſepulturam*
2. *Liberum eſt unicuique, ubi voluerit, ſepulturam eligere: dum tamen tertia pars judicii ſui illi eccleſiæ conferatur, a qua cæleſti pabulo eſt refectus.* (D)
3. *Propter debitum, defuncti differtur ſepultura*
4. *Monachi non debent authoritate propria mortuos in cœmeterio ſuo ſepelire.*
5. *Hæredes juſſa teſtatoris tenentur adimplere.*

PARS XLIV.

## DE PRÆEMINENTIA LONDINENSIS ET Eboracenſis, & de privilegiis generaliter & ſpecialiter indultis, & de eorum abuſu & confirmationibus

1. *Qui prioris eſt ordinationis, prior eſt habendus.*
2. *Neuter ab altero debet exigere profeſſionem.*
3. *Univerſæ cauſæ ſuffraganeorum Cantuarienſis, quamvis non jure metropolitico, legationis tamen obtentu, ad eum transferri poſſunt, licet ad eum non ſit appellatum.* (E)
4. *Extra provinciam cauſa poteſt delegari.*
5. *Interdicti, quamvis non nominatim excommunicati, ab Hoſpitalariis poſſunt ſepeliri, &c.*
6. *Si quis contra privilegia Romanæ eccleſiæ pro aliis indulta, venire præſumpſerit, ſi qua pro ſe ſunt indulta ea amittere meretur. Hoſpitalarii etiam nullo modo debent prægravari vel moleſtari.*
7. *Non licet epiſcopis Hoſpitalarios excommunicare vel interdicere, vel eorum oratoria.*
8. *Ei qui in fraternitate Hoſpitalaris eſt receptus,*

niſi

ANNO CHRISTI 1179.

*niſi interdictus fuerit vel nominatim excommunicatus, Chriſtiana non denegetur ſepultura.* A

9. *Non licet Hoſpitalariis vel aliis privilegium ſuum excedere, quia privilegium meretur amittere, qui præcepto abuti præſumit.*

10. *Non valet privilegium de re litigioſa impetratum: ſi autem tempore privilegii impetrati res litigioſa non fuerit, non licet alicui contra illud venire, niſi ſpeciali interveniente mandato.*

PARS LXV.

## DE SPONSALIBUS SECUNDO

1. *Qui fidem de aliqua ducenda dedit, ſi eam poſtea cognoverit carnaliter, licet aliam matrimonio poſtmodum ſibi copulaverit, primæ adhærere debet: quia carnalis commixtio facit matrimonium, ubi prius nullum fuit.* B

2. *Contrahere non poteſt quis cum ea matrimonium, quam viro vivente polluerit adulterio.*

3. *De eodem: & quod multum delinquit, qui fidem violat.*

4. *Simplex votum, matrimonium impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum.*

5. *Vir & mulier non ſunt una caro, niſi per carnalem commixtionem.*

6. *Mulier, quæ ſe nupturam juravit, ut nubat non eſt cogenda. Illa vero, cujus vir cum matre adulterium vel inceſtum commiſit, non viro ſuo carnaliter conjungi, nec eo vivente cum alio matrimonium contrahere valebit.*

7. *Matrimonia ſervorum a dominis non ſunt irritanda, cum nullus a ſacramentis eccleſiæ ſit amovendus.* C

8. *Qui aliquam lege canonum duxit, licet non ſecundum patriæ ſuæ legem, vel illius, non eſt propterea ab ea ſeparandus*

PARS LXVI.

## DE POTESTATE JUDICUM SECUNDO

1. *Epiſcopus ſententiam a delegato latam poteſt confirmare, ſed eam tenetur executioni mandare, reſervata ſibi ſententia diffinitiva.*

2. *Non debet cauſa de crimine alicui committi terminanda, niſi perſonæ appareant, quæ velint perſonam criminoſi impetere. Nec licet alicui eccleſiaſticum beneficium habenti, matrimonium contrahere* D

3. *Unus in cauſa poteſt procedere, ſi id contineatur in mandato: lites etiam, quæ concordia vel judicio terminantur, non debent ſuſcitari.*

4. *De ſeculari ſeudo non pertinet ad eccleſiam judicare.*

PARS LXVII.

## DE JURE PATRONATUS.

1. *Quod jus patronatus non poteſt vendi.*

2. *Si curator eccleſias illas, quas habet in cuſtodia, aliquibus contulerit, poterit hujus donatio revocari.*

3. *Non licet delegato aliquem inſtituere, eo, ad quem inſtitutio pertinet, inſcio vel reclamante. Nullis etiam, niſi illis inter quos cauſa committitur, appellationis beneficium eſt ſublatum.* E

4. *Cauſa patronatus quia eccleſiaſticis cauſis eſt connexa, non niſi per eccleſiaſticum judicem valet expediri.*

5. *Prior conceſſio abbatis, conventu ſciente & non contradicente facta, ſecundæ præjudicat, licet conventus ſuum exprimat conſenſum*

6. *Non licet canonicis regularibus vel monachis, rectoribus eccleſiarum ſuarum decedentibus, eas occupare vel cenſum augere.*

ANNO CHRISTI 1179.

7. *Promiſſio de eccleſia non vacante facta, nihil firmitatis habebit.* A

8. *Si quis timore mortis habitum religionis aſſumpſerit, licite poterit ad ſeculum redire.*

9. *Clericus ex dono militis eccleſiam vendicare non poteſt, ſed tantum jus patronatus.*

10. *Si alicui de prima vacante eccleſia promiſſio fuerit facta, ſi ea vacante alius poſtea ad eam fuerit præſentatus, non debet propter hoc ejus inſtitutio retardari.*

PARS LXVIII.

## DE PACTIONIBUS SECUNDO.

1. *Pactio a prædeceſſore facta ſucceſſorem non ligat, niſi authoritate ſummi pontificis fuerit confirmata. Illi etiam eccleſiæ ab his decimæ perſolvendæ, qui ab ea eccleſiaſtica percipiunt ſacramenta.* B

2. *Tranſactio inter accuſatum & accuſatores ſuper crimine facta, nullum robur debet obtinere.*

3. *Libello citationis ante obitum delegantis propoſito, lite poſt ejus obitum conteſtata, poteſt in cauſa procedere delegatus. Qui etiam ad producendos teſtes inducias poſtulavit, videtur appellationi renunciare.*

Hine incipit pars 49. ſed non habet titulum

1. *Appellationi de rebus modicis factæ, quæ ſcilicet infra ſummam viginti marcarum ſubſiſtunt non eſt deferendum: ſed ut infra fines judices qui ſuſpicione careant, eligat, appellans eſt cogendus: a quibus ſi quis partium crediderit appellandum, ad archiepiſcopum vel primatem vocem appellationis emittat.* C

2. *Litteræ a tribus menſibus ante obitum delegantis impetratæ, eumdem debent tempore ſucceſſoris ſortiri effectum, quem, ſi adhuc ille viveret, habere debuiſſent.*

3. *Si, litteræ in narratione facti non in ſuſpecto loco fuerint abraſæ, non debent propter hoc falſæ judicari. Si vero de appellatione inhibita in prioribus, in poſterioribus non ſit mentio facta, poſteriores in irritum ſunt revocandæ.*

4. *Si mulier a conſanguineo viri ſui fuerit polluta, & veneficum periculum & alias vitæ inſidias viro machinata, poteſt inter eos divortii ſententia promulgari: ita ut vir ea mortua licentiam habeat aliam ducendi in uxorem. Ipſa vero ſine ſpe conjugii perpetuo remanebit.* D

5. *Si qui pro evacuando mandato apoſtolico ante citationem appellaverint, aut alios in poſſeſſionem rei litigioſæ induxerint, vel ſe malitioſe ſubtraxerint, non eſt eorum appellationi deferendum: ſed illi qui in poſſeſſione ſunt, licet in reſcripto non comprehendantur, authoritate ejus conveniri poſſunt.*

6. *Qui in ægritudine ad loca religioſa ſe tranſtulerint, ſi in ipſa ægritudine deceſſerint, cogi poſſunt & debent, ut perſonis vel eccleſiis, a quibus pabulum receperunt ſalutis, canonicam relinquant portionem.*

7. *Super re ſacra & litigioſa tranſigi non poteſt Alias autem litigantes amicabiliter componere poſſunt.* E

8. *Judex delegatus tam ordinarium quam alium, ad efficiendum id quod mandat, cogere poteſt: & ſi obedire noluerit, eum poterit punire.*

9. *Spontaneæ abjurationis exceptio ſine cauſæ cognitione non eſt admittenda & probatio ſpontaneam negantis renunciationem, eſt recipienda.*

10. *Si ſacerdos occulte aliquos conjunxerit, ab officio trienmo ſuſpendi debet, quoniam non ſunt occulte matrimonia contrahenda.*

11. *Si in executione mandati fraus intervenerit, non poteſt executor de toto negotio cognoſcere:*

ſed

ANNO CHRISTI 1179.

*ſed debet incidens quæſtio ad ſedem apoſtolicam referri.* A

12. *Clericus a laico præſentatus, ſi ab epiſcopo non fuerit inſtitutus, & appellaverit, licet alius poſtmodum intruſus fuerit, ab eccleſia debet amoveri, & alius inſtitui.*

13. *Si cauſa, appellatione remota, ſit commiſſa, & altera pars appellaverit, non eſt appellationi deferendum, niſi appellans ante citationem iter arripuerit ad ſedem apoſtolicam veniendi. Item, ſi judex ſuper ſuggeſtione falſi probationes audire noluerit, appellans audietur. Item ab uno judicum, appellatione remota, in cauſa procedi non poteſt, niſi hoc in litteris ſpecialiter contineatur.*

14. *Quod nullus ad eccleſiaſtica beneficia eſt admittendus, niſi ſit electus, & quod filii perſonarum* B *citra ſacros ordines conſtitutarum, parentibus in eccleſiaſticis ſuccedere poſſunt, ſi tamen merita ſuffragantur.*

15. *Monachi Ciſtercienſis ordinis non debent villas, molendina, eccleſias, altaria poſſidere, fidelitates & hominia ſuſcipere, ruſticos & tributarios tenere, nec operam adhibere, ut termini poſſeſſionum eorum dilatentur.*

16. *Qui præſtito juramento judicio ſiſti, beneficium abſolutionis obtinuit, niſi infra annum appellationum fuerit proſecutus, in priſtinam poteſt ſententiam detrudi, & non obſtante apoſtolico judicio, eccleſiæ ſtare compelli.*

17. *Variantis verbum, teſtimonium reprobatur.* C

18. *Poteſt quis jus quod habuit, ſuo amittere facto.*

19. *Is qui præſidet, poteſt votum diſpenſare.*

20. *Ne quis dicat, Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quod homo.*

Hic incipit pars 50. ſed nec ipſa titulum habet.

1. *Si res pretii modici, quæ ſcilicet animum accipientis allicere vel invertere non ſolet, pro electione alicujus, vel pro pallio alicui deferendo data fuerit: non propter hoc committitur ſimonia, niſi interveniat pactum. Item, puer qui a parentibus pecunia interveniente eccleſiæ offertur, ab eadem ad tempus debet removeri: ſed poſtmodum non ſolum ad aliam, ſed etiam ad illam poteſt aſſumi.*

2. *Judex poteſt appellantibus terminum proſequendæ* D *appellationis præfigere, vel eos compellere judicio eccleſiæ ſiſti: vel ſi noluerint, poteſt eos, appellatione remota, excommunicare.*

3. *Propter occultum delictum non eſt aliquis a promotione repellendus.*

4. *Si matrem uxoris ſuæ cognoverit, ſi id occultum ſit, non eſt ab uxore inſcia propter hoc ſeparandus.*

5. *Licet quis ſororem uxoris ſuæ cognoverit, non debet propter hoc ab uxore ſeparari.*

6. *Epiſcopus cum clerico dæmones invocante miſericorditer agere poteſt.*

7. *Clerici infra ſubdiaconatus ordinem conſtituti ma-* E *trimonia contrahentes, eccleſiaſtico poſſunt beneficio ſpoliari: ſed ſi de bonis ſuis aliqua eccleſiis contulerint, ad ipſos redire debent.*

8. *In legatis teſtamento eccleſiæ relictis duo vel tres ſufficiunt teſtes.*

9. *Eccleſiæ licite poteſt ſub conditione donari.*

10. *Si puer habitum religionis ſuſceperit, & eum voti pœnituerit, infra 14. annum habitum relinquere poteſt, & ad ſæculum redire, dum tamen a parentibus non ſit oblatus, nec id unquam ratum habuerit.*

11. *Eccleſia non debet propter alicujus appellationem debitis obſequiis defraudari: canonici, etiam ſæculares, debitam in eccleſiis tenentur facere reſidentiam.*

12. *Ab itinere Hieroſolymitano poteſt quis abſolvi.*

ANNO CHRISTI 1179.

13. *Si quis habitum religionis metu mortis ſuſceperit, licite habitum relinquere poteſt, niſi id aliquando ratum habuerit.*

14. *Quod laicus non eſt in accuſationem clerici admittendus. Item, ſi quis aliquem accuſaverit, frater illius non poteſt poſtmodum accuſare. Item, purgatores alicujus, honeſti debent eſſe & bonæ opinionis, vitamque illius, quem purgare debent, cognoſcere & converſationem.*

15. *A voto poteſt quis abſolvi, dum tamen eleemoſynis redimatur.*

16. *Monachi in accuſationem abbatum ſuorum ſunt admittendi, eiſque de monaſterio expenſæ neceſſariæ debent adminiſtrari. Item contra confirmationem ſummi pontificis non eſt aliquatenus judicandum, niſi novum emerſerit mandatum, aut certum ſit, ipſam per falſam ſuggeſtionem impetratam.*

17. *Clandeſtina matrimonia a contrahentibus publicata, ab eccleſia ſunt recipienda: genitique in tali matrimonio, ſunt legitimi.*

18. *Inſtitutiones vel deſtitutiones ſine fratrum conſilio non ſunt faciendæ.*

19. *De eodem, & quod in confirmationibus abſentium nomina non ſunt ſcribenda.*

20. *Teſtamenta coram presbytero, vel tribus vel duobus aliis facta, rata ſunt & firma.*

21. *Eccleſia adulterio polluta, per adſperſionem aquæ benedictæ debet reconciliari: & propter peccatum unius, aliis purgatio eſt indicenda.*

22. *Sacerdos infirmum, uno tantum præſente clerico, vel etiam ſolus, inungere poteſt. Item, feſtum beati Matthiæ in anno biſſextili, in primo vel ſecundo die poteſt celebrari. Item, mulier a viro ſuo pro crimine aliquatenus non eſt ſeparanda, niſi ubi eam ad maleficia tranſire contigerit, de viro ſimiliter ſtatuentes.*

23. *Si vero ad alienas partes ſe tranſtulerit, ibique per decennium moram fecerit, & redire noluerit: poterit inter ipſum & uxorem ejus divortium celebrari, ſed proles ante divortium procreata, eſt legitima.*

24. *Raptor dici non debet, qui mulieris habuerit conſenſum: & poſt carnis commixtionem matrimonium eſt perfectum.*

25. *Ea quæ propter filium proprium, quem interemerat, a viro eſt abjurata, eidem viro debet reſtitui, & ei de commiſſo pœnitentia indici.*

26. *Confeſſio coacta non valet. Item, cum cauſa duobus committitur, ſententia unius non valet.*

27. *Si quis aliquem interfecerit, ab altaris miniſterio debet ceſſare.*

28. *Propter naturalem frigiditatem, vel alia maleficia, legitime conjuncti non ſunt ſeparandi. Item qui non eſt aptus debitum reddere uxori, ad matrimonium contrahendum aptus minime reputatur.*

29. *Ad arctiorem religionem licitum eſt tranſire. Item, licet inter aliquos publica & notoria ſit parentela, non poſſunt tamen ab invicem abſque judicio eccleſiæ ſeparari. Licet notorium ſit & publicum, aliquem cognatam ſuam duxiſſe, ſi non appareant aliqui qui velint matrimonium impetere, non ſunt ſeparandi, niſi in primo vel ſecundo gradu conſanguinitatis ſint conjuncti. Decimæ a laicis jure hæreditario non poſſunt poſſideri.*

30. *De eucbariſtia in ore mulieris in carnem verſa.*

31. *Licitum eſt a ſponſalitiis recedere, & ad vitam contemplativam venire. Si quis aliquam petat in uxorem, cujus viri conſanguineam ſe cogno-*

*cognoviſſe dicat, non eſt inter eos matrimonium* A *contrahendum, niſi ſit juramento firmatum. Si mulier judicio eccleſiæ ab aliquo ſit ſeparata, & alii ſine contradictione eccleſiæ matrimonio copulata, non poteſt ſecundus vir ab ea recedere, licet prior vir vivat.*

32. *Clerici obtentu patronatus ab eccleſiis canonice acquiſitis non ſunt amovendi.*

Videatur ipſe locus.

33. *Non eſt jus patronatus vel eccleſiaſticum beneficium, niſi requiſita epiſcopi licentia, in foro ſæculari ab aliquo vendicandum.*

34. *Laicus eccleſiam ſpolians, eſt excommunicandus.*

35. *Eccleſia judicat aliquem diris quæſtionibus ſubjiciendum.*

36. *Appellationibus, ut Judæi Chriſtiana mancipia* B *habeant, factis non eſt aliquatenus deferendum. Item, non licet Judæis novas conſtituere ſynagogas, aut altiores, aut ampliores facere, aut pretioſiores.*

37. *Lite pendente nihil eſt innovandum.*

38. *A clericis & presbyteris, quamvis fornicariis, quamdiu ab eccleſia tolerantur, licite Divina officia audiuntur, & alia eccleſiaſtica recipiuntur ſacramenta.*

39. *Ubi quis percipit ſpiritualia, ibi dare debet temporalia.*

40. *Decimæ novalium eccleſiæ, in cujus parochia territorium eſt, perſolvi debent. Item, laici a clericis vel converſis decimas de laboribus ſuis exigere non debent. Item, qui a colonis tertiam* C *vel quartam partem laborum ante ſolutionem decimarum recipiunt, decimam de portione ſua, ſcilicet quod colonus de ſua perſolvere tenetur.*

41. *Si quis per verba de præſenti aliquam deſponſaverit, licet ea incognita aliam acceperit & cognoverit, ab ea debet ſeparari, & primæ adhærere. Si vero promiſſio facta eſt tantum de futuro, de violatione juramenti pœnitentia eſt injungenda. Item, lite pendente nihil eſt innovandum. Item, matrimonium contra interdictum eccleſiæ factum, eſt irritandum. Item, matrimonium prætextu minoris ætatis non eſt diſſolvendum, cum malitia ſuppleat ætatem. Item, ma-* D *trimonium vi contractum, niſi poſtmodum conſenſus acceſſerit, poteſt irritari.*

42. *In dubiis, viciniæ fama eſt inquirenda: & quod inſtrumentum ab eo cognitum qui officium gerebat, ratum & firmum eſt habendum.*

43. *Juramentum jurantibus ad invicem poteſt remitti.*

44. *Non baptizatus, vel confirmatus, in baptiſmo vel chriſmate alium in filium ſuſcipere non poteſt.*

45. *Presbyter ordinatus non baptizatus, debet baptizari, & iterum ordinari: & omnes ab eo baptizati.* E

46. *Mulier a viro ſeparata, dotem debet habere, & poſt annum alium poteſt accipere virum.*

47. *Qui eodem crimine eſt infectus, contra alium non poteſt teſtificari, cum nulli de ſe confeſſo adverſus alium in eodem crimine ſit credendum.*

48. *Judicio eccleſiæ poteſt quis pœna pecuniaria mulctari, & quæſtionibus ſubjici duris.*

49. *Licet aliquis confiteatur, ante matrimonium ſe uxorem fratris ſui cognoviſſe, niſi hoc publicum ſit & notorium, non eſt propter hoc inter eos divortium celebrandum. Item, Saracenus mulierem tenens Chriſtianam, eſt puniendus, & ipſa ſimiliter.*

50. *Judicio aquæ frigidæ purgatus, ſi fama laborat, & teſtes non appareant; iterum ſe debet purgare: quoniam in eccleſiaſticis judicia inhibita ſunt peregrina. Item, purgatores debent jurare, quia purgatum credunt verum juraſſe.*

51. *Interdicti vel excommunicati ſi Divina præſumpſerint officia celebrare, perpetuo ſunt deponendi, niſi multitudo ſit in cauſa. Multi vero ſunt quadraginta.*

52. *Si excommunicatus lecto ægritudinis detineatur, & propinqui ejus pro eo ſatisfecerint, Chriſtianam poterit & debet habere ſepulturam.*

53. *Ubi pretextu appellationis crimen noſcitur committendum, non eſt appellationi deferendum. Item, ſi excommunicatus præſtito juramento judicio eccleſiæ ſiſti, fuerit abſolutus, ſtatim appellans per eamdem ſententiam compelli poteſt vel appellationem proſequi, vel judicio eccleſiæ ſtare.*

54. *Appellationi de omni gravamine interpoſitæ non eſt deferendum. Si vero de omni gravamine, quod in una cauſa poteſt contingere, fuerit appellatum, eſt ſuperſedendum.*

55. *Sacerdos ſciens aliquem reum criminis, ad inſtantiam illius qui damnum paſſus eſt, poteſt eum excommunicare: non tamen poteſt eum a publicis officiis removere.*

56. *Servus, niſi ſit manumiſſus, non eſt ordinandus. Si vero aliqua calliditate fuerit ordinatus, eſt deponendus, dominoque reſtituendus.*

57. *Impetitus de ſimonia, jurare debet, quod nec ipſe, nec alius pro eo, ſe ſciente, pretium dedit. Item, purgatores debent jurare, quod credunt ipſum verum juraſſe.*

58. *Res eccleſiaſtica jure hæreditatis non poteſt poſſideri.*

59. *Subdiaconus matrimonium contrahens, non poteſt promoveri, nec in ſubdiaconatu tolerari, niſi habitum ſuſceperit religionis: in minoribus tamen ordinibus poteſt miniſtrare.*

60. *Filii clericorum, ſive geniti ſint in ſacerdotio, ſive non, in eccleſiaſticis rebus patribus primo loco ſuccedere non poſſunt. Si vero unus plures eccleſias, quas pater ejus tenuerat, ſit adeptus, una, dum tamen ſufficiat, debet eſſe contentus.*

61. *Poſteriores litteræ prioribus præjudicant, ſi non ſint veritate tacita impetratæ.*

62. *Qui, cum non eſſet ſacerdos, Miſſam publice celebrare præſumpſit, non poteſt poſtmodum ad ſacerdotium promoveri: ſed ei poteſt de miſericordia beneficium eccleſiaſticum aſſignari.*

63. *Si ſponſalia inter aliquos ſint contracta, & alter ante carnis commixtionem lepram incurrerit, non eſt alter ad conſummandam maritalem copulam cogendus. Si mulier conſortium viri propter hæreſin declinavit, ea ſcilicet intentione, ut eum ab errore converteret: eo revertente, cogenda eſt matrimonium redintegrare. Si vero judicio eccleſiæ fuerit ſeparata, ad recipiendum eum non eſt cogenda. Mulier, quemadmodum & vir, liberam ſibi poteſt præeligere ſepulturam. Ubi non invenitur aliquid diffinitum, conſuetudini eſt relinquendum.*

64. *Si quis diaconatus ordine poſtpoſito officium presbyteri ſuſceperit, ſi id non ex malitia fecerit, competenti tempore ei poteſt diaconatus ordo impendi, & poſtmodum poterit in officio ſacerdotis permanere.*

65. *Si quis fuerit infamatus, accuſatoribus deficientibus, debet ſe purgare.*

66. *Metropolitanus jure metropolitico cauſas audire non poteſt, niſi per appellationem ad eum deferantur. Si vero legatus fuerit, univerſas cauſas, legationis obtentu, licet ad eum per appellationem non deferantur, poterit audire.*

67. *Qui de rebus eccleſiaſticis nolunt teſtimonium per-*

ANNO CHRISTI 1179.

*perhibere, ſi alias veritas nequiverit elici, ad id ſunt compellendi. Item, ſi clerici paſſi ſint injuriam, & id nequiverint teſtibus comprobare, licet unius teſtimonio ſtandum non ſit, tamen propter reverentiam clericalis ordinis, ipſorum juramento fides eſt adhibenda. Item, qui pro abſolutione ad ſedem apoſtolicam ſunt mittendi, ſi valetudine præpediantur, ab epiſcopo poſſunt abſolvi, præſtito juramento, quod priſtinæ ſanitati reſtituti, apoſtolico conſpectui ſe repræſentent. Item fœmineo ſexui, pueris, ac ſenibus libere poteſt diſpenſari. Item eccleſiæ ſi ſanguinis vel ſeminis effuſione ſunt pollutæ, cum proceſſione & aquæ benedictæ adſperſione ſunt reconciliandæ.*

Sequebantur in eodem codice breviaria canonum Lateran ſive, ut ibi vocabantur, primæ partis: ſed primorum tantum canonum decem: ut hic fideliter reddimus.

1. *Majoris & ſenioris partis debet ſententia prævalere.*
2. *Ordinationes ab hæreſiarchis & ab ordinatis ab eis factæ, & alienationes vel invaſiones de rebus eccleſiaſticis, omni debent firmitate carere. Item, qui juramentum ſponte præſtitit de tenendo ſchiſmate, debet ſuſpendi.*
3. *Nullus debet in epiſcopum eligi, niſi ſit triginta annorum, & de legitimo matrimonio natus. Item, nulli regimen eccleſiarum vel curam animarum eſt committenda, niſi vigeſimum quintum annum attigerit. Item, archidiaconus debet eſſe diaconus: decanus, presbyter.*
4. *Prælati in procurationibus ſuis non debent ſubditis eſſe oneroſi, & archiepiſcopus quadraginta vel quinquaginta evectionis numerum in viſitatione parochiæ non debet excedere: cardinales, viginti vel vigintiquinque; epiſcopi, viginti vel triginta; archidiaconi, quinque vel ſeptem; decani duobus equis debent eſſe contenti, nec cum canibus venatoriis vel avibus proficiſci. Item, epiſcopi non debent ſubditos talliis & exactionibus gravare, licet pro magna neceſſitate moderatum cum caritate auxilium valeant poſtulare. Archidiaconi vel decani nullas tallias vel exactiones in ſubditos poſſunt exercere, &c.*
5. *Si epiſcopus aliquem ſine certo titulo ordinaverit, ſi proprium non habuit, unde ſuſtentari valeat, ei debet neceſſaria ſubminiſtrare.*
6. *Ne prælati, ſine canonica admonitione, ſuſpenſionis vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubjectos: nec ſubjecti ante ingreſſum cauſæ in vocem prorumpant appellationis: & ne religioſi, pro evitanda diſciplina appellantes, audiantur. Item ſi appellans proſequi appellationem neglexerit, eo qui appellatus fuerat, veniente, debet ei recompenſatio fieri expenſarum.*
7. *Ne pro perſonis eccleſiaſticis ad ſedem deducendis, vel ſacerdotibus inſtituendis, aut mortuis ſepeliendis, ſeu etiam nubentibus benedicendis, vel aliis eccleſiaſticis ſacramentis, aliquid exigatur; & ne novi cenſus a prælatis eccleſiis imponantur, nec veteres augeantur, nec partem redituum audeant ſibi appropriare.*
8. *Ne eccleſiæ vel eccleſiaſtica beneficia alicui tribuantur, vel promittantur, antequam vacent: & ut vacantes, infra ſex menſes perſonis dignis conferantur.*
9. *Ne eccleſiæ vel decimæ de manu laici recipiantur, vel in eis abſque licentia epiſcopi aliqui inſtituantur: & ne ab eis inſtituti, ab aliquo ſine eo ammoveantur: & ne Hoſpitalarii vel Templarii in eccleſia interdicta, niſi ſemel in anno, Divina præſumant officia celebrare, nec tunc mortuos ſepeliant: & ne aliqui ab epiſcoporum poteſtate eximantur, obtentu alicujus religionis, niſi ſe omnino religioni vel fraternitati contulerint, propria relinquentes.*
10. *Ne religioſi pretio recipiantur, nec peculium habere permittantur, vel in eccleſiis parochialibus ponantur; & de pœna contra hoc venientium: & ne aliqua obedientia pro pretio alicui tradatur.*

ANNO CHRISTI 1179.

## DE SIMONIA.

*ET NE MERCES PRO ECCLESIÆ conſecratione recipiatur, vel pro * moniacatione vel pro ſacramentis eccleſiæ, vel pro licentia docendi: ne ve prælati vices ſuas ad cauſas terminandas, vel regimen eccleſiarum ſub annuo pretio committant: neve ſubditos talliis vexent, vel pœna pecuniaria mulctent.*

PARS II. In ea collectione partis 2. loco erant canones Lateran.

* For. monacatione.

### CAPITULUM I.

QUONIAM in quibuſdam partibus decani quidam vel archipresbyteri ad agendas vices epiſcoporum ſeu archiepiſcoporum, & terminandas cauſas eccleſiaſticas, ſub annuo pretio ſtatuuntur, quod ad ſacerdotum gravamen, & ad ſubverſionem judiciorum non eſt dubium redundare: id ulterius fieri prohibemus. Quod ſi quis de cetero fecerit, noſtra auctoritate removeatur a clero. Epiſcopus autem qui in ſua diœceſi hoc ſuſtinuerit, & eccleſiaſtica judicia patiatur diſſimulatione ſua perverti, canonica diſtrictione percellatur.

11. q. 1. Præcipimus.

CAP. II. *Idem in Turonenſi concilio reſidens ait.*

Quoniam enormis quædam conſuetudo in quibuſdam locis contra ſanctorum patrum inſtitutionem invaluit, ut ſub annuo pretio ſacerdotes ad eccleſiarum regimen ſtatuantur, ne id fiat, modis omnibus prohibemus: quia dum ſacerdotium ſub hujuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur.

CAP. III. *Idem R. Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Licet, juxta apoſtolum, arguere, obſecrare, & increpare debeamus: ſic tamen debemus exceſſus corrigere ſingulorum, ut probemus non quæ noſtra ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti ſunt, quærere. Accepimus autem, quod archidiaconi Conventrenſis epiſcopatus, pro exceſſibus & criminibus puniendis, a clericis & laicis pœnam pecuniariam exigant; & pro examinatione ignis & aquæ, triginta denarios a viro & muliere quærere præſumunt; & pro annua exactione perſonæ, quandoque perſonas ſuſpendunt, eccleſias interdicunt; a vicariis quoque duodecim denarios, ut in eccleſiis eorum cantare permittant, exigere non formidant; & alia agunt, quæ canonum obviant inſtitutis, & de radice cupiditatis & avaritiæ prodire videntur. Quia igitur ſollicitudini noſtræ incumbit, paſtorali diligentia providere, ne ab eccleſiaſticis perſonis tuæ provinciæ aliquid exigatur, quod reprehenſioni ſubjaceat, vel eccleſiaſticam denigret dignitatem: fraternitati tuæ, &c. quatenus archidiaconis prædicti epiſcopatus ex parte noſtra & tua diſtricte inhibeas, ne pro exceſſibus corrigendis, aut criminibus puniendis, a clericis vel laicis pœnam pecuniariam, nec pro examinatione ignis & aquæ denarios amplius exigere audeant, vel alia, quæ dicta ſunt, quomodolibet exercere. Si autem contra prohibitionem tuam auſu temerario venire præſumpſerint, eos omni excuſatione & appellatione remota, eccleſiaſtica diſtrictione per-

2. Tim. 4.

Diſt. 94. Dictum.

ANNO CHRISTI 1179.

cellas, & ſententiam ipſam uſque ad dignam ſatisfactionem facias inviolabiliter obſervari.

## Cap. IV. *Idem Vigilenſi epiſcopo.*

Cum ſit Romana eccleſia, cui licet immeriti præſidemus, mater eccleſiarum omnium & magiſtra: cogimur ex debito ſuſcepti honoris & regiminis, prout Dominus nobis dederit, reſpondere conſultationibus ſingulorum, ut dubiæ quæſtiones, apoſtolicæ ſedis providentia enodentur. Quæſiviſti autem, frater epiſcope, tuæ fraternitati reſcribi, utrum pro eccleſiarum conſecratione quidquam præter procurationem moderatam habere debeas, cum apoſtolus dicat: *Nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare*, * ab eadem eccleſia exigere potes.

1. Cor. 9.

* deeſt aliquid.

## Cap. V. *Idem in concilio Turonenſi de eadem re.*

Non extat ibi.

Cum autem collectas denariorum beati Petri per archidiaconatus veſtros feceritis: in collectione facienda eccleſias vel parochias gravare nullatenus præſumatis aliter ſive magis, quam prædeceſſores veſtri tempore ſanctæ recordationis Eugenii & Innocentii Romanorum pontificum feciſſe noſcuntur. Quod ſi temeritate aliqua contempſeritis: id quod videmini habere, auferetur a vobis.

## Cap. VI. *Idem eidem epiſcopo.*

Nihilo minus & præſentium auctoritate injungimus, ut cum eccleſias ipſas viſitaveritis, ſecundum quod canones præcipiunt, viſitatoris officium exerceatis, nec eccleſias viſitatione veſtra gravetis, ut magis intuitu informationis & correctionis, quam affectu comeſſationis videamini viſitare.

## Cap. VII. *Idem.*

Pervenit ad audientiam noſtram, & plurimum miramur, & adverſum vos de jure movemur, quod in presbyteros qui ſunt in juriſdictione veſtra conſtituti, ſingulis annis quaſi in ſervos & mercenarios talliam faciatis: quibus, niſi ad voluntatem veſtram pecuniam ſolvant, * diurnum officium interdicitis, & eos viliter & inhoneſte tractatis, in tantum quod ipſos laicis deſpicabiles reddidiſtis. Ideo vero hæc, ſi vera ſunt, gravi debent ultione puniri, cum eoſdem presbyteros quaſi filios & fratres benigne ac ſumma caritate fovere debeatis. Unde vobis per * A. S. &c. ut in prædictos presbyteros hujuſmodi tallias & indebitas exactiones exercere non præſumatis, nec eos de cetero irrationabiliter gravetis, vel inhoneſte tractetis, aut ſine judicio capituli ſui ſuſpendere præſumatis, vel eorum eccleſias interdicto ſubjiciatis; nec eos duas matrices eccleſias, quarum unam ſufficere ſibi videbitis, tenere permittatis; nec eos ſine ordine judiciario excommunicare præſumatis. Sciatis pro certo, quod ſi hujuſmodi rumores de vobis ad aures noſtras iterum pervenerint, nos pro tantis exceſſibus, Domino auctore, taliter puniemus, quod timore pœnæ ceteri a ſimilibus abſtinebunt.

* Forte divinum. Harduinus.

* Apoſtolicæ Sedis. Diſt. 94. Dictum.

## Cap. VIII. *Idem Cenomanenſi epiſcopo.*

Eccleſiis autem, quas de novo epiſcopus de manibus laicorum eripuit, præter cathedraticum & jura omnia, quæ aliis eccleſiis imponuntur, non videmus exactionem aliam imponendam, qui novis exactionibus decreto noſtro prohibuimus amodo eccleſias prægravari.

## Cap. IX. *Idem archidiaconis & diaconis.*

Ad noſtram noveritis audientiam perveniſſe, quod perſonas eccleſiarum quaſi ſervos & mercenarios ſingulis annis indebitis exactionibus gravare præſumitis, extorquendo ab eis pecuniam, & procurationes eas diverſis nominibus ſcilicet aliquando auxilium epiſcopi, interdum ejuſdem epiſcopi & veſtras conſuetudines nuncupantes: quas ſi vobis forte reddere contradicunt, vos eoſdem vicarios eccleſiarum & perſonas ab officio ſuſpendentes, in eorumdem eccleſiis Divina celebrare officia prohibetis: & inter cetera denarios chriſmatis ab eis pro voluntate veſtra in ſalutis veſtræ periculum, extorquere præſumitis: hujuſmodi exactionem, ut eam liberius videamini exigere, quandoque conſuetudinem epiſcopalem, quandoque ſynodalia, quandoque denario paſchales appellantes. Et infra: Quia vero non decet vos, ita clericos viliter & inhoneſte tractare, * D. V. &c. quatenus indebitis exactionibus aut pro urationibus de cetero gravare vel perſonas eorum aut eccleſias ſine manifeſta ratione & rationabili cauſa interdicto ſupponere nullatenus præſumatis. Alioquin, ſi exinde ad nos iterata quæſtio pervenerit, &c.

* Denunciamus vobis.

## Cap. X. *Idem in concilio Turonenſi.*

Quia non ſatis utiliter avaritia in populo redarguitur, ſi ab his qui in clero conſtituti videntur, & præcipue contempto ſæculo religioſorum nomen profitentur & regulas, modis omnibus non cavetur: prohibemus, ne ab eis qui ad religionem tranſire voluerint, aliqua pecunia requiratur; neve prioratus vel capellania quælibet monachorum vel clericorum, annua diſtrictione vendatur: neque ab eo cui regimen ipſarum committitur ex earum commiſſione pretium exigant. Hoc ſimoniacum eſſe, ſanctorum patrum auctoritas manifeſte declarat. Unde quiſquis hoc de cetero attentare præſumpſerit, tam qui dederit, quam qui receperit, partem ſe cum Simone non dubitet habiturum. Pro ſepultura quidem & chriſmatis & olei perceptione, nulla alicujus pretii exactio intendatur, neque ſub obtentu hujus conſuetudinis reatum ſuum aliquis tueatur, quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, ſed auget.

Diuturnitate temporis non minui peccatum.

## Cap. XI. *Idem * Contronenſi epiſcopo, & abbati Ceſtrenſi.*

* Forte, Conventrenſi.

Mandamus ut ex noſtra parte & veſtra R. archidiacono Ceſtrenſi prohibeatur, clericos ſive laicos, qui pro ſuis exceſſibus puniendi ſunt, pœna pecuniaria mulctare, ſive in examinatione ignis vel aquæ a quolibet viro vel muliere pecuniam extorquere præſumat, aut pro annua & debita exactione pecuniæ perſonas ſuſpendere vel eccleſias interdicere: neque ad eccleſias ſui archidiaconatus viſitandas, niſi ſemel in anno, accedat: niſi forte talis cauſa emerſerit, propter quam ipſum oporteat eccleſias ſæpius viſitare: & tunc cum ea moderantia hominum & equitaturarum, quod qui in eis morantur, exinde non debeant merito querulari. Si autem contra inhibitionem talem venire præſumpſerit, eccleſiaſtica

ANNO CHRISTI 1179.

ſtica ſeveritate percellatis, omni occaſione & appellatione ceſſante: & ſententiam ipſam, uſque ad dignam ſatisfactionem, faciatis inviolabiliter obſervari, ita quod in vos & in illos hoc non cogamur durius vindicare.

CAP. XII. *Idem venerabili fratri R. & Wigornenſi epiſcopo, & dilecto filio priori de Pant.ja.*

Querelam nobis monachorum de * Atra tranſmiſſam accepimus, quod cum ipſi * quondam mannium, quod dicitur Vella, cum pertinentiis ſuis, & eccleſiam de Gadonum a monachis de Gadonio ſub annuo canone quindecim librarum fuiſſent adepti, & inde chartam ab ipſis monachis habuiſſent: quidam prior eorum, capitulo inconſulto, præſcriptum mannium & eccleſiam & chartam, de Gadonio accepta perſona, reſignavit: indeque præfati monachi de Atra conqueruntur ſe injuſte gravatos, & nobis imminet corrigendum, ſi quid minus quam rationabiliter attentatur: cauſam ipſam experientiæ veſtræ committimus: præſentium vobis auctoritate mandantes, quatenus partibus ante præſentiam veſtram convocatis, quæ hinc inde propoſita fuerint diligentius audiatis, & prædictam cauſam, ſublato appellationis remedio, concordia vel judicio terminetis, proviſuri, quod ſicut emi non potuerunt jura, etiam nec redimi. Si vero monachi de * Gadonio legitime citati, ad præſentiam veſtram accedere & judicio ſtare contempſerint: vos prædictos monachos de Atra, in poſſeſſionem eorum de quibus controverſia vertitur, occaſione & appellatione ceſſante, inducere feſtinetis, nec ipſos exinde permittatis abſque ordine judiciario moleſtari. Si vero uterque veſtrum his exequendis intereſſe non poterit: alter nihilo minus ea exequatur.

* Acri
* quoddam

16. Quæſt. 7. Decimas. 1. quæſt. 3. Quæſitum.

CAP. XIII. *Idem Toletano archiepiſcopo.*

De hoc quod rex & principes ſui a Bernardo quondam Certomenſi epiſcopo pecuniam accepiſſe dicuntur, ut ejus electioni præſtarent aſſenſum, & quod idem epiſcopus archidiacono Sevienſi beneficium certi reditus, & cuidam clerico ante electionem ſuam prioratum dicitur promiſiſſe, ut uterque eorum, archidiaconus videlicet & clericus, ejus electioni conſentirent: hoc tuæ paternitati * duximus reſpondendum, quod ſi operis evidentia manifeſta æſtimatur, ita quod notorium eſt, eumdem archidiaconum & clericum, ob illam cauſam tam iniquam & deteſtabilem, promiſſam rem accepiſſe: aut ſi exinde confeſſi fuerint in jure, vel legitime poſſunt ab aliquibus convinci, ab altaris miniſterio ſunt perpetuo deponendi. Si vero id manifeſtum non eſt, nec inde convicti vel confeſſi fuerint, & tamen poſtea laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici: in qua ſi defecerint, tanquam tanti ſceleris auctores ſunt puniendi. Regem autem & principes ſuos ſolicite monere debes, & diligenter inducere: ut ſi qua receperint a præfato epiſcopo, ut ejus electioni præſtarent aſſenſum, eccleſiæ Ceromenſi ſine diminutione reſtituant, cum ea ſine gravi ſalutis ſuæ periculo retinere non poſſint.

* Corr. fraternitati.

CAP. XIV. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo ſcilicet legato.*

Cum eſſent in præſentia noſtra conſtituti R. clericus de Ponte fracto, & nobilis vir VV. filius Godrici, pro controverſia quæ vertebatur inter eos ſuper quadam eccleſia, quam idem R. aſſerebat a præfato milite ſibi datam fuiſſe: prædictus VV. qui moram diutius facere non poterat, in receſſu ſuo dilectum filium noſtrum magiſtrum Milonem nuncium ſuum, pro ſe in cauſa illa ſufficientem reſponſalem conſtituit. Cumque cauſæ cognitionem dictis filiis noſtris M. presbytero tituli ſanctæ Luciæ, & VV. tituli ſancti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali commiſiſſemus: ipſi utramque partem ante præſentiam ſuam convocarunt, & ab ore præfati R. intellexerunt, quod præfatus miles promiſerat ei dare præſcriptam eccleſiam, ſi quoddam negotium ejuſdem militis poſſet in curia noſtra promovere. Unde & cum id nobis per eoſdem cardinales innotuiſſet, nos intelligentes, promiſſionem illam, ſimoniacam continere pravitatem, eidem R. ſuper eccleſiam ſilentium impoſuimus. Ideoque fraternitatem tuam, &c. quatenus memoratum militem occaſione prædictæ controverſiæ a prænominato R. vel aliis ſuper ſcripta eccleſia gravari vel inquietari nulla ratione permittas.

CAP. XV. *Idem Ceſtrenſi epiſcopo.*

Inſinuatum eſt auribus noſtris, quod dum epiſcopatus tibi commiſſus vacaret, in eccleſiis ejus plurimi ſunt inſtituti, qui per ſimoniam dicuntur habere ingreſſum, & infamia reſpergi. Unde quoniam indignum eſt, ut in tali crimine vel tam turpi ſuſpicione remanerent, * F. T. &c. quatenus ſi qui fuerint in prædictis eccleſiis, quos publicum ſit & notorium ſimoniace intraſſe, eos ab eccleſiis taliter acquiſitis, appellatione ceſſante, amoveas; illis autem, quorum crimen non eſt publicum & notorium, ſi publica laborant infamia, cum quinta manu vel ſexta ſui ordinis, infra quadraginta dies poſt harum ſuſceptionem, purgationem indicas: in qua ſi defecerint, beneficiis eccleſiarum ſibi commiſſarum perpetuo prives, proviſurus attentius, ut tales perſonas ad eorum purgationem recipias, de quibus veriſimile ſit, quod non debeant alicujus rei obtentu * dejerare.

* Fraternitati tuæ.

* perjurare

CAP. XVI. *Idem.*

Dilectus filius noſter magiſter R. præſentium lator, in noſtra præſentia conſtitutus, conſtanti nobis aſſertione propoſuit, quod cum ipſe Bleſis ſub magiſtro Huſdrico ſcholas regeret, & ſe crederet de clementia ſedis apoſtolicæ ab hujuſcemodi pretii exactione immunem, idem Huſdricus, noſtra conſtitutione contempta, fidejuſſores, quos a præfato R. de pretii ſolutione receperat, pro eodem pretio ſpoliare præſumpſit. Quia igitur graviter nimis excedit, qui apoſtolicis obviat inſtitutis, * D. T. &c. quatenus utraque parte coram te convocata, veritatem diligenter inquiras: & ſi ita inveneris, memoratum Huſdricum moneas, & eccleſiaſtica diſtrictione cogas, ut ea quæ de fidejuſſoribus ipſius R. abſtulit, appellatione ceſſante, cum omni integritate reſtituat, eoſque ab eadem fidejuſſione prorſus abſolvat, ne de cetero ab ipſo R. vel aliis pro magiſterio ſcholarum quidquam exigere vel extorquere præſumat: ſed eum Bleſis, quamdiu voluerit, ſcholas ſine aliqua moleſtia vel exactione regere patiatur.

* denunciamus tibi

ANNO CHRISTI 1179.

### Cap. XVII. *Idem Londen.*

Proh1beas attentius de cetero, ne in parochia tua pro licentia docendi alios aliquid exigatur, aut etiam promittatur. Si quid vero poſt tuam prohibitionem ſolutum fuerit vel promiſſum, promiſſum remitti, ſolutum reddi facias, appellatione ceſſante, ſciens quod ſcriptum eſt: *Quod gratis accepiſtis, gratis date.* (Matth. 10.) Sane ſi aliquis occaſione hujus prohibitionis diſtulerit magiſtros congruos in locis congruis inſtituere, liceat tibi de conceſſione noſtra, omni contradictione & appellatione ceſſante, ibidem viros providos & diſcretos aliorum inſtructioni præficere.

### Cap. XVIII. *Idem.*

Quanto Gallicana eccleſia majorum perſonarum ſcientia & honeſtate præfulget, & eo cautius nititur curare quæ confundere videantur eccleſiaſticam honeſtatem: tanto vehementiori dignos animadverſione eos cenſemus, qui nomen magiſtri ſcholarum & dignitatem in eccleſiis veſtris aſſumunt, & ſine pretio viris eccleſiaſticis docendi alios licentiam non impendunt. Cum autem hæc prava & enormis conſuetudo ex cupiditatis radice proceſſerit, & decorem eccleſiaſticæ honeſtatis confundat: providendum nobis eſt & ſummopere ſatagendum, C ut conſuetudo iſta de eccleſiis veſtris extirpetur, cum nobis præcipue ac ſpecialiter aſcribatur, ſi quid in eccleſiis ipſis laude dignum inveniatur, vel reprehenſione notandum. Sub anathematis ergo interminatione prohibere curetis, ne qui dignitate, ſi dignitas dici poteſt, fungentes, pro preſtanda licentia docendi alios, ſub aliquo modo aliquid exigere præſumant: ſed eis diſtricte præcipiatis, ut quicumque viri idonei & litterati voluerint regere ſtudia litterarum, ſine moleſtia & exactione qualicumque, ſcholas regere patiantur. Si vero veſtræ prohibitionis vel præcepti extiterint tranſgreſſores, eos auctoritate noſtra & veſtra, officiis & dignitatibus ſpolietis. Porro D ſi juxta mandatum noſtrum corrigere neglexeritis, negligentiam veſtram gravem habebimus & moleſtam: & ad eam corrigendam, manum extendere compellemur: ita quod ſi voluerint in hujuſmodi rapacitatis propoſito perſiſtere, non valebunt.

PARS III.

## DE DOLO ET CONTUMACIA

### & calumnia alterius partium punienda.

### Caput I.

*Idem Herefordenſi epiſcopo.*

Ad hæc cum contingat actorem multoties mittendum eſſe in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ propter abſentiam alterius partis, & per ejus dolum ſive potentiam actor non poſſit rem cuſtodiendam nanciſci, & imminente fine anni, reus, ne poſſeſſionem amittat, debitam offerat cautionem: cujuſmodi pœna ſit mulctan-

A dus, quia * reſponſioni non paret judicis, a nobis tua fraternitas poſtulavit. Ad quod dicimus, quod in eccleſiaſticis perſonis & negotiis rigor & diſtrictio juris non requiritur, nec exercetur. Sed cum propter hoc juſtitia non periclitatur, admitti debet & patienter tolerari, cum reus per cautionem ſtandi judicio ſe aſtringit. (* juſſioni)

### Cap. II. *Idem.*

Calumniam & audaciam temere litigantium condemnando in expenſas, & alio multiplici remedio, imperialis ſanctio compeſcit. Quoniam igitur ſacris inſtitutis conſonare dignoſcitur, præcipimus ut de cetero in cauſis pecuniariis victus B victori in expenſas condemnetur, niſi forte, ſicut cautum eſt, pro abſente ſententia feratur.

### Cap. III.

Cauſam quæ inter dilectos filios (a) noſtros de Giſeleburn & canonicos de ſuper eccleſia de * Leventri & capella de Chorum, & jure decimarum ſuper quadam tranſactione, quæ exinde poſt appellationem facta fuiſſe dicitur, diutius eſt agitata, ad ſuggeſtionem cujuſdam canonici de (b) Chorum, experientiæ veſtræ ſub certa forma committimus terminandam. Verum quidam canonicorum de (c) Giſelebuc, C ad noſtram poſtmodum præſentiam accedentes, dilectorum filiorum noſtrorum cardinalium tunc (d) ſedis apoſtolicæ litteras pertulerunt, in quibus continebatur, quod cum de mandato noſtro cauſam, ſuſcepiſſent definiendam, canonicos (e) de Giſeleburc in poſſeſſionem prædictæ eccleſiæ induxerunt. (f) Verum quia prædicti cardinales, tantæ honeſtatis, circumſpectionis, & maturitatis habentur, quod eis fidem omnimodam adhibemus, & eos credimus rectum & juſtum judicium protuliſſe: (g) * D. V. &c. quatenus ſi infra annum memorati canonici de Thorun (h) cauſa poſſeſſionis ſecundum formam juris non inſtraverint, canonicos de Giſelebron (i) poſſeſſionem, a cardinalibus adjudicatam, quiete fa- D ciatis & pacifice poſſidere, non obſtantibus litteris, quas canonicus de Thorun, ſententia cardinalium tacita noſcitur reportaſſe: ita quoque, quod ſi canonici de Thorun, de proprietate agere voluerint, cauſam ipſam uſque ad diffinitivam ſententiam, remota appellatione, audiatis, & fine debito terminetis. Si qua vero partium duxerit appellandum, depoſitiones juratorum teſtium, & alias rationes utriuſque partis ſub veſtris ſigillis clauſas, nobis mittatis, terminum utrique parti congruum præfigentes, quo debeant cum ipſis atteſtationibus & rationibus ſe apoſtolico conſpectui præſentare. (* Leventer) (* denunciamus vobis)

E

### Cap. IV. *Idem priori & canonicis de Giſeleburn.*

Conſtitutis in præſentia noſtra dilecto filio noſtro R. canonico, & reſponſalibus dilecti filii noſtri G. præpoſiti eccleſiæ Bevellacenſis ſuper poſſeſſione eccleſiæ de * Leventri, in qua de mandato & auctoritate noſtra per judices delegatos, (* Levinter.)

(a) *Noſtros Canonicos de Giſlebur & Canonicos de Thorn. Super eccleſia de Levinter, capella de* [illegible] *& ſuper quadam* (b) *De Thorin ubique.* (c) *De* [illegible] (d) *Sed apoſt. Legatorum.* (e) *de Gyſel.* (f) *Unde* (g) *D. V. per A. S. P. M. quatenus.* (h) *Cauſam.* (i) *Poſſeſſionem ſibi.* Mant.

ANNO CHRISTI 1179.

gatos, videlicet Exonienſem epiſcopum & priorem de Knielcunede, cauſa rei ſervandæ fueratis introducti, hinc inde fuit coram te aliquantulum diſputatum. Et tantumdem * poſt rationes, & allegationes utrimque productas, ex utriuſque partis tenuimus aſſertione, quod licet cauſa rei ſervandæ tantum in poſſeſſionem ejuſdem eccleſiæ fuiſſetis inducti, infra annum tamen altera pars non præſtitit cautionem ſuper eadem eccleſia vobiſcum judicio ſtandi, licet voluntatem habuerit ipſam cautionem præſtandi, & vos fuiſſetis parati eam recipere. Inde eſt utique, quod nos de communi fratrum noſtrum conſilio auctoritate apoſtolica decernimus, ut vos amodo poſſeſſionem præſcriptæ eccleſiæ, ſalvo jure quod idem præpoſitus in petenda eccleſia habere dignoſcitur, libere & abſque contradictione qualibet habeatis, nec præfatus præpoſitus ſuper poſſeſſione aliquatenus vos audeat de cetero fatigare.

* f. Quia vero tandem.

### CAP. V. *Idem abbati Rivallis, & priori de Bridi.*

Dilecti filii noſtri abbas & fratres de Neuhus, tranſmiſſa nobis inſinuatione litterarum, monſtraverunt, quod cum cauſa quæ vertitur inter ipſos & abbatiſſam & moniales de Elneſtou Veſtcæ, ſuper eccleſia ſancti Petri de Altun, quam prædicti fratres diu canonice & inconcuſſe, ſicut aſſerunt, poſſederunt, & adhuc poſſident, dilectis filiis decano Linc, & archidiacono de Bedeford ad ſuggeſtionem nuncii monialium prædictarum commiſiſſemus fine debito terminandam: prædicti fratres timentes a judicibus gravari, eo quod ad primam citationem diem ſtatuerunt peremptorium, ad audientiam noſtram appellarunt, ſed ipſi nihilo minus eccleſiam interdicto ſuppoſuerunt. Quia vero non ſpectat ad juris ordinem, diem peremptorium, maxime cum de rebus eccleſiaſticis agitur, niſi maxima ingruente neceſſitate, ita maturare: neque inter eos qui contumaciter ſe abſentant, ſententiam taliter promulgare, niſi quod adverſa pars in poſſeſſionem mittatur, ut ſic tædio affecti, juſtitiæ ſtare cogantur *: F. T. &c. quatenus partes ante præſentiam veſtram convocetis, & rei veritatem diligenter inquiratis: & ſi vobis conſtiterit, quod memorati fratres præfatam eccleſiam canonice fuerint adepti, eoſdem fratres ipſam eccleſiam ab interdicto ſolutam, ſub * ap. re. pacifice poſſidere faciatis, & adverſæ parti ſilentium imponatis.

* Fraternitati tuæ.

* appellatione remota.

PARS IV.

## DE DECIMIS PRÆSTANDIS.

### CAP. I. *Idem (a) Cuſano epiſcopo.*

INtelleximus ex litteris tuis, quod R. de (b) * Lantino parochianus tuus, tamdiu, ſcilicet ſex annis, decimas capellæ ſuæ tibi detinuit, aſſerens quod in commutatione ipſius decimæ, prædeceſſori tuo reditus (c) quarumdam dedit villarum, quos etiam tibi vult aſſignare. Ceterum quia decimæ cum temporalibus non ſunt commutandæ, attendentes, tibi auctoritate præſentium inhibemus, ne præſcriptos reditus in ipſius decimæ commutationem præſumas recipere: ſed prædictum R. ad reſtituendas decimas ſubtractas tibi, & ad eas ſolvendas in poſterum eccleſiaſtica diſtrictione compellas.

* Forte, Lantino. Harduinus.

### CAP. II. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

Pervenit ad nos, quod cum parochiani veſtri decimas bonorum ſuorum conſueverint eccleſiis, quibus debentur, perſolvere: nunc tam laudabili conſuetudine prætermiſſa, quidam ex ipſis de lana & de fœno & de proventibus molendinorum & piſcariarum ipſis eccleſiis ſubtrahere non verentur. Quoniam igitur inſtitutioni Divinæ manifeſtius obviant, qui decimas eccleſiis non perſolvunt, F. V. &c. quatenus parochianos veſtros monere curetis, & ſi opus fuerit ſub excommunicationis diſtrictione compellatis, ut de proventibus molendinorum & piſcariarum & de fœno & de lana decimas eccleſiis, quibus debentur, omni occaſione & appellatione ceſſante, cum integritate perſolvant.

### CAP. III. *Item Wintonienſi epiſcopo.*

Nuncios & litteras tuæ fraternitatis ea qua decuit benignitate recepimus, & petitiones tuas, quoad licuit, curavimus exaudire, ſicut illius perſonæ quam pure in Domino & ferventi caritate diligimus, & cujus commodis & profectibus intendere volumus diligenter. Cum ergo ad officium tuum ſpectent ea, in quibus præcepti noſtri deſideras auctoritate muniri, tanto in his facilius debuiſti exaudiri, quanto ipſa eorum ſpecialius ſalutem reſpiciunt, de quibus in extremo judicio redditurus es rationem. Inde eſt quod F. T. &c. quatenus tam comites quam barones, nec non & omnes alios de parochia tua moneas propenſius & inducas, ut appellatione ceſſante & E. D. CON. ut decimas matricibus eccleſiis de divitiis ſuis cum omni integritate perſolvant. Præterea parochianos veſtros de fœno equitio, pomis, & pyris, & apibus, & omni fructu, decimas ſolvere eccleſiaſtica diſtrictione, appellatione ceſſante, compellas.

### CAP. IV. *Idem * Ryomenſi & Wintonienſi epiſcopis.*

* Wigornienſi.

Cum homines de Hortun, ſecundum generalem eccleſiæ Anglicanæ inſtitutionem, de frugibus ſuis in autumno, novem partibus ſibi retentis, decimas eccleſiæ, & mihi cujus parochiani ſunt, ſine diminutione ſolvere teneantur: antequam eidem eccleſiæ decimas ad eam ſpectantes perſolvant, ſervientibus & mercenariis ſuis de frugibus non decimatis debita totius anni pro ſervitio ſuo impendunt, & tunc deinde de reſiduo decimas perſolventes: Unde D. V. &c. quatenus ſub anathematis diſtrictione compellatis eos, ut decimas tam de nutrimentis animalium ſuorum, quam de frugibus, ſine fraude & diminutione aliqua, in autumno, ſicut mos eſt, ſtatim collectis frugibus, & in aliis temporibus, prout debentur, perſolvant, atque de ſubtractis atque retentis dignam ſatisfactionem exhibeant.

DE

(a) *Conſano.* (b) *De Ju-ſex annis.* (c) *Quorumdam dedit villanorum.* Manſi.

## DE CONJUGATIS ET SPONSIS monaſterium ingreſſis, vel ingredi volentibus.

### Cap. I. *Idem Salernitano archiepiſcopo.*

VErum poſt conſenſum illum legitimum de præſenti, licitum eſt alteri, altero etiam repudiante, monaſterium eligere, ſicut quidam ſancti de nuptiis vocati fuerunt: dummodo inter eos carnis commixtio non intervenerit. Et alteri remanenti, ſi commonitus ſervare noluerit continentiam, licitum eſſe videtur, ut ad ſecunda vota tranſire poſſit. Quia cum non fuiſſent una B caro effecti, poteſt unus ad Dominum tranſire, & alter in ſæculo remanere.

### Cap. II. *Idem Piſano archiepiſcopo.*

Diſt. 32. Seriatim. Quidam intravit monaſterium invita uxore: ipſum eadem repetente coactus eſt ad eam redire. Ea mortua, quæris an ipſe cogatur ad monaſterium redire, an aliam poſſit accipere uxorem. Quæſtionis tuæ taliter reſpondemus, quod votum non tenuit; unde ratione voti non tenetur ad monaſterium redire. Ulterius vero non poteſt accipere uxorem. Promiſit enim ſe non exigere debitum, quod in ejus poteſtate erat: & ideo tenuit votum. Non reddere autem, non C erat in ejus poteſtate, ſed mulieris. Unde apo-
1. Cor. 7. ſtolus: *Vir non habet poteſtatem*, &c.

### Cap. III. *Idem Exonienſi epiſcopo.*

Cum præditus ſis ſcientia litterarum, ignorare non potes nec debes, ſanctorum patrum conſtitutione contraditum, ut vir, uxore ſua in ſæculo remanente, aut mulier, viro non aſſumente religionis habitum, non debeat ad religionem tranſire. Quia cum vir & uxor una caro ſint,
Ephеſ. 5. Diſt. 50. Si quis dix. ut ait apoſtolus, non poteſt alter ad Deum converti, & alter in ſæculo remanere. Inde eſt quod apoſtolica auctoritate tibi prohibemus, ne in epi- D ſcopatu tuo virum vel uxorem, niſi uterque ad religionem migraverit, tranſire permittas. Sed ſi voluerint ad Deum converti, uterque ad frugem melioris vitæ tranſeat. Verum ſi uxor ita ſenex eſt & ſterilis, quod ſine ſuſpicione poſſit eſſe in ſæculo: diſſimulare poteris, ut vir, ea in ſæculo remanente & caſtitatem promittente, ad religionem tranſeat.

### Cap. IV. *Idem Hereſordenſi epiſcopo.*

Præterea, utrum laicus uxoratus, qui præſentibus ſacerdotibus & monachis, epiſcopo ignorante, de licentia & permiſſione uxoris ſuæ, E monaſterium eſt ingreſſus, & forte profeſſionem fecit, uxore in ſæculari habitu remanente, nec ad religionem tranſeunte, aut perpetuam continentiam vovente, ab epiſcopo ſuo poſſit ad torum uxoris revocari; an illa compellenda ſit ad obſervationem perpetuæ continentiæ. Dicimus quod niſi, ubi ſubeſt timor incontinentiæ, uxor ad religionem tranſierit, vel in conſpectu eccleſiæ continentiam ſervare promiſerit, ad eam debet & poteſt ab epiſcopo revocari. Quia cum ſint una caro effecti; non debet una pars in ſæculo remanere, & altera ad religionem tranſire. Verumtamen uxor commonenda eſt & propen- A ſius exhortanda, ut ad religionem tranſeat, & caſtitatem ſervare promittat.

### Cap. V. *Idem Exonienſi epiſcopo.*

Si quiſquam qui ſe religioni devovit, & habitu ſuſcepto profeſſionem fecit, poſtmodum ſibi aliquam copulaverit: cogendus eſt ab ea diſcedere, & ad eccleſiam, cui ſe contulerat, debet ſine contradictione tranſire. Quod ſi habitum ſuſcepit, & non profeſſionem fecit, ſed ſolum votum emiſit, & ſe ad religionem tranſire promiſit: licet poſtmodum matrimonium contraxerit, non eſt ab eccleſia cogendus ad monaſterium tranſire, & matrimonii vota reſcindere.

### Cap. VI. *Item Strigonienſi & * Colonienſi archiepiſcopo.*

* Salernitano.

Conjugatus in monaſterium converti deſiderans, ſuſcipi prohibetur, niſi uxor illius ſimiliter convertatur. Nam cum unum utrimque corpus poſt conjugii copulationem ſit factum, incongruum eſt, partem converti, & partem in ſæculo remanere. Nec recipitur illius viri apud Deum converſio, cujus ſequitur conjugalis fœderis proſtitutio. Cum igitur ſenatus * S. clericorum longe præemineat cœtui monachorum, ita ut aliquando bonus monachus vix bonum clericum faciat: nullus conjugatorum eſt ad ſacros ordines promovendus, niſi ab uxore continentiam profitente fuerit abſolutus, ut fiat deinceps de carnali copula ſpirituale conjugium.

* Strigonienſium.

### Cap. VII. *Idem eidem.*

Sane ſi conjugati conſenſerint ordinari, etiam uxoris voluntas prius requirenda eſt, ut ſequeſtrato manſionis cubiculo, religione promiſſa, poſtquam pariter converſi fuerint, ordinentur. Quod ſi in quibuslibet eccleſiaſticis gradibus providenter ſcienterque curandum eſt, ut in domo Dei nihil ſit inordinatum, nihilque præpoſte- Diſt. 61. Miramur. rum: multo magis laborandum, ut in ejus promotione qui ſupra gradus omnes continetur, non erretur. Inde eſt, quod fraternitati tuæ apoſtolica auctoritate prohibemus, ne uxoratum in epiſcopum præſumatis ordinare, niſi prius uxor continentiam profeſſa, ſacrum velamen ſibi imponat, & religioni congruam veſtem aſſumat. Nolumus etiam ut viri promotio, uxori relictæ in ſæculo fieri poſſit perditionis occaſio.

### Cap. VIII. *Idem Brixienſi epiſcopo.*

Ex publico inſtrumento, quod nobis eſt præſentatum, & ex tenore litterarum tuarum, nobis innotuit, quod cum venerabilis frater noſter Veronenſis epiſcopus de mandato noſtro cauſam matrimonii, quæ inter Matthæum virum & Agolechen mulierem vertebatur, ſuſcepiſſet fine debito terminandam, auditis utriuſque rationibus & allegationibus, inter eos judiciali ſententia matrimonium approbavit, & eidem mulieri præcepit, ut ad virum ſuum rediret, & exhiberet conjugalem affectum. Verum cum eadem mulier ad eum juxta ſententiam prædicti epiſcopi * egredi nollet, de mandato noſtro, ſicut accepimus, fuit vinculis excommunicationis adſtricta. Ceterum quia præfata mulier, licet a præfato viro deſponſata fuerit, adhuc tamen, ſicut ipſa aſſerit, ab ipſo eſt incognita: fraternitati tuæ per * A. S præſentibus mandamus, quatenus ſi ſu-

* Forte, regredi. Har

* Apoſtolicam ſanctionem. Harduinus.

pra

ANNO CHRISTI 1179.

prædictus vir mulierem ipſam carnaliter non co- A gnovit, & eadem mulier, ſicut ex parte ſua nobis proponitur, ad religionem tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti cautione, quod vel ad religionem tranſire, vel ad virum ſuum redire infra duorum menſium ſpatium debeat, ipſam, contradictione & appellatione ceſſante, a ſententia qua tenetur, abſolvas: ita quod ſi ad religionem tranſire maluerit, uterque reſtituat alteri, ſi qua alter ab altero habuit: & vir ipſe, ea religionis habitum aſſumente, ad alia vota licentiam habeat tranſeundi. Sane quod Dominus in evangelio dicit: *Non licet viro uxorem ſuam, niſi cauſa fornicationis, dimittere*: intelligendum eſt, ſecundum interpretationem ſacri eloquii, de his, quorum matrimonium eſt car- B nali copula conſummatum, ſine qua matrimonium conſummari non poteſt. Et ideo ſi prædicta mulier non fuerit a viro ſuo cognita, licitum eſt ei ad religionem tranſire.

*Matth. 5. & 19.*
*27. qu. 2. Non dubium.*

Cap. IX. *Idem priori G. & fratribus juxta diſciplinam bonæ memoriæ electi viventibus.*

Uxoratus autem ſine licentia propriæ uxoris inter vos nullatenus recipiatur. Quæ ſi integræ famæ & opinionis ita exiſtat, quod nulla merito ſuſpicio habeatur, eam ad ſecunda vota migrare velle, vel quod minus continenter debeat vivere: quod ſi, prout dictum eſt, talis extite- C rit, marito ejus in conſortio veſtro recepto, ipſa publice in conſpectu eccleſiæ continentiam profeſſa, in domo propria cum filiis ſuis familiaque poterit remanere. Si autem talis fuerit, quæ ſuſpicione * careat, voto continentiæ celebrato, a ſæcularium hominum converſatione ſe removeat, & in loco religioſo, ubi Deo ſerviat, perpetuo moretur. Nullus veſtrum audeat mulierem aliquam tonſurare, vel eam ad habitandum ſecum aſſumat.

*31. q. 1. §. Cum ergo.*
** Corr. non careat.*

Cap. X. *Idem.*

Veniens ad noſtram præſentiam Marcus eremita, ſua nobis aſſertione propoſuit, quod quæ- D dam mulier cuidam viro abſenti fide data ſe nupturam promiſit: ſed poſtmodum audiens plura de ſeveritate & inhumanitate ipſius viri, ei nulla ratione voluit copulari. Cum itaque timeret, ne illi nubere cogeretur, in manibus ſuis ſimpliciter votum continentiæ compromiſit: non tamen veſtem aut locum mutavit. Quo audito, prædictus vir aliam ſibi copulavit, & ex ea prolem ſuſcepit. Nos itaque attendentes tutius eſſe, ut præfata mulier poſt fidem & votum ſimplex oblatum, matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrat: fraternitati tuæ per A. S. mandamus: quatenus ſi plus non proceſſerit, nec veſtem aut locum mutavit, nec pro- E feſſionem fecit, prædictæ mulieri de fide mentita & voto violato congruam ſatisfactionem indicas, & ei cui vult nubendi in Domino licentiam tribuere non poſtponas.

## DE SPONSALIBUS, ET MATRIMONIO

contrahendo, vel jam contracto.

ANNO CHRISTI 1179. PARS VI.

Caput I.

*Idem abbati ſancti Albani.*

PRopoſitum eſt nobis, quod vir quidam C. dum uxorem haberet, ſibi aliam hujus rei inſciam copulavit, de qua plures filios habuit. Sed prima mortua, nititur a ſecunda diſcedere, aſſerens quod uxore ſua vivente eam non licuit ſibi copulare. Licet autem a canonibus habeatur, ut nullus copuletur matrimonio quod prius polluerat adulterio, & illam maxime, cui fidem dederat, uxore ſua vivente, vel quæ machinata eſt in mortem uxoris: quia tamen præfata mulier inſcia, quod ille aliam uxorem haberet viventem, nec dignum eſſet, ut prædictus vir, qui ſcienter contra canones venerat, lucra de ſuo dolo reportaret: conſultationi tuæ reſpondemus, quod niſi prædicta mulier divortium petat, ad petitionem viri non ſunt ab invicem ſeparandi, cum ex ſuo delicto videretur commodum reportare.

Cap. II. *Idem Wigornienſi epiſcopo.*

Conſuluit nos fraternitas tua, quid tibi faciendum ſit de Willelmo parochiano, qui licet in manu tua fidem dederit, quod mulierem quandam duceret in uxorem: ſpreta tamen religione fidei, ipſe ſibi aliam copulare præſumpſit. Super hoc utique conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod licet non ſit tutum contra fidem ſuam venire: ſi tamen aliam in ſuam receperit, nec in facto primæ mulieris ultra proceſſerit, niſi quod fidem dedit, (*a*) a muliere ea ſeparari non debet, ſed ei de læſione fidei pœnitentia eſt indicenda.

Cap. III. *Idem Vigilienſi epiſcopo.*

Si vero puellam infra duodecimum annum aliquis (*b*) deſponſaverit: antequam ad annos matrimonio aptos ambo pervenerint, non poſſunt a pactione nuptiali recedere, & ad aliud matrimonium convolare. Sed cum puella ad nubiles annos, & ſponſus ad annos aptos matrimonio pervenerint: tunc de pactione ipſa complenda vel remittenda ſunt audiendi, & ad implendum matrimonium ab his qui matrimonium juraverunt, commonendi. (*c*)

Cap. IV. *Idem eidem in eadem.*

Sponſam autem alterius, ſi eſt ætati nubili proxima, nullus conſanguineorum aliquando poteſt matrimonio copulare.

Cap. V. *Idem ex concilio Africano.*

Quicumque ſub conditionis nomine aliquam deſponſaverit, & poſt eam relinquere voluerit: dicimus quod conditio frangatur, & deſponſatio firmiter teneatur.

Cap. VI.

(a) *a muliere ſecunda.* (b) *deſponſaverit, aut ſponſus aliquam infra XIV. annum deſponſaverit, antequam &c.*
(c) *ad. ſponſa autem ſi nubili ætati proxima eſt nullus conſanguineorum ſponſi poteſt eam ſibi matrimonio copulare.* Manſi.

## Cap. VI. *Idem GG. 7.*

Manifeſtum eſt, eum puberem eſſe, qui de geſticulatione ſui corporis talis eſt, ut jam procreare poſſit, licet ad metas legibus diffinitas non pervenerit.

## Cap. VII. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo.*

Acceſſit ad præſentiam noſtram nobilis vir Willelmus filius G. cum litteris tuis, ex quarum tenore perpendimus, quod cum filiam cujuſdam nobilis viri, dum eſſet minoris ætatis, deſponſaſſet, & ipſa poſtmodum aſſenſum in hac parte non præbente, antequam ad nubiles annos per- B veniſſet, celebratum eſt inter eos divortium. Procedente vero tempore, defuncto patre puellæ, matrem ejus Willelmus ſibi matrimonio copulavit. Quod quidem factum cum ſuſtinere nolles, eum ſolicite monuiſti, ut ipſam dimitteret: & quia monitis tuis in hac parte noluit acquieſcere, ipſum excommunicationis vinculo innodaſti. Tandem accepta ab eo cautione, quod noſtram adiret præſentiam, & ſuper hoc ſtatutum noſtrum firmiter obſervaret: eumdem mandato noſtro abſolutum denunciaſti, & cum litteris tuis ad præſentiam noſtram miſiſti. Verum præfatus Willelmus in præſentia noſtra conſtitutus, ſua nobis aſſertione propoſuit, quod puellam illam, dum eſſet infra duodecimum C annum, deſponſavit, poſtea vero antequam ad nubiles annos perveniſſet, noluit aliquatenus conſentire, ut præfatum Willelmum in virum acciperet: & ita cum patre ſuo, in cujus poteſtate remanſerat, & cum prædicto Willelmo, ad præſentiam tuam acceſſit. Et cum ab ore puellæ audiſſes & per patrem ejus, quod memoratum Willelmum in virum nolebat: ſtatim illum in plena ſynodo ab hujus deſponſatione publice abſolutum denunciaſti. Elapſi pluribus annis poſt mortuo patre puellæ, cariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Anglorum rex, matrem ſupradictæ puellæ memorato Willelmo tradidit in uxorem, quam ideo Willelmus, ut diſcordia orta inter conſanguineos ſuos & conſanguineos mu- D lieris ſopiretur, accepit & ſolemniter deſponſavit, & ſine contradictione eccleſiæ duxit, & ab ea liberos procreavit, & puella fuit alteri viro copulata. Verum licet contineatur in litteris ipſis, quod puella illa erat minoris ætatis, quando hujuſmodi deſponſatio facta fuit: tamen refert, utrum cum eſſet minoris ætatis, fuit proxima ætati aptæ matrimonio, aut infra ſeptem annos. Ideo per apoſtolicam ſanctionem fraternitati tuæ præſentibus mandamus, quatenus veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi tibi conſtiterit quod puella præfata non eſſet ſeptennis, quando præmemorato deſponſata fuit, & E poſtea in eum non conſenſerit, & quod idem Willelmus ab hujuſmodi deſponſatione per te fuerit abſolutus, matrimonium inter eumdem Willelmum & matrem puellæ celebratum præcipias immobiliter obſervari, & eorumdem proles denuncies eſſe legitimas. Quia ſicut diſcretio tua non ignorat, deſponſationes & matrimonium ante ſeptimum annum fieri non poſſunt, ſi conſenſus poſtea non intervenit. Sane ſi præfata puella ante hujuſmodi deſponſationem ſeptimum annum compleverat, licet prædictus vir a deſponſatione ipſius puellæ ipſo jure fuerit abſolutus, cum ea in eum conſentire nolebat: inhoneſtum tamen videtur, ut matrem ejus habeat, cujus A filia ſibi fuerat deſponſata. Verum ſi tibi viſum fuerit, ut cum matre maneat, ne diſcordia inter utriuſque conſanguineos olim exorta, nunc autem ſopita, denuo ſuſcitetur: id diſſimulare poteris, & æquanimiter tolerare. Filii autem quos ab ipſa ſuſcepit, ſi eam, tolerante eccleſia, duxit in uxorem, a ſucceſſione non poſſunt paternæ vel maternæ hæreditatis prohiberi.

## Cap. VIII. *Idem Salernitano epiſcopo.*

Licet præter ſolitum & amplius ſolito multis ſimus & variis negotiis præpediti, ita quod non ſit nobis facile aliquorum conſultationibus reſpondere: illa tamen ſpirituali gratia, quam ad per- B ſonam tuam habemus, & fraterna caritate, cogimur quid ſentiamus de his ſuper quibus conſuluit nos prudentia tua, tibi, quantumcumque ſumus aliis intenti, præſentibus litteris aperire. Conſuluiſti nos ſiquidem, utrum inter virum & mulierem, præſtito vel non præſtito ſacramento, ſi legitimus conſenſus intervenerit de præſenti, carnali copula non ſecuta, liceat mulieri alii nubere: vel ſi nupſerit alii, & carnalis fuerit copula ſecuta, an ab ipſo debeat ſeparari. Super hoc inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quod ſi legitimus conſenſus a ſolemnitate qua fieri ſolet, præſente ſacerdote, aut etiam ejus notario, ſicut etiam in quibuſdam locis adhuc obſervatur, coram idoneis teſtibus interveniat de C præſenti, ita quod unus alium in ſuam mutuo conſenſu verbis expreſſis recipiat, utrimque dicendo: Ego te recipio in meam, & ego te in 27. qu. ul.
meum: ſive ſit juramentum, ſive non, non licet mulieri alii nubere: & ſi nupſerit, & fuerit carnalis copula ſubſecuta, ab eo ſeparari debet, & ut ad primum redeat, eccleſiaſtica diſtrictione compelli: quamvis alii aliter ſentiant, aliter etiam a quibuſdam prædeceſſoribus noſtris ſit aliquando judicatum.

## Cap. IX. *Idem Wigornienſi epiſcopo.*

Meminimus nos ex parte tua quæſtionem hujuſmodi audiviſſe, ſcilicet, utrum illi qui ſe ad D religionem coram epiſcopo devoverant tranſituros, & habitum religionis ſuſceperunt, ſi poſtmodum uxores duxerint, cogendi ſunt eas dimittere, & ad eccleſiam, cui ſe contulerunt, redire. Super hoc utique duximus reſpondendum, quod ſi quiſquam qui ſe religioni devoverit, & habitu ſuſcepto profeſſionem fecerit, poſtmodum aliquam ſibi copulaverit, eſt ab ea cogendus recedere, & ad eccleſiam, cui ſe contulit, debet ſine contradictione tranſire. Verum ſi habitum non ſuſcepit, nec profeſſionem, ſed ſolummodo votum fecit, & ſe ad religionem tranſiturum promiſit: licet poſtea matrimonium contraxerit, E non eſt ad eccleſiam cogendus tranſire, & matrimonii votum reſcindere.

## Cap. X. *Idem Norvvicenſi epiſcopo.*

Continebatur in litteris tuis, quod cum quædam puella infra nubiles annos cuidam viro in uxorem tradita fuerit, & ab ipſo traducta, parentibus aſſentientibus eam legitimæ ætatis exiſtere: hæc ad nubiles annos perveniens, alii nubendi licentiam poſtulavit, aſſerens ſe in eumdem virum nullatenus conſenſiſſe, prædictus vero vir econtra proponit, quod licet eadem puella nondum forte annum duodecimum attigiſſet, cum tradita fuiſſet ei in uxorem, uſque adeo

tamen

ANNO CHRISTI 1179.

tamen fuit ætati proxima, quod ipſam carnali A commixtione cognovit. Inde eſt, quod cum ipſa eidem viro dicit ſe incognitam, & ita nos conſuluiſti, utrum alii poſſit nubere: taliter reſpondemus, quod cum in decretis habetur expreſſum, quod ſi vir dixerit quod uxorem ſuam cognoverit, & mulier negaverit, viri ſtandum eſt veritati. Unde præfato viro qui ſe dicit præfatam puellam cognoviſſe, fides eſt habenda, ſi id juramento firmaverit: & ſi fuerit proxima duodecimo anno, vel circa duodecimum annum, & cum ſuo conſenſu & voluntate parentum deſponſata & benedicta fuerit, & cognita ab eodem viro, ſeparari non debebunt, præſertim cum parentes ipſam legitimæ ætatis faterentur. Si vero puella infra nubiles annos & ætati non proxi- B ma, alicui deſponſata fuerit, benedicta atque traducta, non licet alicui de conſanguinitate illius, cui deſponſata fuerit, eam ducere in uxorem: nec fas eſt eidem ſponſo, de conſanguinitate puellæ ſibi aliquam copulare.

27. qu. 82. deſpon.

CAP. XI. *Idem Norvvicenſi epiſcopo, & archidiaconis.*

Lator præſentium W. parochianus veſter ſua nobis aſſertione monſtravit, quod cum in facie eccleſiæ quamdam mulierem viduam, A. nomine, legitime deſponſaſſet, & carnali copula ſubſecuta inter eos ſcandalum eſſet ſubortum, cujus occaſione prædictus vir ei debitum conjugale C ſubtraxit: conſanguinei dictæ mulieris hoc moleſtum habentes, coram vobis quæſtionem moverunt, proponentes quod mulierem invitam & renitentem, nec ætatis aptæ matrimonio exiſtentem, duxiſſet uxorem: & quoniam idem vir vitam, ſicut nobis proponitur, cupiebat agere dyſcolam, deinde utriuſque ſtudio interveniente, fuerunt minus rationabiliter ſeparati. Nolentes igitur ut matrimonia canonice contracta, levitate quadam diſſolvantur, diſcretioni veſtræ per * A. S. mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit, prædictos virum & mulierem per judicium eccleſiæ non fuiſſe rationabiliter ſeparatos, eccleſiamque deceptam, ipſos, contradictione & appellatione ceſſante, faciatis ſicut virum & uxorem D inſimul permanere.

* Apoſtolicam ſanctionem.

CAP. XII. *Idem Pan. archiepiſcopo.*

De illis autem, qui præſtito juramento promittunt ſe aliquas mulieres ducturos, & poſtea eis incognitis, dimittunt terram, & ſe ad partes alienas transferunt: hoc tuæ diſcretioni volumus innoteſcere, quod liberum erat mulieribus ipſis, ſi non eſt amplius in facto proceſſum, ad alia vota tranſire: recepta tamen de perjurio pœnitentia, ſi per eas non ſteterit, quo minus matrimonium conſummetur. Si vero aliquis ſub hujuſmodi verbis juramentum præſtiterit alicui mulieri, Ego te accipio in uxorem, ſi tantum E mihi donaveris: reus perjurii non habebitur, ſi eam nolentem ſibi ſolvere, quod juramento ſibi petiit dari, non acceperit in uxorem: niſi conſenſus de præſenti, aut carnalis ſit inter eos commixtio ſubſecuta.

CAP. XIII. *Idem abbati de Fontibus & M. vicario.*

Significavit nobis O. Andegaven. parochianus Eboracenſis eccleſiæ, per VV. fratrem ſuum, quod VV. de Romare, qui eſt ex hac luce ſubtractus, eum capiens, tamdiu in vinculis ferreis & carcere tenuit, donec jurare coegit, quod Hamulierem duceret in uxorem. Cum autem carcerem & vincula evaſiſſet, aliam in uxorem accepit, de qua filios procreavit. Poſtea vero idem O. a præfata Ha. coram venerabili fratre noſtro Eboracenſi archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato tractus in cauſam, ab eo coactus eſt juramento firmare, quod ad illam quam ſponte acceperat in uxorem, non accederet, donec lis eſſet eccleſiaſtico judicio terminata. Ceterum quia priuſquam de cauſa cognoſceretur legitime, prænominata Ha. diem clauſit extremum, prædictus O. ad eam de qua filios habuit, reverti non audet. Inde eſt, quod diſcretioni tuæ per * A. S. P. M. quatenus rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi vobis conſtiterit quod eidem O. tanta vis illata fuerit, ut prædictam Ha. juraret in uxorem accipere, & quod ſponte in eam non conſenſerit, nec poſt præſtitum juramentum ipſam carnaliter cognoverit: propter hoc non dimittatis, quin ad illam quam poſtea accepit in uxorem, revertendi, appellatione ceſſante, liberam tribuatis facultatem. Verum ſi prænominatus O. in præfatam Ha. conſenſit, & poſt præſtitum ſacramentum quod ipſam in uxorem acciperet, carnaliter cognovit: ne ad ſecundam revertatur, ſub interminatione anathematis inhibeatis, dantes ei licentiam, aliam, ſi voluerit, ducendi uxorem.

* Apoſtolicam ſanctionem præſentibus mandamus.

27. qu. 2. Palam duobus.

CAP. XIV. *Idem * Cretenſi epiſcopo.*

* Tricenſi.

Significaſti nobis, quod quidam miles in provincia tua uxorem ſuam ſine judicio eccleſiæ & auctoritate dimiſerit, pro eo quod ſuggeſtum ei fuerat, ipſam inceſtum cum quodam conſanguineo ſuo commiſiſſe, & propter hoc vinculo fuit excommunicationis adſtrictus. Verum mulier ipſa non continuit, ſed ſobolem ab alio viro ſuſcepit: nec minus poſtulat viro ſuo reſtitui, aſſerens ſe ab ipſo injuſte fuiſſe dimiſſam, & eumdem virum materiam adulterandi ſibi dediſſe. Unde quia nos conſuluiſti, utrum mulier iſta debeat viro ſuo reſtitui, & vir ad ejus receptionem compelli: fraternitati tuæ præſentibus litteris reſpondemus, quod ſi manifeſtum eſt, mulierem ipſam adulterium commiſiſſe poſt dimiſſionem (ſed non idem ſi ante) ad eam recipiendam præfatus vir cogi non debet, niſi conſtaret ipſum cum alia adulterium commiſiſſe.

27. qu. 2. Si tu abſtin

CAP. XV. *Idem Vigornienſi epiſcopo.*

Ad aures noſtras perlatum fuiſſe cognoſcas, quod cum quidam parochianus tuus uxorem duxiſſet, ea dimiſſa, (*a*) aliam, ſcilicet ei conſanguineam, ſibi copulare præſumpſit, & eam carnali commixtione cognoſcere, & ſecum tenere minime dubitavit. Cumque prior mulier ſuper hoc querelam moviſſet, matrimonium ejus denegavit, & ſecundæ copulam profeſſus eſt. Unde

35. qu. 3. de affinit.

(a) *aliam f.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

de cum primum conjugium adverſus eum per teſtes probaretur fuiſſe, quoniam a ſecunda recedere noluit, ad audientiam noſtram appellavit. Super quo utique prudentiæ tuæ reſpondemus, quod ſi (a) prima mulier & ſecunda, ſe vel prima vel ſecunda linea contingunt, tu virum facias utraque, omni contradictione & appellatione ceſſante, carere, & ſine ſpe conjugii perpetuo manere. Si vero eas * (b) interdicto gradu ſolummodo vel ſupra ſeſe attingere conſtiterit, tu ipſum compellas a ſecunda recedere: & de commiſſo pœnitentia ſibi condigna impoſita, eum priorem ſicut uxorem ſuam recipere, & maritali de cetero affectione tractare conſtringas.

* Forte, in tertio. Har.

### Cap. XVI. *Idem Belvacenſi epiſcopo.*

30. qu. 2. illud.

Super hoc quod de latore præſentium tuis litteris quæſiviſti, an liceat ſibi matrimonium cum ea contrahere, quam uxore ſua vivente, ſibi de facto copulavit in matrimonium: tuæ ſollicitudini duximus reſpondendum, quod ſi adultera in mortem alterius aliquid eſt machinata, ſeu iſte fidem dederit, quod ea defuncta hanc eſſet ducturus: ſecundum canones ab ejus conſortio perpetuo prohibetur, & hæc prohibitio perpetuo eſt obſervanda.

### Cap. XVII. *Idem archiepiſcopo Senonenſi.*

Porro ſi qui vir & mulier pari conſenſu contraxerint matrimonium, & vir ea incognita, aliam duxerit in uxorem, & eam cognoverit: cogendus eſt ſecundam dimittere, & ad primam redire. Quia quamvis exinde ſit diverſa quorumdam ſententia, & non eadem conſuetudo eccleſiæ; tutius tamen videtur, (c) ut primam hanc quam ſecundam, cum a prima judicio eccleſiæ ſeparari non debeat, poſtquam cum ea pari voto & conſenſu matrimonium contraxit. Sane quamquam mulieri deſponſatæ, & a viro non cognitæ, liceat ad religionem tranſire, aliam tamen non poteſt ducere in uxorem.

### Cap. XVIII. *Idem Eberardo Paduano epiſcopo.*

Sollicitudini ſedis apoſtolicæ incumbit, ut ſi dubia vel difficilia ad noſtram aurem perferantur, ea debeamus abſolvere, (d) & in lucem revocare. Super eo ſiquidem unde nos conſuluit dilectio tua, quid videlicet ſervandum ſit, & retinendum de muliere, quæ cum ſit uni viro deſponſata, ab alio poſtea deſponſatur & cognoſcitur: ſolicitudini tuæ taliter reſpondemus, quod licet quarumdam eccleſiarum conſuetudo habeat, ut cum ſecundo viro debeat remanere, convenientius tamen videtur, ut ſi vir & mulier ad ætatem conjugio aptam devenerint, (e) & infra mulier deſponſata fuerit, quod vir mulierem in ſuam, & mulier virum in ſuum recipiat. Licet poſtea ab alio deſponſetur & cognoſcatur, debet primo reſtitui.

### Cap. XIX.

De muliere, quæ eſt invita tradita viro, & detenta, cum inter vim & vim ſit differentia, & utrum poſtea conſenſus interceſſerit: quia certum nobis nil expreſſiſti, inquiſitioni tuæ nil poſſumus reſpondere. Illos autem qui propter conſanguinitatem prohibentur conjungi, & poſtea contra interdictum eccleſiæ ſeſe receperint, excommunicationi debes ſubjicere, donec tamdiu ſeparentur, quouſque legitime cognoſcatur, utrum eorum matrimonium de jure poſſit & debeat ſtare.

### Cap. XX. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Ex litteris quas ſuper cauſa matrimonii cujuſdam juvenis, R. nomine, & Mariæ filiæ Gileberti de ſancto Leodegario, tranſmiſiſti, ſolicitudo nobis innotuit, quam in ipſius negotii examine ſervaſti. Quia vero abſentibus partibus veritatem nequivimus plenarie indagare, nec cauſam ipſam ad te remittere, a quo pars mulieris ad audientiam noſtram noſcitur appellaſſe: eam venerabilibus fratribus noſtris VVintonienſi, Herefordenſi, & Bathonienſi epiſcopis duximus committendam. Ideoque fraternitati tuæ per A. S. præſentibus mandamus, quatenus partes adire eorum præſentiam, cum ab eis fuerint evocatæ, & quod ipſi judicaverint inviolabiliter obſervare, contradictione & appellatione ceſſante, compellas.

### Cap. XXI. *Idem Urbanus M. Cenom.*

Cum in apoſtolica ſede, cui licet immeriti præſidemus, magiſterium reſideat totius eccleſiaſticæ diſciplinæ: dignum eſt & conſonum rationi, ut quoties circa negotium eccleſiæ aliquid dubietatis emerſit, ad ipſius deliberationis arbitrium recurratur. Intelleximus ſiquidem quod cum inter villicum de Herneja & uxorem ejus coram te quæſtio matrimonii tractaretur, & productis teſtibus, & eorum examinationibus diligenti examine diſcuſſis, ante publicationem idem villicus reverſus ad propria, publice inter ſe & uxorem ſuam propoſuit, ſententiam divortii judicio eccleſiæ eſſe promulgatam: & ſic ſuggeſta omnibus falſitate, quamdam aliam mulierem facti neſciam, ſibi copulare præſumpſit. Poſtmodum vero ſuper prioris matrimonii quæſtione litteris a ſede apoſtolica impetratis, delegati judices ſententiam divortii protulerunt. Unde quia villicum & mulierem quam ſuperinduxerat, pendente lite prioris uxoris, invicem aſſeris conſentire: tua nos duxit fraternitas conſulendos, utrum tales ſint ad matrimonium admittendi. Nos autem auctoritate præſentium tuæ ſollicitudini reſpondemus, quod impoſita ei pœnitentia competenti, & infra ipſius pœnitentiæ tempus carnali commercio interdicto, poſtmodum in maritali copula poterunt remanere. Super eo vero quod a nobis ſimiliter poſtulaſti, utrum ille qui in quamdam mulierem conſenſit, ſi pater ejus videlicet ſuum præſtaret aſſenſum, ſi ad conſummandum matrimonium ſit compellendus: non

(a) *ſuperior* (b) *conſanguinitatis lineæ in tertio.*
(c) *ut primam habere debeat quam ſecundam, cum a prima ſine judicio eccleſiæ.*
(d) *& in lucidum* (e) *& ita.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

non minus reſpondemus, quia cum aſſenſus liber dici non poſſit, qui alieno reſervatur arbitrio ac conditioni, ipſum canonica non improbant inſtituta, quæ conſonant honeſtati, niſi voluntas patris poſtmodum intercedat, nequaquam ad contrahendum matrimonium eſt cogendus. Nam licet felicis recordationis Alexander papa prædeceſſor noſter in ſuis videatur conſultationibus reſpondiſſe, quod deſponſalia interpoſita conditione certa, conditione ipſa minime obſervata, ſi conſenſus de præſenti intercedat, vel carnalis copula ſubſequatur, diſſolvi non debent, ſed firmiter obſervari: nequaquam eſt noſtræ diffinitioni contrarium, cui hujuſmodi conſenſus nequaquam ſit de præſenti habendus, licet per verba de præſenti evidentius exprimatur, quod in alieno arbitrio non habito, ſed habendo, conſiſtunt, aliam tamen non poteſt ducere uxorem.

### Cap. XXII. *Idem Eberardo Paduano.*

Super eo quod ex litteris tuis intelleximus, virum quemdam & mulierem de mandato domini (*a*) utriuſque aſſenſu ſe invicem recepiſſe, nullo ſacerdote præſente, nec adhibita ſolemnitate, quam ſolet Anglicana eccleſia adhibere, & alium prædictam mulierem ante carnalem commixtionem ſolemniter duxiſſe & cognoviſſe: tuæ * paternitati duximus taliter reſpondendum, quod ſi primus vir & mulier pari conſenſu de præſenti ſeſe (*b*) receperint, ipſa debet primo reſtitui, cum nec potuerit, nec debuerit, poſt talem conſenſum alii nubere. Si vero conſenſus talis inter eos non interceſſerit ſub verbis illis quæ diximus, nec carnalis copula etiam aſſenſu de futuro præeunte: ſecundo viro qui eam poſtea traduxit atque cognovit, mulier ipſa debet relinqui, & ab impetitione prioris abſolvi, injuncta primo pœnitentia de læſione fidei vel violatione juramenti, ſi dedit fidem vel præſtitit juramentum. (*c*)

* *Cor. fraternitati.*

### Cap. XXIII. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Sponſam autem alterius, ſi eſt nubili ætati proxima, nullus conſanguineorum aliquando ſibi poteſt matrimonio copulare.

### Cap. XXIV. *Idem (d) Andrenſi epiſcopo.*

Super eo vero, quod de illo nobis ſignificaſti, qui cum procreare vellet filios, uxori ſuæ nunquam carnis debitum reddidit vel reddere potuit: inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod diverſa ſunt inde decreta, diverſæ ſententiæ. Sed conſuetudo eſt Romanæ eccleſiæ, in ſimilibus taliter tenere, quod ſi non poteſt eam ſicut uxorem habere, ipſam habeat ſicut ſororem.

### Cap. XXV. *Idem abbati ſancti Edmundi, & de Rameſereja.*

Ex parte Emmæ mulieris noſtris eſt auribus intimatum, quod Andreas ſibi coram ſacerdote quodam & diacono & aliis, pluribuſque tam clericis quam laicis ad hoc convocatis, juramentum præſtiterit, quod ipſa ab eo tempore pro conjuge teneret, & ei ſicut uxori ſuæ fidem ſervaret: ipſa quoque Andreæ præſtito juramento promiſit, ſe illum pro marito habituram, & fidem ei tanquam proprio viro ſervaturam. Quo facto, diu in eadem domo cohabitantes, ſibi liberos procreaverunt. Procedente vero tempore prædictus Andreas contra juramentum præſtitum prænominatam Emmam & filios ex ea procreatos reliquit, & a cohabitatione receſſit. Quia igitur nemini licet uxorem ſuam ſine manifeſta cauſa fornicationis dimittere, & tunc eam vel ſibi reconciliare debet, aut ipſa vivente continere: nec nos ſuſtinere debemus, ut prædictus Andreas juramenti præſtiti religionem infringat: diſcretioni veſtræ per * A. S. præſentibus mandamus, quatenus rei veritate diligenter inquiſita, ſi, prout ſuperius dictum eſt, ita eſſe inveneritis, eumdem Andream moneatis ſtudioſius, ut ſuæ ſaluti conſulens, & ſuperinducta quam habet, prius dimiſſa, ad uxorem ſuam redeat, & eam maritali affectione tractet, & reatum ſuum condigna pœna expiare fatagat. Quod ſi commonitioni veſtræ acquieſcere forte contempſerit: vos eum & ſuperinductam, omni occaſione & appellatione ceſſante, excommunicationis vinculo innodetis, & uſque ad dignam ſatisfactionem præcipiatis hominibus, ſicut excommunicatos, cautius evitare.

31. qu. 1. Dixit.

* Apoſtolicam ſanctionem.

### Cap. XXVI. *Idem Pictavenſi epiſcopo.*

Ex litteris venerabilis fratris noſtri Sanxonis epiſcopi accepimus, quod cum duo nobiles viri ſui epiſcopatus, VV. ſcilicet de * Monda, & B. de Mauritania, filios & filias impubeſcentes haberent, & ſpe pacis inter eos reconciliandæ ita inter ſe convenirent, quod filios & filias mutuis invicem matrimoniis ſociarent: & hoc tam patres quam filii ſub juramento ſe facturos promiſerunt. Inter quos quidem G. prioris filius, filiam prædicti B. conſentiente patre, ſemel & iterum recipere in uxorem juravit. Cumque ipſo volente ad alia vota migrare, eum epiſcopus ſub diſtrictione anathematis compellere voluit, ut ſecundum quod juraverat, filiam præfati B. traduceret in uxorem, ipſe ad audientiam noſtram appellavit: & altera parte nuncium ſuum ad nos deſtinante, nec ipſe venit, nec reſponſalem aliquem pro ſe tranſmiſit. Quia igitur periculum G. prædicto extitit, contra juramentum ſuum venire, fraternitati veſtræ per * A. S. præſentibus mandamus, quatenus cum exinde fueris requiſitus, utramque ante tuam convoces præſentiam, & rationibus hinc inde plenius auditis & agitatis, ſi tibi conſtiterit, quod præfatus G. præſtito juramento firmaſſet, quod filiam memorati

* Moronda.

* Apoſtolicam ſanctionem.

(a) *utriuſque ſeſe.*
(b) *receperint. dicendo unus alteri: ego te recipio in meum, & ego in meam, etiamſi non interceſſerit illa ſolemnitas, nec mulierem carnaliter cognoverit, mulier ipſa debet &c.*
(c) Ad. *appellationi autem ſi qua ſuper iſto caſu ab alterutra parte fuerit interpoſita, niſi appelletur ab eo, cui cauſa eſt re. ap. commiſſa eſt devota debita deferendum.* (d) *Andranenſi.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

rati B. duceret in uxorem, eum moneas, & auctoritate noſtra diſtricte compellas, ut ipſam, niſi rationabilis cauſa extiterit, in uxorem recipiat, & maritali affectione pertractet. Si vero rationabilem cauſam prætendere voluerit, eam cum omni diligentia & ſtudio audias, & fine canonico, appellatione ceſſante, decidas. Ceterum ſi legitime monitus, judicio tuo parere contempſerit: eum & patrem ſuum, ſi fovere ipſum in ſua malitia præſumpſerit, excommunicationis vinculo adſtringas: & in tota terra ipſorum omnia Divina, præter baptiſma parvulorum & pœnitentias morientium, prohibeas officia celebrari.

## Cap. XXVII. *Idem Benedictus papa (a) Gaudentio patriarchæ.*

*35. q. 2. Quæſt. Lex divina.*

Lex Divinæ conſtitutionis ſedem apoſtolicam totius potuit orbis terrarum magiſtrans: ut quidquid ubique locorum dubitatur, ab ea tandem ratio ejuſdem requiratur. Affatus eſt autem nos per ſuis litteris ejuſdem cathedræ ſeſſorem, ac percontatus eſt quidam vir nomine Joannes, pro connubio filiæ ſuæ ſuperſtitis, cujus ſoror defuncta, cuidam juveni nomine Stephano, ſimplicibus verbis fuit deſponſata, & antequam ad nuptias pervenerit, morte præventa: utrum cum eodem juvene poſſit matrimonium celebrari ſuperſtitis filiæ, necne. Namque teſtatus eſt, hujus rei rationem haberi apud vos ambiguam, quam, Deo docente, reddimus his verbis certiſſimam. Protoplaſtus enim ille, radix & origo noſtra, detracta ſibi coſta videns mulierem formatam, prophetico ſpiritu inter alia protulit: *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.* *Geneſ. 2.* Quibus verbis innotuit, non aliter virum & mulierem poſſe fieri unam carnem, niſi carnali copula ſibi cohæreant. Qui ergo nequaquam mixtus eſt extraneæ mulieri fœdere nuptiali, quo pacto per nuda ſponſionis verba poſſunt una caro fieri, nullatenus valemus intueri: propinquitas enim ſanguinis, verbis dicitur, non verbis efficitur. Sed nec oſculum parit propinquitatem, quod facit nullam ſanguinis commixtionem. Quoniam vero ita prorſus ſe habet res Joannis iſtius, ut velit filiam illi nuptiis copulare, cui primam jam decreverat deſponſare: cenſura apoſtolica mandamus hoc abſque criminis vitio poſſe fieri. Nam cur prohibeamus quod prohibitum nunquam ſacra ſcriptura declaravit? Sed neque mundanæ leges, connumeratis perſonis quibus inter ſe nuptias contrahere non licet, de hujuſmodi aliquid dicunt negotio. Ne ergo abnegetis, quod nulla abnegandum ratione monſtratis.

## Cap. XXVIII. *Idem Wintonienſi, Bathonienſi, & Herefordenſi, epiſcopis.*

Ex litteris venerabilis fratris noſtri Cantuarienſis archiepiſcopi apoſtolicæ ſedis legati, ad audientiam noſtri apoſtolatus pervenit, quod cum G. de ſancto Leodegario, Mariam filiam ſuam abſentem, cuidam juveni R. nomine deſponſaſſet, poſtmodum quibuſdam ipſius mulieris conſanguineis procurantibus, memoratus R. cum ea præſente per verba præſentis temporis contraxit, ſicut dicitur, matrimonium, fide hinc inde corporaliter præſtita, quod vir mulierem ſicut uxorem legitimam de cetero exhiberet, & ipſa reverenter ei ſine contradictione, ſicut viro legitimo, obediret; nihilque defuit; niſi ſolemnitas illa in facie eccleſiæ celebranda, quæ propter tempus Quadrageſimæ tunc non potuit effectui mancipari. Tempore vero procedente orta ſuſpicione, quod præfatus R. ad alia deſideraret vota tranſire ad examen fuit jam dicti archiepiſcopi cauſa perlata: qui ſub anathematis interminatione prohibuit, ſicut ex litteris ipſius accepimus; ne antequam de præſcripto negotio plene conſtaret, vir ad ſecunda vota tranſiret. Sed ipſe præſcripta prohibitione contempta, filiam Hugonis de Polſtede, Mathildem nomine, in facie eccleſiæ ſibi ſolenniter copulavit uxorem. Poſtmodum vero duabus mulieribus & viro coram archiepiſcopo conſtitutis, præfatus R. publice confeſſus eſt, ſe cum Maria, ſicut dictum eſt, publice matrimonium contraxiſſe, & aliam, ſcilicet Mathildem, pravæ quorumdam ſuggeſtione ſeductum, accepiſſe. Maria vero frequenter aſſeruit, quod pater ejus non moverat de voluntate ejus querelam, adjiciens quod inter ipſam & præfatum R. excepta ſola fide de contrahendo matrimonio, nulla obligatio interceſſerat: quam, quia ipſe non ſervaverat, ſervare minime tenebatur: & ideo, quia eam quam ſecundo acceperat, relinquebat. Cum autem præfatum R. tanquam proprium virum reſtitui poſtularet, & archiepiſcopus vellet de primo matrimonio cognoſcere, ob id maxime, quia mulieres dicebantur ſeſe conſanguinitate contingere, ac per hoc tam inceſtus quam adulterii vitium timebatur: Maria ad apoſtolicam ſedem appellationis vocem emiſit, & feſtum circumciſionis proximæ terminum appellationi præfixit, appellationem vero archiepiſcopo deferens, eidem Mariæ ſub periculo animæ & excommunicationis interminatione diſtrictius interdixit, ne cui nuberet, donec cauſa ipſa coram nobis vel coram delegatis ab apoſtolica ſede judicibus, finem debitum ſortiretur. Ipſa tamen de remedio appellationis confiſa, cuidam alii, W. nomine, nihilo minus nupſit; & propter hoc citatam coram archiepiſcopo noluit, propter appellationem quam obierat, apparere. Cum igitur abſentibus partibus non videretur nobis negotium finiendum, ipſum experientiæ veſtræ, de qua plene confidimus, committentes præſentium authoritate terminandum: quatenus partibus ante præſentiam veſtram convocatis, inquiratis diligentius veritatem: & ſi nihil conſtiterit quod impediat, præter conſenſum qui inter præfatum R. & Mariam aſſeritur præceſſiſſe, ſecunda matrimonia inviolabiliter obſervanda, ſublato appellationis diffugio, judiceris. Licet enim contra interdictum eccleſiæ ad ſecunda vota tranſire nequaquam debuerit: conveniens non videtur, ut ob id ſolum, ſacramentum conjugii diſſolvatur. Alia enim pœna debebat eis imponi, quod contra prohibitionem eccleſiæ hoc fecerunt. Nonis Februarii.

## Cap. XXIX. *Idem Bathonienſi epiſcopo.*

De illis qui infra annos aptos exiſtentes matrimoniis contrahendis ſponſalia contrahunt, ſive uterque, ſive alter, antequam ad annos aptos matrimoniis contrahendis perveniunt, reclament & po-

(a) *Gradenſi.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

& poſtulent ſeparari, non ſunt aliquatenus audiendi. Si vero alteruter eorum ad annos aptos contrahendis matrimoniis pervenerit, infra eoſdem annos altero exiſtente, ſponſalia contrahuntur. Si is qui minoris eſt ætatis, cum ad annos illos pervenerit, reclamaverit, nec in alterum voluerit conſentire, judicio eccleſiæ poterunt ab invicem ſeparari. Utrum autem mulier, quæ, poſtquam ad annos matrimoniis contrahendis aptos venit, nupſit, ab eo ſi quærat diſſidium, debeat ſeparari. tuæ conſultationi taliter reſpondemus, quod cum in eum ſemel conſenſerit, amplius conſentire non poteſt aliquatenus, vel divertere: niſi forte illi nupſit, poſtquam * ad annos aptos matrimoniis contrahendis pervenerit, & in eum ſuum omnino negaverit præſtare conſenſum.

* f. priuſquam

CAP. XXX. *Alexander III. Burdegalenſi archiepiſcopo.*

Conſuluit nos tua fraternitas, quid tibi faciendum ſit de milite quodam, qui cum mulierem quamdam duxerit in uxorem, & eam longo tempore tenuerit, & prolem ex ea ſuſceperit: nunc matrimonium ſuum accuſat, dicens in quarto gradu conſanguinitatis eſſe. Ad quod utique conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod ſi præfatus miles mulierem ipſam in facie eccleſiæ duxerit, & longo tempore tenuerit, non debet vox accuſationis ſuæ admitti, niſi perſonæ aliæ & idoneæ appareant, & merito ſuſpicionis carentes, quæ matrimonium ipſum velint & poſſunt legitime accuſare. (a) nec hæredes perſonæ admitti debent, ſi per viginti vel octodecim annos inſimul ſine quæſtione remanſerint.

CAP. XXXI. *Innocentius Wintonienſi epiſcopo.*

Super eo quod interrogaſti de ſacramento conjugii, breviter reſpondeo: Illam quam dixiſti, a patre conjugi traditam, & ab eo cui tradita fuerat, patri commendatam, donec ſtatuta die in domum ſuam ille traducet: dico quod legitimo conſenſu interveniente, ex eo ſtatim conjux fuerit, quod ſpontanea * voluntate ſeſe conjugem eſſe conſenſerit, non enim futurum promittebatur, ſed præſens confirmabatur. Quapropter quidquid cum alia poſtmodum factum eſt in coitu ſive in generatione prolis, tanto reprehenſibilius eſt ſecundum, quanto verius primum. Conſtante enim primo, quanto amplius in Deum committitur, tanto magis culpa augetur. His ergo cognitis, facile erit negotium præſentium latoris tuæ diſcretioni debito fine terminare.

* conceſſione

E

CAP. XXXII. *Idem Caſſinenſi abbati.*

Ex litteris tuis ad nos directis accepimus, quod cum quidam ſecreto mulierem viduam ſubarraſſet, & cognoſcens carnaliter cohabitaſſet cum ea per annum, Mundualdus virum mulieris traxit in cauſam, proponens quod illam in poteſtate ſua poſitam, quaſi fornicariam cognoviſſet: tunc vir & mulier juramento firmarunt,

A quod ab anno alter in alterius copulam maritalem conſenſerat, & de cetero ſicut vir & mulier ſimul cohabitarant. Cum autem nec juramento fidem mulieris procurator habuit, exegit eam publice ſubarrari. Quod cum vir publice facere paratus eſſet in conſpectu eccleſiæ, ſurrexerunt duo, proponentes, præfatæ mulieris conjuges in quinto gradu vel ſexto conſanguinitatis ſeſe contingere: quia pater ejus, qui eam ſubarrare volebat, priorem virum in quarto conſanguinitatis gradu attigerit. Unus autem ita ſe audiviſſe juravit, alius autem id jurare voluit, & ob hoc licet ille præfatam viduam ſubarrare diſtulerit, minime tamen ab ejus cohabitatione diſceſſit. Proceſſu vero temporis ad inſtantiam B Mundualdi præfatus vir publice matrimonium celebravit, & poſtmodum fere per annum cum uxore permanſit. Nunc autem quæſtio prima revixit, & juraverunt duo coram archiepiſcopo plebano, velut dicis, quod primus vir fuit in quinto gradu conſanguinitatis patri viri præſentis. Unde quia diverſi diverſa ſentiunt, quid agendum ſit in hoc caſu, meis quæris litteris edoceri. Quocirca diſcretioni tuæ per * A. S. mandamus, quatenus utramque partem ante tuam præſentiam convoces, & facias teſtes coram te jurare, & adhuc inquiras, a quibus & quando didicerint quod teſtantur. Si vero poſt motam quæſtionem didicerint, non eſt jam dictum matrimonium diſſolvendum. Similiter nec C ſi ab accuſatoribus matrimonii didicerint. Inquiſita vero veritate diligenter, ſi per teſtes circumſpectos & omni exceptione majores inveneris, quod primus vir patrem ſuperſtitis in quinto vel ſexto gradu attigerit, non differas ſententiam divortii promulgare. Æque enim, ut canones dicunt, abſtinendum eſt a conſanguineis uxoris, ac propriis, uſque ad ſextum gradum. Ceterum prudentiam tuam nolumus latere, quod perſonæ idoneæ nominandæ ſunt, & gradus diſtinguendi ab utroque latere & computandi: nec ſunt cauſæ matrimonii tractandæ per quoslibet, ſed per judices diſcretos, qui poteſtatem habeant judicandi, & ſtatuta canonum ſuper his nequaquam ignorent.

* Apoſtolicam ſanctionem.

D

CAP. XXXIII. *Idem Exonienſi epiſcopo.*

Præterea hi qui matrimonio contrahendo pure & ſine omni contradictione fidem dederunt, aut juramentum fecerunt, commonendi ſunt diligentius & exhortandi, & omnibus modis inducendi, ut fidem præſtitam vel juramentum factum obſervent, & ſe, ſicut promiſerunt, conjungant.

## DE POTESTATE JUDICUM delegatorum, & de variis litteris diverſis temporibus impetratis.

PARS VII.

CAP. I. *Idem Londonienſi epiſcopo.*

CUM tibi ſit de benignitate ſedis apoſtolicæ indultum, ut cauſas, quas de mandato noſtro ſuſcipis terminandas, liceat tibi perſonis aliis uni vel pluribus delegare: ſed ab his quibus cauſa fuit per te commiſſa, fas ſit litigantibus appel-

(a) *nec eædem perſonæ manſiſſent.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

pellare, etſi eadem cauſa tibi fuerit a nobis, A
appellatione ceſſante, commiſſa: accidit inter-
dum, ſicut tu aſſeris, quod cauſam, quam tibi
commiſimus, appellatione poſtpoſita, terminan-
dam, aliorum experientiæ committas audiendam,
& appellationem alter litigantium ad tuam, al-
ter ad noſtram audientiam interponat: conſulta-
tioni tuæ reſpondemus, quod ei appellationi,
quæ ad nos interponitur, eſt omnino deferen-
dum, licet fuerit appellatione remota commiſſa.

CAP. II. *Idem Bathonienſi epiſcopo.*

Quia quæſitum eſt a nobis ex parte tua, quid
faciendum ſit de poteſtatibus, quæ, cum præci-
pimus alicui juſtitiam exhiberi, de his quos di- B
ligunt aut tueri volunt, minis & terroribus ſuis
conquerentes ſilere compellunt, & mandatum
noſtrum eludunt: id tibi reſpondemus, quod ſi-
cut agentes & conſentientes pari pœna ſcripturæ
teſtimonio puniuntur: ſic tam eos qui trahuntur
in cauſam, quam principales fautores eorum, ſi
eos manifeſte cognoveris juſtitiam impedire, cen-
ſura eccleſiaſtica poteris coercere.

CAP. III. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo.*

Sane ſi a nobis litteræ prius impetrentur, &
aliæ poſtea, non facta mentione priorum litte-
rarum, litteræ impetrentur: ſi judicibus inno-
tuit, donec Romanum pontificem conſulant, & C
ſuam exinde plenius cognoſcant voluntatem,
executione litterarum debent penitus ſuperſede-
re, ne pro varietate litterarum, cauſarum fines
valeant impediri.

Et hoc jubemus obſervari ab omni admini-
ſtratore, ut ſi contigerit in ſcriptis noſtram fie-
ri juſſionem ad aliquem, & interea quieſcat ab
adminiſtratione, is qui poſt illum ſuſceperit di-
gnitatem, eam accipiat & inſinuet. Et ſi qui-
dem privata eſt cauſa, implere eam & aſſequi,
quemadmodum ad eum promeruerit reſcriptum.
Si vero hujuſmodi in ſcriptis juſſio publicum jus
reſpicit: inquirat eam, & ſi quidem non lædi-
tur fiſcus, quæ in ea comprehenſa ſunt, adim-
pleat. Si vero ad læſionem fiſci eſt, nil ſuper D
ea omnino agi. Nunciare vero nobis primum
oportet, ut ſecunda de hoc noſtra juſſio fiat.
Si vero præcepta cujuslibet judicis ſunt, & pri-
uſquam inſinuentur hæc, aut præcipientem, aut
ad quem præcepta facta ſunt, contigerit remo-
veri de cingulo: etiam ſic qui factus fuerit ju-
dex, hæc ſuſcipiat & exigat, ſi legitime facta
ſunt. Si vero contra legem, aut contra jus pu-
blicum facta ſunt: pro non ſcriptis eſſe jube-
mus.

CAP. IV. *Item.*

Cum aliqua cauſa, appellatione remota, com-
mittitur, & ſententia fertur iniqua: eam vacua-
re oportet, nec ei debet ſtari, ſi manifeſtam
continet iniquitatem.

CAP. V. *Idem Londonienſi epiſcopo.*

Si pro debilitate tua, vel pro aliqua gravi
neceſſitate, tractandis cauſis, quæ tibi ab apo-
ſtolica ſede committuntur, adeſſe non poteris:
liberum tibi ſit, aliis perſonis idoneis & diſcre-
tis vices tuas committere, ita quod ſi res tanti
eſt, te conſulere debeant: niſi forte cauſæ ita
graves ſint, quod ſine præſentia tua non poſſint
omnino terminari.

CAP. VI. *Idem Vu. Carnotenſi electo.*

De cauſis quæ intra certum terminum deci-
dendæ committuntur, hoc tuam volumus cogni-
tionem tenere: quod niſi dies ab apoſtolico præ-
fixus, de communi conſenſu prorogetur, eo tran-
ſacto mandatum expirat. Illi etiam qui pro cau-
ſis tibi commiſſis ad citationem tuam venire,
aut tuo ſuper his judicio parere neglexerint, ſi
tale fuerit negotium, quod certa eximæ pœna
canonibus exprimatur, eam infligas. Alioquin
ipſos, pro delicti qualitate & cauſæ, ſecundum
arbitrium tuum punias.

CAP. VII. *Idem Senonenſi archiepiſcopo.*

Præterea ſuper hoc, quod nos conſulere vo-
luiſti, utrum liceat judici delegato, non ordina-
rio, ſine litteris citatoriis cogere contumacem ut
veniat, aut damnare, ſi non venerit: hoc tibi
præſentium authoritate innoteſcat, quod quam-
vis ei cauſa licet ſimpliciter delegetur, ſatis po-
teſt partes authoritate noſtra compellere, & con-
tumaces ſeveritate eccleſiaſtica coercere, etiamſi
litteræ commiſſionis id non contineant, aut par-
tes mandatum non habeant ut accedant: quia
ex eo quod cauſa ſibi committitur, ſuper his
omnibus quæ ad cauſam ipſam pertinere noſcun-
tur, plenariam recipit poteſtatem.

CAP. VIII. *Idem Wintonienſi epiſcopo.*

Quamvis ſimus multiplicitate negotiorum im-
pliciti, & gravibus diverſiſque ſollicitudinibus oc-
cupati: nos tamen cogit præter commune debi-
tum tua fraternitas, & dilectio qua perſonam
tuam diligimus, tuis conſultationibus reſponde-
re, ne videamur indiſcuſſa relinquere, quæ no-
bis enodanda tua voluit dilectio præſentare. In-
noteſcat itaque ſolicitudini tuæ, quod judex a
nobis delegatus cauſam ſibi commiſſam poteſt
alii vel pluribus delegare, aut totam audiendam
& terminandam, aut etiam ut audiant rationes,
& allegationes & atteſtationes recipiant, & ſen-
tentiam ſibi ſervent, vel ut horum aliquid fa-
ciant tantum juxta voluntatem & beneplacitum
delegantis: quamquam non poſſit eamdem cau-
ſam alii, appellatione poſtpoſita delegare: etſi
ſit ſibi, appellatione remota, commiſſa. Si ve-
ro duobus cauſa committitur, etiam ſi non ap-
ponatur, ut unus ſine altero in ea procedat:
nihilominus unus ex ipſis, ſive ſuo conjudici,
ſive alii, vices ſuas in hac parte committere
poteſt.

CAP. IX. *Idem eidem in eadem.*

Ceterum ſi qui ad judices ſuper aliqua cauſa
ab apoſtolica ſede litteras commiſſorias impetrent
aliis judicibus forte committi, niſi de commiſſio- E
ne prioribus facta in litteris commiſſionis, quæ
aliis delegantur, mentio fiat: nihilo minus prio-
res judices in cognitione ac cauſæ deciſione pro-
cedere debent, nec ſecundæ litteræ ſuper eadem
cauſa taliter impetratæ, alicujus roboris firmita-
tem habere poſſunt. Si vero in ſecundis litteris
habeatur mentio de commiſſione prioribus judi-
cibus facta: prædicta cauſa, priorum eſt exem-
pta judicio, cum eædem non ſint tacita verita-
te impetratæ. Verum ſi præſentibus partibus, de
ipſarum conſenſu cuilibet cauſa committitur, &
proceſſu temporis, vel etiam continuo, alterutra
par-

ANNO CHRISTI 1179.

partium, altera neſciente, cauſam ipſam tacita veritate de priore commiſſione facta, impetravit committi: non immerito is, qui tali dolo & fraude adverſarium cogit laborare, in expenſis condemnari debet.

CAP. X. *Idem eidem in eadem.*

Sententiam a delegato judice latam, ſi ad mandatum ipſius judicis diœceſanus epiſcopus executioni mandare neglexerit: is qui ex delegatione Romani pontificis ſententiam tulit, eam executioni mandandi plenam & liberam habet facultatem.

CAP. XI. *Idem Norvvicenſi epiſcopo.*

Significaſti nobis per litteras tuas, quod interdum a judice delegato fruſtra ſuper aliqua cauſa fertur ſententia, cum ordinarius judex eam ad mandatum ipſius nolit executioni mandare, vel aliis reſiſtentibus effectui mancipare non poſſit. Super hoc autem conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod ſi ordinarius judex ad mandatum judicis a nobis delegati, non vult aut non poteſt, aliis reſiſtentibus, ſententiam ab eo latam effectui mancipare, delegatus judex cauſam authoritate ſibi commiſſa poteſt executioni mandare: & ſi quis ſibi reſtiterit, cum eccleſiaſtica cenſura coercere.

CAP. XII. *Idem eidem * in e. e.*

* *In eadem Epiſtola.*

Si quando vero clerici coram judice delegato prælatos eccleſiarum ſuper eccleſiis quas tenent, in cauſam traxerint, & coram eodem judice tranſactione vel alio modo eccleſias obtinuerint, in quibus certum ſit eos inſtitutionem canonicam nullatenus habuiſſe, nec poſſeſſionem etiam corporalem: ordinarius judex non debet delegati judicis mandato reſiſtere violenter, ſed apud ipſum inſtare, ut differat illos in poſſeſſionem mittere, donec nobis rei veritas innoteſcat.

CAP. XIII. *Idem Hereforденſi epiſcopo.*

Intelleximus ex tuæ fraternitatis relatu, quod quandoque impetrantur a nobis litteræ, certam cauſam habentes ad te & ad alios, aliquando per ſuggeſtionem falſitatis, aliquando per ſuppreſſionem veritatis. Unde a nobis conſilium poſtulaſti, utrum ſecundum (a) formam, aut ſecundum rigorem juſtitiæ, tunc debeas in ipſa cauſa procedere. Super quo diſcretioni tuæ tale damus reſponſum: quod ſi litteræ noſtræ ad te directæ formam expreſſam habuerint, & cognoveris eas per ſuggeſtionem falſitatis & per ſuppreſſionem veritatis cum tali forma impetratas fuiſſe: tunc non ſecundum formam in eis expreſſam, ſed ſecundum rigorem juſtitiæ, in cauſa ipſa ſine perſonarum acceptione procedas.

CAP. XIV. *Idem.*

Si autem lis infra certum terminum præcipiatur decidi, non poterit negotium ultra præfixum (b) terminum, niſi communi conſenſu partium, prorogari. Verum ſi judex delegatus ali-
A ter fecerit, & fines mandati exceſſerit: ejus juriſdictionem non eſt dubium expirare.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XV. *Idem (c) Londonienſi & Wigornienſi epiſcopis.*

(d) Pervenerat ad nos ex parte R. ſenis presbyteri, quod (e) cum ad vos olim literas noſtras attuliſſet, quod ſi vobis conſtaret eum per vim T. clerici, metu regio cooperante, eccleſiam de (f) Gitebergia, quam ſe aſſerit per XL. annos pacifice poſſediſſe, jampridem juramento præſtito refutaſſe, eamdem eccleſiam ei (g) reſtitueres. Prædictus vero T. alias literas a nobis poſterius imperratas, ad alios judices ſuper eodem
B negotio reportavit, & ſic cauſa ipſa ſub veſtro non fuit examine terminata. Mandamus itaque fraternitati veſtræ atque prudentiæ, quatenus non obſtantibus litteris a memorato T. poſterius impetratis, niſi ibi contineatur * expreſſum, quod cauſam ipſam veſtro judicio (h) ſubtraxerimus, utramque partem ante vos convocetis, & eidem cauſæ juxta tenorem alterarum litterarum noſtrarum, ſublato appellationis remedio, non differatis debitum finem imponere.

* expreſſim.

CAP. XVI. *Idem Lexovienſi archiepiſcopo.*

In litteris quas tua nobis deſtinavit fraternitas, quæſtiones quaſdam inſeruiſti, ſuper quibus
C ſolutionem tibi a nobis poſtulas exhiberi: quarum ſiquidem una eſt, ſcilicet, uſque ad quod tempus judex delegatus ſe poſſit interponere, ut ſtetur rei judicatæ vel tranſactioni. Super quo utique paternitati * tuæ taliter reſpondemus, quod ex quo judex delegatus per ſe aut per alium, ſi potuit, executioni mandaverit, vel pro ſe petierit mandari, ejus authoritas & juriſdictio ceſſat, quia ſemel functus eſt officio ſuo.

* *cor.* fraternitati.

CAP. XVII. *Idem abbati ſancti Albani.*

Conſultationibus ſingulorum ex miniſterio ſuſceptæ ſervitutis cogimur reſpondere, ut ſi quid dubietatis vel quæſtionis in mentem alicujus emer-
D ſerit, ab eccleſia Romana ſolvatur, quæ inter alias, diſponente Domino, obtinere meruit principatum. Quæſitum eſt ſiquidem a vobis, ut ſi quis eccleſia vel poſſeſſione aliqua ſe aſſeverans abſque judicio & cauſa rationabili ſpoliatum, & a nobis ad judices litteras obtinuerit, ut infra certum tempus reſtituatur ſibi poſſeſſio: ſi conſtiterit judici, eum eſſe taliter ſpoliatum, poſſeſſio debet ei reſtitui, cum is qui tenet eccleſiam, vel poſtquam ipſe requirit, antequam de litteris aliqua mentio fieret, ſtudiorum, peregrinationis, vel alia hujuſmodi cauſa ſe abſentave-
E rit, num infra præfixum tempus judici poſſit ſuam præſentiam exhibere. Super quo itaque inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quod nec debet, nec poteſt teſtimonium habere, quamvis paratus ſit coram judice delegato teſtibus idoneis poſſeſſionem & dejectionem ſuam probare: niſi is qui poſſidet, terminum prorogaverit. Exſpirat enim juriſdictio ſua: quia ſine conſenſu utriuſque partis, non licet judici terminum prorogare aliquatenus præfixum a delegatore.

*Matth.* 16.

CAP. XVIII.

(a) *cauſam & ſecundum.* (b) *diem.* (c) *G. Londoн. & R. VVigorn.* (d) *Pervenit.* (e) *cum Epiſcopus olim ad vos.* (f) *Giledeſa* (g) *reſtitueretis* (h) *ſubtraximus.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

## Cap. XVIII. *Idem R. Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Ex parte venerabilis fratris noſtri Conventrenſis epiſcopi, auribus noſtris eſt intimatum, quod cum de cauſa quæ inter G. & F. clericum ſuper præbenda de Norbale diligenter cognoviſſet, & eidem G. ſecundum tenorem litterarum noſtrarum, in quibus continebatur, quod ſi conſtaret prædictum F. de perjurio eſſe convictum, & perpetuo illi præbendæ renunciaſſe, ab eadem præbenda, appellatione ceſſante, amoveretur. B Eoque cognito & probato, cum prælibatam præbendam G. adjudicaſſet, prædictus F. in vocem appellationis prorupit, & ad nos veniens, ſecundum hunc tenorem litteras reportavit, quod ei præciſe & abſque cauſæ cognitione reſtitueres, & ipſum qui poſt appellationem eum præbenda ſpoliavit, authoritate alicui beneficium auferendi, appellatione ceſſante, privares, donec per ſe vel per nuncium, aut per litteras ſuas ſatisfacturus, ad ſedem apoſtolicam accederet, & prænominatum G. ſi eumdem F. ſuper jam dicta præbenda præſumeret moleſtare, vinculo excommunicationis uſque ad dignam ſatisfactionem adſtringeret. Unde quia non credimus nos ita præciſe ſcripſiſſe, & ſi taliter ſcripſimus, hoc ex nimia occupatione contigit, & in hujuſmodi litteris intelligenda eſt conditio, etiamſi non apponatur, ſi preces veritate nitantur, fraternitati C tuæ taliter, &c. quatenus inſpecto tenore litterarum, quas prædicto epiſcopo direximus, ſi inveneris quod ſecundum prædictum modum ei ſcripſimus, & in litteris quas præfatus F. reportavit, non fuit habita mentio priorum litterarum, ſententiam præfati epiſcopi, omni contradictione & appellatione ceſſante, confirmes, & prædictum F. cum litteris noſtris, quas tibi detulit, ad præſentiam noſtram venire compellas.

## Cap. XIX. *Idem Exonienſi epiſcopo.*

(a) Ad hæc cum aliquis nimis prolixum terminum ſuæ appellationi (b) præfigit, judex poteſtatem habet competenti modo abbreviandi: & ſi in termino de tempore abbreviando competenter ſtatuto appellationem non fuerit proſecutus, nec canonicam executionem prætenderit: ſententia, ſi lata eſt, tenet. Quod ſi lata non eſt, judex appellantem, appellatione ceſſante, poteſt compellere infra terminum ſtatutum appellationem proſequi, vel coram ſe judicio ſtare.

## Cap. XX. *Idem Carnotenſi Epiſcopo.*

Sane quia nos in primis conſulere voluiſti, qualiter a nobis judex delegatus epiſcopum, qui ei non ſubeſt, ad aliquid dandum vel faciendum compellere debeat, cum cauſam, quæ inter epiſcopum & clericum vel laicum vertitur, a mandato noſtro ſuſcipit terminandam: id tuæ quæſtioni damus reſponſum: quod judex a nobis delegatus, vices noſtras gerit, unde in cauſa illa eſt ſuperior & major illis, quorum cauſam ſuſcipit terminandam. Ideo ſi epiſcopus vel alia perſona, quæ non ſit de juriſdictione illius, in cauſa quam illi delegamus, rebellis aut contu-

A max fuerit, ſecundum qualitatem vel quantitatem facti, poterit vel interdicti vel ſuſpenſionis ſententia a judice delegato compelli; ita quod judex ſecundum negotii qualitatem temperate procedens, epiſcopo vel ingreſſum eccleſiarum, vel ſacerdotale officium interdicat, aut etiam illius, quæ ad juriſdictionem ſuam ſpecialiter pertinet, interdicto ſupponat. De teſtibus autem non habemus in ſacris canonibus, quod cogendi ſint, ſed admonendi, cum celare veritatem, ſicut dicere falſum, mortale deputetur ſæpe delictum. Quæſtioni vero quam facis, utrum ap- qu. 1. Et illi qui. pellationi illius ſit deferendum, qui ſicut mos B eſt, præſtito juramento abſolvi inhibetur, ſi antequam aliquid ei mandatum eſt, appellet, vel ſi mandato recepto, cauſa diffugii appellet: taliter reſpondemus: quod poſtquam juraverit, appellationi ejus, quæ juramento derogat, penitus non eſt in aliquo deferendum: ſed ſtatim erit in eamdem reducendus ſententiam, quæ, donec mandatum ſuſceperit, & ſuſceptum pro poſſe ſuo fuerit executus, debet firmiter obſervari.

## Cap. XXI. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo, & Conventrenſi epiſcopo.*

Ex parte N. capellani nobis innotuit, quod cum ad te frater Converren. litteras impetraſſet, ut ei archidiaconatum, quem in eccleſia primo va- C care contigerit, aſſignares, R. adverſarius ejus alias a te, frater Eboracenſis, litteras, ſicut dicitur, impetravit, nulla de prioribus habita mentione: ut ſi avunculus ejus archidiaconatum, quem habebat in jam dicta eccleſia, vellet omnino dimittere, ipſum ei faceres aſſignari. Quoniam igitur ſi memores fuiſſemus, nos præfato N. litteras noſtras ſicut prædiximus, direxiſſe, pro adverſario ejus nullatenus ſcripſiſſemus, nolentes litteras noſtras, quas pro eodem N. miſimus, occaſione aliqua effectu carere: fraternitati tuæ, &c. quatenus præſcriptum epiſcopum ad- D moneas, ut præfato N. archidiaconatum eccleſiæ ſuæ, ſi vacet, juxta promiſſum ſuum aſſignet, non obſtantibus litteris, quæ ab adverſario ejus poſtmodum fuerint, tacita veritate, impetratæ.

## Cap. XXII. *Idem Lucius tertius Cantuarienſi archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

Relatum eſt ex parte veſtra, quod licet in commiſſionibus a ſanctæ recordationis Alexandro papa tertio prædeceſſore noſtro factis, fuerit appellationis remedium amotum: altera tamen partium, ſive lis fuerit conteſtata, ſive non exſpiraſſe mandatum morte mandatoris allegat: E ideoque negotiis omnibus poſtpoſitis, in ſuſpenſo mandatum apoſtolicum expectatis: Nos igitur conſultationibus veſtris præſentium authoritate reſpondemus, quod ſi lis conteſtata fuerit ante obitum prædeceſſoris noſtri, mandatum in morte mandatoris nullatenus exſpiravit. Si vero ante litem conteſtatam deceſſit, non eſt in eo caſu judicibus quos delegaverat, ex delegatione hujuſmodi procedendum, etiamſi ab eis minime fuerit appellatum. Poterit ergo in eo caſu, appellatione ceſſante, procedi, in quo ante mortem

(a) *In litteras* & infra. *Ad hæc.* (b) *præfigerit.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

tem mandatoris lis fuerit per conqueſtionem & reſponſionem partium conteſtata. Ubi autem mors mandatoris, lite conteſtata, præceſſit, penitus ſubſiſtatur, ſive fuerit, ſive non fuerit appellationis obſtaculum interjectum.

PARS VIII

## DE TESTIBUS COGENDIS vel non.

**Cap. I.** *Idem Alexander.*

Cum ſuper cauſa quæ vertitur inter venerabiles fratres noſtros Præneſtinum epiſcopum, & dilectum filium * noſtrum abbatem, ſit teſtimonium veſtrum neceſſarium, & veritati contingat: præſentium authoritate vobis præcipimus, quatenus quarta feria proximæ hebdomadæ perhibituri teſtimonium veritati, omni occaſione & excuſatione ceſſante, vos apoſtolico conſpectui præſentetis. Si vero tunc non veneritis, ſciatis ab officio & beneficio apoſtolica authoritate vos ſuſpenſos: & ſi non ſic veneritis, excommunicationis ſententiam poteritis formidare.

* N.

**Cap. II.** *Idem Capuano epiſcopo, & abbati ſanctæ Luciæ, & priori ſanctæ Crucis.*

Cauſam quæ inter N. & O. monachos ſuper electione de utroque facta in monaſterio diutius eſt agitata; experientiæ veſtræ committimus audiendam, & appellatione remota, fine debito terminandam. Ideoque dilectioni veſtræ, &c. quatenus partes ante præſentiam veſtram convocetis, & ſuſceptis atteſtationibus utriuſque partis, quæ ab aliis judicibus ſunt receptæ, teſtes alios, ſi qui idonei ſunt, admittentes, niſi atteſtationes ipſæ ſint publicatæ, & rationibus hinc inde auditis diligenter & cognitis, cauſam ipſam, ſublato appellationis remedio, fine debito terminetis.

**Cap. III.** *Idem R. Cantuarienſi archiepiſcopo, & R. Wigornienſi epiſcopo.*

14. qu. 1. Super pru-

Cum nuncius canonicorum de Pleinteim, & nuncius Joelis militis, &c. *Et infra*: Præterea non lateat prudentiam veſtram; quod prædicti canonici non ſunt a ferendo teſtimonio ſuper proprio negotio eccleſiæ ſuæ repellendi, niſi alia rationabilis cauſa impediat.

**Cap. IV.** *Idem Tarraconenſi archiepiſcopo.*

Super eo quod quæſiviſti a nobis, utrum teſtes illi ſint reprobandi in cauſa criminali vel civili, quibus ab adverſa parte crimina opponuntur, tuæ prudentiæ reſpondemus: quod ſi etiam aut non ſunt convicti, aut confeſſi de criminalibus illis, dummodo inde * communicantur, non debent admitti.

* convincantur.

**Cap. V.** *Idem Wigornienſi epiſcopo.*

Scripta vero authentica, ſi teſtes inſcripti deceſſerint, niſi forte per manum publicam fuerint facta, ita quod publica appareant, aut ſigillum authenticum habuerint, per quod poſſint probari, non videntur nobis alicujus firmitatis robur habere.

**Cap. VI.** *Idem Wintonienſi epiſcopo, (a) in capite,* Suggeſtum.

(*b*) Porro ſi quis crimen objicit teſti qui contra ipſum produ itur, ut eum in civilibus (*c*) cauſis repellere poſſit, eodem modo aſſerendo teſtimonium audiendus eſt. Etſi crimen civiliter probare (*d*) poterit, ad teſtimonium contra ipſum ferendum non eſt aliquatenus audiendus: ſed propter hoc non debet puniri. Quemlibet autem ad perhibendum teſtimonium veritati, Romana eccleſia minime cogere conſuevit.

**Cap. VII.** *Idem Bononienſi epiſcopo.*

Super eo quod certificari deſideras, an ſi aliquis de aliquo facto manifeſto ante judicem conveniatur, hi qui facto interfuerint, cogendi ſint ad ferendum teſtimonium veritati: prudentiæ tuæ volumus innoteſcere, quod ſi factum eſt manifeſtum, non eget teſtium depoſitionibus declarari: cum manifeſta, ſicut tua non ignorat diſcretio, probationem vel ordinem judiciarium non requirant. Unde ſi manifeſtum non eſt, & is qui convenitur, factum negavit, teſtes qui interfuerunt facto, ex conſuetudine Romanæ eccleſiæ monendi ſunt, non cogendi, ad teſtimonium ferendum veritati: niſi forte timore adverſæ partis conſtaret, judicio ferendo teſtimonio revocari, licet de rigore humani juris ad hoc forte poſſint compelli. Si vero presbyter, vel clericus alius aliquem laicum de rebus ſuis vel eccleſiæ impetierit, & laicus res ipſas non eſſe eccleſiæ vel presbyteri, aut clerici, qui eum exinde impetit, ſed ſuas proprias aſſeverat: laicus ipſe debet de rigore juris ſuper hoc ad forenſe judicium trahi, cum actor ſemper forum rei ſequatur, licet in pluribus partibus aliter de conſuetudine fiat.

3. qu. 1. Manifeſta.

**Cap. VIII.** *Idem Salernitano archiepiſcopo. Pars capituli,* Licet pater.

De cetero laicos in accuſationem vel teſtimonium contra clericum in criminali cauſa non eſſe aliquatenus admittendos, cenſura ſacrorum canonum manifeſtius edocet: niſi forte ſuam vel ſuorum injuriam perſequatur. Nec tunc etiam ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſſunt admitti.

**Cap. IX.** *Idem eidem in eadem epiſtola.*

In cauſis eccleſiaſticis vel civilibus ultra tertiam productionem non debent teſtes produci, niſi adhibita quadam ſolemnitate, quæ in legibus invenitur expreſſa: & ſuper dictis teſtium, cum fuerint publicata, poteſt publice diſputari.

**Cap. X.** *Idem præpoſito & canonicis Eburdinenſis eccleſiæ.*

Cum tu, fili præpoſite, cum quibuſdam canonicis tuis, & frater noſter venerabilis archiepiſco-

(a) *dicto in capite.* (b) *Quamvis ſimus* & infra. *Porro.* (c) *cauſis eo modo poſſit aſſerendo teſtimonium audiendus eſt*: (d) *poterit quod ſibi objicit ad teſtimonium.* Manſi.

piſcopus, pro cauſa quæ inter vos & ipſum ver- A tebatur, in noſtra eſſetis præſentia conſtituti, archiepiſcopo aſſerente, quod vos ante appellationem excommunicaſſet, & poſtulante ſententiam ſuam confirmari: e contra propoſuiſti, quod poſt appellationem, in vos ſententiam excommunicationis protuliſſet, & ob hoc duxiſti nullius momenti fuiſſe: adjeciſti etiam tam tu, quam altera pars, quod teſtes fuerunt hinc inde producti, & atteſtatione eorum receptæ. Nos autem auditis & cognitis rationibus & allegationibus utriuſque partis, & atteſtationibus inſpectis diligenter, cum conſtaret veſtros teſtes juraſſe; quod poſt appellationem ſententia in vos lata fuiſſet; & teſtes archiepiſcopi juramento confirmaſſent, quod ante appellationem ſententiam in B vos tulerit: dicta teſtium benigne interpretari, ac providere volentes, ne de perjurii reatu notentur: quia utrumque verum eſſe potuit, quod poſt primam appellationem & ante ſecundam ſententia lata fuerit: de communi conſilio fratrum, eamdem ſententiam denunciamus & decernimus non tenere. Ut autem hic noſtræ diffinitionis, &c.

### Cap. XI. *Idem Rotomagenſi archiepiſcopo.*

Tranſmiſſæ nobis litteræ tuæ continebant, quod cum Nicolaus Sagantinus uſque ad juventutem puerum quemdam nutriviſſet, uxore ſua nondum matrimonio deſponſata cum eo cohabitante, poſt modum ipſam, ſicut creditur, legitime deſponſavit, & de ipſa filios ſuſtulit. Quibus paternam hæreditatem petentibus, prædictus juvenis contradicit, dicens ſe filium & hæredem, quamvis a vicinia, quæ ipſum filium eorum credebant, ſpurius diceretur. Prædictus vero Nicolaus & uxor ejus Mathildis, præfatum juvenem ſpurium ſuum aut legitimum filium omnino negabant: ſed dicebant quod pietatis intuitu eum nutriviſſent. Cum autem quæſtio coram te mota eſt, & prædictus juvenis pro eo quod juri ſtare nolebat, vinculo excommunicationis ſit adſtrictus: quid de hoc agere debeas, nos conſulere voluiſti. Super quo itaque conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod in tali caſu ſtandum eſt verbo viri & mulieris, niſi certis indiciis & teſtibus prædictum juvenem tibi conſtiterit eorum eſſe filium.

### Cap. XII. *Idem Placentino epiſcopo.*

Fraternitatis tuæ litteris nos conſuluiſti, utrum novi teſtes ſuper quæſtione judicata, in qua teſtibus renunciatum fore ex utraque parte conſtat, ſint recipiendi: & utrum teſtibus in prima cauſa receptis, præter cauſam appellationis liceat aliquid novi proponere ſuper quæſtionibus judicatis. Licet igitur nobis ex his non plene innotuerit, utrum teſtes ſuper eiſdem vel novis capitulis a partibus deſiderantur induci: quia tamen juriſprudentium copiam non habebant, nos ſuper hoc conſulere voluiſti: hoc tibi duximus reſpondendum, quod ſi in prædicta cauſa contigerit emergere capitula, ſuper quibus aliqua partium voluerit novos teſtes inducere, vel per jam receptos aliquid comprobare, eos credimus ſuper novis dumtaxat capitulis, fraternitatem tuam poſſe recipere, receptis prius ab ipſis ſecundum formam recipiendorum teſtium juramentis.

### Cap. XIII. *Idem Exonienſi epiſcopo & abbati ſancti Albani.*

Innotuit nobis R. quod VV. clericus capellanum ejus & alios quamplures de teſtibus ſuis juramento adſtrinxit: quod nec teſtimonium, vel conſilium, vel auxilium eidem R. contra ipſum præberent. Ideo publica authoritate vobis injungimus, ut ſi teſtimonium illorum publicatum non eſt, & non eſt abrenunciatum teſtibus, eos qui ſunt juramento adſtricti, & alios, ſi neceſſe fuerit, idoneos, quos ipſe in teſtimonium produxerit, recipere non poſtponatis.

### Cap. XIV. *Idem decano Ciceſtrenſi.*

Litteras Exonienſis epiſcopi ſuſcepimus, continentes quod cum VV. clericus ad præſentiam Willelmi nobilis viri acceſſiſſet, orans & ſupplicans, ut eum in perſonam ejuſdem eccleſiæ admitteret, quidam clericus E. nomine, in eadem inventus eſt miniſtrare, dicens ſe a bonæ memoriæ R. prædeceſſore ſuo legitime inſtitutum. VV. vero objiciebat, etiamſi facta fuit inſtitutio, prædictum E. non poſſe innui, quia capellano domini perſonatum renunciavit, & ſub annua penſione ab illo tanquam a perſona vicariam recepit, & ſic poſt obitum illius eccleſiam vacare aſſeveravit. Sed quia veriſimilitudinem C non habet, quod prædictus E. perſonatum eccleſiæ prælibatæ capellano prænominati R. ceſſerit, & ab eo ipſius eccleſiæ vicariam acceperit: prævideas attentius, ut memorati VV. ſuper hoc probationem recipias, niſi hoc communis fama loci habeat, vel tales perſonæ appareant, de quibus veriſimile ſit quod debeant * dejerare: quoniam ſæpe contingit, quod teſtes corrupti pretio facile inveniantur ad falſum teſtimonium proferendum.

* f. quod non

### Cap. XV. *Idem abbati & fratribus monaſterii ſancti Michaelis de Martura.*

Cauſam quæ vertitur inter vos & dilectos filios D noſtros, plebanum & clericos plebis ſanctæ Mariæ de Martura, jampridem filiis n. Volterrano archiepiſcopo & abbati de Spongia commiſimus, appellatione remota, fine debito terminandam. Cumque utraque pars propter hoc in eorum præſentia eſſet conſtituta, & teſtes eſſent hinc inde recepti, & eis ab utraque parte renunciatum, & atteſtationes utriuſque partis publicatæ: quoddam privilegium nuper a nobis impetratum in medium protuliſtis, aſſerentes vos quædam alia munimenta a nobis impetraſſe, quæ rationes prædictæ plebis obſcurare & impedire videntur, quod cauſa ipſa nondum potuit terminari. Quia vero ſolicitudini noſtræ incumbit, utrique eccleſiæ jura ſua conſervare integra, ac litibus E & contentionibus finem imponere: judicibus ipſis præcipiendo mandamus, ut partes ante ſuam præſentiam convocent, & ſuper aliis capitulis, ſi qua ſint, ab his ſuper quibus teſtes ſunt recepti, & eorum atteſtationes publicatæ, rationes diligenter hinc inde audiant, & teſtes, ſi qui idonei fuerint, recipiant, & in illis capitulis nuper per nuncios veſtros a nobis impetratis, quæ continentur in privilegio noſtro, vel in aliis litteris quas vobis indulſimus, poſtquam cauſam ipſam eiſdem commiſimus, prædictæ cauſæ impedimentum præſtantibus, concordia vel juſtitia mediante, decidant. Et quia venerabilis frater noſter

ANNO CHRISTI 1179.

noſter Florentinus epiſcopus per ſuas litteras nobis intimavit, quædam capitula privilegio noſtro, quod monaſterio veſtro nuper indulſimus, eſſe inſerta, quæ obvia rationi videntur: per præſentia ſcripta vobis præcipimus, mandantes, quatenus privilegium illud, ſicut gratiam ſancti Petri & noſtram curam habetis, cum nuncio veſtro, qui ad nos ſecure cum eodem veniat, dilatione & occaſione ceſſante, nobis remittatis.

### Cap. XVI. *Idem Exonienſi & Wigornienſi epiſcopis.*

(*a*) Teſtes, quos R. clericos vel laicos vobis nominaverit, moneatis, & ſi opus fuerit, authoritate apoſtolica compellatis ad perhibendum teſtimonium veritati.

### Cap. XVII. *Eugenius tertius.*

Quoties aliqui ſeparantur propter cognationem propinquitatis, vel conſanguinitatis, tribus teſtibus adhibitis affirmari debet, qui de eadem conſanguinitate ſuperſunt: vel a duobus, vel tribus teſtibus ſenioribus & melioribus ejuſdem loci probari debet. Probatio autem teſtium debet fieri duplici juramento. Teſtes enim debent jurare, ſe neque privato odio vel amicitia, neque pro auro, neque pro aliquo commercio quod habuerint, vel habituri ſint, ad hoc juramentum eſſe inductos. Poſtea debent jurare, ſicut ipſi dicunt, ſic ſe rei veritatem accepiſſe a majoribus ſuis, & ita eſſe.

### Cap. XVIII. *Idem priori & fratribus ſanctæ Trinitatis Londenſis*

Inſuper etiam authoritate noſtra ſtatuimus, ut liceat vobis in cauſis eccleſiæ veſtræ teſtimonium ferre, dummodo unus vel duo ex vobis ad agendum & reſpondendum inſtituantur, quorum teſtimonium in cauſis, in quibus actores vel reſponſales ſunt inſtituti, debet admitti.

### Cap. XIX. *Idem Exonienſi & Wigornienſi epiſcopis.*

(*b*) Ad hoc quod præfati clerici ſcripta authentica non habent, quibus muniri poſſint, præſentium vobis ſignificatione mandamus, ut omnes illos clericos, ſive laicos, quos iſti clerici nominaverunt, moneatis, ut rei veritatem (*c*) & quæ ſuper ipſa cauſa noverunt, coram vobis aperiant: non etiam gratia vel timore alicujus, vel odio, in ſuæ ſalutis periculum reticere præſumant.

### Cap. XX. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo, & Ciſtrenſi epiſcopo.*

Retulit nobis A. presbyter, quod cum nimia paupertate laboraret, & quidam ex eis qui pro eo teſtimonium ferre deberent, ſuper cauſa quæ vertitur inter eum & adverſarios ſuos de eccleſia de Bertonenſis ſenio fuerint & ætate confecti, & a veſtris partibus valde remoti, eos veſtro conſpectui præſentare non poteſt. Quia igitur ſolicitudini noſtræ incumbit, litibus & con-
A tentionibus finem imponere, & unicuique jura ſua integra & illibata ſervare: præſentibus mandamus, quatenus, ſi ita eſt, aliquos prudentes viros & honeſtos, de quibus plenius confidatis, ad partes illas, ubi eſt eccleſia ſuper qua controverſia vertitur, mittatis, qui teſtes idoneos ab utraque parte productos, appellatione remota, ſuſcipiant: & eorum depoſitiones diligenter conſcriptas vobis reportantes, ſub ſigillis veſtris clauſas, ut ſecundum tenorem earumdem atteſtationum cauſam terminare poſſitis.

### Cap. XXI. *Idem Lucius tertius.*

Conſtitutus in præſentia noſtra P. diaconus
B de Buchan, nobis ſua aſſertione monſtravit. *Et infra.* Præterea illud nobis non modicam admirationem adducit, quod purgationem oblatam accipere noluiſti, niſi prius commendaſſes nomina ſingulorum, qui jam dictum P. purgare volebant, & de majoribus & ceteris prius inquireres diligenter, tanquam eſſes ordinationes facturus. Utinam ſic diſcuteres ordinandos. Sane in purgationibus faciendis cum ſatis ſit, ut illi qui pro purgando exhibent juramentum, ſi ſecundum propriam conſcientiam & opinionem juraverint, quod purgandus, ſit a crimine immunis, & bonum exhibuit juramentum: ſi purgatores ab eccleſia tolerentur, & ſint bonæ famæ in ſuis ordinibus miniſtrantes, nec in judicio pro crimine
C condemnati, procul dubio ſunt abſque ulla indagine admittendi.

### Cap. XXII. *Idem Herefordenſi epiſcopo, & abbati de Forde.*

Ex parte A. clerici ad nos eſt querela perlata, quod cum ipſe eccleſiam de Calumprum canonice fuiſſet adeptus, & eam viginti quinque annis & amplius poſſediſſet, mulier quædam H. nomine, ipſum exinde gravibus moleſtiis & injuriis laceſſivit, & tandem tacito quod laicus erat, ad Toſenſem epiſcopum & abbatem de Ferverſham litteras noſtras apportavit: quod ſi
D prædictus A. filius eſſet illius qui proximo in eadem eccleſia miniſtravit, & jure hæreditario eam teneret, vel quod publice fornicariam haberet, a prædicta eccleſia prorſus amoveretur. Tandem vero cum idem miles per interpoſitam perſonam * præfatam A. presbyterum coram prædictis judicibus traxiſſet in cauſam, quoſdam laicos infames & notabiles produxiſſe dicitur ad teſtimonium perhibendum, quod videlicet memoratus presbyter, filius illius ſacerdotis fuiſſet, qui proximo in eccleſia ipſa miniſtraverat. Licet etiam prædictus A. presbyter aſſereret illos teſtes non eſſe recipiendos, pro eo quod quidam eorum latrones & raptores erant manifeſti, quidam vero in alia cauſa fuerant convicti de
E perjurio, & ſe conſtanter diceret hoc probaturum: nihilominus tamen præfati judices talibus teſtibus partis adverſæ receptis, eidem presbytero, etiam poſt appellationem, quam ſe ſuper hoc interpoſuiſſe proponit, reo abſente, præſcriptam adjudicaverunt eccleſiam, quam nunc præfati militis dapiferi filius detinet occupatam. Quoniam igitur de vobis ſatis plene confidimus,
cauſam

* *Forte,* præfatum, *ut infra* prænominato A. presbytero, H.

(a) *Teſtes quos Radul. clericus clericos ut laicos vobis.* (b) *Ad hæc quia præfati.*
(c) *& quam ſuper.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

cauſam, ipſam diſcretioni veſtræ duximus committendam: præſentium authoritate vobis præcipiendo mandantes, quatenus partibus ante vos convocatis, ſuper hoc rei veritatem diligenter inquiratis; & ſi vobis conſtiterit, quod prædictus presbyter non fuerit legitime per teſtes idoneos præſcripta eccleſia ſpoliatus, eorumdem judicum ſententia, litteris etiam confirmationis, ſi quæ ſunt ſuper eadem eccleſia impetratæ, non obſtantibus, eccleſiam illam prænominato A. presbytero, contradictione & appellatione ceſſante, reſtituatis, ipſumque de cetero non permittatis exinde a ſupradicto milite, vel ab eo qui ipſam eccleſiam tenet, moleſtari. Si vero res aliter ſe habet, nihilominus cauſam audiatis, & fine debito terminetis. Teſtes autem ſi quos idem A. in ſuæ aſſertionis teſtimonium invocaverit, ut coram vobis ſuper his teſtimonium perhibeant veritati, monere curetis, & diligenter inducere Divino intuitu & amore juſtitiæ, ut coram vobis teſtimonium perhibeant veritati, nec quidquam exinde in ſuæ ſalutis periculum reticere præſumant.

### CAP. XXIII. *Idem B. Exonienſi epiſcopo.*

Pervenit ad audientiam noſtram, quod Hugo de Kalega & M. uxor ejus, in tali ſunt linea conſanguinitatis conjuncti, quod nullo modo poſſunt legitime inſimul commorari. Unde quoniam ad hoc magna eſt diſcretio adhibenda, fraternitati tuæ, &c. quatenus ſi aliqui apparuerint, qui poſſint & velint ipſum matrimonium legitime * impugnare, utraque parte ante præſentiam tuam convocata, quanto tempore cohabitaverint, diligenter ac ſtudioſe perquiras, & utrum tempore quo conjuncti fuerunt, accuſatores ſiluerint, & eos conjungi debere cognoverint, ſolicite inveſtiges. Quod ſi illos tempore conjunctionis hoc ſciviſſe & ſiluiſſe conſtiterit, de cetero grave eſſet eos audiri. Tolerabilius eſt enim aliquos contra ſtatuta hominum copulatos, conjunctos relinquere, quam conjunctos quoslibet legitime, contra ſtatuta Domini ſeparare. Si vero matrimonium ipſum recenter eſt contractum, vel notitiam ejus tempore contractus ad accuſatores non perveniſſe conſtiterit: fama viciniæ & perſonarum ſolicite perſcrutata cauſam audias, & eam fine canonico ſtudeas terminare.

* improbare.

## PARS. IX. DE SECUNDIS NUPTIIS.

### CAP. I. *Vigilenſi epiſcopo.*

VIR autem vel mulier ad bigamiam tranſiens, non debet a presbytero benedici: quia cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio non debet iterari.

### CAP. II. *Idem Exonienſi epiſcopo. Parti capituli, in litteris*

Super illa vero quæſtione, qua quæſitum eſt, an ſcilicet mulier poſſit ſine infamia nubere infra tempus luctus ſecundum leges diffinitum, ſolicitudini tuæ reſpondemus, quod cum apoſtolus dicat: *Mulier mortuo viro ſoluta eſt a lege viri, & in Domino nubat * cui voluerit*. per ſententiam & auctoritatem Apoſtoli, infamia aboletur.

Rom. 7. * cum

## DE APPELLATIONIBUS.

PARS. X.

### CAPUT I.

*Idem Alexander III. Exonienſi epiſcopo, & decano Lincolnienſi.*

DIlecti filii noſtri prior & canonici de Giſebuir, gravem admodum & difficilem nobis querimoniam tranſmiſerunt, quod venerabilis frater noſter R. Eboracenſis archiepiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus, eumdem priorem poſt appellationem ad nos factam ſuſpendit, & eccleſias ſuas interdixit, & canonicos, ſi eidem tanquam priori obedirent, tanquam excommunicatos denunciavit. *Et infra*: Super quibus autem omnibus rei veritatem per idoneas perſonas & famam loci ſolicite inquiratis, & ſi ita eſſe inveneritis, eccleſiarum conceſſiones taliter factas, niſi prior & canonici malitioſe diſtulerint, eas, quantum ad ſe pertinent, ordinare, nullus appellatione obſtante, auctoritate noſtra revocetis in irritum: & priori & canonicis eccleſias ipſas reſtitui facientes, tam vicarios, quam juratos eorumdem canonicorum, juramentum præſtitum ſervare cogatis, niſi fuerit a priore inique extortum. *Et infra*: Proviſuri attentius, ne ita ſubtiliter, ſicut a multis fieri ſolet, cujuſmodi actio intendatur, inquiratis: ſed ſimpliciter & pure factum ipſum & rei veritatem, ſecundum formam canonum & ſtatuta ſanctorum patrum, inveſtigetis.

### CAP. II. *Idem Remenſi archiepiſcopo*

Super eo quod abbas ſancti Apollinaris in clauſtro a te appellans, impoſuit * generalem ſuper omnem cauſam, quæ aliquo tempore adverſus eum poſſet moveri, ipſum exinde redarguimus, nec hujuſmodi appellationem ducimus admittendam.

* Forte generaliter.

### CAP. III. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Quod vero quæſiviſti, an debeat appellationi deferri, ubi ſub ejus prætextu noſcatur adulterium vel aliud crimen committendum: conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ubi notorium eſt crimen vel adulterium, ſi appellationi deferretur, deferri non debet. Nolumus enim inceſtus vel adulterii matrimonia aliquibus miniſtrare.

### CAP. IV. *Idem abbati ſancti Petri de Diva.*

Ad noſtram audientiam noveris perveniſſe, quod ſi quando ſubditos tuos vis pro ſuis exceſſibus, ſecundum regulam ſancti Benedicti & inſtitutionem tui ordinis, corrigere & caſtigare: ipſi, ut liberius malitiam ſuam exercere valeant, ad remedium appellationis confugiunt. Quia vero appellationis remedium non ideo fuit inventum, ut alicui a religionis & ordinis obſervantia exorbitanti debeat in ſua malitia patrocinium exhibere: diſcretioni tuæ taliter, &c. quatenus ſi quando quilibet ſubditorum tuorum, ne ipſum pro ſuis exceſſibus corrigas & caſtiges, ad remedium appellationis convolaverit, non ideo minus eum juxta tenorem mandati, quod in ſcripta regula continetur, & inſtitutionem ordinis tui corrigas.

CAP. V.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. V. *Idem Norvvicenſi epiſcopo.*

Perſonas eccleſiarum in tua diœceſi conſiſtentium, ita tuis & dominorum fundi autheuticis ſcriptis præmunias, ut cum aliquem iſtorum deceilere ſorte contigerit, decedentis filius, vel vicarius, ſeu alius quilibet, perſonatum eccleſiæ vacantis viro idoneo conferendi tibi viam præcludere aliqua calliditate non poſſit. Quod ſi aliquis talium, fruſtratoriæ dilationis cauſa ad audientiam noſtram appellaverit, & appellationi ſuæ prolixum terminum præfixerit: tu ei terminum, infra quem poſſit ſedem apoſtolicam convenienter adire, aſſignes: & ſi ad illam venire contempſerit, tu illum ex tunc judicio tuo ſuper his quæ in quæſtione vertuntur, ſine contradictione aliqua ſtare, omni excuſatione & appellatione ceſſante, diſtricte compellas. Si autem quiſquam appellationi ſuæ congruentem terminum præfigat, nec tamen cauſam ad diem appellationis fuerit proſecutus: ipſum nihilominus extunc ſententiæ tuæ, ſicut de alia diximus, appellatione remota, parere conſtringas. Verum ſi coram te, vel alio quolibet, hujuſmodi negotia ventilentur: nolumus ut morbo conſimili laborantes, ſi certum ſit, aut legitime poſſint convinci ſuper his, ſi ab alterutra parte adducti fuerint, in teſtimonium recipiantur.

C

CAP. VI. *Item H. Remenſi archiepiſcopo.*

Cum ſit Romana eccleſia caput & magiſtra omnium eccleſiarum, diſponente Domino, conſtituta, & ad eandem conſultationes & quæſtiones de diverſis mundi partibus referantur, quod eam ſuper variis quæſtionibus conſulis, gratulamur, & prudentiam tuam non immerito commendamus. Inde eſt quod fraternitati tuæ taliter reſpondentes, præſenti ſcripto duximus reſpondendum. Si fruſtratoriæ dilationis cauſa, vel etiam neceſſario, ante ſententiam vel poſtea fuerit appellatum, hujuſmodi appellationibus annus indulgetur, aut ſi neceſſaria & evidens neceſſitas apparuerit, indulgetur biennium: niſi
D
forte judex, a quo appellatum fuerit, ſecundum locorum & provinciarum diſtantiam & qualitatem temporis, reciſius tempus fuerit moderatus, infra quod ſi is qui appellaverit, cauſam appellationis non fuerit proſecutus, ſententias tenebit, ſi poſt ſententiam appellaverit: & a cauſa ſua cecidiſſe videtur, nec amplius ſuper eodem negotio audietur appellans. Si vero a gravamine & ante litis ingreſſum fuerit appellatum; hujuſmodi audietur appellans, quoniam ſacri canones paſſim appellare permittunt. Si vero ante ſententiam appellavit, cogetur illius ſtare judicio, ad quem noſcitur appellaſſe. Si autem in agro vel alias ante cauſæ ingreſſum fuerit ap-
E
pellatum, non ſolent dici hujuſmodi appellationes ſed ad cauſam provocationes. Præterea ſi raptor ſit vel alias violentus detentor alienæ rei is qui appellat: hujuſmodi appellatio in judicio facta apud eccleſiaſticas perſonas ſoler audiri, niſi manifeſtiſſimus raptor vel fornicator exiſtat, ſicut ille, quem abſentem & non requiſitum apoſtolus excommunicavit.

CAP. VII. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Si duobus coram non ſuo judice litigantibus, alter ad noſtram, alter ad ſui judicis audientiam appellaverit, & ille qui ad ſuum judicem appel-
A
laverit, ad diem appellationis veniens, appellaſſe ſe ad eum proponit. eo tacito, quod adverſarius ejus ad audientiam Romani pontificis appellaſſet: ſi legitime citatus non venerit, nec aliquem mitit reſponſalem, aut etiam alias parere contemnit, & in eum excommunicationis ſententiam tulerit: tenebit excommunicationis ſententia in eum pro contumacia promulgata, niſi agnoverit eum judex ad audientiam noſtram appellaſſe. Denique in fine quæſtionum tuarum quæris, ſi a civili judice ante judicium vel poſt ad noſtram audientiam fuerit appellatum, an hujuſmodi appellatio teneat. Tenet quidem in his, qui veſtræ ſunt epiſcopali juriſdictioni ſubjecti: in aliis vero etſi de conſuetudine eccleſiæ
B
teneat, ſecundum rigorem juris tenere non credimus.

CAP. VIII. *Idem Wigornienſi epiſcopo.*

Ceterum cum aliquam cauſam contigerit tibi, appellatione remota, fuiſſe commiſſam, & adverſa pars poſt factam citationem iter arripuerit ad ſedem apoſtolicam veniendi, nihilominus poteris in negotii cognitione ſecundum juris formam procedere: quod utique ſi ante citationem factam iter arripuerit, non eſt aliquatenus procedendum.

CAP. IX. *Idem Wigornienſi epiſcopo.*

Super eo quod a nobis tua ſolicitudo requiſivit, utrum ſententia pro appellatione, quam ex incidenti quæſtione fieri ſæpe contigerit, fuerit ſuſpendenda, licet cauſa fuerit appellatione remota, commiſſa: prudentiæ tuæ duximus reſpondendum: quod ſi de aliqua exceptione ſuboriatur quæſtio, & exinde appellationem fieri contingat, eidem exceptioni erit merito ſuperſedendum: & ſi principalis cauſa ſine illa terminari non poterit, ei nihilominus ſuperſedeatur. Si autem adverſa pars de falſi ſuggeſtione in appellationem proruperit, non eſt ſententia propter hoc differenda, ſi in litteris commiſſionis appellationis obſtaculum inhibeatur.

CAP. V. *Idem eidem in eadem.*

De appellationibus quæ in cauſis minimis fiunt, tuam volumus cognitionem tenere, quod eis, pro qualicumque levi cauſa fiant. non minus in illis, quam pro majoribus eſt deferendum. Verum ſi appellantes ſuam contempſerint appellationem, tu ipſos aut appellationem proſequi, vel judicio tuo ſtare, appellatione remota, diſtricte compellas.

CAP. XI. *Idem Senonum archiepiſcopo.*

Sicut Romana eccleſia omnium eccleſiarum, diſponente Domino, mater eſt: ita etiam nos, qui eidem eccleſiæ, licet immeriti, ſupernæ diſpoſitionis providentia præſidemus, & prout Dominus nobis miniſtraverit, conſultationibus ſingulorum cogimur reſpondere, & quæ videntur dubia, apoſtolicæ circumſpectionis providentia declarare. Sane quæſitum eſt a nobis ex parte tua, utrum ſi aliqua cauſa inter aliquos delegatis judicibus, appellatione remota, committitur, & altera pars litteris apoſtolicæ protectionis munita, quibus eſt ei generaliter indultum, ut libere ſibi liceat appellare, ſi in vocem appellationis proruperit, ejus ſit in eadem cauſa appellationi

tioni deferendum. Hoc ergo præſentibus litteris inquiſitioni tuæ reſpondemus, quod ejus in hac parte appellationi non eſt aliquatenus deferendum, poſtquam eſt judicibus, appellatione remota, cauſa commiſſa: quia ſpeciale mandatum derogat generali.

### Cap. XII. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Super eo quod interdum judices delegati ab altera partium tanquam ſuſpecti recuſantur, hoc tuæ prudentiæ præſentibus litteris innoteſcat: quod cum ſacri canones ante & poſt litis deciſionem, & in prolatione ſententiæ, & poſt ſententiam ſingulis appellandi facultatem tribuunt, non admittunt aliud remedium præter ſolam appellationem, niſi in caſu ante ſententiam (non admittunt:) Verum in cauſis Eccleſiaſticis, ubi appellationis remedium tollitur, utrumque remedium denegatur: & ita ſicut appellationi, ita recuſationi non eſt aliquatenus deferendum Si autem infra certum temporis ſpatium aliquibus committitur lis decidenda, itaque contineatur in litteris, cauſam poſt ſuſceptionem litterarum infra certum terminum terminari debere: extunc terminus incipit, cum eos quibus litteræ delegantur, eaſdem contigerit litteras accepiſſe.

### Cap. XIII. *Idem R. Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Pervenit ad nos, quod cum presbyteri vel alii ſe conquerantur ab aliquibus vulneratos, vel aliter graviter læſos, & ad probandum quod aſſumunt, plerumque teſtes producunt, hi qui impetuntur, ad apoſtolicam ſedem appellant: ſed appellationem interpoſitam proſequi, vel conſortium hominum devitare contemnunt. Unde quia quid faciendum ſit, litteris noſtris certiorari deſideras, fraternitati tuæ, *&c.* quatenus illos qui pro tali cauſa appellant, ſi eorum exceſſus publicus & notorius non ſit, contradictione & appellatione ceſſante, eccleſiaſtica cenſura compellas, ut infra conveniens tempus ipſam appellationem interpoſitam proſequantur. Si vero exceſſus publicus ſit & notorius, appellationis obtentu, ſi quam ad iniquitatem ſuam fovendam interpoſuerant, nullatenus prætermittas, quin eos excommunicatos denuncies, ſicut ex ipſa injectione manuum in clericum, excommunicationis ſententiam incurrerunt, & ipſos ſicut excommunicatos cautius facias evitari, donec paſſis injuriam ſatisfaciant, & cum litteris tuis apoſtolico conſpectui ſe repræſentent.

### Cap. XIV. *Idem archiepiſcopo Toletano.*

Conſuluit nos tua fraternitas, utrum deferendum ſit appellationibus, quæ ſuper manifeſtis criminibus interponuntur, aut eorum appellationibus qui fruſtratoriæ dilationis cauſa appellant, nec appellationem proſequuntur. Super quo utique conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod ſi quando aliqui, quos manifeſtum ſit ac notorium, uxorem alterius detinere, aut manus violentas injeciſſe in clericum, appellant, nec appellationem proſequuntur, eorum appellationi non eſt aliquatenus deferendum. Sed cum multa dicantur notoria, quæ non ſunt: providere de-

A bes, ne quod dubium eſt, pro notorio videaris habere. Illos autem qui appellant a præſentia tua, cogere debes intra tempus conveniens appellationem interpoſitam proſequi, aut judicio tuo appellatione ceſſante parere.

### Cap. XV. *Idem Remenſi archiepiſcopo. Pars capituli.* Cum ſit Romana.

Si in una cauſa aliquis appellaverit, & pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius commiſiſſe dicatur, vel modo etiam accuſetur vel conveniatur de alia re, ſuper qua non ſit appellatum, & illam perferri contingat ad audientiam judicis, a quo etiam in alio ne-
B gotio appellaverit, tum poteſt ſi voluerit tanquam ſuſpectum vitare. Alioquin debet judicio ſtare illius, a quo appellatum eſt, maxime ſi judex ſuus ordinarius exiſtat.

### Cap. XVI. (a)

Conſuluit nos fraternitas tua, utrum recuſationes admittere debeas in cauſis, quas abſque remedio appellationis tibi committimus terminandas. Super quo diſcretioni tuæ taliter reſpondemus, quod licet ſacræ leges tale remedium admittant, (b) cum cenſuræ ſacrorum canonum aliud remedium præter appellationem non admittant, cum licitum ſit ſecundum ſtatuta ca-
C nonum ante litis conteſtationem, & in ipſa litis conteſtatione, & poſt deciſionem cauſæ, ad appellationis remedium convolare. Ideoque remedium recuſationis non debes admittere, ſi quando cauſas aliquas tibi commiſimus, appellatione remota, terminandas. Verumtamen cognitioni cauſæ, quæ vertitur inter B. & (c) nepotem Baldeyvvini, volumus in præſenti ut ſuperſedeas, quia utraque pars conſpectui noſtro ſe præſentavit.

### Cap. XVII. *Idem (d) Exonienſi epiſcopo. Pars capituli,* Significaſti: *ſupra de poteſtate judicum.*

D Appellationi, ſi qua ſuper aliquo caſu ab alterutra partium fuerit interpoſita, niſi appelletur ab ipſo, cui cauſa ſit, appellatione remota, commiſſa, cum debita eſt devotione deferendum.

### Cap. XVIII. *Idem Lucius III. VV. Lincolnienſi epiſcopo.*

Poſtremo præſentibus litteris fraternitati tuæ intimamus, quod ſi aliqua cauſa alicui fuerit delegata, qui conſanguineus illius ſit, qui litteras impetravit, aut in eodem negotio advocati officio functus, aut ex alia quacumque cauſa ſuſpectus, hujuſmodi delegatus poteſt non imme-
E rito recuſari, quamvis appellatione remota fuerit negotium delegatum.

### Cap. XIX. *Alexander III. Dunelmenſi epiſcopo.*

Suggeſtum eſt auribus noſtris, quod cum oppreſſi & gravati ad præſidium ſedis apoſtolicæ ſolidi-

(a) *ad Idem Ravennati archiepiſcopo.* (b) *tamen cenſura.*
(c) *nepotem B.* (d) *Dulm.* (ſ. Dunelm) *Epiſcopo.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

recurrunt, & appellatione facta iter arripiunt, adverſarii eorum, appellationem interpoſitam cognoſcentes, nec ad præſentiam noſtram accedunt, nec pro ſe reſponſalem transmittunt. Cum autem præſenſerint eos rediiſſe & litteras noſtras reportaſſe, in vocem appellationis prorumpunt, & iter ad nos veniendi arripiunt, ut ſic eorum ſolicitudinem, a quibus impetuntur, eludant. Verum quoniam nemini debet fraus ſua patrocinari, & falce apoſtolici moderaminis ſunt reſecanda, quæ in ſe vitium calliditatis & fraudis continere noſcuntur: & nos ſuper hoc conſulenti tibi reſpondemus, quod ſi quis deprehenſus fuerit hoc ex fraude vel malitia facere, ejus appellationi non deferas, neque ob id cauſam tibi commiſſam fine congruo terminare poſtponas: quia decretalem epiſtolam, qua tales videntur muniri, non ad deprimendam cujuſquam juſtitiam, ſed ad removendum injuſtum gravamen nos feciſſe cognoſcas.

Cap. XX. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo & ejus ſuffraganeis.*

Relatum eſt auribus noſtris, quod quidam ſint in provincia veſtra, qui uxoribus propria auctoritate relictis, concubinis adhærere non dubitant, & errorem ſuum ac temeritatem ſuam fovere ac tueri per appellationis obſtaculum nituntur. Quoniam igitur officio noſtræ ſolicitudinis imminet providendum, ne appellationis obtentu in ſua malitia perſeverent: fraternitati veſtræ, &c. quatenus ſi manifeſtum eſt, aliquos de provincia veſtra uxores ſuas ſine rationabili cauſa dimiſiſſe, & aliis adhæſiſſe, ſi commoniti, uxores ſuas, concubinis abjectis, non receperint, propter appellationem, ſi quam ad errorem ſuum fovendum interpoſuerunt, non prætermittatis, quin eos ad abjiciendas concubinas, & recipiendas uxores ſuas & maritali affectu tractandas, per excommunicationis ſententiam compellatis.

Cap. XXI. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo, & R. presbytero.*

Ad præſentiam noſtram R. presbytero veniente, epiſcopo Tuſculano & P. ſanctæ Suſannæ cardinali, tuam & ipſius cauſam commiſimus audiendam: qui ob excommunicationem tuam, licet non eſſet excommunicatus de jure, de facto tamen fecerunt eum abſolvi. Quia vero quod a fratribus noſtris noſcitur in hac parte conſtitutum, nolumus aliqua ratione mutare: fraternitati veſtræ, &c. quatenus prædictum presbyterum pro eo quod poſt excommunicationem contra appellationem factam Divina cantavit, nullo modo attentetis inquietare, ſed ad eum ſtatum omnia reducatis appellatione ceſſante, in quo erant tempore appellationis ad ſedem apoſtolicam factæ.

Cap. XXII. *Idem Carnotenſi epiſcopo.*

Ex litteris venerabilis fratris noſtri Bathonienſis epiſcopi, & dilecti filii noſtri Wellenſis decani accepimus, quod cum cauſam, quæ inter G. clericum præſentium latorem, & abbatiſſam A de Helenoſtove, & H. clericum ſuper quodam beneficio de eccleſia de Weſton. ſuſcepiſſent de mandato prædeceſſoris noſtri I. felicis memoriæ terminandam, de ipſa plenius cognoverint, ſed pro deceſſu prædeceſſoris noſtri eam reliquerunt, quamvis appellatione remota eis eſſet commiſſa, indeciſam. Adjecit autem præfatus clericus, quod perſona abbatiſſæ, ut ſententiam impediret, & eum amplius pro ſua voluntate gravaret, ad feſtum beati Petri proximo venturum, vocem appellationis emiſit. Sed ipſe ad feſtum inventionis ſanctæ Crucis proximo venturum, terminum coarctavit: infra quem nuncius abbatiſſæ clericum ſuum præveniens, ad dilectos filios noſtros abbatem ſancti Albani, & priorem de B Denuſtaple, & archidiaconum Ciceſtrenſem ſuper jam dicta cauſa litteras noſtræ commiſſionis impetravit. Quoniam igitur alienum eſt ab ordine juris, ut de dolo vel fraude quilibet commodum reportet, fraternitati tuæ, &c. quatenus litteras quas nuncius abbatiſſæ ad prædictos judices impetravit, tibi facias exhiberi; & ipſis inſpectis, ſi eas infra terminum appellationi præfixum, ſicut præfatus clericus aſſerit, obtentas fuiſſe cognoveris, eis non obſtantibus, de prædicta cauſa cognoſcat, & auditis quæ hinc inde propoſita fuerint, & qualiter prædictus epiſcopus & decanus in ea proceſſerunt, cognito, ſublato appellationis remedio canonicum finem imponere non poſtponas: proviſurus, ut mandatum noC ſtrum taliter exequaris, ut ſuper cauſa ea, de qua toties ſcriptum eſt, ulterius ſcribere non cogamur. Si quid autem eidem G. ſuper beneficio ipſo gravaminis irrogatum fuerit, poſtquam iter arripuit ad ſedem apoſtolicam veniendi, ante ingreſſum principalis cauſæ, contradictione & appellatione ceſſante, prout rectum fuerit, enervari.

Cap. XXIII. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Cum teneamur conſultationibus ſingulorum, quantum Dominus miniſtraverit, reſpondere: tanto gratius volumus tibi reſponſum impendere, quanto perſonam tuam abundantiori diligiD mus caritate. Quoniam igitur nos conſulere voluiſti, utrum ſi eorum qui appellant ad audientiam noſtram, poſſeſſio turbata fuerit, reformare debeas, eo prætermiſſo, de quo appellatio eſt interpoſita: prudentiæ tuæ taliter reſpondemus: Si exinde ad te querela pervenerit, id ordine judiciario tibi corrigere licebit.

Cap. XXIV. *Idem (a) univerſis eccleſiæ Cantuarienſis & ejus ſuffraganeis.*

E Significavit nobis frater noſter R. Cantuarienſis archiepiſcopus, quod ſi quando vos appellatis ad audientiam noſtram, vel archidiaconi veſtri ſuper aliquo certo negotio, epiſcopatûs vel archidiaconatus veſtros ſub protectione apoſtolica (*b*) ponitis ad annum, & infra: nec de præteritis commiſſis, nec de novis exceſſibus veſtris, nec de ſubditorum veſtrorum delictis permittitis eum cognoſcere, ſed omnem juſtitiam ejus ſuſpenditis, (*c*) & protinus evacuatis. Quoniam igitur nobis providendum eſt, ne mala impu-

(a) *univerſis ſuffraganeis Cant. archiep.*
(b) *ponitis & appellatis ad annum, & interim, nec de præteritis.*
(c) *& prorſus.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

impunita ſub appellationis obtentu remaneant, A aut ſubditi veſtri de ſuorum exceſſuum impunitate lætentur: fraternitati veſtræ, &c. (a) quatenus ſi qui veſtrum epiſcopatus aut archidiaconatus apoſtolicæ protectioni ſubjiciunt, & audientiam noſtram appellant, propter hoc prædictum archiepiſcopum nullatenus impedire tentetis, quo minus de cauſis & de exceſſibus ſubditorum veſtrorum cognoſcere valeat, & juxta meritorum qualitatem eos animadverſione debita punire, aut etiam exceſſus veſtros perſequi, qui manifeſti ſunt & notorii: his dumtaxat exceptis, ſuper quibus appellatio eſt interpoſita, poſſit digne corrigere, & quod injuſte actum eſt, ad rectitudinis tramitem revocare.

2. qu. 6. Si quis ex pluribus.

## Cap. XXV. *Idem Eboracenſi epiſcopo.*

De priore qui non deferens noſtræ protectioni & appellationi ad ſedem apoſtolicam factæ, quemdam canonicum ſuum fecit veſtibus omnibus ad camiſiam ſpoliari, & eum accuſationi & appellationi renunciare coegit, qui de ſuis ac quorumdam fratrum enormitatibus murmuravit: id tuæ ſolicitudini duximus inſinuandum, ut rei veritate diligenter inquiſita, ſi inveneris quod pro evitanda diſciplina prædictus canonicus appellavit, eidem priori propterea nullam pœnam infligere debes: quoniam ſacroſancta Romana eccleſia hujuſmodi appellationem non conſuevit admittere, ne monachis vel canonicis regulari- C bus præberetur audacia delinquendi. Ceterum ſi præfatus canonicus priorem, propter ſuas enormitates manifeſtas, quæ ipſum notabilem redderent, ad apoſtolicam ſedem appellavit, & ſi ipſe tali appellationi deferre noluerat: eum cum litteris tuis rei veritatem continentibus, de tanto exceſſu ſatisfacturum, ad ſedem apoſtolicam venire compellas, & ejus in tali malitia complicibus talem pœnam infligas, quod ceteri audientes, ſimilia non audeant perpetrare.

## Cap. XXVI. *Idem* * *Exonienſi epiſcopio &* * *Ciſtrenſi decano.*

* Oxonienſi * Ciceſtrienſ.

Ad audientiam noſtram pervenit, quod R. D presbyter de Curket & VV. clericus de Ciceſtro, decimas de Beinoſa, quas idem VV. multorum virorum teſtimonio probare dicitur, ad ſe & ad capellam ſuam rationabiliter pertinere, violenter auferre conatur. Unde cum VV. propter hoc ad audientiam noſtram appellaſſet, prædictus R. auctoritate ſedis apoſtolicæ contempta, ad audientiam domini regis appellavit. Verum quoniam nemini licet ſuper rebus ſpiritualibus ad ſecularem judicem appellare, ſi verum eſt quod prædictus R. enormiter & immoderate deliquit, nec delictum hujuſmodi debet inultum aut impunitum relinqui: diſcretioni veſtræ, &c. quate- E nus utramque partem ante præſentiam veſtram convocantes, rem ſolicite & diligenter inquiratis: & ſi ita eſſe inveneritis, præfatum R. ab omni eccleſiaſtico beneficio, appellatione remota, & officio ſuſpendatis, & ad præſentiam noſtram cum litteris veſtris, rei veritatem continentibus, ſuſpenſum mittatis, & prædictas decimas prædicto VV. præcipiatis ſine moleſtia & contradictione reſtitui.

## Cap. XXVII. *Idem Januenſi epiſcopo.*

Cum inter alios præmineamus. &c. Quoniam fraternitas tua nos conſulere voluit, utrum epiſcopus parochianum ſuum, publica fama eum accuſante, ad purgationem cogere poſſit: conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi de aliquo crimine publica laborat infamia, accuſatore & teſtibus deficientibus, ad purgationem per diœceſanum epiſcopum eſt compellendus: niſi forte ſuper ipſa ad ſuperiorem judicem duxerit appellandum. Sane ſi appellaverit, ejus judicio apparebit, ad cujus examen cauſa per appellationem refertur. Quatenus vero inimicitia B vel contrarietate aliquis parochianus judicio diœceſani epiſcopi eximatur, quia nos conſulere voluiſti, duximus reſpondendum, quod non ſolum pro inimicitia, ſed etiam pro manifeſta cauſa ſuſpicionis, poteſt ſui epiſcopi judicium evitare, & ad ſuperiorem judicem recurrere, cum nullus a ſuſpecto judice debeat judicari.

## Cap. XXVIII. *Idem Zamorenſi epiſcopo.*

Cum parati eſſemus petitiones tuas, quas nobis per nuncium tuum porrexiſti, benigne ſuſcipere & efficaciter exaudire: dilectus frater noſter, Hyacinthus ſcilicet in Coſmedin diaconus cardinalis, olim apoſtolicæ ſedis legatus, conſtanti nobis aſſertione propoſuit, quod cum te ad ſynodum ſuam vocaſſet, & ad ejus vocationem contempſiſſes accedere, in perſonam tuam excommunicationis ſententiam promulgavit; poſt cujus excommunicationem, qui vice noſtra fungebatur, te feciſti in epiſcopum conſecrari. Cumque dilectus filius noſter Martinus canonicus beati Jacobi firmiter aſſeveraret, quod in legatione regis eſſes, & non potuiſſes ad vocationem prædicti cardinalis accedere, cardinalis e contra aſſeruit, quod non in legatione regis, ſed in Salmantina eccleſia te nuncius ſuus inveniſſet, tibique dixiſſet, quod non in alia eccleſia eſſes quæſiturus. Et cum iterum ex parte tua fuiſſet propoſitum, quod * venerabilis N. archidiaconus D Prædanus appellavit, tuam etiam appellationem interpoſuiſſes, cardinalis adjecit, quod appellatio illa te tueri in parte illa non potuit, quin ad illius vocationem accedere tenereris. Nos vero attendentes, quomodo te non decet contemnere, obtentu appellationis, ad vocationem cardinalis venire: fraternitatem tuam monemus, mandantes atque præcipientes, quatenus vel in propria perſona, vel per idoneos nuncios, apoſtolico conſpectui te præſentes, innocentiam & immunitatem tuam, ſi poteris, oſtenſurus.

* *Forte.* cum venerabilis.

## Cap. XXIX. *Item R. Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Præterea de his qui juramentum præſtant, quod ſtabunt judicio eccleſiæ, & poſtea præſtito juramento appellant, id tua ſolicitudo provideat, ut eos ſervare quod jurant, vel infra quadraginta dies poſt appellationem interpoſitam iter arripere ad ipſam proſequendam, compellas.

Cap. XXX.

(a) *quatenus ſi vos epiſcopi veſtros epiſcopatus & Archidiaconi veſtros Archidiaconatus.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XXX. *Idem eidem.*

Relatum eſt auribus noſtris quod ſi quando epiſcopi ſuffraganei tui vel archidiaconi provinciæ tuæ ſuper aliquo certo negotio ad audientiam noſtram appellant, epiſcopatus & archidiaconatus ſuos noſtræ & Romanæ eccleſiæ ſubjiciunt, & cum appellant, ad annum interim de ſuis vel ſuorum ſubditorum exceſſibus cognoſcere non permittunt, ſed omnem (*a*) juſtitiam tibi evacuant & ſuſpendunt. Volentes igitur paſtorali ſollicitudine providere, ne appellationis obtentu detur eis audacia graviora committendi, auctoritate apoſtolica tibi duximus reſpondendum: quod ſi præfati epiſcopi & archidiaconi, quando appellaverint ad audientiam noſtram, & epiſcopatus & archidiaconatus ſuos ſub protectione apoſtolica poſuerint, pro eorum appellatione nullatenus prætermittas, quin de cauſis & de exceſſibus ſubditorum ſuorum, & de ſuis propriis exceſſibus, ſi qui manifeſti ſint & notorii, his dumtaxat exceptis, ſuper quibus appellatum eſt, cognoſcere poſſis, & ſuper his ſtatuere, quod ſecundum juſtitiam videris ſtatuendum.

CAP. XXXI. *Idem Wintonienſi epiſcopo.*

Super eo vero quod a nobis tua quærendum duxit diſcretio: utrum videlicet propter incidentem quæſtionem ſub qua fuerit appellatum, tota principalis cauſa, quæ commiſſa eſt judici, appellatione remota, terminanda, debeat indeciſa relinqui: inquiſitioni tuæ duximus reſpondendum, quod ſi quæſtio incidens talis fuerit, quod ſine ea principalis cauſa non poſſit terminari, propter interpoſitum appellationis obſtaculum, totius cauſæ cognitioni debet de jure deferri, donec ſuperior judex, ad quem ſuper prædicta quæſtione eſt appellatum, aliter de tota cauſa diſponat.

CAP. XXXII. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Significaverunt nobis dilecti (*b*) filii N. prior & canonici ſanctæ Frideſwihæ, * quod ſuper cauſa quæ inter eos & canonicos (*c*) de Oſenia, de eccleſia ſanctæ Mariæ Magdalenæ vertitur, de mandato noſtro coram venerabilibus fratribus noſtris Exonienſi & Ciſtrenſi epiſcopis, tractaretur, & ad audientiam noſtram appellaſſent, iidem epiſcopi canonicos de Oſenia in poſſeſſionem ipſius eccleſiæ, cauſa rei ſervandæ judicaverunt induci: & poſtmodum iidem epiſcopi litteras commiſſionis noſtræ, quas ſuper cauſa receperant, diligentius intuentes, & videntes appellationem alterutri partium in eiſdem litteris non fuiſſe (*d*) inhibitam: quæſtione facta a Xenefordenſi archidiacono, mandaverunt ut omnia in eodem ſtatu ſervaret, in quo, tempore factæ appellationis fuiſſe dinoſcitur. Interim vero canonici de Oſeneja, in præſcriptam eccleſiam irruerunt, & ibi manere volentes, a miniſtris (*e*) S. Frideſwerichæ ejecti fuerunt. Deinde canonici de Oſeneja, ad (*f*) Lundenſem & Wigornienſem epiſcopos litteras noſtras impetraverunt,

* Forte, quod cum Super.

A continentes quod ſi a poſſeſſione ipſius eccleſiæ fuiſſent violenter ejecti, eis poſſeſſio redderetur: & ſicut utraque pars eorum conſpectui ſe præſentaſſet, præfatus prior S. Frideſwichæ, quoniam litteræ ante terminum appellationi præfixum, ſicut ajebat, per ſurreptionem fuerunt impetratæ, ad audientiam noſtram iterum appellavit. Sed Lundenſis epiſcopus appellationi non deferens, canonicos de Oſenia in poſſeſſionem ejuſdem eccleſiæ fecit induci. Inde eſt quod fraternitati tuæ, &c. quatenus ſive in litteris noſtræ commiſſionis, prædictis Exonienſi & Ciceſtrenſi epiſcopis factæ, ſive ex aſſertione ipſorum epiſcoporum, aut etiam alias, legitime conſtiterit, in prædictis litteris appellationem inhibitam B non fuiſſe, quidquid poſt appellationem ab eis epiſcopis ad nos interpoſitam, in cauſa ipſa innovatum eſt aut mutatum, in eo ſtatu facias, appellatione ceſſante, reduci, in quo, tempore appellationis factæ noſcitur fuiſſe, non obſtantibus (*g*) litteris, neque Lundenſi neque Wigornienſi epiſcopis poſtea directis, ſi ante terminum appellationi præfixum, aut etiam in termino fuerint, tacita veritate, impetratæ. Non enim fuerunt violenter a poſſeſſione ejecti, ſi volentes intrare, ſunt in continenti rejecti: cum liceat omnibus vim vi in continenti tantum repellere, & ab eorum violentia jura tueri. Deinde vero utraque parte ante præſentiam tuam convocata, cauſam ipſam diligentius audias, & eam ſublato C appellationis remedio termines.

ANNO CHRISTI 1179.

*Qui ſeu quando non auditur appellans.*

Laicus detinens decimas.

Intruſor.

Adhærens concubinæ, relicta uxore.

Quoties ſub prætextu appellationis, adulterium vel aliud crimen dignoſcitur faciendum,

Si appellaverit quis, & infra terminum appellationi præfixum non fuerit appellationem proſecutus, cogetur ſtare judicio ejus a quo appellavit.

Si notorium fuerit, aliquem injeciſſe manus violentas in clericum.

D Religioſus, caſtigatus aut caſtigandus a prælato ſuo, appellans, ne corrigatur ſecundum regulam ſuam.

Appellans metu litterarum, quas ſcit impetratas ab adverſario ante citationem.

Ante litis ingreſſum appellans.

Excommunicatus, præſtito juramento abſolutus, ſi ſtatim appellaverit, antequam mandatum ſuſceperit, & ſuſceptum ſecundum poſſe ſuum non fuerit proſecutus, non auditur appellans.

Inſtitutus in eccleſia, dicens ſe velle ibi reſidere & curam ejus gerere, poſtmodum abſentans ſe ſine cauſa rationabili, privatuſque beneficio, non auditur appellans.

E Si tibi habenti alios reditus prima vacans conceſſa fuerit, & cum vacaverit, appelles, ne alius inſtituatur, non audieris.

Si diſpoſitio alicujus eccleſiæ ſpectet ad capitulum, & non diſpoſuerit infra terminum præfinitum

Hæ gloſſæ, non textus inſtar, autographo inerant, eaque de cauſa & hic ita habentur. Harduinus.

(a) *juſtitiam evacuant.* (b) *Filii noſtri Prioris & Canonici ſanctæ Frid quod.*
(c) *de Oſeneia.* Sic ſemper. (d) *inhibitam Exonienſi archidiacono mandaverunt.*
(e) *S. Fridae.* Sic ſemper. (f) *Lundonenſe.* Sic ubique.
(g) *litteris noſtris ad London.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

nitum, epiſcopus appellatione ceſſante diſpo- A nere poterit: ſic & e converſo.

Si interponit generalem appellationem ab omni gravamine, non auditur appellans.

A delegato, qui delegavit, reſervata ſibi definitiva ſententia, appellare non poteſt.

PARS XI.

## UT ACTOR RESPONDEAT ei quem convenit.

### Cap. I. *Idem Volterano archiepiſcopo.*

EX litteris veſtris accepimus, quod dilecti filii noſtri abbas & fratres Maturienſis monaſterii, ſuper quæſtionibus quas plebanus & clerici B Maturienſes adverſus eos proponunt, veſtrum parati fuerint gravamen ſubire, ſi illi in continenti de ſuis quæſtionibus * debent reſpondere. Unde quoniam indignum penitus, & abſurdum videtur, ut memorati plebanus, & clerici, abbati & fratribus de his quæ adverſus eos proponunt, reſpondere non debeant, cum ſibi exinde juſtitiam poſtulant exhiberi: diſcretioni tuæ, &c. quatenus actione clericorum & plebani propoſita, & reſponſione facta, eos moneatis auctoritate noſtra & diſtrictius compellatis, memoratis abbati & fratribus ſuper quæſtionibus ſuis coram vobis reſpondere, & vos viciſſim poſtmodum rationes & allegationes partis utriuſque diligentius audiatis, & cum concordia vel judicio ter- C minetis.

* vellent.

### Cap. II. *Idem (a) decano & clericis Maturienſibus.*

Miramur plurimum & movemur, quod cum cauſam quæ inter vos & dilectos abbatem & fratres Maturienſis monaſterii vertitur, dilectis filiis noſtris (b) archidiacono Wolterano & abbati de Spongia commiſiſſemus ſine debito terminandam, & abbas & fratres parati eſſent judicium illorum ſubire, ſi vos eis ſuper quæſtionibus, quas adverſus vos proponunt, deberetis reſpondere in continenti, ſicut idem judices nobis litteris ſuis intimaverunt, id efficere nolui- D ſtis. Unde quia rationis ordo hoc exigit, ut ſi quis ſibi vult ab aliquo juſtitiam exhiberi, ei non debet quod juſtum eſt denegare, (c) fraternitatem veſtram, &c. quatenus accuſatione ipſa, quam adverſus prædictos abbatem & fratres intenditis, propoſita, & reſponſione facta eidem abbati & fratribus coram prædictis judicibus in continenti reſpondeatis: ut cauſa veſtra & ipſorum viciſſim poſtmodum audiri debeat & terminari. Nos enim eiſdem judicibus dedimus in mandatis, ut vos ad id faciendum inſtanter moneant, & auctoritate noſtra (d) diſtricte compellant.

ANNO CHRISTI 1179. PARS XII.

## DE EO QUI CONSANGUINEAM uxoris ſuæ, vel ſponſam patris ſui, vel conſanguineam ſponſæ propriæ cognovit.

### Cap. I. *Idem Wigornienſi epiſcopo.*

SI quis parochianorum tuorum matrem forte vel ſororem, vel filiam uxoris ſuæ carnaliter cognoverit, & hoc publicum & manifeſtum fuerit: ab ea penitus eſt ſeparandus, & uterque illorum, ſcilicet tam mœchus quam mœcha, debet ſine ſpe conjugii perpetuo permanere. Si autem hoc ſecretum & occultum fuerit, pœnitentiam de commiſſo debet accipere, & uxori ſuæ infra tempus pœnitentiæ vel extra, debitum, ſi exegerit, ſolvere. Sane ſi aliquam uxoris ſuæ conſanguineam, quæ illi in tertio gradu vel deinceps contingat, carnali commixtione cognoverit, non eſt propterea divortium inter eos celebrandum: ſed delinquenti, ſecundum qualitatem perſonæ & criminis, eſt pœnitentia injungenda.

17. Quæſt. 4. Qui dormit.

### Cap. II. *Idem.*

Fraternitatis tuæ litteras ſuſcepimus, ex quarum tenore perpendimus, quod quidam parochianus tuus A. nomine, cum eſſet perfectæ ætatis, quamdam puellam in cunabulis deſponſavit. Procedente vero tempore idem A matrem puellæ cognovit, & eam in uxorem duxit. Unde quia dubitas an hujuſmodi matrimonium ſtare debeat, exinde a nobis conſilium poſtulaſti. Super quo fraternitati tuæ duximus reſpondendum, quod ſi memoratus vir matrem præfatæ puellæ, antequam puella illa annum ſeptimum impleſſet, accepit in uxorem: matrimonium non diſſolvas, ſed eumdem virum præfatam mulierem ſicut uxorem libere tenere permittas, cum hujuſmodi diſpenſationes nullæ ſint, quæ in cunabulis factæ ſunt. Verum ſi, poſtquam præfata puella ſeptimum annum complevit, prædictus vir matrem ejus accepit in uxorem, cum extunc ſponſalia placere conſueverint, inter eos ſententiam divortii non differas promulgare, nec ipſum filiam ſive matrem in uxorem habere permittas.

### Cap. III. *Idem Tullenſi epiſcopo.*

Præſentium lator P. cum litteris tuæ fraternitatis ad præſentiam noſtram acceſſit, ex quarum tenore innotuit, quod pater ejus quamdam juvenculam ſibi deſponſavit, ipſumque tempus ut illam adduceret, deſtinavit. Sed ipſe diabolico inſtinctu ſponſam patris ſui, licet uxoratus, carnali commixtione corrupit. Cumque patratum E ſcelus ambo celarent, pater ignarus commiſſi ſceleris, ad ſponſam ſuam ſecundum morem acceſſit. Tum is de Divina miſeratione compunctus, ad præſentiam veſtram acceſſit, & crimen, quod illicite commiſerat, humiliter eſt confeſſus. Mulier vero interrogata, prius negavit: ſed poſtea diſcuſſione cautius facta, eamdem culpam confeſſione propria patefecit. Quod cum patri ejus in-

(a) *Plebano.* (b) *Archiepiſcopo.*
(c) *veſtram per Apoſtolicæ ſedis poteſtatem monemus quatenus actione quod adverſus.*
(d) *deeſt diſtricte.* Manſi.

innotuiſſet, vehementi dolore commotus, ad te pro conſilio venit. Conſtitutis igitur in facie eccleſiæ tribus prædictis, licet clerici tui abundarent ſenſu, diverſi diverſa dantes conſilia: unum tamen omnium conſilium fuit, ut ſuper inſtanti periculo in cauſa tam difficili apoſtolicum oraculum adirent. Indicta itaque patri continentia & uxori ſuæ, filium pœnitentem cum litteris tuis, rei veritatem confeſſum, ad præſentiam noſtram curaſti deſtinare, quærens tibi formam præſcribi, quam in ſimilibus, ſi forte aliquid tale per diabolicam cooperationem emerſerit, deceat obſervari: & quam eis debeas ſatisfactionem imponere, ſcripto noſtro poſtulas edoceri. Tuæ igitur inquiſitioni reſpondentes, præſentium tibi ſignificatione mandamus, quod ſi pater ejus, poſt quam rei conſcius fuit, uxorem ſuam carnaliter non cognovit, de priori commixtione leve aut nullum peccatum incurrit: ei tamen viventi, vel alii ea vivente, non poterit copulari. Ceterum ſi ſciens facinus, carnaliter eidem mulieri adhæſerit, ei ſeptennis pœnitentia indicatur: nec illi, nec alii carnaliter de rigore commiſceri valebit. Mulieri quoque perpetuam continentiam & quatuordecim annorum pœnitentiam duximus imponendam. Lator autem præſentium totidem annis pœniteat. Ab uxore tamen legitima, quam prius habuerat, niſi de communi conſenſu, nullatenus ſeparetur.

### Cap. IV. *Idem Pictavienſi epiſcopo.*

Veniens ad nos lator præſentium P. nobis fraternitatis tuæ litteras reportavit: ex quarum tenore perpendimus, quod cum quamdam uxorem duxiſſet, quidam diſſuaſerunt ei per menſem, quo eam duxerat, carnaliter cognoſcere. Contigit autem, ſicut dixit, quod pater juſſit uxorem ſuam, quæ mater erat ſponſæ, in lecto hujus jacere: quam, diabolo ſuadente, cognovit. Tranſacto vero menſe, tam pater quam alii propinqui coegerunt, ut matrimonium cum ſponſa ſua conſummaret: quod facere noluit, donec tecum ſuper hoc loqueretur. Tu vero audita ejus confeſſione, ipſum cum litteris tuis ad ſedem apoſtolicam tranſmiſiſti. Tuæ igitur inquiſitioni taliter reſpondemus: quod ſi occultum eſſet hujus delictum, non poſſet reſcindere matrimonium, quod publice contraxiſſet. Verum ſi publicum eſt, quod matri ſponſæ carnaliter adhæſit, imponenda eſt pœnitentia paulo major quam de adulterio: & exinde peracta pœnitentia, vel parte pœnitentiæ, poterit ex diſpenſatione cum alia matrimonium contrahere, & illa alii nubere. Ceterum ſi ſponſam cognoverit, antequam matrem vel poſt, nunquam poterit eam vel aliam in uxorem accipere.

### Cap. V. *Idem B. Exonienſi epiſcopo.*

Veniens ad præſentiam noſtram R. lator præſentium, ſua nobis aſſertione monſtravit, quod cum quamdam mulierem cognoviſſet, poſtea ſciens conſobrinam ejus auſu temerario in uxorem accepit. *Et infra*: Si publicum & notorium fuerit, & eam quam prius cognovit, uxoris tuæ conſobrinam eſſe conſtiterit, aut alii comparent qui hoc velint vel poſſint legitime comprobare,

A ipſum religionem intrare commoneas & inducas. Si autem eum ad hoc inducere non poteris, ei de tanto delicto dignam pœnitentiam imponas, & ipſum ab utraque muliere removeas, & ſine conjugio, perpetuo manere præcipias. Quod ſi delictum ejus occultum eſſe cognoſcis, ipſum cum uxore, quam in facie eccleſiæ duxit, morari permittas, & eidem de commiſſo condignam pœnitentiam imponas.

### Cap. VI. *Idem Burdegalenſi epiſcopo. Pars capituli,* Conſuluit: *ſupra de ſponſalibus.*

Super eo quod quemdam juvenem aſſeris puellam nondum nubilem, fide interpoſita, juraſſe: B quæ dum facta nubilis virum repetit, & ille excipit, dicens eam non ſe debere ducere, pro eo quod poſtquam eam affidavit, carnaliter propinquam ejus cognovit: inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quod ſi manifeſtum eſt, eumdem juvenem cognoviſſe propinquam jam dictæ puellæ, aut ſi manifeſtum non eſt, & id fama loci habet, cum ſponſio tantum eſſet de futuro, idem juvenis poteſt & debet a puella abſolvi.

### Cap. VII. (a) *Idem Exonienſi epiſcopo.*

Super eo quod a nobis tua (b) ſolicitudo requiſivit, utrum ille qui prius cognoverat matrem ſive ſororem ejus quam poſtea duxit in C uxorem, teneatur ei carnaliter debitum ſolvere, (c) & ab ea non poſſit exigere: quod etiam conſilium dandum ſit ei, (d) qui hoc ſecretius confitetur, cum probari non poſſit, nec ipſe velit ullatenus continere: tuæ petitioni duximus reſpondendum, quod attentius eſt monendus, ut uxorem ſuam laboret inducere ad continentiam ſervandam: ut ſi illa continere voluerit, continentiam ſimul obſervent. Si autem ad hoc induci non poſſit: & vir debitum ſolvat, & de commiſſo pœnitentiam agat. In hoc vero caſu cum aliquis poſt contractum matrimonium, uxoris ſuæ ſive matrem ſive ſororem cognoſcit, idipſum quod in priori ſervetur.

### D Cap. VIII. *Idem Eugenius tertius.* Sed presbytero.

Juvenis ille qui puellam nondum ſeptennem duxit, quamvis ætas repugnaret, ex humana tamen fragilitate tentavit quod complere non potuit. Quia igitur in his quæ dubia ſunt, quod certius æſtimamus, tenere debemus: tum propter honeſtatem eccleſiæ, quia ipſa ipſius conjux eſſe dicitur, tum propter prædictam dubitationem, mandamus tibi, ut conſobrinam ipſius puellæ, quam poſtmodum duxit, ab eo dividas.

## DE RELIGIOSIS VIRIS DECIMAS ex privilegio non præſtantibus, & de privilegio abutentibus. PARS. XIII.

### E Cap. I. *Idem Alexander III. canonicis regularibus & monachis Eboracenſis eccleſiæ.*

AVaritiæ, quæ eſt idolorum ſervitus, radicem extirpare debent, qui ſæculi vanitatibus renunciantes, Domino elegerunt in religionis habitu militare. Intelleximus autem, quod in ce-

(a) *Alexander III.* (b) *celſitudo.* (c) *& hanc exigere poſſit ab ea.*
(d) *qui hoc facinus profitetur.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

in eccleſiis veſtris, de quibus certas penſiones
conſueviſtis percipere, portiones vel aliquos re-
ditus minoraſtis, quos in illis ante tempora ve-
nerabilis fratris noſtri Eboracenſis archiepiſcopi
apoſtolicæ ſedis legati, etiam poſtquam eſt ar-
chiepiſcopatum adeptus, clerici habuerunt. Un-
de quoniam hoc ex radice avaritiæ proceſſit, &
cupiditatis, quam debetis modis omnibus devi-
tare: fraternitati veſtræ, *&c.* quatenus ſi quas
portiones vel antiquos reditus clericorum indebi-
te & ſine conſenſu & auxilio prædicti archiepi-
ſcopi, poſtquam ipſe archiepiſcopatum habuit,
in miniſtris vel per parochias diviſiſtis, eas ad
integritatem priſtinam revocetis, & inde ratio-
nabiles & antiquas penſiones clericorum qui de-
bent altaribus deſervire, integras eis & illibatas B
ſervetis, & eccleſiis de quibus certas penſiones
ſoliti eſtis percipere, partiones vel antiquos re-
ditus, quos in illis clerici ante tempora ipſius
archiepiſcopi, & poſtquam adeptus eſt archi-
epiſcopatum, habuerint, nullatenus præſum-
ptione temeraria minuatis, nec parochias eccle-
ſiarum authoritate veſtra dividere ullatenus præ
ſumatis.

### Cap. II. *Idem monachis.*

Dilecti filii noſtri abbas & fratres S. Crucis,
tranſmiſſa nobis conqueſtione demonſtraverunt,
quod prædia de quibus decimas & in magna par-
te ſuſtentationem habere conſueverunt, condu- C
xiſtis & recepiſtis ad firmam. Unde quoniam
iidem fratres ex hoc immoderate & enormiter
gravantur, nec fuit intentionis anteceſſorum no-
ſtrorum, ut de poſſeſſionibus quas conducitis,
decimas non deberetis perſolvere: diſcretioni ve-
ſtræ per, *&c.* quatenus eiſdem fratribus de præ-
diis quæcumque conduxiſtis in parochiis ſuis, de
quibus * conſueviſtis decimas percipere, plenarie
perſolvatis, vel cum ipſis tam pacifice & ami-
cabiliter conveniatis, quod nulla debeant inter
vos ſcandali mala ſuſcitari, & ne vos videami-
ni ultra quam vobis indultum eſt manus exten-
dere.

* *Forte*, conſueverunt.

### Cap. III. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo.*

Fraternitatem tuam ſcire volumus & firmiter
tenere, quod ut te ex caritatis fervore, ob mul-
tiplicia tuæ devotionis gratiſſimæ obſequia nobis
frequenter impenſa, diligimus: ita & aliquando
tibi negare nolumus, quod cuilibet fratrum no-
ſtrorum concedere debemus. Super eo quod de
compellendis monachis albis & nigris, & (*a*)
canonicis regularibus, ad ſolvendas decimas de
terris conductis, quas habent ad terminum vel
ad firmam, a nobis tua diſcretio poſtulavit: te
vel quemlibet alium audire & exaudire nulla ra-
tione poſſumus, niſi manifeſte vellemus obviare
juſtitiæ, & prædeceſſorum inſtitutis contraire;
ne videamur religionem perſequi: quam ſi forte
non habemus in nobis, (*b*) in iis diligere & fo-
vere tenemur. Cautum ſiquidem in ſcriptis præ-
deceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum
habetur, quod religioſi viri ab exactione deci-
marum de laboribus, quos propriis manibus vel
ſumptibus colunt, & de nutrimentis animalium
ſuorum prorſus erunt immunes. Sed piæ recor-
A dationis Hadrianus papa prædeceſſor noſter la-
bores in novalia pro ſua voluntate convertit.
Illud etiam debet nos a tuæ petitionis effectu
retrahere, quod in veteri teſtamento non uſquam
legiſſe recolimus, ut Levitæ Levitis decimas per-
ſolverint: immo ſicut tua diſcretio non ignorat,
non ambigimus eſſe ſtatutum, (*c*) ut eccleſiis
illis decimas perſolvant, ubi eccleſiaſtica ſacra-
menta percipiunt. Unde Apoſtolus: *Non eſt ma-
gnum ſi metimus temporalia, ubi ſpiritualia ſemi-
navimus.* Non grave tibi ſit, ſicut eſſe non de-
bet, ſi ratione Divinæ ſcripturæ & honeſtate
noſtra penſata, petitionem illam, quantumcum-
que te diligamus, & ſicut cariſſimum fratrem
noſtrum defendentes, non duximus admittendam.
In nullo (*d*) patereris repulſam, quod ſecundum
juſtitiam fieri a nobis poſtulares.

1. Cor. 9.

### Cap. IV. *Idem.*

Suggeſtum eſt nobis ex parte tua, quod ab-
bas & fratres de Urſitum decimas auferre co-
nantur, & alia damna & gravamina vobis irro-
gare non ceſſant. Quia non decet honeſtatem
ſive religionem monaſticam litibus & contentio-
nibus intendere, diſcretioni veſtræ per * A. S.
monendo conſulimus & hortamur, quatenus cum
prædicto abbate & fratribus ſuper decimis ipſis
& aliis, unde inter vos eſt controverſia, pacifi-
ce conveniatis, ne pro hujuſmodi contentionibus
fama veſtræ religionis valeat denigrari. Nam
quando ordini veſtro Romana eccleſia privilegia
de decimis dederat, domus veſtræ ita erant ra-
ræ, quod exinde nulli poterat de jure ſcandalum
ſuboriri. Sed per gratiam Dei nunc ſunt in tan-
tum augmentatæ & poſſeſſionibus ditatæ, quod
multi viri eccleſiaſtici de confinibus veſtris apud
nos querelam ſæpe deponunt.

* Apoſtolica ſcripta.

### Cap. V. *Idem Trecenſi epiſcopo.*

Ex parte fraternitatis tuæ ad audientiam no-
ſtram noveris perveniſſe, quod albi monachi &
nigri, & quidam alii viri religioſi, eccleſias tuæ
juriſdictionis reditibus decimarum ſpoliare præ-
D ſumunt, occaſione privilegiorum quæ ſibi Ro-
mana indulſit eccleſia. Sane tuam nolumus la-
tere prudentiam, quod ſanctæ memoriæ præde-
ceſſores noſtri fere omnibus religioſis decimas la-
borum ſuorum conceſſerunt. Sed bonæ memoriæ
prædeceſſor noſter Hadrianus, ſolis fratribus * Ci-
ſtrenſis ordinis, & Templariis & Hoſpitalariis,
decimas laborum ſuorum indulſit. Ceteris vero,
ut de novalibus ſuis, quæ propriis manibus &
ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium
& de hortis ſuis decimas non perſolvant, con-
ceſſit. Quem ſuper his imitati ſumus, quatenus
hi quibus indultæ ſunt decimæ de novalibus ſuis
& de nutrimentis animalium ſuorum & de hor-
tis ſuis, hac occaſione decimas de aliis eccleſiæ
E ſuæ rebus non debent nec poſſunt ſubtrahere,
vel ſibi ulterius aliquid vendicare.

* Ciſtercienſis.

### Cap. VI. *Idem & fratribus Ramenſis eccleſiæ.*

Licet de benignitate ſedis apoſtolicæ vobis ſit
indultum, ut de laboribus veſtris, quos propriis
manibus vel ſumptibus colitis, nemini decimas
ſol-

(a) *Canonicis ſecularibus vel regularibus.* (b) *in aliis.*
(c) *ut populus . . . . eccleſiis perſolvat.* (d) *patieris.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

ſolvere teneamini: propter hoc tamen non eſt A vobis licitum, cuilibet decimas de terris illis ſubtrahere, quas aliis traditis ad colendum. Relatum eſt ſiquidem auribus noſtris, quod cum terras quaſdam, quas decimatione dilecti filii noſtri theſaurarii Senonenſis habetis, datis ruſticis excolendas, & ei exinde decimas ſicut debetis, non ſolvitis, nec facitis a ruſticis ipſis exolvi. Quoniam igitur quanto arctius vivitis, tanto tardius debetis efficere vos quæ ſunt honeſtati contraria vel obvia rationi, aut ex quibus privilegiorum veſtrorum tenorem tranſgredi videamini, cum privilegium mereantur amittere, B qui conceſſa ſibi abutuntur poteſtate: fraternitati veſtræ, &c. quatenus de terris illis, quas in decimatione prædicti theſaurarii, propriis manibus non colitis, ſed ruſticis traditis excolendas, decimas vobis uſurpare nullatenus præſumatis: ſed eas in primis eidem theſaurario faciatis cum omni integritate perſolvi, ſcituri pro certo, quod ſi præceptum noſtrum contempſeritis, nos venerabili fratri noſtro Senonenſi archiepiſcopo dedimus in mandatis, ut ruſticos quibus in decimatione præfati theſaurarii terras dederitis excolendas, ad ſolvendas inde decimas eidem theſaurario, appellatione ceſſante, diſtricte compellat.

### Cap. VII. *Idem ex privilegio Alexandri papæ.*

Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus vel ſumptibus excolitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus omnino clericus vel laicus a vobis decimas exigere præſumat. Hoc etiam idem ex privilegiis aliis aliorum Romanorum (a) pontificum.

### Cap. VIII. *Idem Conventrenſi epiſcopo, & officialibus ejus.*

Ad audientiam noſtram noveritis perveniſſe, quod quidam veſtratium a dilectis filiis noſtris D abbate & fratribus de * Pipennella, qui ſunt * Ciſtrenſis ordinis, de laboribus quos propriis manibus aut ſumptibus excolunt, decimas exigere & extorquere conantur, illud privilegii capitulum ſedis apoſtolicæ prava interpretatione ac malitioſe pervertentes, quo eiſdem fratribus indulgetur, ne de laboribus quos propriis manibus & ſumptibus excolunt, aliquis ab eis decimas exigere audeat. Aſſerunt enim quod pro laboribus novalia intelligi debent. Verum quoniam fratres præſcripti ordinis benignitate apoſtolica fovere debemus, & ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipſos contra juſtitiam quantumlibet moleſtandi, attentius providere: tuæ venerabilitati, &c. quatenus a præſcriptis fratri- E bus de laboribus ſuis quos propriis manibus aut ſumptibus excolunt, nullatenus decimas exigatis, nec a parochianis veſtris exigi permittatis, vel quolibet modo extorqueri. Nam ſi tantum de novalibus intellexiſſemus, ubi ponimus, *De laboribus:* poneremus; *De novalibus:* ſicut in privilegiis quorumdam aliorum præſumimus.

*Peponnella, *Ciſtercienſis

### Cap. IX. *Idem Gregorius.*

Statuimus ut monaſteria ex ſuis prædiis nullo modo decimas ſolvere cogantur. Quia ſi legitime dandæ ſunt, orphanis & peregrinis dandæ ſunt. Indignum eſt enim ut a clericis exigantur, qui propter eum cujus ſunt decimæ, pauperes efficiuntur. Nam ſi pauperes Domini ſunt, pauperum hæreditas pauperibus ejus eroganda eſt, illis videlicet, qui propter amorem illius, quæ poterant poſſidere dimittunt: eumque nudi ſequentes, poteſtati alterius ſe ſubmittunt.

### Cap. X. *Idem Hadrianus papa.*

Nobis in eminenti ſpecula, diſponente Domino, conſtitutis, ſi cunctarum jura eccleſiarum integre non debeant & illibata ſervari, locum beati Petri apoſtolorum principis inutiliter obtinere, & juxta nobis commiſſæ diſpenſationis officium negligenter agere videmur. Sic enim eccleſiæ Dei, nobis cum Divina gratia providente gubernantibus, recto ſuo curſu diriguntur, dum nos & errata quam vigili proviſione corrigere, & unicuique ſtudemus jus * ſuum ſervare. Dilecti filii noſtri (b) * Partonolenſis eccleſiæ, adverſum vos quæſtione depoſita, ſua nobis relatione monſtraverunt, vos quaſdam decimationes ad jus ſuum pertinentes violenter auferre, C & ipſos fratres eiſdem decimationibus auſu temerario infeſtare: quia ſi beati Benedicti regulam, juxta quam vivitis & monachicum habitum geſtatis, attenta ſolicitudine penſaretis: ad proximorum bona deripienda non præſumeretis manum extendere, vel quæ alterius juris ſunt, vobis illicite uſurpare. Ne ergo vos de cetero aut avaritiæ malum, aut vitium, quod abſit, rapacitatis accuſet, per apoſtolica ſcripta vobis mandamus, quatenus nullam eorum antiquam poſſeſſionem, vel decimationem, vel eam quæ illo loco præſertim, qui (c) Macien appellatur, D exiſtit, auferre ſeu protrahere præſumatis: & ſi quas eis præter ſolitum in hoc anno de ipſis decimis negaſtis, quaſcumque etiam poſſeſſiones per violentiam detinetis, ſecundum quod antiquitus præfata eccleſia noſcitur poſſediſſe, (d) eis in integrum, omni occaſione ceſſante, nullatenus reſtituere differatis. Nos ſiquidem viris religioſis non alias decimas, niſi eas quæ de novalibus provenire noſcuntur, duximus indulgendas. Si vero hujus mandati auſi fueritis exiſtere contemptores, & ad ſedem apoſtolicam querimonia pervenerit iterata: timendum vobis erit, ne ſentire debeatis ſeveritatis eccleſiaſticæ ultionem.

* proprium * Parconolenſis.

### Cap. XI. *Idem Wigornienſi & Herefordenſi epiſcopis.*

Ex multiplici conqueſtione VV. presbyteri de Tritona accepimus, quod cum * in eccleſia de Tritona, triginta annis & eo amplius * miniſtraſſet, monachi de * Beria decimas univerſas quas de terris cultis a prima fundatione eadem eccleſia ſemper percipere conſuevit, infra hoc quadriennium ſibi & eccleſiæ ſubtraxerunt: cum inter abbatem de Bueria VV. nomine de conſenſu totius conventus, & prædictum presbyterum,

* eccleſiam de * poſſediſſet, * Bueria

(a) *Pontificum habetur.* (b) *Protegalenſis.* (c) *Inatiem.*
(d) *eis canonicis in integrum.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

terum, quindecim annis & eo amplius elapſis, A talis interveniſſe dicatur conventio, e ſcripto authentico monachorum roborata, quod monachi prædicto presbytero & eccleſiæ ſuæ de blado & univerſis leguminibus integrum, quamdiu viveret, deberent perſolvere, exceptis minutis decimis, quas idem presbyter, ob exaltationem eccleſiæ monachorum, quietas clamavit. Cumque conventio temporibus trium abbatum præſcripti loci ſervata fuiſſet, abbas illius loci ad præſentiam noſtram accedens, a nobis ſcriptum privilegium obtinuit: in quo, monaſterio ſuo indultum eſt, ut de laboribus quos propriis manibus & ſumptibus excolit, nulli decimas ſolvere teneatur. Qui ſiquidem reverſus ad propria, tantam gratiam adverſus H. illuſtrem regem An- B gliæ & favorem invenit, quod rex totam terram illius villæ, in qua eccleſia præfati presbyteri ſita eſt, monaſterio ipſius in perpetuam eleemoſynam contulit. Quo facto, prædictus abbas, univerſis illius villæ colonis expulſis, totam terram prædictæ parochiæ excolens propriis ſumptibus, eccleſiæ debitos reditus ſubtraxit. Unde quia non fuit intentionis noſtræ per prædictum privilegium noſtrum prædictæ conventioni derogare: fraternitati veſtræ, &c. quatenus utraque parte ante vos convocata, rei veritatem diligentius inquiratis, & ſi inter prædeceſſorem prædicti abbatis & prænominatum presbyterum conſenſu monachorum talis conventio fuerit, & C per annum ſervata, eumdem abbatem & monachos authoritate noſtra moneatis, & diſtricte compellatis, ut eamdem conventionem & compactionem, non obſtante privilegio, niſi, quod non credimus, de tranſactione illa in eodem privilegio contineatur, occaſione & appellatione ceſſante, inviolabiliter teneant & obſervent, vel exinde pacifice ſecum conveniant, & ſecundum formam compoſitionis reditus ipſius integre perſolvant.

Cap. XII. *Idem Thomæ Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Commiſſum nobis a Domino diſpenſationis D officium nos admonet multipliciter & hortatur, ut univerſis Chriſti fidelibus debeamus utiliter providere, atque jura ſua integre nos oportet atque illibata ſervare. Pervenit quidem ad nos, quod monachi de Boxle, eccleſiæ ſanctæ Mariæ, in cujus parochia commorantur, decimas ex integro non perſolvant, & eas reddere contradicunt. Ea propter fraternitati tuæ, &c. quatenus prædictos monachos * ut ipſas decimas & de ipſis cultis, in quibus domus olim conſtructæ fuerant, præfatæ eccleſiæ cum integritate perſolvant: quoniam priuſquam in eadem eccleſia moraren- E tur, ſolebant perſolvi. Si non, appellatione ceſſante, authoritate noſtra, cum omni diſtrictione, ſicut olim de paſcuis ſolvebantur decimæ, ita nunc de eiſdem ad frugum fertilitatem tranſlatis, decimas volumus abſque diminutione perſolvi.

* *f.* moneas, aut cogas.

Cap. XIII. *Idem monachis de ſancto Laurentio.*

Sicut vobis jura veſtra integra & illibata vultis ſervari, ſic aliis juſtitiam ſuam ſubtrahere nequaquam debetis. Audivimus etiam, quod decimas eccleſiæ de (a) Colingham, cum ea in qua debeant ſolvi integritate, quando fundus ad veſtrum dominium pervenit, non ſolvitis. Verum quoniam indecens & inhoneſtum vobis valde exiſtit, ut aliis damna * inferre præſumatis, quæ vobis nullatenus inferri velletis: univerſitati veſtræ, &c. quatenus prædictas decimas memoratæ eccleſiæ ſine diminutione aliqua, & cum ea integritate, in qua antiquitus ſolvi ſolebant, ſolvere non differatis: quia nobis plurimum grave exiſtit, ſi ſuper his ulterius ad nos querimonia deferetur. Verumtamen ſi aliquid juris ibi vos habere confiditis, in præſentia fratris noſtri Wigornienſis epiſcopi, & dilecti filii noſtri decani Ciceſtrenſis, occaſione & appellatione ceſſante, ordine judiciario experiamini: quod ipſi inter vos & partem alteram duxerint ſtatuendum, firmiter ſuſcepturi & inviolabiliter ſervaturi.

* irrogare.

Cap. XIV. *Item Gregorius.*

Ut nullus abbas decimas & primitias, & reliqua quæ ſecundum ſtatuta canonum ad epiſcopos pertinent, detineat ſine authoritate Romani pontificis, ſeu epiſcopi in cujus diœceſi habitat, apoſtolica authoritate firmamus.

Cap. XV. *Idem Joannes papa.*

Certam habemus prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionem & rationem, nil in hoc Mundo habentibus, & decimas, oblationes vivorum & mortuorum, convenire, qui ſpontaneam eligentes paupertatem, in monaſterio ſuo degere volunt ſub imperio, in quibus Chriſtus alitur & veſtitur.

Cap. XVI. *Item Paſchalis II.*

Novum exactionis genus eſt, ut clerici a clericis frugum vel animalium decimas exigant. Nunquam enim hoc in lege Domini præcipi legimus aut permitti: nec enim a Levitis Levitæ decimas * extorſiſſe leguntur. Illi profecto ſolvere laborum ſuorum decimas debent, qui a clericis ſpiritualium miniſteriorum labores accipiunt.

* cepiſſe.

PARS XIV.

## DE ILLIS QUI INCIDUNT in canonem datæ ſententiæ, vel incidere videntur, cum non incidant: & qui propter abſolutionem ſint ad ſedem apoſtolicam mittendi.

Cap. I. *Alexander III. Bathonienſi & Exonienſi epiſcopis.*

SI vero aliquis in clericum comam nutrientem, ignorans quod clericus fuerit, manus violentas injecerit, propter hoc non debet apoſtolico conſpectui præſentari, nec etiam excommunicatione notari, dummodo ipſum eſſe clericum ignorarit: & ſi hoc dubium fuerit, propria manu voluerit præſtare * ſacramentum.

* juramentum.

Cap. II.

(a) *de C[illegible]gram.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

**Cap. II.** *Idem (a) abbati de Nexibus.*

Conſulit nos tuæ diſcretionis (*b*) providentia, quid tibi faciendum ſit de his, qui de ſæculo fugientes in monaſterium, tuæ religionis habitum ſuſceperunt, (*c*) & infra certum tempus poſtmodum confitentur ſe tale delictum commiſiſſe, quod ipſo actu ſententiam excommunicationis incurrerunt. Hos autem non potes ſine licentia ſummi pontificis, nec debes abſolvere, ſed præſumptionem delinquentium debita animadverſione punire.

**Cap. III.** *Idem.*

Porro ſi aliqui violentas manus in fratres tuos mittunt, & pœnitentia ducti, non convicti, ſed privatim, ſicut aſſeris, a te veniam poſtulant, eos monere debes propenſius & inducere, ut his quos læſerunt, congrue ſatisfaciant, & apoſtolico conſpectui ſe præſentent, cum a te vel ab aliquo ſine ſpeciali mandato Romani pontificis abſolvi non poſſint.

**Cap. IV.** *Idem Exonienſi epiſcopo.*

Nulli autem monachi Templarii ſe poſſunt privilegio apoſtolicæ ſedis tueri, quo minus excommunicatos vitare debeant, & pro violenta manuum injectione in clericos, ſicut excommunicatos vitare.

**Cap. V.** *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

Non ſine cordis dolore & amaritudine audivimus, quod cum viri eccleſiaſtici per vos aut per alias perſonas eccleſiaſticas in eccleſiis ſecundum ſtatuta canonum ordinantur: laici vero, qui forte aliquando (*d*) contra eccleſiaſticam ordinationem ex uſurpatione conſueverunt in periculum ſuæ ſalutis habere, in tantam veſaniam & furorem prorumpunt, quod eccleſiaſticos viros canonice in eccleſiis ipſis ordinatos multis injuriis afficiunt, aliquando affligunt eos verberibus, & interdum etiam, quod eſt auditu terribile, occidere non verentur. Quoniam igitur quanta ſit præſumptio & impietas eorum, qui talia & tam atrocia & nefaria facinora committunt, nemo poteſt, qui recte ſapit ignorare: ad eos puniendos & caſtigandos, qui hoc inſtinctu diabolicæ fraudis committunt, ſpiritalem gladium debetis * exercere, (*e*) & vos ita volumus in eos eccleſiaſticæ diſciplinæ rigorem exercere, ut nil videamini omittere, quod adverſus hos ex juris diſtrictione fieri poſſit. Inde eſt quod fraternitati veſtræ, &c. quatenus ſi qui ſe in tantam veſaniam & præſumptionem erexerint, quod hac vel alia occaſione clericos occidant, vel occidere faciant, (*f*) vel aliter violentas manus in eos injecerint: tam malefactores ipſos, quam illos de quorum mandato id fuerit perpetratum, publice accenſis candelis & pulſatis * ſignis, aperte excommunicatos denuncietis, & faciatis ſicut excommunicatos devitari, donec Deo & ſanctæ matri eccleſiæ ſatisfaciant, &

* Forte. *exercere*. H.

* campanis

A cum litteris veſtris rei veritatem continentibus, ad ſedem apoſtolicam accedant.

**Cap. VI.** *Idem.*

Graviter oculos Divinæ majeſtatis offendunt, qui religioſos viros indebitis fatigant moleſtiis, (*g*) & locum ſuæ perturbant quietis. Sane a prædeceſſore noſtro ſanctæ memoriæ (*h*) papa * A. III. in concilio Lateranenſi ſtatutum eſt, ut qui violentas manus in clericos vel monachos, Hoſpitalarios, Templarios, mittunt, ſeu in viros alterius religionis, excommunicationi ſubjaceant. Nos autem ſtatutum prædeceſſoris noſtri ratum & firmum tenere volentes, fraternitati veſtræ, B &c. quatenus ſi qui parochianorum veſtrorum in fratres hoſpitalis Hieroſolymitani manus violentas injecerint, eos publice excommunicatos, appellatione remota, denuncietis, & ab omnibus faciatis cautius evitari, donec prædictis fratribus de illata injuria congrue ſatisfaciant, & cum litteris epiſcoporum ſuorum rei veritatem continentibus, apoſtolico conſpectui ſe præſentent.

* Alexandro.

**Cap. VII.** *Idem * Exonienſi epiſcopo. Pars capituli*, Sicut dignum.

* Oxonienſi

Super eo quod a nobis conſilium poſtulaſti, utrum ſi ſcholares ſeſe invicem percuſſerint, in plena vel minori ætate, clerici aut religioſi viri C in clauſtro, ſecundum canonem illum quo ſtatutum eſt, ut illi qui in clericos manus violentas injecerint, ad ſedem apoſtolicam pro ſua abſolutione venire debeant, inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quod ſi clerici infra puberes annos ſeſe ad invicem, vel unus alterum percuſſerit, non ſunt ad ſedem apoſtolicam mittendi, quia eos ætas excuſavit: nec etiam clerici, ſi ſint plenæ ætatis, ſi non de odio, aut invidia, vel indignatione, ſed levitate jocoſa ſe invicem percuſſerint: nec magiſtri, ſi clericum ſcholarem intuitu diſciplinæ vel correctionis percuſſerint, quia non poteſt in ipſis violenta manus injectio notari. Ceterum ſi ex odio ſeſe iidem ſcholares percuſſerint, pro ſua abſolutione debent ad ſe- D dem apoſtolicam venire.

**Cap. VIII.** *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Monachi vero & canonici ſæculares, quocumque modo ſeſe in clauſtro percuſſerint, non ſunt ſuper hoc ad ſedem apoſtolicam mittendi: ſed ſecundum diſcretionem & providentiam abbatis ſui diſciplinæ ſubdantur: & ſi abbatis diſcretio non ſufficiat, & ad eorum correctionem diœceſani epiſcopi providentia erit adhibenda.

**Cap. IX.** *Idem eidem in eadem epiſtola.*

E Si vero alicujus potentis oſtiarius, ſub prætextu officii ſui malignatus, clericum læſerit, ab officio ſuo poteſt abſolvi, niſi forte eumdem clericum graviter vulneravit.

**Cap. X.**

(a) *Idem Eboracenſi archiepiſcopo.* (b) *prudentia.* (c) *& inter cetera.*
(d) *Eccleſiarum ordinationes.* (e) *& nos.* (f) *ut alii in eos violentas manus injiciant.*
(g) *& otium ſuæ.* (h) *Papa K. in Lateranenſi.* Manſi.

ANNO CHRISTI 11·9.

## Cap. X.

Officialis pro injectione manuum in clericum
non poteſt, ſine mandato Romani pontificis,
abſolutionis beneficium promereri: quia nulli lai-
co tanta ſuper clericum datur poteſtas, niſi for-
te turbam arcendo irruentem, non ex delibera-
tione, ſed caſu fortuito clericum læſerit. Si for-
te clericum vim ſibi inferentem vi repellat vel
lædat, non debet propter hoc ad ſedem apoſto-
licam tranſmitti: ſed ſi in continenti vim vi
repellat, cum vim vi repellere omnes leges &
omnia jura permittant. Nec ille compellendus
eſt ad ſedem apoſtolicam venire, qui in cleri-
B cum, cum uxore, matre, vel ſorore, vel filia
ſua propria inventum turpiter, manus injecerit
violentas. Ceterum ſi eum in ſtupro vel adulte-
rio, quando ea cum qua ſtuprum committitur
vel adulterium, ita proxima ipſum conſanguini-
tatis linea non contigerit, ceperit, aut alias in
eum manus violentas injecerit, a ſententia ex-
communicationis non erit ille immunis.

## Cap. XI. *Idem epiſcopis, archidiaconis, & aliis eccleſiarum prælatis per Angliam conſtitutis.*

Parochianos autem veſtros, ſi qui in mona-
chos vel converſos præfati ordinis manus violen-
tas injecerint, ſublato appellationis remedio, ſe-
C cundum tenorem generalis decreti, excommuni-
catos denuncietis, ipſoſque ſicut excommunica-
tos, faciatis cautius evitari, donec eis quos læ-
ſerint, congrue ſatisfaciant, & cum litteris ve-
ſtris apoſtolico conſpectui ſe præſentent.

## Cap. XII. *Idem Bathonienſi epiſcopo.*

Mulieres etiam, vel aliæ perſonæ, quæ ſui
juris non ſunt, poſſunt a diœceſano epiſcopo
abſolvi, ſi manus violentas in clericum injece-
rint. De his vero qui magnæ ſunt potentiæ,
& ita delicati, quod magnum laborem ſuſtinere
nequierint, ſi manus in clericos injecerint vio-
lentas, tale damus petitioni tuæ reſponſum,
D quod ſtatus perſonæ prius & veritas negotii,
Romano pontifici eſt intimanda, & ſecundum
conſilium ejus de commiſſo ſcelere erunt punien-
di. Illi vero qui non injiciunt, ſed eorum au-
thoritate & mandato manus violentæ injiciuntur
in clericos, ad ſedem apoſtolicam, omni excu-
ſatione ceſſante, ſunt mittendi, cum is vere
committat, cujus authoritate delictum committi
probatur.

## Cap. XIII. *Idem Cenomanenſi epiſcopo.*

De cetero noveris, quod ſi laicus pro violen-
ta manuum injectione in clericum eſt excom-
municationis vinculo adſtrictus, ſi habens capi-
E tales inimicitias vel alias juſtas cauſas, quibus
ab itinere rationabiliter excuſetur, ut ſine peri-
culo, apoſtolico nequeat ſe conſpectui præſenta-
re: licet diœceſano epiſcopo, accepto juramen-
to, ſecundum morem eccleſiæ abſolutionis gra-
tiam impartiri. Sed illi ſub juramenti debito eſt
injungendum, ut quamcitius habuerit opportuni-
tatem, Romanum pontificem adeat, mandatum
apoſtolicum ſuſcepturus.

A

# DE JURE PATRONATUS, & clericorum inſtitutionibus.

ANNO CHRISTI 11·9. PARS. XV.

## Cap. I. *Idem R. Eboracenſi archiepiſcopo.*

Relatum eſt nobis ex parte tua, quod cum
in Laterano concilio ſit ſtatutum, ut per-
ſonæ tali eccleſia vel eccleſiaſticum beneficium
conferatur, quæ reſideat in loco, & curam ejus
per ſe valeat exercere: nonnulli autem ad eccle-
ſias præſentati, ſe poſſe reſidere affirmant, &
curam habere eccleſiæ & eccleſiaſtici beneficii
profitentur, id tamen efficere contradicunt. Ideo
B conſuleres nos voluiſti, an propter hoc tales poſ-
ſis repellere, vel inſtitutos ſine appellatione re-
movere. Tuæ itaque prudentiæ innoteſcat, quod
cum verba accipienda ſint cum effectu, tales, ſi
præſentati fuerint, licite poterunt amoveri, niſi
forte de licentia prælatorum, vel * ſtudio litte- 
rarum, vel pro aliis honeſtis cauſis contigerit
eos abeſſe: nec patrocinari debet eis appellatio-
nis diffugium, ſi contra decreti intentionem fue-
rit interjectum. Quia autem conſulis, ſi clericus
idoneus, ad vacantem eccleſiam præſentatus, ab
epiſcopo diœceſano non fuerit admiſſus, & poſt-
modum alius idoneus præſentatus, & ab epiſco-
po inſtitutus, poſſeſſionem tenuerit corporalem,
an clerico priore eccleſiam petente, debeat po-
C ſterior priori præferri: dubium non eſt, quin in
hoc caſu melior ſit conditio poſſidentis: quoniam
antequam præſentatio per diœceſanum epiſcopum
approbetur, ratum non eſt quod a patrono fue-
rit inchoatum.

* *Forte*, pro ſtudio.

## Cap. II. *Idem.*

De cetero prudentiæ tuæ præſentibus litteris
intimamus, quod ſi laici clericis vel collegiis de
conceſſionibus vel donationibus inſtrumenta con-
ceſſerint in hæc verba vel ſimilia: Conceſſi, vel,
dedi eccleſiam, & præſenti charta confirmavi:
ſi conſenſus epiſcopi non acceſſerit, nil actum
vel datum videtur. A laico enim eccleſia dari
D non poteſt. Patronatum autem de authoritate
& aſſenſu epiſcopi, certum eſt a laico in eoſ-
dem jure conferri.

## Cap. III. *Idem eidem.*

Cum laici, epiſcopis neſcientibus aut non con-
ſentientibus, clericis eccleſias concedunt, in qui-
bus habent jus patronatus; & poſtea pœnitentia
ducti, alios ad eccleſias ipſas epiſcopis præſen-
tant; & illi ad eorum præſentationem in eiſdem
eccleſiis ab epiſcopis inſtituuntur: eorum debet
inſtitutio ſtare & firmiter obſervari, qui autho-
ritate epiſcopi fuerint inſtituti, conceſſione prio-
ri, quæ nulla eſt, omnino evacuata. Non enim
E licet laicis in eccleſiis clericos propria præſum-
ptione ordinare.

## Cap. IV. *Idem Herefordenſi epiſcopo, & abbati de Forde.*

Quia clerici quidam veſtræ diœceſis, advoca-
tionem eccleſiarum, ſicut accepimus, compa-
rant, vel quocumque modo poſſunt acquirunt,
ut poſtmodum filii vel nepotes ad eaſdem præ-
ſententur eccleſias: nos tam pravam conſuetudi-
nem penitus eradicare volentes, nihilo minus
præſentium authoritate mandamus atque præcipi-
mus,

mus, ne id attentare præſumant, univerſis clericis juriſdictionis veſtræ arctius inhibere curetis: & ſi presbyteri eccleſiarum veſtrarum advocationes acquiſierint, eos advocationibus taliter acquiſitis, appellatione ceſſante, apoſtolica authoritate ſpolietis.,

CAP. V. *Idem I. baſilicæ XII. apoſtolorum presbytero cardinali.*

Ex litteris Sarenſis epiſcopi accepimus, quod cum defuncta perſona de Laverchon, G. miles, qui villam in qua eccleſia ſita eſt, a monaſterio de Wilthon ad firmam tenebat, ad eamdem vacantem VV. de Leiceſter clericum prædicto epiſcopo præſentabat, poſt aliquantum temporis abbatiſſa prædicti monaſterii ad epiſcopum veniens, ei VV. de Norhale ad prædictam eccleſiam præſentavit. Epiſcopo vero nolente præſentatam perſonam ab ea recipere, tum ad venerabilem fratrem noſtrum Cantuarienſem archiepiſcopum abbatiſſa acceſſit, & apud eum querimoniam depoſuit de ipſo. Archiepiſcopus vero, quia viſum ſibi erat, quod factum militis ſuper præſentatione præfata nullius eſſet momenti, prædicto epiſcopo in vi obedientiæ injunxit, ut perſonam illam reciperet, & in poſſeſſionem induceret, quam abbatiſſa duxerat præſentandam. *Et infra*: Reſtitutione autem facta, cauſam audiatis, ita quod ſi vobis conſtiterit, quod præfato militi præſcripta villa fuerit, non excepto jure patronatus, ad firmam conceſſa, vel antequam de jure patronatus inter abbatiſſam & militem controverſia eſſet ſuborta, præfatus VV. de Leiceſter in præſcripta eccleſia per inſtitutionem epiſcopi ad præſentationem militis fuiſſet inſtitutus: ei, dummodo alias idoneus fuerit, eccleſiam ipſam adjudicetis, ita quod ſi abbatiſſa obtineat adverſus militem, illi de temporalibus debeat reſpondere.

CAP. VI. *Idem Wintonienſi epiſcopo.*

Illud prætereundum non duximus, ſuper quo te intelleximus dubitare: quod ſi aliquis laicus inconſulto epiſcopo, eccleſiam non vacantem concedat alicui religioſæ domui, & poſtea cum vacaverit, ad præſentationem ejus laici aliquis clericus ibi fuerit per diœceſanum epiſcopum inſtitutus; prior conceſſio per ſecundam conceſſionem, quo minus rata habeatur, infirmari non poteſt: nec debet aliquatenus impediri, cum illa conceſſio de jure nullius poſſit eſſe momenti: tum quia de re non vacante facta eſt, tum quia laicus ſine authoritate epiſcopi nemini poteſt eccleſias dare, licet religioſo loco jus patronatus conferendi liberam habeat facultatem. Si vero jus patronatus, eccleſia vacante, religioſo loco contulerit, & aliquis poſtea ſine præſentatione fratrum ejuſdem loci fuerit in ipſa eccleſia inſtitutus: ejus inſtitutio ſecundum rigorem juris eſt irritanda.

CAP. VII. *Idem Wigornienſi epiſcopo.*

Querimoniam prioris & fratrum de Lauch nobis litteris deſtinatam audivimus, quod R. quondam de Hereford comes, jus quod idem prior & fratres in eccleſia de Wica, ex ordinatione R. de Laci fundatoris eccleſiæ ſuæ, & ipſius Richardi ſocii, habere debebant, coram bonæ memoriæ I. quondam Wigornienſi epiſcopo recognovit. Unde idem epiſcopus poſtea jam di-



A ctum priorem & fratres, nullo reclamante aut contradicente, inveſtivit, & exinde eam deinceps illi quiete & pacifice poſſederunt. Deinde cum inter prælatum comitem & C. uxorem, in cujus patrimonio eccleſia illa conſiſtit, divortium per eccleſiaſticum judicium celebratum fuiſſet: eadem C. VV. Pictavienſi nupſit, qui eccleſiæ præſcriptæ fructus memorato priori & fratribus omnino ſubtraxit, & eos in uſus R. ſacerdotis ejuſdem loci ſine epiſcopali authoritate convertit. Cumque poſtmodum VV. de medio ſublato, præfata C. tertio viro, VV. ſcilicet de Meduan. eſſet matrimonio copulata: idem VV. in ea qua alter VV. temeritate perſiſtens, jam dictum R. in præſcripta eccleſia contra priorem B ſupradictum manutenere & fovere incæpit, dicens quod prænominati epiſcopi inſtitutio, quam ſuper eccleſia ipſa, quæ de uxoris ſuæ advocatione conſiſtit, dum erat in poteſtate illius viri, a quo poſtmodum ſeparata eſſe dignoſcitur, fecit, nullam debet firmitatem habere: præſertim cum patrimonium uxoris ſuæ, ſicut aſſerit, integre ſibi reſtitutum non eſſet, niſi de eccleſia illa ſuam poſſet adimplere voluntatem. Verum quoniam abſurdum videtur omnino, & ab eccleſia penitus eliminandum, ut ad ſingulas patronorum ſecundum humanam conditionem mutationes, eccleſiarum debeant ordinationes mutari: ne quod a ſupradicto R. taliter factum fuerit, alicui ſucceſſorum liceat irritare: C fraternitati tuæ, *&c.* quatenus rei veritatem diligenter & ſtudioſe inquiras, & ſi ita inveneris eſſe prout ſuperius narratur, ſæpe dictis priori & fratribus eccleſiam prælibatam, omni occaſione & appellatione ceſſante, reſtituas, & in pace facias poſſidere. Viciſſitudines etiam hujuſmodi eccleſiarum ab advocatis vel aliis quibuslibet in tua diœceſi fieri, de cetero nulla ratione permittas: ſed earum præſumptores uſque ad dignam ſatisfactionem, dilatione ſublata, vinculo excommunicationis percellas.

CAP. VIII. *Lucius tertius Norvvicenſi epiſcopo.*

D Cum advocatus clericum unum idoneum præſentaverit epiſcopo, & poſtulaverit poſtmodum, eo non inſtituto alium æque idoneum, in eccleſiam eamdem admitti: quis eorum alteri præferatur, epiſcopi judicio credimus relinquendum, ſi laicus fuerit, cui competit jus præſentandi. Verum ſi collegium vel religioſa perſona præſentationem habuerit, prior tempore, potior jure merito videtur.

CAP. IX. *Idem.*

Cum paſtorali neceſſitate conſtringamur, & authoritate injuncti nobis officii provocemur pro ſtatu eccleſiarum vigili cura ſatagere, & ne E contra juris ordinem alicui conferri debeant, attentiori ſolicitudine providere: inde eſt, quod univerſitati veſtræ, *&c.* quatenus ex donatione laicorum, niſi authoritas diœceſani epiſcopi interveniat & conſenſus adſit, nullus veſtrum ſibi eccleſias vendicare præſumat, vel retinere taliter acquiſitas, niſi * longa fuerit præſcriptione munitus, aut poſtea diœceſani epiſcopi forte habuerit conſenſum. Nos enim, cum laici non poſſint niſi jus quod habent transferre in alios, hujuſmodi conceſſiones viribus carere decernimus, & penitus irritas eſſe cenſemus.

* longæ a

Y CAP. X.

ANNO CHRISTI 1179.

A

## Cap. X. *Idem*. (a)

Relatum eſt auribus noſtris, quod vos jus
præſentandi clericos ad eccleſias, contra inſtitu-
tionem antiquam veſtri ordinis, emptionis titulo
& modis aliis ſatagitis adipiſci, ut ſub tali præ-
textu vobis liceat habere eccleſias, & per vos
vel per alios detinere. Quoniam igitur non (b)
decet nos, occaſione qualibet vel obtentu, ab
antiquis (c) canonibus patrum noſtrorum recede-
re, aut quidquam efficere, in quo poſſitis de
vitio cupiditatis reprehendi: diſcretioni veſtræ,
&c. quatenus jure patronatus in eccleſiis, (d) aut
in eccleſias, de cetero acquirere deſiſtatis: quia
non expedit vobis, nec nos volumus ſuſtinere, B
ut ſub tali prætextu vobis vel ordini veſtro de-
rogetur. Sane uſque adeo vos & ordinem ve-
ſtrum diligimus, ut in vobis quæ honeſtati &
religioni contraria ſunt, nullatenus fovere veli-
mus, quia de vobis nil incommodi, nil volu-
mus audire ſiniſtri.

## Cap. XI. *Idem*.

* f. decorem — Ea quæ honeſtatis doctorem * deformant, &
canonum probantur ſanctionibus obviare, peni-
tus ſunt evellenda, & falce apoſtolici modera-
minis reſecanda. Unde quia cum eccleſia vi-
ventibus perſonis aliis conferri non debeat, con-
ſultationi tuæ taliter reſpondemus: ut ſi quas C
conceſſiones eccleſiarum tui epiſcopatus, viven-
tibus perſonis factas eſſe conſtiterit, & ſuper hoc
ventum fuerit ad judicium, eas authoritate ve-
* f. noſtra — ſtra * in irritum revoces, & frivolas & vanas
eſſe decernas.

## Cap. XII. *Idem Londonienſi epiſcopo*.

Si vero aliquando ordinatio alicujus eccleſiæ
ad tuam inſtitutionem ſpectat, & pro controver-
ſia laicorum de jure patronatus inter ſe diſcre-
pantium, ordinationes malitioſe differuntur: fas
tibi ſit de authoritate noſtra, nullius contradi-
ctione & appellatione obſtante, in eadem eccle-
ſia perſonam idoneam inſtituere, ita quod ipſa D
eadem præſentetur ab eo, qui jus patronatus
evicerit.

## Cap. XIII. *Idem*.

Cum ſæculum relinquitis, ut creatori veſtro
poſſitis in arce contemplationis placere, decet
vos ab his quæ ſunt obvia rationi, abſtinere, &
quæ reprehenſioni ſubjaceant, aut veſtram opi-
nionem aut famam valeant denigrare. Inde eſt
quod univerſitati veſtræ diſtrictius per apoſtolica
ſcripta prohibemus, ne cum ratione feudorum
emptorum, aliterve acquiſitorum, vel etiam alio
modo, jus patronatus in eccleſiis parochialibus
acquiſieritis, in eis presbyteros, niſi per epiſco-
pos, inſtituatis: nec epiſcopo ita jus parochiale E
minuere vel auferre aliquatenus præſumatis: ex-
communicatoſque ipſius epiſcopi vel archidiaco-
norum ſuorum, contra authentica ſcripta Ro-
manæ eccleſiæ, ad digna officia in capitulis ve-
ſtris recipere non audeatis.

ANNO CHRISTI 1179.

## Cap. XIV. *Idem*.

Ex inſinuatione dilecti filii noſtri O. clerici
accepimus, quod cum frater ſuus jus ei patro-
natus, quod in quibuſdam eccleſiis in Lincol-
nienſi & Saren. epiſcopatibus conſtitutis * habe- * f. conſtitutum.
bat, liberaliter contuliſſet: eaſdem eccleſias qui-
dam presbyteri alii occaſione fratris ſui prædicti
O. ſine ipſius voluntate & conſenſu, per vio-
lentiam occupaverunt, & eas injuſte occupatas
detinent. Quia igitur noſtrum intereſt, quæ ni-
mis inordinate ab aliquibus ſuper eccleſiis atten-
tantur, ad rectitudinis tramitem revocare: fra-
ternitati tuæ, &c. quatenus rei veritate diligen-
ter inquiſita & cognita, ſi ita, ſicut dictum eſt,
cognoveris memoratos presbyteros earum eccle-
ſiarum detentores, moneas, modiſque omnibus
inducas, ut eaſdem eccleſias prædicto clerico ſi-
ne mora & difficultate reſtituant libere & paci-
fice ordinandas, & nullam ei exinde moleſtiam
inferant vel gravamen. Quod ſi prædicti presby-
teri commonitioni tuæ acquieſcere forte nolue-
rint, tu ipſos excommunicationi, & terras ſi
quas habent, omni occaſione & appellatione ceſ-
ſante, interdicto ſubjicias, & in memoratis ec-
cleſiis Divina facias ceſſare officia, quamdiu ab
aliquibus, prædictorum militum authoritate, oc-
cupatæ detinebuntur. Quod ſi nec ſic earum-
dem eccleſiarum detentores reſipuerint, ipſos,
appellatione ceſſante, eccleſiaſtica cenſura com-
pellas.

## Cap. XV. *Idem*.

Conſuluit nos tua fraternitas, quid tibi facien-
dum ſit de clericis, qui eccleſias a parentibus
conſtitutas, hæreditario jure ſibi vendicant, nec
tibi volunt reſpondere: & de laicis, qui filiis
vel nepotibus ſuis prædictas eccleſias dare nitun-
tur. Cum autem ſanctuarium Dei hæreditario
jure non poſſit teneri, & indignum ſit penitus
& abſurdum, ut quilibet authoritate propria ec-
cleſias occupet, vel taliter occupatas detineat:
nec te decet aliquatenus ſuſtinere, ut in epiſco-
patu tuo vel clerici eccleſias a parentibus funda-
tas, authoritate propria detineant, aut laici fi-
liis, vel aliquibus aliis eccleſias concedant.

## Cap. XVI. *Idem* (e) *Wintonienſi epiſcopo*.

Ad aures noſtras pervenit, (f) quod R. &
Vu. de Hortun. jus patronatus ejuſdem loci ab
eo, ad quem ſpectabat præſentatio, emerunt.
Quibus decedentibus, R. filius VV. jam dicti
patris exemplo jus patronatus eccleſiæ emere
non dubitavit, & canonicis de Stodleja tantas
moleſtias intulit, perſecutiones, & gravamina,
quod metu & dolo illius ſeducti, juri ſuo peni-
tus renunciaverunt. Unde cum jus patronatus
annexum ſit ſpirituali, nemini licitum eſt ven-
dere illud. Diſcretioni tuæ, &c. quatenus utra-
que parte ante te convocata, rei veritatem di-
ligentius inquiras, & ſi ita eſſe inveneris, præ-
dicto R. ſuper patronatu eccleſiæ, occaſione &
appellatione remota, perpetuum ſilentium impo-
nas, & prædictis canonicis jus quod ibi habe-
bant, ſi prior eorum (g) metu captus, quod
idem R. ſe abſciſſurum (h) fide nititur, firma-
vit,

(a) Ad. *Abbatibus & Fratribus Ciſtercienſis ordinis*. (b) *decet vos*. (c) *inſtitutionibus .... veſtrorum*.
(d) *aut eccleſias*. (e) *deeſt VVinton. epiſcopo*.
(f) *quod Robertus & V. de Crotona jus patronatus Eccleſiæ ejuſdem loci*. (g) *metu capitis*.
(h) *fide, ut fertur, firmaverit*. Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

vit, eidem renunciavit, integre facias reſtitui : A non obſtantibus litteris noſtris, ſi quæ ſunt, tacita veritate, impetratæ.

### Cap. XVII. *Idem*.

De jure patronatus in præſcripta eccleſia, hoc tuæ diſcretioni mandamus, quatenus ſi prædictus R. jus patronatus comparavit, cum hoc inconveniens ſit & penitus inhoneſtum, vendi jus patronatus: contractum illum, ſublato appellationis remedio, apoſtolica fretus authoritate, non differas revocare.

### Cap. XVIII. *Idem*.

Nullus laicus decimas aut eccleſiam, aut quidquid eccleſiaſtici juris eſt, ſine conceſſione ſui pontificis, nec monaſteriis, nec canonicis offerat: & ſi quis epiſcopus improbitatis cauſa & avaritiæ conſentire voluerit, Romano pontifici nuncietur, & quod offerendum eſt, tunc eis licentia offeratur.

### Cap. XIX. *Idem Norvvicenſi epiſcopo*.

Ceterum ſi epiſcopi poſt promotionem ſuam præſentationes perſonarum ad eccleſias a patronis eccleſiarum pro eccleſiis ſibi commiſſis adepti fuerint, perſonæ idoneæ, quas ad eas vacantes præſentaverint, ſunt admittendæ.

### Cap. XX. *Idem abbati ſancti Albani*. *Pars capituli:* Inconſultum.

De cetero ſi quis clericus ab ordinario judice in aliqua eccleſia fuerit inſtitutus, ad præſentationem ipſius qui ejuſdem eccleſiæ credebatur patronus, & poſtea jus patronatus alius evicerit in judicio: clericus qui inſtitutus eſt, non debet ab ipſa eccleſia removeri, ſi tempore præſentationis ſuæ ille qui eum præſentavit, jus patronatus eccleſiæ poſſidebat. Si vero tunc non poſſidebat jus patronatus, ſed tantummodo credebatur eſſe patronus, cum tamen non eſſet, nec poſſeſſionem patronatus haberet: ſecundum conſuetudinem Anglicanam poterit ab eadem eccleſia removeri. Donationes vero vel conceſſiones, ſi quæ fiant privatis perſonis, illis viventibus quæ ipſas eccleſias poſſident, nullius debent eſſe momenti. Si fiant religioſis locis, ratæ debent haberi: ita quidem quod perſonæ, quæ jam dictas eccleſias poſſident, ſine aſſenſu ipſorum in vita ſua eis non debent ſpoliari.

### Cap. XXI. *Item Cantuarienſi epiſcopo*.

Cum nos plerumque ordinationes clericorum oporteat differre, pro eo quod quandoque minus idoneæ perſonæ præſentantur, aut interdum inter nos & præſentatores perſonarum alia de cauſa radix diſſenſionis emerſerit: providendum eſt, ne occaſione hujus ſcandali aut fructus eccleſiæ depereant, aut eis in ſpiritualibus gravia proveniant detrimenta. Inde eſt quod fraternitati tuæ, *&c.* quatenus ſi quando in illis eccleſiis vacantibus, in quibus perſona eccleſiaſtica præſentationem non habet, vel quia perſonæ minus idoneæ vobis præſentantur, vel alia de cauſa de jure perſonas non poteris inſtituere in eccleſiis ipſis, contradictione & appellatione ceſſante, ponatis œconomos, qui debent reditus eccleſiarum expendere, aut futuris perſonis fideliter obſervare.

Diſt. 71. Quoniam.

### Cap. XXII. *Idem*.

Dilecti filii noſtri decanus Eboracenſis & prior de Neuburc, quibus cauſam quæ inter canonicos de Giſeburne & R. clericum ſuper eccleſia de Cradun vertitur, commiſimus terminandam: tranſmiſſa nobis relatione monſtraverunt, quod canonici conceſſionem domini fundi habeant: R. vero donationem venerabilis fratris noſtri Eboracenſis archiepiſcopi, apoſtolicæ ſedis legati, & non domini fundi, ſe habuiſſe probavit. Unde B quoniam donatio eccleſiarum ad epiſcopos pertinet, & ad laicos aſſenſum præbere ſpectat: eiſdem ſignificamus, quod ſi res ita ſe haberet, videbatur nobis, conceſſionem archiepiſcopi donationi laicali debere præjudicare: quia ſicut diximus, epiſcoporum eſt, eccleſiarum beneficia conferre; laicorum vero, qui in eccleſia jus patronatus habent, aſſenſum præbere. Quibus in conceſſionibus eccleſiarum, illud obſervandum eſt, quod ſancti patres ſervare noſcuntur.

### Cap. XXIII. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo*.

Suggeſtum eſt auribus noſtris, quod cum eccleſiæ de * Ochera, & de Maleſſart, & de Leinder, de aſſenſu domini fundi, & authoritate Eboracenſis archiepiſcopi, eccleſiæ beati Petri Eboracenſi conceſſæ & aſſignatæ ſint in præben- C dam, canonici de Novoburgo conceſſionem illam attenuare & irritare nituntur, occaſione donationis, quam ſibi aſſerunt prius factam fuiſſe. Unde quoniam licet in donationibus eccleſiarum requirendus ſit & expectandus patronorum conſenſus, eccleſiæ tamen ipſæ, niſi authoritas pontificalis intervenerit, canonice concedi non poſſunt: univerſitati veſtræ ſignificamus, quod prior conceſſio, ſi cum conſenſu patroni & authoritate diœceſani epiſcopi facta eſt, aut ejus fuerit aſſenſus poſtea ſubſecutus, poſteriori conceſſioni præfertur. Alioquin illa debet præferri, quamvis D poſterius facta ſit, quæ conſenſu domini fundi & epiſcopi authoritate fulcitur.

* Ochou.

### Cap. XXIV. *Idem univerſis monachis regularibus per Cantuarienſem provinciam conſtitutis*.

Cum deceat nos commodis & profectibus eccleſiarum firmiter intendere: nobis ſummopere competere dignoſcitur, ut earum ordinationibus tanto ſtudioſius intendamus, & ne inordinatæ remaneant, vigilem curam, & ſolicitudinem adhibeamus. Inde eſt quod univerſitati veſtræ, *&c.* ut in eccleſiis, in quibus præſentationem habetis, cum vacaverint, diœceſanis epiſcopis clericos idoneos præſentetis, qui illis de ſpiritualibus, E vobis de temporalibus debeant reſpondere.

### Cap. XXV. *Idem Panormitano epiſcopo*.

Inſinuatum eſt auribus noſtris, quod quidam clerici tui epiſcopatus, eccleſias ipſas ad tuam ordinationem pertinentes, ſine authoritate & conſcientia tua, in manibus advocatorum reſignant. Quod quia indignum, & ſacris canonibus omnino contrarium, nec aliquatenus debet tolerari: fraternitati tuæ taliter reſpondemus: quod hujuſmodi renunciationes non debes aliquatenus ratas habere, niſi ſint ab eiſdem factæ, quos religionis habitum conſtat induiſſe: ſed ipſos clericos, ut eleemoſynas retineant, quibus tali modo renunciant; teneris compellere, dignam

ANNO CHRISTI 1179.

gnam eis pro tantæ levitatis & culpæ reatu indigere ultionem : quia nec debent nec poſſunt eccleſias ſuas reſignare, niſi in manibus epiſcoporum, ad quorum donationes pertinere noſcuntur :

**Cap. XXVI.** *Clemens papa III. epiſcopo Wigornienſi, & abbati de Theokesbr. & priori ſancti ſepulcri de Warvvic.*

Referentibus nobis canonicis de Kinildewrde, accepimus, quod cum controverſia quæ vertebatur inter ipſos & clericos de Gnoshale, ſuper eccleſia de Cule, fuiſſet dilectis filiis noſtris de Cumbermere & de Derlee abbatibus, & archidiacono Coventrenſi, ab apoſtolica ſede commiſſa canonice dirimenda, procurator R. militis de Stanford, qui jus habet defenſionis in illa eccleſia, ſentiens partem canonicorum injuſte gravari, cum ipſi clerici illam contra antiquam libertatem vellent juriſdictioni capellæ ſuæ de Gnoſale ſubjugare, vocem appellationis ad ſedem apoſtolicam emiſit. Judices vero appellationi legitime interpoſitæ minime deferentes, in deciſione controverſiæ, abſente altera parte, proceſſerunt. Quia vero ipſi canonici juri ſuo in hoc queruntur plurimum derogari, diſcretioni veſtræ per * A. S. præcipiendo mandamus, quatenus partibus ad veſtram præſentiam convocatis, audiatis cauſam, & appellatione remota, mediante juſtitia terminetis. Datum Laterani, decimo Kalendas Aprilis, pontificatus noſtri anno primo.

* Apoſtolica ſcripta.

PARS XVI.

## DE USURIS.

### CAPUT I.

*Alexander III. Panormitano archiepiſcopo.*

SUper eo quod a nobis tua diſcretio poſtulavit, utrum poſſit in recipienda pecunia ad uſuram, fieri diſpenſatio, ut pauperes qui in Sarracenorum captivitate tenentur, per eamdem poſſint pecuniam liberari : præſentibus tibi litteris duximus reſpondendum, quod cum uſurarum crimen utriuſque teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquam non vidimus admittendam : quia cum ſcriptura ſacra prohibeat vel pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendum eſt, ne quis in redimenda vita captivi, uſurarum crimine involvatur.

**Cap. II.** *Idem Januenſi epiſcopo. Pars capituli.* Tua fraternitas.

In civitate tua dicis ſæpe contingere, quod quidam piper ſeu cyminum, aut alias merces comparant, quæ tunc ultra quinque libras non valent, & promittunt per publicum inſtrumentum, ſe illis a quibus merces accipiunt, ſex libras ſtatuto termino ſoluturos. Licet autem contractus hujuſmodi ex forma non poſſit cenſeri nomine uſurarum, nihilo minus tamen venditores peccatum incurrunt : niſi dubium ſit, merces illas plus minuſve tempore quo pretium debent recipere, valituras : & ideo cives tui ſaluti ſuæ bene conſulerent, ſi a tali contractu ceſſarent, cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari.

**Cap. III.** *Idem.*

Quoniam non ſolum viris eccleſiaſticis, ſed etiam quibuslibet aliis periculoſum eſt, uſurarum lucris intendere : authoritate præſentium tibi duximus injungendum, ut liceat tibi clericos tuos, qui de poſſeſſionibus vel arboribus, quas tenere in pignore noſcuntur, ſortem ſuam deductis expenſis receperunt, ad eadem pignora reſtituenda ſine uſurarum exactione, eccleſiaſtica diſtrictione compellere.

**Cap. IV.** *Idem Vigilenſi epiſcopo.*

Debitores autem, ad ſolvendas uſuras, in quibus ſe obligaverant, cogi non debent, niſi eas juramento ſolvere teneantur. Si vero de ipſarum ſolutione juramentum fecerint, cogendi ſunt Domino reddere juramentum, ut a creditoribus abſolvantur : & cum uſuræ ſolutæ fuerint, creditores ad eas reſtituendas, eccleſiaſtica, ſi neceſſe fuerit, cogendi ſunt ſeveritate.

**Cap. V.** *Idem Salernitano epiſcopo.*

Cum, ſicut tu aſſeris, manifeſtos uſurarios, ſcilicet qui in illo deceſſerunt peccato, communione altaris & eccleſiaſtica, juxta decretum noſtrum nuper in concilio promulgatum, præceperis ſepultura privandos, donec reddant quæ tam prave receperint : quidam eorum dicunt ad ſolvendas perceptas uſuras, proprias non ſufficere facultates : alii vero promittunt ſe partes uſurarum quas habent præ manibus, reddituros ; ſed alias quas extorſerunt uſuras, cum de his poſſeſſiones comparatæ ſint, & eorum filiis vel parentibus traditæ, ſe non poſſe reddere profitentur. Alii vero ad excuſandas excuſationes in peccatis, impudenter affirmant, illas dumtaxat uſuras reſtituendas, quæ ſunt poſt interdictum noſtrum receptæ, nec aliquos ad ſolvendas uſuras, quas ante interdictum receperant, debere compelli. Super his diſcretioni tuæ reſpondemus, quod ſive ante, ſive poſt interdictum noſtrum uſuras receperint, cogendi ſunt ſub pœna quam ſtatuimus in concilio, eas his, a quibus extorſerint, vel eorum hæredibus reſtituere : vel his non ſuperſtitibus, pauperibus erogare : dummodo in facultatibus habeant, unde ipſas reſtituere poſſint : cum juxta verbum beati Auguſtini, non remittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Illi autem qui non habent in facultatibus, de quibus uſuras valeant reſtituere, non debent pœna illa mulctari, cum eos nota paupertas excuſet. Poſſeſſiones vero quæ de uſuris comparatæ ſunt, vendi debent, & ipſa pretia his a quibus uſuræ extortæ ſunt, reſtitui : ut ſic non ſolum a pœna iſta, ſed etiam a peccato, quod per uſurarum extorſiones incurrerunt, poſſint liberari.

*Pſal. 140.*

**Cap. VI.** *Idem Wintonienſi epiſcopo.*

Super eo quod nos conſulere voluiſti, utrum clericus ſit cogendus uſuras creditori ſolvere : prudentiæ tuæ taliter reſpondemus : quod cum periculoſum ſit omnibus Dei fidelibus uſuras recipere, ad earum ſolutionem nullus Chriſtianus eſt cogendus, niſi juramento vel fide eas ſolvere teneatur ; ſed potius creditores ab uſurarum exactione, eccleſiaſtica debent coerceri ſententia.

Cap. VII.

ANNO CHRISTI 1179.

### Cap. VII. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Ad noſtram noveris audientiam perveniſſe, quod cum Petrus de Uiſiton tempore guerræ, quæ fuit inter cariſſimum filium noſtrum Henricum illuſtrem regem Anglorum & filios ejus, quibuſdam hominibus pro tuitione regni Francorum, pecuniam certæ ſummæ permutuaſſet, ab eis quaſdam poſſeſſiones & reditus recepit in pignus: ipſos etiam ſibi juramenti religione adſtrinxit, quod ei ſuper poſſeſſionibus & reditibus illis, donec ſibi mutuatam ſolverent pecuniam, nullam moleſtiam vel gravamen inferrent. Licet autem de poſſeſſionibus illis & reditibus præfatus Petrus nondum ſortem ſuam, ſicut aſſerit, deductis expenſis, receperit: quia tamen tu frater archiepiſcope propter hoc eum vinculo excommunicationis adſtrinxiſti, exinde cogimur litteras noſtras vobis deſtinare: præſertim cum ipſe, ſicut aſſerit, forte velit eſſe contentus. Inde eſt quod fraternitati tuæ conſulenti, *&c.* quatenus percepta a præfato P. ſufficienti cautione, quod exinde mandato veſtro debeat parere, ipſum contradictione & appellatione ceſſante, a ſententia qua tenetur, authoritate noſtra penitus abſolvas: & deinde debitores, qui ſibi prædictas poſſeſſiones & reditus contra juramentum ſuum ſubtraxiſſe dicuntur, ſi ita eſt, eccleſiaſtica cenſura compellas, ut poſſeſſiones illas & reditus eidem Petro dicto, appellatione ceſſante reſtituant: nec ſibi de cetero contra juramentum moleſtias inferant, donec ei pecunia ſolvatur. Quia non eſt tutum cuilibet, ſed periculoſum potius, religionem infringere juramenti. Cum autem prædicto P. pecuniam ſuam, ſicut juraverunt, perſolverint, vos ipſum ad reſtituendum quidquid eum novis deductis expenſis ultra ſortem recepiſſe conſtiterit, ſtudioſe monere curetis & diligenter inducere: & ſi commonitus id non fecerit, ipſum remoto appellationis obſtaculo, in eamdem excommunicationis ſententiam reducas: quia ſicut periculoſum eſt debitoribus ſuum infringere juramentum, ita non minus periculoſum eſt creditoribus retinere quod pro uſuris receperunt, cum ſit uſurarum crimen deteſtabile plurimum & horrendum, & utriuſque teſtamenti pagina condemnatum.

### Cap. VIII. *Idem Wintonienſi epiſcopo.*

Nihilo minus præcipimus tibi præſentium authoritate, ut ſi qui ſunt in parochia tua, qui ſortem ſuam * de fructibus arborum vel animalium, deductis expenſis, receperint, eos moneas & per excommunicationis ſententiam compellas, ſublato appellationis remedio, ut debitoribus ſuis pignora ipſa ſine difficultate & dilatione reſtituant.

* de fructibus pignorum vel aliunde, ita & Aug.

### Cap. IX. *Idem in Turonenſi Concilio.*

qu. 1. Ab illo.

Plures clericorum eorum, quia præſens ſæculum profeſſione vocis & habitu religionis reliquerunt, communes uſuras quaſi manifeſtius damnatas non exercent: commodata autem pecunia indigentibus, poſſeſſiones eorum in pignus accipiunt, & fructus provenientes recipiunt ultra ſortem. Idcirco generalis concilii decrevit authoritas, ut nullus amodo in clero conſtitutus, vel hoc, vel aliud uſuræ genus exercere præſumat: & ſi aliquis hactenus poſſeſſionem alicujus data pecunia ſub hac ſpecie in pignus acceperit, ſi ſortem deductis expenſis de fructibus jam perceperit, abſolute poſſeſſionem reſtituat debitori. Si autem aliquid minus habet eo recepto quod deeſt, poſſeſſionem ei reſignet. Si autem quis in clero extiterit, qui deteſtandis ſibi lucris uſurarum inſiſtat, eccleſiaſtici beneficii periculum patiatur: niſi forte beneficium eccleſiæ fuerit, quod redimendum ei de manu laicali videatur.

ANNO CHRISTI 1179.

### Cap. X. (*a*) *Idem.*

Ex tranſmiſſa nobis conqueſtione (*b*) T. & matris ejus, innotuit, quod pater ejus qui eſt de hac luce ſubtractus, terram ſuam de * (*c*) Dullis, monachis de Wardone pro quadam pecuniæ ſumma, pignori obligavit: qui licet exinde ſortem ſuam & ultra receperint, eam tamen ſibi reddere contradicunt. Quia vero uſurarum crimen Deo & hominibus abominandum exiſtit, & tanto gravius in eccleſiaſticis & religioſis perſonis eſt reprehendendum, quanto magis ſe & alios e peccatorum laqueis tenentur eruere: fraternitati tuæ, *&c.* quatenus rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi tibi conſtiterit quod prædicti monachi de præfata terra ſortem ſuam deductis expenſis receperint, eos attentius moneas, & ſi neceſſe fuerit, appellatione remota, eccleſiaſtica diſtrictione compellas, ut memorato * T. & matri ejus prædictam terram abſque difficultate reſtituant pacifice poſſidendam.

* Dullen,

* Teſaleyſi.

## DE JURAMENTIS SERVANDIS.

PARS XVII.

### Cap. I. *Idem.*

Si vero aliquis quemquam graviſſimo metu ſub religione juramenti jus ſuum refutare coegerit, ipſum quoque ſibi retinuerit, quia nos conſulere voluiſti, alter, an neuter, id habere debeat: hoc tibi duximus reſpondendum, quod non eſt tutum, quemlibet contra juramentum ſuum venire, niſi tale fuerit juramentum, quod ſervatum vergat in interitum ſalutis æternæ: nec nos cuilibet ex reſponſione noſtra volumus dare materiam contra juramentum ſuum venire, ne authores perjurii eſſe videamur. Unde aliquando in Romana eccleſia a pluribus & a prædeceſſoribus noſtris factum eſſe recolitur, quod clerici, qui coacti eccleſiæ miniſterium abjuraverunt, de juramento abſolutionis beneficium meruerunt: & ad coercendam improbitatem eorum, qui eccleſiaſticos viros ad præſtandum illud juramentum impulerant, permiſſi ſunt in eadem eccleſia miniſtrare.

### Cap. II. (*d*) *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Inſinuatum eſt nobis ex parte Vv. quod cum ipſe capellam de N. canonice fuiſſet adeptus, canonici de (*e*) Lanſtanet ſuper eadem eccleſia hujuſmodi conventionem fecerunt, quia ipſi eamdem

(a) *Idem Lundon. epiſc.* (b) *T. Scalers*, & ſic ubique. (c) *de Dulechan monachis de VVarſanie.*
(d) *Idem Decano Ceſorenſi & Archid. de Beder.*
(e) *de Lameſtanter.* Manſ.

ANNO CHRISTI 1179.

dem eccleſiam tenere a præfato Vv. & exin- de (a) ei annuum canonem deberent perſolvere. *Et infra*: Sed quia compoſitio eorum (b) huic fuit damnoſa, de juramento violato pœniten- tiam recipiant, & prælibatam eccleſiam prædicto clerico reſtituant.

CAP. III. *Idem Santonenſi & Bilonenſi epiſcopis.*

De reſcripto quod nobis eſt præſentatum, ma- nifeſte nobis innotuit, R. quondam Trevorcnſem abbatem cum VV. ſuper ſumma ſeptem millium ſolidorum taliter conveniſſe, *&c. Et infra*: Su- per hec quidem prædictus abbas de monachis ob- ſides quoſdam dedit, qui de obſervanda conven- tione juramentum dederunt, ut ſi ipſi deceſſe- rint, alii monachi loco eorum in hoſtagio re- verterentur. Inſuper ſi dicti monachi fidem non ſervarent, abbas dedit eidem VV. I. & ejus uxo- rem fidejuſſores: qui ſimiliter fidem præſtitiſſe dicuntur. Si ita eſt, tam abbatem & monachos qui juraverunt, quam I. & ejus uxorem ſtudio- ſe monere curetis: ut ſicut juraverint, eamdem conjurationem faciant adimpleri. Si vero com- monitionem veſtram facere neglexerint, eidem abbati & monachis ingreſſum eccleſiæ interdica- tis, & in terra præfati I. & uxoris ejus uſque ad dignam ſatisfactionem inhibeatis Divina offi- cia celebrari.

CAP. IV. *Idem Norvvicenſi epiſcopo.*

Tua nos fraternitas duxit conſulendos, cui ſtandum ſit juramento, cum clericos quidam re- ligioſi jurisjurandi religione conſtringunt ad ma- jorem penſionem ſolvendam, vel præſtandum aliquid nomine beneficii, præter ſolitam penſio- nem. Cum autem inſtituuntur ab epiſcopis, ju- rant quod antiquam penſionem & ſolitam non augebunt. Tuæ igitur conſultationi breviter re- ſpondemus, quod poſterius juramentum, quod ratione & Laterani concilii authoritate juvatur, primo præjudicat, quod de cupiditate proceſſit. Juſtum eſt autem, ut clerici ſic perplexi, pro perjurio quod vitare non poſſunt, ab eccleſiis perpetuo excludantur.

CAP. V. *Idem Londonienſi & Wigornienſi epiſcopis.*

Querelam R. clerici Lincolnienſis eccleſiæ ac- cepimus, quod cum VV. Salvagius clericus ei duos Byzantios nomine eccleſiæ de Stantun. an- nis plurimis perſolviſſet, & ſe illos annuatim perſoluturum interpoſito ſacramento firmaſſet, contempta religione ſacramenti, jam per bien- nium ab hujus penſionis ceſſavit ſolutione. Quo- niam igitur non tenentur eccleſias regere, qui ſunt crimine irretiti perjurii: fraternitati veſtræ, *&c.* quatenus partes ante præſentiam veſtram convocetis, & ſuper his rei veritatem curetis di- ligenter inquirere: & ſi vobis conſtiterit, me- moratum VV. contra juramentum ſuum non ne- ceſſitate, ſed voluntate, a penſionis ſolutione ceſſaſſe, ipſum a præſcripta eccleſia, authorita- te noſtra, contradictione & appellatione ceſſan- te, removere curetis: & eccleſiam ipſam præfa-

A to R. reſtituere minime differatis, & ipſum fa- ciatis eam pacifice poſſidere.

CAP. VI. *Idem (c) Londonienſi epiſcopo.*

Si Stephanum contra compoſitionem fidei in- terpoſitione firmatam veniſſe conſtiterit, niſi manifeſtam rationem poterit allegare, ipſum præ- fata eccleſia & beneficiis ejus, appellatione ceſ- ſante, non differas ſpoliare, & eam VV. cum integritate reſignes.

CAP. VII. * *Idem ex regiſtro Gregorii.* * *f.* Item

Pervenit ad nos, Laodicenum epiſcopum ab
B Arnulpho comite rebus ſuis ſpoliatum, & ad nequitiæ augmenta gladiis jurare compulſum, quod ablata nunquam repeteret, & hujus tanti ſceleris veniam ſibi impetraſſe rogat. Cognita itaque contumelia, ſibi * B. Petro valde dolui- mus, aſſerentes ejus fraternitatem nullius jura- mentis vinculis poſſe adſtringi, quia nefandiſſi- ma coactione juraverat: cum tamen apoſtolica authoritate abſolvimus. * *f.* ſibi & B. Petro il- lata.

PARS XVIII.

## DE CLERICIS MATRIMONIO copulatis, vel aliis fornicarias habentibus.

CAP. I. *Alexander III. Salernitano epiſcopo.*

C

Clericos autem in ſacris ordinibus conſtitu- tos, qui in domibus ſuis propriis publice de- tinent concubinas, ad eas abjurandas volumus a tua fraternitate compelli, ne in eamdem forni- cationem inſtinctu diabolicæ fraudis redeant, & inſuper reatum perjurii incurrant. Unde ipſos per ſuſpenſionis & interdicti ſententiam arctius cogere debes, ut mulieres ipſas ita a ſe remo- veant, ut de ipſis ſiniſtra ſuſpicio non habeatur.

CAP. II. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo & ejus ſuffraganeis.*

Sicut ad extirpanda vitia, quæ periculum pa-
D riunt animarum, ſummopere nos decet intende- re: ita etiam nos convenit germina virtutum propagare, ex quibus Dei fidelibus ſalutis aug- mentum, & ſacris eccleſiis decor proveniat ho- neſtatis. Unde cum in Anglia prava & deteſta- bili conſuetudine & longo tempore fuerit obten- tum, ut clerici in domibus ſuis fornicarias ha- berent, neque * volentes, tam grave ſcandalum * *f.* nos. a populo removere, & prædictos clericos ad ho- neſtatem eccleſiaſticam reducere: fraternitati ve- ſtræ, *&c.* quatenus clericos juriſdictionis veſtræ, qui in ſubdiaconatu & ſupra, in domimus ſuis fornicarias habent, ſtudioſe monere curetis, ut a ſe illas, occaſione & appellatione ceſſan-
E te, removeant, eas ulterius non admiſſuri. Si vero infra 40. dies poſt commonitionem ve- ſtram vobis in his forte acquieſcere contempſe- rint, eos authoritate apoſtolica, appellatione remota, ab eccleſiaſticis beneficiis uſque ad con- gruam ſatisfactionem ſuſpendatis: & ſi eas ſu- ſpenſi detinere præſumpſerint, ipſos ab eiſdem beneficiis perpetuo removere curetis. Si qui au- tem clericorum ipſorum infra ſubdiaconatum ac- cipiant

(a) deeſt *ei*. (b) *Eccleſiæ fuit*.
(c) *London.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

cipiant uxores, ipſos ad relinquenda beneficia A eccleſiaſtica, ſi quæ habent, & retinendas uxores ſuas eccleſiaſtica diſtrictione compellatis. Sed ſi forte in ſubdiaconatu & aliis ſuperioribus ordinibus uxores accepiſſe noſcuntur, eorum uxores dimittere, & pœnitentiam agere de commiſſo, authoritate noſtra per ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiam, appellatione poſtpoſita, compellatis.

Cap. III. *Idem Londonienſi epiſcopo.*

Univerſalis ſolicitudo eccleſiæ, quam, providente Domino, gerimus pro eccleſiarum ſtatu, nos compellit propenſiori cura ſatagere; &, ut ſecundum Deum & juſtitiam diſponamus, vigi- B lem diligentiam & ſtudium adhibere. Accepimus autem, quod plerique in tuo epiſcopatu degentes, cum eſſent in acolytatus officio & infra conſtituti, uxores duxerint, & nihilo minus eccleſias, quas prius habebant, detinere præſumant. Unde, quoniam uxorati diviſi ſunt, & eos cogitare oportet, quomodo uxoribus placere valeant & ſervire, obſequiis ſolummodo Divinis non poſſunt intendere: fraternitati tuæ, *&c.* quatenus prædictos viros eccleſias libere & abſolute dimittere, appellatione ceſſante, compellas, & aliis eas perſonis idoneis, in ſacris ordinibus conſtitutis, concedas. Verum ſi qui illorum aliquando in eiſdem eccleſiis ſimplex prius beneficium habuerint, ipſum eis, excepto * magiſtro eccleſiarum, ſub diſſimulatione dimittere poteris.

*magiſterio.

Cap. IV. *Idem Hipponenſi & Salernitano epiſcopis. Pars capituli:* Continebatur.

Super eo quod aſſeris, quoſdam viros tuæ juriſdictionis in ſacris ordinibus conſtitutos, matrimonium contraxiſſe: hoc tuæ prudentiæ reſpondemus, quod ſi qui in diaconatu & ſupra, matrimonium contraxerint, cogendi ſunt uxores dimittere & continenter vivere: ita quod poſt actam pœnitentiam ex diſpenſatione poſſint in ſuis ordinibus miniſtrare. Si vero ſubdiaconi contraxerint matrimonium: eos, dummodo aute tales fuerint, quod timendum ſit, ne pro una pluribus abutantur, diſſimulare poteris cum ſuis mulieribus remanere: quia tolerandum eſt malum, ut pejora vitentur.

Cap. V. *Idem Herefordenſi epiſcopo: Pars capituli:* Super eo quod quæſitum eſt.

Sane de clericis inferiorum ordinum, qui in conjugio conſtituti, diu eccleſiaſtica beneficia ex conceſſione prædeceſſorum noſtrorum habuere, a quibus ſine magno diſcrimine ac effuſione ſanguinis non poſſunt privari, fraternitati tuæ id duximus reſpondendum; ut quia ibi natio & barbarica gens, & multitudo eſt in cauſa, eos ſub diſſimulatione ſuſtineas eccleſiaſtica beneficia tam diu habita poſſidere: proviſurus attentius, ne deinceps clericis conjugatis eccleſiaſtica beneficia conferantur. Sed nec eorum aliqui ad ſacros ordines vel eccleſiarum adminiſtrationes admittantur, niſi caſtitatem forte voverint, & perpetuo ſervent, & qui unicam & virginem habuerint uxorem.

Cap. VI. *Idem VVigornienſi epiſcopo.*

Inter cetera ſolicitudini tuæ convenit ſtudioſe diligenterque attendere, ut tales eccleſiis tuæ gubernationi commiſſis miniſtros ordines & proponas, qui domui Domini ſciant decenter diſponere, & populo Domini ſciant præeſſe & prodeſſe. Pervenit autem ad audientiam noſtram, quod quidam in tua diœceſi commorantur, qui ſe eccleſiaſticæ profeſſionis eſſe fingentes, cum tamen eccleſiaſtica beneficia habeant, matrimonium contrahunt, & adepta beneficia nihilominus obtinere contendunt. Alii autem, licet filii ſacerdotum exiſtant, partibus ſuis quaſi jure hæreditario ſuccedunt: & in his poſtmodum (a) conſtituti, minus licite promoventur. Quod quia indignum eſt, & ſanctorum canonum inſtitutionibus noſcitur penitus obviare: fraternitati tuæ, *&c.* quatenus illos qui infra ſubdiaconatum matrimonium contraxerunt, a ſuis uxoribus nulla ratione permittas divertere: niſi de communi conſenſu illi ad religionem tranſire voluerint, & ibi in Dei ſervitio jugiter commorari. Si autem cum uxoribus vixerint: eccleſiaſtica beneficia, quæ ad illos tantum, qui aſſidue in Dei ſervitio perſiſtunt, ſpectare noſcuntur, non debent ullatenus obtinere. Illi vero qui in ſubdiaconatu & ſupra ad matrimonium convolaverunt, poſſunt & debent mulieres invitas & renitentes C relinquere: nec hujuſmodi conjunctio matrimonium, ſed contubernium eſt potius nuncupandum.

Cap. VII. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

De ſacerdotibus publice fornicarias habentibus diſcretioni tuæ nihilo minus præcipiendo mandamus, ut eos diligenter convenias, & attentius commoneas, ut fornicarias ſuas dimittant, & a ſe prorſus expellant. Quod ſi forte admonitionem tuam facere contempſerint, ſed in immunditia ſua duxerint perſiſtendum: tu eos, appellatione remota, ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico non differas ſpoliare.

D

Cap. VIII. *Idem Londonienſi epiſcopo.*

Si autem clerici tuæ juriſdictionis, ſive ſint in ſacris ordinibus, ſive in inferioribus conſtituti, fornicarias detinent, niſi eas ad ſecundam & tertiam commonitionem tuam a ſe dimiſerint. eas contempturi; de cetero liceat tibi eos eccleſiis vel earum portionibus, ſi quas habent, appellatione poſtpoſita, ſpoliare, & ipſis Divina officia interdicere.

Cap. IX. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo.*

Super eo quod aſſeris A. presbyterum fornica- E riam detinere, & eum ad crebram admonitionem tuam dimittere nolentem, ab officio ſuſpenſum: prudentiæ tuæ reſpondemus, quod ſi ſuper hoc appellatum fuerit ad præſentiam noſtram, ſi contigerit ipſum ad nos accedere, prout expedire viderimus, petitionem ejus & audaciam corrigemus. Si vero non venerit ad præſentiam noſtram, ſuſpenſionis ſententiam in eum propter hoc latam, tam diu volumus obſervari, donec fornicariam ſuam a ſe abjiciat, & vi-

(a) *conſtituti ad ſacros ordines.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

A & vivat, ſicut decet presbyterum, continenter. Porro ſi litteras a nobis obtinuerit, quæ facti ſeriem non contineant, nolumus ipſas ſibi prodeſſe.

### Cap. X. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Cum in Cantuarienſi provincia, ubi legationis officio fungeris, quod tibi commiſimus, multi clerici ſint, qui in domibus ſuis fornicarias habere dicuntur: ſatis grave eſt, quod in ſpurcitia vitiorum eorum eos permanere permittas, qui ad reſecanda vitia & præparandas virtutes diligens omnino & ſolicitus eſſe deberes. Unde fraternitati tuæ, &c. quatenus ſi qui clerici provinciæ tuæ concubinas vel fornicarias habent, B eos conſtanter admoneas, & ſi opus fuerit, eccleſiaſtica diſtrictione compellas, ut concubinas & fornicarias a ſe, dilatione & appellatione poſtpoſita prorſus amoveant, eas vel alias nequaquam ulterius admiſſuri. Si qui autem eorum ita fuerint pertinaces, quod noluerint in hac parte mandatis tuis parere: ipſos ab eccleſiis quas habent, appellatione remota, non differas ſpoliare.

### Cap. XI.

De cetero quia Stephanus clericus * (*a*) Devellentin. in archidiaconatu prædicti (*b*) archiepiſcopi adulteram in domo ſua & commatrem dicitur detinere: ſi hoc publicum eſt & manifeſtum, C ob tantum exceſſum, animadverſione debita, nullius contradictione & appellatione obſtante corrigas.

* de Vellentin.

### Cap. XII. *Item.*

De diacono qui in ſabbato ſancto quemdam alium diaconum vulneravit, & mulierem uxoris nomine ſuſcepit, hoc prudentiæ tuæ duximus reſpondendum: quod ſi contrito & humiliato animo ad eccleſiam redire voluerit, dimiſſa illa quam in uxorem accepit, cum non poſſit, ſicut noſti, contrahere matrimonium, ipſum recipere potes & abſolvere a ſententia excommunicationis, D quam pro violenta manuum injectione noſcitur meruiſſe; & injuncta ſibi pœnitentia de utroque exceſſu, poſt peractam pœnitentiam poteris ei diaconatus officium reddere, & etiam diſpenſative, ſi perfectæ vitæ & converſionis * fuerit, in presbyterum ordinare.

* ſ. converſationis.

### Cap. XIII. *Idem * Exonienſi epiſcopo.*

* Oxonienſi

Significatum eſt nobis, quod quidam ſubdiaconi in tua diœceſi commorantes, matrimonium contrahere præſumpſerunt, & ſicut laici quilibet, cum uxoribus commorantur. Unde quoniam id, ſicut tua non ignorat diſcretio, ſacrorum canonum obviat inſtitutis: fraternitati tuæ, &c. quatenus, E cujuſmodi vitæ ſubdiaconi ante contractum matrimonium extiterint, & quales futuri credantur, ſi uxores dimiſerint, diligenter ac ſtudioſe inquiras, & ſi eos honeſtæ vitæ ante contractum matrimonium fuiſſe, aut dimiſſis illis quæ uxores eorum eſſe dicuntur, caſte victuros credideris, tu ipſos mulieres a ſe dimittere moneas diligentius, & appellatione remota, diſtricte compellas. Si autem antea diſſolutæ vitæ fuerint, aut illis, quas tenent, dimiſſis, in deteriora lapſuri credantur, & plures pro una frequentare: tu id diſſimulare poteris, & pro graviori lapſu vitando, quod inſimul maneant ſuſtinere: ita tamen quod ad altaris miniſterium non accedant, nec eccleſiaſtica beneficia percipiant. Verumtamen ſi tales aliqui, eccleſiæ perſonas gerunt: aut eccleſias, aut uxores prorſus dimittere ſunt cogendi.

### Cap. XIV. *Idem decano & canonicis Lincolnienſibus vel Lemovicenſibus.*

Cum inſtitiſſet apud nos lator præſentium H. parochianus veſter, ut de ordine ſubdiaconatus, ad quem recipiendum * minus enormiter & inordinate ſe ingreſſerat, cum eo miſericorditer ageremus; nec potuiſſet, ſicut nec debuerat, in parte proficere: tandem tamen a nobis licentiam poſtulavit, ut poſſet ſibi aliquam in matrimonio copulare, Nos itaque ſtudioſius attendentes, quomodo prædictus ordo, cum nullam ſibi dignitatem attulerit vel honorem, matrimonium ejus non impedit: diſcretioni veſtræ, &c. quatenus ſi matrimonium legitime duxerit contrahendum, nullus veſtrum eum a contracto matrimonio, prædicti ordinis obtentu, prohibere præſumat, nec ſibi propter hoc moleſtiam inferat vel gravamen.

* ſ. nimis

### Cap. XV. *Idem VVigornienſi epiſcopo.*

Ex parte prioris & fratrum (*c*) de Wellebec nobis innotuit, quod C. presbyter, qui habet vicariam in eccleſia ipſorum (*d*) de Hortun, publice concubinam tenet, & ſicut laicus quilibet tabernas frequentare non erubeſcit. Sed quia indecens & rationi contrarium eſt, ut ii qui altario ſerviunt, fœminarum amatores ſint, cum eos ſobrios & caſtos eſſe oporteat: fraternitati tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi eum talem inveneris, qualis eſſe deſcribitur, ipſum ab eadem eccleſia, occaſione & appellatione ceſſante, amoveas.

## DE ORDINATIONE FILIORUM SACERDOTUM, & eiſdem in eccleſiis paternis non tolerandis.

PARS XIX.

### Cap. I. *Idem VVirgornienſi epiſcopo.*

Conquerente nobis Milone clerico, quod cum R. presbyter eccleſiam beatæ Mariæ de Wicun, tanquam perſona diutius habuiſſet, & poſt mortem ejus idem Milo a Richardo Paciford domino fundi tibi fuiſſet præſentatus, R. filius presbyteri in ſacerdotio genitus, inſtitutionem ipſius clerici viſus eſt impedire, & ad habendam eamdem eccleſiam modis omnibus, quibus poteſt, adſpirat. Quoniam igitur indignum eſt, & canonicæ obviat ſanctioni, ut filii debeant patribus in eccleſiis ſuccedere: nos ad enormitatem iſtam eradicandam ſolicite volentes & diligenter intendere, fraternitati tuæ, &c. quatenus ſi publicum eſt, & notorium, patrem prædicti R. in præſcripta eccleſia perſonatum habuiſſe, filium ejus ibidem miniſtrare, aut ejuſdem eccleſiæ perſonatum habere, nullatenus patiaris.

(a) *Vallenton.* (b) *Archidiaconi.* (c) *ſ de Vam.* (d) *de Hoſtona.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

tiaris. Sed ſi forte * aliqua cauſa inſtitutus eſt, ibi eum, appellatione remota, auctoritate noſtra non differas amovere, & memoratum Milonem, ſicut fuerat ad ipſam eccleſiam præſentatus ab eo, ad quem præſentatio ſpectare dinoſcitur, ibi, dummodo alias idoneus ſit, contradictione & appellatione ceſſante, non poſtponas recipere, ipſumque facias prædictam eccleſiam quiete poſſidere.

* alia.

## Cap. II. *Idem Dunelmenſi epiſcopo.*

(*a*) Quod ſuper his, de quibus dubitas, a nobis poſtulas edoceri, & ab animo tuo dubitationem auferri, ſolicitudinem tuam & diligentiam, ſicut dignum eſt, commendamus: & conſultationi tuæ (*b*) libenter in eo quod poſſumus reſpondemus. (*c*) Inde eſt quod a nobis devotio tua poſtulavit, utrum filii ſacerdotum, ſi idonei inventi fuerint, ad ſacros ordines promoveri poſſint, vel eis cura animarum committi. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod filii ſacerdotum, niſi in monaſterio vel canonica regulari probatæ vitæ fuerint & converſationis habiti, ad diaconatum vel ſacerdotium non debent admitti.

## Cap. III. *Pars capituli:* Ex inſinuatione.

Ad præſentiam noſtram accedens R. presbyter, tacita veritate quod eſſet filius ſacerdotis, per fraudem a nobis litteras impetravit, ut eccleſia de Bilesbi, in qua R. pater ejus miniſtraverat, capellanus exiſteret. Quia vero nulli fraus vel dolus patrocinium præſtare debet, diſcretioni tuæ, *&c.* quatenus infra 40. dies poſt harum litterarum ſuſceptionem, rei veritatem diligenter inquiras: & ſi tibi conſtiterit, quod memoratus R. ſit in ſacerdotio genitus, & quod pater ejus in eadem eccleſia miniſtraverit, non obſtantibus litteris noſtris, ipſum exinde, omni occaſione & appellatione ceſſante, amoveas.

## Cap. IV. *Idem Wigornienſi epiſcopo.*

Præſentium tibi auctoritate jubemus, ut filios ſacerdotum in paternis eccleſiis miniſtrare, vel eas occaſione aliqua obtinere, nullatenus permittas, & ipſos ab eccleſiis in quibus patres eorum miniſtrare noſcuntur, ceſſante omni appellationis obſtaculo, ſtudeas penitus amovere.

## Cap. V. *Idem Londonienſi epiſcopo.*

Veniens ad præſentiam noſtram VV. presbyter lator præſentium, ſupplici nobis aſſertione propoſuit, quod cum ipſum ad eccleſiam ſancti Laurentii de Novoburgo, quam ei conceſſiſti & aſſignaſti, articulaſſes, & ad eamdem in presbyterum ordinaſſes, ipſum poſtea præſcripta eccleſia ſpoliaſti, eo quod pater ejus in præſcripta eccleſia miniſtravit. Quia vero ad noſtrum ſpectat officium, viris eccleſiaſticis paterna proviſione conſulere: fraternitati tuæ, *&c.* quatenus, ſi tibi innotuerit, quod pater ejuſdem presbyteri in præſcripta eccleſia miniſtraverit, quando eum inſtituiſti, ipſam eidem, dilatione & appellatione ceſſante, in pace dimittas, amoto alio ſi quem A inſtituiſti. Verum ſi te ignorante, quod pater ejus in eadem eccleſia miniſtraverat, ipſam ei aſſignaſti, ex quo ad eccleſiam ipſam eum in presbyterum ordinaſti, ſibi reſtituas, donec in alia eccleſia ei provideas, unde honeſte valeat ſuſtentari, & ſibi nullam ſuper præſcripta eccleſia moleſtiam vel gravamen inferas.

## Cap. VI. *Idem B.*

Propoſuit nobis præſentium lator R. quod cum ipſe ad eccleſiam de Salesbv a domino fundi fuiſſet præſentatus, tu cauſam * animarum noluiſti ſibi committere, vel huic rei aſſenſum tuum præſtare, pro eo quod erat filius ſacerdotis. B Super quo itaque diſcretionem tuam, ſicut dignum eſt, in Domino commendamus, & providentiam tuam gratam gerimus, accommodam & acceptam. Ceterum quia neceſſitatibus ejus & laboribus, quos ad nos veniendo ſuſtinuit, in tanta mentis affectione compatimur; indignum eſt autem, ut poſtquam ipſe in ſubdiaconatum eſt ordinatus, omni debeat eccleſiaſtici beneficii ſuſceptione carere: diſcretionem tuam per * A. S. monemus, ut aliquem honeſtum presbyterum cum aſſenſu ejuſdem presbyteri infra 40. dies poſt harum litterarum ſuſceptionem, contradictione & appellatione ceſſante, invenire ſtudeas, qui eidem eccleſiæ deſerviat: ita quidem, quod præfatus R. medietatem omnium beneficiorum C præſcriptæ eccleſiæ in ſuo ordine ſerviendo, Divino intuitu, quoad vixerit, noſtra & tua auctoritate pacifice debeat obtinere. Non enim ſolus presbyter Miſſarum ſolennia vel alia officia poteſt ſine miniſtri ſuffragio celebrare.

* *ſ.* curam

* Apoſtolica ſcripta.

## Cap. VII. *Idem Sarenſi & * Exonienſi epiſcopis.*

* Oxon.

Suggeſtum eſt nobis, quod cum I. dicatur filius ſacerdotis, *&c. Et infra:* Quia manifeſtum eſt & publicum, patrem prædicti I. perſonatum prædictæ eccleſiæ geſſiſſe; ipſum ab eadem eccleſia, ſi eam adeptus eſt, excludatis, nec ad ejus gubernationem ulterius aſſumatur. D Nolumus tamen ut propterea id in judicium deducatur, vel teſtes ſuper hoc producantur, dummodo factum ipſum manifeſtum ſit.

## Cap. VIII. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo, & Wigornienſi epiſcopo.*

Ex tranſmiſſa nobis conqueſtione VV. clerici accepimus, quod ad dilecti fratris noſtri abbatis de Caſtin præſentationem, in quoddam beneficium eccleſiæ de Winton, ſibi canonice conceſſum, E recipere diſtuliſti in præſenti, eo quod quidam, qui pater ejus dicebatur, in præfata miniſtravit eccleſia. Præterea nobis ex parte ejus inſinuatur, quod memorato E. defuncto, media interceſſit perſona, cui prædictum collatum eſt beneficium. Inde eſt quod fraternitati veſtræ, *&c.* quatenus ſi prædicta conſtiterint, prænominatum VV. in poſſeſſionem ei collati beneficii * mittere non differas, omni occaſione & appellatione ceſſante. Nec ideo minus obſervare reſcripta apoſtolica decet, quia hæc in eccleſia Dei hæreditariam deteſtantur ſucceſſionem, ut cano-

* Inducere.

(a) *Deſideras.* (b) *reſpondemus tantum.* (c) *inde eſt quod debeant.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

canonicam approbent in poſterum poſſeſſionem. Porro * ſi is ex. A. inter. non poſſint, alter nihilo minus exequatur.

* *Forte*, ſi his exſequendis; ambo intereſſe non poſſunt, &c.

## Cap. IX. *Idem Wigornienſi epiſcopo, & priori de Luciwvredin.*

Conſtitutus in præſentia noſtra G. clericus lator præſentium, ſupplici nobis inſinuatione monſtravit, quod cum capellam de Streiton canonice fuiſſet adeptus, & eam pluribus annis pacifice tenuiſſet, R. miles ipſum præſcripta eccleſia ſine judicio & juſtitia ſpoliavit. Cumque memoratus clericus exinde epiſcopo querelam depoſuiſſet, objectum fuit ei quod pater ejus in eadem eccleſia miniſtravit, & præſcriptam capellam non potuit rehabere. Quia vero ad noſtrum ſpectat officium, inſolentiam laicorum contra viros eccleſiaſticos debita ſeveritate compeſcere: diſcretioni veſtræ, *&c.* quatenus rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi vobis conſtiterit, quod idem clericus a præſcripta eccleſia per manum laicalem fuerit ejectus, & quod pater ejus præfatæ capellæ perſona ſeu vicarius perpetuus non fuerit: licet in eadem nomine ipſius G. quandoque miniſtravit, ipſam ſibi cum reditibus inde perceptis, amoto alio, ſi quis eam detinuit, dilatione & appellatione & occaſione ceſſante, reſtituatis, litteris noſtris, ſi quæ ſunt impetratæ, veritati & juſtitiæ non præjudicantibus, & ipſum, ſicut eam canonice adeptus fuit, faciatis pacifice poſſidere. Porro ſi * ex in n. po . . . . alter, adhibitis ſibi viris diſcretis & honeſtis, ea nihilo minus exequatur.

* *Forte*, ſi his exſequendis intereſſe non poteſtis ambo, alter &c.

## Cap. X.

Ex tua parte nobis propoſitum eſt, quod cum olim ad conſultationem tuam ſuper filiis ſacerdotum tales litteras ſuſcepiſſes a nobis, ut eos poſſis in eccleſiis, quas patres eorum nullo mediante poſſederant, ſuſtinere, quos * bonæ vitæ & ſanæ converſationis cognoſceres, vel quos eas longo tempore tenuiſſe conſtaret: quidam ad judices litteras impetraverunt, ut ſi conſtaret eos eſſe filios ſacerdotum vel clericorum qui proxime ante eos eccleſias tenuerunt, ſuper his imponant eis, appellatione ceſſante, ſilentium, & eccleſias iſtas eis aſſignent: quamvis in eis ſe oſtendere nequeant per epiſcopum inſtitutos. Super quo tibi reſpondemus, quod ſi per priores litteras noſtras cum aliquibus clericis diſpenſaſti, diſpenſationem tuam poſteriorum litterarum noſtrarum intuitu nolumus irritari, ſed eam præcipimus ſervari illibatam. Alios vero clericos laicæ donationis intuitu in eccleſiis, ipſis parochiali jure ſubjectis, ſine auctoritate pontificis inſtitui, aut inſtitutos in eis remanere, auctoritate apoſtolica prohibemus.

* probatæ

## PARS. XX. DE JUDÆIS, ET NE CHRISTIANI mancipia eorum fiant.

## Cap. I.

Sicut Judæis non debet eſſe licentia, ultra quam permiſſum eſt lege, in ſynagogis ſuis præſumere: ita in eis quæ conceſſa ſunt, nullum debent præjudicium ſuſtinere. Hos ergo, cum in ſua magis velint duritia permanere, quam prophetarum verba arcana cognoſcere, atque Chriſtianæ fidei & ſalutis notitiam habere: quia tamen defenſionem & auxilium noſtrum poſtulant, ex Chriſtianæ pietatis manſuetudine prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Calliſti & Eugenii Romanorum pontificum veſtigiis inhærentes, ipſorum petitiones admittimus, eiſque protectionis noſtræ clypeum indulgemus. Statuimus enim, ut nullus Chriſtianus invitos vel nolentes eos ad baptiſmum venire compellat: ſed ſi eorum quilibet ad Chriſtianos fidei cauſa confugerit, poſtquam voluntas ejus fuerit patefacta, Chriſtianus abſque calumnia efficiatur. Veram quippe Chriſtianitatis fidem habere non creditur, qui ad Chriſtianorum baptiſmum non ſpontaneus, ſed invitus cognoſcitur pervenire. Nullus etiam Chriſtianus eorum quemlibet ſine judicio poteſtatis terrenæ vulnerare vel occidere, vel ſuas eis pecunias auferre præſumat: aut bonas, quas hactenus in ea quam prius habitabant regione habuerunt, conſuetudines immutare. Præſertim in feſtivitatum ſuarum celebratione quiſquam fuſtibus vel lapidibus eos nullatenus perturbet: nec aliquis ab eis coacta ſervitia exigat, niſi ea quæ ipſi præfato tempore facere conſueverunt. Ad hæc malorum hominum pravitati & nequitiæ obviantes decernimus, ut nemo cœmeterium Judæorum mutilare * vel invidare audeat, ſive obtentu pecuniæ corpora humana effodere. Si quis autem hujus decreti tenore agnito, quod abſit, temere contraire præſumpſerit, honoris & officii ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ſententia plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit.

Diſt. 45. Qui ſincera

* *al.* invigilare,

## Cap. II. *Idem.*

Licet univerſis Dei fidelibus ex commiſſi nobis officii debita debeamus proviſione adeſſe: attentius tamen eccleſiaſticos viros a pravorum moleſtiis malignantium vigili cura defendere, ad quorum regimen ſpecialius ſumus, licet inſufficientibus meritis, providentia * deputati. Perlatum eſt autem ad audientiam noſtram, quod Judæi in civitate veſtra commorantes, ad tantam ſuperbiam & elationem pervenerunt, quod ſi quando inter eos & quemlibet clericum, ſive inter vos & ipſos, cauſa emerſerit, vos ad ſæcularem judicem trahunt, & coram quocumque judice vobiſcum litigant per ſimplicem chartam abſque teſtibus, vel per unum qualemcumque Chriſtianum ſive Judæum, contra omnem rationem * & juſtitiam, ſententiam ſuam probare intendunt, & adverſus eos magnorum & bonorum virorum non recipiunt teſtimonium. Quia vero quod non eſt licitum Chriſtiano cuilibet, multo minus inimicis crucis Chriſti, ut ſcilicet viros eccleſiaſticos ad ſæcularem judicem trahant, & cauſæ ſuæ, unius tantum & non legitimo teſtimonio finem imponant: diſcretioni tuæ, *&c.* quatenus ſi inter vos & quoſcumque Chriſtianos ſive Judæos cauſa emerſerit, pro nullius vocatione, ad ſæcularem curiam, ut ibi de negotio tractetis, aut * judicem ſæcularem ibi accedere præſumatis. Sed ſicut juſtitia exigit, & æquitatis ratio poſtulat, in qualibet cauſa Chriſtiani, & maxime clerici, ad minus duorum vel trium teſtium, * qui ſint probatæ vitæ & converſationis, admittatis, juxta illud Dominicum: *In ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum*. Quia licet quædam ſint cauſæ, quæ plures quam duos exigant teſtes: nulla tamen eſt quæ unius tantum, quamvis legitimo, teſtimonio terminetur. Ad hæc præſentium auctoritate tibi ſignificamus atque præcipimus, quatenus omnibus Chriſtianis,

11. qu. 11. Religioſa.

* *f.* divius deputati.

* & inſtrumentum, cauſam ſuam.

* *f.* ante

* *Cor.* teſtimonium. *Matth.* 18.

ANNO CHRISTI 1179.

ſtianis, qui ſunt in veſtra juriſdictione, penitus interdicatis: & ſi opus fuerit, eccleſiaſtica diſtrictione prohibeatis, ne ipſi Judæorum ſervitio aſſidue pro aliqua mercede ſe exponant. Obſtetricibus etiam & nutricibus Chriſtianis omnibus prohibere curetis, ne infantes Judæorum in domibus eorum nutrire præſumant: quia Judæorum mores & noſtri in nullo concordant, & ipſi de facili ob frequentem converſationem & aſſiduam familiaritatem, inſtigante humani generis inimico, ad ſuam ſuperſtitionem & perfidiam, ſimplicium animos inclinarent. Præterea parochianis veſtris uſuram accipere omnibus modis interdicatis; quia uſurarum crimen utriuſque teſtamenti pagina deteſtatur. Quod ſi monitis veſtris parere contempſerint, ſi clerici ſunt, eos ab officio & beneficio ſuſpenſos, cum litteris veſtris rei veritatem continentibus, ad præſentiam noſtram mittere non differatis. Si laici fuerint, uſque ad dignam ſatisfactionem vinculo excommunicationis eos adſtringatis.

### Cap. III. *Idem*.

Non ſine multa admiratione auditur & creditur, quod Judæi parochias eccleſiarum per provinciam veſtram, emptionis ſive conductionis, aut etiam pignoris titulo, contemptu Dei & fidei Chriſtianæ inſtitutionis, detinent occupatas: & cum reditus eiſdem eccleſiis non ſolvantur, hæ eccleſiæ penitus deperiſſe jam noſcuntur. Quia igitur ad ea corrigenda quæ ſunt Divinæ majeſtati contraria, & a fidei Chriſtianæ inſtitutionibus aliena, promptos nos decet & diligentes exiſtere: fraternitati tuæ, &c. quatenus ſi qui Judæi ſunt in provincia veſtra, qui tali modo parochias detineant, ipſos ad eas dimittendas, requiſito prius & habito conſenſu cariſſimi in Chriſto filii noſtri Henrici illuſtris Anglorum regis, arctius compellatis; aut ſi receptas detinuerint, aut parochias amodo receperint, ipſos cum omni diſtrictione cogatis, ut eccleſiis, quarum eædem parochiæ ſunt, debitos & collectos reditus cum integritate perſolvant. Prohibentes omnibus Dei fidelibus ſub interminatione anathematis, ne quis Judæis hominia vel fidelitates faciat: quoniam contrarium eſt ſacris canonibus, ut Chriſtiani debeant Judæis adſtringi. Si quis vero contra inhibitionem noſtram venire præſumpſerit, contradictione & appellante ceſſante, in eos excommunicationis ſententiam proferatis.

### Cap. IV. *Idem*.

Ad hæc cum ſacris canonibus cautum ſit, ne Judæi Chriſtiana mancipia habeant: præſentium tibi auctoritate præcipimus, quatenus ſublato appellationis remedio, anathematis interminatione jubeas publice, ne quis Chriſtianorum, alicujus Judæi mancipium efficiatur. Si quis autem contra prohibitionem tuam venire præſumpſerit, * eos ſublato appellationis remedio, eccleſiaſtica cenſura compellas,

* ſ. cum.

PARS XXI.

## DE MONACHIS ET MONIALIBUS ſine probatione ſuſceptis. Item in probatione poſitis, recedere volentibus.

### Cap. I.

AD audientiam noſtram noveris perveniſſe, quod eremitæ de monte Filiano quoſdam pueros infra decimumquartum annum in tantum ſeduxerint, quod quidam illorum, ſuaſionibus eorum aſſenſum præbentes, ad eccleſiam illorum accellerunt. Qui cum ſtatim religionis habitum induiſſent, unus prædictorum puerorum T. nomine, ſtatim pœnitens quod habitum ipſum ſuſcepiſſet, id quod fecerat ſuis parentibus intimavit: qui ad locum ipſum, mora poſtpoſita, accedentes, eum exinde extraxerunt: & cum ſtetiſſet ibi, niſi per unam noctem prout accepimus, præfati eremitæ & quidam alii eum non permittunt quamdam puellam ducere in uxorem, quam ipſe juravit in uxorem accipere, ac, ſicut dicitur, deſponſavit. Quocirca diſcretioni tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi tibi conſtiterit, quod præfatus T. ante conſummationem decimi quarti anni habitum ipſum ſuſceptum ſine probatione ſuſceperit, & infra triduum depoſuerit; cum ab impetitione prædictorum eremitarum vel aliorum in hac parte, occaſione & excuſatione & appellatione ceſſante, penitus abſolutum, & eam quam juravit accipere in uxorem, libere poſſe traducere, ſi alia rationabilis cauſa non impedit, denuncies.

### Cap. II. *Idem Herefordenſi epiſcopo*.

Super eo quod quæſitum erat a nobis ex parte tua, utrum ſacerdotes qui religionis habitum ſuſceperunt, & antequam eſſent vinculo profeſſionis adſtricti, ad priorem ſtatum reverſi ſunt, permittendi ſint eccleſias & curam animarum habere: & an clerici, ſi monachicum habitum ante oblatum profeſſionis libellum deferunt, ad ſacros ordines promoveri, & ad gubernationem animarum poſſunt aſſumi: ſanctitati tuæ taliter reſpondemus, quod ſi auſteritatem religionis, ad quam * tranſiſſe noſcuntur, ſervare noluerint, ad minorem religionem tranſire cogendi ſunt, nec amplius in eccleſiis ſæcularibus debent aſſumi, ne contra votum quod Domino fecerunt, in animarum ſuarum periculum probentur venire. Veruntamen ſi ante ſuſceptum habitum in probatione poſiti, recedere voluerint, ſecundum regulam beati Benedicti non videntur prohiberi ad priorem ſtatum redire. Sed illa videtur præcipere ut in eadem veſte redeant in qua venerunt.

* migraſſe

### Cap. III.

Meminimus nos ex parte tua hujuſmodi quæſtionem audiviſſe, ſcilicet utrum illi qui ſe ad religionem coram epiſcopo devoverunt tranſituros, & habitum religionis ſuſcipiunt, ſi & poſtmodum uxores duxerint, cogendi ſunt eas dimittere, & ad eccleſiam, qui ſe contulerant, redire. Super quo utique * decimus reſpondendo, quod ſi quiſpiam qui ſe religioni devovit, & habitu ſuſcepto profeſſionem fecit, poſtmodum ſibi aliquam copulavit, eſt ab ea cogendus recedere. Verum ſi habitum non ſuſcepit, nec profeſſionem fecit, ſed votum fecit, & ſe ad religionem tranſiturum promiſit: licet poſtea matrimonium contraxerit, non eſt cogendus ad eccleſiam tranſire, & matrimonii vota reſcindere. Item ex concilio Toletano, ut clerici qui ſe fingunt habitu & nomine monachos eſſe.

* damus reſponſum, quod

A

## DE SPOLIATIS RESTITUENDIS vel non.

### Cap I. *Idem Wigornienſi epiſcopo.*

SOlicite cures & diligenter, quo tempore H. renunciavit eccleſiæ. Et ſi vobis conſtiterit, ipſum ſpoliatum eſſe cum eidem eccleſiæ renunciavit: ſi hac vice tantum renunciavit, aut pluribus vicibus renunciavit præſcriptæ eccleſiæ, dummodo ſpoliatus renunciavit, contra eum teſtes alterius partis de juramento & de renunciatione ſpontaneæ facta, nullatenus admittas: quia non eſt veriſimile, quod ſponte juri ſuo renunciaverit, qui ſpoliatus renunciavit. Sed teſtes H. B qui pro ſe intendunt, quod violenter prædicta eccleſia fuit ſpoliatus, dummodo idonei ſunt, minime differas accipere.

### Cap. II. *Idem decano Lincolnienſi & abbati de Rivans.*

Accepta conqueſtione P. clerici, quod violenter eccleſia de Sprotebtur fuiſſe ſpoliatus, diſcretioni tuæ, ſi bene meminimus, dedimus in mandatis, ut ſi per officiales venerabilis fratris noſtri Eboracenſis archiepiſcopi, apoſtolicæ ſedis legati, ex conceſſione ipſius in eadem eccleſia introductus fuiſſet, & inde per violentiam exire coactus, eam ſibi auctoritate noſtra reſtitui fa C ciatis. Quibus cognitis, reſponſum eſt, ſicut nobis dicitur, ab adverſario iſta omnia non debere proficere, eo quod ſpontanea voluntate præſcriptam eccleſiam in præſentia præfati archiepiſcopi abjuraſſet. Quia vero non ſcripſimus idiotis, ſed diſcretis perſonis, & nitimur diſcernere quid ratio dictet: diſcretioni veſtræ injungimus præſentium auctoritate, ut rei veritatem diligenter & ſubtiliter inquiratis: & ſi vobis conſtiterit, quod præfatus P. nullo metu vel vi coactus, ſed ſpontanee, prælibatam eccleſiam abjuravit, ei ( omni contradictione & appellatione remota ) ſuper hoc perpetuum ſilentium imponatis.

### Cap. III. *Idem.*

Fratres Arcemarenes gravem ad nos contra abbatem ſuum tranſmiſere querelam, dicentes eum bona illius monaſterii dilapidaſſe, ipſumque inutilem & ſortilegum eſſe. Nuncius vero abbatis in præſentia noſtra conſtitutus, hæc omnia inſtantius denegabat: adjiciens præſcriptum abbatem ab adminiſtratione abſque rationabili cauſa deſtitutum. Ideo dilectioni veſtræ &c. quatenus ad locum in quo facilius poſſitis partes præſentes habere, & de cauſa cognoſcere, venientes, & quæ hinc & inde propoſita fuerint, audientes diligentius, negotium ipſum, omni gratia & amore poſtpoſito, terminare curetis: ita quod ſi vobis conſtiterit, prædictum abbatem irrationabiliter deſtitutum, ipſum reſtituatis. Si vero deſtitutus non eſt, cum inveneritis deſtituendum: illum auctoritate noſtra deſtituatis, indemnitati eccleſiæ, ſicut melius noveritis expedire, conſulentes. Verum ſi prædicti fratres ipſum canonice convicerunt de objectis, depoſitionis ſententiam * afferatis. Ceterum ſi præfati fratres, accuſationis libello porrecto, in probatione defecerint: abbati canonica purgatione injuncta, illos debita animadverſione puniatis.

* f. feratis.

### Cap. IV. *Idem VVigornienſi epiſcopo & Helienſi archidiacono.*

Audita querela dilecti filii noſtri T. clerici cariſſimi in Chriſto Scotorum regis, quod H. perſona eccleſiæ de Sandeta, ipſum ſuper eccleſia de Porten. indebite moleſtavit quam liberam tunc & vacantem ad præſentationem ejuſdem regis prædictus T. adeptus fuerat, licet idem H. ſponte juraſſe dicatur, quod ſuper eadem eccleſia de Porten. præfato T. nullam quæſtionem moveret: venerabili fratri noſtro Londonienſi epiſcopo, & tibi fili archidiacone, dedimus in mandatis, ut rei veritate diligenter inquiſita, ſi B vobis conſtaret, quod prædictus H. alterius eccleſiæ perſonatum haberet, vel juramento ſpontanee præſtito firmaverit, ſe memorato T. ſuper eadem eccleſia de cetero quæſtionem non moturum: ei exinde perpetuum ſilentium, appellatione remota, imponatis, & ab ejus impetitione eumdem T. abſolvere minime differatis. Poſtmodum vero nuncius præfati H. ad præſentiam noſtram accedens, conſtanti nobis aſſertione propoſuit, quod per violentiam idem H. eadem eccleſia fuerit ſpoliatus: & ideo ad vos litteras impetravit, ut ſi conſtaret vobis veritate cognita, ipſum H. ſpoliatum eſſe cum eidem renunciavit eccleſiæ, contra eum teſtes alterius partis de juramento & de renunciatione ſponta- C nee facta nullatenus reciperetis: ſed teſtes potius ipſius H, quibus intendebat poſſe probare, quia violenter præfata eccleſia ſpoliatus fuerit, dummodo eſſent idonei, non differretis recipere, & ſecundum eorum depoſitiones & rationes & allegationes hinc inde productas, in cauſa ipſa, remoto appellationis obſtaculo, quod juſtum eſſet, judicaretis: non obſtantibus litteris, ſi quæ aliæ ab alia parte impetratæ eſſent, tacita forma quam expreſſimus in aliis litteris ſuper hoc impetratis. Addimus inſuper, quod ſi in cauſa ipſa aliquid eſſet mutatum, poſtquam nuncius præfati Henrici iter arripuit ad noſtram præſentiam veniendi, totam cauſam ante ingreſſum principalis cauſæ, contradictione & appellatione D ceſſante, in eum ſtatum reduceretis, in quo fuiſſe dignoſcitur, cum nuncius ipſius H. eſt iter ipſum aggreſſus: niſi forte idem H. cum altera parte ſpontanea voluntate poſſet ſuper ipſa eccleſia convenire. Nunc autem ex litteris prædicti epiſcopi, & tuis fili archidiacone, nobis innotuit, quod vos priorum litterarum tenorem ſecuti, partes debita ſolennitate citaſtis: & cum poſt plures citationes die tandem peremptorio conſtituto, de jam dicti H. contumacia, legitima probatione vobis plenius conſtitiſſet, idonearum perſonarum teſtimonio cognoſcentes ſæpedictum H. alterius eccleſiæ perſonatum habere, E & ſpontanea voluntate eccleſiam de Porten. in facie eccleſiæ in perpetuum abjuraſſe, ei ſuper eadem eccleſia perpetuum ſilentium impoſuiſtis, & ab ejus impetitione prænominatum T. penitus abſolviſtis. Licet autem nuncius ejuſdem H. alias litteras, ſicut diximus, impetravit, formam aliam continentes, & quod revocari deberet, ſi quid immutatum eſſet in cauſa, poſtquam idem nuncius iter arripuit ad nos veniendi: quia tamen non intelleximus, nec intelligere volumus, ut ſi quid per judices delegatos factum eſſet, revocaretur in irritum authoritate noſtrarum litterarum: ſed ſi quid præſumptione vel violentia immutatum eſt. &c. diſcretioni veſtræ, &c. quatenus, ſi ante receptionem litterarum noſtrarum,

ANNO CHRISTI 1179.

quas nuncius præfati H. ſuper ipſa cauſa ad vos impetravit, memoratus epiſcopus, & tu fili archidiacone, ſuper jam dicta eccleſia ſententiam protuliſtis, eamdem, contradictione & appellatione ceſſante, ratam habeatis & firmam : nec eam obtentu litterarum poſteriorum revocare tenetis : ita quidem, quod ſi contra ſententiam ipſam aliquid ſtatuiſtis, id ſublato appellationis remedio revocetis, & præfatum H. contra eamdem ſententiam venire nullatenus permittatis ; ſed potius ſententiam, contradictione & appellatione poſtpoſita, faciatis authoritate noſtra inviolabiliter obſervari. Si vero poſt ſuſceptionem ſequentium litterarum ſententia lata fuerit, eadem ſententia non obſtante, in cauſa juxta tenorem litterarum ipſarum, appellatione poſtpoſita, procedatis: dummodo præfatus H. ſpoliatus fuerit, eadem ſententia non obſtante ; & per violentiam ſpoliatus, illud præſtiterit ſacramentum.

Cap. V. *Idem Lexovienſi epiſcopo. Pars capituli:* In litteris, *ſupra de poteſtate judicum*.

Super illa quæſtione, videlicet cum quis dicit ſe de poſſeſſione violenter eſſe ejectum, & adverſarius dicit eum non fuiſſe canonice inſtitutum, hujuſmodi tibi damus reſponſum: Prius de violenta ejectione, quàm de canonica inſtitutione agi debet : quia prædo etiam eſt ſecundum rigorem juris reſtituendus.

Cap. VI. *Idem eidem in eadem.*

Item cum aliquis dicit ſe de poſſeſſione ejectum. vel adverſarium clam poſſeſſionem intraſſe, & adverſarius ei crimen objiciat, ut eum ratione criminis a ſua intentione repellat : non occurrit nobis, quod illius objectio debeat admitti, vel executio principalis cauſæ propter hoc retardari : quoniam criminaliter adverſus eum agere non poteſt, cum ipſum conſtet ejus inimicum exiſtere.

Cap. VII. *Idem VVigornienſi epiſcopo.*

Abbas ſancti Eadmundi, a quo R. lator præſentium patrimonium ſuum tenere dignoſcitur, milites ſuos & burgenſes ad domum prædicti R. miſit, qui eum a domo & univerſa poſſeſſione ſua expellerent, niſi eccleſiam ſuam penitus abjuraret. Quod cum idem R. tali modo coactus feciſſet, abbas prædictam eccleſiam alii conceſſit. Unde, quia quæ metu & vi facta fuerunt, de ratione juris & ordine in irritum debent revocari fraternitati tuæ, *&c.* quatenus prædicto R. ſi ita conſtiterit, omnia cum integritate reſtituas.

Cap. XIII. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo, & Wigornienſi epiſcopo.*

Præcipimus ut N. reſtitui faciatis eccleſiam, non obſtante quantum ad reſtitutionem, ſi poſt ejectionem ei objicitur, quod filius illius fuit perſonæ, qui in eadem eccleſia proximo miniſtravit, vel quod ab eo annuam penſionem acceperit.

Cap. IX. *Idem Wigornienſi epiſcopo, & abbati de ſancto Albano.*

Quia VV. qui violenter dicebatur eccleſiam de N. ingreſſus, defunctus eſt, ut accepimus, A & Nigellus in eadem eccleſia intruſus: volumus & præcipimus, ut ſecundum formam litterarum inter ipſum & Patricium judicetur ratione mediante, ſicut inter eumdem & præfatum VV. ſi viveret, judicaretur.

ANNO CHRISTI 1179.

# DE JURAMENTO

## CALUMNIÆ,

PARS XXIII.

Cap. I. *Item Honorius II. omnibus epiſcopis orientalibus.*

INhærentes veſtigiis prædeceſſorum noſtrorum, dicentium graviores per ſummum pontificem B terminari debere quæſtiones: noſtrorum fratrum conſilio diligenter inquiſito, hujus cauſæ ſpeciem irrefragabiliter Deo opitulante terminantes decidimus. Legibus itaque cautum eſſe comperimus, ut nullus clericus jurare præſumat: alibi vero reperitur ſcriptum, ut omnes principales perſonæ in primo litis exordio jusjurandum de calumnia ſubeant. Nonnullis legisperitis & aliis ſapientibus venit in dubium, utrum clericus jusjurandum præſtare debeat, an alii perſonæ liceat hoc officium delegare. * Quia enim illud conſtitutionis edictum, ut clerici jurare prohibeantur, a * Marco Auguſto Conſtantino præfecto prætorio de Conſtantinopolitanis clericis conſtitutum promulgatum fuiſſet, idcirco ad alios per- C tinere non creditur: Ut ergo dubietas iſta penitus auferatur ab omnibus, * ſecundum deciſionem etiam filii noſtri H. quondam imperatoris, anno ſui imperii, ut accepimus, factam tertio: nos ejus, inquam, interpretationem corroboramus, & D. * Marci conſtitutionem ita interpretari debere decernimus, ut ad omnium eccleſiarum clericos generaliter pertinere judicetur. Nam cum imperator Juſtinianus decreverit, ut canones patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis canonibus reperiatur, ut jurare clerici omnino non audeant: dignum eſt ut totus clericalis ordo a præſtando juramento immunis eſſe procul dubio cenſeatur. Præterea ſtatuti * principalis tenor penes nos talis eſſe dinoſcitur.
D „ Nos itaque utriuſque legis Divinæ & humanæ intentioni ſervata decernimus, & imperiali authoritate * irrefragabiliter diffinimus, ut non epiſcopus, non presbyter, non cujuslibet ordinis clericus, non abbas, non monachus, non ſanctimonialis, in quacumque cauſa vel controverſia, ſive criminali, ſive civili, jusjurandum compellatur qualibet ratione ſubire : ſed aliis defenſoribus idoneis, ſi expedire eccleſiæ ſuæ noverint, hujuſmodi officium liceat delegare : verum cum hac moderatione, ut epiſcopus inconſulto Romano pontifice, vel quilibet clericus inconſulto prælato ſuo, minime jurare audeat. Omnibus autem epiſcopis, ac generaliter cunctis ſacerdotibus, ac uni- E verſo clero, ita cuſtodiri debere mandamus, ut ſi quis in hanc conſtitutionem commiſerit, veniam ſibi deinceps noverit denegari. Non ſumentes exemplum ſive formam a nobis, quod aliter in cauſa fratrum & coepiſcoporum noſtrorum Areanæ & Senonenſis eccleſiæ nuper fecimus, quoniam eorum voluntati & poſtulationi annuimus,

* Cum
* Forte, Marciano.
* al. ab omnibus, deciſionem quondam clerici filii noſtri H. imp.
* Forte, Marciani.
* principis
* irretractabiliter.

CAP.

ANNO CHRISTI 1179.

### Cap. II. *Item Eugenius tertius Cardioni Romanæ eccleſiæ ſubdiacono, & * magiſtro Omnibono.*

* *Magno*

Litteras benignitatis tuæ benigne accepimus, in quibus utrum in cauſa, quæ vertitur inter venerabilem fratrem noſtrum G. Bononienſem epiſcopum, & dilectum filium noſtrum Paduanum abbatem, ſub veſtro examine jusjurandum de calumnia præſtari conveniat, requiſiſti. Sane Romana eccleſia, in quibus cauſis de decimis eccleſiarum & rebus ſpiritualibus tantum agitur, juramentum calumniæ nec dare, nec recipere conſuevit. Et quidem hujuſmodi cauſæ non ex legum diſtrictione, ſed canonum æquitate finem B debitum ſortiuntur. Canones autem juramentum calumniæ nulli prorſus indicunt. Unde de juramento calumniæ præſtando contentione dimiſſa, ad ulteriora fraternitas tua procedat.

### Cap. III. *Idem.*

In pertractandis cauſis juramentum de calumnia non paſſim exhiberi præcipimus, ſed cum fieri ſinimus, & cauſæ, & principalium perſonarum qualitate diligenter inſpecta, quandoque per principales perſonas, quandoque per œconomos ſibi indultos, qui cauſam omnino non neſciunt, in anima principalium perſonarum præſtari jubemus.

### Cap. IV. *Idem R. Marabenſi & Anemenſi epiſcopis.*

Imperatorum ſæcularium leges, & eccleſiaſticæ patrum conſtitutiones, viros religioſos in omnipotentis Dei ſervitio protegunt & defendunt, & nullam eis moleſtiam, vel turbationem, quæ ſacro ordini contradicat, irrogari permittunt: Accepimus autem quod quidam cauſidici de terra veſtra, occaſione decidendarum litium, quæ aliquando ſolent emergere, ab abbate & fratribus Franciæ vallis juramentum de calumnia, ſicut ab aliis hominibus, exigebant: quod quidem inter fratres ejuſdem ordinis inuſitatum eſt: D & nos ad id faciendum eos cogere non poſſumus, nec debemus. Sed ne aliena jura alieni hac occaſione videantur detinere illicite, & ipſi a cauſa ſua decidant, ſi ex parte ipſorum prædictum juramentum, ſi res ita poſtulaverit, non fuerit præſtitum: eis præcipimus, ut in ſuo monaſterio, ſicut imperiales conſtitutiones conſentiunt, œconomum ſtatuant, qui pro eis petere & excipere, atque juramentum de calumnia, cum neceſſe fuerit, valeat exhibere.

### Cap. V. *Item Lucius tertius epiſcopo Helienſi & S. archidiacono Norwvicenſi.*

Pervenit ad nos de tranſmiſſa nobis conque- E ſtione R. clerici de ſancto Albano, quod cum ipſe pro Ph. & pro Helia clericis de Lund. ad eorum inſtantiam pro altero illorum, Helia videlicet in ſex, pro altero in ſeptem marcis argenti fidejuſſiſſet mercatoribus Bononiæ, & ei unus fide, ſicut & alter juramento promiſerat: præſcriptam pecuniam non ſolventibus, coactus eſt prædictis creditoribus pro ipſis, ſicut inter A eos convenerat, prædictam pecuniam exhibere. *Et infra:* Cæterum, quia novis morbis nova convenit antidota præparari, volumus & mandamus, ut ad veritatem eliciendam, appellatione remota, præſtari faciatis ab utraque parte juramentum calumniæ.

### Cap. VI. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Conſtitutus in præſentia noſtra M. Stephanus. ſua nobis aſſertione monſtravit, quod * Ma. P. de Bleis, cancellario tuo tempore Laterani concilii ad preces ipſius in XV. marcas Sterlingorum legalium & communium interceſſerit. *Et infra:* Quia vero contra diverſa experimenta morbo- B rum, varia nos convenit medicamina invenire: præfatus P. debitum, vel aſſertiones denegaverit, conſuetudine, quæ legi contraria eſt, non obſtante, ſacramentum calumniæ ſubire cogatur.

* *Forte.* Magiſter.

## DE EXCESSIBUS EPISCOPORUM contra ſuos archidiaconos, & archidiaconorum contra ſuos epiſcopos.

PARS XXIV.

### Cap. I. *Item Alexander III. Londonienſi epiſcopo.*

AD aures noſtras noveris perveniſſe, quod quidam archidiaconi tui, te inconſulto, contra conſuetudinem eccleſiæ (*a*) ſibi commiſ- C ſæ, perſonas in eccleſiis inſtituerunt, & ſic in eccleſiis vel eorum portionibus, nunc filios, nunc alias perſonas & vicarios inſtituere non verentur. Volentes itaque pro officii noſtri debito in irritum deducere, quod contra juris ordinem attentatur: authoritate apoſtolica tibi duximus injungendum, ut ſi iidem archidiaconi poſt prohibitionem tuam ipſis inde factam, inſtituerint ſine mandato & authoritate veſtra aliquos in eccleſiis, in quibus patres (*b*) eorum miniſtraſſe noſcuntur, aut perſonas alias vel vicarios, cum id ſit canonicæ ſanctioni contrarium, liberum tibi ſit, nullius contradictione vel appellatione obſtante, inſtitutiones hujuſmodi penitus irritare, & taliter inſtitutos removere ab eccleſiis.

### Cap. II. *Idem Helienſi archiepiſcopo.*

Cum ſatis ſit abſurdum, & a ſanctorum patrum inſtitutionibus alienum, ut archidiaconus authoritate propria debeat cuilibet cauſam animarum committere: ægre nimis ferimus, quod tu ſine mandato epiſcopi tui perſonis animarum curam committis. Quoniam igitur obtentu alicujus conſuetudinis non debes ſanctorum patrum inſtitutiones tranſgredi, & quod ad tuum non ſpectat officium, vendicare: ideo mandamus, ut nemini de cetero, ſine mandato & licentia epiſcopi tui, curam animarum committere præſumas.

### Cap. III. *Idem Exonienſi epiſcopo.*

Ad aures noſtras pervenit, quod quidam archidiaconi tui ſe in eccleſias, quæ in ſuis archidiaconatibus vacant, authoritate propria non verentur intrudere, & ſic ipſas eccleſias detinere non erubeſcunt. Nos attendentes abſonum eſſe atque omni rationi contrarium præſumptionis exceſ-

(a) *ſibi.* (b) *eorum proxime miniſtrare.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

exceſſum, nec volentes incorrectum relinqui: fraternitati tuæ, &c. quatenus ſi qui archidiaconi ſint in epiſcopatu tuo, qui tali modo eccleſias occupatas detineant, ipſos ad eas dimittendas, omni occaſione & appellatione ceſſante, eccleſiaſtica diſtrictione compellas, & eaſdem eccleſias perſonis idoneis & honeſtis ordines, & præfatos archidiaconos, pro tanta præſumptione, debita animadverſione punire cures.

### Cap. IV. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Adhæc quoniam prædictus epiſcopus, ſicut accepimus, plures eccleſias, & præcipue eccleſiam de Nortum, a conſuetudine & obſequio archidiaconorum liberas conſtituit & immunes, & in hac parte reditus eorum diminuit & attenuavit: nihilo minus præſentium ſignificatione injungimus, ut ſi res ita ſe habet, factum epiſcopi hoc, appellatione remota, corrigas & emendes: & ita provideas, ut præfato archidiacono G. conſuetudines, quas presbyteri in eccleſiis ſui archidiaconatus debent, plenarie conſerventur, & illi debitam reverentiam exhibeant, & honorem.

### Cap. V. *Idem Burdegalenſi archiepiſcopo.*

Præterea de archidiacono G. * qui in tua & in Toloſana eccleſia archidiaconus ſit conſtitutus, * in utraque eccleſia regulariter profeſſus, collectis illis quæ in archidiaconatu tuæ eccleſiæ colligere poteſt, præter conſcientiam tuam Toloſanam eccleſiam ingreditur, & ibi per annum vel eo amplius moratur: prudentiæ tuæ ſignificamus, ut eum de cetero, altero, quem maluerit, archidiaconatu, ſi res ita ſe habet, appellatione remota, facias eſſe contentum.

* *ſ.* qui cum in
* *ſ.* & in

PARS. XXV.

## QUIBUS, ET QUANDO, & in quam ætatem conferatur eccleſiaſticum beneficium, & ad quem ſpectet eccleſiarum reparatio.

### Cap. I. *Alexander III. Cantuarienſi archiepiſcopo.*

EX ratione commiſſæ tibi dignitatis, & conſideratione legationis ad univerſas eccleſias, aciem tuæ ſolicitudinis debes extendere: & quæ enormiter ſeu contra juſtitiam fiunt, paſtorali cura corrigere & emendare: quatenus de commiſſis ovibus in patris familias præſentia rationem reddere valeas, & tibi pro labore & ſolicitudine merces copioſa cumuletur in cœlis. Accepimus autem quod Coventrenſis epiſcopus, non attendens quid ſacrorum canonum ſtatuta decernant, nec modeſtiam pontificalem conſervans: pueris qui ſunt infra decennium conſtituti, in archidiaconatu dilecti filii noſtri R. archidiaconi Coventrenſis, eccleſias plures conceſſit, quæ non per clericos, ſed per laicos diſpenſantur & diſponuntur. Unde quoniam hoc eccleſiaſticæ unitati eſt inimicum & rationi contrarium, & non debet eatenus tolerari: fraternitati tuæ, &c. quatenus ſi res ita ſe habet, prædictum epiſcopum ſuper his dura increpatione corrigas & caſtiges, & clericis ſeu miniſtris idoneis * cuſtodiam præſcriptarum eccleſiarum, donec prædicti pueri ad congruam perveniant ætatem, omni occaſione & appellatione ceſſante, laicis amotis, committas: & eidem epiſcopo arctius prohibeas, ne de cetero eccleſias, niſi perſonis quæ ætatem & ſcientiam habeant, regendas concedat. Quod ſi ſecus fecerit, ei debitam pœnitentiam infligas, & inſtitutionem & conceſſionem ipſius, omnino viribus carere decernas.

*Matth.* 25.

* adminiſtrationem.

### Cap. II. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

Indecorum eſt admodum & abſurdum, ut hi debeant eccleſias regere, qui ſemetipſos regere non noverunt: cum ad regimen eccleſiarum tales perſonæ ſint admittendæ, quæ diſcretione præemineant, & morum fulgeant honeſtate. Nolentes itaque ſuſtinere, ut ad preces vel ad inſtantiam aliquorum, ſicut frequenter ſolet in veſtris partibus fieri, parvulis regimen committatur eccleſiarum: fraternitati veſtræ, &c. quatenus nemini infra XIV. annum conſtituto, perſonatum alicujus eccleſiæ aliquorum gratia vel obtentu concedere præſumatis: ſcituri pro certo, quod ſi præcepto noſtro in hac parte contraire præſumpſeritis, quod inde feceritis, authoritate Dei penitus irritabimus, & inobedientiam veſtram graviter puniemus.

### Cap. III. *Idem decano & capitulo Sareſberienſi.*

Cum Hugo Bunet in noſtra eſſet conſtitutus præſentia, &c. *Et infra*: Nos diligentius attendentes, quod pater ſuus, ſicut uterque recognovit, eam habuerit prius, quia pernicioſum eſt exemplo, ut in eamdem quaſi jure hæreditario ei ſuccederet: conſiderantes etiam, quod cum ei præbenda concedi debuit, illius ætatis erat, quod curam animarum gerere non potuit: memoratum epiſcopum, vos etiam & eccleſiam veſtram, ab ipſius impetitione abſolvimus, & ei perpetuum exinde imponimus ſilentium.

### Cap. IV. *Idem.*

A nobis tua diſcretio requiſivit, utrum is cui ante XV. annum ætatis ſuæ, nondum concilio, quod nuper Laterani fecimus, celebrato, eccleſiæ magiſterium conceſſum fuit, occaſione decreti, quo in concilio eodem clericis minoris ætatis conferri eccleſias prohibuimus, poſſit eccleſia ſpoliari, quam ante concilium obtinuerat: præſertim cum ipſa conceſſio fuerit ab ipſo diœceſano epiſcopo poſt concilium approbata. Super quo conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod niſi alia cauſa rationabiliter obſtet, occaſione minoris ætatis, aut decreti quod in concilio promulgavimus, nolumus eum a percepto ante beneficio removeri.

### Cap. V. *Idem Lexovienſi epiſcopo.*

Præterea licet aliquis ad perſonatum parochialis eccleſiæ non debeat, niſi ſubdiaconus ad minus, admitti vel recipi: diſpenſative tamen in minoribus ordinibus conſtituti, conſueverunt admitti: dummodo tales ſint, qui infra breve tempus ſubdiaconatum, vel diaconatum recipere poſſint.

DE

ANNO CHRISTI 1179. PARS XXVI.

## DE DEPOSITIONE CLERICORUM, & diſpoſitione circa eoſdem.

### CAP. I.

EX litterarum tuarum tenore perpendimus, quod quidam longa ægritudine confectus, cepit conſilium a ſortilegis mulieribus, quod ſi ſanari vellet; ſe permitteret iterum baptizari. Qui inſano credens conſilio, ut ſanaretur, injuriam fecit per iterationem ſacramento. Adſtitit autem huic ſacrilegio adoleſcens bonæ, ut videtur, indolis, acolytus, frater carnalis illius, in quo baptiſmus aſſeritur iteratus, & miniſterium exhibuit in reſpondendo presbytero baptizanti, B & cooperator extitit rei nefandæ. Quia ergo nos tua duxit prudentia conſulendos, qualiter puniri debeat vel purgari acolytus, quem minor ætas & intentio fraternæ ſalutis corporeæ aliquantulum excuſare videtur: dilectioni tuæ præſentibus litteris reſpondemus, quod quamvis non multum videatur propterea plectendus, ad ſuperiores tamen ordines promoveri, ſi publicum eſt quod proponitur, non valebit, niſi ad religionem tranſire voluerit, ut favore illius religionis circa eum debeat diſpenſari. Si vero occultum eſt, promoveri poterit, & exceſſum ſuum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

### CAP. II. *Idem abbati & fratribus Trium fontium.*

Conſuluit nos tua * devotio ſuper quodam confratre veſtro, ' quod cum eſſet in ſæculo, & quinque ſolidos pro ordinatione dediſſet, ſtatim poſtquam delicti quantitatem cognovit, pœnitentia ductus religioni ſe contulit. Nos igitur quæſtioni veſtræ ſatisfacere cupientes, vobis præſentibus litteris ſignificamus, quod ordine ſuſcepto carere meruit, nec ad ſuperiores promoveri poteſt. Verumtamen in ordinibus quos prius ſuſcepit, Domino poterit deſervire.

* fraternitas.
' *f.* qui

### CAP. III. *Idem Wigornienſi & Norwicenſi epiſcopis.*

De ſacerdote qui litteras noſtras falſavit, quas tibi miſimus: diſcretioni veſtræ, *&c.* ut ſi inveniri poterit, omni officio ſacerdotis, & beneficio eccleſiaſtico perpetuo privatum, in aliquod monaſterium diſtrictæ religionis detrudas, ut ibi tanti facinoris pœna luens, ſe taliter defleat commiſiſſe, & alii per hoc a ſimilibus valeant deterreri. Quod ſi aliquos de conſimilibus comprehendere poteris, ipſos arctiſſimæ cuſtodiæ, ſublato appellationis remedio, retrudas, donec inde apoſtolicum ſuſceperitis mandatum.

Diſt. 19. In memoriam.
Diſt. 50. Si epiſcopus.

### CAP. IV. *Idem Salernitano archiepiſcopo. Pars capituli*: Licet præter.

At ſi clerici coram judice ſæculari convicti fuerint vel confeſſi de crimine, non propter hoc ab epiſcopo ſuo aliqua ſententia ſunt condemnandi. Sicut enim ſententia a non ſuo judice lata non tenet, ita nec confeſſio coram ipſo facta. Si vero coram epiſcopo de crimine in jure ſunt confeſſi, ſeu legitima confeſſione convicti: dummodo ſint talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeant, vel deponi, non immerito ſunt a ſuis ordinibus deponendi, & ab altaris miniſterio perpetuo removendi. De adulteriis, & aliis A criminibus quæ minora ſunt, poteſt epiſcopus cum ſuis clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare, ut in ſuis ordinibus deſerviant, ſed non debet quemlibet depoſitum pro ſuis exceſſibus judici tradere ſæculari: quia ſuo functus eſt officio, non debet eum duplici contritione conterere.

ANNO CHRISTI 1179.

### CAP. V. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Porro ſi clericus alicui ſponte duellum obtulerit, vel ſi oblatum ſuſceperit, & victus fuerit, ſive victor: de rigore juris merito eſt deponendus. Sed quantumcumque ejus gravis in hac parte & enormis ſit exceſſus, evadere poteſt depoſitionis ſententiam, ſi cum ipſo ſuus epiſcopus B miſericorditer duxerit diſpenſandum: dummodo ex illo duello homicidium, vel diminutio membrorum non ſit ſubſecuta.

### CAP. VI. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

De presbytero autem Campaniæ, qui ſponte duellum obtulit, & oblatum ſuſcepit, & in eo partem digiti amiſit: ſicut olim, ita & nunc prudentiæ tuæ reſpondemus, quod cum ipſe, ſicut & nos vidimus, non perdidit tantum ex digito, quin ipſe ſine ſcandalo poſſit ſolemnia celebrare: ſatis potes cum ipſo poſt peractam pœnitentiam miſericorditer agere, & permittere ipſum in ſuo ordine miniſtrare, licet ejus exceſſus C gravis ſit.

### CAP. VII. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Presbyterum autem alium, qui quemdam puerum intuitu diſciplinæ percuſſit in capite, & vulneravit, cum poſt paucos dies exſpiraſſet, ſicut aſſeris, ab omni altaris miniſterio debes perpetuo removere, eumque ab officio ſacerdotali deponere, ſi ex ipſa percuſſione interierit, vel aliam infirmitatem incurrerit, de qua noſcitur exſpiraſſe.

24. q. 4. qui peccat

### CAP. VIII. *Idem.*

D Quamvis ſit grave nimis, & Divina dignum animadverſione habeatur, quod laici quidam, quod ſacerdotum eſt, de eccleſiaſticis rebus uſurpent: majorem tamen metuent formidinem ac dolorem, qui fomitem ſui erroris in ipſo clero dicuntur aliquoties invenire, dum quoſdam fratrum & coepiſcoporum noſtrorum, aliorumque prælatorum eccleſiæ decimas eis & eccleſiarum diſpoſitiones indulgent, & in devia mortis eos impellunt, qui prædicatione eorum ad viam vitæ fuerant revocandi de quibus dixit Dominus per prophetam: *Peccata populi mei comedunt, & ad iniquitatem provocant animas eorum.* Unde ſtatuimus, ut ſi quis alicui laico in ſæculo remanenti, eccleſiam vel decimas conceſſerit, a ſtatu ſuo, tanquam E arbor quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur, & donec emendet, ruinæ ſuæ jaceat dolore proſtratus.

*Oſea* 4.
*Luc.* 13.

### CAP. IX. *Idem G. Livonenſi epiſcopo.*

Veniens ad nos P. lator præſentium, nobis expoſuit, quod antiqui hoſtis ſuggerente verſutia, furtive diaconatus ordinem ſuſcepit. Unde tibi duximus reſpondendum, quod ſi forte non fuerit a te, vel aliquo archidiaconorum vel prælatorum tuorum, ſub interminatione anathematis

ANNO CHRISTI 1179.

tis prohibitus, tu ipſe in promotione ipſius ad officium ſacerdotale, condigna ſatisfactione, niſi aliqua impediant, impoſita, pro tuo arbitrio diſpenſes. Si vero interminatio anathematis ſuper hoc facta eſt, commoneas eum, ſicut nos fecimus, ut in aliquo monaſterio ſeu canonica habitum ſuſcipiat regularem: cui juxta admonitionem tuam, ex quo in habitu illo fuerit aliquanto tempore laudabiliter converſatus, poteris miſericorditer providere. Alioquin nulla ratione concedimus eum ad ſacerdotalem ordinem promoveri.

### CAP. X. *Idem eidem.*

Clerici autem, ſi qui a ſuis, aut etiam de mandato Romani pontificis, ab alienis epiſcopis interdicti vel excommunicati, ante abſolutionem Divina officia celebrarint, niſi ad commonitionem * veſtram ſine dilatione redierint, perpetuæ depoſitionis ſententiam pro auſu tantæ temeritatis incurrant.

* noſtram

### CAP. VI. *Idem Lucenſi epiſcopo, & ejus capitulo.*

Præſentium lator in quodam conflictu aſſerit ſe fuiſſe, pro parte tamen illorum qui violentiam repellebant, in quo lapides ipſe projecit, ſed aliquem non percuſſit: quem nos, quia per alios illic aliqui dicuntur occiſi, a celebratione Miſſarum præcipimus abſtinere. Mandamus itaque vobis, ut ſi res ita ſe habuerit, & alia cauſa non impedit, decurſo hujus temporis ſpatio, ad ſui eum executionem officii admittatis.

### CAP. XII. *Idem archiepiſcopo Cuſentino.*

Continebatur in litteris, quas tua nobis devotio deſtinavit, quod diaconus præſentium lator, & quidam clerici qui rogati ad vineas eccleſiæ putandas perrexerint: & cum circa veſperas opere conſummato redierint, levandi laboris gratia quemdam ludum imitati ſunt viatorum, projicientes baculos ſuos in longinquum: ſtudebant enim in directum jacere, & alter alterius fuſtem ferire. Hujus autem ludi, ſicut aſſerunt, talis conditio eſt, ut qui alterius baculum percuteret, quaſi victo eo cujus baculus percuſſus eſſet, uteretur pro equo. Sed præfati clerici equitandi licentia non utentes, ſola jactatione contenti ſunt: ut dum ad baculos ſuos alacrius concurrerent, laborem itineris non ſentirent. Quidam autem laicus, ſicut prædictus diaconus aſſerit, dum baculum prædicti diaconi percuſſit, incaute in eum equitaturus inſiliit, & ſic a falce ipſius diaconi, qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo poſt dies octo exſpiravit. Inde eſt quod commonemus fraternitatem tuam atque mandamus, quatenus eumdem diaconum ſine licentia ſummi pontificis ad ſuperiorem gradum aſcendere, vel in diaconatus officio nullo unquam tempore miniſtrare permittas, ſed cum diſpenſatione in ſubdiaconatus officio miniſtrare patiaris.

### CAP. XIII. *Idem * Exonienſi Epiſcopo.*

* Oxon.

Presbyterum etiam iſtum in homicidii crimine lapſum, annis duodecim gravi pœnitentia afflictum, ſi ita eſt, tibi remittimus abſolutum in Dei nomine, ſuoque reſtitutum ſacerdotio, non tam conſiderantes ſpatium & menſuram temporis, quam pœnam doloris. Ne tamen cuilibet imprudenti videatur iniquum, eum ſacris altaribus reſtitutum, diſcat hoc a ſanctis patribus confirmatum. Unde Calliſtus papa: „ Errant, qui „ putant, poſt dignam pœnitentiam, ſacerdotem „ lapſum non poſſe reparari, & miniſtrare poſ„ ſe, ſi a malis abſtineat.

### CAP. XIV. *Idem.*

Lator præſentium nobis viva voce propoſuit, quod cum quadam die caſu quodam cum clerico luderet, contigit quod ille projecit illum ad terram, & cultellus quem ad latus habebat, in alterum incidit, & fortuito vulneratus occubuit. Eumdem igitur ad vos duximus remittendum, diſcretioni veſtræ mandantes, quod rei veritate comperta, ſi ita res ſe habuit, & alia juſta cauſa non impedit, prædictum D. permittatis libere ad ſacros ordines promoveri.

### CAP. XV. *Idem Eugenius papa * primus Sarenſi epiſcopo.*

* Forte, tertius.

Presbyterum, cujus duos digitos cum medietate palmæ a prædone abſciſſos eſſe ſignificaſti, Miſſam celebrare non permittimus: quia non ſecure propter debilitatem, nec ſine ſcandalo propter membri deformitatem id fieri poſſe confidimus. Ipſum autem ceteris officiis ſacerdotalibus fungi minime prohibemus.

### CAP. XVI. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Præterea clerici, qui relicto ordine ſuo & habitu, lapſi in apoſtaſia tanquam laici verſantur, ſi in criminibus deprehenſi teneantur, per cenſuram eccleſiaſticam non præcipimus liberari. Tales enim inter apoſtatas numerandos, ſanctorum patrum ſtatuta declarant.

### CAP. XVII. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Sacerdotibus autem & clericis tuis denuncies publice, ne miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant. Quod ſi poſtmodum præſumpſerint, & occaſione ipſius adminiſtrationis, propter propriam cauſam a laicis capiantur, indignum eſt eis ab eccleſia ſubveniri, per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari.

### CAP. XVIII. * *Idem Toloſano epiſcopo.*

* Idem Andrenſi epiſcopo. Pars capituli. Conſuluit.

Requiſivit a nobis fraternitas tua, utrum clerici qui poſt renunciationem factam, a prædeceſſore tuo ordines ſuſceperunt, in ipſis debeant remanere, an ad majores debeant de jure canonum promoveri. Nos igitur, quia de veritate nobis non conſtat, non poſſumus tibi ſuper hoc breviter reſpondere. Nam diſtinguitur, utrum renuncians, loco ſimul & dignitati renunciet: nam ubi loco tantum renunciat, ordines ſicut antea, niſi a ſummo pontifice, vel ejus legato prohibitus fuerit, rogatus ab alio epiſcopo, poterit de ratione conferre. Cum autem loco pontificali ſimul cedit & ordini, ibi diſtinguendum putamus, utrum ſacros contulerit, an minores. Si enim a tali ordines uſque ad ſubdiaconatum quis receperit, quia & hujuſmodi ordines quandoque a non epiſcopis conferuntur, & in illis deſervire poterit, & ad majores, ſi idoneus fuerit, ordinari. Sane ſi ab eodem, facta renun-

ANNO CHRISTI 1179.

ciatione, ſacros ordines quis ſcienter receperit, quia indignum ſe fecit, executionem officii non habebit: ubi autem non ſcienter, ibi poterit, niſi craſſa & ſupina fuerit ignorantia, diſcretus pontifex diſpenſare.

### Cap. XIX. *Idem Turonenſi archiepiſcopo.*

Conſuluit nos tua fraternitas, utrum liceat tibi ſpurios & ſervos ordinare. Super quo tibi taliter reſpondemus, quod neque ſpurios, neque ſervos ordinare debes. Et ſi memor eſſes, in conſecratione tibi dictum eſt: Vide ne quemlibet ſervilis conditionis ad ordines promovere præſumas.

### Cap. XX. *Idem Cenomanenſi epiſcopo.*

Tua nos duxit fraternitas conſulendos, quid agendum ſit de clericis, qui in remotis regionibus ordinati, litteras eorum proponunt: a quibus ſibi ſit manus impoſita, cum incertum ſit, utrum eorum ſint ſigilla, quæ præſentant. Tuæ ergo conſultationi, præſentium ſignificatione indulgemus, * tutum eſſe, ut in his ſtatuta patrum veterum obſerventur, quam novum quid ſtatuatur. Statutum eſt enim de tranſmarinis, ut ad minus teſtimonio quinque epiſcoporum ſuper ordinatione ſua muniantur. Quod in aliis, qui ſimiliter ſunt incogniti, credimus obſervandum: ita tamen, ut in ſuſpenſione * aliquo tempore habeantur, in quo videntes plenius de ipſorum actibus inſtituantur. Sed de inferioribus ordinibus oportuit inquiri, quia poſſet contingere, ut aliquibus prætermiſſis ſaltum feciſſent. His autem peractis, ſi digni inventi fuerint, circa eos poterit diſpenſari.

* *ſ.* tutius.

* *ſ.* anno

### Cap. XXI.

De diacono veſtro, qui in ſancto ſabbato quemdam alium diaconum vulneravit, & mulierem uxoris nomine accepit, hoc tuæ prudentiæ duximus reſpondendum: quod ſi contrito & humiliato corde & animo ad eccleſiam redire voluerit, dimiſſa illa, quam in uxorem accepit, cum non poſſit, ſicut noſti, matrimonium contrahere, ipſum debes recipere, & a ſententia excommunicationis, quam pro violenta manuum injectione noſcitur incurriſſe, * & injuncta ſibi pœnitentia de utroque exceſſu, poſt peractam pœnitentiam poteris ei diaconatus officium reddere, & etiam diſpenſative, ſi perfectæ vitæ & converſationis fuerit, in presbyterum ordinare. Subdiaconum autem, ſive homines interfecit, ſive non, non poſſe matrimonium contrahere, ſacrorum canonum cenſura demonſtrat. Parochianos autem tuos, ad ſolvendas decimas eccleſiis, quibus debent, eccleſiaſtica debes ſeveritate compellere, quod cum decimæ non ab homine, ſed ab ipſo Deo ſint inſtitutæ, quaſi debitum exigi poſſunt.

* *ſ.* abſolvere, &

*Exod.* 22. *Levit.* 27. *Num.* 18. *Deut.* 12. 14. 26.

### Cap. XXII. *Idem Lucius tertius Turonenſi archiepiſcopo.*

Ad aures noſtras te ſignificante pervenit, quod religioſi quidam zelum Dei habentes, ad ſuperiores deſiderant ordines promoveri, putantes majus præmium cumulandum, quo in majori gradu poſiti, ſublimius officium fuerint executi: ſed prælati eorum deſideriis contradicunt. Ideoque tua duxit fraternitas requirendum, an in inferioribus ordinibus conſtituti, juxta beneplacitum prælatorum ſuorum, quibus promotio diſplicet, a ſuperioribus debeant abſtinere: an valeant, prælatis ſuis renitentibus, promoveri. Tuæ ergo quæſtioni reſpondemus, quod honeſtius eſt & tutius, ſubjectos, debitam præpoſitis obedientiam impendendo, in inferiori miniſterio deſervire, quam in præpoſitorum ſcandalum, gradum appetere digniorem. Nec eſt in hac parte ſubjectorum deſiderium confovendum: quoniam eſſe poteſt, ut prælati ſecreta eorum commiſſa noverint, ex quibus conſtat eis, quod ſalva nequeunt conſcientia ſublimari: quia non in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine meritorum caritatis, acquiritur regnum Dei.

### Cap. XXIII. *Idem Alexander tertius Bathonienſi epiſcopo.*

Subdiacono * autem nullis, niſi Romano pontifici, licet in diebus Dominicis ordinare, quamvis Deo dicatas virgines conſecrandi, & minores ordines licentiam habeant conferendi. Sabbato quidem Pentecoſtes non licet alicui ſacros ordines celebrare, cum in ſequenti ſeptimana, recepta ſancti Spiritus gratia, celebrentur.

* aliis

### Cap. XXIV. *Idem Herefordenſi epiſcopo.*

Sane ſuper eo, quod moris eſſe dixiſti quibuſdam epiſcopis Scotiæ & Galliæ, in dedicationibus altarium vel eccleſiarum extra jejunia quatuor temporum, clericos ad ſacros ordines promovere: prudentiæ tuæ ſignificamus, quod conſuetudo illa, utpote inſtitutioni eccleſiaſticæ inimica, & deteſtabilis eſt, & penitus improbanda: & niſi multitudo & antiqua terræ conſuetudo eſſet in cauſa, taliter ordinati non deberent pro merito in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. Nam apud nos ſic ordinati deponerentur & ordinantes, authoritate ordinandi privarentur.

*Pars cap intelleximus, ſup. de poteſtate judicum*

### Cap. XXV. *Idem eidem epiſcopo in eadem epiſtola.*

De hoc autem quod quæſiſti, an liceat extra jejunia quatuor temporum aliquos in oſtiarios, lectores, exorciſtas, vel acolytos promovere, aut etiam ſubdiaconos facere: prudentiæ tuæ taliter reſpondemus, quod licitum eſt epiſcopis, Dominicis diebus, & aliis feſtivis diebus, unum aut duos ad minores ordines promovere. Sed ad ſubdiaconatum, niſi in quatuor temporibus, aut in ſabbato ſancto, & in ſabbato ante Dominicam de paſſione, nulli epiſcoporum, præterquam Romano pontifici, licet aliquos ordinare.

### Cap. XXVI. *Idem.*

Quia quidam clerici deſperantes ab epiſcopis ſuis ordinari, vel propter imperitiam, vel vitæ incontinentiam, vel nativitatis conditionem, aut tituli defectum, aut minorem ætatem, extra provinciam ſuam interdum in tranſmarinis partibus ordinantur, vel ordinatos ſe eſſe mentiuntur, ignota ſuis epiſcopis ſigilla deferentes: ſtatuimus talem ordinationem irritam eſſe habendam, ſub interminatione anathematis inhibendam, ſub interminatione anathematis inhibendam, ne a quoquam epiſcopo ad ſui officii executionem admittantur. Epiſcopus vero noſtræ juriſdictionis, qui talem ſciens ordinaverit vel ſuſceperit, ab illius ordinis executione ad quem eum

ANNO CHRISTI 1179. PARS XXVII.

eum ordinaverit vel ſuſceperit, uſque ad condignam ſatisfactionem ſe noverit ſuſpenſum.

## NE CLERICUS VEL MONACHUS ſæcularibus ſe negociis immiſceat: & de regula religioſorum.

Cap. I. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

* præcipta

* videtur deeſſe, recipiant. 3. q. 1. nulli.

FRaternitati veſtræ per apoſtolica * præcepta mandamus, quatenus univerſis monachis veſtræ juriſdictionis arctius inhibere curetis, ne villas & eccleſias ad firmam, * vel receptas detinere præſumant. Quod ſi præſumpſerint, eos, authoritate apoſtolica freti, ſublato appellationis remedio, faciatis a præſumptione ſua, eccleſiaſtica diſtrictione ceſſare.

Cap. II. *Idem in concilio Turonenſi.*

*Job. 39. juxta LXX.*

*1. Cor. 11.*

Non magnopere antiqui hoſtis invidia infirma membra eccleſiæ præcipitare laborat. Hic manum mittit ad deſiderabilia ejus, electos quoque nititur ſupplantare, dicente ſcriptura: *Eſca ejus electi*. Multorum ſiquidem caſum ſe operari reputat, ubi aliquod membrum eccleſiæ ſua fuerit calliditate ſubtractum. Et inde nimirum eſt, quod in angelum lucis more ſolito ſe transfigurans, ſub obtentu languentium fratrum conſulendi corporibus, & eccleſiaſtica negotia fidelius pertractandi, regulares quoſdam ad legendas leges, & confectiones phyſicas ponderandas, de ſuis clauſtris educit. Unde ne ſub occaſione ſcientiæ ſpirituales viri mundanis rurſus actionibus involvantur, & in interioribus ex eo ipſo deficiant, ex quo ſe aliis putant in exterioribus providere: de præſentis concilii aſſenſu ſtatuimus, ut nullus omnino poſt votum religionis, poſt factam in loco aliquo religioſo profeſſionem, ad phyſicam legeſve mundanas legendas permittatur exire: ſi vero exierit, & ad clauſtrum ſuum infra ſpatium duorum menſium non redierit, ſicut excommunicatus ab omnibus evitetur, & in nulla cauſa, ſi patrocinium præſtare voluerit, audiatur. Reverſus autem, in choro, capitulo, menſa & ceteris, ultimus fratrum exiſtat: &, niſi forte ex miſericordia apoſtolicæ ſedis, totius promotionis ſpem amittat. Epiſcopi vero, abbates, priores, tantæ enormitati conſentientes, & non corrigentes, ſpolientur propriis honoribus, & ab eccleſiæ liminibus arceantur.

Cap. III. *Idem Londonienſi epiſcopo.*

Secundum inſtituta prædeceſſorum noſtrorum, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici cauſa lucri negotientur, & ne monachi a clericis vel a laicis firmas habeant, vel laici ad firmam eccleſias teneant.

Cap. IV. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Clericis, qui in ſacris ordinibus ſunt conſtituti, judicium ſanguinis agitare non licet. Unde prohibemus, ne aut per ſe truncationes membrorum faciant, aut judicent inferendas. Quod ſi quis tale quid fecerit, honore privetur & loco. Jubemus etiam ſub interminatione anathematis, ne quis ſacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpoſiti ſæcularis. Clerici etiam qui comam nutriunt, etiam inviti ab archidiaconis ſuis tondeantur. Veſtimentis autem & calceamentis, niſi quæ honeſtatem & religionem deceant, uti non liceat. Si quis autem contra venire præſumpſerit, & commonitus emendare noluerit, excommunicationi ſubjaceat.

Cap. V. (a) *Idem dilectis filiis G. priori & fratribus juxta diſciplinam bonæ memoriæ viventibus*

Ad petitionem veſtram, regulam ſecundum quam vivere debeatis, & omnipotenti Deo ſervire, duximus conſtituendam: in primis id ſtatuentes, ut profeſſionem majori priori omnes laici faciant, in manu ejus ſe abſque proprio victuros promittentes, & continentiam, quantum permiſerit Divina gratia, ſervare. Cui quoque tam clerici quam laici, ſicut proprio magiſtro & animarum ſuarum rectori, debitam in omnibus (b) obedientiam promittant. Nec alicui inter vos profeſſo liceat ad alium ordinem, (c) abſque prioris licentia, ullo modo tranſire, niſi forte ad religionem migraverit arctiorem. Nullus, abſque prioris licentia, hoſpitale audeat facere. Nullus proprium habeat. Si quid acquiſierit, rectori ſuo aſſignet. Nullus veſtrum alicui vobiſcum eſſe volenti * crucem tribuat, (d) ſed per medium annum vel integrum vobiſcum in probatione permaneat. Et tunc majori priori præſentetur, & ab ipſo, non ab alio, crucem accipiat.

* *adde* ſtatim *aut quid ſimile*.

* *Uxoratus & con. ut ſupra, de conjugatis, & infra.*

* Non reſpondet titulus argumento. Verius eſt pars regulæ Hoſpitalariorum. 3. q. 1. Nemo. 17. q. 1. Quidam.

Nemo veſtrum alicui in capite coronam faciat. Si hoſpitale in aliquo loco abſque oratorio feceritis: liberum erit vobis, abſque conſcientia epiſcopi in cujus parochia fuerit, ipſum conſtituere. Quod ſi oratorium ibidem ædificare volueritis, abſque licentia epiſcopi non faciatis, juſtitia ſua in omnibus ſervata. Si cum aliquo veſtrum, eo mortuo, pecunia inventa fuerit, & in vita ſua non patefecerit: nec ad eccleſiam, nec ad hoſpitale ſepeliatur, ſed extra civitatem in campis deponatur.

Cap. VI. *Idem epiſcopis, archidiaconis, & aliis eccleſiarum præfectis, per Galliam conſtitutis.*

* *ſ.* Ciſtercienſis.

Non eſt vobis dubium, vel incertum, quomodo fratres religioſi * Ciſtrenſis ordinis ea religione præemineant & virtute, quod ex inſtitutione patrum & prædeceſſorum noſtrorum, hi qui in eorum monaſteriis profeſſionem faciunt, ſine licentia ſui abbatis prohibentur de clauſtro diſcedere, & diſcedentes, in aliis monaſteriis non recipi. Inde eſt, quod nos eamdem inſtitutionem non ſolum amicam religioni, & rationi conſonam, ſolicite conſervare volentes, univerſitati veſtræ, *&c.* quatenus monachos vel converſos prædicti ordinis, poſt factam in monaſteriis profeſſionem, ſine licentia abbatum ſuorum

per

(a) *Alex. III. Cruciatis*. (b) *reverentiam*. (c) *abſque majoris prioris*.
(d) *per medium annum integrum* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

per epiſcopatus veſtros recipi nullatenus permittatis, & ſi qui fuerint ex eis, qui ſine licentia abbatum ſuorum de monaſteriis, in quibus profeſſionem fecerant, exire præſumpſerint, & commoniti ad ſua monaſteria celeriter non redierint, eos tamdiu, appellatione remota, cenſura eccleſiaſtica percellatis, donec ad monaſteria, unde exierunt, regredi compellantur.

## Cap. VII. *Idem Londonienſi epiſcopo.*

Relatum eſt auribus noſtris, quod monachi de Neſtun ſæculariter vivunt, & alios exemplo corrumpunt. Inde eſt quod authoritate apoſtolica tibi indulgemus, ut eos ad obſervationem monaſticæ regulæ, appellatione remota, compellas: aut ſi tibi reſtiterint temerario auſu, eis abjectis, fratres * Ciſtrenſis ordinis in præſcriptum monaſterium inducas, ut labores impiorum juſti edant, & illi inde rubore ſuffuſi, ad ſui ordinis obſervantiam convertantur.

* Ciſtercienſis

PARS. XXVIII.

## DE PACTIONIBUS LICITIS & illicitis in rebus eccleſiaſticis.

## Cap. I. *Idem Alexander III. * Exonienſi epiſcopo.*

* Oxon.

QUerelam magiſtri W. recepimus, qui cum eccleſiam de Ferleja a G. perſona ejuſdem eccleſiæ ad annuum cenſum per ſeptennium tenendam ſuſcepiſſet, ipſe ſibi eam, antequam per unius anni ſpatium tenuiſſet, auferre præſumpſerit: quamquam idem G. præſtita ſibi fide firmaverit, quod uſque ad terminum conſtitutum, nullam exinde moleſtiam vel gravamen ei inferret. Ideo tibi per A. S. * mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit ita eſſe, appellatione remota, diſtricte compellas, ut præfatam eccleſiam prædicto W. reſtituat, & uſque ad terminum inter eos conſtitutum, ſecundum quod inter eos convenit, eamdem permittat pacifice poſſidere.

* Apoſtolica ſcripta.

## Cap. II. *Idem * Exonienſi & Wigornienſi epiſcopis.*

* Oxon.

Cum jampridem Simon clericus procurator prioris & monachorum de Acra, & P. clericus, pro cauſa quæ inter eoſdem monachos & prædictum P. & fratrem ejus, pro cujus parte ſe vicem gerere dicebat, ſuper eccleſia de Ha. & capella de I. vertebatur, ad noſtram præſentiam acceſſiſſent: ita inter ſe, nobis tamen non mediantibus, convenerunt, quod prædictus procurator prioris & monachorum, eidem P. pro expenſis quas fecerat, quatuor marcas argenti ei perſolveret, & idem P. liti cederet, & a monachorum penitus infeſtatione ceſſaret. Cumque compoſitionem ipſam ad noſtram pertuliſſent audientiam, eamque confirmari authoritate apoſtolica ſupplicarent: nos eam minime duximus admittendam, pro eo quod videbatur pravam ſpeciem illicitæ pactionis continere. Monuimus autem prædictum P. ut ipſe tam pro ſe, quam pro fratre ſuo, monachos in pace dimitteret, & eidem liti omnino renunciaret. Ille ergo * monitis acquievit, & eidem liti pro ſe & pro fratre ſuo penitus abrenuncians, authentica inſtrumenta, quæ ſuper eadem eccleſia & capella habebat, in noſtris manibus reſignavit: & nos cum priori & monachis prædictis deſtinavimus, monentes atque mandantes, ut ex quo prædictus P. noſtris ſuper hoc monitis acquievit, ipſi quoque benignis noſtris precibus intenderent, & eidem P. & fratri ejus aliquod ſtuderent beneficium providere, de quo majus lucrum valerent apoſtolica interceſſione percipere, quam eis deberet ex illa pactione illicita provenire. Ceterum quia ſæpedicti prior & fratres, ſicut accepimus, nec monitis nec mandatis noſtris acquieſcere volunt: nos eorumdem clericorum laboribus paterna pietate compatientes, vobis per authoritatem præſentium præcipimus, quatenus priorem & monachos moneatis, ut præfato P. & fratri ejus decens & competens beneficium conferant & aſſignent. Quod ſi forte facere noluerint, vos cum exinde fueritis requiſiti, ſi vobis conſtiterit prædictos clericos, prout ipſi aſſeverant, a prænominata eccleſia de B. & capella de L. injuſte & abſque ordine judiciario, & laicorum violentia ejectos fuiſſe, ipſas eiſdem reſtitui faciatis: non obſtantibus litteris noſtræ confirmationis, quas prædicti prior & monachi a nobis impetraſſe noſcuntur.

* monitus

## Cap. III. *Idem.*

Statuimus, ut ſi ſuper decimis inter vos & aliquam perſonam eccleſiaſticam, aſſenſu epiſcopi vel archiepiſcopi ſui, compoſitio facta fuerit, rata perpetuis temporibus & inconcuſſa perſiſtat.

## Cap. IV. *Idem Dunelmenſi epiſcopo.*

Accepimus quod quædam eccleſiæ clericis tali tenore ſunt conceſſæ, quod poſt eorum obitum alii nominatim ſuccedant. Unde, quoniam hoc iniquum eſt, & ſacris canonibus inimicum, & ideo non debet aliquatenus tolerari: fraternitati tuæ, &c. quatenus hujuſmodi ſucceſſiones tam deteſtabiles & iniquas, contradictione & appellatione ceſſante, fieri prohibeas, & omnino frivolas & vanas eſſe decernas.

## Cap. V. *Idem Dunelmenſi epiſcopo.*

Contingit interdum, quod licet abbas vel prior alicujus conventualis eccleſiæ, cum eccleſiaſtica vel ſæculari perſona, ſuper his de quibus inter eos controverſia vertitur, coram delegato vel judice ordinario tranſigat, litteris capituli ſui de ratihabitione monſtratis, ipſum tamen capitulum eamdem tranſactionem nititur revocare. Unde quia ſuper hoc nos conſulere voluiſti, conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod ſi abbas vel prior, de capitulo ſuo litteras de ratihabitione habuerit, tranſactionem quam fecit, præſertim ſi fuerit aliquot annis ſervata, capitulum, ac ſi non conſenſerit in eam, non poterit aliquatenus revocare. Super eo vero, quod clerici & religioſæ perſonæ, ſicut aſſeris, litterarum intuitu quas habent a laicis, ſibi jus in eccleſiis vendicant: hoc tibi volumus innoteſcere, quod ubi epiſcopalis authoritas non acceſſerit, per illos eccleſias ſuas poſſunt obtinere.

## Cap. VI. *Idem abbati de Staforde, & priori de Helesby.*

Conſtitutus in præſentia noſtra G. clericus, ſua nobis aſſertione monſtravit, quod cum inter ipſum & A. clericum ſuper capella de Stancona controverſia emerſiſſet, tandem per tranſactionem fuit ſopita: & licet tranſactio ipſa, fide hinc inde præſtita, firmata fuiſſet, eam tamen præfatus A. ſervare contradicit. Quia ergo hujuſ-

ANNO CHRISTI 1179.

juſmodi tranſactiones nonnumquam ſpeciem obtinent ſimoniæ, & non ſolum a malo, ſed a ſpecie mali, ſecundum Apoſtolum, nos convenit abſtinere: diſcretioni veſtræ, *&c.* quatenus, cum propter hoc requiſiti fueritis, partes ante præſentiam veſtram convocetis: & revocata tranſactione in irritum, cauſam diligenter audiatis, & fine canonico terminetis. A

1. Theſ. 5.

### Cap. VII. *Idem Remenſi archiepiſcopo.*

Querelam I. presbyteri latoris præſentium accepimus, quod nobilis vir comes de Dampetra decimas ad eccleſiam ſuam pertinentes, per miniſteriales ſuos ei abſtulit, & injuſte detinet occupatas. Unde fraternitati tuæ, *&c.* quatenus, B ſi præſcriptæ decimæ ad eccleſiam quam retinet, pertinent, præfatum comitem & miniſteriales ſuos eccleſiaſtica coercitione compellas, ut eidem presbytero ablatas decimas vel earum æſtimationem abſque diminutione reſtituant, vel exinde ſecum pacifice & amicabiliter componant.

### Cap. VIII. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo & ejus ſuffraganeis.*

Cum clerici veſtræ juriſdictionis, ſicut accepimus, decedentibus eccleſiarum perſonis, paciſcantur ipſis eccleſiis majores ſolito ſolvere penſiones, ut facilius eaſdem eccleſias poſſint adipiſci: nos quidem ad tam deteſtabile vitium extirpandum, attentam volumus curam & ſolicitudinem adhibere. Inde eſt quod fraternitati veſtræ, *&c.* quatenus omnibus clericis veſtris, ne id attentare præſumant, publice ſub diſtricta pœna prohibeatis: & ſi qui contra prohibitionem veſtram venire præſumpſerint, appellatione remota; eos eccleſiis taliter adeptis quantocius ſpolietis, & aliter pro tantæ præſumptionis exceſſu ſeveritate eccleſiaſtica puniatis. Ad hæc, quia quidam ſunt clerici, qui cum religioſis viris colluſione facta, ſine authoritate diœceſani epiſcopi, eccleſias quas tenent, eis conſtituunt cenſuales, ut poſt deceſſum eorum, eædem eccleſiæ per præſentationem eorumdem religioſorum virorum, ad filios vel nepotes clericorum D ipſorum poſſint transferri: præſentium authoritate vobis præcipimus, ut ſi qui clericorum ipſorum inventi fuerint facere talia, a præſcriptis eccleſiis, appellatione remota, non differatis authoritate apoſtolica removere, ne de ſua fraude vel dolo lucrum valeant reportare.

*Locus corruptus*

### Cap. IX. *Idem VVigornienſi epiſcopo. Pars capituli:* Meminimus.

Præterea illi qui epiſcopo ignorante, authoritate ſua penſionem annuatim de eccleſiis, colluſione facta, ſolvunt aut recipiunt, eas, perſonis defunctis, ubi ab his qui per epiſcopum vel per miniſtrum tales ejus auctoritate inſtituendi E perſonas habentes jus recipiendi canonem receperint, in receptione penſionis non ſunt aliquatenus audiendi, præſertim ſi pontificalem, aut alterius qui de jure id facere potuerit, authoritatem & aſſenſum non conſtiterit interveniſſe. Non enim ſimplices ſacerdotes vel clerici poſſunt eccleſias quibus præſunt authoritate propria poſt deceſſum ſuum cenſuales efficere.

### Cap. X. *Idem Carnotenſi epiſcopo. Pars capituli:* Nos in eminenti.

ANNO CHRISTI 1179.

De cetero noveris, quod cum aliquis ad extraordinarium judicem litteris impetratis cum adverſario ſuo forte componit, poſtmodum in eccleſia de qua agitur, jus aliquod habiturus, ſi compoſitio non eſt juri contraria, non eſt ab loci epiſcopo hæc aliquatenus reprobanda: ſed cenſus abſque epiſcopali authoritate & eccleſiæ cui præeſt, ſub hoc prætextu ſolutus, vitam ejus qui ſolverit non excedit.

### Cap. XI. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

Ex frequentibus querelis perſonarum ſatis manifeſte didicimus, in partibus veſtris conſuetudinem pravam admodum & enormem, & ſanctorum patrum conſtitutionibus omnimodo contrariam, a multis retro temporibus invaluiſſe, quod videlicet clerici cæca cupiditate ducti, eccleſias & eccleſiaſtica beneficia ſine aſſenſu diœceſani epiſcopi vel officialium ſuorum, qui hoc de jure facere poſſunt, recipiunt, minus quam deceat ſolicite cogitantes, quomodo id a ſanctorum patrum conſtitutionibus eſt alienum, & eccleſiaſticæ contrarium honeſtati. Unde cum tu, frater archiepiſcope, ex officio tibi commiſſæ ſo- C licitudinis tam iniquam conſuetudinem de provincia tua velis, ſicut debes, radicitus extirpare: tam in clericos illos qui eccleſias & eccleſiaſtica beneficia occupata ſcienter detinent, quam in ipſos qui eccleſias vel eccleſiaſtica beneficia taliter occupare præſumpſerint, ſicut ex litteris tuis intellexiмus, excommunicationis ſententiam protuliſti. Nos itaque eamdem ſententiam ratam & firmam habentes, eamque authoritate apoſtolica confirmantes, per * A. S. præcipiendo mandamus, quatenus epiſcopi ſinguli veſtram ſententiam in ſingulis epiſcopatibus ſuis ſaltem quater in anno innovantes, eam, contradictione & appellatione ceſſante, faciatis * inviolabiliter obſervari: nec clericos ipſos, qui ſententiam ipſam incurrunt, vel de cetero incurrent, ſi congrue non ſatisfecerint, & a præſumptione ſua omnino deſtiterint, abſolvere præſumatis.

* Apoſtolica ſcripta vel Apoſtolicam ſanctionem.
* ſ. faciant

### Cap. XII. *Idem Norvicenſi epiſcopo.*

Audivimus, in epiſcopatu tuo, & aliis epiſcopatibus Angliæ, uſque adeo clericorum malitiam excreviſſe, quod interdum colluſione inter ſe facta ſuper beneficiis quæ poſſident, ſe ſuſtinent ab aliis moleſtari, & poſtea, ut quæſtioni cedatur, & iidem clerici beneficia quiete poſſideant, quaſi nomine tranſactionis ſolvunt aliis de ipſis beneficiis annuam penſionem, ut poſt mortem eorum in beneficiis illis, ſuper quibus eſt inter eos clericos colluſio facta, jus ſibi valeant vendicare. Unde quia quid tibi ſit exinde faciendum nos conſulere voluiſti, fraternitati tuæ, *&c.* quatenus, ſi quos clericorum tuæ juriſdictionis colluſionem hujus fraudis legitime tibi conſtiterit commiſiſſe, eos beneficiis, ſuper quibus colluſi fuerint, non differas appellatione ceſſante perpetuo ſpoliare: quia ſatis eſſet abſurdum & indignum, ſi fraus & dolus, quem in præjudicium tuæ juriſdictionis & aliorum committere nituntur, in eorum non redundaret incommodum & jacturam.

Cap.

CAP. XIII. *Item Lucius tertius B. VVigornienſi epiſcopo.*

Significavit nobis, T. rector eccleſiæ de Dulting, quod a dilectis filiis noſtris abbate & monachis Glaſtiriæ, ad regimen illius eccleſiæ electus, de ſolvendo annuo cenſu quatuor marcarum, quem prædeceſſor ejus ſolverat, corporaliter præſtitit juramentum: poſtmodum venerabilis frater noſter R. Wigornienſis epiſcopus, in cujus diœceſi ea ipſa conſiſtit, ne ipſe monachis cenſum ſolveret, niſi prius conſtaret quod epiſcopali authoritate eſſet impoſitus, in periculum ordinis & ſub interminatione anathematis, interdicit. Unde præfatus rector hinc reatum perjurii meruit, inde timet periculum inobedientiæ imminere. Quocirca fraternitati tuæ, &c. quatenus partibus convocatis, ſi præſcriptum canonem de authoritate præſulis, non de novo, impoſitum fuiſſe conſtiterit, præcipias epiſcopo authoritate noſtra ut prohibitionem ſuam ſine dilatione relaxet. Si vero cenſus fuerit de novo impoſitus, ſive de epiſcopali authoritate factum fuerit, ſive non, abbatem & monachos, ut clericum a præſtito juramento abſolvant, appellatione remota, eccleſiaſtica diſtrictione compellas. Pati enim nolumus nec debemus, ut eccleſiæ novi cenſus exactione vexentur.

CAP. XIV. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo & ejus ſuffraganeis.*

Ex crebris querimoniis clericorum, qui de partibus veſtris ad præſentiam noſtram accedunt, ſatis nobis evidenter innotuit, quod interdum decedentibus eccleſiarum perſonis, quandoque filii, quandoque alii, abſque conſcientia & conſenſu epiſcopi diœceſani, ſe in prædictas eccleſias intrudere non verentur, & earumdem eccleſiarum claves accipiunt, & ut eccleſias, vel earum bona teneant occupata, in vocem appellationis prorumpunt. Quum igitur id iniquum ſit penitus & abſurdum, nos tantæ iniquitati & enormitati, paſtorali volentes conſideratione occurrere, & radicem hujus cupiditatis de clero penitus extirpare, fraternitati tuæ, &c. quatenus, ſi qui ſint, vel fuerint in partibus veſtris, qui tali modo ad eccleſias detinendas inhiare præſumant, ipſos ad eaſdem eccleſias quantocius relinquendas, ſtudioſe monere curetis, & eccleſiaſtica diſtrictione compellere: ita quod, ſi manifeſtum eſt, ipſos ita tenere, & præſumptuoſe eccleſias detinere, ſub obtentu appellationis, ſi quam interpoſuerint, non omittatis quin eos ad eccleſias eaſdem dimittendas, appellatione ceſſante, eccleſiaſtica cenſura compellatis.

CAP. XV. *Item Lucius tertius.*

Quoniam ex plenitudine poteſtatis, &c. ſuper eo quod quæſiſti, utrum ſuper eccleſiaſtico beneficio in litigium deducto, poſſit fieri tranſactio, tale damus reſponſum: ſicut jampridem, ſi bene meminimus, alii non abſimile quærenti dedimus reſponſum: quod ſecundum formam tranſactionibus adſcriptam, ſuper re ſacra litigioſa minime tranſigi poteſt. Res * ergo ſacra ut poſſideatur aliquo dato, vel promiſſo, vel retento, ſpeciem habere non immerito credimus ſimoniæ. Alias autem gratis & amicabiliter inter ſe litigantes componere, ſacris canonibus non ducimus obviare.

* enim.



## DE ALIENATIONE RERUM eccleſiæ, & de earumdem recuperatione.

CAP. I. *Alexander tertius * Exonienſi epiſcopo.*

* Oxon.

EX præſentium latoris inſinuatione accepimus, quod Alexai er quondam ſacerdos eccleſiæ dictæ Offetolon, calicem quemdam argenteum, & medietatem unius breviarii ejuſdem eccleſiæ, pro ſua neceſſitate pignori obligavit, & ea, morte præventus, minime recollegit. Unde, quia indignum eſt, ut ejuſdem eccleſiæ res ſuæ, & præſertim, quæ ſacris miniſteriis deputatæ ſunt, taliter debeant deperire, fraternitati tuæ, &c. quatenus, ſi verum eſt quod aſſeritur, filium ejus V. qui ex ſucceſſione ejus, ipſius patrimonii jus dicitur obtinere, moneas diligenter & compellas, ut res ipſas, pignoratas recolligat, & eas eccleſiæ reſtauret: quod ſi facere noluerit, eum vinculo anathematis non differas coercere.

CAP. II. *Idem eidem. Pars capituli:* Ad aures. *Supra de ſponſis.*

De his qui parochiales tenent eccleſias, fraternitati tuæ taliter duximus reſpondendum, quod ad reparationem & inſtitutionem eccleſiarum cogi debent, cum opus fuerit, de bonis quæ ipſius ſunt, conferre, ſi eis ſuperſunt, ut eorum exemplo ceteri invitentur.

CAP. III. *Idem.*

Ceterum ſi abbatem tuæ diœceſis donationem cum priore & quibuſdam de conventu ſuo facere contigerit, & pars conventus poſtea reclamaverit: datæ rei quantitas & illius terræ conſuetudo, quæ tamen ſacris canonibus manifeſte non obviet, eſt diligentius attendenda: & ſecundum hoc eſt donum ratum vel irritum judicandum. Verum cum alicui eccleſiæ poſſeſſio quælibet, interpoſita conditione, donatur: non poteſt a donatore donum poſtea revocari, niſi forte tali ſit conditione collata, quod ea ceſſante poſſeſſio revocari debeat.

CAP. VI. *Idem VVigornienſi epiſcopo.*

Illas vero terras, quæ de ſilvis extirpatæ, ſunt arabiles factæ, eis hæreditario jure ſub annuo cenſu poteris concedere tenendas, a quibus ipſas ſuorum * vel parentum ſuorum labore conſtiterit fuiſſe extirpatas: niſi forte aliis poſſint ad majorem eccleſiæ utilitatem cum eodem honore & labore conferri.

* Corr. ſuo

CAP. V. *Idem Panormitano archiepiſcopo.*

Quia tua nos duxit prudentia conſulendos, utrum clerici ſcholares, de rebus mobilibus, aut immobilibus poſſint condere teſtamentum, conſultationi tuæ reſpondemus: quod licet de his quæ paternæ ſucceſſionis & cognationis intuitu aut de artificio ſunt adepti, ſive dono conſanguineorum aut amicorum ſuorum, non habito reſpectu ad eccleſiam, perveniunt ad ipſos, libere diſponere valeant, de his tamen quæ de conſideratione eccleſiaſtica perceperunt, nullum de jure poſſunt facere teſtamentum.

ANNO CHRISTI 1179.

Cap. VI. *Idem Salernitano episcopo.*

Ad hæc licet conſuetudo illa non ſit rationi conſona, ſecundum quam clericus, ſi a Kalendis Martii uſque ad Kalendas Novembris deceſſerit, totum fructum beneficii, quem deberet anno illo percipere, pro voluntate ſua largitur: quia tamen in multis eccleſiis obſervatur, ſatis eam in archiepiſcopatu tuo poteris tolerare, præſertim ſi clericus in deceſſu ſuo gravetur debitis. Et illud eſt omnino rationi contrarium, ut unus clericus in una vel in diverſis eccleſijs archidiaconatum & cantoriam vel decanatum obtineat: cum ſingula officia quæ ſunt in eccleſiis, aſſiduitatem exigant * præſtari.

Cap. VII. *Idem.*

De poſſeſſionibus autem, laicis ſub modico cenſu conceſſis, noverit tua fraternitas, quod ſi læſa eccleſia eſt & manifeſtum appareat detrimentum ipſius, cum ejus conditionem deteriorem facere non licuerit, & eccleſia jure minorum ſemper debeat illæſa conſervari, quæ in damnum ipſius conſtiterit, ad jus ipſius proprietatemque redire convenit. Providendum eſt tamen, ne, ſi forte colonus poſſeſſiones illas expenſis ac ſuo labore fecerit meliores, ſumptibus, quos bono animo fecerit, debeat defraudari.

Cap. VIII. *Idem Cenomanenſi episcopo*

Ad hoc præſentibus tibi litteris innoteſcat, quod clerici de mobilibus quæ per eccleſias ſunt adepti, de jare * reſtaurari non poſſunt. Viventes tamen, & ſui compotes, moderate valent aliqua de bonis ipſis, non ratione * tementi, ſed intuitu eleemoſynæ * erogare, in ægritudine etiam conſtituti.

Cap. IX. *Idem decano & capitulo Morianenſi.*

Ad hoc in apoſtolicæ ſedis ſpecula ſumus; licet immeriti, Domino diſponente, conſtituti, D ut aciem noſtræ conſiderationis ad univerſas eccleſias extendamus, & earum commodis & profectibus omnino intendamus. Pervenit autem ad audientiam noſtram ex parte venerabilis fratris epiſcopi veſtri, quod ipſe pro eccleſiæ veſtræ neceſſitatibus magno ſit onere debitorum prægravatus. Unde quaſi vir providus & diſcretus nos obnixe rogavit, ut vos pro eis reddendis ſolicitos redderemus. Quia vero decet vos pro utilitate eccleſiæ & incremento, diligentes & vigiles exiſtere, dignitati veſtræ mandamus, quod ſi contigerit eumdem epiſcopum ante ſolutionem debitorum, quæ pro utilitate & neceſſitate eccleſiæ ſibi commiſſæ contraxerit, ex hac luce migrare, de redditibus qui ſpectant ad menſam ejus, donec alius loco ejus ſubſtituatur, eadem debita ſolvere ſtudeatis. Quo ſubſtituto, epiſcopum ad eorumdem debitorum ſolutionem omnino adducetis, & ſicut filius debita patris, ita prælatus ſui prædeceſſoris pro neceſſitate eccleſiæ contracta tenetur perſolvere.

* perſonaliter.

* leg. teſtari.
* leg. teſtamenti.
* largiri.

A

ANNO CHRISTI 1179. PARS XXX.

UNI PLURA BENEFICIA eccleſiaſtica non committenda, nec unum inter plures dividendum: & de in beneficio ſibi aſſignato non reſidentibus.

CAPUT I.

*Alexander III. Eboracenſi archiepiſcopo.*

Relatum eſt auribus noſtris, quod Nicolaus archidiaconus (a) de Bedis, canonicus Bevianenſis eccleſiæ, ita integre & plenarie canonicam jam dictæ eccleſiæ requirit præbendam, ſicut & illi qui die noctuque ſatagunt eidem eccleſiæ (b) deſerre. Super hoc etiam litteras noſtras ſe habere proponit. Quia vero hoc indignum & abſurdum eſt, niſi de conſuetudine præſcriptæ eccleſiæ hoc poſſit inquirere: fraternitati tuæ, &c. quatenus eumdem archidiaconum diligenter commoneas, quod occaſione litterarum noſtrarum communia eccleſiæ prælibatæ nulla ratione, contra conſuetudinem & inſtitutionem ipſius eccleſiæ, requirere audeat: niſi eidem eccleſiæ in propria perſona aſſidue vel per medietatem unius anni voluerit deſervire.

Cap. II. *Idem Londonienſi episcopo.*

Cum teneamur ex debito ſuſcepti regiminis C proviſioni clericorum intendere: tibi & aliis eccleſiaſticis prælatis, pro eis ſcripta noſtra dirigimus, & interdum etiam ſuper illorum proviſione, qui aliquod beneficium ſufficiens habere noſcuntur, dum etiam aliquando ignoramus eos habere aliquod beneficium, pro quibus tibi & aliis eccleſiarum prælatis ſcribimus, ſi preces & mandatum noſtrum recepiſti pro aliquo, vel aliquando recipies, qui aliud beneficium habet, de quo valet commode ſuſtentari, niſi forte in litteris ipſis de alio beneficio quod habet, mentio habeatur: aut ſi nunc non potes ei ſine ſcandalo providere, æquanimiter ſuſtinebimus, ſi pro eo preces & mandatum noſtrum non duxeris exequendum.

Cap. III. *Idem.*

Deferente I. Nob. presbytero, latore præſentium, accepimus, quod cum duas eccleſias haberet, archidiaconus tuus ipſum altera illarum ſpoliavit, & eam cuidam presbytero N. nomine aſſignavit. Prædictus autem I. ſentiens ſe in hac parte gravari, ad venerabilem fratrem noſtrum Treverenſem * archiepiſcopum appellavit. Cumque idem I. de mandato ejuſdem archiepiſcopi in præſcriptam eccleſiam fuiſſet reſtitutus, memoratus G. ad audientiam noſtram appellavit. Poſtea vero prædictus archiepiſcopus eumdem I. eo quod ad præſentiam ſuam vocatus ut alteram E de prædictis eccleſiis prænominato G. concederet, venire contempſit, vinculo excommunicationis adſtrinxit. Nos autem a ſententia qua tenebatur, facientes eum abſolvi, eumdem duximus tibi remittendum. Quo circa mandamus, quatenus partibus ante præſentiam tuam convocatis, præſcripto I. una de præſcriptis eccleſiis, quam voluerit, cum pertinentiis ſuis relicta, alteram præfato G. ſi eccleſiam non habet, non diffe-

* Remenſem.

(a) *de Bedeford canonicus Belvacenſis.* (b) *deſervire.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

differas aſſignare. Si vero aliam habet eccleſiam, A alteri perſonæ idoneæ, beneficio eccleſiaſtico carenti, incunctanter aſſignes.

CAP. IV. *Idem in Concilio Turonenſi.*

Majoribus in eccleſia beneficiis in ſua integritate manentibus, indecorum nimis videtur, ut minorum clericorum præbendæ patiantur ſectionem. Idcirco ut ſicut in magnis, ita quoque in minimis membris ſuis eccleſia firmam habeat unitatem, diviſionem præbendarum, ut dignitatum permutationem, fieri prohibemus.

CAP. V. *Idem Norvvicenſi epiſcopo.*

B Ad audientiam noſtram pervenit, quod H. presbyter monachos de Rameſeja, & clericum ſuum T. petendo vicariam eccleſiæ de Buruvelle, a qua XXIX. annis retroceſſit, in diverſis poſtea eccleſiis perſonatum adeptus, multipliciter vexare ac fatigare præſumit. Quia igitur non eſt canonicum, ut qui curam animarum in diverſis habet eccleſiis, fiat vicarius in alienis: diſcretioni tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquiſita, ſi ita eſſe noveris, prædictum presbyterum a petitione prædictæ vicariæ deſiſtere, appellatione & occaſione remota, diſtrictius compellatis: non obſtantibus litteris, ſi quas tacita veritate per nuncium aliquem a nobis impetravit. Extirpari enim debent, quæ de avaritiæ radice procedunt, & canonum ſunt contraria ſanctioni.

C

CAP. VI. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo.*

Fraternitati tuæ duximus reſpondendum, ut ſi clerici qui in eccleſiis tuæ juriſdictionis beneficia ſunt adepti, ad aliam diœceſim, abſque tua conſcientia & aſſenſu, morandi cauſa tranſierint, beneficiis quæ a te habuerint, liceat tibi eos ſpoliare: niſi forte diſciplinis ſcholaſticis invigilaverint, aut cauſam rationabilem tibi oſtenderint, quare reverti non debeant. Præterea clericos alterius diœceſis abſque litteris commendatitiis epiſcopi ſui, niſi pro eis preces aut mandata ſedis D apoſtolicæ receperis, non teneris nec etiam debes recipere.

CAP. VII. (a) *Idem G.* * *Nincolnenſi electo.*

* Lincolnienſi

De multa liberalitate credimus proveniſſe, quod dilectus filius noſter S. archidiaconus (b) de Norhantuna, præbendam, quam habebat in eccleſia tibi commiſſa, libere tibi conceſſit, ut eam dilecto (c) filio G. nepoti veſtro conferres. *Et infra*: Quoniam igitur nulla ratione ſuſtinere poſſumus, ut memoratus archidiaconus diſpendium patiatur, unde gratiam tuam & noſtram E meruit obtinere, (d) ubi jus præbendæ ſuæ ceſſerit G. ut veſtram poſſit perficere voluntatem: fraternitati tuæ, &c. *ut ſupra*. Cum rationi eccleſiaſticæ inſtitutioni contrarium ſit, ut archidiaconus præbenda careat (e) in eccleſia, cui noſcitur in archidiaconatus officio deſervire, non honeſtum ſit tibi, promiſſionem tuam tam honeſtam revocare.

CAP. VIII. *Idem Burdegalenſi archiepiſcopo.*

Pars cap. Conſuluit. ſup. de ſponſ.

Præterea de G. archidiacono, qui cum in tua & Toloſana eccleſia archidiaconus ſit conſtitutus, & in utraque profeſſus regulariter, collectis illis quæ in archidiaconatu tuo poteſt colligere, præter conſcientiam tuam & licentiam, Toloſam regreditur, & ibi per annum vel amplius moratur: providentiæ tuæ ſignificamus, ut eumdem archidiaconum, ſi ita res ſe habet, altero quem maluerit, archidiaconatu, occaſione & appellatione ceſſante, facias eſſe contentum.

CAP. IX. *Idem Salernitano archiepiſcopo. Pars cap. ſupra de clericis matrimonio copulatis:* Clericos.

Mandamus, ut ſi qui clerici eccleſiarum tuarum, fratribus Hoſpitalis cum licentia ſui prælati ſponte ac gratis per annum vel triennium ſervire decernunt, nequaquam impediantur: & interim beneficia ſua eccleſiaſtica vel redditus, ſi quos habent, non amittant.

## DE EXCOMMUNICATIS.

PARS XXXI.

CAP. I. *Idem* * *Exonienſi epiſcopo.*

* Oxon

EX parte tua nobis eſt conſtanti aſſertione propoſitum, quod quidam interdum pro certis cauſis excommunicati, ſedem apoſtolicam viſitant, & reticentes cauſas, pro quibus ſunt vinculo excommunicationis adſtricti, auditis confeſſionibus ſuis, abſolutionis beneficium * meruiſſe. Unde quia nos conſulere voluiſti, utrum illa abſolutio teneat, ſi occultatis exceſſibus, pro quibus excommunicati fuerunt, abſolutionis meruerunt * privilegium, ſive excommunicationis aliam cauſam prætendentes: conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi ita conſtiterit, eos cogere debes cenſura eccleſiaſtica, cum litteris tuis rei veritatem continentibus, ad ſedem apoſtolicam redire. Si vero id tibi non conſtiterit, & eos ſuſpectos habueris, quod non fuerint veritatem confeſſi: ipſos compellere debes exinde coram te, quod veritatem confeſſi fuerint, purgationem præſtare.

* ſ meruere

* beneficium,

CAP. II. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Qua fronte nos ſuper articulis juris conſulere valeas, non videmus, cum in his quæ tibi nota ſunt & liquida, manifeſte dicaris ordinem pervertere, & evidenter libertati * eccleſiaſticæ contraire, pro qua ille glorioſus & inclytus martyr, prædeceſſor tuus Thomas martyrium ſubire non expavit. Jam enim non in eccleſia, ſicut canonicum eſt & honeſtum, non in palatio, non in camera tua, ſed in propria camera regis, contra debitum juris & contra pontificalis officii dignitatem, epiſcoporum electiones diceris confirmare. Verum ſuper his, de quibus nos conſulere voluiſti, prout nobis dederit Dominus, tibi reſpondemus. Sane ſi quis pro contumacia vel alia qualibet cauſa, excommunicatione tenetur adſtrictus, & offert ſe ad juſtitiam de his, pro qui-

* eccleſiæ

(a) *Alexander III. Lingon. electo* (b) *de Morant.* (c) ſ. *G.*
(d) *cum præbendæ ſuæ ceſſit, ideo ut noſtra perficere.* (e) *in Eccleſia tua.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

quibus ſententiam ipſam excepit: judex eum, ut non in excommunicatione decedat, abſolvere poterit, etiam ſi pars adverſa, ne abſolvatur, appellationis obſtaculum interponat: ab ipſo tamen ante abſolutionem ſufficiente cautione recepta, quod vel in præſentia Romani pontificis, ad cujus audientiam appellatur, ſi maluerit adverſarius, vel coram judice, cui Romanus pontifex cauſam delegaverit, vel coram eo in quo utraque pars convenerit, juris pareat æquitati.

### CAP. III. *Idem in eadem epiſtola.*

De his etiam, qui ſe conqueruntur irrationabiliter excommunicationi vel interdictioni ſuppoſitos, illud idem dicimus: etiamſi hi pro quibus tulerint ſententiam, ad ſedem apoſtolicam duxerint appellandum.

### CAP. IV. *Idem Rotomagenſi archiepiſcopo.*

Quia quæſitum eſt a nobis ex parte tua, ſi liceat tibi eos qui excommunicationis vinculo ab epiſcopis, aut ſuffraganeis tuis fuerint innodati, & ad audientiam tuam appellant, abſolvere antequam ſteterint tuo judicio: inquiſitioni tuæ præſentibus litteris reſpondemus, quod ſi poſt appellationem inter eos ſententia excommunicationis eſt promulgata, abſolutione non indigent, cum ſententia poſt appellationem lata neminem ligare poſſit. Si autem ante appellationem fuerint excommunicati, ante ingreſſum cauſæ, recepto ab eis juramento, ſecundum eccleſiæ conſuetudinem debes eos abſolvere, niſi epiſcopo a quo fuerunt excommunicati, in hac parte volueris deferre, & eos ad ipſum abſolvendos remittere. Cum autem ab epiſcopo vel a te fuerint abſoluti, cauſam audire debes & eam fine debito terminare: quia nec excommunicati ante abſolutionem ſunt audiendi, nec cauſa ad eos a quibus eſt appellatum, debet aliquatenus remitti.

### CAP. V. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Cum ad hoc in beatorum apoſtolorum principis cathedra, quanquam immeriti, Domino diſponente, ſimus conſtituti, ut plantare debeamus quæ ad virtutem ſpectant & decorem; & evellere & eradicare curemus, quæ ſunt obvia rationi, & profectum impediunt ſalutis: intelleximus ſane quod Hoſpitalarii nominatim excommunicatos contra prohibitionem eccleſiaſticam præſumunt tradere humanæ Chriſtianæ ſepulturæ, non cogitantes, quam grave ſit illis in morte communicare, quos, dum viverent, eccleſia pro ſuis exceſſibus a ſinu ſuo ſegregavit. Unde quoniam hujuſmodi præſumptionem & temeritatem nolumus nec debemus aliquatenus tolerare: diſcretioni tuæ, *&c.* quatenus prædictos fratres moneas & horteris, & ex noſtra parte præcipias, ut ſi quos in excommunicatione defunctos in cœmeteriis ſepelierint, extra cœmeteria ipſos penitus ejiciant. Quod ſi facere noluerint, tu hoc ipſum de his, quos in excommunicatione defunctos eſſe conſtiterit, authoritate noſtra, & appellatione remota, exequaris.

### CAP. VI. *Idem in Turonenſi Concilio.*

Quoniam ſupervenientibus novis morbis novas expedit invenire medicinas: & eccleſiaſticæ libertati conſulere, & ſubditorum utilitati providere curantes, ſtatuimus ut capellani, & qui



ANNO CHRISTI 1179.

eorum vice miniſtrant, hujuſmodi ſacramento adſtringantur, ut ex quo fuerit cognitum eis, aliquid eccleſiæ vel cœmeterii ſeu eccleſiaſticæ poſſeſſionis, in caſtrum veniſſe, vel caſtrenſium violentia ablatum fuiſſe, conveniant dominum caſtri, ſive illum qui primus ab eo dominatum habet, cujus poteſtate conſilioque res dirigi poſſit. Et ſi eorum commonitione præmiſſa, prædam non reddiderit, ſi adfuerit; vel ſi abfuerit, de integra reſtitutione infra octavum diem certam ſecuritatem non fecerit: extunc ab omni eccleſiaſtico ceſſabitur officio, excepto baptiſmo & confeſſione, & timore mortis communione. Quod in omnibus terris eorum propriis præcipimus obſervari, nec non & in illis, in quibus integram exercent dominationem. Permittimus tamen, ut ſemel in hebdomada, cauſa conficiendi corpus Chriſti, Miſſa in villa celebretur proxima, clauſis omnibus oſtiis, & excluſis excommunicatis, * præter miniſtros altaris. Quod ſi prædicti caſtrenſes poſt datam inter eos ſententiam incorrigibiles per xxxx. dies extiterint: capellani ab eorum recedant officio, non amplius cum eis commoraturi, quamdiu ſub anathematis vinculo teneantur. Sub hac lege ſcriptores claudimus. Quod ſi capellani vel quilibet officiales clericis ex ſuis poſſeſſionibus ſunt advocati ſervitii dibitores, ultra tres menſes commorandi cum eis licentiam non adhibemus. Quod ſi gratia commonitionis * eis concedatur, conveſcendi tamen & cohabitandi interdicimus participationem. Quia vero ultra præfixum terminum cum eis commorari præſumpſerit, officio ſimul & eccleſiaſtico careat beneficio, & ne forte præda * in dolo convertatur, aut clericos caſtrorum excuſet ignorantia: egredi debent, * obviare prædæ, audituri & ſolicite inquiſituri, ſi quæ res ibi fuerint eccleſiaſticæ, vel earum reclamatores. Si quis autem clericus ob hujuſmodi receſſum, propter juſtitiam a domino ſuo rerum ſuarum damna pertulerit: ipſe dominus non niſi per integram omnium reſtitutionem meretur abſolvi. Si quælibet villa duos vel plures advocatos habuerit, in quorum aliquem lata ſit ſententia: * non careant officio, niſi qui ejus ſubſunt dominio. Quod ſi eccleſia ſuæ * advocationis fuerit, eadem eſſet & ſibi interdicta: licet alterius advocationis corpora ſepeliri: Miſſa tamen non celebrabitur. De mutandis autem caſtrorum vicariis vel clericis, ſtatuimus ut archidiacono ſignificetur, ne alius loco ejus ſubſtituatur, donec eodem adſtringantur ſacramento. Mercatoribus autem & ceteris hominibus civitatum vel * burgorum prohibemus, ne aliquem nomine excommunicatum, * hoſpitem ſuſcipiant, nec in venditione vel in emptione ſeu aliqua participent accommodatione. Qui vero tranſgreſſores extiterint, a ſacerdote parochiano tres dies vocentur, tribus autem aliis diebus ad correctionem expectentur: ſeptimo die, ſi incorrigibiles apparuerint, anathematis ſententiam ſubituri: nec ab epiſcopo, nec ab archidiacono ſe noverint abſolvendos. Si vero a domino aliove potente ad hoſpitandum excommunicatum, hoſpiti vim illatam cognitum fuerit, hoſpes reus non habeatur: ſed ejus qui violentiam intulit, terra ſuſpendatur, cujus ſuſpenſionis reſtitutio pontificali erit arbitrio reſervanda. In villis vero vel urbibus vel caſtellis, quæ regis ſubſunt dominio, in quibus conſtabularii ad tempus ſtatuuntur, ſi ipſum conſtabularium conſtiterit anathematis ſententiam ſubiiſſe: ipſo in villa præſente locus * medius: quo recedente, eodem * reverſuro, alii Divinum officium non amittant:

* *al.* excluſis omnibus præt.
* *al.* commorationis.
* *al.* præda committatur in dolum
* *al.* deb. obviam prædæ.
* *al. additur* dummodo.
* *al.* unius advocationis fuerit, ſuis eadem & ſibi interdicta licentia, licet alter.
* *al.* burgatorum.
* hoſpitio
* *al.* præſente, loco illo Divina vacent: quo &c.
* *al.* eodem die rev.

ANNO CHRISTI 1179.

ſuis domeſticis omnibus a Chriſtianitate ſuſpenſis. De cœmeteriis & eccleſiis, ſive quibuslibet poſſeſſionibus eccleſiaſticis tenſerias * dari prohibemus, ne * pro eccleſiæ vel cœmeterii defenſione clerici fidei ſuæ ſponſionem interponant: quod ſi præſumpſerint, ordinis ſui & beneficii periculum incurrant. Qui vero eccleſiam vel cœmeterium contempſerint, * vel ordinatis manus violentas impoſuerint, anathematis ſententia feriantur: nec ab alio niſi a domino papa abſolutionem conſequantur, niſi mortis interveniente periculo, diſpenſatio miſericorditer ſubveniat, data tamen pro * poſſe ſatisfaciendi ſecuritate, ſi convaluerint, pro abſolutione papam adituros. Si quis videns excommunicatum ex nomine, hoſpitio ſuſceperit, vel ei pecuniam ſcienter accommodaverit: quia noſtri ſunt contemptores mandati, prohibemus, ne Chriſtianus vel Chriſtiana ei ſerviat, donec inde ſatisfecerit. Præcipimus autem, quod decani * fide adſtringantur, quod ſi eis cognitum fuerit, aliquem de clericis hæc decreta non ſervaſſe, epiſcopo, ſi affuerit, vel archidiacono denuncient. Prohibemus etiam, ne abbates vel monachi, priores vel abbatiſſæ, vel prioriſſæ, de poſſeſſionibus eccleſiaſticis tenſeriam * donent: clericis autem & laicis prohibemus, ne quis ſcienter prædam * eccleſiæ emat, vel prædam * cœmeterii, vel cujuslibet poſſeſſionis eccleſiaſticæ: quod qui præſumpſerint, anathematis vinculo feriantur.

* al. centurias.
* al. nec
* al. commiſerit
* al. pro ſe
* al. decani rurales
* al. cenſarias.
* al. prædia
* al. prædium

*Ex decretis Gelaſii papæ, cap. 2.*

Quicumque intra anni ſpatium civiliter ſive publice cauſam ſuam coram ſuis excommunicatoribus non peregerint, ipſi ſibi audientiæ aditum clauſiſſe videantur. Quod ſi obſtinato animo defuncti fuerint, nos illorum cauſam, juxta beati Leonis prædeceſſoris noſtri ſententiam, Divino judicio reſervantes, quibus vivis non communicavimus, mortuis non communicamus.

CAP. VII. *Idem.*

Cum ab eccleſiarum prælatis eccleſiaſtica ſententia in malefactores aliquos promulgatur, debet rata & firma conſiſtere, * ut uſque ad dignam ſatisfactionem inviolabiliter obſervetur. Quapropter diſcretioni tuæ, &c. quatenus ſi quando dilectus filius noſter Lan. plebanus ſancti Pancratii, * in clericos vel in laicos parochianos ſuos interdum interdicti vel excommunicationis ſententiam rationabiliter tulerit, præcipias obſervari: nec eam ſine congrua ſatisfactione, & abſque conſcientia ejuſdem plebani, aliqua ratione relaxes.

* al. & uſque &c. obſervari.
* al. S. Pancratii de Lucar.

## DE CONJUNGENDIS FILIIS ante vel poſt compaternitatem genitis.

PARS XXXII.

CAP. I. *Alexander tertius Salernitano archiepiſcopo.*

UTrum autem filii vel filiæ ante vel poſt compaternitatem geniti, poſſint ſimul ad invicem copulari, canones ſecundum diverſorum locorum conſuetudinem inveniuntur. Et licet primus canon exinde editus, natos poſt compaternitatem prohibeat ad invicem copulari: alter tamen canon poſterius editus primum videtur corrigere, per quem ſtatuitur, ut ſive ante, ſive poſt compaternitatem geniti ſunt, ſimul poſſint conjungi: excepta illa perſona dumtaxat, per quam ad compaternitatem pervenitur. Unde tolerabilius nobis videretur, ut ſecundum poſteriorem canonem, etiam poſt compaternitatem geniti, ſimul poſſint copulari, præter illam perſonam, per quam compaternitas contrahitur, niſi conſuetudo eccleſiæ, quæ ſcandalum generet, aliter ſe habeat.

CAP. II. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Si vir vel mulier ſcienter aut ignoranter filium ſuum de ſacro fonte ſuſceperit, an propter hoc ab invicem ſeparari debeant & alii copulari, quia nos generaliter conſulere voluiſti, conſultationi tuæ reſpondemus: quod quamvis ſit generaliter conſtitutum ut debeant, quidam tamen humanius & potius ſentientes, aliter ſtatuunt. Et ideo nobis videtur, quod ſive ex ignorantia, ſive ex malitia id fecerint, non ſunt ab invicem ſeparandi, nec alter alteri debitum debet ſubtrahere, niſi ad continentiam ſervandam poſſit induci. Quod ſi ex ignorantia id factum eſt, eos excuſare ignorantia videtur: ſi ex malitia, eis ſua fraus non debet patrocinari vel dolus.

## QUI FILII SINT LEGITIMI, & de exactione dotium poſt divortium & ad quem pertineat hujus cauſæ cognitio.

PARS XXXIII.

CAP. I. *Idem * Exonienſi epiſcopo.*

* Oxon

MEminimus nos fraternitati tuæ ſuper cauſa quæ inter P. & R. de quadam hæreditate vertitur, quam idem P. nomine Sibillæ uxoris ſuæ petebat, tali modo ſcripſiſſe: ut ſi conſtaret, prout litteræ tuæ continebant, inter dicti R. patrem & matrem, poſt ejus nativitatem matrimonium fuiſſe contractum, eum omni appellatione remota legitimum eſſe denuncies, & ab hæreditate paterna propter cauſam prædictam nullatenus debere repelli. Tanta eſt enim vis * ſacramenti, ut qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium habeantur legitimi. Verum quoniam P. ultra quam in litteris tuis continetur, nobis ſignificavit, quod pater ſuus, vivente uxore, matrem R. tenebat, & cum in adulterio procreaſſet, & quod in mortem ipſius uxoris mater fuerit machinata: fraternitati tuæ, &c. quatenus rei veritatem inquiras, & ſi tibi conſtiterit, quod vivente uxore, pater prædicti R. matre ipſius publice abuſus fuiſſet, eum ſpurium, & ab hæreditate repellendum, præſertim ſi mater ipſius in mortem prioris uxoris fuerit machinata, decernas, quoniam inter ſe legitimum matrimonium contrahere non potuerunt.

* matrimonii.

CAP. II. (*a*) *Idem venerabili fratri N. epiſcopo Bathonienſi.*

Ex conqueſtione (*b*) E. mulieris, nobis innotuit, (*c*) quod R. quondam vir ſuus, a quo, ſicut dicitur, fuit (*d*) ſine judicio eccleſiæ ſeparata, do-

(a) *Alexander* III. reliqua deſunt. (b) *M. mulieris*. (c) quod N. (d) deeſt *ſine*. Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

dotem ſuam ſibi reddere contradicit. Quia vero indecens eſt, & a juris ordine alienum; ut prædicta mulier dotem ſuam amittat: fraternitati tuæ, *&c.* quatenus, ſi eadem mulier a prædicto viro, judicio eccleſiæ, ſeparata fuerit, ipſum moneas & inducas, & ſi neceſſe fuerit, appellatione remota, eccleſiaſtica diſtrictione compellas, ut prædictæ mulieri dotem ſuam reſtituat, aut ſecundum terræ conſuetudinem, inpræſentia tuà juſtitiæ plenitudinem exhibeat.

### Cap. III. *Idem*.

Conqueſtus eſt nobis H. lator præſentium, quod quamdam mulierem neptem R. accepit in uxorem, & præfatus R. ipſam exhæredare conatur, eo quod ante deſponſationem matris ſuæ nata fuerit: cum poſtea, prout dicitur, pater præfatæ mulieris, matrem ipſius acceperit in uxorem. Inde eſt quod fraternitati tuæ, *&c.* quatenus rei veritate diligenter inquiſita & cognita, nullius appellatione obſtante, legitimam eſſe judicetis, inhibentes prædicto R. ex noſtra & veſtra parte, ne ſæpedictæ mulieri, vel hæredibus ſuis, hac occaſione ſuper hæreditate ſua moleſtiam inferat vel gravamen. Si autem contra inhibitionem noſtram venire præſumpſerit, ſublato appellationis remedio, eccleſiaſtica ſeveritate percellatis.

### Cap. IV. *Idem London. & Wigorn. epiſcopis.*

Cauſam quæ inter R. & F. ſuper eo quod mater jam dicti R. dicitur non fuiſſe de legitimo matrimonio nata, agitari dignoſcitur, experientiæ veſtræ jam pridem commiſimus terminandam. Verum quia in litteris noſtris inſeri fecimus, ut ſæpe fato R. poſſeſſionem omnium eorum, quorum poſſeſſor extitit, quando avus ſuus iter Hieroſolymam proficiſcendi arripuit, ante principalis cauſæ ingreſſum faciatis appellatione ceſſante reſtitui, ſi eadem poſſeſſione fuiſſet per violentiam ſpoliatus: nos attendentes, quod ad regem pertineat, non ad eccleſiaſticam auctoritatem, de talibus poſſeſſionibus judicare, ne videamur juri & dignitati cariſſimi in Chriſto filii noſtri H. regis Anglorum principis detrahere, qui, ſicut accepimus, motus eſt & turbatus, quod de poſſeſſionibus non ſcripſimus ei, cum ipſarum judicium, ut aſſerit, ad ſe pertineat: volumus, & fraternitati veſtræ mandamus, quatenus poſſeſſionum jura regi relinquentes, factum de principali cauſa, videlicet utrum mater prædicti R. de legitimo matrimonio fuerit nata, plenius cognoſcatis, & eam vel aliam ſecundum litterarum noſtrarum tenorem, appellatione remota, terminetis: licet incongruum videatur, ut matrimonium genitricis præfati R. impetatur, quod ea vivente, ut dicitur, non fuerit impetitum.

### Cap. V. *Idem*.

Cum inter I. veterem concivem noſtrum & T. mulierem, divortii ſit ſententia canonice prolata: filii eorum, qui ante ſententiam nati fuerunt, & ille qui tunc conceptus erat, non debent exinde ſuſtinere jacturam, cum parentes eorum publice ſine contradictione eccleſiæ matrimonium inter ſe contraxerint. Inde eſt quod auctoritate apoſtolica ſtatuimus, ut filii eorum, quos ipſi ante divortium habuerunt, & qui conceptus fuerat ante latam ſententiam, nihilo minus legitimi habeantur; & quod in bona paterna jure hæreditario ſuccedant, & de bonis parentum ſuorum nutriantur. Quocirca venerabilitati veſtræ, *&c.* quatenus præfatos filios memorati I. & prædictæ mulieris, ſuccedere in paterna bona, & exinde nutriri non prohibeatis: nec occaſione divortii in parentes eorum celebrati, eis a quoquam moleſtiam vel gravamina ſuſtineatis inferri.

ANNO CHRISTI 1179.

## DE RAPTORIBUS, ET ECCLESIARUM violatoribus, & quando poſt peractam pœnitentiam ſit neganda ſepultura eccleſiaſtica, niſi ſatiſdent de damno reſtituendo.

PARS XXXIV.

### Cap. I. *Eugenius tertius univerſo clero.*

Super eo quod de raptoribus eccleſiarum, atque presbyteris, qui pœnitentiam eis injungere, & oblationes eorum contra ſtatutum noſtrum ſuſcipere attentaverint, a nobis communi deliberatione ſtatutum cum fratribus noſtris ſtatuimus, & conſtitutionem ipſam, ſanctorum patrum veſtigia ſubſequentes, auctoritate Dei & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli pariter confirmamus: ſtatuentes, ut quicumque ex his raptoribus, qui in urbe diabolo ſuggerente violenter ſurrexerint, in rapina, ſive in eccleſiarum violatione manifeſte eſt deprehenſus, vel amodo fuerit, niſi ablata prius reſtituat, ſi poterit, vel emendandi plenam ſecuritatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitus denegetur. Si vero uſque ad obitum, quod abſit, in ſua contumacia duraverit, & in extremis poſitus, pœnitentiæ remedium humiliter poſtulaverit: ſi emendationem vel emendandi ſecuritatem præſtiterit, ac fidejuſſores, qui ablata reſtituere debeant, idoneos dederit, ei pœnitentia & eccleſiaſtica ſepultura concedatur. Qui autem in ſanitate, obſtinata mente non pœnituerit, vel emendaverit, & in morte ſecuritatem ac fidejuſſores, ſicut diximus, præſtare nequiverit, * ſolemnitas pœnitentiæ parum prodeſſe, ſicut credimus, videtur: ſed viaticum non negetur, ita tamen, ut nullus clericorum ſepulturæ illius interſit, nec ejus eleemoſynam accipere præſumat. Quod ſi qui presbyterorum vel clericorum contra ſtatutum noſtrum in vita vel in morte pœnitentias dare, aut ſepulturæ illorum intereſſe, vel eorum eleemoſynas accipere attentaverint, ſeu hujuſmodi rapinæ participes inventi fuerint, ordinis ſui damnum irrecuperabiliter patiantur, & beneficio eccleſiaſtico careant.

* *Forte*, his ſolemnitas.

### Cap. II. *Alexander III. Claromontano epiſcopo*

Litteris tuis quas I. lator præſentium exhibuerat, continebatur, quod cum pater ejus multis fuiſſet criminibus irretitus, qui per appoſitionem ignis, eccleſiarum incendium diabolo ſuggerente commiſerat: tandem in ultima ægritudine conſtitutus, ſe confeſſus eſt peccatorem, & accepta pœnitentia de commiſſis, per manum capellani ſui fuit a ſententia anathematis abſolutus: ſed moriens, eccleſiaſticam ſepulturam nequivit habere. Quapropter ſi ita res ſe habet, fraternitati tuæ, *&c.* quatenus corpus ejuſdem patris I. ſupradicti, appellatione ceſſante, facias in cœmeterio ſepeliri, & hæredes ejus moneas & compellas, ut his quibus ille per incendium vel alio modo damna contra juſtitiam irrogavit, juxta ſuas facultates condigne ſatisfaciant, ut ſic a peccato valeat liberari.

ANNO CHRISTI 1179.

*Idem ex concilio Turonenſi.*

Fures & latrones ſi in furando vel in præ- dando occiduntur, viſum eſt pro eis non oran- dum: & ſi comprehenſi & vulnerati fuerint, & presbytero vel diacono confeſſi fuerint, commu- nionem eis non denegamus.

### Cap. III. *Item Alexander tertius Lucenſi epiſcopo.*

De ſecunda vero quæſtione, hoc tuam diſcre- tionem tenere volumus, quod propinqui ejus, quem pro manifeſtis exceſſibus, videlicet homi- cidio, incendio, violenta manuum injectione in clericos, in violatione * multarum eccleſiarum & inceſtu, vinculo excommunicationis adſtrin- gis, monendi ſunt ut pro eis ſatisfactionem ex- hibeant: quod ſi fecerint, quia laborans in ex- tremis, præſtito juramento, per presbyterum * tenuerit ab excommunicationis ſententia relaxa- ri, in cœmeterio poterit ſepeliri. Si autem pro- pinqui ſui tuis acquieſcere monitis contradixe- rint, quia jam non eſt purgatum peccatum, de- functo neganda eſt eccleſiaſtica ſepultura.

* ſ. involatione

* ſ. meruerit

PARS XXXV.

## DE POENITENTIA.

### Cap. I. *Alexander tertius * Exonienſi epiſcopo.*

* Oxon.

Sicut dignum eſt & omni rationi conſenta- neum, graves & difficiles quæſtiones ad exa- men ſedis apoſtolicæ referri: ita etiam nobis ex miniſterio ſuſceptæ ſolicitudinis imminet, eaſdem quæſtiones, prout nobis Dominus dederit, ab- ſolvere, & ſingulis a nobis conſilium poſtulanti- bus reſpondere, ut providentia Romanæ eccle- ſiæ, quæ ubique terrarum obtinet, diſponente Domino, principatum, quæſtiones ſolvantur, & removeatur in his ambiguitas de cordibus ſingu- lorum. Licet autem ſuper quæſtionibus, quas tua nobis diſcretio ſolvendas duxit, te non du- bitemus providere, & diſcretum exiſtere: cogi- D mur tamen ex ſuſceptæ ſervitutis miniſterio, di- ſcretioni tuæ juxta providentiam noſtram exin- de reſpondere. Sane cum vir ſapiens & diſcre- tus ſis, & in his plurimum exercitatus, plenius noſti, quia in exceſſibus ſingulorum non ſolum delicti qualitas, ſed quantitas, & ætas, ſcien- tia, ſenſus * atque conditio ſunt attendenda. Quare non ſolum ſecundum qualitatem & quan- titatem facinoris, ſed ſecundum ea quæ di- ximus, & ſecundum locum & tempus, quo de- lictum committitur, unicuique debet pœnitentia injungi: cum, ſicut tu ipſe non ignoras, idem exceſſus magis in uno, quam in alio ſit punien- dus. Illi autem qui animo occidendi illum ſan- ctum & reverendum Thomam quondam Cantua- rienſem archiepiſcopum, aut feriendi, aut ca- piendi, ut de illa captione mors ei ſubſecuta fuiſſet, citra manuum injectionem ſe fatentur veniſſe, pari pœna ſunt puniendi: & alii qui non ut ferirent, ſed ut percuſſoribus opem fer- rent, ſi forte violentia, quam quidem amoliri debebant, impediretur, paulo minori pœna mul- ctari: * quia ſicut ſcriptum eſt, qui potuit ho- minem liberare a morte, & non liberavit, ipſum occidit. Conſtat quoque eos ab homicidii reatu immunes non eſſe, qui occiſoribus contra alios opem ferre venerint: nec caret ſcrupulo ſocieta-

* ſ. ſexus

* Corr. mulctandi.

A tis occultæ, qui, cum poſſit, manifeſto facino- ri deſinit obviare. Illi vero qui ſe aſſerunt ani- mum regis inflammaſſe ad odium, unde forte fuit homicidium ſubſecutum, ſatis dure & aſpe- re, ſed non ita ſevere ſunt puniendi: niſi forte ipſum regem ad illud homicidium provocaſſent. Illi quoque non fuerunt a culpa liberi, nec a reatu debent eſſe immunes, qui licet fuerint iniquæ machinationis ignari: ſicariis tamen, ſi eos ſicarios eſſe ſciebant, vel in ſarcinis, vel in armis eorum cuſtodiendis, miniſterium præbue- runt. Illos vero, qui dicuntur illius viri ſan- cti & ſuorum per mortem occupaſſe ſpolia, ſi nihil aliud in tanto facinore commiſerint, a pœna mortis ejus arbitramur immunes: ſed B hæc quæ occupaverunt, tenentur eis in inte- grum reſtituere, quibus ablata fuerunt, ſi ha- beant in facultatibus, unde ea reddere poſ- ſint. Et ipſis tamen ex * hinc pœnitentia mo- derata eſt injungenda: quia licet ex his quæ occupaverint quædam fatentur ſe pauperibus in eleemoſynam erogaſſe, tamen alienas res, cum ipſas potuiſſent eis reſtituere quorum fuerint, * debuerunt pauperibus erogare. Illi vero qui ſo- la excommunicatorum participatione ſe reos eſſe cognoſcunt, conſiderata temporis qualitate, quo in eadem nequitia perduraverint ignoranter, & inquiſito etiam, ſi amore vel affectione com- municaverint ignoranter vel ſcienter, ſecundum hoc pœnitentia eſt indicenda. Clericos vero, C quos conſtat armatos eſſe & interfuiſſe tanto facinori, & clericos etiam illos qui conſilium iſtud dederunt, vel ut ſanctus vir caperetur: perpetuo non ſolum ab altaris officio deponen- dos eſſe cenſemus, ſed etiam ita, ut in eccleſiis nullo unquam tempore electiones legant, nec reſponſoria ſive antiphonas cantare in choro, ſed in pſalmis apud Dominum de commiſſo ve- niam ſatagant implorare. Inſuper clerici etiam ipſi in obſtructo clauſtro monachorum vel cano- nicorum, ſi fieri poteſt, ſunt includendi: ita quidem, quod ipſi in ſeptennium ſeu quinquen- nium debeant ab introitu eccleſiarum cohiberi.

* hoc

* Corr. non deb.

### Cap. II. *Idem eidem.*

Ex tuæ fraternitatis litteris & confeſſione ſa- cerdotis præſentium latoris accepimus, quod cum eum ad ſacerdotii ordinem aſſumendum non ali- ter voluiſſet ejus archidiaconus præſentare, quin- que ſolidos eidem archidiacono ſolvit, & ſic poſtmodum ordinem iſtum, per eum præſenta- tus, accepit. Unde ſuper eo de quo conſilium noſtrum poſtulaſti, ſic duximus reſpondendum: ut ſi hoc non eſt publicum, ſed ſecretum, eumdem ſa- cerdotem ſecreto convenias, monens eum, ſine E ulla tamen coactione, propenſius, & inducens ut ordinem alicujus religionis aſſumat, & perpetuo ab officio, quod ita illicite acquiſivit, abſtineat. Si vero ad religionis ordinem aſſumendum forte inducere non poteris, ſtudeas ei ad ſuſtentationem aliquod eccleſiaſticum beneficium conſtituere, ad hoc, ut debeat officio ſacerdotali ſponte in per- petuum abſtinere. Alioquin non erit tutum, cum ſit ſecretus exceſſus, ipſum invitum ab eodem officio coercere. Sed tamen pœnitentiam ſecre- tam, ſecundum quod tibi viſum fuerit, injunge- re non poſtponas.

### Cap. III. *Item eidem.*

De peregrinationis votis, an eleemoſynis re- dimi poſſint, vel per alium pro neceſſitate ad- im-

ANNO CHRISTI 1179.

impleri, tibi reſpondemus: quod ab ejus qui A præſidet, dependet arbitrio, ut conſideret diligentius & attendat qualitatem perſonæ & cauſam commigrationis, ſeu id ex infirmitate, ſive affluentia contingat divitiarum: & utrum peregrinatio, an recompenſatio utilior fuerit, & Deo magis accepta: & ſecundum hoc debet exinde diſpenſare.

### Cap. IV. *Item archiepiſcopo Cantuarienſi.*

Quod autem conſuluiſti, utrum remiſſiones, quæ fiunt in eccleſiarum dedicationibus, aut conferentibus ad ædificationem pontium, aliis proſint, quam his qui remittentibus ſubſunt: hoc tuam diſcretionem volumus firmiter tenere, B quod cum a non ſuo judice nullus ligari valeat vel abſolvi, remiſſiones prædictas illis prodeſſe tantummodo arbitramur, quibus ut prodeſſent, paſtores proprii ſpecialiter indulſerunt. Et in hoc intelligas eam quæſtionem ſolutam, in qua quæritur, utrum is qui excommunicato communicat, a non ſuo epiſcopo abſolutionis gratiam debeat implorare.

PARS XXXVI.

## DE SENTENTIIS ET interlocutionibus.

### Cap. I. *Alexander III. epiſcopo Norvvicenſi & abbati de Eveſham.*

SCripſimus vobis ad ſuggeſtionem H. clerici ut cauſam inter ipſum & R. ſuper capella N., diligentius audire debeatis, & ſub certa forma terminare, omnino immemores exiſtentes, quod eam prius aliis judicibus commiſiſſemus, dilecti autem filii noſtri S. & R. ſuis litteris nobis intimarunt, quod ipſi prædictam cauſam ſibi a nobis, appellatione remota, commiſſam, ordine judiciario terminarent. Quare a prænominatis judicibus veritatem ſtudioſius inquiratis, & ſi noveritis eos ſuper cauſa memorata diffinitam protuliſſe ſententiam, nullatenus in cauſa ipſa procedatis: & ſi forte proceſſiſtis, nec mandatum noſtrum, nec factum veſtrum volumus eorum ſententiæ derogare. Sed vobis firmiter injungimus, ut prænominato H. perpetuum ſuper eadem cauſa auctoritate apoſtolica imponatis ſilentium.

### Cap. II. *Idem eiſdem*

Cum aliquibus adjudicata eſt poſſeſſio, non ſufficit eis pignora dari, niſi corporali gaudeant poſſeſſione.

### Cap. III. *Idem R. VVigornienſi epiſcopo.*

Cauſam quæ vertitur inter fratres Dunelmenſis monaſterii, & monachos S. Albani ſuper eccleſia de * Tenemuda, audiatis, & appellatione ceſſante terminetis: illud inter cetera ſpecialiter proviſuri, ut fratres Dunelmenſis eccleſiæ auctoritate & aſſenſu epiſcopi cauſam ingrediantur ne ſi fratres ſancti Albani obtineant, epiſcopus Dunelmenſis ſe abbatem illius eccleſiæ proponens, litem ſopitam valeat ſuſcitare.

* Thinemuhe.

### Cap. IV.

Archidiaconis de eccleſiaſtica inſtitutione non videtur licere, niſi auctoritas epiſcoporum & conſenſus acceſſerit, in alios ſententiam promulgare.

### Cap. V. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo.*

Cum aliqua cauſa, appellatione remota, committitur, & ſententia fertur iniqua: eam evacuari oportet, nec debet ei ſtari, ſi manifeſtam contineat iniquitatem.

PARS XXXVII.

## DE LEPROSIS.

### Cap. I. (a) *Idem.*

EX tranſmiſſa conqueſtione R. clerici nobis innotuit, quod cum eccleſia (b) de N. a monachis, ad quos jus illius eccleſiæ ſpectare dinoſcitur, ei conceſſa fuiſſet tum temporis cum VV. clericus, qui fuiſſe lepra tactus perhibetur, eam poſſideret, timens (c) ne ſimiliter eadem conceſſione, aliqua fieret innovatio, ad ſedem apoſtolicam appellavit, & ad nos nuncium ſuum deſtinavit. Quoniam igitur univerſis Dei fidelibus, & his maxime qui clericali dediti ſunt officio, in ſuis juſtitiis adeſſe tenemur: diſcretioni veſtræ, &c. quatenus, ſi vobis ita conſtiterit, C præſcriptam eccleſiam præfato R. taliter conceſſam, & poſt appellationem ad nos factam ſuper eadem eccleſia, in ea inveneritis alium inſtitutum, eo inde amoto, eam ipſam, omni contradictione & appellatione ceſſante, jam dicto R. faciatis, dilatione poſtpoſita, aſſignari: non obſtante quod eadem conceſſio facta fuerit tempore prædicti VV. ſi ipſum prænominato morbo manifeſtum fuerit laboraſſe. Teſtes vero, quos idem R. vobis nominabit, moneatis attentius, & inducere laboretis, ut amore juſtitiæ, teſtimonium perhibeant veritati.

### Cap. II. *Idem.*

D Pervenit ad nos, quod cum hi, qui lepræ morbum incurrunt, de conſuetudine generali a communione omnium ſeparentur, & extra civitates & villas ad loca ſolitaria transferantur, nec uxores viros, nec viri uxores ſuas taliter ægrotantes ſequantur, ſed ſine ipſis manere præſumant. Quoniam igitur, cum vir & uxor una caro ſint, nec debeat alter ſine altero diutius eſſe: fraternitati tuæ, &c. quatenus, ſi qui ſunt in provincia tua viri vel mulieres qui lepræ morbum incurrunt, uxores ut viros, viri ut uxores ſuas ſequantur, & eis conjugali affectione miniſtrent, ſolicitis exhortationibus inducere laboretis. Si vero ad hoc induci non poterunt, E eis arctius injungatis, ut uterque altero vivente continentiam ſervet: & ſi qui contra mandatum noſtrum venire præſumpſerint, eos contradictione & appellatione ceſſante, vinculo anathematis adſtringas.

3. q. 1. Unaquæque.

32. q. 4. Si uxorem.

Sed hoc, ubi de locis habitatis expelluntur ad ſolitaria; illud, ubi non. Vel hoc, quod tanta apparet macula, quod ex tactu timetur infectio: illud, quando non tanta.

Hæc in prima editione minoribus characteribus erant exarata: ut hic repræſentamus.

Cap.

(a) *Alexand. III. VVigorn. epiſc.* (b) *de V, a monachis de N.*
(c) *ne ſuper eandem conceſſionem.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

## CAP. III. *Idem Baroniensi* * *episcopo*.

* *Corr.* Bathoniensi. *Matth.* 5.

Quoniam ex multis auctoritatibus & præcipue ex evangelica veritate apparet, nemini licere uxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis, dimittere: conſtat quod ſive mulier lepra percuſſa fuerit, ſive gravi aliqua infirmitate detenta, non eſt propterea a viro ſuo ſeparanda. Leproſis autem, ſi ſe continere noluerint, & aliquam quæ ſibi nubere velit, inveniant, liberum eſt eis ad matrimonium convolare. Quod ſi virum ſine uxore Divino judicio leproſum fieri contigerit, & firmus a ſana carnale debitum exigat, generali præcepto Apoſtoli, quod exegerit, eſt ſolvendum, cujus præcepti nullam in hac cauſa invenimus exceptionem.

*, Cor. 7.

## CAP. IV. *Lucius III. Lincolniensi episcopo*.

Super eo vero quod quæſiviſti de rectoribus eccleſiarum, lepræ macula adeo infectis, quod altari nulla poſſunt ratione deſervire, neque ſine magno ſcandalo illorum, qui adſunt, ingredi eccleſias: hoc tuam volumus fraternitatem tenere, quod eis dandus eſt coadjutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus eccleſiæ ad ſuſtentationem ſuam congruam recipiat portionem.

PARS XXXVIII.

# DE PRÆSCRIPTIONIBUS

## CAP. I. *Alexander tertius Salernitano archiepiscopo*.

De quarta vero decimæ & oblationis defunctorum, clerici ab impetitione epiſcopi, quadragenaria temporis ſe poſſe præſcriptione tueri videntur: niſi forte cathedralis ſedes paſtore interim caruiſſet, qui jura eccleſiæ ſuæ exigere debuit. Sed Romana eccleſia tricennalem præſcriptionem contra eccleſiam non admittit.

## CAP. II *Idem* * *Cistrensi decano*.

* Ciceſtrenſi.

Ex litteris tuæ dubitationis intelleximus, te & archidiaconum confines habere præbendas in villis, quas ſinguli ſingulas poſſidetis, & prætextu terminorum inter vos controverſiam verti, eo quod dicas eum antiquos fines egreſſum, partem fundi tui occupaſſe: ille econtra aſſerit, ſe eamdem partem fundi XL. annis poſſediſſe inconcuſſe. Tu autem ad tuam præbendam quiete per idem tempus pertinuiſſe affirmas. Qua in re quæris cui incumbit probatio, petitori, an poſſeſſori. Ad quod ſane ſcire debes, quod judicium finium regundorum tale eſt, ut in eo utraque pars vices duorum habeat, agentis ſcilicet & ejus cum quo agitur. Unde hinc inde rite teſtes produci poſſunt ad cognitionem judicis inſtruendam. Quibus examinatis, judex quos præcedere intellexerit, ad fidem ſibi faciendam admittet. Quod ſi forte ambarum partium teſtes æque idonei ſunt, poſſeſſoris recipientur, cum promptiora ſint jura ad abſolvendum quam ad condemnandum: excepta cauſa liberali, in qua ſi utriuſque partis teſtes forſan æquales fuerint,

16. q. 3 Dilectio

A pro libertate tamen ſemper pronunciabitur: Nam poſſeſſori probationem aliquando dari; juris manifeſti eſt, cum in ſacris canonibus cautum ſit ita: Si quis objecerit præſcriptionem longi temporis, & eam probaverit, reportet poſſeſſionem: quoniam nemo recte objicit, niſi qui poſſidet.

ANNO CHRISTI 1179.

16. q. 3. c. 113.

## CAP. III. (a) *Idem Remensi archiepiscopo*.

Controverſiam quæ (b) inter Macularenſem & Formolenſem eccleſias ſuper decimis de villa de * Remegan mota fuit, nos cum fratribus noſtris pertractavimus: (c) & quidam monachi decimam omnem illius villæ ſuo monaſterio pertinere, tam per Caroli regis donationem, quam per noſtrum privilegium, allegabant. B Clerici vero eccleſiæ Formolenſis tertiam partem decimæ, XXX. annis & eo amplius ſine interruptione ſynodali vel legitima, poſſediſſe aſſerebant. Nos vero utriuſque partis rationibus & allegationibus indagatis, decrevimus, quod ſi eccleſia Formolenſis tertiam partem decimæ per XXX. annos quiete & inconcuſſe poſſediſſe, (d) per tres perſonas idoneas * ſibi propriare poterit, ea deinceps ſine inquietatione poſſideat.

* Remegra

* *f.* tibi probare

## CAP. IV. *Idem abbati & monachis sancti Andreæ*.

Si de terra quam habetis in parochia de Bre- C tewelle, jam per XXX. annos vel eo amplius decimas ſine reclamatione aliqua ſolveritis, & hoc anno eas canonicis de Planio, poſt appellationem ad nos factam, contra juſtitiam ſubtraxiſtis, eas ſibi de cetero integre & ſine moleſtatione, occaſione & appellatione poſtpoſita, perſolvatis, & qua noſcimini ſubtraxiſſe, integre reſtituatis. Licet enim privilegium Romanæ eccleſiæ beneficio, fratribus Ciſtercienſis ordinis indultum fuerit, quod de laboribus ſuis nulli decimas vel primitias perſolvere debeant: de privilegio tamen vobis indulto tanto tempore ſubtrahere voluiſtis, cum liberum ſit unicuique juri ſuo renunciare, eoque modo non poteſtis vos in hac parte tueri. Sane niſi nos vos & ordi- D nem veſtrum tantum diligeremus, graviter adverſus vos moveremur: nec * poterimus aliquatenus relinquere impunitum, ſi nobis conſtaret, quod poſt appellationem ad nos factam, manus veſtras exinde extendiſſetis ad prædictas decimas ſurripiendas.

* poſſemus

## CAP. V *Item gloriosus Clemens in lib. Stromatum*.

Falſum.

Vigilanti ſtudio cavendum eſt, (quod ſumma dimenſio Divini judicii ab initio conſueverit propria dimittere, aliena non appetere) ne malæ fidei poſſeſſores ſimus in alienis prædiis, atque rebus maxime eccleſiaſticis: quoniam nulla E antiqua dierum poſſeſſio jure juvat aliquem malæ fidei poſſeſſorem, niſi reſipuerit, poſtquam noverit ſe aliena poſſidere, cum bonæ fidei poſſeſſor dici non poſſit. * Euphegius enim legiſlator, ſolum propter vitandam miſerorum ſegnitiem, & longi temporis errorem & confuſionem primus tricennali & quadragenali poſſeſſioni vi-

Non eſt clementis, ſed Alexandri III.

*al.* * Epheſinus.

(a) *Item*. (b) *inter Martilnenſem & Formoſolonenſem ſuper decimis de villa Levinga mota fuerat*. (c) *Et quidem monachi decimationem*. (d) *per perſonas idoneas probare poterit*. Manſi.

ANNO CHRISTI 1179

vigorem legis impoſuit : nobis autem in rebus tam cognitis quam latentibus placuit non habere vigorem.

A

### Cap. VI. *Item Gregorius Syracuſano epiſcopo.*

Ne religioſorum virorum corda eccleſiaſticarum rerum contentio a mutua, quod abſit, caritate disjungat, magna eſt ſolicitudine ſtudendum, ut facillimum finem rex poſſit in altercationem deducta percipere. *Et infra* Hortamur ergo, ut ad loca prædicta, de quibus contentio eſt, debeatis (*a*) accedere, & utraque parte conſtituta, cominus loca quæ in lite ſunt, veſtra faciatis præſentia terminari, XL. tamen annorum ab utraque parte ſervata præſcriptione. B

### Cap. VII.

Sanctorum patrum auctoritas & humanæ leges irrefragabiliter conſtituentes confirmaverunt, & nos in præſenti concilio cum omnibus, qui adſunt nobiſcum, inviolabiliter confirmamus, ut omnes poſſeſſiones ad ſingulas provincias noſtrorum fratrum pertinentes, a quibus per triginta annos poſſeſſæ ſunt quiete & ſecure, abſque ſynodali proclamatione perpetuo detineantur, nullaque vox audiendi alicui adverſario concedatur.

### Cap. VIII. *Idem Urbanus III. de Novo loco & de Turgam prioribus.*

C

Super eo vero quod apud vos intelleximus dubitatum, ſcilicet, an quod de finibus & his quæ finibus cohærent non præſcribendi, ſtatutum per canones eſſe dignoſcitur, ſit in parochiarum limitibus, ſicut in provincialibus admittendum : illud vobis duximus reſpondendum, quod bene videtur in utroque ſervandum, ſi parochiarum fines legitima probatione vel alias indubitata fide conſtiterit eccleſiaſtica ordinatione conſtitutos.

PARS XXXIX.

## DE VICARIIS MONACHORUM, & aliorum.

### Cap. I. *Idem VVigornienſi epiſcopo.*

Pars capituli. Super eo quod a nobis, ſup. de expellatione. * Cor. præſentationem.

De monachis autem, qui vicarios parochialium eccleſiarum in tantum gravant, ut hoſpitalitatem tenere non poſſint, nec honeſtam ſuſtentationem habere, hanc tene curam & providentiam, quod ad * præſumptionem monachorum nullum recipias, niſi tantum de beneficiis eccleſiæ fuerit ei aſſignatum, unde jura epiſcopalia poſſit ſolvere, & congruam ſuſtentationem habere. Illis autem ſacerdotibus, quibus a te vel a tuis prædeceſſoribus cura animarum eſt commiſſa, in eccleſiis monachorum eam ſubtrahere poteris, niſi ipſis a monachis honeſta & ſufficiens ſuſtentatio fuerit aſſignata, & in his ita * promiſſum, quod tibi de tua juſtitia poſſint, ſicut convenit, reſpondere.

* f. providum.

### Cap. II. *Idem VVintonienſi epiſcopo*

Si perſona alicuius eccleſiæ vicario, quem in eadem eccleſia conſtituit de aſſenſu & auctoritate diœceſani epiſcopi, aſſignavit portionem; is qui perſona illa defuncta in perſonatum illius eccleſiæ ſucceſſit, ab eadem eccleſia vicarium removere, vel aſſignatam ſibi portionem minuere non poteſt, niſi aliquid committeret, propter quod per judicem eſſet in vicaria vel beneficio condemnandus.

### Cap. III. *Idem Norvvicenſi epiſcopo.*

Clericos autem vel in presbyteratu, vel in aliis minoribus ordinibus conſtitutos in vicariis quas ſunt adepti, alios ſubſtituere non permittas, cum id ſatis ſit abſurdum & abſonum, & omni rationi contrarium

### Cap. IV.

Illud etiam in vicariis, qui perſonis fide & ſacramento ſunt obligati, duximus ſtatuendum: quod ſi fidei vel ſacramenti religione contempta, perſonatum ſibi falſo aſſerentes contra perſonas ſe erexerint, & ſuper hoc in jure convicti fuerint, de cetero in eodem epiſcopatu ad officii ſui executionem non admittantur.

### Cap. V. *Idem Elienſi epiſcopo*

* Pars capituli ſecundum ſup. * Al. clericus vel monachus. * Hucban

Veniens ad nos P rector eccleſiæ de * Geſtunens ſua nobis inſinuatione propoſuit, quod ipſe Joanni de * Felcam, qui multos habet eccleſiaſticos reditus, & vicarias in eccleſiis pluribus, vicariam de * Geſtunens ſub annua trium marcarum penſione conceſſit, cum reditus illius vicariæ IV. marcas valeant annuatim. Licet autem in ipſius vicariæ conceſſione quædam decima fuiſſet excepta: nihilo minus tamen memoratus Joannes præfatum P. contra religionem fidei ſuæ, qua ſe contra conceſſionem ipſam promiſerat aliquando non venturum, ſuper prædicta decima coram venerabili fratre noſtro Norvvicenſi epiſcopo per litteras noſtras traxit in cauſam, & cum in prædicta cauſa P. vincere non poſſet, ab alio judice pro ſua voluntate fecit eum citari. Quoniam ergo ſuſtinere nolumus, nec debemus, ut idem P. inhibita vexatione gravetur: fraternitati tuæ, &c. quatenus partibus convocatis, diligentius inquiras veritatem & ſi tibi conſtiterit, quod prædicta decima fuiſſet excepta, memoratum clericum ab impetitione præfati Joannis, contradictione & appellatione ceſſante, auctoritate apoſtolica fretus abſolvas. Si vero quicquam in detrimentum juris ipſius P factum eſt, poſtquam iter arripuit ad noſtram præſentiam veniendi: id, contradictione & appellatione ceſſante, corrigas, & ad ſtatum illum reducas, quo in tempore aggreſſi itineris noſcitur extitiſſe. Ceterum ſi memoratus clericus in aliis eccleſiis vicarias habeat vel eccleſiaſticos reditus, de quibus poſſit ſuſtentari, a vicaria præſcriptæ eccleſiæ de Geſtunens, confirmationis noſtræ litteris non obſtantibus, appellatione ceſſante removeas, & eamdem eccleſiam reſtituere eidem

(a) *Accedere & conſtituta loca quæ in lite ſunt, præſentia jure terminare faciatis, XL. tamen* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

eidem P. non poſtponas, dummodo velit & debeat in presbyterum ordinari, & per ſemetipſum in eadem eccleſia Domino deſervire.

## Cap. VI.

Provideas autem attentius, ne in epiſcopatu tuo patiaris quemlibet plures vicarias habere. Quia cum vicarii teneantur eccleſiis & propriis perſonis deſervire, alienum eſt ab ordine juris, ut vicariam habeat quis præter unam.

PARS XL.

## DE ELECTIONIBUS ET ELECTORUM poteſtate.

### Cap. I. *Idem Exonienſi epiſcopo*.

Noſti ſicut vir prudens & ſapiens, quomodo dilectus filius noſter G. dictus Lincolnienſis electus, committendi honores vel præbendam, & alia diſponendi de rebus eccleſiæ, cum ſua nondum ſit electio confirmata, nullam habeat facultatem. Inde eſt, quod fraternitati tuæ, *&c.* quatenus eidem dicto electo ex noſtra parte non differas arctius inhibere, ne archidiaconatum alicui conferre præſumat; vel ſi jam conceſſit, ei auctoritate noſtra præcipias, ut conceſſionem ſuam, omni contradictione & appellatione ceſſante, ſtudeat revocare. Quod ſi diſtulerit, tu eandem conceſſionem, appellationis remoto remedio, auctoritate noſtra non differas revocare.

### Cap. II. *Idem I. baſilicæ* XII. *apoſtolorum cardinali, apoſtolicæ ſedis legato*.

Quod diligentia tua per dilectum filium noſtrum H. * S. a nobis requiſivit, an electio electi, qui nuper abjurato ſchiſmate, ad unitatem eccleſiæ & noſtram devotionem rediit, confirmari debeat, id tibi duximus reſpondendum: quod ſi ab ſchiſmatico nullum ordinem ſuſceperit, & ejus electio unanimiter & concorditer ſecundum ordinem canonum facta fuerit, dummodo alia ratio non impediat, confirmationem tuam ratam habemus: mandantes, ut eum facias a catholicis epiſcopis ſuffraganeis Aquilejenſis eccleſiæ in epiſcopum ordinari, ſalva tamen juſtitia debita & reverentia ejuſdem eccleſiæ, cum ad catholicam redierit unitatem.

* *Forte ſubdiaconum.*

### Cap. III. *Idem Ciceſtrenſi epiſcopo*.

Cum de tua & aliorum electione, qui ſunt in quibuſdam eccleſiis Anglicanis electi, in noſtra præſentia & fratrum quæſtio mota fuiſſet, & ſingulis veſtrum quædam objicerentur: tibi objectum eſt, quod in oculo maculam habeas, & quod canonici filius ſis. Attendentes itaque prudentiam & honeſtatem tuam, & volentes te noſtræ gratiæ ac dilectionis prærogativa gaudere, venerabili fratri noſtro Cantuarienſi archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato dedimus in mandatis, ut pro eo quod canonici filius diceris fuiſſe, in promotione tua ex multa diſpenſatione procedere non poſtponat; de macula vero quam in oculo habere diceris, hoc prædicto archiepiſcopo mandavimus, ut * in quo ſuffraganeorum ſuorum, & præſertim venerabilium noſtrorum fratrum Exonienſis & Wigornienſis epiſcoporum examini viſum fuerit, ſic exequatur. Tu vero eumdem archiepiſcopum ſuper his inquirere ſtudeas humiliter ac devote, quia nos tibi ex magna diſpenſatione in hac parte curavimus ſolicite providere, ut perſonam tuam ſincera caritate diligimus, & quantum ſecundum Deum poſſumus, libenter ad tuum intendimus commodum & honorem.

* *f. ſecundum quod*

### Cap. IV. *Item Lucius tertius Turonenſi archiepiſcopo*.

Presbyter cardinalis * ſua nobis inſinuatione monſtravit, quod cum fuiſſes ad eccleſiæ tuæ regimen de voluntate majoris & ſanioris partis fratrum electus, quia paucis contradicentibus non valebas debita pace gaudere: quidam amicus de conſcientia tua & voluntate, perturbata tamen, ei qui magiſter diſcordiæ videbatur, certæ quantitatis munus exſolvit: & ſic, quam prius ſuſtinebas, contradictio quievit. Nunc autem dubitas, quod non ſis ſimoniæ prorſus immunis, donec in adminiſtratione volueris remanere. Quia igitur per jam dictum cardinalem apoſtolicæ ſedis conſilium quæſiviſti, præſentium tibi ſignificatione monſtramus, quod multum tibi conſulis, ſi adminiſtrationem prædictam celeriter & ſponte dimittis, evangelici verbi memor exiſtens: *Nihil prodeſt homini ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur.*

* *ſecreta*

*Matth. 16. Marc. 8.*

### Cap. V. *Item Alexander tertius Ravennæ archiepiſcopo*.

Cauſam quæ inter moniales ſanctæ Margaretæ, ſuper diſcordiam & diſſenſiones electionis quam fecerant, agitari dignoſcitur, experientiæ tuæ jam pridem commiſimus terminandam. Unde quoniam ipſa cauſa in tantum protrahitur, *&c.* fraternitati tuæ, *&c.* quatenus infra duos menſes ad plus ſecundum tenorem aliarum litterarum, quas tibi miſimus, in cauſa procedas: ita videlicet quod ſi ſorores ipſæ electionem in epiſcopum contulerint, promittentes, quod illam quam epiſcopus eis provideret, reciperent, ipſam quam epiſcopus providerit eis, facias ab eis, appellatione ceſſante, in ſuam recipi abbatiſſam, ſi tamen idonea exiſtit. Si autem in cauſa procedere non poteris, dilectis filiis noſtris F. baſilicæ duodecim apoſtolorum, & priori ſancti Victoris ex parte noſtra ſignifices, ut in eadem cauſa procedant, & fine debito decidant.

PARS XLI.

## DE INTERPRETATIONE verborum & reſcriptorum.

### Cap. I. *Alexander tertius Eboracenſi archiepiſcopo*.

Inter ceteras conſultationes tuas id fuit propoſitum, quid teneri debeat, cum aliqua ſub disjunctione mandantur, quorum unum erit verum, alterum falſum, puta ſi ponatur quod talis fuerit filius ſacerdotis, & in ſacerdotio genitus ab eo qui proximus in eadem eccleſia miniſtravit, vel quod ipſam eccleſiam illicite occupavit. Cui quæſtioni taliter reſpondemus, quod convenit judici, quodcumque illorum conſtiterit, ei prædictam eccleſiam abjudicare, & idem in ſimilibus decernere.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. II. *Idem Exonienſi & VVintonienſi epiſcopis.*

Significavit nobis D. presbyter, quod cum eccleſiam de * Waplam per triginta annos poſſediſſet, monachi de Lentunen ſuper eadem eccleſia ipſum occaſione litterarum, quas ad venerabilem fratrem noſtrum Herefordenſem epiſcopum, & dilectum filium noſtrum Ma. Vac. impetraſſe dicuntur, abſque ceſſatione fatigant, proponentes quod fuerit filius ejus, qui ante eum in eccleſia proximo miniſtravit: cum tamen pater ejus ſacerdos non fuerit, & decretum noſtrum ſit dumtaxat contra filios ſacerdotum promulgatum. Quoniam ergo conſtitutiones novæ futuris dant formam negotiis, fraternitati veſtræ, &c. quatenus ſi memoratum presbyterum diutius ante concilium Turonenſe præſcriptam eccleſiam tenuiſſe conſtiterit, ſi alias idoneus extiterit, eum ab impetitione monachorum, ſublato appellationis remedio, abſolvatis, non obſtantibus litteris contra ipſum impetratis, eo quod fuerit filius ejus in eadem proximo miniſtrantis.

* Wapellecam

CAP. III. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

*Pars capituli*, Ex litteris quas ſuper cauſa. *Supra de ſponſalibus.*

De hoc autem, quod circa finem litterarum tuarum conſulere voluiſti, quid debeat obſervari, cum inter alios ſponſalia contrahuntur, nec intelligit alter quod alter proponit: hoc tuam volumus diſcretionem tenere, quoniam inſpiciendum eſt judici, ſi matrimonium contracturi, ad id faciendum ſcientia ſint idonei & ætate: quo cognito, ſi alter aliter intellexerit, quam alter propoſuerit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur uterque verba prolata in eo ſenſu recipere, quem ſolent recte intelligentibus generare.

CAP. IV. *Idem abbati & fratribus de Rival.*

Cum ordinem Ciſtercienſem profeſſi, eo privilegio quo fratres alii, gaudeatis, inter vos & clericos ſæculares ſuper decimis quæſtione ſuborta, tacitoque quod ſitis ordinis Ciſtercienſis, contra vos velut in monachos alterius ordinis, litteras ab apoſtolica ſede impetrantes, dein * juramentum litibus, ſicut vobis ſignificantibus accepimus, & expenſis difficillimis * inquietant. Volentes ergo ſolicite vobis providere, ne contra tenorem privilegiorum veſtrorum poſſitis quorumlibet temeritate vexari; authoritate apoſtolica vobis indulgemus, * ut ſi contra vos ſuper decimis vel aliis quæ ordini veſtro ſpecialiter apoſtolica ſedes indulſit, non facta mentione Ciſtercienſis ordinis, litteræ fuerint a ſede apoſtolica impetratæ, eis minime teneamini reſpondere.

* *al.* deinde juramentis, litigiis,
* *al.* vos inquietant
* *al.* mandamus.

CAP. V. *Idem VVigornienſi epiſcopo.*

(*a*) Sicut ex litteris tuis evidenter, frater epiſcope, accepimus, (*b*) advocatum H. clericus eum propoſuit, H. clerico non debere reſpondere, eo quod filum fractum eſſet, quo noſtra bulla pendebat, (*c*) * ut cum litteræ illæ a nobis impetratæ fuiſſent, & in noſtra cancellaria compoſitæ, circumſpectionem tuæ prudentiæ non immerito commendamus, quod hac occaſione in cauſa procedere diſtuliſti, in qua non decuit aliter quam feceris (*d*) proceſſiſſe.

* *ſ.* & deliberaretur utrum litteræ

CAP. VI. *Idem abbati de Rameſai, & archidiacono Helienſi.*

Ex litteris tuis ad nos directis accepimus, quod cum vobis cauſam, quæ inter dictos filios noſtros monachos de * Cois, & canonicos de Lincol. nec non etiam Gervaſium clericum, ſuper eccleſiis de * Ginprec & Arcſtanen agitari dignoſcitur, commiſiſſemus ſub certa forma diffiniendam, & canonici litterarum noſtrarum authoritate citati, aliquando coram vobis apparuiſſent, & interdum nec venire, nec reſponſalem mittere voluiſſent, ſe contumaciter abſentantes, licet monachi ob contumaciam adverſæ partis eſſent in poſſeſſionem mittendi, ſequeſtrari feciſtis, ut ſic ſaltem canonici affecti tædio, judicio ſtare cogerentur. Tandem vero partibus in præſentia veſtra conſtitutis, & memoratis monachis eccleſias ſibi reſtitui poſtulantibus, canonici reſponderunt, authoritatem veſtram penitus exſpiraſſe, eo quod a nobis ad alios judices litteras impetraverunt, quæ præjudicare prioribus videbantur. Unde quoniam in litteris noſtris poſterioribus non fuit facta mentio priorum, nec nomina eccleſiarum continebantur, quæ in prioribus fuerant poſita, indefinite dicebantur ſuper quibuſdam eccleſiis, non attendentes, malitiam & dolum nulli debere patrocinari, & nolentes tantam illuſionem impunitam relinquere: diſcretioni veſtræ, &c. quatenus cum exinde requiſiti fueritis, partes ante veſtram convocetis præſentiam, & præſcriptam cauſam ſecundum formam priorum litterarum, omni occaſione & appellatione ceſſante, diffiniatis: & canonicos, quoniam auſi fuerunt mandatum noſtrum eludere, & per ſurreptionem hujuſmodi litteras impetrare, quod nuncius eorum plenius recognovit, ad metum & pœnam aliorum, expenſas, quas monachi nunc ad nos * mittendo fecerunt, eis, remoto appellationis obſtaculo, reddere compellatis.

* Crois
* Guiprec
* veniendo

CAP. VII. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo.*

Sane ſi a nobis ſuper aliqua cauſa litteræ prius impetrentur, & aliæ poſtea, non facta mentione priorum litterarum, litteræ obtineantur, ſi judicibus innotuerit, donec Romanum pontificem conſulant, & ſuam exinde plenius recognoſcant voluntatem, executione litterarum debent penitus ſuperſedere, ne * pro varietate litterarum, cauſarum fines valeant impediri.

* pro

CAP. VIII. *Idem Lucius tertius Lincolnienſi epiſcopo.*

Ad aures noſtras, te ſignificante pervenit, quod plurimi archidiaconi, præcentores, vel eccle-

(a) *Solicitè & infra. Sicut.*
(b) *Accepimus H. adverſarius N. clerici, propoſuit cum N. clerico reſpondere non teneri, eo quod.*
(c) *Verum licet literæ ipſæ a nobis fuerint impetratæ.*
(d) *proceſſiſſe, cum non fuerit mirum ſi præfatus H. aſſerebat, ſe non teneri prædicto N. reſpondere, ex quo filum noſtræ bullæ fractum cernebat.* Manu.

ANNO CHRISTI 1179.

cleſiaſtici præditi dignitatibus, ſuper minoribus beneficiis per interpoſitas perſonas, litteras impetrantes, nomen ſuæ ſupprimunt dignitatis, & ſimplici nomine ſe appellant, tanquam non habeant aliquem in eccleſia iſta perſonatum: itaque reſcripto noſtro poſtulas edoceri, ſi fraus illa tacendi, præjudicium ei debeat generare. Tuæ ergo conſultationi taliter reſpondemus, quod cum non ſit noſtræ intentionis, ut perſonæ pluribus reditibus abundantes, per litteras noſtras pauperes clericos ſuper minoribus beneficiis vexent, litteras in quibus author nomen ſuæ dignitatis ſupprimit, vires aliquas nolumus obtinere.

Cap. IX. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo.*

Si autem aliquis authoritate poſteriorum litterarum, per adverſarium ad judicem tractus, objecerit ſe priores habere, de quibus mentio non habetur: ſi eis dolo vel negligentia uti propoſuit, excuſari non debet. Si autem copiam judicis delegati habere nequiverit, per poſteriores litteras non poterit conveniri.

## DE EXCEPTIONIBUS.

PARS XLII.

Cap. I. *Idem eidem.*

EX parte fraternitatis tuæ fuit nobis requiſitum, utrum cum aliquam cauſam ſub certa forma committimus, judices delegati ita formam ſibi commiſſam ſequi debeant, ut rationabiles exceptiones non admittantur. Super quo itaque tuæ prudentiæ taliter reſpondemus, quod ſi quandoque judici expediat formam inſtitutam ſervare, debet tamen rationabiles exceptiones admittere, & in cauſa ſecundum juris æquitatem procedere: niſi exprimatur in litteris noſtris, quod nullæ debeant exceptiones admitti: quod nec nos, nec aliquem prædeceſſorum noſtrorum credimus expreſſiſſe.

Exceptionem inducunt, vis, metus, dolus, res litigioſa, tranſactio, pactio, expreſſa & tacita, juratio, judicatio, error, tempus, forum, favor, odium, ætas, ſexus, & ſimilia. Exceptionum alia prima, alia ſecunda. Prima ſtat in generali nomine, & datur reo, ſecunda tranſit in ſpeciale nomen, & dicitur replicatio. Eſt autem replicatio exceptionis reſolutio, quæ datur actori. Sed cum deinceps utrinque multiplicantur exceptiones, earum nomina ſunt, duplicatio, triplicatio.

Hæc minori charactere deſcripta erant in prima editione quam ſequi oportuit.

Cap. II. *Idem abbati S. Albani, & abbati Leiceſtriæ.*

Dilecti filii noſtri, abbas & fratres monaſterii ſancti * Ebeſſi, nobis tranſmiſſa inſinuatione monſtraverunt, quod cum A. clericus ſuper eccleſia de Alitun, quæ ad prædictum monaſterium pertinere dicitur, eis quæſtionem moviſſet, tacita veritate, non contra eos, ſed contra quemdam vicarium, quem in eadem eccleſia conſtituerunt, ad venerabilem fratrem noſtrum Wigornienſem epiſcopum litteras impetravit. Cum autem idem epiſcopus prædictum vicarium una cum eodem A. ante præſentiam ſuam convocaſſet: vicarius ipſe, ac prior dicti monaſterii, qui caſu ad partes illas acceſſerat, memorato epiſcopo dixerunt, quod idem vicarius ſuper prædicta eccleſia conveniendus non erat, cum eam non ſuo nomine, ſed abbatis poſſideret: quaſi * ſibi exinde, abſente abbate & ignorante, reſpondente epiſcopo nullatenus tenebatur: unde ad noſtram appellavit audientiam. Sed prædictus epiſcopus, quod vix credere poſſumus, appellationi non deferens, abbate abſente & ignorante, & non citato, eccleſiam ipſam prædicto * W. adjudicavit: in quo facto prædictus abbas & fratres ſe aſſerunt eſſe gravatos. Quia vero ſollicitudini noſtræ incumbit, viris eccleſiaſticis, & præcipue religioni & honeſtati deditis, jura ſua integra ſervare, & id quod inter alios actum ſit, aliis præjudicare vel nocere non debet: diſcretioni veſtræ, &c. quatenus partibus ante præſentiam veſtram convocatis, ſi vobis ita eſſe conſtiterit, præfato abbati & fratribus præſcriptam eccleſiam, cum fructibus inde perceptis, amoto eo qui in eadem eccleſia intruſus eſt, noſtra authoritate freti, occaſione & appellatione ceſſante, reſtitui faciatis. Reſtitutione autem facta, ſi de proprietate forte agere voluerint, cauſam audiatis, & eam, mediante concordia vel judicio, ſublato appellationis remedio terminetis.

* Ebreſſi * Ebrulſi * Eburſſi Ebrulfi

* al. quia ipſe exinde ſ. quare ubi exinde

* A.

Cap. III. *Idem decano Lincolnienſi & abbati de Rivallis.*

Accepta conqueſtione P. clerici, quod violenter eccleſia de Procebrant fuiſſet ſpoliatus, diſcretioni veſtræ per * A. S. præ. ſi bene memibimus, dedimus in mandatis, ut ſi per officiales venerabilis fratri noſtri Eboracenſis archiepiſcopi apoſtolicæ ſedis legati, ex conceſſione ipſius in eadem eccleſia fuiſſet inſtitutus, & inde per violentiam ejectus, eam ſibi authoritate noſtra reſtitui faceretis. Quibus cognitis, reſponſum eſt ſicut nobis, &c.

* Apoſtolica ſcripta præcipientes

## DE SEPULTURIS,

### & Defunctotum voluntatibus.

PARS XLIII.

Cap. I. *Item Paſchalis ſecundus.*

VOlumus, ac juxta canonum ſententiam * nobis probabile videtur, ut ſicut morienti conceditur rerum ſuarum judicium facere quocumque loco ſibi placuerit, ſic nimirum juſtum eſt, ſui corporis licentiam habere eligenti ſepulturam, in quocumque loco voluntas extiterit, ſive in monaſteriis, ſive in aliis * locis.

* al. ſtatuta

* al. religioſis locis

Cap. II. *Item papa Leo tertius.*

Non inſtituta majorum patrum conſiderantes, illorum decreta firmando ſtatuimus, unumquemque in majorum ſuorum ſepulcris jacere debere, ut patriarcharum exitus docet. Nulli tamen denegamus propriam eligere ſepulturam, & etiam alienam: Dominus enim & magiſter ſibi alienam elegit non propriam, qui ſine peccato erat. Sed quia *dignus eſt operarius mercede ſua*, tertiam partem judicii ſui illi eccleſiæ cenſemus jure dari, in qua cœleſti pabulo a principio ſui exordii refectus cognoſcitur: ut juxta Apoſtolum, ſint ſocii conſolationum, ut * fuerunt paſſionum, & ſic demum, ubicumque libitum fuerit, eligat ſepulturam: aliter ne fiat, authoritate Domini noſtri, qui per prophetam locutus eſt, dicens, *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui*, * ſub vinculo anathematis deteſtamur & contradicimus, nec noſtrum eſt, nec alicui * undique vel ſacerdoti vel fideli laico unquam licuit, ſine magna delicti culpa, in talibus proferre * judicium, &c. Ea quidem quæ mortuo poſito ante ſepulturam ejus, facta fuerint, vel exigendo quod debitum eſſe dicetur, vel confeſſio-

*Matth.* 27. *Luc.* 10. *Matth.* 10.

1. *Tim.* 5. 2. *Cor.* 1. * *al.* qui

*Prov.* 22. * *al.* & authoritate apoſtolorum P. & P. & omnium SS. * *ſ.* utique * *al.* manifeſta * *al.* inferre præjudicium.

ANNO CHRISTI 1179.

ſiones aliquas, aut fidejuſſores, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus.

CAP. III. *Item Alexander tertius Cantuarienſi archiepiſcopo. Pars capituli:* Qua fronte. *Supra de excommunicatis.*

Super eo vero, quod defuncto aliquo, interdum religioſæ perſonæ, interdum eccleſiaſticæ, interdum etiam ſæculares, poſtulant ſibi debita ſolvi, quæ defunctus ipſis debebat, & niſi ſolvantur, ne corpus defuncti ſepulturæ tradatur, vocem appellationis emittunt: hoc tuæ fraternitati duximus reſpondendum, quod ſi defunctus de rebus ſuis diſpoſuit, & debita diſponere prætermiſit, niſi de ſolutione debitorum (dummodo ſit ſolvendo) ab hærede vel conſanguineis defuncti ſufficiens cautio detur, corpus ejus, poſtpoſita appellatione, eccleſiaſticæ ſepulturæ non tradetur.

CAP. IV. *Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo.*

Non extat in Regiſtro S. Gregorii.

Monachi corpora hominum tam vivorum, quam mortuorum, ad eccleſiam ſuam deferre non audeant, ſine conſenſu & petitione ejus eccleſiæ, quæ ei dum viveret, conſuluit, (a) & conſulendo viaticum ſuum adminiſtravit. Quod ſi fecerint, veluti invaſores ſanctæ eccleſiæ ſub diſtricta anathematis interpoſitione, quouſque C ſatisfaciant eccleſiæ, fieri præcipimus, omni remota fraternitatis occaſione. Simili modo unaquæque eccleſia totius ordinis, aliam quamlibet invadere pertimeſcat: ſin autem, eodem anathematis vinculo ſciat ſe a nobis proculdubio ſubigi.

19. q. 1. Agapetus. 15 q. 1. Utcumque.

CAP. V. *Item ex concilio Maguntienſi, cap. primo.*

Si hæredes juſſa teſtatoris non adimpleverint, ab epiſcopo loci illius omnes res, quæ his relictæ ſunt, canonice interdicantur, cum fructibus & ceteris emolumentis, ut vota defuncti impleantur.

PARS XLIV.

DE PRÆEMINENTIA Londonienſis & Eboracenſis, & de privilegiis generaliter vel ſpecialiter indultis, & de eorum abuſu & confirmationibus.

CAP. I. *Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo.*

Lib. 11. epiſt. 15.

CUM certum ſit, pro omnipotente Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reſervari: nobis tamen neceſſe eſt eis honorum beneficia tribuere, ut in ſpiritalis operis ſtudio ex remuneratione valeant multiplicius inſudare. Et quia nova Anglorum eccleſia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente, & eo laborante, perducta eſt, uſum tibi pallii ad ſola Miſſarum ſolemnia peragenda concedimus: ita ut per loca ſingula duodecim epiſcopos ordines, qui tuæ ſubjaceant ditioni, quatenus Londonienſis civitatis epiſcopus ſemper in poſterum a ſynodo propria debeat conſecrari, atque honoris pallium ab hac ſancta & apoſtolica, cui A authore Deo deſervio, ſede percipiat. Ad Eboracam vero civitatem volumus mittere, quem ipſe judicaveris ordinandum: ita ut ſi eadem civitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipſe quoque duodecim epiſcopos ordinet, & metropolitani honore perfruatur: quia ei quoque, ſi vita comes fuerit, pallium tribuere, Domino favente, proponimus, quem tamen tuæ fraternitatis diſpoſitioni volumus ſubjacere. Poſt obitum vero tuum, ita epiſcopis, quos ordinaverit, præſit, ut Londonienſis epiſcopi ditioni nullo modo ſubjaceat. Sit vero inter Londoniæ & Eboracæ civitatis epiſcopos in poſterum honoris iſta diſtinctio, ut ipſe prior habeatur qui prior ordinatus. Communi autem conſilio & concordi B actione quæcumque erunt pro Chriſti zelo agenda, diſponant, unanimiter recta ſentiant, & ea quæ ſenſerint, non ſibimet diſcrepando perficiant. Tua ergo fraternitas, non ſolum eos epiſcopos quos ordinaverit, neque eos tantummodo qui per Eboracenſem epiſcopum fuerint ordinati, ſed etiam omnes Britanniæ ſacerdotes habeat, Domino Deo noſtro authore, ſubjectos: quatenus ex vita & lingua tuæ ſanctitatis, & recte credendi, & bene vivendi formam percipiant, atque officium ſuum fide & moribus proſequentes, ad cœleſtia, cum Dominus voluerit, regna pertingant.

CAP. II. *Item Alexander tertius Eboracenſi archiepiſcopo.*

In hunc modum plures Romani pontifices a tempore B. Gregorii ſcripſerunt. Nos antiquam Eboracenſis eccleſiæ integram dignitatem conſervari, authore Domino, cupientes, & prædeceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum veſtigiis inhærentes, authoritate apoſtolica prohibemus, ne ulterius aut Cantuarienſis archiepiſcopus ab Eboracenſi profeſſionem exigat, aut Eboracenſi Cantuarienſis exhibeat, neque quod a B. Gregorio prohibitum eſt, ullo modo Cantuarienſis Eboracenſis juriſdictioni ſubjacere: ſed juxta patris ejuſdem conſtitutionem, iſta honoris diſtinctio in perpetuum conſervetur, ut qui prior ordinatur, prior habeatur. Sed ſi Cantuarienſis archiepiſcopus, ab Eboracenſi electo ma- D nus conſecrationis ſubtraxerit, quod videlicet juxta eccleſiarum ſuarum morem, ab Honorio ſedis apoſtolicæ pontifice ſibi debetur: liceat eidem Eboracenſi ſecundum communem conſuetudinem, & Honorii patris noſtri ſanctionem, vel domini noſtri Paſchalis mandatum, a ſuffraganeis authoritate Romani pontificis conſecrari.

CAP. III. *Idem univerſis eccleſiæ Cantuarienſis ſuffraganeis.*

Cum non ignoretis, venerabilem fratrem noſtrum Cantuarienſem archiepiſcopum vobis non ſolum metropolitico, ſed etiam jure legationis E præeſſe; mirabile ſatis eſt, quod quidam veſtrum (ſicut audivimus) aſſeverare præſumpſerunt, quod idem archiepiſcopus nullam cauſam de epiſcopatibus veſtris, ſive legationis, ſive metropoleos jure, audire debeat, niſi per appellationem ad ipſum deferatur. Sane licet metropolico jure forte non debeat cauſam de veſtris epiſcopatibus,

(a) *conſulendo ſervivit ac miniſtravit. Quod ſi præcipimus . . . . . Omni itaque remota.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

bus, niſi ad eum per appellationem deferatur, A audire: legationis tamen obtentu univerſas cauſas, quæ de ipſis epiſcopatibus per appellationem vel per aliquam querimoniam perveniunt ad audientiam ſuam, audire poteſt & debet, ſicut qui in provincia * tua vices noſtras gerere probatur. Mandamus itaque venerabilitati veſtræ atque præcipimus, quatenus cauſas quæ de epiſcopatibus veſtris ad eumdem archiepiſcopum perferuntur, ejus judicio relinquatis: nec quemlibet clericum vel laicum veſtræ juriſdictionis deterrere vel impedire tentetis, quo minus cauſas ſuas ad præfatum archiepiſcopum, ſi voluerit, transferre poſſit.

9. q. 3. Cum quæſtus. Diſt. 63. Quoniam nos. 25. q. 1. Servatis. 11. q. 1. Pervenit. * veſtra

Cap. IV. *Idem nobiliſſimo duci Venetiæ.*

Cum eſſemus Venetiæ, & ibi diutinam moram feciſſemus, propoſuiſti nobis conſtanter atque ſolicite, ſæpe contingere, quod cum inter clericum & laicum tuæ juriſdictionis de pecuniaria cauſa controverſia vertitur, clericus ad noſtram appellat audientiam: & perſonis extra terram tuam exiſtentibus, juriſdictionis cauſam impetrat quandoque committi, qui ſuper hujuſmodi cauſis judicare nolunt, aut neſciunt legem aut conſuetudinem Veneticorum. Unde quia occaſione iſta tam frequenter a laicis clerici indebite fatigantur, & damna gravia ſibi provenire proclamant: nos favore tuæ devotionis inducti, & tuis precibus inclinati, authoritate apoſtolica C tibi duximus indulgendum, ut ſi aliquando clericus de terra tuæ juriſdictionis ſuper pecuniaria cauſa contra laicum ad noſtram audientiam appellaverit, non niſi perſonis quæ de terra tuæ juriſdictionis ſunt, & ſecundum legem & conſuetudinem Veneticorum judicare debeant, committamus: ita quod indulgentia noſtra non debeat niſi noſtro tempore durare.

Cap. V.

Milites templi Hieruſalem, ſub tempore gratiæ novi Macchabæi, abnegantes ſæcularia deſideria & propria relinquentes, tollentes crucem ſuam, & * ſecuti ſunt Chriſtum. Ipſi ſunt per D quos Deus orientalem eccleſiam a Paganorum ſpurcitia liberat, & Chriſtiani nominis inimicos expugnat: ipſi pro fratribus animas ponere non formidant, & peregrinos ad ſancta loca proficiſcentes, tam in eundo quam in redeundo, a Paganorum incurſibus defendunt. Et quoniam ad tam ſanctum & pium opus explendum eis facultates propriæ non ſuppetunt, præſentibus litteris exoro, quatenus unde ſublevetur eorum inopia, populum a Deo vobis commiſſum, collectas facere moneatis. Quicumque * de facultatibus a Deo ſibi collatis, in iſta ſecunda collecta ſe conſtituerint, eiſque beneficium perſolverint per annum, ſeptimam partem pœnitentiæ injunctæ, confiſi de beatorum apoſtolorum Petri & Pauli meritis, indulgemus. Si vero E excommunicatus non fuerit, & eum mori contigerit: ei cum aliis Chriſtianis ſepultura eccleſiaſtica non negetur. Cum autem fratres ipſius Templi, qui ad collectam deſtinati ſunt ſuſcipiendam, in civitatem, caſtellum, villam, aut vicum advenerint: ſi forte locus interdictus ſit, in jucundo eorum adventu pro Templi honore, & eorum S. militum reverentia, ſemel in anno aperiantur eccleſiæ: & excluſis excommunicatis, Divina myſteria celebrentur. Quæ vero de non excommunicatis militum eorum fratribus ſepulturæ tradendis, & excommunicatis in eorum adventu excluſis, ſemel in anno, a nobis ſtatuta ſunt: vobis mandantes præcipimus, ut per omnes parochias faciatis irrefragabiliter per omnia obſervari.

* Del. &

* f. autem de

Cap. VI. *Idem venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, & ceteris ad quos littera iſta pervenerint.*

Dilecti filii noſtri fratres Hoſpitalis Hieroſo- B lymitani tranſmiſſa nobis conqueſtione monſtrarunt, quod vos eis de malefactoribus ſuis juſtitiam exhibere non vultis, privilegia eorum inſpicere contemnentes: nec ipſos eleemoſynas quærere in veſtris parochiis, aut confratres ipſorum ſepelire, aliquatenus permittatis. Quoniam igitur iidem fratres multis ſunt libertatibus & privilegiis a Romanis pontificibus præmuniti, quæ ut noſtris temporibus infringantur, nolumus ſuſtinere: fraternitati veſtræ, *&c.* quatenus jam dictis fratribus in his quæ a Romana eccleſia noſcuntur indulta fuiſſe, nullam prorſus moleſtiam faciatis, nec ea ſibi contradicere vel negare aliquatenus attentetis. Si enim de vobis in veritate talia de cetero poterimus comperire: pro certo ſciatis, quod nos conceſſa vobis privilegia decidemus *, cum noſtris & eccleſiæ Romanæ ſcriptis authentice obviare minime timeatis.

* al. decurrabimus

Cap. VII. *Idem epiſcopis, archidiaconis, & aliis eccleſiarum prælatis per Galliam conſtitutis.*

Sane quoniam a prædeceſſoribus noſtris & a nobis eſt ſtatutum, ut ſcilicet Hoſpitalarios ipſos excommunicare, vel oratoria ſua interdicere nemini liceat: vobis authoritate præſentium injungimus atque præcipimus, ut prædictos fratres Hoſpitalis Hieroſolymitani, aut eccleſias ſuas interdicere vel excommunicare nullatenus præſumatis.

Cap. VIII. *Idem.*

Simili modo ſancimus, ut quicumque in eorum fraternitate fuerit receptus, ſi forte eccleſia, ad quam pertinet, a Divinis officiis fuerit prohibita, eumque mori contigerit, eidem eccleſiaſtica ſepultura non denegetur, niſi nominatim interdictus, aut anathematis vinculo fuerit innodatus.

*Pars cap. In quas litteris quas a nobis ſupra, de poteſtate judicum.*

Cap. IX. *Idem fratribus Hoſpitalis Hieroſolymitani.*

Pervenit ad nos tranſmiſſa inſinuatione venerabilis fratris noſtri * Herefordenſis epiſcopi, quod vos occaſione privilegii ab apoſtolica ſede vobis indulti, non ſemel tantum in anno, ſed frequenter epiſcopatum ejus viſitatis, & interdictas eccleſias aperitis, ut Divina officia celebretis. Addit ad hæc, quod vos corpora defunctorum, ſi qua inhumata jacuerint, (a) dummodo excommunicati non deceſſerint, eccleſiaſtici cœmete-

* Eboracenſis archiepiſcopi.

(a) *dum excommunicati eccleſiaſtica dirimini.* Men6.

ANNO CHRISTI 1179.

meterii traditis ſepulturæ. Quoniam igitur non A decet vos aliquatenus uſurpare quod vobis non eſt indultum, cum privilegium mereatur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate: diſcretioni veſtræ, &c. quatenus ſic tenorem privilegii conſervetis, quod ejus metas vel in his, vel in aliis tranſgredi minime videamini, nec niſi ſemel in anno in eccleſiis interdictis Divina præſumatis officia celebrare: ſcituri pro certo, quod ſi ſecus, quod non arbitramur, feceritis, vos a præſumptione veſtra, Domino authore, arctius compeſcemus.

### Cap. X. *Idem Lexovienſi epiſcopo*.

Si quis rei litigioſæ confirmationem a ſede B apoſtolica impetraverit, non minus judex de cauſa poteſt cognoſcere, & eam ſine debito terminare. Sed ſi rem tunc pacifice poſſidebat, cum inde confirmationem obtinuit; non eſt tutum, aut licitum judici de quæſtione ſuborta poſtea ſine mandato Romani pontificis decernere, aut eam diffinire.

PARS XLV.

## DE SPONSALIBUS SECUNDO.

### Cap. I. *Idem Exonienſi epiſcopo*.

Veniens ad nos V. lator præſentium, * ſimplici nobis aſſertione moſtravit, quod in domo ſua mulierem acceperit, de qua filium & C filiam habuit, & fidem coram pluribus præſtitit, quod eam duceret in uxorem. Interim vero cum in * civitate quadam apud domum vicini pernoctaret, ejus filia ſecum concubuit: & cum pater eos inſimul in lecto inveniſſet, ſummo mane ipſum eam invitum deſponſare coegit. Qui nuper in præſentia noſtra conſtitutus, nos conſuluit, cui potius adhærere deberet. Quia vero nequaquam nobis innotuit, utrum poſt fidem præſtitam, primam cognoverit: fraternitati tuæ, &c. quatenus rei veritatem diligenter inquiras, & ſi cognoveris quod primam poſt fidem datam cognoverit, ipſum cum ea facias remanere. Quod ſi poſt fidem datam, eam non cognoverit, ſecundæ, niſi metu coactus, qui poſſet in quemlibet virum conſtantem cadere, eam deſponſaverit, tanquam uxori facias adhærere.

* *al.* ſupplici nobis relatione

* *al.* cum de civit. quadam ad propria remearet, apud domum vic. ſui pernoctavit: cujus filia noctu illa ſecum &c.

### Cap. II. *Idem eidem*.

Ex præſentium latoris confeſſione percepimus, quod cum ipſe quamdam alterius uxorem in adulterio polluiſſet, pœnitentiam inde ſuſcepit. Sed poſtea in eumdem incidit, diabolo inſtigante, reatum, ac eamdem mulierem, viro defuncto, ſibi in matrimonium copulavit: eamque aſſerit in præſenti pro conjuge * retinere. Verum quoniam nos de ſalute animarum ipſorum ſolicite compellimur in Domino cogitare: fraternitati tuæ, &c. quatenus rem ipſam diligenter inquiras: & ſi tibi conſtiterit, quod ille vel illa in mortem prioris viri fuerit machinatus, vel ſi eo vivente fidem ipſi mulieri dederit, ſe eam in conjugem recepturum, eos non differas penitus ſeparare. Quod ſi neutrum iſtorum conſtiterit: in cauſa ipſa juxta eccleſiaſticam conſuetudinem & canonica ſtatuta procedas.

* remanere

### Cap. III. *Idem eidem*.

Pervenit ad nos, quod quidam miles R. nomine, fide interpoſita, in multorum præſentia promiſit ſe contracturum matrimonium cum quadam puella filia Edwini de Baſelcher: ſed poſtmodum, licet ex ea prolem ſuſceperit, ſicut ipſe nobis aſſerit, fidem inde violare non timens, alteri adhæſit, & prædictam puellam, quam dicitur defloraſſe, in uxorem ducere contradicit. Quoniam igitur non modicum delinquit, qui fidem violare præſumit: diſcretioni veſtræ, &c. quatenus rei veritatem diligenter inquiratis: & ſi vobis pro certo conſtiterit, præfatum militem prænominatam puellam in uxorem ducturum fide interpoſita promiſiſſe, & poſtmodum eam cognoviſſe, eumdem militem monere ſtudeatis, & diligenter inducere, ut memoratam puellam, omni appellatione & contradictione ceſſante, in uxorem ducat: vel, ſi commonitionem veſtram contempſerit, & eam in uxorem ducere noluerit, vel alter veſtrum, ſi uterque intereſſe non poteſt, illum ſub diſtrictione anathematis mandatum noſtrum adimplere compellat.

### Cap. IV. *Idem Lucenſi epiſcopo*.

Sane conſuluit nos tua diſcretio, quid faciendum ſit muliere, quæ poſt mortem viri ſui veſtibus pretioſis abjectis, mutavit habitum, & de manu * presbyteri velamen aſſumpſit: ſed non renunciavit propriis, nec intravit clauſtrum, nec in manu epiſcopi, aut abbatis, aut abbatiſſæ, vel ſuper altare eſt profeſſa, vel obedientiam promiſit: poſtmodum vero anno elapſo, cum multorum inquietudines ferre non poſſet, & lapſum incontinentiæ formidaret, abjecto religionis habitu, cuidam nobili ſolemniter in facie eccleſiæ nupſit. Super hoc itaque conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſicut ſimplex votum matrimonium impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum: ita ſine profeſſione & propriorum renunciatione, habitus ſuſceptio, ne contrahatur, impedit; ſed conſummatum nequaquam diſſolvit. D

* Prioris

### Cap. V. *Idem VVintonienſi epiſcopo*.

Non ſunt una caro vir & mulier, (a) niſi carnali copula cohæſerint: idcirco ſponſa defuncta intacta, ejus ſoror ſponſo, hoc non impediente, libere ducitur in uxorem.

### Cap. VI. *Lucius tertius* * *Capriano epiſcopo*.

* *f.* Capuano. *al.* Rapolenſi, *&* Rapulenſi.

Requiſivit a nobis fraternitas tua, qua cenſura mulier compelli debeat, quæ juriſjurandi religione neglecta, nubere renuit, cui ſe nupturam interpoſito juramento firmavit. Quæſiviſti E etiam, ſi cujus vir matris torum polluit, ad alia vota, cum filios deſideret, viro poſſit vivente tranſire. Ad quod breviter reſpondemus, quod mulier quæ ſe nupturam juravit, cum libera debeant eſſe matrimonia, monenda eſt potius, quam cogenda: maxime cum coactiones hujuſmodi, difficiles exitus ſoleant frequenter habere. Illa ſane, cujus vir cum matre adulterium & inceſtum commiſit, nec viro ſuo conjungi

(a) *niſi maritali*. Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

jungi carnaliter, nec eo vivente, cum alio matrimonium inire valebit.

CAP. VII. *Item Hadrianus papa Eberardo Magdeburgenſi * archiepiſcopo.*

* *al.* Salisburgenſi

Dignum eſt & a ratione non diſcordat, quod ea quæ inter ſe dubietatis ſcrupulum videntur continere, ad apoſtolicæ ſedis judicium referantur: ut inde Chriſti fideles in dubiis certitudinem ſe gaudeant invenire, unde noſcuntur magiſterium fidei ſuſcepiſſe. Tua vero fraternitas de ſervorum conjugiis, quæ invitis, & contradicentibus dominis contrahuntur, quid fieri debeat, ab apoſtolatu noſtro, ſi bene meminimus, requiſivit. Super quo utique duximus reſpondendum. Sane juxta verbum Apoſtoli, prout tua diſcretio cognoſcit, in Chriſto Jeſu nec liber nec ſervus eſt, qui a ſacramentis eccleſiaſticis ſit amovendus. Ita quoque inter ſervos matrimonia nullatenus debent prohiberi: & ſi dominis invitis & contradicentibus contracta fuerint, nulla ratione propter hoc ſunt eccleſiaſtico jure diſſolvenda: debita tamen & conſueta ſervitia non ex hoc minus ſunt propriis dominis exhibenda.

*Galat.* 3. *Coloſſ.* 3.

CAP. VIII. *Idem ex Concilio Triburienſi.*

Cap. 39. Concilii Tribur.

De Francia quidam nobilis homo mulierem de Saxonia lege Saxonum duxit in uxorem, tenuit multis annis, & ex ea filios procreavit. Verum quia non eiſdem utuntur legibus Saxones & Franci, cauſatus eſt, quod eam non ſua, id eſt, Francorum lege deſponſaverit, vel acceperit, vel dotaverit: dimiſſaque illa, duxit alteram. Diffinivit ſuper hoc ſancta Synodus, ut ille tranſgreſſor evangelicæ legis, ſubjiciatur pœnitentiæ, a ſecunda conjuge ſeparetur, & ad priorem redire cogatur.

PARS XLVI.

## DE POTESTATE JUDICUM.

CAP. I. *Idem epiſcopo Lucenſi.*

CUM te conſulente poſtulas edoceri, utrum ad te pertineat, ſententiam quam in cauſis judices a nobis in tua provincia delegati protulerint, confirmare, licet de ipſis cauſis nihil in præſentia tua tractatum ſit: reſpondemus, quod ſententiam ipſam non teneris, ſi nolueris, confirmare. Sed id tibi ex officio tuo noveris imminere, ut ſi ad eorum * mandatum judicium non poſſit executioni mandari, eis præbeas auxilium & favorem: & ipſam, ſi noveris rationabiliter promulgatam, poteris confirmare.

**al.* ad mandatum eorumdem judic. ſententia non poſ.

CAP. II. *Idem.*

Si ſuper cauſa quæ tibi ex noſtra delegatione committitur a perſonis eccleſiaſticis una vel pluribus, quibus, ut parcas laboribus partium & expenſis, cognitionem ipſius cauſæ & teſtium examinationes, tibi ſententia reſervata, committas, appellatio fuerit interpoſita: appellationis intuitu cauſam indefinitam relinquere non teneris.

CAP. III. *Idem Exonienſi epiſcopo.*

Suggeſtum eſt auribus noſtris, quod clericus A. nomine, in ſacerdotio genitus fuerit ex inceſtu, & pro perſona perſonatum eccleſiæ de * [illegible]denar, in qua pater ejus miniſtravit, quod obtinuit ſibi non licuit, matrimonium contrahere de quadam temeritate præſumpſit. Ceterum quia cauſam ſuper crimine non conſuevimus alicui committere, niſi primo comparerent in noſtra præſentia, qui perſonam illam ſuper eodem crimine vellent impetere: cauſam ipſam tibi judiciario ordine non * commiſimus terminandam: diſcretioni tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi tibi conſtiterit, publicum & notorium eſſe, quod eſt de jam dicto clerico nobis propoſitum, maxime de matrimonio contracto, (quod ſi verum eſt, te latere non poterit) eum a præſcripta eccleſia, authoritate noſtra, appellatione remota, non differas perpetuo amovere.

* Bradenau.

* commiſimus

CAP. IV. *Idem abbati & conventui majoris eccleſiæ Monaſterii & H. eorum clerico.*

Jampridem, ſicut bene meminimus, recepta querela veſtra a * Ceſtriæ capellam de Herdelei, quam ad eccleſiam veſtram de Eſtun aſſeveraſtis jure parochiali ſpectare, contra juſtitiam detinebant. Cauſam ipſam abbatibus Leiceſtriæ & Lilleshullæ committimus terminandam: ita quidem, quod ſi uterque intereſſe non poſſet, alter nihilo minus, adſcitis ſibi diſcretis & honeſtis hominibus, in negotii executione procederet. Accidit autem inopinato rerum eventu, ſicut ex litteris tuis & fratrum veſtrorum, fili abbas, intelleximus, quod antequam partes in judicio apparuiſſent, abbas unius loci, Lileshull ſcilicet, de præſenti vita migravit, cui vir alter in brevi prudens & religioſus ſucceſſit. Deinde abbas Leiceſtriæ, qui prius mandato noſtro partibus diem ad agendum præfixit: habitoque conſilio virorum prudentium & juriſperitorum, abbatem Lileshull de novo ſubſtitutum, porrecto illi mandato noſtro, quia ſub expreſſis nominibus locorum, & non perſonarum, commiſſio litterarum a nobis emanavit, ſibi ſocium adduxit: & ſicut ex litteris eorumdem accepimus, cum utraque pars legitime citata ſæpius in eorum præſentia conſiſteret, auditis rationibus & allegationibus hinc inde productis, & teſtibus idoneis, & eiſdem de non tacenda veritate juratis, eaque diligenter inquiſita, & cognita, cum de jure matricis eccleſiæ de Eſtun eis plenarie conſtaret, accepto multorum virorum legitimorum & approbatorum, tam laicorum quam clericorum teſtimonio, prædictam capellam de Herdeleja, eccleſiæ de Eſtun prudentium virorum conſilio adjudicaverunt. Venerabilis etiam frater noſter Wigornienſis epiſcopus, qui tunc præſens aderat, eorum ſententiam executioni mandavit, & monachos tuos, fili abbas, qui ibi aderant, & te quoque, fili H. procuratorem negotii in præſcripta eccleſia, quæ in ejuſdem epiſcopi diœceſi conſiſtit, in corporalem per officiales ſuos poſſeſſionem introduxit. Quia igitur lites ſive controverſiæ, quæ concordia vel judicio finiuntur, in recidivæ contentionis ſcrupulum non debent iterum aliquatenus redigi: præſentis ſcripti patrocinio eam vobis confirmamus, &c.

* *f.* veſtra, ſuper capella de H.

CAP. V. *Idem Senonenſi archiepiſcopo.*

Ex tranſmiſſa nobis inſinuatione G. & B. V. & Uni. militum, intelleximus, quod cum R. de Canvill. eos ſuper quadam poſſeſſione ante venerabilem fratrem noſtrum * Veren. epiſcopum traxiſſet in cauſam, nobilis comes C. de Capra, * eorum dominus, a quo poſſeſſiones tenebant, ſub

* Trecen. * Meten.

ANNO CHRISTI 1179.

ſub debito fidelitatis inhibuit, ne in judicio eccleſiaſtico de ſæculari feudo reſponderent. Itaque præfatus epiſcopus in eos velut contumaces, executionis ſententiam promulgavit, *&c. Et infra*: Mandamus quatenus præfatos milites ab excommunicatione, contradictione & appellatione ceſſante abſolvas, *&c. Et infra:* Deinde cauſam per dominum fundi jubeas terminari: & ſi ipſe malitioſe quid diſtulerit, tu ei, ſublato appellationis diffugio, debitum finem imponas.

PARS XLVII.

## DE JURE PATRONATUS.

### Cap. I. *Idem Cantuarienſi epiſcopo.*

De jure patronatus capellæ de Stretton, hoc tuæ diſcretioni mandamus, ut ſi * R. Brito ipſum comparavit, cum inconveniens ſit & inhoneſtum vendi jus patronatus, contractum illum, ſublato appellationis remedio, irritum denuncies & inanem: ipſumque, fretus authoritate apoſtolica, non differas revocare.

* P.

### Cap. II. *Idem Batonienſi epiſcopo.*

(a) Dilectus filius noſter nobilis vir comes S. tranſmiſſa nobis inſinuatione monſtravit, quod dum illuſtris rex Scotiæ patrimonium ſuum detinuiſſet occupatum, quibus voluit, & prout voluit, eccleſias, quarum gerebat patronatum, eo inconſulto conceſſit. Quoniam igitur ex injuncti nobis officii debito tenemur unicuique jura ſua integra ſervare, nolentes etiam quod (b) præfatus comes occaſione tali jus patronatus amittat: fraternitati tuæ, *&c.* quatenus rei veritate diligenter inquiſita, ſi ita eſſe tibi conſtiterit, (c) intruſos amoveas: & ſi idoneæ perſonæ ab eo qui jus patronatus & præſentandi perſonas habet, ad præſcriptas eccleſias fuerint præſentatæ, & perſonas ipſas de conſenſu & conſilio prælatorum, quorum intereſt, de præſcriptis eccleſiis, contradictione & appellatione ceſſante, inveſtiges, nec ipſas contra formam juris exinde a quodam gravari permittas.

### Cap. III. *Idem Cenomanenſi epiſcopo.*

*Pars capit. Tua nos duxit. ſupra de ordinatis.*

Super eo quod ſubjungere voluiſti, ſi de præſentatione presbyteri, inter aliquos quæſtione ſuborta, cauſam contigerit alicui delegari ſub hac forma, ut ſi conſtiterit, jus de quo agitur, ad alterutram partium pertinere, ad præſentationem ejuſdem de perſona idonea ordinet eccleſiam appellatione remota, an liceat delegato judici, inſcio diœceſano epiſcopo, archidiacono vel archipresbytero reclamante, præſentatum ſibi clericum in poſſeſſionem eccleſiæ mittere, præſertim ſi ignotus fuerit præſentatus, aut minus idoneus; aut ſi archipresbyter, aut archidiaconus, aut epiſcopus ad quem inſtitutio pertinet, appellaverit, utrum eorum appellationibus ſit deferendum: hoc tuam volumus diſcretionem tenere, quod licet quæſtionem quæ de præſentatione vertitur, appellatione remota, committamus alicui terminandam: non tamen intentionis noſtræ eſt, diœceſano epiſcopo, vel archidiacono, vel archipresbytero præjudicium generare. Ideoque præſentandus eſt illi, qui inſtituendus fuerit: & tenebit appellatio, ſi videntes juri ſuo detrahi, duxerint appellandum: quia non illis, ſed partibus inter quas cauſa commiſſa eſt, appellationis remedium eſt ſublatum.

### Cap. IV. *Idem illuſtri regi Anglorum.*

Quanto te Divina gratia ſummaque providentia majoris gratiæ privilegio decoravit, tanto viros religioſos majori debes caritate diligere, & in juſtitiis ſuis manutenere propenſius & fovere. Cauſæ patronatus eccleſiarum ita junctæ ſunt & connexæ eccleſiaſticis cauſis, quod non niſi eccleſiaſtico judicio valent diffiniri, & apud judicem eccleſiaſticum ſolummodo terminari.

### Cap. V. *Idem Norwicenſi epiſcopo.*

Continebatur in litteris a te nobis tranſmiſſis quod cum ſuper decima de Querche, inter magiſtrum Hubertum, & magiſtrum N. de mandato noſtro coram te verteretur; conſtiterit tibi quod M. abbatiſſa ſanctæ Mariæ de Wint, pro communi voto, & unanimi conſenſu, conventu aſſenſum præſtante, decimam ipſam prædicto H. conceſſit, Rad. Winton. archidiaconus per clavem & librum ſibi exinde inveſtituram fecit: magiſter vero N. probavit coram idoneis teſtibus, quod præfata abbatiſſa præſcriptam decimam ſibi prius dederat, conventu non contradicente, quam eam præfato Huberto dediſſet, & quod a diœceſano epiſcopo ejus fuerit conceſſio confirmata. Unde quia nos conſulere voluiſti, cui conceſſioni innitendum ſit, conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod conceſſio prius facta, ſi conventu ſciente & non contradicente facta eſt, robur firmum debet habere. Verum ſi præfata abbatiſſa, ignorante conventu aut contradicente prius, prædicto N. decimam ſuam conceſſit, & non poſt multum tempus, de aſſenſu conventus, eamdem decimam memorato Huberto dedit, ſic ut tibi eam datam fuiſſe conſtet, ſecunda conceſſio debet præjudicare priori.

### Cap. IV. *Idem canonicis fratribus & monachis in epiſcopatu Saren. eccleſias habentibus.*

Ex tranſmiſſa nobis inſinuatione venerabilis fratris noſtri Jocel. * Saren. epiſcopi accepimus, quod cum in epiſcopatu de Saren. habeatis eccleſias, de quibus cenſum annuatim percipitis: earum rectoribus decedentibus, authoritate propria eaſdem eccleſias occupatis, aut etiam clericos in eis ponitis. *Et infra:* Infra duos menſes poſtquam eccleſiæ prædictæ vacaverint, ad eas memorato epiſcopo, omni occaſione & appellatione remota, idoneas perſonas præſentetis, ut per ipſum curam animarum recipiant. *Et infra:* Illud quoque nihilo minus prohibemus, ne cenſum veſtrum in prædictis eccleſiis ſine prædicti epiſcopi aſſenſu augeatis, ſed in eis conſtituto antiquo cenſu ſitis contenti.

* Sarum.

### Cap. VII. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo.*

Relatum eſt auribus noſtris, quod quidam clerici in beneficiis eccleſiaſticis centum vel ducen-

(a) *Frater noſter S. tranſmiſſa nobis inſinuatione monſtravit, quod cum &c.* (b) *quod præfatus es.*
(c) *intruſos univerſos amoveas.* Mansi.

ANNO CHRISTI 1179.

centarum marcarum reditus poſſidentes, & proponentes primas vacantes eccleſias a monachis vel canonicis aut aliis jus patronatus habentibus ſibi fuiſſe promiſſas, ne in illis, cum vacant, inſtituantur alii, appellationem emittunt, ut interim arte aliqua ſuum valeant adimplere propoſitum. Quia igitur conſulis, an diœceſano epiſcopo hujuſmodi appellationi ſit deferendum, præſentibus tibi litteris reſpondemus: quod cum in Lateranenſi concilio promiſſiones factæ de eccleſiis non vacantibus, ſint caſſatæ prætextu appellationis eorum, qui jam prædictis promiſſionibus innituntur, omitti non debet, quin eccleſiæ, cum vacaverint, de perſonis idoneis ordinentur.

## Cap. VIII. *Idem abbati Remeſtrenſi & archidiacono Exonienſi.*

Veniens ad apoſtolicæ ſedis clementiam in multo diſcrimine ſui corporis & laboris V. lator præſentium, ſimplici nobis relatione propoſuit, quod tempore hoſtilitatis & guerræ, miles quidam R. Nomine, fundum R. militis occupavit: quem diu illicite detinens, magiſtro & fratribus Hoſpitalis clericorum eccleſiam in eo ſitam conceſſit. Magiſter vero & fratres Hoſpitalis prædicti, clericum quemdam nomine R. ibidem inſtituerunt, qui inde annis ſingulis ſolvebat penſionem. Longo vero tempore poſt, prædictus R. fundum ſuum recuperans per juſtitiam, omnia quæ alienaverat poſſeſſor violentus ad jus priſtinum revocavit, & cum in eccleſia ibidem fundata ſciret ſe jus tantum datoris habere, conceſſioni quæ memorato R. de præſcripta eccleſia facta fuerat, conſentire nullatenus voluit. Sed * V. venerabili fratri noſtro Eboracenſi archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato, in * e. ad eccleſiam tandem præſentavit, qui præſente magiſtro Hoſpitalis, cui prius fuerat conceſſa, & non reclamante, eumdem V. ſuſcepit, & in prælibata eccleſia ordinavit. Interim autem clericus R. qui eam alieno nomine poſſidebat, furto irretitus, & exinde, quia crimen ejus notorium fuit, rebus furatis in arca ſua repertis, graviter puniri metuens, eo quod ad aures regias ſcelus ejus pervenerat, habitum religionis aſſumpſit: qui infra annum, Apoſtolicum adiit, & ſcriptum apoſtolici culminis, in quo continebatur, ut ſi monſtrare poſſet, quod timore mortis clauſtrum intraſſet, de religionis voto abſolveretur, a nobis obtinuit: cognito quod timor ille ex prava conſcientia perpetrati ſceleris proveniebat. Alias autem litteras & ad abbatem de Pontibus, & priorem de Giſſeburne reportavit, in quibus continebatur, prædictum VV. poſt appellationem ad nos factam intraſſe, & ipſum prius fuiſſe violenter ejectum: illi, amoto alio, eccleſia redderetur. Cumque idem V. a judicibus delegatis citatus, ſibi dari canonicas inducias poſtulaverit, & ipſi dilationem ei dare penitus renuerint, exiſtimantes quod litteræ iſtæ per falſam ſuggeſtionem eſſent impetratæ, & quod nos de facto non fuiſſemus plenius inſtructi: a falſa ſuggeſtione ad nos appellavit, & a præſentia judicum receſſit. Judices vero, quoniam in cauſa principali ſublatum fuerat appellationis remedium, audito teſtimonio quorumdam qui eum-

* VV.
* ſ. eamdem eccleſ.

A dem R. in poſſeſſione eccleſiæ illius eſſe viderunt, & interdum ſynodalia ſolvere, eidem poſſeſſionem ejuſdem eccleſiæ adjudicaverunt, & ipſum per nuncios de eadem eccleſia inveſtiri fecerunt. Verum quoniam dubium nobis & incertum exiſtit, an prædictus R. ita nos falſis ſuggeſtionibus circumvenire præſumpſit, & nemini fraus propria vel dolus debet prodeſſe: diſcretioni veſtræ, &c. quatenus cum exinde fueritis requiſiti, in unum pariter convenientes, utramque partem ante præſentiam veſtram convocetis: & eorum inquiſita veritate, quæ hinc inde fuerint dicta, & plenius cognita, cauſam ipſam, appellatione remota, fine canonico terminetis: ſcilicet, ut ſi vobis conſtiterit, quod
B crimen illud notorium fuerit, quod timore illorum dictus R. religionis aſſumpſerit habitum, & idem V. per archiepiſcopum fuerit canonice inſtitutus, ei eccleſiam ipſam, occaſione & appellatione remota, reſtitui faciatis, & libere paciſiceque * dimitti, non obſtantibus litteris noſtris, ſi taliter fuerint, ut diximus, impetratæ.

* commit.

## Cap. IX. *Idem Exonienſi & VVigornienſi epiſcopis.*

Si vobis conſtiterit, clericum de dono militis eccleſiam vendicare, ſuper eccleſia, illi, noſtra freti authoritate, appellatione ceſſante, perpetuum ſilentium imponatis. Si vero jus patrona-
C tus ex dono ejuſdem militis in eccleſia illa requiritur, vos cauſam audiatis, & concordia vel judicio terminetis.

## Cap. X. (*a*) *Idem epiſcopo Herefordenſi & abbati de Eveſham.*

Ad aures noſtras, (*b*) G. clerico inſinuante, pervenit, quod cum presbyter qui in eccleſia beatæ Mariæ ante portas (*c*) Glouceſtri, monachorum perpetuam vicariam obtinuerat in fata conceſſiſſet, abbas & monachi ipſius loci Divino intuitu præſcriptam vicariam ei conceſſerunt. Cum autem per præfatum abbatem & capitulum ad eamdem vicariam (*d*) G. diœceſano fuiſſet
D epiſcopo præſentatus, (*e*) quidam I. de Conſtantiis nomine, inſtitutionem ejus, quarumdam litterarum intuitu, continentium quod idem abbas ei eccleſiam quæ primo vacaret, conceſſerat, impedivit. Hinc eſt quod diſcretioni veſtræ, &c. quatenus ſi (*f*) præfatus L. a vobis ſuper hoc requiſitus, aliam cauſam rationabilem non prætenderit, niſi conceſſionem eccleſiæ quæ primo vacaret, pro ejuſdem contradictione vel appellatione nullatenus dimittatis, quin auctoritate noſtra diœceſano epiſcopo mandetis, ut ad præſentationem prædicti abbatis & monachorum, (*g*) ſupradictum G. ad vicariam præſcriptam recipiat, & ei curam animarum committat, ſicut moris & juris eſt: ſi aliud non eſt, quod ejus
E inſtitutionem debeat impedire.

DE

(a) *Lucius III.* (b) *E. clerico* (c) *Glouceſtria.* (d) *præfatus E.* (e) *quidam Conſtantin:* (f) *præfatus J.* (g) *ſupraſcriptum E.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179. PARS XLVIII.

## DE PACTIONIBUS SECUNDO.

### Cap. I. *Alexander tertius Wigornienſi epiſcopo.*

VEniens ad apoſtolicæ ſedis clementiam dilectus, frater noſter magiſter V. de Flamevil, * ſua nobis inſinuatione monſtravit, quod cum monachi Majoris monaſterii terras in parochia beatæ Mariæ de Mertun excolant, ab eadem eccleſia coloni eorum omnia eccleſiaſtica tam neceſſaria quam voluntaria ſuſceperint ſacramenta; & tamen eidem eccleſiæ ſuas & canonibus ſacris inſtitutas decimas ſolvere contradicunt, ſed de frugibus ei tertiam partem ſolverunt, & duas ſibi retinere præſumunt. De reliquis autem minutis decimis, utpote nutrimentis animalium & fructibus hortorum, nil penitus præſtare non erubeſcunt. Arbitrantur autem ad hoc ſeſe tueri cujuſdam tranſactionis pactione inter præfatos monachos & quemdam ſacerdotem memorati V. prædeceſſorem ita factam: videlicet ut de duabus carrucatis terræ, quas in dominio ſuo monachi tenent, tertiam dumtaxat decimarum partem frugum exolvere debeant, reliquas ſibi retinendo. Quo fit, ut exinde occaſionem ſibi ſumentes malignandi, prædia ex agricolarum defectu ad eos devoluta, monachi in ſuum magis aſtute, quam provide dominium convertant: & quatuor vel forte plures carrucatas duabus aggregent, non aliter de illis decimis præſtantes, quam de duabus præſtitiſſent, cum ſecundum tenoris compoſitionem integras de illis decimationes ſolvere tenerentur. Quapropter diſcretioni tuæ, &c. quatenus cum exinde fueris requiſitus, utraque parte ante tuam præſentiam convocata, rei veritatem diligenter inquiras, & niſi privilegium clementia ſedis apoſtolicæ ſibi ſuper hoc indultum coram te præfati palam produxerint, vel niſi tranſactionem ſibi ſcriptam, authoritate apoſtolica confirmatam eſſe docuerint, cum alioqui inter perſonas potius quam inter eccleſias ita facta videatur, ne pacta inter alios facta, aliis obeſſe patiamur, omni dilatione & appellatione remota, præfatos monachos & eorum agricolas decimationes univerſas, ex quibuslibet rebus provenientes, ex integro abſque omni diminutione ſupradictæ eccleſiæ beatæ Mariæ de Mertun, jugi præſtatione ſingulis annis præſtare, & etiam illorum quæ illicite detinuerunt, certam æſtimationem reſtituere, cum omni diſtrictione compellas. Quod ſi diſcretioni tuæ, ſecundum ea quæ proponuntur tibi in judicio, viſum fuerit, præfatos monachos non niſi ad tertiæ partis decimationum præſtationem ſecundum juſtitiam urgere poſſe: tunc omnium eorum quæ canones decimanda decreverunt, appellatione remota, ſupradictos monachos tertiam partem eccleſiæ jam dictæ, apoſtolica authoritate præſtare decimas cogas.

* al. Flavilla:

### Cap. II. *Idem Gregorius univerſis epiſcopis.*

Scripta fraternitatis veſtræ relegentes, agnovimus quod hi qui contra Hadrianum fratrem & coepiſcopum noſtrum aliqua dixerant, modo cum eodem epiſcopo in amicitiam conveniſſent, & magna nobis ad præſens facta eſt de eorum unitate lætitia. Sed quoniam ea quæ dicta ſunt, indiſcuſſa permanere non patimur, ſedis noſtræ diaconem ad ea inveſtiganda dirigimus: quia nos facinora ea quæ audivimus, diſſimulare non debemus, præſertim cum accuſatores & accuſatum gratiam inter ſe judicaſtis feciſſe: hoc vobis neceſſe eſt ſubtiliter perſcrutari, ne forte eorum comparata concordia, quod abſit, non ex neceſſitate, ſed præmio facta eſſe conſtiterit.

ANNO CHRISTI 1179.

### Cap. III. *Urbanus tertius abbatibus de Weilebec & de Sulveſtum.*

Gratum gerimus & acceptum, quod in negotiis commiſſis veſtræ juriſdictioni, debitam curam impenditis, & in his quæ dubitationem faciunt, pro gravitate veſtri officii cenſuram ſedis apoſtolicæ poſtulatis. Sane conſuluit nos veſtra diſcretio, an ante obitum delegantis, propoſito citationis edicto, lite vero poſt mortem delegantis conteſtata, delegatus judex nihilo minus debeat in cauſa procedere: & utrum is intelligatur appellationi renunciaſſe, qui ea interpoſita ad producendos teſtes inducias poſtulavit, & deinde productioni & allegationi renuncians, atteſtationes petiit ſolemniter publicari, ſicut hoc totum circa deceſſum bonæ memoriæ prædeceſſoris noſtri Lucii, qui judices delegavit, ſub examine veſtro aſſeritis contigiſſe. Nos autem inquiſitioni veſtræ taliter reſpondemus, quod cum in priore caſu citatione facta quaſi cœptum ſit negotium, & maxime, ſi delegatus non ſit certus de obitu delegantis, poteſt & debet in cauſa procedi: tenebitque quod juſtitia prævia fuerit judiciali tramite diffinitum. In ſecundo caſu videtur ab appellatione receſſum, ſi ſecundum ea quæ præmiſſa ſunt, eum qui appellaverat, conſtiterit proceſſiſſe.

7. q. 1. S quis presbyter. 11. q. 1. quis epiſcopus. 16. q. 1. Per ſingulas

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

PARS XLIX.

### Cap. I. (a) *Gregorius octavus univerſis fratribus epiſcopis, & archidiaconis ad quos litteræ iſtæ pervenerint.*

VEl ex dolo, vel ex malitia litigantium, vel ex defectu noſtro credimus provenire, quod tanta negotiorum frequentia diebus ſingulis perurgemur, ut imbecillitate proprii corporis laborantes, minori etiam (b) diligentia impediti, omnibus non poſſimus commode ſupereſſe, aut undique (c) contradicentium clamores aut murmura ſuſtinere. Hinc etiam evenit, quod negotiis minoribus occupati, majoribus intendere non valemus, prout neceſſitas eccleſiaſtica poſtularet: & quæ diffiniri vel diſponi per nos brevi tempore potuiſſent, expectatione diutina pluſquam oportet, multis pariter irruentibus producuntur. Quocirca per generalem epiſtolam remedium huic rei duximus providendum, ne multimodo impediamur incurſu, vel ſua injuriam patientibus poſſit juſtitia deperire. Eapropter univerſitati veſtræ per * A. S. præſentibus mandamus, quatenus ſi forte de modicis rebus, quæ infra ſummam viginti marcarum ſubſiſtunt, in auditoriis veſtris cauſa ventiletur, & alteruter litigantium deluſorie putaverit appellandum: ejus appellatione contempta, infra

* Apoſtolicam ſanctionem.

(a) *Gregorius III. univerſis Archiepiſcopis.* (b) *intelligentia.* (c) *concurrentium.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

infra fines veſtrorum epiſcopatuum eos eligere judices, qui ſuſpicione careant, compellatis: ſi tamen idonei ibi fuerint inventi, in quorum præſentia jurgium ſopiatur: a quibus ſi qua partium crediderit appellandum, ad archiepiſcopum ſive primatem vocem appellationis emittat. Si vero tale negotium ſit, quod ſummam contineat aliquatenus ampliorem infra fines veſtrarum (a) diœceſeon, ſi ſponte noluerint, inviti non cogantur. Cognitores tamen de vicinis epiſcopatibus aliquos eligere compellantur, juxta formam quam præmiſimus, negotium tractaturos: in majoribus cauſis & obſcurioribus articulis appellandi ad ſedem apoſtolicam copia ſervata. Non enim ;videtur malitiæ ſuſpicione carere, quod plerique ſuos adverſarios ad præſentiam noſtram laborare (b) compellunt. Ceterum ſi qui litigantium a proximo feſto Purificationis ſuper cauſis, de quibus epiſcopus cujus juriſdictioni ſaltem is qui convenitur, (c) non ſubjacet, non fuerit requiſitus, vel (d) judices clerici ſupradicto modo non fuerint electi, & litteras a nobis duxerint impetrandas, per quas examinatio jurgiorum vel diffinitio judicibus non ordinariis committatur: careant impetratis, & ad ſuorum audientiam judicum ordine debito negotia revertantur. Sic enim ſubterfugiis occurrere diſceptationum volumus, ut dum eorum calliditatibus obviamus, eis alium ad juſtitiam aditum referemus. Cum vero aliqui juſtam cauſam habuerint noſtram præſentiam adeundi, litteras eis dimiſſorias non negetis, ſeriem negotii continentes. Hoc autem de factis ad nos appellationibus diſponentes, ſuper illis quæ ad archiepiſcopos vel primates fieri contigerit, antiquorum ordinem canonum non mutamus.

CAP. II. *Idem eiſdem.*

Quoniam ad epiſcoporum maxime ſpectat officium, afflictis & laborantibus ſubvenire; (e) unumque illorum, licet deficientibus meritis, Deus nos eſſe voluerit: proſpicere tenemur, & volumus, ne quis ex fortuitis caſibus per Romanæ viſitationem eccleſiæ, laboris ſui, quem ad eam veniendo ſuſtinuit, debito fruſtretur effectu. Inde ſiquidem fuit, quod nos multorum proſpicere volentes expenſis, & alleviare labores, de conſueta miſericordia duximus ſtatuendum, ut litteræ prædeceſſoris noſtri Urbani tertii a tribus menſibus ante ipſius obitum deſtinatæ pro facienda juſtitia & litigiis dirimendis, quæ tamen manifeſtum alicujus præjudicium non continent aut calumniam (f) æquitatis, eumdem habeant tempore adminiſtrationis noſtræ effectum, quem habere, ſi adhuc ille viveret, debuiſſent. Ceſſante igitur exceptione de mandatoris morte, perficite quod mandavit agendum, & nemo ad nos * excuſationi hujuſmodi accepta de ſua juſtitia obtinendi fiducia, cogatur vacuus laborare.

* al. ad nos pro hujuſm. excuſat. accepta per illum commiſſione de ſua juſtitia obtinenda cogatur in vacuum laborare.

CAP. III.

Ex litteris quas ad nos tua deſtinavit fraternitas, evidenter accepimus, quod cum cauſam quæ vertitur inter magiſtrum H. de Hilleſdale, & R. de Alta ripa, ſuper capella de Cabiſein, de mandato noſtro ſuſcepiſti terminandam, & litteras noſtras in communi audientia perlegi feciſſes: prædictus R. ſibi eas poſtulavit exhiberi. Qui litteris diligenter inſpectis, eas arguit falſitatis, hac de cauſa ſcilicet, quod in narratione facti ſint abraſæ, ubi ſcriptum eſt, Jure parochiali: aſſeverans ſe probaturum in præſentia noſtra, quod tales litteræ de cancellaria noſtra non emanaſſent. Vos autem videntes formam litterarum a rationis tramite minime deviare, ab executione cauſæ ſubſiſtere noluiſtis, præfato R. juramentum deferentes, quod nec ſubterfugii, nec dilationis cauſa hoc allegaſſet, ſed quod ita eſſe credebat. Juramento autem ad diem præfixum non præſtito, memoratum H. in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ judicaſtis induci, & quod quidam laicus ſerviens eidem R. veſtro judicio reſtitit, excommunicatus eſt, & ex eccleſia ſub interdicto concluſus: prædictus R. ad nos accedens, & tacens, prout dicitur, quod in commiſſione appellatio fuit inhibita, nec mentionem faciens * arrogationis litterarum, aut juramenti eidem delati, & non præſtiti, ſeu ſententiæ miſſionis in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ, litteras ad Londonienſem & Norvvicenſem epiſcopos impetravit in hunc modum: ut ſi quid in præjudicium memorati R. occaſione prioris commiſſionis factum fuiſſet, noſtra authoritate in irritum revocetur. Cumque præfatus N. citatus a Norvvicenſi epiſcopo, qui ſuas & Londonienſis epiſcopi vices gerebat, coram eo litteras, tacita veritate, impetratas diceret, metuens executionem ſententiæ fieri, Norvvicenſem epiſcopum ſuſpectum habens, cui præfatus R. multa familiaritate conjunctus, ut qui Londonienſis epiſcopi nepos erat, & ejus panem quotidie comedere dicitur, ad nos appellavit. Unde quoniam propria fraus nulli debet prodeſſe aut patrocinium miniſtrare, nos inſpicientes litteras noſtras, & videntes quod per illam raſuram falſæ non poſſent judicari, nec etiam ſuſpectæ haberi, præſertim cum etiam privilegia in poſſeſſionibus abradantur, & litteræ in narratione, ſi eſt in facto erratum, incunctanter poſſint abradi, nec litteræ illæ in ſuſpecto loco fuerint abraſæ: veſtræ fraternitati mandamus, quatenus ſi quid factum fuerit in præjudicium memorati H. occaſione litterarum, quas ſæpedictus R. a nobis non facta mentione de appellatione inhibita aut de juramento illi delato, & non præſtito, appellatione remota, in irritum revocetis, & ſententiam veſtram inviolabiliter faciatis obſervari, & eumdem R. in expenſas portitoris litterarum, pro eo quod a probatione ſua deſtitit, condemnetis. Poſtea utraque parte ad vos convocata, cauſam audiatis, & ſecundum tenorem abraſarum litterarum, quas vobis ſub ſigillo noſtro remittimus, fine canonico terminetis, nullis litteris obſtantibus. Si vero temeritatem & fraudem illius velimus attendere, & illum ſuis meritis judicare, illi ſuper eadem eccleſia faceremus ſilentium imponi.

* f. abraſionis.

CAP.

(a) *diœceſeos cognitores eligere, ſi ſponte.*
(b) *cum a nobis fere nihil aliud quam commiſſionis poſſint literas obtinere. Ceterum.*
(c) *ſubjacet.* (d) *judices electi.* (e) *ſummumque.* (f) *iniquitatis.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

### Cap. IV.

Ex tenore litterarum tuarum nobis innotuit, quod cum P. parochianus tuus ab A. muliere, quam in uxorem acceperat, tuo vellet judicio ſeparari: accuſatores matrimonii teſtes producunt firmiter aſſerentes, quod priuſquam mulier cum prædicto viro matrimonium contraheret, conſanguineum viri cum illa, ſolum videlicet cum ſola, nudum cum nuda, in eodem lecto jacentem viderunt, ea, ut creditur, intentione, ut ei carnaliter adhæreret. Publica quoque fama conſentit, quod poſtquam matrimonium cum ea contraxit, ſe ad invicem miſcuerunt: quod in præſentia tua publice, ut aſſeris, ſunt confeſſi. Dicitur etiam de muliere, quod a marito ſe ſimulans concepiſſe, alienum partum jam baptizatum, ut fertur, ſe mentita eſt peperiſſe: & rebaptizari faciens, virum ſuum ſic decepit. Præterea veneficum periculum, & alias vitæ inſidias viro paraſſe perhibetur. Quia igitur nos conſuluiſti, ſi hæ probationes ad matrimonium ſolvendum ſufficiant, ſic reſpondemus: quod tum ex confeſſione, tum ex violenta & incerta ſuſpicione fornicationis, præſertim ſcilicet, quod de partu & mortis machinatione dictum eſt, & ipſe probare vellet, non immerito poteſt divortii ſententia promulgari: ita ut vir licentiam habeat, ea mortua, aliam ducendi in Domino, ipſa vero ſine ſpe conjugii perpetuo perſeveret.

### Cap. V. *Alexander tertius archiepiſcopo Rotomagenſi & abbati Geomar.*

Ex quorumdam certa relatione audivimus, quod cum aliqui viri eccleſiaſtici, de provincia veſtra pro juſtitia ſua proſequenda litteras commiſſorias a nobis impetrant, adverſarii eorum, ut mandatum noſtrum eludant, antequam litteræ illæ ad judicem perveniant, vel litteris noſtris a judicibus receptis, priuſquam ab eis citentur, in vocem appellationis prorumpunt: aut conventionem facientes, aliquos in poſſeſſionem eorum, de quibus controverſiæ vertuntur, malitioſe inducunt. [21. q. 3. Si epiſcopus.] Quoniam igitur hujuſmodi calliditates & verſutiæ ſuis non debent in aliquo autboribus ſuffragari, & nos contra prædictas calliditates & verſutias, paſtorali volumus ſolicitudine providere: diſcretioni veſtræ, *&c.* quatenus ſi adverſarii, inter quos & ipſum ſuper eccleſia controverſia diutius eſt agitata, pro evacuando mandato noſtro ſupradicto modo appellaverint, aut de poſſeſſione qualibet * conventionem fecerint, vel malitioſe ſe abſentaverint, eos qui in poſſeſſione prædictæ eccleſiæ ſe ingeſſerint, appellatione ceſſante, cogatis ſub examine veſtro juris æquitati parere.

[* commutationem.]

### Cap. VI. *Lucius tertius.*

De his qui in ſanitate vel infirmitate ad loca religioſa ſe tranſtulerint, nil tibi vel eccleſiis, a quibus receperunt pabulum ſalutis, relinquentes: hoc tuæ prudentiæ innoteſcat, quod ſi in ægritudine ipſa ad religionem tranſeunt, dummodo in ægritudine ipſa decedant, prædictis eccleſiis, a quibus aſſumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. Si vero ad religioſa loca in ſanitate ſe tranſtulerint, cogi non poſſunt aliquid præſcriptis eccleſiis impertiri: quia liberum eſt eis tunc bona ſua non ſolum religioſis locis, ſed etiam quibuſcumque privatis perſonis conferre.

### Cap. VII. *Lucius tertius.*

Quoniam ex plenitudine poteſtatis, *&c.* Super hoc quod quæſiviſti, utrum ſuper eccleſiaſtico beneficio in litigium deducto, poſſit fieri tranſactio: tale damus, ſicut jampridem, ſi bene meminimus, alii non abſimile quærenti dedimus reſponſum: quoniam ſecundum formam tranſactionibus adſcriptam, ſuper re ſacra litigioſa minime tranſigi poteſt. Etenim res ſacra ut poſſideatur aliquo dato, vel promiſſo, vel retento, ſpeciem habere non immerito credimus ſimoniæ. Alias autem gratis & amicabiliter inter ſe litigantes componere, ſacris canonibus non dicimus obviare.

[19. q. 2. Decimas. 1. q. 1. Nullus epiſcopus. 1. q. 1. Operatum]

### Cap. VIII. *Alexander tertius Norvvicenſi epiſcopo.*

Quæſitum eſt a nobis ex parte tua, (a) utrum judex ordinarius vel alius cui delegatus mandavit ut citaret partes vel exequeretur ſententiam, delegato teneatur obedire, cum non ſua, ſed delegantis vice fungatur; & cum juriſdictio delegatur, omnia quæ ad juriſdictionem faciunt, delegari videantur: merito poteſt delegatus tam ordinarium, quam alium cui mandavit, cogere ad id efficiendum quod mandavit: & ei qui obedire contempſerit, pœnam infligere competentem.

### Cap. IX.

Quoniam ex plenitudine poteſtatis, *&c. Et infra*: Super eo quod quæſiviſti, utrum eccleſiaſtica beneficia repoſcentibus, objecta ſpontaneæ abjurationis exceptio ſine cauſæ cognitione ſit admittenda, & an actoris, qui ſponte non renunciavit, an rei de ſpontanea renunciatione teſtes & probationes ſint potius admittendæ: ſic experientiæ tuæ duximus reſpondendum: quod hoc nulla ratio veriſimile reddit, ut quiſquam beneficio multis forte laboribus & expenſis acquiſito, & quo ſuſtentari debet, ſine magna cauſa renunciare ſponte elegerit: ideoque ſupervacaneum eſſe non credimus, cauſam reſignationis ſive renunciationis diligenter inquirere, quatenus ſi forte probabilem, hoc eſt, non vi, non metu, non interventu pecuniæ, non promiſſione extortam, judex ordinarius ſive delegatus invenerit, & maxime ſi juramentum, quod vix fieri de ſpontanea voluntate credimus, quia juramentum fere ſemper a malo eſt, interceſſerit, admittere, niſi replicatio canonica fuerit oppoſita, non proponat. Porro licet negantis factum nulla inveniri poſſe probatio dicatur: ejus tamen qui renunciationem ſpontaneam negat, cum implicite & quodammodo replicando inficietur, ſuper actione ſua probatione credimus proferendas, habita nihilo mi-

(a) *ſi judex delegatus judici ordinario mandaverit ut partes citet, delegato &c.* * Manſi.

minus, ut decet, ad perſonarum dignitatem & opinionem relatione.

### Cap. X. *Ex decretis Horſmidæ papæ.*

Nullus fidelis, cujuſcumque conditionis ſit, occulte nuptias faciat: ſed benedictione accepta a ſacerdote, publice nubat in Domino. Si quis ergo ſacerdos aliquot occulte conjunxiſſe inventus fuerit, ab officio triennio ſuſpendatur.

### Cap. XI. *Dunelmenſi epiſcopo & fratribus Revesbi.*

Propoſuit nobis dilectus filius noſter VV. clericus præſentium lator, quod cum ipſe ad eccleſiam de * Wadher, a Reinero Flandrenſi venerabili fratri noſtro Eboracenſi archiepiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato præſentatus fuiſſet, idem archiepiſcopus eum ad eccleſiam non recepit. Inde eſt quod diſcretioni veſtræ per * A S. mandamus, quatenus ſi idem archiepiſcopus ad commonitionem veſtram præfatum VV. in ipſa eccleſia, quam citius poterit non inſtituerit: vos rei veritatem legitime inquiratis, & ſi vobis conſtiterit ex parte VV. dummodo idoneus ſit, quod ad ipſam vacantem fuerit prædicto archiepiſcopo præſentatus, ad eamdem eccleſiam auctoritate noſtra, amoto illo qui eam detinet, etiam ſi quis poſt præſentationem ejus & appellationem, quam ſe ad nos feciſſe proponit, incuſſus eſt, appellatione remota, cum fructibus inde perceptis poſt primam præſentationem, eum recipere minime differatis.

* VVadhum

* Apoſtolica ſcripta.

### Cap. XII. *Eboracenſi archiepiſcopo. Par: capituli: In eminenti. De appellationibus.*

De cetero noveris, quod ſi ſententiam a nobis latam præceperimus per aliquem executioni mandari, & fraus intervenerit, non eſt facultas executori de negotio toto cognoſcere, ſed referri, quæſtiones quæ inciderint, ad ſedem apoſtolicam oportebit.

### Cap. XIII. *Eboracenſi archiepiſcopo.*

In eminenti ſpecula eccleſiæ, licet immeriti, diſponente Domino conſtituti, intendere debemus conſultationibus ſingulorum: & prout Deus nobis revelaverit, propoſitas enodare. Conſuluiſti autem, ſi cauſa, appellatione remota commiſſa, altera partium ante citationem vel poſt citationem, ante ſententiam vel poſt ſententiam, ad ſedem apoſtolicam appellaverit, an appellationi ſit in hujuſmodi deferendum. Præterea ſi cauſa fuerit, appellatione remota, commiſſa, & alter adverſariorum appellet, quia delegatus judex non vult ſuper ſuggeſtione falſi probationes admittere contra Cantuarienſis litteras impetratas, an in hoc caſu teneat appellatio, quæſiviſti. Dubitas etiam, ſi duobus fuerit cauſa commiſſa, appellatione remota, & alter ſuo conjudici vices ſuas commiſerit, an ille ſolus poſſit procedere appellatione remota, vel ab eo liceat appellare, (a) cum in fine non ſit appoſitum, ut ſi uterque nequiverit intereſſe, unus procedat. Primæ ergo quæſtioni reſpondemus, quod cauſa, appellatione remota, commiſſa, appellationi non debet deferri, ſive ante citationem ſive poſt, ſive ante ſententiam ſive poſt, fuerit appellatum: niſi appellans, priuſquam citaretur, iter arripuiſſet ad ſedem apoſtolicam veniendi. Quod autem quæſiviſti, ſi aliquis appellaverit, quia delegatus judex ſuper ſuggeſtione falſi audire probationes recuſat, an appellatio teneat, hoc tuam volumus diſcretionem tenere, quod in eo caſu debet appellationi deferri. Ab uno vero judicum, appellatione remota, in cauſa procedi non poteſt, niſi hoc ſpeciale in litteris commiſſoriis exprimatur. (b)

### Cap. XIV. *Lucius tertius.*

Quoniam ex plenitudine poteſtatis, &c. *Et infra:* Conſulere decreviſti, de quibus perſonis intelligendum ſit, unam alteri in eccleſiaſticis beneficiis ſuccedere non debere: utrum, ſcilicet, de ſacerdotibus & eorum filiis dumtaxat, an & de aliis quibuſdam perſonis. Noveritis ergo quod ad eccleſiaſtica beneficia nullum ſecundum canones admittendum credimus, niſi ex electione canonica vocatum. Sacerdotum vero filios, & maxime in ſacerdotio genitos, his temporibus ſuis ſuccedere parentibus, quarumlibet rebus ſuis ſuccedere parentibus, quarumlibet regionum conſuetudo & in donis civilibus prohibet, & canones in eccleſiaſticis multo fortius prohibent & execrantur. Perſonarum quoque filios citra ſacros ordines conſtitutarum plerumque, ſi tamen merita ſuffragantur, parentibus ſuis ſuccedere conniventibus oculis toleramus. Exemplo namque perniciosum eſt & grave, talia in eccleſia pullulare, per quæ & laicis ſcandalum generetur. Sane tam has perſonas, quam illas, ab aliis non repellimus beneficiis, ſi digni inveniantur.

### Cap. XV. *Alexander tertius abbatibus Ciſtercienſibus capitulo Ciſtercienſi congregatis.*

Recolentes qualiter hæc plantatio ſancta, hæc vitis fructifera, hæc denique vinea Domini ſabaoth, ſub primis ordinis patribus pullulavit, &c. *Et infra:* Nunc autem aliqui ex vobis priſtinæ inſtitutionis obliti penitus vel ignari, contra ordinis veſtri gloriam & decorem, villas, molendina, eccleſias & altaria poſſident, fidelitates & hominia ſuſcipiunt, ruſticos & tributarios tenent: & omne ſtudium adhibent, ut termini eorum dilatentur, quorum converſatio eſſe debebat in cœlis. Læditur hinc ordo penitus & mutatur, &c. *Et infra:* ideoque ſanctum & venerabile collegium veſtrum precibus & monitis, quibus poſſumus, exhortamur, quatenus domus illæ quæ a prima ſui origine in ordine veſtro ſunt fundatæ, conſtitutis & ordinatis terminis ſint contentæ: nec velint ad ea manus extendere, quæ ſine laboribus & periculis multis, & demum ſine ordinis magna confuſione minime poterunt retinere. Si enim relictis originalibus ordinis ſtatutis, ad communem volueritis aliorum

Philipp. 4

(a) *cum in fine litterarum non ſit*

(b) Ad. *De cetero noveris quod ſi ſententiam a nobis latam præceperimus, per aliquem executioni mandandam, & fraus intervenerit, non eſt facultas executori de toto negotio cognoſcendi, ſed referri quæſtiones, quæ inciderint ad ſedem apoſtolicam oportebit.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

rum monaſteriorum viam divertere: oportebit & vos communi jure cenſeri: quia dignum eſt ut qui ſimilem cum aliis ſuſcipiunt vitam, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. Quoniam * domus illæ, quæ de aliis inſtitutionibus ad veſtrum ſe ordinem tranſtulerunt, veſtris omnino ſatagunt * uſibus conformari, ut relictis videlicet poſſeſſionibus vel mutatis, quas veſtra inſtitutio non recipit, ſic ſe in omnibus veſtræ religioni coaptent, ut quemadmodum ſe gaudent in ſocietate * ordinis, mutatione habitus & obſervatione regulari aſſumptos, ſic etiam in parcitate temporalium rerum ſe lætentur veſtris inſtitutionibus conformatos. Sane ſi ſuper poſſeſſionibus ipſis in aliquo de monaſteriis veſtris apoſtolicæ ſedis authoritas diſpenſavit, a nullo veſtrum ſumendum eſt exemplum: quia temerarium eſt penitus & abſurdum & indignum, aliquem ſua ſibi authoritate præſumere, quod Romana eccleſia alicui monaſterio, certa ratione inſpecta, ſingularibus voluit beneficiis indulgere.

* al. Ceterum

* al. ſataguus

* al. ſocietatem ordinis, identitatemque habitus, & obſervantiæ regularis eſt.

### Cap. XVI. *Remenſi archiepiſcopo.*

Cum H. diu vinculo excommunicationis fuiſſet adſtrictus, tandem præſtito juramento, quod exinde judicio eccleſiæ ſtare deberet, beneficium abſolutionis obtinuit: ſed continuo ad ſedem apoſtolicam poſt abſolutionem appellavit: & anno tranſacto ultra, & per ſe vel per alium appellationem proſequi contempſit. Quoniam igitur deriſorie appellare videtur, qui appellationem interpoſitam non proſequitur: fraternitati veſtræ per * A. S. præſentibus mandamus, quatenus utraque parte coram te convocata, ſi tibi conſtiterit, quod tanto tempore appellationem proſequi contempſerit, tu ipſum judicio tuo ſtare ſub excommunicationis diſtrictione compellas.

* Apoſtolicam ſanctionem.

### Cap. XVII.

Ejus qui modo vult recedere ad priorem uxorem, quam prius negavit, eccleſia teſtimonium non recipit: quia variavit verbum ſuum, & contra ſemetipſum teſtimonium tulit, & abſtulit ſibi fidem in utroque, ut conjugii ſacramentum ad invicem non eſſe videretur, & opus carnalis commercii contradiceretur.

### Cap. XVIII.

1. Cor. 7.

*Vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulier: nec mulier poteſtatem ſui corporis habet, ſed vir.* Poteſt ergo vir ſive mulier peccato ſuo facere, ut poteſtatem in corpore alterius perdat; ſed facere non poteſt, ut alteri poteſtatem ſui corporis, quantum in ſe eſt, tollat. Quod ſuum jus eſt, perdere poteſt: quod ſuum non eſt, tollere non poteſt. Si faciat ergo, ut debitum ſuum in corpore alterius jure exigere non poſſit: non tamen facere poteſt, ut debitum alterius in ſuo corpore negare poſſit.

### Cap. XIX.

De voto peregrinationis, an eleemoſynis poſſit, vel per alium redimi, tibi nihilo minus reſpondemus, quod ab ejus qui præſidet, dependet arbitrio, ut conſideret & attendat diligentius qualitatem perſonæ, & cauſam commutationis, ſcilicet, an id ex infirmitate ſeu affluentia divitiarum contingat: & utrum peregrinatio, A an recompenſatio utilior ſit, & Deo magis accepta, & ſecundum hoc debet exinde diſpenſare.

### Cap. XX. *Remenſi archiepiſcopo.*

Cum Chriſtus perfectus ſit Deus & perfectus homo, mirum eſt qua temeritate quiſquam dicere præſumat, quod Chriſtus non ſit aliquid ſecundum quod homo. Ne autem tanta in eccleſia Dei poſſit nequitia ſuboriri, vel error induci: fraternitati tuæ, &c. quatenus convocatis magiſtris ſcholarum Pariſienſis & Remenſis & aliarum civitatum, authoritate noſtra interdicas ſub anathemate, ne quis de cetero audeat dicere. Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quod B homo: quia ſicut Chriſtus eſt verus Deus, ita verus homo, & anima rationali & humana carne ſubſiſtens.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Pars L. & ultima. Hujus etiam titulus in archetypo deſiderabatur.

### CAP. I.

Etsi quæſtiones tuas de fervore religionis exurgere, & te eas ex intimæ devotionis affectu, quam circa nos & eccleſiam habes, ad noſtram devotionem * perferre nullatenus ignoremus: non tamen eſt ultra, quam oporteat, in hujuſmodi dubitandum, cum leges humanæ dicant, quod quidam tenui religione contenti, C ſacramenta * & neceſſaria & legitima exhibere contemnunt. Tenuem enim vocant religionem, quæ in talibus hæſitat, ubi non eſt aliquatenus hæſitandum. Unde etiam Pſalmiſta dicit: *Trepidaverunt timore ubi non erat timor.* In hoc autem quod dilectus filius noſter Petrus ſancti Laurentii in Damaſo presbyter cardinalis, tunc vero ſancti Euſtachii diaconus, & apoſtolicæ ſedis legatus, pro electione tua, & ut tibi pallium deferret, ad partes illas acceſſit: dilectus filius noſter Albanus frater tuus, ejus præſciens neceſſitatem, eidem cardinali equum unum, te penitus ignorante, tranſmiſit: quoniam per mare veniens, nullas aut paucas ſecum adduxerat equituras: te nullo modo timere oportet, cum D in accipiendis, vel dandis muneribus tria ſint maxime attendenda, perſonæ ſcilicet dantis & recipientis qualitas, muneris quantitas, & tempus donationis. Qualitatem perſonarum, ut a quo & cui, videlicet an a paupere diviti, an e converſo, ſive a divite locupleti datum fuerit, ſolicite conſideremus. Æſtimationem muneris & donationis tempus attendimus, ſi magni vel minoris pretii res data exiſtat, & an inſtante neceſſitate, an alio tempore conferatur, diligentius inſpiciamus. Quibus ſiquidem inſpectis, in præſcripta quæſtione tua nihil reprehenſibilitate dignum invenimus, quod ſolicitudini tuæ in ſequentibus manifeſtius apparebit. Si enim prædictorum cardinalis & fra- E tris perſonarum qualitatem recta conſideratione penſamus, non fuit magnum, ab eodem fratre tuo cardinali unum equum inde tranſmitti, quem etiam joculatori vir tantus & tam abundans non petenti donaret. Verum ſi temporis neceſſitatem perpendimus, non alia ratione hoc conſtat factum fuiſſe, quam ut cardinali in tali ſubveniretur articulo. Quare ſuper hoc in conſcientia tua nullus debet unquam ſcrupulus dubitationis emergere, cum res data modici pretii, quantum ad perſonam dantis & accipientis, extiterit: nec alteruter eorum aliquid in mente habuerit, quod tibi poſſit vel debeat quamlibet vel in modico læſionem inferre: etſi ante electionis examina-

* al. cognitionem

* neceſſarie & legitime exhibenda.

Pſal. 13. & 52.

ANNO CHRISTI 1179.

minationem & pallii receptionem, cum te nolente & penitus ignorante ſit factum, ut equus neceſſitate tranſmiſſus fuerit & collatus, nec etiam res tanti pretii reputetur, quæ accipientis animum multum movere deberet, aut ab honeſtatis propoſito declinare. Quod autem ſcriptum eſt: *Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere*: de illis donis dictum eſt, quæ accipientis animum allicere & invertere ſolent. Quoniam ſi ipſa etiam perſona electi, vel ordinatori, vel conſecratori ſuo electuarium, medicinas, aut de optimo vino, ſive de aliis hujuſmodi quæ modici pretii fuerint, & quæ voluntatem recipientis inclinare, vel movere non debeant, offerat: non tamen Romana eccleſia dantem, vel accipientem delinquere interpretari conſuevit, niſi iſta intervenirent ex pacto. De cetero licet, ſicut tuæ litteræ continebant, quod epiſcopus nec * in electione ſua eccleſiæ indemnitatem promittat, ſacris canonibus prohibeatur, ſed tamen propter hoc, verba fratris tui nullam deberent animo tuo perturbationem vel dubitationem ingerere, cum etſi regi, qualem dixiſti, te ignorante, promiſſionem feciſſet, exinde nullatenus tenereris: Quoniam capitulum illud de perſona ſacerdotis electi, ſpecialiter eſt intelligendum. Verum quamvis frater tuus, te neſciente, hujus ſecuritatem præſtiterit, quod tamen non conſtat, ideo poteſt perpendi, quod non alicujus læſionis maculam propter hoc incurras, vel contrahas: cum, ſicut fraternitas tua non ignorat, ſanctorum patrum inſtituta determinent, quod puer qui ad aliquam eccleſiam a parentibus ſuis pecunia interveniente offertur, etſi ad tempus jubeatur ab eadem eccleſia removeri, poſtmodum non ſolum ad aliam, ſed ad ipſam unde removetur, poteſt aſſumi. De quibus colligitur, quod cum tu quando verba præſcripta proferri debuerant ad eccleſiam * agere natura electus, a qua jamdiu ad aliam aſſumptus fuiſti, non ſolum ſecundam, in qua modo exiſtis, ſed & priorem diſpenſationem poſſes habere. Ideoque debes omnem ab animo tuo dubitationem avellere, cum etſi hoc conſtaret, immunis appareas: nec oporteat te, ſi frater tuus ſecuritatem etiam præſtitiſſet, propter hoc quoquo modo timere, cum ab eccleſia illa jam pridem tranſieris, & ad aliam deinceps aſſumptus fueris, in qua jamdiu manſiſti. Quapropter non fuit neceſſe, ut alicui perſonæ, imperatori ſcilicet, regi, aut aliis, exinde ſcriberemus: cum nos nec minimum conſcientiæ ſcrupulum ex hoc ſuboriri noſcamus.

* Iſai. 33.

* Corr. ne

Locus corruptus, * Forte, ætate es immatura. H.

### Cap. II. *Idem Bituricenſi epiſcopo, ex eodem libro.*

Relatum eſt, & nobis ex tua parte monſtratum, quod cauſis matrimoniorum tuæ diœceſis ad te delatis, cum in eorum executione velles procedere, illi qui impetuntur, ad audientiam noſtram appellant, ut per hujuſmodi appellationes poſſint judicium declinare. Unde quoniam veſtra intereſt, pravorum intentionem reprimere, & peccandi occaſionem eiſdem auferre: fraternitati tuæ per * A. S. mandamus, quatenus ſi qui parochianorum tuorum de linea conſanguinitatis impetiti, ulterius ab audientia tua ad ſedem apoſtolicam in vocem appellationis proruperint, ſi conjuncti non fuerint, eos ſub anathematis interminatione conjungi prohibeas, donec appellationem proſequantur, aut judicio tuo ſtare obediant. Si vero fuerint conjuncti, eis convenientem terminum proſequendæ appellationis, vel ſtandi judicio tuo, præfigas, infra quem ſi neutrum adimpleverint, eos extunc omni appellatione ceſſante, vinculo excommunicationis adſtringas. De cetero Heruberto.

* Apoſtolica ſcripta.

### Cap. III. *Idem in eodem libro ſecundo, VV. Albanenſi epiſcopo vicario noſtro.*

Ex tuarum tenore litterarum accepimus, quod N. clericus adeo deliquit, quod ſi delictum ejus publicum eſſet, ab ordine quem ſuſcepit, degradaretur, & amplius non poſſet ad ſuperiores ordines promoveri. Verum quoniam peccatum ipſum occultum eſt, & privatum fore dixiſti: fraternitati tuæ per * A. S. mandamus, quatenus ei condignam pœnitentiam imponas, & ei ſuadeas, ut per te, pœnitentia peracta, ordine ſuſcepto utatur: & eo contentus exiſtens, ad ſuperiores ordines amplius non accedat. Verumtamen quia peccatum occultum eſt, ſi promoveri deſiderat, ei non potes nec debes aliqua ratione prohibere.

* Apoſtolica ſcripta.

### Cap. IV. *Idem eidem in eadem.*

De adoleſcente, qui mulierem quamdam cognovit, & filiam ejus poſt matrimonio ſibi copulavit, cui jam per decennium cohabitavit, tuæ prudentiæ reſpondemus: quod ſi delictum ejus, ſicut nobis ſignificaſti, occultum exiſtit, pœnitentia ſibi condigna debet imponi, nec ab uxore tanti ſceleris inſcia eſt propterea ſeparandus. Si vero id notorium eſſe dinoſcitur: & ab uxore debet ſeparari, & ſine ſpe conjugii permanere.

### Cap. V. *Idem Verulano epiſcopo, in eodem libro.*

Ex relatione I. latoris præſentium, & ex tenore tuarum litterarum accepimus, quod cum idem I. ſororem uxoris ſuæ carnaliter cognoviſſet, & cum ea diutius permanſiſſet, tu eos ab invicem ſeparaſti, & jam dictum I. ad noſtram audientiam deſtinare curaſti. Super quo utique fraternitati tuæ duximus reſpondendum, ut eum Hieroſolymam ſtudeas deſtinare. Deinde cum ad propria redierit, ne (a) ex abſtinentia illorum forte deterius contingat, diſſimulare poteris, quod uxori ſuæ cohabitet, non tamen ut eis ad hoc licentiam aut favorem aliquatenus indulgere videaris.

### Cap. VI. *Idem Gradenſi patriarchæ in eodem libro.*

Ex tuarum litterarum tenore accepimus, quod V. presbyter vivendi levitate uſus, cum quodam infami ad pravitatum locum immundos ſpiritus invocaturus acceſſit. Unde cum, quia propter hoc infamia laborat, & facinus publicum & notorium erat, ab officio & beneficio & eccleſiaſtico ſuſpendiſti. Ipſe autem coram nobis viva voce propoſuit, quod non ea intentione, ut invocaret dæmonem, ierat: ſed ut per inſpectio-

(a) *ex abſentia.* Manſi.

ANNO CHRISTI 1179.

ctionem aſtrolabii, turtum cujuſdam eccleſiæ poſſet recuperare. Verum licet hoc ex bono zelo & ex ſimplicitate ſe feciſſe proponat: id tamen fuit graviſſimum, & non modicam inde maculam contraxit. Sed quoniam tutius eſt, in dexteram quam in ſiniſtram, & in miſericordiam quam in ſeveritate declinare: ipſum fraternitati tuæ duximus remittendum, monentes atque mandantes, ut ſecum miſericorditer agas, & tibi infra octo dies poſt harum ſuſceptionem, eccleſiam cum omnibus ablatis reſtituas, & talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam imponas, quod per annum & amplius, ſi tibi viſum fuerit, ita tamen, quod biennium non excedat, eum ab altaris adminiſtratione præcipias abſtinere: & exinde liberum ei ſit, officium ſacerdotale exercere.

### Cap. VII. *Idem Verulano epiſcopo in eodem libro 1.*

Quod te cum inimicis tuis, &c. De cetero quia fraternitatis tuæ quærit induſtria, utrum clerici qui infra ſubdiaconatus ordinem conſtituti, quia continere carnis vitio coacti non valeant, uxores accipiunt, eccleſiaſtico ſpoliari poſſint beneficio canonice: id tuam volumus experientiam tenere indubitata veritate, quod cum ſint voluptatibus & carnalibus deſideriis dediti, ac Divinis & eccleſiaſticis ſacramentis contrectandis indigni, eccleſiaſticis ſunt procul dubio beneficiis privandi. Sane ſi eccleſiis quibus attitulati fuerant, de poſſeſſionibus aut aliis bonis ſuis aliqua contuliſſe noſcuntur, cum ab earumdem eccleſiarum miniſterio fuerint & beneficio ſequeſtrati, ad ipſos recta via dominium & proprietas illico debet abſque ulla contradictione redire.

### Cap. VIII. *Idem judicibus Velletren. in eodem libro.*

Relatum eſt auribus noſtris, quod cum ad veſtræ diſcuſſionis examen aliqua ſuper teſtamentis eccleſiæ cauſa deducitur, vos ſecundum humanam, & non ſecundum Divinam legem in ea vultis procedere: & niſi ſeptem aut quinque teſtes idonei producti fuerint, omnino non proponitis exinde judicare. Unde quia hujuſmodi de judiciis eccleſiæ non ſecundum leges, ſed ſecundum canones debent tractari, & in his Divina ſcriptura teſtante, duo aut tres idonei teſtes ſufficiunt: diſcretioni veſtræ per * A. S. mandamus, quatenus cum aliqua cauſa ſuper teſtamentis eccleſiæ relictis ad veſtrum fuerit examen deducta, eam non ſecundum leges, ſed ſecundum canones, juxta decretorum ſtatuta, tractetis, tribus vel duobus legitimis teſtibus requiſitis: quoniam ſcriptum eſt: *In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum.*

Deut. 17.

* Apoſtolica ſcripta.

Matth. 18.

### Cap. IX. *Item præpoſito & canonici Sulcan. in eodem libro.*

Significatum eſt nobis, quod eccleſiaſticam * ſacerdoti præbendam unam in eccleſia veſtra communi conſenſu & voluntate dediſtis: ita quidem, quod Miſſam de ſancta Maria, niſi ſit corporis infirmitate gravatus, debeat quotidie celebrare, qui eccleſiam veſtram non niſi communi tam præpoſiti quam capituli conſenſu, poteſt dimittere, nec cuiquam præbendæ illius anniverſarium delegare. Quam ſiquidem conſtitutionem eatenus confirmavimus, ut prædictus ſacerdos, eccleſiæ, niſi infirmitate corporis fuerit impeditus, aſſidue debeat officium ſuum impendere: & quanto ferventius poteſt, ſalva honeſtate ſua & debita devotione, Miſſarum ſolemnia celebrare: nec ſibi liceat hoc, illinc ſe ad aliam eccleſiam transferendo, aut voluptatis cauſa, ſubtrahere.

* al. quod cuidam ſacerdoti

### Cap. X. *Idem Belvacenſi epiſcopo, in eodem libro.*

Significatum eſt nobis & pro certo monſtratum, quod Griboldus nondum incipiens eſſe quatuordecim annorum, timore magiſtri, qui eum litteris erudiebat, habitum religionis ſuſcepit in eccleſia de Ruſſinis *, & inde ſicut puer infra annum exivit, & per ſæculi vanitates jam ſex annis & eo amplius vagabundus diſcurrit. Unde quoniam hujus rei veritas nobis non conſtat, fraternitati tuæ per * A. S. mandamus, quatenus rem ipſam diligenter inquiras, & ſi inveneris, quod non fuerit a parentibus oblatus, nec inceperit eſſe quatuordecim annorum, quando ad religionem acceſſit, & eum infra quartumdecimum annum voti pœnituerit, & ab eccleſia receſſerit, ſi in ſæculo voluerit remanere, & eum ab ipſo voto quod fecit, auctoritate pontificali abſolvas, & eum abſolutum tam in eccleſia de Ruſſinis, quam populo tuæ civitatis ſtudeas publicare. Si autem a parentibus ſuis forte oblatus, ſeu quartumdecimum annum compleverat, cum religionem intravit, ſive poſt quartumdecimum annum profeſſionem a ſe factam ratam habuit, eum ad eamdem vel aliam religionem tranſire, eccleſiaſtica diſtrictione compellas.

* al. Reſſone

* Apoſtolica ſcripta.

### Cap. XI. *Idem Salabrienſi epiſcopo, in eodem libro.*

Pervenit ad nos, quod cum tu Rog. filium Willelmi eccleſiæ tuæ canonicum, ut debitam in eadem eccleſia reſidentiam faceret, monuiſſes, ad audientiam noſtram in appellatione prorupit, & appellationi ſuæ terminum, proximum feſtum beati Lucæ præfixit. Quoniam igitur indignum eſt, per ejus vel aliorum ſubterfugia, præſcriptam eccleſiam debitis obſequiis defraudari, cum ipſe fruſtratoriæ dilationis cauſa appellaſſe videatur: fraternitati tuæ per * A. S. mandamus, quatenus præfatum Rog. diligenter & ſtudioſe commoneas, ut in eadem eccleſia debitam, omni mora poſtpoſita, faciat reſidentiam, vel infra proximum feſtum beati Lucæ appellationem ſuam proſecuturus, ad nos veniendi iter arripiat. Interim vero alicui honeſtæ perſonæ vices ejus in eccleſia prætaxata exequendas committas: & tantum ei de beneficiis illius, appellatione ceſſante, aſſignes, unde poſſit congrue ſuſtentari. Quod ſi prælibatus Rog. alterum iſtorum adimplere neglexerit, tu eum extunc præbenda ſua, omni appellatione & contradictione ceſſante, prives: & eam alicui viro diſcreto & honeſto, nullius appellatione admiſſa, concedas pariter & aſſignes.

* Apoſtolica ſcripta.

### Cap. XII. *Idem Tornacenſi epiſcopo, in eodem libro.*

Veniens ad nos mulier latrix præſentium, lacrymabili nobis confeſſione monſtravit, quod cum de quodam filium genuiſſet, & ille ſibi turgido

ANNO CHRISTI 1179.

gido ſæpe vultu improperaſſet, quod filius ejus non eſſet, ipſa iracundiæ calore & furore animi ducta, eumdem filium interfecit. Quo comperto, comes Flandrenſis eam totam terram ſuam uſque ad ſeptennium abjurare coegit, niſi de noſtra licentia * remaneret. Cumque ſe noſtro conſpectui preſentaſſet, & quod crucem ſuſcepiſſet, Hieroſolymam ſe profecturam monſtraſſet: nos videntes quod in partibus illis præſentia illius non poteſt eſſe utilis, ſed damnoſa, eam ab Hieroſolymitano itinere revocantes, ipſam fraternitati tuæ duximus remittendam: præſentium auctoritate mandantes, quatenus prædictam mulierem labores inducere, ut in aliquod monaſterium tui epiſcopatus tranſeat, & ibi peccata ſua perpetua pœnitentia deploret. Si autem repugnante carnis fragilitate, ad hoc induci noluerit, ei licentiam nubendi in Domino tribuas: quia tutius nobis videtur ut in Domino nubat, & uni ſoli quam multis adhæreat.

* f. remanſerit.

### Cap. * XIII.

* In Collect. 1. hic eſt titulus. Alexander II. Olcenſi epiſc. & priori S. Mariæ Cæſaraug.

Relatum eſt auribus noſtris, quod cum vir nobilis * Ateorelia nomine, M. mulierem de Oreja quondam uxorem ſuam ſuſpectam haberet, fratri & militibus ſuis præcepit, ut eam longe ad privata loca deducerent, & gladio occiderent. Qui cum ipſam ad quamdam ſilvam duxiſſent, & evaginato gladio occidere vellent: eadem ad pedes cognati cecidit, & ut ſibi vitam ſervaret, lacrymoſa ſupplicatione rogavit. Cognatus vero & pietate & miſericordia motus, ei ſub conditione pepercit, quod in monaſterio de Tolabres * habitum monaſticum deberet ſuſcipere. Quo audito, maritus ejus, quia reſervata erat ad vitam, grave plurimum tulit: ſed tamen poſtmodum acquievit, ſicque factum eſt, quod duos epiſcopos Ceſarauguſtanum & * Tiraſonenſem ut eam benedicerent, & illi velum imponerent, ad monaſterium ipſum adduxit. Epiſcopi vero rem ignorantes, & quia juvenis erat, & filium habebat parvulum, mutationem vitæ ſuæ ſuſpectam habentes, eam ſeorſum convenerunt. Quæ utique rem per ordinem patefaciens, quod mortis timore, & non bono animo monaſterium intraret *: & quandocumque poſſet, inde exiret, nihilo minus adjedit. Tunc epiſcopis de morte ejus timentibus, & quod ab ea audierant, propalare nolentibus: alter eorum, Tiraſonenſis ſcilicet, ut viri illius tyrannidi ſatisfacere videretur, mulieri imponere velum ſimulavit. Tandem autem viro & fratre de medio ſublatis, prædicta mulier de monaſterio exivit, & cuidam nobili P. nomine de * Cambern. * nupſit. Sorores autem cum reclamaſſet, & epiſcopo Calaguritano conqueſtæ fuiſſent, & epiſcopus non poſſet eam videre, neque ſuper his convenire: ad inſtantiam ſororum, eam & virum quem acceperat, excommunicavit, & totam terram ejus interdixit, ignorans penitus quomodo res proceſſiſſet. Quam utique ſententiam venerabilis frater noſter Tarraconenſis archiepiſcopus poſtmodum confirmavit. Nos igitur de prudentia & honeſtate veſtra confidentes, cauſam ipſam experientiæ veſtræ duximus committendam, & fine debito terminandam. Ideoque diſcretioni veſtræ per * A. S. mandamus, quatenus prædictam mulierem & virum, recepto juramento, quod noſtro debeant ſtare mandato, ab excommunicatione abſolvatis. Deinde tam mulierem, quam prioriſſam & moniales præſcripti monaſterii, ad præſentiam tuam convocan-

* al. nobilis, prudens & potens, A. nomine

* al. Colobres.

* Pro, Turiaſonenſem.

* al. intrabat, propoſuit & quod quandocumque

* al. Camberiis

* Apoſtolica ſcripta.

A tes, cauſam diligentius audiatis, & fine canonico terminetis. Quod ſi legitime probatum fuerit, non timore mortis prædictam mulierem religionem intraſſe, aut quod fecit poſtea ratum habuiſſe: ipſam ad monaſterium redire, & habitum depoſitum reſumere, cenſura eccleſiaſtica compellatis.

### Cap. XIV. *Idem Gajacenſi electo, in eodem libro* 8.

Cum Petrus Mancovela *, & Bonus Caci * preſbyteri, & Joannes Bonus Coci * laicus, in noſtra eſſent præſentia conſtituti: eumdem Joannem, quoniam laicus erat, in jam dicti P. B accuſationem nequaquam admiſimus. Cumque præfatus B. eumdem P. ſuper crimine ſimoniæ conſtantius accuſaret, nos eum, quoniam in cauſæ teſtimonium fuit adductus, & quia frater ejus, I. ſcilicet, jam dictum P. prius coram te accuſaverat, repulimus: præſertim cum frater Petri Bonum Coci antea de cauſa conſimili accuſaſſet. Verum quoniam unus poſt alterum, prædictum inſtante viciſſitudine accuſabat, neutrum ad ejus accuſationem admiſimus, ſed utrique de objectis criminibus purgationem duximus indicendam. Inde ſiquidem eſt, quod diſcretioni veſtræ per apoſtolicam * ſedem mandamus, quatenus utrumque illorum ſe cum tribus ſacerdotibus facias infra triginta dies poſt harum ſuſce- C ptionem purgare. Purgatores vero illius honeſtatis & opinionis eſſe volumus. quod veriſimile ſit, eos nolle amore vel odio ſeu obtentu pecuniæ pejerare. Ut autem idonei appareant, neceſſe eſt, ejus quem purgare debent, vitam & converſationem noſcant. Quod ſi uterque illorum vel alter in purgatione defecerit, tu deficientem omni officio & beneficio eccleſiaſtico prives, tibi omnimodo præcavens, quod ſi memorato P. in ſua voluerit purgatione aſſiſtere, nullam eis malevolentiam vel indignationem oſtendas: nec eos amodo impedias, vel ab aliis, quantum in te eſt, impediri permittas.

ANNO CHRIST 1179.

* al. Mancovella

* al. Coci

* al. Coci

* Forte, ſanctionem.

D

### Cap. XV. *Idem Norvvicenſi in eodem libro.*

Venientis ad nos Rom. clerici narratione audivimus, quod cum in puerili ætate conſtitutus fuiſſet, ſe Hieroſolymam diſpoſuit profecturum: & cuidam conſocio ſuo, qui nihilo minus Dominicum ſepulcrum propoſuerat viſitare, fidem dedit, & ſuam ab eo fidem recepit, quod ſibi invicem in via fideles exiſterent, & bonam ſocietatem ſervarent. Qui utique ſolicita mente revolvens, ad nos acceſſit, ut ſibi ſuper hoc noſtrum * auxilium aperiremus. Nos autem ipſum gravi infirmitate laborare, ſicut aſſerit, intelligentes, & quod in partibus Orientis, ejus adventus parum utilitatis conferret, diligentius at- E tendentes, præſertim cum ſit clericis illicitum in ſacris ordinibus conſtitutis arma aſſumere, aut effuſioni ſanguinis vacare: ipſum a voto quod in ætate tenera, facilitate animi potius quam ex arbitrio diſcretionis, promiſit, abſolvimus: ita tamen, quod idem votum elemoſynis redimere debeat, & juxta conſilium noſtrum toto vitæ ſuæ tempore uni pauperum Chriſti, dum ad hoc ſuæ ſufficiant facultates, tam in victu quam in veſtitu providere.

* conſilium

Cap.

A

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XVI. *Idem VVigornienſi epiſcopo, in 12. libro regiſtr.*

Ex parte tua hujuſmodi nobis conqueſtio propoſita fuit, utrum monachi in accuſatione abbatum ſuorum aliquatenus ſint admittendi. Super quo utique tuæ prudentiæ reſpondemus, quod niſi alia rationabilis cauſa impediat, & manifeſta, eo quod monachi de obedientia & ſubjectione abbatis ſunt, ab ejus accuſatione non ſunt ullatenus repellendi, licet alios accuſare non poſſint. Quibus ſiquidem, cum proprium non habeant, de rebus monaſterii expenſæ debent neceſſariæ, donec cauſa debitum finem recipiat, miniſtrari. De confirmationibus autem Romanorum pontificum, tuam volumus cognitionem tenere, quod contra illas, niſi novum apoſtolicæ ſedis mandatum procedat, aut certum ſit, quod ipſæ confirmationes per falſam ſint ſuggeſtionem obtentæ, non eſt aliquatenus judicandum.

CAP. XVII. *Idem Belvacenſi epiſcopo.*

Quod nobis ex una parte ſignificatum eſt, ut ex clandeſtinis matrimoniis diſpenſare deberemus, non videmus quæ diſpenſatio ſit ſuper his adhibenda. Si enim matrimonia ita occulte contrahantur, quod exinde legitimi teſtes non appareant, hi qui ea contrahunt, non ſunt aliquatenus ab eccleſia compellendi. Verumtamen ea, quæ ſic contracta ſunt, ſi perſonæ contrahentium voluerint publicare, niſi rationabilis cauſa præpediat, ab eccleſia recipienda ſunt ac comprobanda, tanquam a principio in conſpectu eccleſiæ contraherentur. Si qui autem de clandeſtino matrimonio, poſtmodum ab eccleſia comprobato & rato habito, geniti fuerint, eos legitimos judices filios & hæredes.

CAP. XVIII. *Idem Hieroſolymitano patriarchæ.*

Novit plenius, ſicut credimus, tuæ diſcretionis prudentia, qualiter tu & fratres tui unum corpus ſitis: ita quod tu caput, & fratres tui membra eſſe comprobentur. Unde non decet omiſſis membris, te aliorum conſilio in eccleſiæ tuæ negotiis uti, cum id non ſit dubium, & honeſtati tuæ & ſanctorum patrum inſtitutionibus contraire. Innotuit autem auribus noſtris, quod tu ſine conſilio fratrum tuorum, abbates, abbatiſſas, & ceteras perſonas eccleſiaſticas inſtituis ac deſtituis: non conſiderans & attendens, quomodo te non ſit dubium ſacros canones tranſgredi, cum in hujuſmodi cauſis & clericorum & laicorum circa te commorantium, qui de corpore ipſius eccleſiæ non ſunt, potius quam fratrum tuorum conſilio uti dicaris. Inde eſt quod apoſtolica auctoritate prohibemus, ne abbates, abbatiſſas, vel alias perſonas eccleſiaſticas ſine aſſenſu & conſilio * prioris * quod fratrum tuorum canonicorum inſtituere, vel deſtituere, aliqua de cetero ratione præſumas. Quod ſi forte, quod non credimus, contra præceptum noſtrum venire præſumpſeris, nos tales inſtitutiones & deſtitutiones, ſi quas amodo feceris, caſſamus, & omni robore decernimus & ſtabilitate carere.

* *ſ. add. tam* * *ſ. quam*

CAP. XIX. *Idem eidem in eodem libro.*

Quanto majori dignitate, dante Domino, præeminentes, tanto te decet amplius & oportet in omnibus eam diligentiam & gravitatem habere, quod omnia videaris ſine nota & reprehenſione peragere, & laudabiliter injunctæ tibi ſolicitudinis officium diſpenſare. Audivimus autem, unde & mirati ſumus, ſicut & merito inde mirari poſſumus, quod in conceſſionibus & confirmationibus juxta conſilium & voluntatem eorum * procedis, & in privilegiis, quod tuam non decet honeſtatem, ad majorem auctoritatem & certitudinem nomina fratrum tuorum, B qui abſentes fuerint, tanquam ſi præſentes fuiſſent, facias ſubſcribi. Quia igitur non decet prudentiam tuam, in negotiis tibi commiſſæ eccleſiæ conſilium fratrum tuorum * proponere, cum quibus unum corpus exiſtere comprobaris: fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in conceſſionibus, confirmationibus, & aliis ejuſdem eccleſiæ negotiis, fratres tuos requiras, & cum eorum conſilio vel ſanioris partis, eadem negotia peragas, & pertractes: ut quæ ſtatuenda fuerint, ſtatuas, & errata corrigas, & evellenda diſſipes & evellas: nec abſentium fratrum nomina ſcribi facias, quia talia munimenta, irrita ſunt & falſa: & tu exinde quæſtionem falſi non immerito poteris formidare. Nos C enim univerſa privilegia, in quibus abſentium fratrum nomina, ipſis ignorantibus vel abſentibus, ſubſcripta ſunt, vel amodo ſcribentur, irrita eſſe decernimus, & nullius firmitatis robur habere cenſemus.

* *videtur deeſſe, non* * *poſtponere*

CAP. XX. *Idem Hubaldo Oſtienſi epiſcopo, & archipresbytero & canonicis VVelletlur, in decimotertio libro regiſtri.*

Cum eſſes, frater epiſcope, in præſentia noſtra conſtitutus, diligenti nobis aſſertione innotuiſti, talem in epiſcopatu tuo inoleviſſe conſuetudinem, quod teſtamenta quæ fiunt in ultima voluntate, ut ab his qui poteſtatem habent ſu- D per alios, penitus reſcindantur, niſi cum ſubſcriptione ſeptem aut quinque teſtium fiant, ſecundum quod humanæ leges decernunt. Quia vero a Divina lege & ſanctorum patrum ſtatutis, & a generali conſuetudine eccleſiæ id eſſe noſcitur alienum, cum ſcriptum ſit: *In ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum*: præſcriptam conſuetudinem penitus improbamus, & teſtamenta, quæ parochiani veſtri coram presbytero ſuo, & tribus vel duabus aliis perſonis idoneis, in extrema voluntate de cetero fecerint, & firma decernimus permanere, & robur perpetuæ firmitatis obtinere: ſub interminatione anathematis prohibentes, ne quis præſumptione qua- E libet, hujuſmodi audeat reſcindere teſtamenta. Præterea cum principes, &c.

*Deut. 19.*

CAP. XXI. *Idem Carnotenſi epiſcopo, in decimo quarto libro regiſtri. Pars illius capituli:* Cum ſacroſancta Romana.

Significaſti nobis quemdam presbyterum cum alterius conjuge diabolico inſtinctu in eccleſia frequenter, ſicut aſſeris, dormiviſſe: quæ utique ſe & illum ſacerdoti cuidam hujuſmodi delictum confeſſos fuiſſe, publice tibi detexit, & hoc ipſum idem ſacerdos, nomen adulteri celans, in præſentia tua dixit. Super quo quid fieri debeat, cum, ne-

ANNO CHRISTI 1179.

negante adultero, mulier in con feſſione perſiſtat, ab apoſtolica ſede conſilium requiſiſti. Nos ergo juxta ſanctorum patrum decreta volumus, ut condignam pœnitentiam adulteræ præfatæ imponens, eccleſiam prælibatam per adſperſionem aquæ ſanctificandæ reconcilies. Prædicto autem ſacerdoti, ne, contra Apoſtolum, infirmorum corda, mala fama ipſius percutiantur, & ne noſtrum vituperetur miniſterium, nec ſecuriores presbyteri exiſtentes, prolabantur licentius in peccatum, cum vicinis quinque presbyteris, quos ſe nolle pejerare cognoveris, juxta arbitrium tuum purgationem indicas. Quod ſi ſe purgare poterit, in officio ſuo permittas ipſum miniſtrare: ſi vero non poterit, ipſum ab officio ſuo ſuſpendere nulla ratione poſtponas.

1. Cor. 8. 2. Cor. 9.

## Cap. XXII. *Idem in eodem.*

Quæſivit a nobis tua fraternitas, utrum ſacerdos uno clerico tantum præſente, infirmum debeat inungere: & qua die feſtum Matthiæ in anno biſſextili debeat obſervari, præſertim cum quidam inter vigiliam & feſtum velint interponere diem: & utrum mulier pro latrocinio, aut alio quolibet crimine, a viro ſuo debeat ſeparari, & alii nubere: & de viro ſimili modo exposuiſti quæſtionem, utrum pro quolibet flagitio poſſit a conjuge ſua dividi, & aliam ſibi legitimo matrimonio copulare. Nos itaque tibi duximus taliter reſpondendum: quod ſacerdos uno C præſente clerico, & etiam ſolus, poteſt infirmum inungere. Feſtum vero B. Matthiæ juxta regulam eccleſiaſticam vigilia eatenus præcedat, ut nec pro biſſexto, nec quolibet alio modo inter ſe & ſolemnitatem admittat alium diem, in qua utique vigilia, niſi eveniat in Dominica die, jejunium celebratur. Ipſum autem feſtum, ſive fiat in præſenti die, ſive in ſequenti, qui duo quaſi pro uno reputantur, nullus error, ſed eccleſiæ conſuetudo teneatur. Quod autem mulier pro furto vel quolibet alio crimine a viro ſeparetur, * & alii nubere poſſit, & viro ſimiliter eadem lege conſtituatur: taliter reſpondemus, quod mulier pro furto vel alio crimine viri ſui, niſi ipſe eam ad maleficia ſua trahere nitatur, D & fidei ſuæ religionem corrumpere velit, non debet ab eo ſeparari, nec alii aliqua ratione copulari. Verum ſi conjugem ſuam ad errorem traxerit, & ad maleficium, mulier a viro recedere poterit & ſeparari, ita quod ei alii nubere non licebit: quia licet ſeparentur, tamen conjuges erunt ſemper. Viris quoque præſens ſententia ſervetur.

Locus mutilus. * Forte, ut

## Cap. XXIII. *Idem epiſcopo & archidiacono Vicentino *, in duodecimo libro regiſtri.*

* al. Vienenſi

Perlatum eſt ad audientiam noſtram, quod Hereman. filius quondam Lazari, ad partes Conſtantinopolitanas tranſiens, ibidem moram per E decennium & amplius fecit, & ad Vivianam filiam Eulardi uxorem ſuam non rediit. Ipſa vero apud bonæ memoriæ I. quondam Vicentinum epiſcopum adverſus virum ſuum querelam depoſuit: & quod eum non poſſet diutius expectare, nihilo minus allegavit. Epiſcopus vero, ſicut vir providus & diſcretus, parentibus viri mandavit, ut pro eo mitterent, & ipſum ad propria revocarent. Cumque elapſo longo temporis ſpatio, prædictus vir ad propria non remearet, epiſcopus in conſpectu eccleſiæ auditis allegationibus mulieris, inter eos divortii ſententiam pro-

A mulgavit: & mulieri, ut alium virum duceret, plenariam facultatem indulſit. Quia igitur hujus rei veritas nobis non conſtat, diſcretioni veſtræ per * A. S. mandamus, quatenus rem ipſam diligenter inveſtigetis: & ſi vobis conſtiterit, quod epiſcopus divortii ſententiam inter eos tulerit, filios ejus quos de Achardi * filio quondam Rad ad cujus copulam auctoritate prædicti epiſcopi ſine quæſtione & contradictione eccleſiæ migravit, ſuſtulerit, ab hæreditate non patiamini excludi, ſed eos legitimos judicetis: & ſi quis contra hoc venire voluerit, ei auctoritate apoſtolica ſilentium penitus imponatis.

ANNO CHRISTI 1179.

* Apoſtolica ſcripta

* al. Richardo fil. qu.

B

## Cap. XXIV. *Lucius tertius Nebeberen. epiſcopo in regiſtro.*

* Bituger.

Cum cauſam, quæ eſt inter E. militem & uxorem ejus, tuæ commiſiſſemus experientiæ terminandam, miles repetens mulierem, legitime ſibi nupſiſſe, per probationes canonicas ſe conſtanter aſſeruit probaturum: fœmina vero propoſuit, quod dominorum & parentum ſuorum ſuggeſtione alteri viro tradita, ab illius militis amore divertit, qui a parentibus eam prius rapuerat, illa tamen nolente *, ut dicitur, & poſtmodum, priuſquam eam cognoſceret, deſponſavit. Deinde incluſa eſt in monaſterio monialium, ubi & detinetur. Unde quoniam ſuper his prudentia tua ſedem duxit apoſtolicam conſulendam, ſignificatione præſentium tibi reſpondemus, quod cum ibi raptus dicatur admitti, ubi nihil de nuptiis ante agitur: iſte raptor dici non debet, cum habuerit conſenſum mulieris: & prius deſponſaverit eam, quam cognoverit, licet parentes forſitan reclamarent. Præterea cum poſt matrimonium carnis permixtione perfectum, teſte Apoſtolo, *Uxor ſui corporis poteſtatem non habet, ſed maritus*, & e converſo: ſi præceſſiſſe matrimonium, vel ex probationibus viri canonicis, vel ex mulieris confeſſione claruerit, poſtmodum ſine aſſenſu viri non potuit fœmina monaſterium ingredi, aut aliter continentiam profiteri. Non ergo pro eo quod de monaſterio poſt matrimonium conſummatum per virum rapta fuerit, ejus poterit conſortium declinare: dummodo probari nequeat, virum, ut mulier profitetur continentiam, aſſenſiſſe.

* al. volente

1. Cor. 7.

## Cap. XXV. *Idem Pariſienſi epiſcopo.*

Intelleximus ex litteris tuis, quod M. latrix præſentium, diabolico furore accenſa, quamdam filiam ſuam multoties animo perimendi aggreſſa, tandem ſuggerente eo, qui fidelium perditione lætatur, letali vulnere jugulavit: propter quod dominus terræ maritum ejus ipſam coegit abjurare. Quia vero illum & illam pariter filios habere intimaſti, unde circa ipſius exilium debeat diſpenſari, nos de diſcretione tua plenam fiduciam habentes, eam tuæ duximus providentiæ remittendam: per * A. S. tibi mandantes, quatenus ita ſuper hoc provideas, ut ſui ſceleris pœnam luat, & ſaluti ejus & filiorum ipſius per providentiam tuam in Domino conſulatur: nec obſtante propoſito juramento, quod ab ea dictus dominus proponitur extorſiſſe, eam (ſi expedire videris) viro ſuo & rebus ſuis reſtituas, ita quod filios ſuos libere poſſit & pacifice gubernare.

* Apoſtolic. ſcripta.

Cap.

## * Cap. XXVI.

*Alexander tertius Arelatenſi archiepiſcopo, & ſancta Mariæ in via lata diacono cardinali, in duodecimo libro regiſtri.*

*Male legebatur. inviolatas.*

Cauſa matrimonii, quæ inter Ermengardem mulierem, & Blatium agitari dignoſcitur, venerabilibus fratribus noſtris Forojulienſi & Vapincenſi epiſcopis meminimus commiſiſſe. Quibus utique in unum convenientibus, eamdemque mulierem, ſicut accepimus, viro reſtitui mandantibus, vir mulierem cruciatibus & flagellis adeo * infecit, quod invita & coacta inter ſe & virum eſſe confeſſa eſt parentelam. Sicque factum eſt, quod ad judicium unius illorum, mulierem ipſam dimiſit, quæ filios ſuos quinque dicitur ex eo genuiſſe, & quatuordecim annis ſecum ſine quæſtione aliqua permanſiſſe. Unde quoniam matrimonium in eccleſia Dei adeo magnum ſacramentum probatur eſſe, quod ſine rationabili & evidenti cauſa diſſolvi non debet, præſertim cum non ab homine, ſed a Deo ſit inſtitutum: diſcretioni veſtræ per * A. S. mandamus, quatenus hujus rei veritatem diligenter & ſubtiliter inquiratis: & ſi inveneritis quod præfatus B. prædictam mulierem ad judicium ſolummodo unius prædictorum epiſcoporum a ſe ſeparaſſet: quia, cum duobus cauſa committitur, ſententia unius non tenet, ipſum conſtanter commoneatis, & diſtricte compellatis, ut mulierem ſicut uxorem ſuam appellatione remota benigne recipiat, & maritali affectu pertractet. Quod ſi facere forte contempſerit, eum & ſuperinductam, appellatione ceſſante, excommunicationis vinculo perſtringatis. Si qui tamen apparuerint, qui poſtquam ab eo recepta fuerit, matrimonium eorum velint, & legitime poſſint impetere: partibus ante vos convocatis, cauſam audiatis, & eam ſine canonico, appellatione remota, terminetis, illa maturitate & circumſpectione adhibita, quam in tanto negotio convenit adhiberi. Quod ſi ambo, *&c.*

* afficit

*Epheſ. 5.*

*Gen. 2.*

* Apoſtolica ſcripta.

## Cap. XXVII. *Idem in eodem, abbati ſancti Benedicti de Vebia.*

Suſcepimus litteras tuas, & cognovimus ex earum tenore, quod cum lator præſentium in cuſtodia cujuſdam domus cum altero fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones ad eos, turpiter ipſos in perſonis affligere, & veſtimentis propriis denudare præſumpſerunt. In quos iſti reſumptis viribus inſurgentes, ligaverunt illos, & detinere uſque ad notitiam capituli voluerunt. Cumque iſte rem ad tuam audientiam perlaturus, eos ligatos in fratris ſui cuſtodia dimiſiſſet, & fures ſe ſolvere niterentur: frater illos, ne ipſe ab illis interimeretur, occidit. Unde quoniam expediebat potius poſt tunicam relinquere etiam pallium, & rerum ſuſtinere jacturam, quam pro conſervandis vilibus rebus & tranſitoriis tam acriter in alios exardeſcere: abſtineat iſte humiliter ab altaris miniſterio, & peccatum ſuum, quibus ad arbitrium tuum modis poterit, uterque ſtudeat expiare. Conſtat enim, eos contra regularem manſuetudinem & eccleſiaſticam diſciplinam ex utriuſque par[illegible] interemptos.

*Matth. 5.*

## Cap. XXVIII. *Idem in eodem, Ambianenſi epiſcopo.*

Quod ſedem apoſtolicam conſulis ſuper his, quæ dubia tibi exiſtunt, gratum gerimus & acceptum: & tua exinde fraternitas non parum commendanda videtur. Ex tua ſiquidem parte nobis eſt intimatum, quod quædam mulier tui epiſcopatus cuidam viro nupſit: ignorans quod propter utriuſque inguinis rupturam genitalia ejus eſſent abſciſſa, nec ab eo cognita fuiſſet. Qui utique modo factus leproſus, ſe pariter & ſua domui dedit infirmorum. Mulier vero ad domum paternam reverſa, ſicut juvenis, alii viro deſiderat nubere, & conjugali fœdere conjungi. Verum licet eccleſia Romana non conſueverit propter naturalem frigiditatem aut propter alia maleficia legitime conjunctos dividere, ſi tamen conſuetudo Gallicanæ eccleſiæ habet, ut hujuſmodi matrimonia diſſolvantur, nos patienter tolerabimus, ſi ſecundum illam conſuetudinem eidem mulieri, cui voluerit, in Domino conceſſeris nubendi facultatem. Sicut enim puer qui non poteſt reddere debitum, non eſt aptus conjugio: ſic quoque qui impotentes ſunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

## Cap. XXIX. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Sane de canonico qui in eccleſia Aroacenſi * profeſſionem fecerat; & ab ea fugerat, ab abbate in monachum recepto: id tuæ fraternitati ſignificamus, quod ſi locus ubi nunc permanet, majoris eſt religionis, quam eccleſia Aroacenſis, ipſum in eodem loco cum pura conſcientia remanere permittas, alioquin eum ad priorem eccleſiam redire compellas. Porro de comite Pontivi, qui uxorem ſuam, filiam Bernardi de S. Valerico, abſque judicio eccleſiæ dimiſit, propterea quia eam cognatam fuiſſe defunctæ uxoris ſuæ proponit: hoc tua prudentia cognoſcat, quod ſi etiam parentela eſſet publica & notoria, abſque judicio eccleſiæ ab ea non potuit ſeparari. Quare eum ad eam recipiendam diſtricte compellas: & ſi eam recipere noluerit, eum & ſuperinductam vinculo excommunicationis adſtringas. Si qui autem apparuerint, qui matrimonium ipſum velint & poſſint impetere, cauſam audias, & eam ſine debito decidas.

* *al.* Aroaſenſi

Præterea de Hugone de (*a*) Calorie, qui filiam Aleimi cognatam ſuam duxit in uxorem, & hoc publicum & manifeſtum eſt, nec apparet aliquis qui matrimonium velit impetere: id tibi reſpondemus, quod non apparentibus accuſatoribus, & parentela (*b*) publica & manifeſta * exiſtente, quod credibile non eſt, ubi eſſent conſobrini in primo vel ſecundo gradu, eccleſiæ auctoritate interdictum eſt matrimonium, adhibita illa gravitate * diſſolvere quod illicite noſcitur contractum. Ad hæc quoniam donationem decimæ, quam abbas S. Salvii de Muſterol, & prædeceſſor ejus cuidam laico jure hæreditario con-

Locus obſcurus.

* *Forte*, non exiſtente.

* *Forte.* d iſſolve

(a) *de Calcejo.* (b) *Manifeſta & publica exiſtente, quod credibile non eſt niſi eſſent conſobrini in primo gradu eccleſiaſticæ auctoritatis intereſt matrimonia illa diſſolvere gravitate adhibita, quæ illicite noſcuntur contracta.*

Manli

ANNO CHRISTI 1179.

conceſſerunt tenendam, cum ſanctuarium Dei jure poſſideri non debeat, in irritum penitus revoces, & viribus carere decernas: & laicum, niſi decimam ipſam eccleſiæ S. Salvii libere & abſolute reſtituat, vinculo excommunicationis adſtringas.

## Cap. XXX. *Idem epiſcopo S. Agathes, in eodem libro 12.*

De muliere, quæ ( prout nobis ſignificaſti ) cupiens viri ſui ampliorem amorem acquirere, ſuſcepto corpore Chriſti, & in ore retento, eidem viro ſuo oſculum cum eo porrexit, & ipſum trajicere poſtmodum, cum voluit, non potuit: ſed verſum eſt in carnem, cum tangeret, juxta dentes molares, & caro ſupercrevit, & adhuc (a) eſt intus. Circa quod fraternitati tuæ non poſſumus ſanius dare conſilium, niſi quod eam moneas & compellas, ut tantum per condignam pœnitentiam & bona opera ſatagat expiare delictum. Credere quippe debemus, quod ſi vere contrita fuerit, & condignam pœnitentiam egerit, & tu ad Deum devote pro ea oraveris, corpus Chriſti trajicere poterit Divina gratia ſuffragante.

Sane ſuper eo, quod quædam mulier viro ſuo fidem dedit, & ipſe illi, quod matrimonium inter ſe contraherent; & viro volente ſacramentum ſervare, mulier caſtam diſpoſuit ducere vitam: diſcretioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi juncti non fuerint, mulier permittatur ad religionem tranſire, & Domino, relicto ſæculo, militare. Quod ſi facere noluerit, & in ſæculo caſte vivere diſpoſuerit, quia hoc ſuſpectum eſſe poſſet, & ad utrumlibet, ad bonum videlicet & ad malum, haberi poſſet, ipſum matrimonium conſummari conſtringas. Beatum enim Joannem & complures alios, ab ipſis etiam ſponſalitiis ad vitam contemplativam legimus evocatos: & ideo eidem mulieri confidenter permittere poteris, ut tranſeat ad religionem, caſtitatis votum ſervatura.

Præterea de muliere, quæ a viro appetitur, cujus conſanguineus ſe cum ea deliquiſſe proponit, ſi hoc publice confiteri recuſat propter metum & potentiam mulieris: providentiæ tuæ duximus reſpondendum, ut matrimonium ipſum fieri, niſi juramentum intervenilſet, diſtricte prohibeas, ne deterius inde contingat.

## Cap. XXXI. *Idem procuratori & canonicis Soranis, in eodem libro.*

Veniens ad apoſtolicæ ſedis clementiam Mariota latrix præſentium, ſupplici nobis inſinuatione monſtravit, quod dum eſſet in adoleſcentia conſtituta, quemdam adoleſcentem E. nomine, in tantum adamavit, quod uterque inter ſe de matrimonio contrahendo ſub trium perſonarum teſtimonio præſtitit juramentum: quod parentes ipſius mulieris ignorantes, eam invitam & reclamantem, cuidam alii in uxorem tradiderunt. Quem ita exhorruit, quod ſe ab eo nullo modo cognoſci permiſit. Cumque publice profiteretur, quod a priore viro cognita eſſet, atque jurata: epiſcopus Soranus, qui tunc erat, eos ante præſentiam ſuam fecit venire: & cognito atque probato, quod inter eos eſſet proxima linea conſanguinitatis, quod ſolvi deberent, nec poſſent de jure conjungi, ipſos ab invicem ſeparavit. Ceterum cum cauſa ipſa tractaretur, & viro cui tradita fuit a parentibus conſentire nollet: ipſe aliam uxorem traduxit, & iſta cuidam viro Ptolemæo nomine, publice in conſpectu eccleſiæ nupſit. Tandem cum de illo filium genuiſſet, pater illius Ptolemæi quærens occaſionem divortii faciendi, ei oppoſuit, quod filium ſuum nec potuit, nec debuit de jure in virum habere, eo quod ab alio viro, qui nondum defunctus eſt, prius deſponſata fuiſſet. Quia vero aſſertioni ejus fidem, ſicut non debuimus, non adhibuimus, nec hoc potuimus ſub ſilentio preterire: eam ad vos duximus remittendam, per * A. S. præcipiendo mandantes, quatenus rei veritate plenius inquiſita & cognita, ſi inveneritis, quod prædicta mulier a priore viro fuerit judicio eccleſiæ ſeparata, & ab ab eodem Ptolemæo ſine contradictione eccleſiæ in uxorem traducta, & ille cui invita & renitens copulata eſt, de præſenti vita deceſſit, prædictum Ptolemæum moneatis & compellatis, ut prædictam Mariotam poſtpoſita occaſione recipiat, & ſicut uxorem ſuam diligere ſtudeat, & maritali affectu tractare. Alioquin eum & ſuperinductam, & patrem etiam ipſius, ſi huic rei reſtiterit, vinculo excommunicationis innodetis, & uſque ad condignam ſatisfactionem ipſam ſententiam inviolabiliter faciatis obſervari.

* Apoſtolica ſcripta.

## Cap. XXXII. *Idem illuſtri Anglorum regi.*

Magnificentiæ tuæ litteras, quas pro R. milite ſuper jure patronatus eccleſiæ (b) de Ligurgis, apoſtolatui noſtro ſerenitas regia deſtinavit, ea qua decuit benignitate recepimus, promptum animum plenamque voluntatem habentes, excellentiæ tuæ preces, in quibus cum Deo & honeſtate poterimus, exaudire. Verum quoniam ſanctorum patrum ſtatutis contrarium videtur, ſi clericos ab eccleſiis, quas canonice adepti ſunt, patronatus obtentu ſuſtineremus amoveri: ſalva conſcientia, prænominato militi non potuimus noſtrum in parte iſta impartiri favorem: cum ex hoc ei, ſi de jure debet habere, præjudicium in poſterum non generetur.

## Cap. XXXIII. *Idem archiepiſcopis & epiſcopis per Galliam conſtitutis.*

Noſtris eſt auribus intimatum, quod nonnulli ambitione nimia tracti, occaſione laici vel potentiæ ſæcularis, in ſæculari foro, nec requiſita epiſcopi audientia, patronatus eccleſiarum & eccleſiaſtica beneficia ſibi præſumunt in veſtris parochiis vendicare. Quoniam igitur hujuſmodi perſonæ non intrant per oſtium, ſed aliunde contendunt, ac per hoc indigni ſunt paſtoris nomine, ac prærogativa gaudere: fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eos quos patronatus eccleſiarum vel eccleſiaſtica beneficia conſtiterit prædicto modo adeptos, ſi commoniti minime reſignaverint, niſi præſcriptione aut epiſcopali conceſſione muniti fuerint, ſublato appellationis diffugio, ab officiis reddatis & beneficiis alienos. Si vero nec ſic deſtiterint, eos vinculo anathematis innodetis, & uſque ad dignam ſatisfactionem teneatis, & faciatis tenere adſtrictos.

Cap.

(a) *eſt in ore*. (b) *de Bligurd*. Manſi.

A

## Cap. XXXIV.

Ad hoc, quoniam quidam laici eccleſias terris & aliis poſſeſſionibus ſpoliant, ut ſic viros eccleſiaſticos faciant coram judice ſæculari litigare: præſentium authoritate vobis injungimus, ut id publice ſub anathematis interminatione curetis prohibere. Si quis autem prohibitionis veſtræ contemptor extiterit, eum, ſi manifeſtum fuerit, appellatione ceſſante, excommunicationi ſubdatis, & uſque ad dignam ſatisfactionem, ſicut excommunicatum, faciatis arctius evitari.

## Cap. XXXV. *Idem Lugdunenſi archiepiſcopo.*

Gravis illa & odibilis querimonia, quæ uſque ad nos ſuper depoſito tuo tibi hactenus denegato pervenit, duplici nos anxietate perſtrinxit, eo quod tibi in hoc & deeſſe non poſſumus, & adeſſe, prout velles, efficaciter non valemus. Cum enim non conſtet nobis, pecuniam tuam, quam ille, ut vir Belial, impia & deteſtabili ſurreptione furatus eſt, in utilitates eccleſiæ converſam: nec de jure debemus, nec poſſumus contra canonicos ejuſdem eccleſiæ præciſe intentare juſſionis inſtantiam, ut tibi eandem reddant pecuniam, perſonæ, non eccleſiæ commendatam. Quocirca diſcretioni tuæ conſulimus, & internæ caritatis intuitu ſuademus, ut in raptorem illum & furem, tuam interim dirigas actionem, eo quod, ut audivimus, loculos habet. Nos enim venerabilibus fratribus noſtris Senonenſi archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato, & Pariſienſi epiſcopo dedimus in mandatis, ut illum iniquum ſub duris quæſtionibus ponant, & etiam, ſi oportuerit, vinculis macerent alligatum, & affligant, ut bene ligatus, cogatur reddere, quæ male diſſolutus, auſus eſt aſportare. Ceterum circa eccleſiam illum affectum te habere volumus, ut nihil ab ea requiras * indebite. Si autem cum eis amicabiliter poteris pactionem paciſci, noveris id nobis acceptum.

* indebitum.

## Cap. XXXVI. *Idem Bituricenſi archiepiſcopo.*

Conſuluit nos tua fraternitas, an ſit appellationibus deferendum a cariſſimo in Chriſto filio noſtro L. illuſtri Francorum rege pro Judæis interpoſitis, ut Chriſtiana mancipia detineant, & utrum ſuſtinere debeas, quod de novo conſtruant ſynagogas, ubi eas nullatenus habuerunt. Scripſimus itaque memorato regi, ut a defenſione Judæorum in hac parte deſiſtat. Super hoc etiam ipſum per alios fecimus admoneri, & credimus quod monitis noſtris acquieſcet: quia non eſſet rectum, ut quod a ſanctis patribus & nuper in concilio ſtatutum eſt, negligenter ſervaret. Unde non convenit, ut pro hujuſmodi appellationibus ab obſervatione decreti debeas abſtinere. Judæos etiam de novo conſtituere ſynagogas, ubi eas ſcilicet non habuerint, pati non debes. Verum ſi antiquæ corruerint, vel ruinam minentur, ut reædificent potes æquanimiter tolerare: non autem ut eas exaltent, aut ampliores, aut pretioſiores faciant; quam antea fuiſſe noſcuntur. Quod utique pro magno habere debent, quod in veteribus ſynagogis & ſuis obſervantiis tolerantur.

## Cap. XXXVII. *Idem Eboracenſi archiepiſcopo.*

A memoria noſtra non recedit, qualiter in primo anno veſtræ promotionis ſcriptum litterarum felicis memoriæ prædeceſſoris noſtri Honorii papæ nobis feceritis præſentari, in quo continebatur, anteceſſoribus veſtris apoſtolica benignitate fuiſſe indultum, ut tam eis, quam ſucceſſoribus ſuis, liberum eſſet per totam Angliam ante ſe crucem deferre. Nos vero anteceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, & ſcripti noſtri munimine confirmavimus, quod anteceſſoribus veſtris clementer fuit indultum. Poſtmodum autem ſanctæ memoriæ & venerandæ Thomas quon-B dam archiepiſcopus Cantuarienſis exiſtimans hoc in depreſſionem juris & ſuæ dignitatis redundare, exinde cœpit quæſtionem movere, & propter hoc ad ſedem apoſtolicam appellare, affirmans, ſi bene meminimus, quod tibi vel prædeceſſoribus tuis id nullatenus licuit. Sicque factum eſt, quod nos tibi per ſcripta noſtra prohibuimus, ne in provincia Cantuarienſis eccleſiæ, donec de cauſa cognoſceretur, ante te crucem aliqua ratione deferres. Quoniam ergo per dilectos filios noſtros I. & A. clericos tuos gravem coram nobis depoſuiſti querimoniam, aſſerens quod te a poſſeſſione hujus rei, quam tu & anteceſſores tui habueratis, abſque cognitione judicii ſpoliaſſemus: nos igitur tibi tanquam venerabili fratri C noſtro deferre volentes, & jura tua integra & illibata ſervare, præſentibus litteris ſtatuimus, quod litteræ prohibitionis noſtræ nullum tibi præjudicium faciant, quo minus tibi & ſucceſſoribus tuis liberum ſit, quemadmodum vobis eſt beneficio privilegiorum ſedis apoſtolicæ indultum, tuque & prædeceſſores tui id facere conſueviſtis, ante vos per totam Angliam deferre crucem, quouſque diffinitiva ſententia determinetur, an id eccleſia tua de jure habere debeat.

## Cap. XXXVIII. *Lucius tertius Magiſtro & fratribus militiæ S. Jacobi.*

Veſtra devotio duxit inquirendum, utrum vo-D bis eccleſias parochiales adeuntibus utile ſit Miſſas eorum audire, qui concubinas habere creduntur. De hoc enim videntur diverſæ ſacrorum canonum ſententiæ manaſſe. Alicubi enim dicitur. Nullus audiat Miſſam presbyteri, quem ſcit indubitanter concubinam habere. Alicubi legitur: Non poteſt quis quantumcumque pollutus, Divina ſacramenta polluere, quæ purgatoria cunctarum pollutionum exiſtunt. Quicumque enim ſacerdos ſit, quæ ſancta ſunt coinquinare non poteſt. Sumite ergo ab omni ſacerdote in-E trepide Chriſti myſteria, quia omnia in fide Chriſti purgantur. Ceterum aliud crimen eſt notorium, aliud occultum. Notorium diffinitur, de quo presbyter canonice condemnatur: occultum, quod adhuc ab eccleſia toleratur. Item aliud eſt a talium officiis abſtinere, ut peccandi licentia ceteris auferatur, & hujuſmodi ad pœnitentiæ fructum trahantur: atque aliud, ſi tanquam falſa, in fornicatione jacentium talia myſteria reſpuantur. Sine dubitatione itaque teneatis, quod a clericis & presbyteris quamvis fornicariis, quamdiu ab eccleſia tolerantur, nec eſt crimen evidens, licite audiuntur Divina officia, & alia recipiuntur eccleſiaſtica ſacramenta.

Cap.

ANNO CHRISTI 1175.

CAP. XXXIX. *Item Strigonienſi archiepiſcopo.*

Ad apoſtolicæ ſedis regimen, *&c.* Intelleximus ex litteris tuis, quod quædam conſuetudo in Hungaria inolevit, ut populi multitudo plerumque de parochia epiſcopi unius in alterius diœceſin transferatur. In qua licet per multa tempora moram habuerint, uterque tamen epiſcoporum, tam is a cujus parochia receſſerunt, quam is in cujus parochia commorantur, eorum decimas exigit, & eos, niſi ad voluntatem ipſius ſolvant, interdicto ſupponit: unde invidiæ & plurimæ contentiones oriuntur. Ideoque tua fraternitas nos duxit conſulendos, cui potius decimæ ſint reddendæ. Noveris ergo quod ſi de B artificio, vel de negotiatione aut etiam de agricultura, quam intra terminos parochiæ in qua moratur, exercet, vel hujuſmodi aliis decimæ ſolvantur: æquum eſt, ut eccleſiæ illi reddantur, in qua ille qui reddit, per totum anni circulum Miſſam audivit.

CAP. XL. *Alexander tertius Brixienſi epiſcopo.*

Quoniam a nobis tua ſolicitudo requiſivit, quid de decimis novalium tuæ diœceſis ſtatuendum fuerit, fraternitati tuæ præſentibus litteris reſpondemus, ut ſi terræ illæ quæ arabiles fiunt, infra C certam alicujus parochiam fuerint, tu earum decimas tua ex parte retentas, eidem eccleſiæ facias aſſignari. Alioquin ipſas aliis eccleſiis ſecundum diſcretionem tuam poteris deputare, vel ad opus tuum tenere: ita quod ſi quis tibi in his contraire præſumpſerit, tu eum eccleſiaſtica cenſura uſque ad dignam ſatisfactionem percellas. Sententias vero ſuper decimis a conſulibus datas, præſertim cum ſanctorum patrum inſtitutionibus obvient, irritas eſſe decernas: & eas, contradictione & appellatione ceſſante, in irritum revoces. Quod ſi laicus aliquis a clericis, ſive converſis, decimas de laboribus ſuis in tua diœceſi requiſiverit, tu eum ab exactione hujuſmodi prorſus compellas: & laicos illos, quia a colonis tertiam vel D quartam partem laborum ſuorum ante ſolutionem decimarum recipiunt, decimam de portione ſua ſecundum quod colonus de parte, quæ illum contingit, exolvere conſuevit, abſque diminutione aliqua, his quibus debentur, facias exhibere.

CAP. XLI. *Alexander III. Januenſi epiſcopo.*

Tua nos fraternitas duxit conſulendos, quid de his agere debeas, qui deſponſant aliquas mulieres, & proceſſu temporis antequam eas ducant, vel cognoſcant, alias in uxores accipiunt. Super hoc utique conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod ſi vir & mulier ſeſe invicem receperint expreſſo conſenſu mutuo de præſenti, E neuter eorum, altero ſuperſtite, poterit ad alia vota ſe transferre, etſi poſſit ad monaſterium tranſmigrare. Verum ſi inter ipſos non acceſſit conſenſus mutuus de præſenti, ſed promiſſio de futuro, ſcilicet quod uterque dixerit alteri: Ego te recipiam in meam, & ego te in meum: ſi alius mulierem deſponſavit & traduxit, etſi inter primos juramentum fuit, ſicut diximus, de futuro, hujus deſponſationis intuitu ſecundum non poterit ſeparari matrimonium, ſed eis eſt de violatione juramenti pœnitentia injungenda. De aliis vero qui coram te ſuper diſpenſatione facta per conſenſum mutuum de præſenti, mo-A vent controverſiam, & poſt appellationem ante ſententiam, vel cognitionem cauſæ, ad ſedem apoſtolicam interponunt, & appellatione pendente accipiunt alias in uxores: hoc arbitramur agendum, ut ſi amodo in tali caſu aliqui duxerint appellandum, eis in eccleſia publice interdicas, ne ante deciſionem cauſæ aliud contrahant matrimonium: & ſi contra interdictum eccleſiæ, ita publice factum, venire præſumpſerint: matrimonium tam præſumptuoſe contractum poteris irritare. De illis vero qui in minori ætate deſponſantur, traduntur, & conjunguntur, & proceſſu temporis divortium poſtulant, minorem allegantes ætatem, aut vim ſibi a parentibus factam: hoc inquiſitioni tuæ præ-B ſentibus litteris reſpondemus, quod ſi ita fuerint ætati proximi quod potuerint copula carnali conjungi, minoris ætatis intuitu non debent ab invicem ſeparari, ſi unus in alium viſus fuerit conſenſiſſe, cum ætatem videatur ſuppleſſe malitia. Sed cujuſcumque fuerint ætatis, ſe poſſunt per illatam violentiam excuſare, niſi poſt violentiam conſenſus accedat.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XLII.

Illud quoque nihilo minus ex tua inquiſitione innotuit, quod cum quædam libera mulier per annos decem & ultra cuidam ſervo ſcienter cohabitaverit, & ab eo fuerit carnaliter cognita, C nunc ipſum aſſerit ſuum non eſſe maritum, pro eo quod teſtes deſponſationis non comparent. Verum vir eam vendicat in uxorem, & oſtendit publicum inſtrumentum, quo ſeſe conjuges noverant, & propter quod ipſum ei donationem feciſſe propter nuptias apparet. Mulier vero inſtrumentum illud vitioſum fuiſſe fatetur *: & plures teſtes produxit, quod ſervus ille ab inimicis mulieris ſæpe rogatus, ut eam deſponſaret, & ille ſe non eam deſponſaſſe, nec deſponſaturam firmiter aſſerebat. Vir autem non niſi publico * inſtrumento, & quibuſdam teſtibus, qui viderant eam annulos deferentem, mulierem propriam probavit eſſe uxorem. Sed mulier, de more illarum mulierum quæ panes vendunt, ſe D annulos detuliſſe dicebat. Unde quoniam in hujuſmodi dubietate fama viciniæ magis debet attendi, tuæ ſolicitudinis erit famam inquirere, utrum prædictus vir in lecto eam & in menſa ſicut ſuam uxorem, aut concubinam habuerit: & ſi fama loci habet, quod vir ipſam ſicut uxorem tenuerit, cum matrimonium ſit conjunctio maris & fœminæ, individuam vitæ conſuetudinem retinens: cogenda eſt mulier: ut eidem viro affectu ſerviat conjugali, præſertim ſi præſcriptum inſtrumentum ab eo * cognitum fuerit, qui ſuum officium fideliter adimpleverit.

* *al.* fatetur, ut ſervo dominus fraudaretur.

* *al.* prædicto

* *al.* conditum

CAP. XLIII. *Idem Exonienſi epiſcopo.*

*Pars illius cap.* Super eo quod a nobis.

E Præterea hi qui jurant de matrimonio contrahendo: *uſque*, Si autem promiſerunt, conjungant. Si autem ſibi invicem id remittere voluerint, ne forte deterius inde contingat, ut talem ſibi ducat, quam ſemper odio habeat, videtur quod ad inſtar eorum qui ſocietatem juramento, vel fidei interpoſitione contrahunt, & poſtea eamdem ſibi remittunt, hoc poſſit in patientia tolerari.

CAP.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XLIV. *Ex concilio Moguntino B. lib. 5.*

In baptiſmo, vel chriſmate non poteſt alium ſuſcipere in filium, qui non eſt baptizatus vel confirmatus.

CAP. XLV. *Item ex concilio apud Compendium.*

Si quis presbyter ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: & omnes quos ipſe baptizavit.(

CAP. XLVI. *Item ex concilio habito apud VVormatiam, cap. 4.*

Mulieres vero cum ſeparatæ fuerint pro hac vel alia licita cauſa a propriis viris, totam præcipimus recipere dotem, quam in die nuptiali receperunt, & poſt expletum annum, accipiant alium virum, ſi voluerint: ſimiliter & vir uxorem.

CAP. XLVII. *Alexander III. Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Veniens ad nos cum litteris tuis L. presbyter tuus, ſupplici nobis relatione monſtravit, & hoc idem tuæ litteræ continebant, quod cum in eccleſia Oven. inſtitutus fuiſſet, ei fuit objectum, quod in eccleſia ipſa * non canonice habuiſſet ingreſſum: videlicet quod prius promiſiſſet unicuique parochianorum barile vini remittere, quod ſacerdoti ejuſdem eccleſiæ, qui pro tempore ibi ſerviret, conſueverat pro beneficio dari. Verum cum duo apparuiſſent, qui jurati depoſuerunt presbyterum talem feciſſe promiſſionem, & cum altero illorum pactum illud dicerent factum fuiſſe: tu pro presbytero, ut decuit, & rationis exigit ordo, judicaſti: & nos ſententiam tuam, prout dignum eſt, commendamus: eo quod ille qui eodem infectus erat crimine, non poſſet contra alium teſtificari, cum etiam nulli de ſe confeſſo adverſus alium in eodem crimine ſit credendum: & unus teſtis non ſufficiat ad cujuslibet rei probationem. Sane quod in litteris inſeruiſſe diceris, parentes ſuos promiſiſſe, ut infra quindecim dies eidem eccleſiæ deberet ſpontanee cedere: prudentiæ tuæ ſignificamus, quod ipſum, cum de conſcientia ſua promiſſionem factam fuiſſe diffiteatur, ſuper hoc monere potes atque hortari, ſed ei vim nullam debes inferre. Ideo fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta præſentibus mandamus, quatenus ſententiam tuam facias firmiter obſervari, prædicto L. eccleſiam ipſam cum omni jure ſuo integram & illibatam conſervans, parochianos ejuſdem eccleſiæ ad jura ſua ſibi ſolvenda, diligenter commoneas, & appellatione remota compellas. Si autem exinde aliqua laborat infamia, ei cum quinta manu vel tertia dumtaxat ſui ordinis, purgationem indicas. Qua recepta, eum ab infamiæ nota incunctanter abſolvas.

* *al.* in eccleſia ipſa non canonicum

CAP. XLVIII. *Idem Panormitano archiepiſcopo.*

In archiepiſcopatu tuo dicitur contigiſſe, quod quandoque Sarraceni mulieres Chriſtianas rapiunt & pueros & eis abuti præſumunt, & quoſdam etiam interdum occidunt. Cum autem exceſſus hujuſmodi cariſſimus in Chriſto filius noſter il- A luſtris rex Siciliæ, tibi & aliis perſonis eccleſiaſticis, quæ pontificali ſupereminent dignitate, commiſit puniendos: quid de Sarracenis agendum ſit, qui fuerint in nefario ſcelere intercepti, nos duxit prudentia tua conſulendos. Super quo utique tuæ conſultationi taliter reſpondemus, quod ſi tales in tua juriſdictione ſint vel fuerint poſtmodum intercepti, pecuniaria poteris eos pœna mulctare, & etiam flagellis afficere: ea tamen moderatione adhibita, quod flagella in vindictam ſanguinis tranſire minime videantur. Si vero fuerint ita ſuper hoc graves Sarracenorum exceſſus, quod mortem vel truncationem membrorum debeant ſuſtinere, vindictam ipſam reſerves regiæ poteſtati.

B

CAP. XLIX.

De illo autem qui ſe uxorem fratris ſui, antequam ei matrimonio jungeretur, cognoviſſe proponit, hoc tuæ prudentiæ reſpondemus: quod niſi fuerit publicum & notorium, aut idoneis teſtibus approbatum, ipſum prius prædictum mulierem carnaliter cognoviſſe, prædictum matrimonium occaſione illa dirimi non permittas.

Super eo vero, quod aſſeris, Sarracenum quemdam de muliere quadam Chriſtiana, quam quatuordecim annos tenuerat, filios ſuſcepiſſe: diſcretioni tuæ duximus reſpondendum, quod tam Sarracenus quam mulier pro tanto exceſſu gravi C ſunt animadverſione plectendi.

CAP. L. *Lucius tertius* * *Curenſi epiſcopo, in regiſtro.*

Ex tuarum litterarum continentia intelleximus, quod cum H. presbyterum, quia infamabatur de homicidio, communicato fratrum conſilio, in epiſcopatu tuo ſacerdotali officio ſuſpendiſſes: prædeceſſoris tui litteræ tulit in medium, quibus apparuit eum judicio aquæ frigidæ ſuam innocentiam purgaviſſe, & epiſcopum ſuis illum litteris abſolviſſe. Scholares etiam qui homicidium, inſtigante diabolo, perpetraverant, * immunes * ipſos a crimine, tactis ſacroſanctis D evangeliis, affirmaverunt. Quia vero cum peregrina judicia a ſacris canonibus ſint inhibita, purgationem quam præſtitit non ſufficere putamus: fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi accuſatores idonei minime apparuerint, qui eumdem de homicidio convincere poſſint, ut cum ſeptima vel quinta manu ſui ordinis, ſicut expedire cognoveris, per purgationem canonicam innocentiam oſtendat, ſibi injungas: quam cum præſtiterit, ſuſpenſionem ſine mora & difficultate relaxes: & eum teſtimonii boni annuncians, ab infamia homicidii, nullius contradictione vel appellatione obſtante, authoritate noſtra fretus, abſolvas. Is autem qui infamatus, ſeſe immunem a crimine homi- E cidii, præſtito juramento firmabit: & purgatores, quod eum credant verum juraſſe, jurare debebunt.

* *f.* immunem ipſum

CAP. LI. *Alexander tertius Toletano archiepiſcopo.*

Latores præſentium cum litteris tuis ad noſtram præſentiam accedentes, ſuum nobis exceſſum plenius intimaverunt: ſcilicet quod tam ipſi quam alii multi, poſtquam interdicti & excommunicati fuerant, Divina præſumpſerunt officia celebrare. Quoniam vero cum eis magnam multi-

tu-

ANNO CHRISTI 1179.

tudinem in hoc peccaſſe dicebant, nec nobis, quis eorum magis vel minus deliquerit, innoteſcere potuit: negotium ipſum diſcretionis tuæ arbitrio duximus remittendum, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus rei veritate diligentius inquiſita, ſi quadraginta ſolummodo vel pauciores in his deliquiſſe conſtiterit, omnes in perpetuum ab officio ſacerdotali deponas. Si vero multitudinem magnam in hoc peccaſſe cognoveris, eos quos magis cauſam eſſe delicti conſtiterit, perpetua depoſitione condemnes; & alios qui non tantum deliquerunt, ab officio ad tempus ſuſpendas; & omnibus pœnitentiam ſecundum diſcretionem tibi a Deo datam injungas.

Cap. LII. *Idem Lucenſi epiſcopo.*

De ſecunda vero quæſtione, hoc tuam volumus diſcretionem tenere, quod propinqui ejus quem pro manifeſtis exceſſibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum injectione in clericos, violatione multarum eccleſiarum, & inceſtu, vinculo excommunicationis adſtringis: monendi ſunt, ut pro eo ſatisfactionem exhibeant. Quod ſi fecerint, qui laborans in extremis, præſtito juramento per presbyterum * tenuerit ab excommunicationis ſententia relaxari, in cœmeterio ſepeliri poterit. Si autem propinqui ejus tuis acquieſcere monitis contradixerint, quia jam non eſt peccatum purgatum, defuncto neganda eſt eccleſiaſtica ſepultura.

* ſ. obtinuerit

Cap LIII. *Idem VVintonienſi epiſcopo.*

Præterea qui ad ſedem apoſtolicam appellant de clericis, & poſtea gravia & enormia committentes, ſe, cum conveniuntur, tuentur appellatione: hoc duximus reſpondendum, quod ſi poſt appellationem gravia committunt, & ita publice & manifeſte, quod alii ſcandalizentur, & decor eccleſiaſticæ honeſtatis deformetur, eos appellantes in tanta nequitia & iniquitate non debes tueri, quo minus coram te exceſſus canonica cenſura puniatur. Porro de his qui ſententia excommunicationis innodati, jurant eccleſiæ judicio ſtare, & mox obliti, in vocem appellationis prorumpunt: diſcretioni tuæ ſignificamus, quod eos per excommunicationem compellere debes ſuam appellationem proſequi, vel judicio eccleſiæ ſtare.

Cap. LIV. *Idem Bononienſi epiſcopo & archipresbytero.*

Conſuluit nos veſtra dilectio, utrum appellatio, quæ ab omni gravamine interponitur, teneat. Super quo utique conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, quod ſi forte generaliter appellationem interponeret aliquis ab omni gravamine, quod ſibi contingere poſſet, hujuſmodi appellatio tenere non debet. Si vero aliquis ab aliquo judice ſuper omni gravamine, quod in una cauſa ſibi contingere poſſit, appellationis obſtaculum interponeret: quamquam generalis appellatio ſit interpoſita, appellationi tamen hujuſmodi eſt deferendum.

Cap. LV. *Idem * Norvvicenſi epiſcopo.*

* al. Eugenius

Si ſacerdos ſciat pro certo aliquem eſſe reum alicujus criminis; vel ſi confeſſus fuerit, & emendare noluerit: niſi ordine judiciario quis probare poſſit, non debet eum nominatim redarguere, ſed indeterminate, ſicut dixit Chriſtus: *Unus veſtrum me traditurus eſt.* Si vero ille cui damnum illatum eſt, petierit juſtitiam, poteſt excommunicare authorem damni, licet ei confeſſus ſit, ſed tamen non poteſt nominatim eum removere a communione, licet ſciat eum eſſe reum: quia non ut judex ſcit, ſed ut Deus. Sed eum debet admonere, ne ſe ingerat, quia nec Chriſtus Judam a communione removit.

Matth. 26. Marc. 14.

Cap. LVI. *Item ex Concilio * Matiſcenſi.*

* al. Toletano.

De ſervorum ordinatione, qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos indiſcrete promoventur, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordare: & ſtatutum eſt, ut nullus epiſcoporum deinceps ad ſacros ordines eos promovere præſumat, niſi prius a dominis ſuis libertatem ſint conſecuti: & ſi quilibet ſervus dominum ſuum fugiens, aut latitans, aut adhibitis teſtibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude, ad gradus eccleſiaſticos pervenerit, decretum eſt, ut deponatur, & dominus ejus eum recipiat. Si vero avus vel pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem provincia filium genuerit, & ipſe filius ibidem educatus ad gradus eccleſiaſticos promotus fuerit, utrum ſervus ſit, ignotum ſit; & poſtea veniens dominus illius, legibus eum acquiſierit: ſancitum eſt, ut ſi dominus illius libertatem illi dare voluerit, in gradu ſuo permaneat; ſi vero eum catena ſervitutis a caſtris dominicis abſtrahere voluerit, gradum amittat, quia juxta ſacros canones, vilis perſona manens, ſacerdotii dignitate frui non poteſt.

Cap. LVII. *Innocentius Aquilejenſi patriarchæ.*

Quoties frater noſter Adiſpertinus * Tudertinus epiſcopus, & in noſtra & in veſtra præſentia fuerit de ſimonia impetitus, prudentiam tuam latere non credimus. Cujus cauſa in noſtra tandem ventilata præſentia, producti ſunt accuſatores & teſtes, viva voce & ſcripto accuſantes eum, eo quod eccleſiam ſancti Petri de Pajo, presbytero Paulo dedit pro mittendis quatuor modiis frumenti, quos ab eadem eccleſia ſuſcepit. Verum quoniam neque teſtes, neque accuſantes, ſecundum formam canonum ſanctorum patrum in cauſa illa procedere potuerunt: communi fratrum noſtrorum conſilio judicamus, ut tertia manu ſui ordinis, & quarta manu abbatum & religioſorum ſacerdotum, de prædicta ſimonia in veſtra præſentia ſe expurget. Porro purgationis tenor erit hic: Idem epiſcopus ſuper ſancta Dei evangelia jurabit, primum, quod pro eccleſia ſancti Petri de Pajo, a presbytero Paulo * de Ada, neque per ſubmiſſam perſonam, nec pro eo alius, ſe ſciente, pretium acceperit. Deinde vero purgatores jurabunt ſuper ſancta Dei evangelia, quod ipſi credunt verum eſſe quod ipſe juraverat.

* al. Tridentinus. 2. q. 5. c. quoties ubi lectio plurimum ab hac diſcrepat. Item & ca. quoties. extr. de purg. can

* presb. Paulo dando

Cap. LVIII. *Exonienſi & Covetrenſi epiſcopis.*

Ex parte * Matthæi clerici accepimus, quod cum ipſe ab eccleſia de Gundune, fuiſſet violenter ejectus, *&c. in uſque finem, ibi*: Cum ſanctuarium Dei non poſſit jure hæreditario poſſideri.

* Matthiæ

Cap.

ANNO CHRISTI 1179.

**Cap. LIX.** *Alexander tertius Cenomanenſi epiſcopo.*

Ex litterarum tuarum tenore perpendimus, quod F. lator præſentium in ſubdiaconatus officio conſtitutus, quandam ſibi in conjugium copulavit. Unde tu, ſicut vir diſcretus ac providus, ipſum eamdem quam in uxorem duxerat, abjurare feciſti. Super quo facto prudentiam tuam in Domino commendamus, per præſentium ſcripta tibi mandantes, quatenus ſi ad canonicum, vel monaſticum ordinem tranſire voluerit, poſt ſeptennem pœnitentiam in clauſtro laudabiliter peractam, ſi tibi, vel ſucceſſori tuo idoneum viſum fuerit, eum ad majores ordines promoveri concedas. Quod ſi ad religionem ſe transferre noluerit, eum nec in ſubdiaconatu miniſtrare, nec ad ulteriores ordines permittas promoveri. In minoribus tamen ordinibus poterit miniſtrare.

**Cap. LX.** *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Ad extirpandas ſucceſſiones a ſacris Dei eccleſiis, ſtudio totius ſolicitudinis debemus intendere: te etiam decet ad hoc vigilem curam adhibere, ne circa miniſterium ſuſcepti regiminis videamur minus diligentes exiſtere, ſi vitia in eccleſiis vel in eccleſiaſticis viris permiſerimus pullulare. Inde eſt quod fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi qui filiorum * clericorum tuæ provinciæ teneant eccleſias tanquam perſonæ vel vicarii, nulla perſona media, in quibus patres eorum miniſtraverant, eos, ſive geniti fuerint in ſacerdotio, ſive non, ab ipſis eccleſiis, contradictione & appellatione ceſſante, non differas amovere. Si vero aliqui ſint filii clericorum, qui eccleſias quas patres eorum tenuerunt, perſonis aliis mediis ſunt adepti: eos, dummodo idonei ſint, in ipſis poteris ſuſtinere. Ita quidem, quod ſi unus plures eccleſias quas pater ejus tenuerat, poſſidet, quarum una poſſit ſibi ſufficere: ipſum una, quam maluerit, appellatione remota, facias eſſe contentum: dummodo eccleſiæ non ſint tales, quarum * una a reliqua pendere videatur.

* *al.* filii presbyterorum

* *al.* a quarum una a reliq.

* *al.* Cenomanenſi epiſc.

**Cap. LXI.** *Urbanus tertius * Senonenſi archiepiſcopo.*

Ad hæc cum nonnunquam inter aliquos parochianos tuos, vel inter eos & alios coram judicibus delegatis agitetur controverſia, ſæpe a judicibus ipſis, ut aſſeris, apoſtolica authoritate tibi injungitur, ut alteram partium forte contemnentem parere judicio, vel ob aliam cauſam rationabilem, eccleſiaſtica diſtrictione percellas. Illi vero qui ſubjacere excommunicationi mandantur, litteras ad alios judices a ſede apoſtolica impetrant, a quibus nihilo minus authoritate apoſtolica tibi mandatur, ut eos qui de mandato priorum judicum fuerant excommunicati, habeas abſolutos. Super quo tua diſcretio dubitat, quid tibi in diverſitate hujuſmodi ſit agendum. Ad quod reſpondemus, quod ſi litteræ ad ſecundos judices impetratæ tacita veritate non fuerint, eos ad mandatum eorum abſolutos habere debes: præcipue cum Romana eccleſia abſolutionem ſententiæ delegatorum judicium, nequaquam conſueverit aliis delegare, niſi in litteris commiſſionis expreſſe contineatur de ſufficienti cautione præſtanda ab his, qui abſolvi debent, quod judicio eccleſiæ debeant obedire.

**Cap. LXII.** *Idem Legionenſi epiſcopo.*

Ex litteris tuæ fraternitatis nobis innotuit, quod diaconus præſentium lator, volens ante tempus ordinari in presbyterum, aſſerit ſe per ordinationem tuam gradum ſacerdotalem adeptum: & cum ei manum non impoſuiſſes, Miſſarum celebrationem publice uſurpavit. Poſtmodum vero Domino inſpirante, rediit ad ſeipſum, & proprium cognoſcens exceſſum, in tanto ſibi periculo conſuli poſtulavit. Quia igitur ſuper hoc tua nos duxit fraternitas conſulendos, litteris præſentibus reſpondemus; quod ad ſacerdotis officium non poterit promoveri. A diaconatu quoque, biennio vel triennio, pro tua proviſione maneat ſuſpenſus. De beneficio autem cum eo miſericorditer agatur, ne ſuſtentatione privatus, ad ſæculi negotia revertatur. Ut autem ſecurius ei poſſis hanc facere miſericordiam, de agenda pœnitentia circa eum diligentem curam non deſinas exhibere. Salubrius autem ſibi abſque dubio providebit, ſi ad regularem vitam ſe duxerit transferendum.

**Cap. LXIII.** *Idem Florentino epiſcopo.*

Litteras fraternitatis tuæ debita benignitate ſuſcepimus, quibus certiores de ſinceritate tuæ fidei & devotionis effecti, ad honorem tuum & commodum abundantius provocamur. Verum quia a nobis poſtulaſti, utrum poſtquam deſponſalia inter aliquas legitimas perſonas contracta fuerint, & antequam a viro mulier traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alter ad conſummandam copulam maritalem compelli debeat, ut ſe * poſſit ad ſecunda vota transferre: tuæ ſolicitudini reſpondemus, quod ad accipiendum eum cogi non debet, cum inter eos matrimonium non ſit conſummatum.

* *Forte*, non poſſit.

De illa vero, quæ viro ſuo labente in hæreſin, ipſius conſortium declinavit, utrum revertente illo ad catholicam veritatem, ad redintegrandum matrimonium ſit cogenda: videtur nobis quod ſi mulier ea dumtaxat intentione diſceſſit, ut lapſus in hæreſin, tædio pariter & confuſione affectus, ſe ab errore ſuo converteret: ei, cum reverſus fuerit, eſt reddenda: quæ etiam, ſi reverti noluerit, compelletur. Si vero judicio eccleſiæ, ſine ſpe matrimonii redintegrandi receſſit, ad recipiendum eum nullatenus eam ducimus compellendam. De uxore vero, utrum quemadmodum & vir, liberam debeat habere ſepulturam, videtur nobis, quod nulla ſuper hoc inter virum & mulierem ſit differentia, ſed utrique, in caſu iſto, æqualem credimus eſſe facultatem, cum electio iſta ad eum potius ſtatum pertineat, in quo mulier ſolvitur a lege viri. Utrum autem pater minores filios, * quo magis voluerit, valeat ſepelire, non invenimus a ſanctis patribus diffinitum, & propterea terræ conſuetudini decernimus relinquendum.

* ubi

**Cap. LXIV.** *Idem Marimondenſi abbati.*

Inter cetera quæ a nobis ſunt pro tuo miniſterio requiſita, illud quoque nuncii ſolicitudo non tacuit, quod quidam monachus tuus, cum eſſet olim in ſæculo conſtitutus, presbyteratus officium, prætermiſſo diaconatu, ſuſcepit: ſuper quo tua poſtulat devotio diſpenſari. Intelleximus au-

ANNO CHRISTI 1179.

autem quod ille non malitia, ſed pia, ut ſibi videbatur, cautela præmonitus, ordinem diaconii quem ſe accepiſſe ſimularat, omiſit, ne, ſicut eum quidam avunculus ejus inſtigabat, de manu ſchiſmatici ſortiretur. Unde quia de his nihil nobis conſtare potuit, examinationem facti hujus tuæ duximus conſcientiæ relinquendam: authoritate apoſtolica mandantes, ut ſi abſque dubitatione conſtiterit, quod ille non ex ſuperbia, ſed ut ſchiſmatici manus evaderet, & indignationis avunculi ſui aculeos declinaret, tali ſimulatione ſit uſus, competenti tempore ordinem facias ei diaconatus impendi: & ſic poſt aliquanti temporis abſtinentiam, quam tuæ committimus diſcretioni, dumtaxat corde contrito & humiliato ſpiritu, in beneficio ſacerdotali ordinis poterit exerceri.

### Cap. LXV. *Idem archiepiſcopo Turonenſi, Andegavenſi epiſcopo, & abbati Salmurenſi.*

Ad audientiam noſtram, venerabili fratre noſtro Cenomanenſi epiſcopo intimante, pervenit, quod dilectus filius noſter W. archidiaconus ejus, de morte cujuſdam mulieris, quæ per officiales ipſius archidiaconi interfecta proponitur, non aliter quam ſi ipſe occiderit, infamatur. Ceterum quia idem archidiaconus ab hujuſmodi reatu ſe aſſerit eſſe innocentem, nos providere volentes, ne infamia polluat, quem non fecit nocentem: diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per epiſcopatum Cenomanenſem & civitatem facias publice nunciari, ut ſi qui de hoc ipſum archidiaconum accuſare voluerint, eum ſecundum juris ordinem coram vobis accuſent, & niſi comparuerint, qui de homicidio illo eum velint impetere, cauſam convocatis partibus audiatis, & ſublato appellationis obſtaculo, debito fine terminetis. Si vero publica & manifeſta denunciatione facta, infra quadraginta dies accuſator non apparuerit, vel etiam in probatione defecerit, prædicto archidiacono ſecundum quantitatem infamiæ, qua laborat, purgationem canonicam imponatis: & ea præſtita & recepta, ipſum a nota infamiæ, contradictione & appellatione ceſſante, abſolutum publice nuncietis, & faciatis abſolutum haberi.

### Cap. LXVI. *Idem univerſis ſuffraganeis Cantuarienſis eccleſiæ.*

Cum non ignoretis B. venerabilem fratrem noſtrum Cantuarienſem archiepiſcopum vobis non ſolum metropolitico, ſed etiam jure legationis præeſſe: mirabile ſatis eſt, quod quidam veſtrum, ſicut audivimus, aſſeverare præſumunt, quod idem archiepiſcopus nullam cauſam de epiſcopatibus veſtris, ſive jure legationis, ſive metropoleos, audire debeat, niſi per appellationem factam ad ipſum. Sane licet forte metropolitico jure non debeat cauſam audire de epiſcopatibus veſtris, niſi ad eum per appellationem deferatur: legationis tamen obtentu univerſas cauſas de ipſis epiſcopatibus, quæ per appellationem vel querimoniam aliquorum perveniunt ad audientiam ſuam, audire poteſt & debet, ſicut qui in provincia ſua vices noſtras gerere comprobatur. Mandamus itaque vobis atque præcipimus, quatenus cauſas, quæ de epiſcopatibus veſtris ad eumdem archiepiſcopum perferuntur, ejus judicio relinquatis: nec quemlibet clericum aut laicum veſtræ juriſdictionis de cetero deterrere vel impedire tentetis, quo minus cauſas ſuas ad præfatum archiepiſcopum, ſi voluerint, poſſint transferre.

### Cap. LXVII. *Clemens III. Saguntino epiſcopo.*

Pervenit ad nos, quod in epiſcopatu tuo ſæpe contingat, quod a laico enormis & intolerabilis injuria clerico, multis adſtantibus & videntibus, inferatur, vel plebe præſente in eccleſia, cam diabolicæ fraudis inſtinctu accidit horribiliter humano perfundi ſanguine: & ob hoc injuriantes in cauſam tracti, negant ſe tantum facinus commiſiſſe; & cum læſus illatam ſibi injuriam, eorum teſtimonio qui præſentes extiterunt & viderunt, probare deſideret, ipſimet, licet veritatem cognoverint, contemnunt veritati teſtimonium perhibere. Sicque fit, quod eccleſiaſtica juſtitia deperit, & ordo clericalis vileſcit. Accidit etiam, quod cum plures frequenter in clericos temere violentas manus injiciant, ad ſedem apoſtolicam plurimis nequeunt obſtaculis labore. Et quia ſuper his tua nos fraternitas duxit conſulendos, tuæ conſultationi taliter reſpondemus: quod hi qui de rebus eccleſiaſticis nolunt teſtimonium perhibere, ſi alias veritas nequiverit elici, ad id ſunt per eccleſiaſticam cenſuram compellendi. Si vero clerici paſſi injuriam, veritatem forte aliquorum teſtimonio nequiverint comprobare, licet juxta rigorem canonum unius teſtimonio non ſit ſtandum, tamen juxta conſuetudinem Romanæ eccleſiæ, propter reverentiam clericalis ordinis, ipſorum juramento fidem volumus adhiberi. Illos autem qui valetudine præpediti, pro abſolutionis beneficio ad ſedem apoſtolicam nequeunt laborare, recepto ab eis ſicut moris eſt juramento, poteris abſolvere: ita quod ſanitati priſtinæ, reſtituti, apoſtolico ſe conſpectui repræſentent. Sexui vero fœmineo & pueris ac ſenibus ſuper hoc ſatis te credimus poſſe libere diſpenſare. Eccleſiis inſuper quæ ſanguinis vel ſeminis ſunt effuſione pollutæ, civitatis clericis convocatis, cum proceſſione & aquæ benedictæ adſperſione, prout in ordinario habetur adſcriptum, poteris emundare. De his etiam, qui clericis non enormem, ſed modicam vel levem injuriam irrogaverint, tuæ fraternitatis arbitrio duximus relinquendum.

Sedes apoſtolica conſuevit exhibere ſe petentibus liberalem: ſed quidam ejus gratia nequiter abutuntur, dum quod ipſa de benignitate concedit, ipſi ad malignitatem retorquent. Quidam igitur volentes malignari, in commiſſionibus noſtris minores perſonas propriis nominibus exprimunt, majores vero & digniores ſpecialibus vocabulis non deſignant: ſed eas in generalitate involutas comprehendunt, ut ita facilius commiſſiones impetrent, ſub hac forma: Conqueſtus eſt talis de illo, & quibuſdam aliis propriis nominibus exprimendis, quod ei in tali negotio & aliis graves exiſtunt. Eorum igitur volentes obviare malignitatibus, decrevimus, ut cum in noſtris commiſſionibus minores & viliores perſonæ ſolummodo deſignantur, majores & digniores ſub generali clauſula non intelligantur includi: nec effrænem multitudinem hac occaſione liceat includere, ut de majoribus & minoribus audiantur, qui de minoribus & levioribus tantum faciant mentionem. Si quis vero majores perſonas expreſſerit, ut non velit cum eis experiri judicio, ſed ut deſcendere valeat ad mi-

ANNO CHRISTI 1179.

minores : quia fraus & dolus ei non debet patrocinari, tanquam mendax precator careat impetratis.

LECTORI BENEVOLO BARTHOLOMÆUS Poin, ſalutem.

HÆC ſunt, quæ ex archetypo illo, cujus ſupra mentio fit, lectu adeo difficili, ſummo labore deſcripſimus. Quæ ſi cui grata & utilia fuerint, primum gratias agat Deo, qui horum qualecumque exemplar hucuſque ſervavit ; deinde F. Petro Crab, qui hoc ipſum, ut inter concilia ederetur, procuravit : poſtremo & nobis, quos non piguit, quamquam non deerant qui dehortarentur & abſterrerent, utilitatis publicæ gratia moleſtiæ tantum perferre, ut quæ antehac difficillime legi poterant, jam cuivis lectu facilia redderentur. Ceterum ſi quibus in his locus aliquis intricatior, mutilus, aut minus abſolutus videtur : ii noverint, difficultatem eam ſibi nobiſcum eſſe communem. Neque enim archetypon ipſum adeo terſum fuit, quin & nos aliquoties hæſitare cogeremur. Maluimus autem & te ſubinde nobiſcum hærere, quam conjeciſſe ac mutaſſe quidvis temere videri. Certe in editione hac poſtrema permultis locis mendæ ſublatæ ſunt opera F. Laurentii Surii, & plurima ſuæ integritati reſtituta.

# CONCILIUM LATERANENSE III. OECUMENICUM

*Ab Alexandro III. papa anno 1179. celebratum*

## *ADDITIO.*

An. 1179. Ex Manſi Suppl. Tom. II. pag. 686.

„ CONcilii generalis Lateranenſis III. canones in omnibus paſſim conciliorum collectionibus occurrunt. Addita ſunt veterum ſcriptorum excerpta plura, quibus integrorum actorum defectus utcumque ſuppletur. Unicum mihi poſt meſſis collectos manipulos ſpicilegiumupereſt, Utile tamen & ad plenam concilii ejuſque canonum ſcientiam neceſſarium. Id vero tunc primum dabo, poſtquam nonnulla admonuero quæ ad hunc ſcopum collimant. Ad hoc Lateranenſe concilium delatum fuiſſe Petrum Lombardum Pariſienſem epiſcopum, quod ſcripſerit, Chriſtum ſecundum quod eſt homo, non eſſe aliquid, Baronius & ex illo Binius cæterique ſcripſerunt. Negavit Pagius, eo perſuaſus argumento, quod litteras Alexandri ad Willelmum Senonenſem errorem hunc damnandum edicentes, ( quas litteras Pariſius & ex eo Baronius cum anno habiti concilii illigat ) ante aliquot annos ſcriptas fuiſſe oportet; Willelmus enim jam inde ab anno 1176. Senonenſes inſulas cum Remenſibus commutaverat. Id vero ego quidem admitto de literis illis, quas inter acta concilii Lateranenſis referri nequaquam poſſe conſentio. Verum ad concilium Romanum ſeu Lateranenſe cauſam illam delatam fuiſſe ambigi nequaquam poteſt, id aſſerente eorum temporum ſcriptore, Gualtero priore S. Victoris Pariſienſis in ſuo opere M. S. apud eundem Pagium ad A. 1179. Forte etiam literæ ea de re tunc a Pontifice datæ ſunt ad Walterum non amplius quidem Senonenſem ſed Remenſem archiepiſcopum ; nec illæ aliæ fortaſſe ſunt ab iis, quarum fragmentum legitur in codice decretali, quod extat in appendice ad concilium hoc Lateranenſe parte XLIX. cap. XX. cujus inſcriptio eſt *Remenſi archiepiſcopo*. Has ergo literas tanquam actorum ejus concilii portionem, ut hic referam, eruditi lectores facile permittent.

„ Primo tamen dandam cenſeo epitomen canonum Lateranenſium ex ſcriptore eorum temporum æquali hiſtoriæ Romanorum Pontificum, quam ex M. S. codice Zvvetlenſi produxit P. Pez Anecdot. to. I. part. 111. Is vero author, quem ſub Cæleſtino papa III. ſcripſiſſe non dubito, cum ejus conſecratione relata opus ſuum abſolvat ; alium capitulorum ordinem, numerum canonum minorem exhibet, quin & nonnulla ab editis diverſa aliquando & nova profert. Quæ ſit hujus diſcriminis cauſa eruditi lectores dijudicent, quod ut facilius expediant, brevioribus additis notis, in quibus diſcrepent ab editis, indicabo. Poſt canones addam excerptum ex bulla Clementis papæ III. ad Henricum Bituricenſem archiepiſcopum, quo canonis X. Lateranenſis ſanctio quædam refertur cum additione, quæ in edito canone non legitur. Tertio ſuccedet fragmentum epiſtolæ Alexandri III. ad Remenſem archiepiſcopum de ſententia Petri Lombardi, qua de re ſupra egi. Supplementum hoc claudent Patrum ſubſcriptiones, quas correctiores præ editis omnibus exhibet P. Martene Vet. Mon. tom. VII. pag. 78. Labbeus e vetuſtis ſchedis dederat illas mancas corruptaſque, auctiores ex alio M. S. codice vulgavit Dacherius Spicileg. to. XII. Vet. edit. Illas iterum e M. S. codice S. Victoris Pariſienſis multo correctiores & nonnihil auctas produxit P. Martene Vet. Monu. to. VII. pag. 78. qui & variantia catalogi Dacheriani diligenter adnotavit : Marteniano labore ad illuſtrandum hoc Conciliorum ſupplementum utendum duxi.

## CANONES CONCILII LATERANENSIS III.

*Ex Anonymi Zuvetlenſis hiſtoria Romanorum Pontificum.*

*IN quadrageſima convocatis diverſarum nationum & regionum infinitis epiſcopis & prælatis, ad inſolentias & enormitates, quæ tempore ſchiſmatis excreverant, ſecandas, Romæ ſynodum celebravit, in qua ſynodica capita ſtatuit XIX.* (a)

### I.

Quod ſacerdos dotem eccleſiæ vel decimas alienas (alienans) privandus eſt officio & beneficio. (b)

### II.

Quod nullus clericus vel presbyter habeat plures eccleſias vel canonicas in diverſis partibus. (c)

### III.

Quod clericus (d) ſacerdos manifeſte fornicariæ cohabitans privandus eſt officio & beneficio.

### IV.

Quod nullus epiſcopus debet ordinare clericum niſi ad certum titulum. (e)

### V.

Quod nullus epiſcopus vel archidiaconus debet exactionem habere vel collectas in clericis ſuis. (f)

### VI.

Quod magiſtri ſcholarum non debent aliquid exigere ab iis quibus prædicant verbum Dei. (g)

### VII.

Quod epiſcopus, quando circuit epiſcopatum, non debet habere plures equitaturas quam XXXV. vel tantum XXX.

A archiepiſcopus non plures quam XL. & ſic de cæteris. (h)

### VIII.

Quod ſchiſmatici, qui juraverunt non atroci coactione, non promoveantur. (i)

### IX.

Quod uſurarii excommunicentur; nec ad religionem venientes recipiantur (k) niſi reddantur mala requiſita, ſi poſſunt.

B

### X.

Quod hæretici, ſicut Cattarii, ſive alio nomine Paterini excommunicentur, & ſepultura careant. (l)

### XI.

Quod laici decimationes non habeant. (m)

C

### XII.

Quod nullus clericus inveſtituram ſumat a laico. (n)

### XIII.

Quod non fiat ſacerdos niſi filius legitimus. (o)

D

*Capitula de nigris monachis.*

### I.

Quod nihil debent exigere ab illis qui convertuntur ad religionem. (p)

#### ADNOTATIONES IN SUPRASCRIPTOS CANONES.

(a) In editis ſunt XXVII. Sed forte canon. I. de electione ſummi Pontificis ab Anonymo non ponitur in cenſum.

(b) In editis non legitur.

(c) In editis can. XIII.

(d) Nomine clerici ſacerdotis hic deſignatur clericus in ſacris. Canon iſte eſt in editis XI.

(e) In editis can. V.

(f) In editis can. IV. & VII.

(g) In editis expreſſis verbis non legitur, quanquam & id deducitur ex cap. XVIII. qui tamen non indiſcriminatim omnibus magiſtris vetat ne auditores ſuos pretio doceant; ſed gratis docere eos magiſtros jubet, qui beneficium ab eccleſia, ut id præſtent, accipiunt.

(h) In editis IV. Sed ibi archiepiſcopis conceſſi LX. vel L. equites, epiſcopis XX. vel XXX

(i) Deeſt in editis.

(k) In editis XXV. ſed nihil ibi de vetito ingreſſu in Religionem.

(l) In editis canon. XXVII

(m) In editis can. XIV.

(n) In editis ibidem.

(o) Deeſt in editis.

(p) Hic & tres ſequentes canones unum cum X. in editis conficiunt.

II. Quod

ANNO CHRISTI 1179.

II.

Quod nihil debent habere proprium.

III.

Quod nulla eorum appellatio facta tenet abbatem.

IV.

Quod abbas priorem canonice inſtitutum non poteſt removere ſine conniventia papæ, niſi cauſa cognita. Inter cætera unum ſtatuit de ſchiſmaticis ut deponantur ab ordinibus & beneficiis, ita:
Quod a prædeceſſore noſtro; *ut in edito can. II.*

## *EXCERPTUM E BULLA CLEMENTIS PAPÆ III.*

*In quo de canone Lateranenſi decimo*

Extat in Anecdot. Mart. t. I. p. 630.

CUM in Lateranenſi concilio fuerit generaliter interdictum, ne monachi aut etiam canonici regulares ſinguli in oppidis vel aliis locis popularibus habitent &c.

### NOTA COLLECTORIS.

In editis id edicitur monachis; nihil vero legitur de regularibus canonicis.

## FRAGMENTUM EPISTOLÆ ALEXANDRI III.

*Edicentis, ut propoſitio quædam Petri Lombardi damnetur; e concilio forte Lateranenſi ſcripta Remenſi Archiepiſcopo.*

CUM Chriſtus perfectus ſit Deus & perfectus homo, mirum eſt, qua temeritate quiſquam dicere præſumat, quod Chriſtus non ſit aliquid ſecundum quod homo. Ne autem tanta in eccleſia Dei poſſit nequitia ſuboriri, vel error induci. fraternitati tuæ, &c. quatenus convocatis magiſtris ſcholarum Pariſienſis & Remenſis & aliarum civitatum, authoritate noſtra interdicas ſub anathemate, ne quis de cetero audeat dicere, Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quod homo: quia ſicut Chriſtus eſt verus Deus, ita verus homo, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens.

„ Anonymus ſcriptor Annalium Boſovienſium „ in Eccardi corpor. Hiſtoric. to. I. pag. 1018. „ de rebus in hoc concilio geſtis hæc ſcribit: In media quadrageſima, Romæ, præſidente domino Alexandro papa, concilium eſt habitum cum tribus patriarchis, & archiepiſcopis, epiſcopis & abbatibus, millenarium numerum excedentibus, præter præpoſitorum & clericorum ac laicorum infinitum numerum: ibi multa decreta ſunt promulgata, omnibus ſubſcribentibus; epiſcopi & clerici a ſchiſmaticis ordinati remoti; violenter extruſi ſunt repoſiti. Paſcha pene ab omnibus ibi celebrato dominus papa ſub terminatione anathematis omnibus ad apoſtolicam ſedem intendentibus pacem firmam conſtituit, omneſque cum apoſtolica benedictione dimiſit.

## *SUBSCRIPTIONES,*

*Sive nomina prælatorum qui concilio huic interfuerunt.*

ANno ab incarnat. Dom. MCLXXIX. præſidente ſanctæ Romanæ eccleſiæ SS. papa Alexandro III. pontificatus ejus XX., menſe martio, indictione XI. quinta, ſeptima, & nonadecima die menſis, ſedata jam diſcordia, quæ inter eccleſiam & imperium, occaſione ſchiſmatis per Octavianum hæreſiarcham adverſus prædictum ſanctiſſimum papam introducti, & per ſucceſſores ejuſdem Octaviani, Guidonem Cremenſem & Johannem Strumenſem diutius perdurantis longo tempore invaluerat, prædicto Johanne (*a*) ultimo hæreſiarca, & Friderico Romanorum imperatore, qui huic rei ſe fautorem præſtiterat, ad unitatem matris eccleſiæ redeuntibus, ſedit, præſidente eodem ſummo pontifice Alexandro, ſancta & generalis ſynodus in baſilica Lateranenſi, quæ appellatur Conſtantiniana, trecentorum duorum epiſcoporum, a diverſis mundi partibus convocatorum, quorum nomina ſubtus annexa ſunt.

*De provincia Romana.*

Hubaldus Hoſtienſis epiſcopus.
Hugo Terracenſis (Terracinenſis.)
Joannes Fundanus.
Jonatas Soranus. (*b*)
Zacharias Marſus.
Odalriſius Walvenſis.
Dodo Reatinus.
Formundus (*c*) Verulanus.
Leo Aletrinus.
Rodulfus Ferentinas.
Aſæl Agninus. (*d*)
Petrus Signinus.
Milo Tyburtinus.

Gul-

(*a*) Corrupte in Spicilegio pro *Johanne* legitur *ideſt*.
(*b*) Male in Branenſi codice legitur Fundanus; alioquin duo eodem tempore extitiſſent ejuſdem ſedis epiſcopi. Porro hic Jonathas deſideratur in ſede epiſcoporum Soranorum apud Ughellum, ubi locus eſt vacuus ab anno 1167. ad annum 1221.
(*c*) Dictus etiam Fromundus, Faramundus, & Frajamundus.
(*d*) Sive Anagninus.

Gulfranus Senenſis. (a)
Willelmus Lucenſis.
Petrus (b) Lunenſis.
Rufinis (c) Aſiſinas. (d)
Rainerus (e) Caſtellanus.
Tranſericus (f) Spoletinus.
Offreductus (g) Eugabinus.
Alloderius Gallenſis.
Giſſo (h) Urbinas.
Nicolau[illegible] præthonius. (i)
Jacobus Senogalienſis.
Acceptabilis Camerinenſis.
Jordanus Humanenſis.
Petrus Firmanus.
Rainaldus Eſinus.
Gentilis Auſumanus. (k)
Munaldus Fanenſis. (l)
Joſenlinus Ariminenſis.
Johannes Sutrinus.
Martinus Nepezinus.
Gentius (m) Tuſcanenſis (n)
Petrus civitatis Caſtellanenſis.
Amatus (o) Narnienſis.
Paulus Hortanus.
Petrus Amelinus.
Richardus Urbeventanus.
Gratianus Tudertinus.
Vivianus Peruſinus.
Petrus Caſtrenſis.
Leo Cluſinus.
Martinus Groſetanus.
Paulinus Sunenſis. (p)
Petrus Piſaurenſis. (q)
Julius Florentinus.
Lamfrancus Felculanus.
Tedaldus (r) Placentinus.
Stephanus Monopolitanus.
Anſelmus Melitenſis. (s)
Radulphus Nelſenſis S. Martii.

( Eugubinus ) *Deeſt hic in Ughellio. Sempronienſem emendat Lab. ſed non eſt provinciæ Romanæ*

A

*De Provincia Capuana.*

Alphanus (t) Capuanus archiepiſcopus.
Petrus Theanenſis. (u)
Rainaldus Benefranus.
Rainaldus Aquinas.
Herveus Sueſſanus.
Porfirius Caſertanus.

*De provincia Amalfitana.*

Dionyſius Amalfitanus archiepiſcopus.
B Joannes Licturenſis (x) epiſcopus.
R. Avellenſis. (y)

*De provincia Neapolitana.*

Sergius Neapolitanus archiepiſcopus.
Bernardus Nolanus epiſcopus.
Bartholomæus Aceranus. (z)
Petrus (aa) Inſulanus

*De provincia Salernitana*

C Romoaldus (bb) Salernitanus archiepiſcopus.
Arnulfus Caputaquenſis (cc) epiſcopus
Johannes Marſicanus.
Petrus Aenenſis (dd)
Johannes Sarnengis. (ee)

*De provincia Beneventana.*

Balduinus Aliſanus (ff) epiſcopus
Petrus Teleſinus.
Potio (gg) Triventinus.
D Andreas Bozanenſis. (hh)
Alarſius (ii) Gardianus.
Gaufridus Termulanus. (kk)

Petrus

(a) Corrupte in Spicil. Sunenſis.
(b) Hic emendandus videtur Ughelius, qui Petri pontificatum ad annum 1183. rejiciens, ait Alexandrum epiſcopum Lunenſem interfuiſſe anno 1179. concilio Lateranenſi, eique ſubſcripſiſſe inter epiſcopos provinciæ Ravennatenſis. Verum neque in Branenſi neque in Victorino codice ullus inter epiſcopos provinciæ Ravennatenſis reperitur Alexander epiſcopus Lunenſis, ſed Juvenſis, ut in Victorino, aut Lurenſis, ut in Branenſi.
(c) Hic iterum hallucinatur Ughellus, qui in ſerie epiſcoporum Aſſiſienſium pro Ruffino hoc loco collocat Petrum, quem ait interfuiſſe concilio Lateranenſi: verum Petrus ille non Aſſiſienſis ſed Lunenſis fuit epiſcopus. Ita Martene; ſed in nova Ughellii editione error emendatus eſt.
(d) Spic. Aſiſinas.
(e) Spic. Raimerus.
(f) Spic. Raſiſericus Sopolentinus.
(g) Dictus etiam Offredus & Offreduccius.
(h) Spic. Giuſſo.
(i) Spic. Simphonius.
(k) Spic. Auſumanus.
(l) Spic. Mimaldus.
(m) Spic. Cenſius.
(n) Ex hac ſubſcriptione caſtigandus venit Ughellus, qui in ſerie epiſcoporum Viterbienſium ait, nullum eo tempore extitiſſe Tuſcanenſem epiſcopum.
(o) Hujus loco ſubſtituitur in Italia Sacra Matzius.
(p) Spic. Funenſis.
(q) Spic. Piſcarienſis.
(r) Spic. Tedbaldus.
(s) Spic. Methenſis
(t) Spic. Palphanus.
(u) Spic. Themenſis.
(x) Spic. Lictrenſis.
(y) Spic. uno verbo Ravellenſis.
(z) Spic. Achanus.
(aa) Omiſſus in Italia ſacra.
(bb) Spic. Rainaldus, melius Romualdus, cujus chronicon habes apud Muratorium.
(cc) Spic. Capreaquenſis.
(dd) Eunenſis
(ee) Spic. Sernenſis.
(ff) Spic. Aliſanus
(gg) Spic. Petio.
(hh) Spic. Boravenſis.
(ii) Spic. Alaſius.
(kk) Spic. Termilanus.

Petrus Larinenſis.
Robertus Civitatenſis.
Nicolaus Dracozanenſis. (*a*)
Robertus Florentinenſis.
Rofridus Monticorbinenſis. (*b*)
Rainaldus Luterinus
Johannes de Monte-maran.
Johannes Aſculenſis.
Bartholomæus Arranenſis.
Jaquintus Frequentinus.
Rogerius Vicenſis.

*De provincia Sipontina.*

Gerardus Sipontinus archiepiſcopus. (*c*)
Simeon Veſtanus epiſcopus.

*De provincia Tranenſi.*

Amandus Vigilienſis epiſcopus. (*d*)
Richardus Andrenſis.

*De provincia Barenſi.*

Rainaldus Barrenſis archiepiſcopus.
Johannes Botuntinus (*e*) epiſcopus.
Majo Catharenſis.
Paulus Salpitanus.
Arpinus Paliniacenſis.
Caſiſus (*f*) Cuperſanenſis.
Rao Bithecenſis. (*g*)
Joannes Melficenſis.
Johannes (*h*) Cannenſis.
Johannes Lavellanus.

*De provincia Brundiſina.* (*i*)

Willelmus Brundiſinus archiepiſcopus.

*De provincia Idrontina.*

Jonathas Idrontinus (*k*) archiepiſcopus.

Petracius (*l*) Litienſis Caſtrenſis.

*De provincia Tarentina.*

Baſilius Tarentinus archiepiſcopus.

*De provincia Archerontina.* (*m*)

Petrus Venuſinus (*n*) epiſcopus.

A Johannes Potentinus.
Robertus Tricharicenſis. (*o*)
Robertus Gravinenſis.
Robuam (*p*) Anglonenſis.

*De provincia Coſana.* (*q*)

Ruffus Cuſentinus archiepiſcopus.
Michael Mathuranenſis.

*De provincia Regina.*

Thomas Reginenſis archiepiſcopus.
Guido Neocaſtrenſis epiſcopus.
Philippus Crotonias Græcus.
Leratinus (*r*) epiſcopus Græcus.

B

*De provincia S. Severini.* (*s*)

Peregrinus (*t*) Embriacenſis (*u*) epiſcopus.
Perentinus (*x*) Strumbinus.

*De provincia Siciliæ Meſſanenſis.*

Nicolaus Meſſanenſis archiepiſcopus.
Guido Cephaledienſis epiſcopus.

C

*De provincia Orientis Phœnicis.*

Willelmus Tyrenſis (*y*) archiepiſcopus.
Jocius Aconenſis epiſcopus.
Romanus Tripolitanus.

*De provincia Cœleſyriæ.*

V. Gambulenſis (*z*) epiſcopus.

*Provincia Palæſtinæ ſecunda.*

Heraclius Cæſarienſis archiepiſcopus.
Radulfus Sebaſtenus.

*Provincia Palæſtinæ Prima.*

D Petrus Jeroſolymitanenſis eccleſiæ prior loco Patriarchæ.
Albertus Bethleemitanus. (*aa*)

*Provincia Piſana.*

Hubaldus Piſanus archiepiſcopus.
Saganenſis epiſcopus de Corſica. (*bb*)

De

(*a*) Spic. Dracoranenſis.
(*b*) Hic deſideratur in Spicilegio.
(*c*) Hic & ſequens epiſcopus deſiderantur in Spicilegio.
(*d*) Hic & ſequens in Spicilegio collocantur ſub provincia Sipontina.
(*e*) Spic. Botintinus.
(*f*) Spic. Caſinus.
(*g*) Spic. Briecenſis.
(*h*) Hic corrigendus venit Ughellus, qui hunc Johannem ſubjicit Bonifacio Cannenſem eccleſiam adhuc adminiſtranti anno 1187. quo privilegium ab Urbano III. obtinuit, atque Johannem anno ſequenti interfuiſſe concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. qui ante ſeptem annos diem objerat ſuum.
(*i*) Spic. Brundeſiciæ.
(*k*) Spic. Hidrotinus.
(*l*) Spic. Peturejus, dictus etiam ab Ughello Penetranus.
(*m*) Spic. Veroſinæ.
(*n*) Spic. Veroſinus.
(*o*) Spic. Tritacenſis.
(*p*) Spic. Roboam.
(*q*) Spic. Cuſentinus.
(*r*) Spic. Eterantinus.
(*s*) Spic. Sicilias Meſſanenſis.
(*t*) Spic. Pegrinus.
(*u*) Sive Umbriaticenſis.
(*x*) Spic. Jerenus.
(*y*) Spic. Tyrenenſis.
(*z*) Spic. Glambelepcenſis.
(*aa*) Spic. Bullemitanus.
(*bb*) Spic. Corſina.

ANNO CHRISTI 1179.

*De Provincia Turrenſi (a) Sardiniæ.*

Johannis Adarenſis. (b)
Cometa Ampurienſis. (c)

*Provinciæ Janunenſis.*

Hugo Januenſis archiepiſcopus.
Lodius Martinenſis. (d)

*Provinciæ Ravennatis.*

Girardus Ravennas archiepiſcopus.
Bernardus Parmenſis.
Albericus Reginus.
Arditio Mutinenſis.
Johannes Bononienſis. (e)
Henricus Cornolienſis. (f)
Johannes Faventinus. (g)
Alexander Juvenſis. (h)
Lamfredus Pompilienſis.
Leonardus Cæſanas. (i)
Gabriel Adrienſis. (k)
Alericus (l) Bobienſis.

*Provinciæ Mediolanenſis*

Algiſus (m) Mediolanenſis archiepiſcopus.
Johannes Bricienſis epiſcopus.
Galo (n) Bergamenſis.
Umfredus (o) Cremonenſis.
Albericus Laudenſis.
Obertus Terdonenſis.
Hubertus Aquenſis.
Guido (p) Saonenſis.
Lauterius Albiganenſis.
Stephanus Vigintimilienſis.
Milo Taurinenſis.
Garmarus (q) Ipporienſis.
Bonifacius Novarienſis.

*De Provincia Aquilejenſi.*

Garſentinus Mantuanus.
Anſelmus Cumanus.
Gerardus Paduanus.
Salomon Tridentinus.

*Provinciæ Venetiæ.*

Henricus Gradenſis Patriarcha.

A Marinus Glogenſis (r) epiſcopus.
Leonardus Trecellenſis (s) epiſcopus.

*De Provincia Jadarenſi. (t)*

Andreas Albenſis archiepiſcopus,
Lamfredus Abſarenſis,
Drobo Vigilenſis. (u)

*De provincia Spaletenſi. (x)*

Rainerius Spaletenſis archiepiſcopus.
Matthæus Nonenſis epiſcopus.
Michael Scardonenſis (y)

B *Provinciæ Remenſis.*

Willelmus Remenſis archiepiſcopus.
Nevelo Sueſſionenſis epiſcopus
Theobaldus Ambroſianus epiſcopus.
Reinoldus (z) Noviomenſis.
Rogerius Laudunenſis.
Deſiderius Morinenſis.
Rogerius Cameracenſis.

*De provincia Rotomagenſi.*

Egidius Ebroicenſis epiſcopus.

*Provinciæ Senonenſis.*

C Guido Senonenſis archiepiſcopus.
Joannes Carnotenſis.
Simon Meldenſis
Matthæus Trecenſis
W Antiſſiodorenſis.
Obaldus Nervernenſis (aa)

*Provinciæ Bituricenſis.*

Guarinus Bituricenſis archiepiſcopus.
Girardus Caturcenſis.
Seibrandus Lemovicenſis.

*Provinciæ Turonenſis.*

D Radulfus Andegavenſis epiſcopus.
Gaufridus Briocenſis.
Eudo Lehonenſis.

Pro-

(a) Spic. Currenenſi.
(b) Spic. Adarenenſi. Legendum Andarenſis in Sardinia matth. Sard. Sac. p. 212.
(c) Spic. Apurienſis.
(d) Spic. Joſephus Maranenſis epiſcopus de Corſica. Neque Joaphus, neque Lodius locum habent in Italia Sacra. Ita Mart. ſed fallitur, nam Lodius ſubſcripſiſſe conc. Later. ibid. legitur.
(e) Omiſſus in Spicilegio.
(f) Spic. Cornelienſis.
(g) Spic. Faventinus.
(h) Spic. Luſenſis.
(i) Spic. Cæſarias.
(k) Spic. Arienſis.
(l) Ab Ughelio in Italia Sacra prætermiſſus.
(m) Spic. Algeſius.
(n) Gaula appellatus in Italia Sacra.
(o) Spic. Vinfredus.
(p) Spic. Guigo.
(q) Spic. Gannarus, apud Ughellum dictus Germanus ſeu Goemanus.
(r) Spic. Glogenenſis.
(s) Spic. Tercellenſis.
(t) Spic. Ladarenſi.
(u) Spic. Viglenſis.
(x) Deeſt hic titulus in Spicilegio, ſed ſine ulla diſtinctione legitur Renerus Spaliteuſis archiepiſcopus.
(y) Spic. Sardonenſis.
(z) Spic. Reinaldus.
(aa) Spic. Navernenſis, lege Nivernenſis.

ANNO CHRISTI 1119.

*Provinciæ Burdegalenſis.*

W. Burdegalenſis archiepiſcopus.
Johannes Pictavenſis epiſcopus.
Ademarus Santonenſis.

*Provinciæ Auxitanæ.* (a)

Arſius Convenarum epiſcopus.
Bernardus Olorenſis. (b)
Ademarus Bajonenſis.
Garſias Vaſatenſis.
Arnaldus Bigoritanus. (c)
W. Aquenſis.

*Provinciæ Narbonenſis.*

Pontius Marbonenſis archiepiſcopus.
Johannes Magalonenſis epiſcopus.
Raimundus Uticenſis.
Bernardus Biterrenſis.
Otho (d) Tercacenſis.

*Provinciæ Bracarenſis.*

Johannes Lucenſis.
W. Elenenſis.

*Provinciæ Arelatenſis.*

Raimundus Arelatenſis archiepiſcopus.
Fulco Maſſilienſis.
Pontius Gabilonenſis. (e)
Petrus Avinionenſis.
W. Tricaſtrinus.
Petrus Tolonenſis.

*Provinciæ Aquenſis.*

Bernardus archiepiſcopus Aquenſis. (f)
Petrus Aptenſis.
Henricus (g) Regenſis.
Bermundus (h Seſtrenſis.

*Provinciæ Ebredunenſis.*

Petrus Ebredunenſis archiepiſcopus.
Fulco Antipolitanus.
Raimundus Glaudetenſis. (i)
W. Vincienſis.

*Provinciæ Viennenſis.*

Robertus Viennenſis Archiepiſcopus.
Odo Valentinus.
Robertus Dienſis.
Joannes Gratianopolitanus.
Artutius (k) Gebennenſis.
Lambertus Maurianenſis.

*Provinciæ Darentaſienſis.*

Aimo Darentaſienſis archiepiſcopus.
Cono Serdinenſis.

A

*De Provinciæ Lugdunenſi.*

Engebertus Gabilonenſis epiſcopus.

*De Provinciæ Biſontina.*

Rogerius Lauſanenſis epiſcopus.
Rainaldus (l) Bellicenſis.

*Provinciæ Terragonenſis.*

Berengarius (m) Terragonum archiepiſcopus
Raimundus Gerundenſis. (n)
Bernardus Barchinonenſis.
Petrus Auſonenſis.

B

Pontius Bertoſanus. (o)
Bergarius Ylerdenſis.
Arnaldus Urgellenſis
Stephanus Oſcenſis:
Ruinenſis. (p)
Petrus Pampilonenſis.
Rodericus Calagoritanus.

*Provinciæ Toletanæ.*

Celebrinus Toletanus archiepiſcopus.
Raimundus Palentinus (q) epiſcopus

C

Gonſaldus Sogobienſis.
Michael Olxumenſis (r)
Odelricus Sequentinus.

*Provinciæ Compoſtellanæ.*

Petrus Compoſtellanus archiepiſcopus
Santius Abulenſis.
Petrus Civitatis Roderici;

*De Provinciæ Trevirenſi.*

Arnaldus Trevirenſis archiepiſcopus.
Fredericus Metenſis.

D

*Provinciæ Colonienſis.*

Radulphus Leodienſis epiſcopus. (s)

*Provinciæ Maguntinæ.*

Chriſtianus Maguntinus archiepiſcopus.
Otho (t) Babebergenſis epiſcopus.
Arduicus Aguſtenſis.
Bertholdus Conſtancienſis.
Olricus Spirenſis
Goradus Garmatienſis. (u)
Ulricus Curienſis.

E

*De Provinciæ Madeburgenſi.*

Odo (x) Citenſis epiſcopus.
Sifridus Brandeburgenſis. (y)
Martinus Miſinenſis.

*De Provinciæ Salſeburgenſi.*

Conradus Salſeburgenſis (z) archiepiſcopus.
Coronatis Ponenſis. (aa)

Theo-

(a) Spic. Anticanæ. (b) Spic. Clorenſis. (e) Spic. Gabellionenſis.
(c) Spic. Bignitanus. (d) Spic. Odo. (h) Spic. Bermerdus Seſterenſis.
(f) Spic. Rainardus. (g) Spic. Henricus. (l Spic. Rantaldus.
(i) Spic. Glatenſis. (k) Spic. Albicius. (o) Spic. Dertoſanus. (p) Spic. Hugo Rutenenſis.
(m) Bernardus. (n) Gerdenſis. (s) Spic. Leodinenſis.
(q) Spic. Paletinus. (r) Spic. Oximenſis.
(t) Spic. Odo Bambergenſis. (u) Spic. Guamarcienſis.
(x) Spic. Odo Ciſtenſis epiſcopus. (y) Spic. Branderburgenſis.
(z) Spic. Staburgenſis. (aa) Spic. addit Epiſcopus.

ANNO CHRISTI 1179.

☞ Theobaldus (a) Pataviensis.

*Provinciæ Bremenſis.*

Bernoz Virinenſis (b) epiſcopus.

*Provinciæ Daniæ.*

Omerus Burgalenſis epiſcopus.

*Inſulæ Angliæ (c) provinciæ Cantuarienſis.*

Robertus Herfodenſis epiſcopus.
Rainaldus Batthonienſis. (d)
Johannes Norvicenſis.
Adam de ſancto Aſaph.
Richardus (e) Menevenſis.

A *Item in Anglia provinciæ Eboracenſis.*

Hugo Dunelmenſis epiſcopus.

*Provinciæ Scotiæ.*

Gregorius Roſenſis epiſcopus.

*De inſula Hiberniæ.*

Catholicus Tuaimenſis (f) archiepiſcopus.
Laurentius Dublinenſis archiepiſcopus.
Conſtantinus epiſcopus de Quilldalina. (g)
Bricius Lunbrienſis. (h)
Auguſtinus Guaterfordenſis. (i)
Felix epiſcopus Leſmonienſis.

*De Ungaria.*

Andreas Bahaſinenſis archiepiſcopus.

ANNO CHRISTI 1180.

# ☞ LEMOVICENSE CONCILIUM

*In qua ſententia Henrici Albanenſis epiſcopi, & apoſtolicæ ſedis legati, lata anno MCLCCCII, adverſus abbatem S. Severi in gratiam Burdigalenſis monaſterii S. Crucis, anno 1180. habitum.*

Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 701. Extat apud Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 81. ex archivo S. Crucis Burdig.

HEnricus Dei gratia Albanenſis epiſcopus, B apoſtolicæ ſedis legatus, dilectis in Chriſto filiis Arnaldo abbati, & fratribus S. Crucis Burdegalenſis ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Cauſam quæ inter vos & abbatem S. Severi, ejuſque monaſterium, ſuper eccleſiam S. Mariæ de Solaco vertebatur, dominus Alexander papa tertius ſub certa forma nobis commiſit, appellatione remota, terminandam. Nos itaque mandatum apoſtolicum exequi volentes, partem utramque ad noſtram præſentiam convocavimus, diem in octabis nativitatis S. Johannis aſſignantes. Ad quam diem cum tu, dilecte fili abbas C ſanctæ Crucis, ad caſtrum Delcura, quod in Albigienſi epiſcopatu eſt, ad noſtram præſentiam paratus & inſtructus veneris, abbas S. Severi nec venit, nec reſponſalis pro eo aut pro monaſterio ſuo comparuit, qui cauſam vellet ſubire, licet ipſius actores eſſent, & cauſam eamdem coram Rom. pontif. ſuſcitaſſent. Tamen abbas de Altoponte & duo clerici ſine litteris abbatis vel capituli venerunt, qui dicentes ſe ab abbate S. Severi tranſmiſſos, allegaverunt eum gravi ægritudine detentum, quare ad diem aſſignatam non veniſſet. Verum fidem ſuper his nobis nullam fecerunt. Et licet tu, ſanctæ Crucis abbas, D per advocatos tuos expenſas tibi adjudicari propter defectum adverſæ partis inſtanter poſtulares; tamen tam quæſtionem expenſarum, quam totam cauſam duximus protelandam; diem utrique parti peremptoriam aſſignantes octabam nativitatis S. Mariæ. Ad quam diem apud Anicium, ad nos tu nihilominus paratus & inſtructus teſtibus & inſtrumentis, cum multa difficultate laborum, & expenſarum veniſti, nec pars S. Severi venit, nec reſponſalis apparuit, qui E pro eo vel ſaltem cauſam abſentiæ allegaret. Sed cum te per plures dies detenuiſſemus, adverſarios tuos expectantes, rationes & allegationes tuas, tam ſuper cauſa principali, quam ſuper quæſtione expenſarum, per advocatos tuos proponens, ut diffinitivam de omnibus daremus ſententiam, inſtanter poſtulaſti. Nos vero cum venerabilibus fratribus noſtris Pictavienſi, Anicienſi, Magalonenſi & Lodovenſi epiſcopis, aliiſque perſonis in utroque jure peritis, quæ nobis aſſiſtebant, conſilio habito, abbatem & monaſterium ſancti Severi tibi condemnavimus in expenſas, quas feciſti pro cauſa ad eumdem terminum proſequenda. Et licet major pars aſſeſſorum noſtrorum in eo conveniret, quod totam cauſam diffiniremus, quia diem peremptoriam aſſignaveramus. Et quia pars ſancti Severi, quæ monaſterium ſanctæ Crucis traxerat in cauſam, contumaciter abſens videbatur, cum nec reſponſalis ejus abſentiam excuſans, appareret; tamen eamdem partem manſuetius portantes, aliam diem peremptoriam aſſignavimus in octabis Kalendarum Decembris, credentes quod in eadem terra tunc eſſemus, & ibi plenius de cauſa nobis poſſet liquere. Sane ad eam diem apud Vaſatum, ubi venerabiles fratres noſtri Auxitanus archiepiſcopus & ſuffraganei ſui, & prælati ejuſdem provinciæ ad concilium quod ibi celebravimus convenerant, ambæ partes coram nobis præſentes fuiſtis. Et abbas ſancti Severi pro ſe & monaſterio ſuo cauſam per advocatos ſuos movens, aſſeruit, quod olim cum monaſterium S. Severi per priorem & monachos ſuos eccleſiam S. Mariæ de Solaco in pace poſſideret, a monachis S. Crucis Burdegalenſis exinde per violentiam fuerunt expulſi, & ſuper eadem expulſione coram Romanis pontificibus & in ſynodis multas fecerant proclamationes, & in jus litteræ fuerant conteſtati. Quare poſſeſſionem ejuſdem eccleſiæ ſibi reſtitui poſtulaverunt. Ad quod per advocatos tuos reſpondens, tam violentiam, quam

(a) Spic. Thebaldus Patainenſis. (b) Spic. Virrenſis.
(c) Spic. Provinciæ Angliæ. (d) Spic. Barovienſis.
(e) Spic. Petrus. (f) Spic. Terconenſis. (g) Spic. de Culerne.
(h) Spic. Lumbrenſis. (i) Spic. Guaterfundenſis.

ANNO CHRISTI 1180.

quam expulſionem, & proclamationes, & litis conteſtationes conſtanter negaſti: ſed eccleſiam de Solaco monaſterio S. Crucis per Amatum quondam Olorenſem, & Hugonem Dienſem epiſcopos, tunc apoſtolicæ ſedis legatos, in concilio quod Burdegalæ celebraverunt, & poſtmodum per papam Paſchalem tibi adjudicatam fuiſſe, aſſeveraſti. Quarum ſententiarum munimenta præ manibus dixiſti habere. Addidiſti etiam, quod poſt ipſas ſententias, non ſolum per quadraginta annos eccleſia ſanctæ Mariæ de Solaco a monaſterio ſanctæ Crucis in pace poſſeſſa fuerat & obtenta; ſed ultra quam hominum memoria extaret. Sed ante omnia volebas tibi reſtitui expenſas, quas tibi apud Anicium adjudicaveramus. Cumque ſuper his hinc inde diu diſputatum fuiſſet, & propter mutuas inficiationes de facto nobis minime conſtaret; præcepimus utrique parti, ut teſtes ſuos produceret ad ſuam intentionem probandam. Ubi abbas ſancti Severi quatuor teſtes produxit, & tu conſequenter quamplures. Quibus productis, abbas ſancti Severi pro aliis teſtibus producendis inducias poſtulavit; allegans per machinationem & metum abbatis ſanctæ Crucis teſtes ſuos ſibi fuiſſe ſubductos. Sed quamvis hoc, tu abbas ſanctæ Crucis, conſtanter negares, allegans quod poſt duos dies peremptorios ſibi aſſignatos induciæ ulterius non eſſent dandæ; tamen alium diem peremptorium aſſignavimus, tertiam diem poſt Epiphaniam, ita quod tunc ad ſententiam plenarie hinc inde veniretis inſtructi. Ad eamdem diem cum ambæ partes ad noſtram præſentiam Santonas veniſſetis, pars abbatis S. Severi prædictam ſubductionem teſtium a te, abbas S. Crucis, ſibi factam conſtanter iterato allegavit; & ſuper hoc monachum quemdam & duos ſervientes ſuos teſtes produxit; quibus præſtito juramento receptis, & diligenter examinatis, cum de facto minime convenirent, & viles & ſuſpecti eſſent, nullam nobis in hac parte fidem fecerunt. Verum, licet tu & advocati tui atteſtationes publicari & ſententiam dari poſtularetis, & conſilium noſtrorum eſſet aſſeſſorum, quod id ageremus; tamen ſacramento in quarta monachorum manu ab abbate S. Severi ad ipſius oblationem ſuſcepto, quod dilationem, prout videbatur, malitioſe non requireret, atque ad diem quam ſibi aſſignaremus, ſine ſubterfugio de cauſa ipſa ſententiam noſtram reciperet, & quod eam obſervaret ac faceret a fratribus ſuis inviolabiliter obſervari; ad convincendam omnem malitiam, quartum diem peremptorium, tertiam ſequentis Quadrageſimæ Dominicam, ei aſſignavimus, & teſtes quos ſibi ſubtractos aſſerebat, ſub excommunicationis pœna per litteras noſtras diſtricte commonuimus, ut ſuper cauſa eadem perhiberent teſtimonium veritati. Et interim perſonis ab ipſis partibus electis, teſtium ipſorum commiſimus receptionem. Termino ſiquidem aſſignato, ambæ partes ad noſtram præſentiam apud Lemovicas, ubi concilium de prælatis Bituricenſis & Burdegalenſis provinciarum celebravimus, inſtructi acceſſiſtis, & tres teſtes juratos abbas S. Severi produxit. Quibus receptis & examinatis, de aſſenſu utriuſque partis publicavimus atteſtationes, cumque atteſtationes ipſas partes conſcripſiſſent, & ſuper eis diu diſputaſſent, pars S. Severi poſtulavit alias iterum inducias ſibi dari, ad producendos teſtes de interruptione quietæ & longiſſimæ poſſeſſionis, quam de prædicta eccleſia de Solaco pars S. Crucis per multos teſtes ſe habuiſſe videbatur probaſſe. Ad quod advocati tui, abbas S. Crucis, reſponderunt, quod nulla penitus dilatio foret inde ulterius concedenda, cum jam quatuor peremptorias dilationes, præter omnem juris formam, præſertim cum abbas & fratres ſancti Severi actores eſſent, eis conceſſiſſemus, & violentam expulſionem, & ſecutam poſſeſſionis interruptionem inter primos litis congreſſus ſuiſſent conteſtati, & ſuper violentia & interruptione teſtes, quorum atteſtationes erant publicatæ, producti eſſent & examinati. Id etiam contra teſtes abbatis S. Severi addiderunt, ſcilicet quia quidam eorum de auditu tantum factæ violentiæ & interruptionis teſtificati erant, non quod ipſi fieri vidiſſent. Alii quidam, qui ſe violentiam vidiſſe teſtabantur, & vacillabant; & in atteſtationibus ſuis ita contrarii ad invicem erant, quod eorum teſtimonia omnino repellenda erant & contemnenda, & propterea quia in probatione violentiæ defecerant, non erant admittendi ad probationem interruptionis quam proteſtabantur, violentiam, quam probare non potuerant, fuiſſe ſubſecutam. Nec non Amati quondam Olorenſis epiſcopi, tunc apoſtolicæ ſedis legati, privilegium ejuſdem ſigillo ſignatum nobis tradidiſti, in quo continebatur, quod coram ſe & Hugone Dienſi epiſcopo, qui ſimiliter legatus erat, in concilio quod apud Burdegalam celebrarunt, in quo Burdegalenſis, Auxitanus, Turonenſis, & Dolenſis archiepiſcopi cum ſuffraganeis ſuis reſidebant, inter Arnaldum Trencardi olim abbatem S. Crucis, & Arnaldum ſancti Severi, ſuper jam dicta eccleſia S. Mariæ de Solaco quæſtio ventilata fuit; & ad ultimum ita definita, quod cum in ipſo Burdegalenſi concilio multis teſtificationibus canonicis probatum fuiſſet Gregorium abbatem prædeceſſorem ipſius Arnaldi S. Severi, Romæ coram Alexandro papa de injuria quam faciebat Arnaldo abbati S. Crucis de eccleſia S. Mariæ de Solaco, adeo convictum fuiſſe, quod ipſe abbas Gregorius in manu ejuſdem Romani pontificis eccleſiam ipſam dimiſit, firmiter promittens ſe ipſam non amplius invaſurum. Et quod idem papa Alexander præfatum Arnaldum abbatem S. Crucis, de eadem eccleſia S. Mariæ reinveſtiſſet; ipſi Arnaldo S. Crucis abbati & ſucceſſoribus ſuis, apoſtolica & concilii fultus auctoritate, eccleſiam S. Mariæ de Solaco, cum omnibus ad eam pertinentibus perpetuo jure poſſidendam adjudicavit, & eum exinde reveſtivit, & privilegium ſigillo ſuo impreſſum exinde ſibi fecit. Porrexiſti etiam nobis privilegium Urbani papæ, in quo eadem ſententia expreſſe confirmabatur. Præſentaſti & aliud privilegium Paſchalis papæ, in quo manifeſte declaratur, quod cum inter Suavium S. Severi abbatem, & Fulconem S. Crucis abbatem ſuper eadem eccleſia S. Mariæ de Solaco, in Lateranenſi palatio iterato querela fuiſſet advecta, & coram eodem papa diu agitata, relectis inſtrumentis utriuſque eccleſiæ, ac diligentius indagatis ab epiſcopis & preſbyteris cardinalibus, qui præſentes aderant, judicatum fuiſſe, præfatam diffinitionem, quæ in Burdegalenſi concilio, ſupra memorato, facta fuiſſet, perpetuum debere robur obtinere: atque idem Paſchalis papa eamdem diffinitionem ſua firmans aſſertione, ſcripto apoſtolico ſancivit ſæpefatam eccleſiam Beatæ Mariæ de Solaco, ſicut diffinitum fuerat, a S. Crucis monaſterio quiete in perpetuum poſſideri; & eodem ſcripto prohibuit, ne ex tunc clamor inde aliquis audiretur. Auditis itaque utriuſque partis rationibus & allegationibus & atteſtationibus, atque inſtrumentis diligentius inſpectis & ſufficienter intellectis, & habita plenaria deliberatione cum venerabi-

ANNO CHRISTI 1180.

rabilibus fratribus noſtris S. Lemovicenſi epiſco-
po, G. Autiſiodorenſi electo, abbate S. Martia-
lis, aliiſque pluribus perſonis honeſtis, & in di-
vino & humano jure peritis, de communi eo-
rum conſilio, cum nobis conſtaret per multos
teſtes juratos, contra quos nihil dicebatur, ec-
cleſiam S. Mariæ de Solaco a monaſterio S. Cru-
cis, per prædictam Amati olim Olorenſis & Hu-
gonis olim Dienſis epiſcoporum, & apoſtolicæ
ſedis legatorum ſententiam, & Urbani papæ con-
firmationem, & Paſchalis papæ deciſionem, non
ſolum per quadraginta annos, ſed etiam per ſe-
ptuaginta & plures quiete poſſeſſam fuiſſe, ne-
que de violenta ejectione, quam abbas S. Severi
allegaverat, præter teſtium ſuorum vacillatio-
nem, contrarietatem & ſuſpicionem, fides nobis
aliqua facta fuiſſet, licet quatuor dies perempto-
rios ad teſtium productionem ei aſſignaviſſemus,
A & nullam concedendam ſibi amplius dilationem
cognoſceremus; conſiderata forma commiſſionis,
quam de eadem cauſa dominus Alexander papa
tertius nobis injunxerat, abbatem & monaſterium
S. Crucis ab impetitione abbatis & monaſterii
S. Severi ſuper eccleſia ſanctæ Mariæ de Solaco
per ſententiam abſolvimus diffinitivam, & eam-
dem accleſiam ab abbatibus & monaſterio ſanctæ
Crucis, ſine inquietatione abbatum & fratrum
ſancti Severi, adjudicavimus perpetuo poſſiden-
dam; abbatibus & monaſterio ſancti Severi ſu-
per repetitione ipſius eccleſiæ perpetuum ſilen-
tium imponentes.

Datum apud Pictavim per manum Raymundi de Capella, ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſubdiaconi, anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXII. Kalendis Aprilis.

ANNO CHRISTI 1180.

# CONCILIUM TARRACONENSE

## PRÆSIDE BERENGARIO EIUS SEDIS

### Archiepiſcopo anno Domini MCLXXX.

Ex Aguirre Concil. Hiſpan. p. 395.

ANno 1180. Berengarius Archiepiſcopus Tarraconenſis Concilium celebravit apud Tarraconem cum Epiſcopis, & Clericis ſuæ provinciæ, in quo decretum fuit, ut deinceps annus Domini poneretur in publicis inſtrumentis. Nam antea vulgo ſolebant tempora notare per annos Regum Francorum. Quod diſerte obſervatum eſt in veteri Codice Mſ. monaſterii Rivipullenſis, in quo ita ſcriptum eſt: *De Feſto S. Joannis Baptiſtæ uſque ad diem S. Lucæ celebratum fuit con-* B *cilium apud Tarraconem B. Tarraconenſi Archiepiſcopo: cujus conſilio annus Domini inſtitutus eſt inſcribi in omnibus chartis per totum Archiepiſcopatum. Tunc vero currebat annus 1180. Mutantur anni Francorum in feſto S. Joannis Baptiſtæ.* Ideſt, mutatur ritus computandi per annos Regum Francorum, quem ritum apud Tarraconenſes ad id uſque tempus uſitatum fuiſſe ex variis actis intelligimus.

ANNO CHRISTI 1181.

ANNO CHRISTI 1181.

# CONCILIUM AQUILEJENSE.

*Quo Aquilejenſes canonici ad vitæ communionem rediguntur, a Voldarico Aquilejenſi Patriarcha,*

*anno* 1181. *celebratum.*

Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 706.

*VOldaricus Aquilejenſis patriarcha, & apoſtolicæ ſedis legatus canonicos ſuos ad commune vitæ inſtitutum reducturus pleno Suffraganeorum concilio probandum conſilium ſuum exbibuit. Extant apud de Rubeis in Monum. Eccl. Aquilejenſ. cap. 64. pag. 621. conſtitutiones in eam rem ſancitæ, eaſque tamquam portiones actorum bujus concilii bic promendas cenſeo.*

Voldaricus Dei gratia ſanctæ Aquilejenſis eccleſiæ patriarcha, apoſtolicæ ſedis legatus, dilectis in Chriſto fratribus Luiprando decano cæteriſque ejuſdem eccleſiæ, tam futuris, quam præſentibus, in perpetuum.

Ad regimen & miniſterium ſanctæ Aquilejenſis eccleſiæ, Deo diſpenſante, vocati, ſi decorem domus Dei diligimus, ſi ea quæ religionis ſunt & honeſtatis in ipſa vel inſtituta confirmamus, vel neglecta inſtituimus, ab ipſo profecto paſtoralis ſollicitudinis præmium expectamus & laborum, qui paſtor vere & ſingulariter bonus, omnium eſt retributor, & corona paſtorum. Eapropter, filii in Domino cariſſimi, qui ſanctæ Aquilegenſis eccleſiæ facies & decor vultus ejus eſſe debetis, ad honeſtiorem vitæ ac diſciplinæ C ſtatum, auctore Domino, vos reducere cupientes; auctoritate D. Alexandri PP. III. & legationis, qua fungimur, necnon & metropolitica, qua vobis & ſanctæ Aquilejenſi eccleſiæ præſidemus, ſtatuimus & in perpetuum confirmamus: ut de cætero in communi vita maneatis, in eodem dormitorio ſimul omnes dormiatis, in eodem refectorio cibum pariter omnes ſumatis, nec extra commune refectorium alicui veſtrum cibus ſive potus miniſtretur; niſi forte aliqua fuerit infirmitate detentus, vel neceſſitate minutionis, * ſeu gratia hoſpitum ex licentia decani defuerint. Decernimus etiam, ut tu, dilecte in D Chriſto frater decane, tuique ſucceſſores, & magiſter ſcholarum, qui nunc eſt, & qui pro tempore fuerit, ſimplicem in victu, & duplicem in veſtitu præbendam habeant: omnes autem canonici, ubicunque fuerint abſentes, ea quæ pro veſtimentis provenire debuerint, percipiant. Si qui vero ex cotidianis canonicis, gratia ſtudendi, ſcholas adiverint, ea, quæ pro veſtibus dantur communiter cum aliis fratribus, & inſuper gratia ſpeciali dimidiam marcam annuatim obtineant. Statuimus præterea, ut omnia bona,

tam

* em iſſionis ſanguinis

ANNO CHRISTI 1181.

tam ea quæ de præpoſitura, videlicet de eccleſiis, & prædiis; quam quæ de obedientiis proveniunt, in communes uſus fratrum redigantur, utilitati veſtræ modis omnibus profutura. Vaſſallos vero, & miniſteriales, & beneficia ipſorum ad uius præpoſiti, qui pro teinpore fuerit, reſervamus; omni juriſdictione, poteſtate, & utilitate in bonis veſtris, eccleſiæ ſcilicet, & prædiis ei ſublata, nullius prædeceſſoris noſtri privilegio obſtante. Sane quicunque veſtrum, Domino vocante, de hoc mundo migraverit; licet ei præbendam ſuam pro anima ſua, cuicunque voluerit ad anni circulum dimittere. Quæcunque igitur in futurum perſona hujus noſtræ inſtitutionis paginam perturbare, ſeu quoquo modo immutare attentaverit, & ea quæ honeſtatis intuitu ſtatuimus, quiete in ſuo ſtatu manere non permiſerit; a communione ſacratiſſimi corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti aliena fiat, & iram omnipotentis Dei & Matris miſericordiæ ſentiat, tradita Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini, niſi reſipuerit, & quod illicite præſumpſit, congrua ſatisfactione expiaverit. Omnibus autem eidem conſtitutioni noſtræ ſuam firmitatem conſervantibus ſit pax, & gaudium in agnitione Domini noſtri Jeſu Chriſti, & revelatione juſti judicii Dei. Amen. Acta ſunt hæc concilio venerabilium ſuffraganeorum noſtrorum, Bernardi Tergeſtini, & Juſtinopolitani, Jonathæ Concordianſis . . . . . . teſridi Sextenſis & Valchyonis Belinienſis abbatum, & totius Capituli communi aſſenſu & voluntate. Anno Dominicæ Incarnationis mill. centeſimo LXXXI. indictione XIV. tertio die intrante februario. Aquilegiæ feliciter. Ego Chuonradus domini patriarchæ capellanus juſſu ipſius, & petitione canonicorum Aquilegenſis eccleſiæ hanc paginam ſcripſi, & dedi.

# VITA ET EPISTOLÆ LUCII PAPÆ III.

LUcius Papa tertius, inquit Willelmus Tyrius lib. 22. cap. 7. belli ſacri, qui & Humbaldus Oſtienſis epiſcopus, natione Tuſcus, patria Lucenſis, vir grandævus admodum & modice litteratus, juxta formam concilio Lateranenſi tertio præſcriptam primus creatus eſt pontifex quarto Kal. Septembris anno Domini MCLXXXI. Hic pontifex ſui principio ad tranquillitatem Chriſtianam fovendam totum ſe impendit. Cumque imperator in Italiam contendiſſet, ut in hiſtoria Saxonica libro ſexto capite quadrageſimo ſeptimo ait Krantzius, exierat urbe Roma Lucius papa, ut obviam ei proficiſceretur, tractaturus cum illo Chriſtianæ reipublicæ negotia, quæ in Aſia nimium cœperunt labefactari. Veronæ convenerant duo Chriſtianitatis culmina. Concurrerat ingens eccleſiaſticorum multitudo, reconciliationem depoſcens ſedis apoſtolicæ, quod in ſchiſmate imperatorem ſecuti, ab antipapis eſſent ordinati & inſtituti. Intervenit pro his Fridericus imperator, ut in gratiam ſumerentur. Annuit perbenigne pontifex. Sed cum poſtera die manus illis eſſent imponendæ ſingulis, immutatum erat conſilium, quod diceret in concilio Venetiano decreta non poſſe niſi alio concilio irritari: promiſit autem de proximo alium a ſe evocandum cœtum, in quo ſuper his conſtitueretur. Auditæ ſunt Germanorum minæ pro ſua conſuetudine: ſed nihil ea re moti ſunt cardinales. Credebatur autem ea conſilii mutatio a Conrado Moguntino & Wormatienſi pontificibus prodiiſſe. Inde cœpit imperator tractare cum pontifice ſuper patrimonio potentis per Italiam dominæ Mathildis, quæ ſub Henricis imperatoribus patre & filio multa fecerat pro eccleſia: & jam rebus humanis excedens multa reliquerat eidem eccleſiæ poſſidenda, quæ imperator ad jus imperii devocabat. Ecce autem, ut diximus, marchionis Saxoniæ filia. Sed ex ratione temporum diu ante hanc ætatem emigraſſe convincitur: niſi geminas fuiſſe, & alteram poſt alteram in Italia floruiſſe quis contendat. Diu tum cauſa inter ſacerdotium & regnum ventilata nihil concludi potuit, & ſine fine diſceſſere. *Hæc Krantzius.*

De eadem ex Arnoldi Lubecenſis chronico libro tertio capite decimo Baronius: addens contigiſſe ibidem de electione epiſcopi Trevirenſis ſchiſma inter imperatorem & pontificem: quæ ab eodem fuſe numerantur.

Principes Chriſtianos commovit, ut ad opem ferendam fidelibus, qui in Aſia contra barbaros præliabantur, ſeſe omnes præpararent. Verum, cum eam expeditionem remis veliſque accelerari procuraret, morbo correptus, Veronæ 7. Kalend. Decembris diem clauſit extremum, & in cathedrali eccleſia ſepulturam ſortitus eſt, anno Domini MCLXXXV. poſtquam quatuor annis, duobus menſibus, & viginti ſeptem diebus curam eccleſiæ habuiſſet. Lucam civitatem, unde oriundus erat, pluribus muneribus exornavit. Ab imperatore Friderico, quo uſus eſt familiariſſime & amiciſſime, obtinuit ut in tota Etruria alia moneta locum & uſum non haberet quam Lucenſis, quemadmodum Longobardi aliam non recipiebant niſi Papienſem. Hoc tempore floruit abbas Ioachimus, de quo infra in notis concilii Lateranenſis quarti plura dicemus. Maronitæ deteſtantes errorem Maronis monothelitæ, ad eccleſiæ gremium, retento nomine a ſancto Marone abbate, ut ajunt, derivato, redierunt.

## EPISTOLA I. LUCII PAPÆ III.

### I. AD EPISCOPOS ET CLERICOS SCOTIÆ.

De abſolutione Wilielmi regis Scotiæ.

*Lucius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, epiſcopis, abbatibus, clero & populo per Scotiam conſtituto, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

CUM regibus tanquam præcellentibus Apoſtolus ſtatuerit deferendum: dignum eſt & conſonum rationi, ut eos tanquam filios cariſſimos

ANNO CHRISTI 1181.

mos propenſius honoremus, & in devotione beati Petri & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ annuendo juſtis illorum deſideriis attendamus. Accepimus autem quod cum cariſſimus in Chriſto filius noſter Willelmus illuſtris rex Scotorum, electioni & conſecrationi venerabilis fratris noſtri Joannis epiſcopi inexorabiliter obviaret, obtentu litterarum ſanctæ recordationis Alexandri papæ prædeceſſoris noſtri, bonæ memoriæ Rogerus Eboracenſis archiepiſcopus, & jam epiſcopus dictus, in eum & regnum & quoſdam de regno ſententiam excommunicationis promulgarunt. Ceterum venerabilis frater noſter Jocelinus Glaſcuenſis epiſcopus, & dilecti filii Arnaldus de Melros & Oſbertus * Kalkoenſis abbates, & Walterus prior ſanctæ Columbæ de Inſula, propter hoc ad ſedem apoſtolicam accedentes, ſua nobis aſſertione monſtrarunt, quod archiepiſcopus excommunicationis in regem, & interdicti in regnum, & epiſcopus jam dictus in quoſdam de regno excommunicationis, ſententiam protulerunt, quam ex multiplici ratione retractandam fore rationabiliter coram nobis & fratribus oſtenderunt. Inde utique fuit, quod præfato regi tanquam cariſſimo in Chriſto filio deferentes, omnem ſententiam jam dicti epiſcopi, pro præfata cauſa in eum vel ſuos vel regnum prolatam de communi conſilio fratrum authoritate apoſtolica relaxavimus, & ſtatuimus illum & ſuos excommunicatione, & regnum interdicto, ex præſcripta ſententia noſtra non teneri. Quocirca univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus ei tanquam regi catholico, & habenti communionem apoſtolicæ ſedis, participare minime dubitetis: ſed in omnibus illi honorem congruum impendatis. Quanto enim certiores ſumus de ſinceritate devotionis illius eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis regni ſui, tanto amplius eum volumus in omnibus, in quibus ſecundum Deum poſſumus, honorari. Datum Veletræ decimo ſexto Kalendas Aprilis.

* Kalrenſis.

## II. AD HENRICUM II. REGEM ANGLIÆ.

Pro ſubventione facienda terræ Hieroſolymitanæ.

*Lucius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Henrico illuſtri Anglorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

Cum cuncti prædeceſſores tui præ ceteris terræ principibus armorum gloria & animi nobilitate longe retro claruerint, eoſque fidelium populus habere in ſua didicerit adverſitate patronos: merito ad te, non tantum regni ſed paternarum virtutum hæredem, quadam ſecuritate præſumpta recurritur, ubi populo Chriſtiano imminere periculum, immo exterminium formidatur: ut per brachium regiæ magnitudinis membris ejus impendatur præſidium, qui te, ut ad tantæ gloriæ & prælationis apicem pervenires, ſua pietate conceſſit, & te contra tui nominis impugnatores nefarios murum inexpugnabilem ordinavit. Primum noverit ſerenitas tua, jam crebris & moleſtis ſub hæc pulſata querelis, qualiter terra Hieroſolymitana, ſpecialis hæreditas Crucifixi, in qua noſtræ ſalutis ſunt prænunciata myſteria, & ipſius rei exhibitione completa, quam ille qui cuncta condidit in ſuam ſortem peculiari privilegio deputavit, perfidæ & ſpurciſſimæ gentis attrita & convallata preſſuris, niſi ei celeri remedio ſuccurratur, prona ſit ad ruinam: & inde, quod abſit, ſuſtineat irreparabilem religio Chriſtiana jacturam. Ille enim Saladinus ſancti & tremendi nominis immaniſſimus perſecutor, ita ſpiritu furoris incanduit, & totius nequitiæ ſuæ vires ad internecionem populi fidelis exercet: ut niſi immanitatis ejus vehemens impetus, quaſi objectis obicibus, reprimatur, certam ſpem fiduciamque ſuſcipiat, quod Jordanis influat in os ejus, & terra aſperſione vivifici ſanguinis conſecrata, ſpurciſſimæ ſuperſtitionis ipſius contagio polluatur, & quam glorioſi & nobiles prædeceſſores tui a dominio gentis incredulæ multis laboribus & periculis exemerunt, rurſus nefando tyranni nequiſſimi dominio ſubjugetur. Ob hanc itaque neceſſitatis & imminentis doloris inſtantiam, magnificentiam tuam apoſtolicis litteris duximus exorandam, immo dilatatis præcordiis ſumma acclamatione pulſandam, quatenus ad honorem ipſius reſpiciens, qui te conſtituit in ſublimi, & juxta nomen magnorum, qui ſunt in terris, nomen tibi contulit glorioſum, ad deſolationem præfatæ terræ pietatis ſtudio te convertas, & ut ejus confuſio in hac parte tollatur, qui pro te in ipſa terra voluit haberi ludibrio, operam adhibeas efficacem: quatenus prædeceſſorum tuorum veſtigia ſubſecutus, quam ipſi de principis tenebrarum faucibus eripuerunt, in cultu magni Dei per tuam diligentiam, auxiliante Domino, conſervetur. Eo autem curioſius celſitudinem tuam in tanta oppreſſionis anguſtia convenit laborare, quod terram ipſam regis intelligis præſidio deſtitutam, & totam ſpem defenſionis ſuæ ipſius proceres in tuæ magnitudinis duxerunt patrocinio collocandam. Quod inde clarius tua ſerenitas poteſt agnoſcere, quod ſummos terræ illius & magnificos defenſores venerabilem fratrem noſtrum Heraclium patriarcham, & dilectum filium noſtrum magiſtrum Hoſpitalis, ad tuam excellentiam deſtinarunt: ut ex ipſorum præſentia conſiderata dignitate perpenderes, quanta fuerit neceſſitatis anguſtia, pro qua eorum ſuſtinent tamdiu carere præſidio, ut per ipſos facilius ad vota ſua tuam devotionem inclinent. Viros igitur præfatos, tanquam ab ipſo Domino tibi deſtinatos, benigne ſuſcipias, & debita caritate pertractes, eorumque poſtulationibus tanto facilius acquieſcas, quanto gravitatis & honeſtatis intuitu favor eſt eis & gratia exhibenda. Sane recolat prudentia tua, & ſolicita ſecum meditatione revolvat, promiſſionem illam qua de impendendo ſæpe dictæ terræ præſidio tuam celſitudinem obligaſti: & ita in hac parte te cautum & ſtudioſum exhibeas, ut te in tremendo judicio tua conſcientia non accuſet, & ejus qui non fallitur diſtricti judicis interrogatio non condemnet.

ANNO CHRISTI 1181.

## III. EJUSDEM DECRETUM CONTRA HÆRETICOS.

In coll. 1. l. 5. tit. 6. c. 11.

Ad abolendam diverſarum hæreſum pravitatem, quæ in pleriſque mundi partibus, modernis cœpit temporibus pullulare, vigor debet eccleſiaſticis excitari: cum nimirum imperialis fortitudinis ſuffragante potentia, & hæreticorum protervitas in ipſis falſitatis ſuæ * conatibus elidatur, & catholicæ ſimplicitatis veritas in eccleſia ſancta reſplendens, eam utique demonſtret ab omni execratione falſorum dogmatum expiatam. Ideoque nos, cariſſimi filii noſtri Friderici illuſtris Romanorum imperatoris, ſemper auguſti, præſentia pariter & vigore fulſulti,

* al. in pravis falſitatibus ſive conatibus.

ANNO CHRISTI 1181.

ſulti, de communi conſilio fratrum noſtrorum, nec non aliorum patriarcharum, archiepiſcoporum, multorumque principum, qui de diverſis mundi partibus convenerunt: contra ipſos hæreticos, quibus diverſa vocabula * diverſarum indidit profeſſio falſitatum, præſentis decreti generali ſanctione conſurgimus, & omnem hæreſim quocumque nomine cenſeatur, per hujus conſtitutionis ſeriem, authoritate apoſtolica condemnamus.

*. capitula

In primis ergo Catharos, & Patarinos, & eos qui ſe Humiliatos, vel Pauperes de Lugduno, falſo nomine mentiuntur, Paſſaginos, Joſepinos, Arnaldiſtas, perpetuo decernimus anathemati ſubjacere. Et quoniam nonnulli ſub ſpecie pietatis, virtutem ejus, juxta quod ait Apoſtolus, denegantes, authoritatem ſibi vindicant prædicandi: cum idem Apoſtolus dicat: *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* omnes qui vel prohibiti, vel non miſſi, præter authoritatem ab apoſtolica ſede, vel epiſcopo loci ſuſceptam, publice vel privatim prædicare præſumpſerint; & univerſos, qui de ſacramento corporis & ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti, vel de baptiſmate, ſeu peccatorum remiſſione, aut de matrimonio, vel de reliquis eccleſiaſticis ſacramentis, aliter ſentire aut docere non metuunt, quam ſacroſancta Romana eccleſia prædicat & obſervat, & generaliter quoſcumque eadem Romana eccleſia, vel ſinguli epiſcopi per diœceſes ſuas, cum conſilio clericorum, vel clerici ipſi ſede vacante, cum conſilio, ſi oportuerit, viciniorum epiſcoporum, hæreticos judicaverint, pari vinculo perpetui anathematis innodamus. Receptores & defenſores eorum, cunctoſque pariter qui prædictis hæreticis ad fovendam in eis hæreſis pravitatem, patrocinium præſtiterint aliquod, vel favorem, ſive conſolati, ſive credentes, ſive perfecti, ſeu quibuſcumque ſuperſtitioſis nominibus nuncupentur, ſimili decernimus ſubjacere ſententiæ.

Rom. 10.

Quia vero peccatis exigentibus quandoque contingit, ut eccleſiaſticæ ſeveritas diſciplinæ, ab iis qui virtutem ejus non intelligunt, condemnetur: præſenti nihilo minus ordinatione ſancimus, ut qui manifeſte fuerint in ſupradictis erroribus deprehenſi, ſi clericus eſt, vel cujuslibet religionis obumbratione fucatus, totius eccleſiaſtici ordinis prærogativa nudetur: & ſic omni pariter officio & beneficio eccleſiaſtico ſpoliatus, ſæcularis relinquatur arbitrio poteſtatis, animadverſione debita puniendus, niſi continuo poſt deprehenſionem erroris ad fidei catholicæ unitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum, ad arbitrium epiſcopi regionis, publice conſenſerit abjurare, & ſatisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, quem aliqua prædictarum peſtium notoria vel privata culpa reſperſerit, niſi, prout dictum eſt, abjurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita, confeſtim ad fidem confugerit orthodoxam, ſæcularis judicis arbitrio relinquantur, debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem.

Qui vero inventi fuerint ſola eccleſiæ ſuſpicione notabiles, niſi ad arbitrium epiſcopi, juxta conſiderationem ſuſpicionis qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtraverint, ſimili ſententiæ ſubjacebunt. Illos autem qui poſt abjurationem erroris, vel poſtquam ſe, ut diximus, proprii antiſtitis examinatione purgaverint, deprehenſi fuerint in abjuratam hæreſim recidiſſe, ſæculari judicio ſine ulla penitus audientia decernimus relinquendos, bonis damnatorum, eccleſiis quibus deſerviebant, ſecundum ſanctiones legitimas applicandis.

Sane prædictam excommunicationem, cui omnes cupimus hæreticos ſubjacere, ab omnibus patriarchis, archiepiſc. epiſc. in præcipuis feſtivitatibus, & quoties ſolennitates habuerint, vel qualibet occaſione, ad gloriam Dei, & reprehenſionem hæreticæ pravitatis, decernimus innovari: authoritate apoſtolica ſtatuentes, ut ſi quis de ordine epiſcoporum, negligens in his fuerit vel deſidioſus inventus, per triennale ſpatium ab epiſcopalis habeatur dignitate & adminiſtratione ſuſpenſus.

Ad hæc, de epiſcopali conſilio, & ſuggeſtione culminis imperialis, & principum ejus, adjecimus, ut quilibet archiepiſcopus vel epiſcopus, per ſe, vel archidiaconum ſuum, aut per alias honeſtas idoneaſque perſonas, bis vel ſemel in anno, parochiam in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat; & ibi tres vel plures boni teſtimonii viros, vel etiam ſi expedire videbitur, totam viciniam jurare compellat, quod ſi quis ibidem hæreticos ſciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, ſeu a communi converſatione fidelium vita & moribus diſſidentes, eos epiſcopo vel archidiacono ſtudeat indicare. Epiſcopus autem ſeu archidiaconus, ad præſentiam ſuam convocet accuſatos: qui niſi ſe ad eorum arbitrium juxta patriæ conſuetudinem ab objecto reatu purgaverint, vel ſi poſt purgationem exhibitam in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, epiſcoporum judicio puniantur. Si qui vero ex eis jurationem ſuperſtitione damnabili reſpuentes, jurare forte noluerint: ex hoc ipſo hæretici judicentur, & pœnis quæ prænominatæ ſunt percellantur.

Statuimus inſuper, ut comites, barones, rectores, conſules, civitatum & aliorum locorum, juxta commonitionem archiepiſcoporum & epiſcoporum, præſtito corporaliter juramento promittant, quod in omnibus prædictis fortiter & efficaciter, cum ab eis fuerint exinde requiſiti, eccleſiam contra hæreticos, & eorum complices adjuvabunt, & ſtudebunt bona fide, juxta officium & poſſe ſuum, eccleſiaſtica ſimiliter & imperialia ſtatuta, circa ea quæ diximus, executioni mandare. Si vero id obſervare noluerunt, honore, quem obtinent, ſpolientur; & ad alios nullatenus aſſumantur: eis nihilo minus excommunicatione ligandis, & terris ipſorum interdicto eccleſiæ ſupponendis. Civitas autem quæ his decretalibus inſtitutis duxerit reſiſtendum, vel contra commonitionem epiſcopi punire neglexerit reſiſtentes: aliarum careat commercio civitatum, & epiſcopali ſe noverit dignitate privandam.

Omnes etiam fautores hæreticorum, tanquam perpetua infamia condemnatos, ab advocatione & teſtimonio, & aliis publicis officiis, decernimus repellendos. Si qui vero fuerint, qui a lege diœceſanæ jurisdictionis exempti, ſoli ſubjaceant ſedis apoſtolicæ poteſtati: nihilo minus in iis quæ ſuperius ſunt contra hæreticos inſtituta, archiepiſcoporum vel epiſcoporum ſubdant judicium: & eis in hac parte tanquam a ſede apoſtolica delegatis, non obſtantibus libertatis ſuæ privilegiis, obſequantur.

IV. AD

A

ANNO CHRISTI 1181.

## IV. AD WALTERUM ARCHIEPISCOP. ROTOMAGENSEM.

*Non inſtituendos in Eccleſiis, niſi qui vel ſint aut proxime futuri ſint Sacerdotes, & reſidere ibidem parati ſint: nec minus idoneos, etiamſi a patronis præſentati fuerint.*

Ex B eſſin Concil. Rotomag. Prov. par. 2. p. 33.

LUcius epiſcopus .... Waltero Rotomagenſi Archiepiſcopo ..... Quoniam ſæpe in Archiepiſcopatu tuo dicitur evenire, ut ex eccleſiis inibi conſtitutis inutilium inſtitutio perſonarum ſcandalum inferat & gravamen, ſollicitum te B eſſe volumus & attentum, ut ita Deo propitio Eccleſiæ ipſæ tuis temporibus ordinentur, quod & clericalis honeſtas inconvulſa permaneat, & eccleſiarum ſtatus jugiter ſervetur illæſus. Ideoque fraternitati tuæ præſentibus literis inhibemus, ne ad Vicarios parochialium Eccleſiarum aliquos niſi tales admittas qui vel ſint, vel eſſe debeant in proximo Sacerdotes, & qui velint & poſſint in propria perſona eccleſiis ipſis deſervire. Nulli præterea curam committi conſenties C animarum, niſi qui infra tempus quod a ſacris canonibus eſt præfixum, ad ordinem Sacerdotii poſſit & debeat promoveri. Porro ſi patroni Eccleſiarum idoneas non præſentaverint tibi perſonas, liceat tibi authoritate noſtra in eccleſiis ipſis, appellatione remota, congruos ordinare miniſtros, quibus eccleſiarum utilitas & in ſpiritualibus & temporalibus ſalubriter committatur. Nulli ergo &c. Datum Veronæ 17. Kal. Novemb. Lucius PP. III.

## V. AD DECANUM, ET CAPITULUM ROTOMAGENSE.

ANNO CHRISTI 1181.

*Tranſlatio Walterii de Conſtantiis e Lincolnienſi ad Eccleſiam Rotomagenſem.*

LUCIUS Epiſcopus S. S. D. dilectis filiis Decano & Capitulo Rotomag. ſalutem & Ap. bened. Miſiſtis ad nos dilectos filios noſtros Mag. Herbertum Archidiaconum Ebroicenſem, & Heliam Eccleſiæ veſtræ Canonicos, quos quidem eo honore ſuſcepimus, quem & veſtræ devotionis & propriæ honeſtatis intuitu decuit exhiberi. Petitionem vero eorum debita benignitate recepimus, & quanto ſecundum Deum & juſtitiam potuimus, votivum perduximus ad effectum. Sane electionem ven. fratris noſtri Lincolnienſis Epiſcopi unanimi veſtræ univerſitatis aſſenſu debito ordine celebratam gratanter admiſimus, eo proniorem impertientes aſſenſum, quod perſonam memorati Epiſcopi ferventiori caritate diligimus, & promotioni ejus & honori amplius intendimus auctore Deo providere. Pallium vero, & plenitudinem pontificalis officii, ad veſtræ poſtulationis inſtantiam, per dilectum filium Hubaldum ſubdiaconum noſtrum curavimus deſtinare. Præfatum itaque Hubaldum, quem carum habemus admodum & acceptum, benigno recipiatis affectu, & pro reverentia B. Petri & noſtra honorem ei debitum impendatis, & habeatis ipſum propenſius commendatum. Datum Veronæ XV. Kal. Decemb.

ANNO CHRISTI 1181. 1182. 1183.

# ☞ APPENDIX AD EPISTOLAS LUCII III.

## JOANNI PRIORI DE VALLE S. JOANNIS SEITZENSIS

*Permittit, ut epiſcopum quemcumque invitent ad Ordines accipiendos, ſi tempore ordinationis diœceſanus nequeat.*

Ex Manſi Suppl. T. II pag. 707. An 1181. Extat apud Pez Cod. Dipl. pa. II. p. 35.

LUcius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis D filiis, Johannis priori, & fratribus de Valle ſancti, Johannis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quanto ferventius obſervantiæ regulari, faciente Domino, inſudatis, tanto ſincerius univerſitatem veſtram diligimus, & quieti veſtræ attentius debemus & volumus providere. Eapropter veſtris poſtulationibus annuentes, auctoritate vobis apoſtolica indulgemus, ut, ſi temporibus ordinationum diœceſani epiſcopi copiam habere nequiveritis, liceat vobis alium Catholicum invitare, de quo diœceſanum non oporteat timere antiſtitem, quod talis ordinationis occaſione terminos epiſcopatus ſui in aliena jura velit extendere, & ipſius diœceſani minorare. Qui E vocatus, auctoritate noſtra, quod poſtulaveritis, largiatur: nec id a vobis in poſterum, quaſi debitum, requirere poſſit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationis omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Veronæ X. Kalend. Februarii.

☞ *Lucii III. pontificis max. epiſt. encyclica ad univerſos Germaniæ Præſules, quæ Chriſtianum I. archiepiſc. Moguntinum pie defunctum precibus eorum commendat.*

LUCIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis epiſcopis, & dilectis filiis abbatibus, conventibus aliiſque prælatis eccleſiæ Teutonicæ ſalutem & apoſtolic. benedictionem. Ad veſtram volumus notitiam pervenire, quod bonæ memoriæ Chriſtianus Moguntinus archiepiſcopus vir valde providus & magnificus cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro Friderico illuſtri Romanorum imperatori & ſemper auguſto, longo tempore magnifice ſerviviſſet, & contra officii ſui debitum exceſſiſſet in multis; cum Romanorum perfidiam qui patrimonium eccleſiæ hoſtiliter devaſtantes Tuſculanum nequiter obſidebant, aliter comprimere non poſſemus, eundem archiepiſcopum ad obſequium eccleſiæ convocavimus, ipſe vero factus obediens uſque ad mortem, ut ſicut antea exhibuerat membra ſua iniquitati ad iniquitatem, ita ſe & ſuos exhiberet ad ſerviendum juſtitiæ in ſanctificationem vitæ, aeris intemperiem parvipendens ad ſuccurrendum eccleſiæ fluctuanti cum ingenti exercitus multitudine properavit, factumque eſt, volente Domino, quod Romani bis ad ſolius no-

Scannat Vind. Fuld. t. 1. p. 218.

ANNO CHRISTI 1181.

nominis ejus terrorem, fugierunt. Illo autem Tuſculanum ingreſſo, muros civitatis jampridem collapſos pro magna parte per illius auxilium, antequam decederet, fecimus reparari. Tandem Dominus miſertus illius, ut ſalubriter impleret in eo quod legitur: *ubi te invenero, ibi te judicabo*: febris eum ægritudine flagellavit, juxta quod ſcriptum eſt: *quem diligit Dominus corripit*: flagellat autem omnem filium quem recipit; unde idem archiepiſcopus in vera confeſſione & multa contritione cordis, ſervicio beati Petri & Romanæ eccleſiæ totus intendens, aſſumpta cruce & reſignatis dignitatibus univerſis VIII. Kal. Septembris diem clauſit extremum. Quia autem multum tenemur de illius ſalute eſſe ſolliciti, qui pro ſervitio univerſalis eccleſiæ mori non recuſavit, & ex ejus fine magnam poſſimus de remedio fiduciam obtinere, monemus univerſitatem veſtram hortamur in Domino & mandamus quatenus eumdem archiepiſcopum, memoriam ejus in veſtris orationibus facientes, veſtris apud Dominum interceſſionibus adjuvetis, & in omnibus conventualibus eccleſiis tricenarium pro eo & anniverſarium faciatis, ut maculas quæ illi de terrenis contagiis adhæſerunt, divina clementia indulgeat & abſtergat, & vos de opere pietatis indeficiens mereamini a Domino præmium obtinere.

## EX COLLECTIONIBUS AB ANTON. AUGUST. VULGATIS.

### COLLECTIO I.

*Lucius III. Spaloten. archiepiſcopo.*

VErum ſuper eo quod in quarto, & quinto gradu conſanguinitatis in provincia tua quidam dicuntur conjuncti propter duritiam populi, matrimonia talia licet ſint contra ſacrorum canonum inſtitutionem contracta ſub ſilentio & diſſimulatione poteris præterire.

*Lucius III. decano, & canonicis Voceſtem.*

QUia requiſiſtis a nobis, utrum ad electionem faciendam procedere debeatis; proponentes, quod eam ſine aſſenſu regio facere non audetis, ſi aliter fieri non poſſit, ad H. dilectum filium noſtrum in Chriſto regem Angliæ accedentes, ei ſtudioſius inſinuetis B. quondam epiſcopum veſtrum perpetuo eſſe depoſitum, & ejuſdem regis impetrato aſſenſu, in perſonam honeſtam, litteratam & idoneam unanimiter conveniatis, & eam in paſtorem & epiſcopum eligatis concorditer ut ejus providentia & gubernatione eccleſiæ tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus grata valeant incrementa provenire.

### COLLECTIO II.

*Idem.*

ROtbertus de Columbellis ſuper eccleſia cujuſdam villæ de Columbellis contra adverſarium ſuum duplices literas ad Rotomagen. (archidiaconum, & Turonen. judices impetravit, ut ſi coram Rotomagen. obtinere non valeat * archidiaconatum coram Turonen. judice nocere adverſario ſuo non deſiſtat. Quoniam igitur non eſt hujuſmodi malitiis indulgendum, præcipimus, quatenus utræque literæ viribus careant,

* archidiacono forte



A & ſi quid per eas factum fuerit, irritum habeatur, & vacuum.

ANNO CHRISTI 1181.

*Idem Cantuar. archiepiſcopo.*

Cum te conſulente poſtulas edoceri, utrum ad te pertineat ſententia in cauſis, quas judices in tua provincia delegati a nobis protulerint, confirmare, licet de cauſis nihil in tua præſentia ſit tractatum. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſententiam ipſam niſi velis, non teneris confirmare, ſed id tibi ex officii debito noveris imminere, uſi ad mandatum eorumdem judicum, ſententia non poſſit executioni mandari, eis præſtes auxilium, & favorem; & ipſam etiam ſi noveris rationabiliter latam, poteris
B confirmare.

*Idem.*

Significavit nobis W. clericus de * Cothoſinori, quod cum eccleſiam ipſam canonice ſit adeptus, & per XXX. annos & amplius in paco poſſederit, S. clericus, qui pluribus beneficiis eccleſiaſticis dicitur abundare, ipſum obtentu quarumdam literarum, quas a ſanctæ recordationis Alex. papa prædeceſſore noſtro dicitur impetraſſe, cum ea occaſione, quod filius ſit illius, qui proxime in eadem eccleſia miniſtravit, trahens in cauſam multipliciter inquietare præſumit. Quia igitur injuſtum eſt, & abſonum rationi, ut idem W. eadem eccleſia, ex quo in ea per tot tempora dicitur fuiſſe, debeat tali occaſione privari: dis per A. ſ. m. qua. Si quæ præmi-
C ſimus, veritate noveritis ſubnixa, ipſum a memorato clerico talis occaſionis obtentu non dimittatis ſuper eccleſia ipſa aliquatenus moleſtari, ſed faciatis eum ſicut juſtum * videritis, eam pacifice poſſidere.

* Coteſmor.

* fuerit, eamdem

*Idem * Barch. epiſcopo, & abbati de * Abanden, & priori S. Fridæ.*

* Barcho

* Abenden.

Ex conqueſtione B. clerici, & infra. Quoniam igitur ea, quæ ſunt contra eccleſiæ diſciplinam, ratio poſtulat emendari: diſ. v. per A. ſ. m. qua. Si quod aſſeritur, noveritis ratione ſubniti, præfatum R. a prædicta eccleſia ſub. ap. ob. faciatis amoveri; & eandem B. præfato, ſi idoneus fuerit aſſignari, non obſtantibus literis no-
D ſtris pendente ap. a ſede ap. impetratis. Si autem R. rationabile impedimentum non oſtenderit; quia non ſit appellationem interpoſitam proſecutus, eum in expenſas neceſſarias ap. re. alteri parti condemnetis.

*Idem.*

Improba peſtis falſitatis, quam falſarii quidam in terra clariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris H. regis Anglorum morantes ad * confingendas literas publicas invenerunt in communem noſci-
E tur excreviſſe perniciem, ita ut literarum noſtrarum auctoritas in aliquibus locis in quadam dubitatione jam fluctuaret, niſi tantæ præſumptionis exceſſum cenſura eccleſiæ quærat pariter, & emendet. Unde nos de tua præſertim induſtria confidentes, executionem rei hujuſmodi tibi duximus committendam, per A. ſ. p. mandantes, quatenus falſarios * ipſos qualicumque caſu reperire, Deo volente, poteris, ſi clerici ſunt, ab ordine, & beneficio, ſi quod habent, abſque ulla dilatione, & appellatione privatos, * diſtricta facias ſub cuſtodia detineri, donec quid de

* conſignandas al. confringendas, al. confingentes.

* illos.

* diſtricto

ANNO CHRISTI 1181.

* aliàs
* deeſt aliàs
* deeſt in
* aſſertoribus.

de ipſis agendum ſit, plenius tibi ex noſtra reſponſione mandetur. Si quos vero laicos deprehenderis inter * eos, cariſſimo in Chriſto filio noſtro R. Anglorum regi tradas * illos pro meritis judicandos, ut * in judicio videlicet, tam eccleſiaſtico quam mundano, peſtis illa quæ communiter omnibus pernicioſa dinoſcitur, cum ſuis * auctoribus condemnetur.

## LUCII III. DECRETA

*De Cohabitatione Clericorum, & Mulierum.*

*Lucius III. Magiſtro, & Fratribus Militiæ S. Jacobi.*

*Ex compilat. a Manſi edita in Append. ad III. vol. Miſcell. Baluzii nov. edit. Cap. Veſtra 7. de hoc titul. Uncis inclusa deſunt in V. Decretalium.*

VEſtra duxit devotio inquirendum, ( ut conſulamus fratribus veſtris Parochiales Eccleſias adeuntibus, quorum Clerici concubinas habent, de hoc enim diverſæ videntur ſacrorum canonum ſententiæ emanaſſe ); alicubi enim dicitur: nullus audiat miſſam presbyteri, qui indubitanter concubinam habet; alibi non poteſt aliquis, quantumcunque pollutus, Dei Sacramento polluere, quæ purgatoria ſunt cunctarum cogitationum &c. Quia omnia in Fide Chriſti purgantur. Cæterum aliud eſt quando crimen notorium non diffitetur presbyter, vel de ipſo canonice eſt condemnatus; aliud eſt cum penitus eſt occultum, vel adhuc ab eccleſia toleratur. Item a talium officiis abſtinere ut peccandi licentia aliis auferatur, & ad dignæ pœnitentiæ fructum attrahantur. ( Aliud ſi tanquam innocentium miniſteria reputantur ). Sine dubitatione itaque teneatis, quod a clericis, & presbyteris, quanquam fornicariis, quandiu adhuc celantur, nec opus evidentiam habet, licite audiantur divina officia, & alia ſuſcipiantur eccleſiaſtica Sacramenta.

*Lucius III. Norvicenſi Epiſcopo.*

Quæſitum eſt a nobis ex parte tua, ſi judex ordinarius, vel alius, cui judex delegatus mandavit partes citari vel ut exequatur ſententiam, delegato judici teneatur obedire. Cum autem non ſua, ſed delegantis vice fungantur, & cum juriſdictio delegatur, omnia delegari quæ ad juriſdictionem faciunt videantur, merito delegatus poteſt tam ordinarium, quam alium cui mandaverit cogere ad efficiendum quod præcipitur, & ei qui obedire contempſerit pœnam infligere competentem.

ANNO CHRISTI 1182.

# CONCILIUM apud MALEBERGIAM

*In quo Gaufridus Lincolnienſis electus juri ſuo renunciavi.*

*Anno* 1182. *habitum.*

Ex Manſi Suppl. T. II. p. 708. An. 1182. Affert Wilkins ex Paris.

GAufridus, Lincolnienſis electus, & regis Anglorum filius, cum ejus electio eſſet a domino papa confirmata, poſtquam per ſeptennium eidem eccleſiæ pacifice præfuiſſet, præſente rege & epiſcopis regni, in epiphania Domini apud Malebergiam electioni renunciavit, nemine compellente.

# CONCILIUM CADOMENSE,

## IN ABBATIA S. STEPHANI.

Habitum anno MCLXXXII.

Ex Beſſin Concil. Rotom Prov. pag. 89.

D*E eo hæc Petrus Bleſenſis epiſt.* 69. Novum a Domino Papa noveritis emanaſſe mandatum, ut quicumque pacem domini Regis turbant, appellatione remota, excommunicationis vinculo adſtringantur. Hac auctoritate fretus dominus Cantuarienſis omnes Regis impugnatores apud Cadomum nuper excommunicavit: nec regi juniori, nec aliis exceptionis gratiam fecit.

*Conventum hunc Cadomenſem clarius expreſſit Hovedenus ad ann.* 1183. *ſed aptius anno* 1182. *ſtatuitur, cum Henricus junior Rex* 3. *id. Junii anno* 1183. *diem clauſerit extremum, ut diſerte notat chronicon Cadomenſe, nec tam cito poſt intentatam in ipſum excommunicationis ſententiam. Interim*, inquit, Richardus Cantuarienſis Archiepiſcopus, & Henricus Bajocenſis, & Joannes Ebroicenſis, & Radulfus Lexovienſis, & Frogerius Sagienſis, & Walerannus Roffenſis Epiſcopus una cum Abbatibus Normanniæ, & clero, & populo multo, venerunt Cadomum, & ibidem in Monaſterio D. Stephani communi plebis audientia ſententiam excommunicationis tulerunt in omnes, qui pacem & concordiam inter dominum Regem & filios ſuos faciendam impedirent, excepta ſolius Regis filii perſona. *E contra tum Richardus Cantuarienſis, tum Petrus Bleſenſis conteſtantur non exceptum Regis filium. Non interfuit conventui Rotrodus Rotomagenſis Archipræſul ſenio, ut videtur, & adverſa valetudine gravatus. Verum gravi jam Epiſtola, quæ inter Bleſenſes eſt* 33. *Regis filii rebellionem perſtrinxerat. Qua de cauſa Abrincenſis & Conſtantienſis abfuerint, non liquet.*

ANNO CHRISTI 1183.

## SYNODUS EPISCOPORUM ET CLERI ANGLIÆ.

*Anno* 1183. *Ex Hovedeno in eundem annum.*

Ann. 1183. Aſſert Wilkins. Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 708.

HOc anno venerunt nuncii papæ ad Henricum regem Angliæ, poſtulantes ab eo, & a clericatu Angliæ auxilium. Conſuluit itaque rex epiſcopos ſuos, & clerum Angliæ de petitione ſummi pontificis; cui epiſcopi & clerus conſuluerunt, ut ipſe ſecundum voluntatem ſuam & honorem faceret auxilium dom. papæ, tam pro ſe ipſo quam pro illis: quia tolerabilius eſ- A ſet, & plus placeret eis, quod dominus rex, ſi vellet, accepiſſet ab eis recompenſationem auxilii illius, quam ſi permiſiſſet nuncios dom. papæ in Angliam venire, ad capiendum de eis auxilium; quia ſi aliter fieret, poſſet verti in conſuetudinem ad detrimentum regni. Adquievit rex conſilio eorum, & fecit auxilium magnum dom. papæ in auro & argento.

# CONCILIUM DUBLINIENSE,

### a Viviano cardinale S. A. L. celebratum tempore Lucii papæ III. anno MCLXXXIII.

HUJUS *memoriam concilii debemus Guillelmo Neubrigenſi, rerum Anglic. libro* III. *cap.* IX. Forte, *inquit*, in Hiberniam venerat a Scotia Vivianus, vir eloquentiſſimus, apoſtolicæ ſedis legatus: ſuſceptuſque honorifice a rege & epiſcopis ejuſdem provinciæ, in civitate maritima quæ Dunum vocatur, pro tempore morabatur. *Et infra*: Præ manibus habebat regis Anglorum litteras ad præfectos ejus Hibernicos, ut eorum tutus ſuffragiis, legationis ſuæ inter barbaros munus impleret. Hac authoritate pacem & ſecuritatem accipiens, Divellinum migravit: B & ſub nomine, vel domini papæ, vel regis Anglorum, fiducialiter agens, convocatis Hiberniæ præſulibus atque abbatibus, generale concilium celebravit. Verum cum in eccleſiis ſimplicitatis barbaræ liberius agere morem vellet Romanum: denunciantibus præfectis regiis, ut vel abſcederet, vel ſecum militaret, auro Hibernico, quod multum ſitierat, minus onuſtus, in Scotiam remeavit.

Anno MCLXXXVI. hoc concilium a nonnullis tribuitur.

ANNO CHRISTI 1184.

# ORDINATIO DD. JOANNIS* III.

* Corr. Philippi.

### *Regis Franciæ & Henrici II. regis Angliæ, conſilio epiſcoporum, comitum & baronum terrarum ſuarum, de contributione in ſubſidium terræ ſanctæ, a nativitate ſancti Joannis Baptiſtæ, anno* MCLXXXIV. *in decem annos.*

AUCTORITATE litterarum domini papæ ſubnixi, præſente & approbante illuſtri Anglorum rege Henrico, cum baronibus ſuis, & A. de Summa legato ſummi pontificis; epiſcopi Normanniæ, in ſuis epiſcopatibus hoc inſtituerunt: Ut quicumque eleemoſynam, quæ ordinata eſt ad ſubventionem terræ Hieroſolymitanæ tranſmiſerunt, talem de injuncta pœnitentia veniam conſequantur.

**I. Si in pœnitentia fuerint quæ ſeptem annos excedat: trium annorum venia gaudebunt.**

**II. Si in pœnitentia, vel minori fuerint, pro criminali: duorum annorum veniam habebunt.**

**III. Peccata vero de quibus homo recordari non poterit, omnia relaxantur dummodo de contemptu pœnituerit.**

**IV. Venialia quoque omnia ſub tali pœnitentia condonent: ut unuſquiſque qui eleemoſynam iſtam ſolverit, ter in die, vel in nocte. *Pater noſter* dicat; pro ſalute vivorum ſemel, pro pace ſemel, & ſemel pro requie defunctorum: tres C quoque eleemoſynas unuſquiſque teneatur, ut hanc indulgentiam conſequatur, ſi facere poterit. Si vero ea paupertate laborat, ut eleemoſynas illas facere non poſſit, ter iterum *Pater noſter* pro conſequenda remiſſione dicere tenetur.**

Talis eſt diſpoſitio ad ſubveniendum terræ Jeruſalem a Domino Joanne * rege Franciæ, & D Henrico rege Angliæ, communi conſilio epiſcoporum & comitum & baronum terrarum ſuarum approbata. Scilicet.

* Philippo

1. Quod unuſquiſque tam clericorum, quam laicorum, qui plus quam centum ſolidos non habuit, de unaquaque domo quam habuerit, ubi ſingulis diebus ignis conſuetudinarie accendetur, duos denarios ſingulis annis uſque ad tres annos perſolvet.

2. Si vero in mobilibus plus quam centum ſolidos habuerit, de unaquaque libra in tota terra E regis Franciæ duos denarios Provenienſis monetæ, vel æquipollens: & in terra regis Angliæ ciſmarina duos denarios Andegavenſis monetæ: & in Anglia unus ſterlingus perſolvetur uſque ad prædictum terminum.

3. Qui vero centum libras in terris vel in red-

redditibus habuerit, vel eo amplius, de centum libris viginti ſolidos annuatim dabit.

4. Qui vero in redditibus minus quam centum libras habuerit, de xx. libris dabit quatuor ſolidos & de XL. libris VIII. ſolidos, & ita deinceps, vel rationem prædictam. Habentes vero mobilia ultra centum ſolidos, jurabunt, quod de ſingulis xx. ſolidos, fideliter duos denarios dabunt.

5. De parte mortui, quæ ſpectat ad eum ſecundum conſuetudinem terræ, & unum poſt, & debet eleemoſynam pro anima ſua facere.

6. Decima debetur ad deſenſionem terræ Jeruſalem, a Nativitate S. Joannis Baptiſtæ, anno Incarnationis Domini MCLXXXIV. in decem annos, ſalvo jure dominorum & eccleſiarum.

Excipiuntur ab iſta æſtimatione, in clericis, theſauri & ornamenta eccleſiarum, & libri, & equi, & vaſa, & veſtimenta, & gemmæ, & utenſilia, quæ cotidianis uſibus, & ſibi neceſſaria ſunt. Et in militibus equi, & arma, & vaſa, & indumenta quæ uſibus eorum deputantur.

Ad hanc eleemoſynam colligendam inſtituentur in ſingulis epiſcopatibus, duo fratres, unus de Templo & alter de Hoſpitali: & ſingulis parochiis illi duo, & dominus presbyter villæ, & duo de legalioribus parochianis, eleemoſynam conſtitutam fideliter colligent, & conſervabunt.

# CONCILIUM VERONENSE,

Ad reconciliandos eos qui ab antipapis inſtituti & ordinati fuerant, celebratum a Lucio Papa III. anno Domini MCLXXIV.

HUJUS *ſynodi mentionem facit Krantzius*, *Saxonia libro* VI. *capite* XLV.I. *ad annum* MCLXXXIV. Imperator, *inquit*, in Italiam contendit anno proximo: & exierat urbe Roma Lucius papa, tractaturus cum illo Chriſtianæ reip. negotia, quæ in Aſia nimirum cœperant labefactari. Veronæ convenerant duo Chriſtianiſmi columina. Concurrerat ingens eccleſiaſticorum multitudo, reconciliationem depoſcens ſedis apoſtolicæ, quod in ſchiſmate imperatorem ſecuti, ab antipapis eſſent ordinati & inſtituti. Intervenit pro his Fridericus Imperator, ut in gratiam ſumerentur. Annuit perbenigne pontifex. Sed quum poſtera die manus illis eſſent imponendæ ſingulis, immutatum erat conſilium quod diceret, in concilio Venetiano decreta, non poſſe niſi alio concilio irritari. Promiſit autem, de proximo alium a ſe revocandum cœtum, in quo ſuper his conſtitueretur. Auditæ ſunt Germanorum minæ pro ſua conſuetudine: ſed nihil ea re moti ſunt cardinales. Credebatur autem ea conſilii mutatio, a Conrado Moguntino, & Wormatienſi, pontificibus prodiiſſe.

*Ejuſdem concilii meminit Rogerus Hovedenus, annal. parte II. ad hunc annum. In eodem, a Guillelmo Remenſi archiepiſcopo, conſecratum eſſe Petrum Atrebatenſem archiepiſcopum, prius Ciſtertii abbatem, ex Atrebatenſis eccleſiæ tabulis conſtat.*

## OBSERVATIO P. ANTONII PAGI

*ad An. Chr. 1185. n. 1. & ſeq.*

Arnoldus Abbas Lubecenſis, qui hoc tempore vivebat, in Chron. Slavorum lib. 3. cap. 9. narrat celeberrimum Conventum a *Friderico Imp.* celebratum, & cap. inſequenti *Concilium Veronenſe*, cui *Lucius* Papa & idem Imperator interfuere, ſed numeri apud Arnoldum corrupti, & accurate a Krantzio lib. VI. Saxoniæ cap. 47. emendati, vel, licet id ipſe non dicat ex genuino Arnoldi exemplari deſcripti. Ait enim Arnoldus de Curia illa loquens: *Celebrata eſt in Pentecoſte, anno Verbi incarnationis MCLXXXII. imperii aut regni ſui anno XXXVI.* ſed legendum *anno verbi incarnati MCLXXXIV. imperii XXIX. regni ſui anno XXXIII.* certum enim, ut ex dictis anno ſuperiori liquet, Comitia illa eo Chriſti anno *Moguntiæ* habita, & tunc in curſu fuiſſe annum Regni Friderici XXXIII. Imperii vero XXIX. Cum vero poſtea Arnoldus ſcribat, *ſequenti anno Imperator abiit in Italiam pro diſponendis negotiis Reip. & occurrit ei dominus Papa Lucius apud Veronam pro quibuſdam cauſis determinandis inter ipſos*, manifeſtum eſt cum Concilium Veronæ habitum cum hoc anno Chriſti copulaſſe. Et tamen Labbeus Tom. X. Concil. Krantzio laudato, illud cum anno MCLXXXIV. conjunxit, licet Krantzius illud diſerte currenti Chriſti anno illigarit. Ac Concilium ad præcedentem annum pertinere; Krantzium errorem, qui cubat in textu Arnoldi, recte correxiſſe; & Labbeum illum male citaſſe apud me certum. Denique Baronius in eo peccavit, quod nolit *Colloquium* hoc pro *Concilio* haberi. Nam jam non ſemel monuimus, Conventus & Colloquia, in quibus de rebus Eccleſiaſticis agitur, vel quibus Epiſcopi interſunt, Concilia paſſim ab Antiquis appellata, indeque in Collectionem Conciliorum prudenter inſerta.

Quare *Tancredus* Juris Canonici interpres in Collect. 3. Decretal. cap. 2. *De reſtit. ſpol.* citatus ab Ant. Auguſtino in notis ad Collect. I. Decret. loquens de conſtitutione Lucii III eo tempore edita, quo Veronæ cum Pontifice congreſſus eſt Fridericus Imp. ait, emiſſam eſſe *in generali Synodo*. Porro Tancredus Bononienſis Archidiaconus Auct. fuit Quintæ Collectionis Decretalium, quæ continet Conſtitutiones Honorii Papæ III. ſub cujus Pontificatu floruit: hæc autem Collectio anno MDCXLV. ab Innocentio Cironio Toloſæ edita fuit. Eam Lucii III. Conſtitutionem male recitat Labbeus citatus inter literas Lucii III. cum ſit pars Concilii Veronenſis. In ea ait Pontifex: *Nos chariſſimi filii noſtri Friderici illuſtris Roman. Imperatoris, ſemper Auguſti præſentia pariter & vigore ſuffulti, de communi conſilio Fratrum noſtrorum, nec non aliorum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, multorumque Principum, qui de diverſis mundi partibus* CONVENERUNT: *contra ipſos hæreticos, quibus diverſa vocabula diverſarum indidit profeſſio falſitatum, præſentis Decreti generali ſanctione conſurgimus, & omnem hæreſim, quocumque nomine cenſeatur, per hujus Conſtitutionis ſeriem, auctoritate Apoſtolica condemnamus. Imprimis ergo Catharos, & Patarinos, & eos qui ſe Humiliatos, vel Pauperes de Lugduno, falſo nomine mentiuntur, Paſſaginos, Joſepinos, Arnaldiſtas, perpetuo decernimus anathemati ſubjacere*, & cetera loco laudato legenda. Decretum itaque illud non in Colloquio inter Pontificem & Imperatorem habito, ſed in Epiſcoporum Synodo, cui Papa præfuit, & Imperator, multique Principes interfuere, emiſſum. Et quidem anno ſuperiori, ut recte Sigonius in Hiſt. de Regn. Ital. lib. XV. ex aliquo optimo Auctore; quem ſuo more non „ citat ſcripſit: *Lucius*, inquit, trajecto Pado *Veronam* pervenit; nec multo poſt *Fridericus* quoque; „ rebus Germaniæ per Conventum in Pentecoſte habitum conſtitutis, *pridie Kalend. Auguſti* acceſſit. „ Concilio convocato, cui raro exemplo Pontifex & „ Imperator intererant, de iis potiſſimum rebus, „ quæ Chriſtianam eo tempeſtate premebant Eccleſiam, eſt relatum, nempe de contumacia *Romanorum*, bello *Sarracenorum*, & *Romanæ Eccleſiæ* ditione, *Romani* ut hoſtes Eccleſiæ, diro Senatus conſulto notati. Chriſtianis laborantibus auxilia ſummittenda, omneſque ad eorum, qui „ quondam *Jeroſolyma* receperunt, virtutem, pietatemque imitandam: excitandos eſſe, decretum: „ plus nimirum dedecoris contracturos eſſe Chriſtianos, ſi partam forte *Sepulchri* poſſeſſionem amittant, quam gloriæ adepti ſint, cum pepererint. Tangit poſtea Sigonius quæ Arnoldus & Krantzius, qui ne verbum qui-

ANNO CHRISTI 1184.

quidem de Jeroſolymis habent, de hæreditate *Mathildis Comitiſſæ*, & coronatione *Henrici* filii Friderici Imp. in Concilio geſta fuiſſe aſſerunt, ſubdeque *Fridericum III. Nonas Novemb.* adhuc in villa Sancti Zenonis prope Veronam fuiſſe; anno nempe MCLXXXIV.

Præterea Radulphus de Diceto in Imag. Hiſt. pag. 624. ad annum MCLXXXIV. ait: *Quarto die intrantis Novembris conſedentibus Veronæ in Eccleſia Majori Papa & Imperatore, Cardinalibus & pleriſque Eccleſiæ Rectoribus Ravennas in ſerie ſermonis ſui caſum & perditionem terræ Jeroſolymitanæ omnibus expoſuit, & ad ſuccurrendum in peccatorum remiſſionibus cujuslibet generis homines evocare, curavit.* Archiepiſcopus ille Ravennatenſis erat *Gerardus*, de quo Rubeus in Hiſt. Raven. lib. VI. loquens de geſtis anno MCLXXXIV. ſcribit: *Lucium Pontificem Max. Veronam ad Concilium, quod ipſe indixerat euntem Gerardus Archiep. Ravennas proſecutus eſt*. Subdit Rubeus, Lucium III. cum *Mutinæ eſſet, tertio Idus Julias* dedicaſſe Baſilicam Sancti Geminiani, & jam quoque *VIII. Idus*, Bononiæ de Baſilica D. Petri idem feciſſe; quod utrumque etiam a Sigonio laudato relatum. Tum Rubeus ſcribit: *Ab eodem etiam Pontifex Gerardus complura Privilegia impetravit, &c. in eo magno Conventu, quem Friderico etiam Cæſare præſente, eodem anno Kalend. Sextil. Veronæ habuit.* Rubeus *magni Conventus* nomine Concilium Veronenſe intelligit, docetque nos diem, quo illud inchoatum, ſcilicet primum diem menſis Auguſti, feſto S. Petri ad Vincula ſacrum. Exhibet poſtea hic Hiſtoricus in notatione temporum accuratus *Lucii III.* literas Gerardo Ravennati Archiep. eodem anno datas Veronæ *II. Non. Septemb.* quibus declarat ſe ad ejus, *cui tanquam Metropoli ſunt ſubjectæ, inſtantiam*, Bononienſem & Mutinenſem Eccleſias dedicaſſe *III. & VIII. Idus Julii*, dum per Bononiam & Mutinam tranſiret.

Profecto cum anno antecedenti *Heraclius* Patriarcha Jeroſolymitanus, *Ernoldus* Magiſter militiæ Templi & *Rogerius* Magiſter Hoſpitalariorum Legati a Rege Jeroſolymitano ad Lucium III. & ad Principes Chriſtianos miſſi, qui lugentis patriæ calamitatem & miſeriam multiformem exponerent, & auxilium poſtularent, in Italiam pervenerint, inde hoc anno in Galliam profecturi, male Concilium illud in præſentem annum dilatum fuiſſet. Neque refert quod Arnoldus Scriptor coævus ſit; cum variis exemplis liqueat, eos qui res ſuo tempore geſtas ſcripſere, quandoque in errorem lapſos eſſe; quod eo magis de Arnoldo dicendum, quo longe ab Italia vixerit, conſtetque eum hallucinatum in eo quod ſcripſit, *Fridericum* anno poſt celebrationem Comitiorum Moguntiæ habitorum in Italiam adventaſſe. Adhæc Labbeus recitat Ordinationem *Philippi Regis Franciæ & Henrici II. Regis Angliæ, conſilio Epiſcoporum, Comitum & Baronum terrarum ſuarum de contributione in ſubſidium Terræ ſanctæ a nativitate ſancti Joannis Baptiſtæ, anno MCLXXXIV in decem annos.* Quare cum anno ſuperiori tam in Gallia, quam in Anglia actum ſit de ſubſidio Terræ ſanctæ, & currenti Legati inde miſſi in Orientem redierint, *Concilium Veronenſe* a Lucio III. in hunc annum dilatum fuiſſe prorſus improbabile. Denique Onuphrius Panvinius Veronenſium ſuorum decus & ornamentum in Chron. Eccleſiaſt. ad annum MCLXXXIV. habet: *Magnus Veronæ Conventus, cui Papa, Imperator, & multi Epiſcopi interfuerunt*, Chronicon autem illud, Notæque in Vitas Pontificum Rom. a Patina editas, ultima Onuphrii Opera ſunt, in quibus ideo res quæ narrat ad exactiorem annorum rationem ab eo rediguntur.

# AD VERONENSE CONCILIUM

*Adverſus ejus temporis hæreſes, aliiſque de rebus diſciplinæ*

*Lucio papa III. Friderico I. imperatore præſente, anno 1184. celebratum.*

## ADDITIO.

Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 710.

„ VEronenſem conventum, concilii nomine nequaquam appellandum contendit Baronius, cui repugnat Pagius, concilii nomine dignum eſſe ratus conventum illum, in quo de cauſis eccleſiaſticis ab epiſcopis, licet præſentibus laicis, tractatur. Optime ille; cui & vetuſtum ejus temporis monumentum adſtipulatur; Literæ ſcilicet Adalberti Salzburgenſis archiepiſcopi de rebus hujus, quod appellat, Concilii, ad G. præpoſitum ſuum ſcriptæ, quas ex Codice Diplomatico Pezii part. II. pag. 47. inferius recitabo. Porro Adalbertus, qui in concilio Veneto ab Alexandro papa III. juſſus Conrado æmulo ſuo archiepiſcopatum Salzburgenſem cedere coactus fuerat, dein, eo pontifice defuncto jus ſuum urgere cœpit, & quantum ex his literis colligimus, Lucium III. pontificem adjutorem nactus eſt. Has literas, utpote ex concilio & de rebus ejuſdem concilii latas, hic ſubjicio.

### ADALBERTI ARCHIEP. SALZBURG. AD SUOS EPISTOLA.

*Quomodo Verona a Papa, & Imperatore exceptus ſit, æmuli Guercenſes rejecti. De rebus in Concilio geſtis, novis ex Oriente rumoribus &c.*

An. 1184. ADei gratia Salſeburgenſis eccleſiæ archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, G. ejuſdem eccleſiæ præpoſito venerabili, & univerſo capitulo. M. quoque Caſtellano, S de Surbach, ſalutem, & ſinceram dilectionem.

De noſtro, & eccleſiæ noſtræ ſtatu præcipue vos ſollicitos eſſe ſcientes, præſentibus litteris veſtram minuere ſollicitudinem non incongruum putavimus. Noveritis itaque, quod Veronam ſani & hilares cum omni noſtro venientes comitatu tam dominum papam, quam imperatorem per omnia in eccleſiæ noſtræ honoris negotio ad voluntatem noſtram expoſitos invenimus. Hermannus quoque, & præpoſitus Gurcenſis gratiæ noſtræ ſe penitus ſubpoſuerunt, in nullo deinceps eccleſiam noſtram gravaturi. Quomodo autem reliqui Gurcenſium contra nos crocitantes coram imperio refutati ſint & confuſi, a nobis plenius poſtmodum audietis, quippe qui tales & tanti non eſſe ſunt adjudicati, quibus reſpondere deberemus. Privilegia ſane & litteras de Gurcenſibus, & de monetis, ab utraque dignitate, apoſtolica videlicet & regia, ſicut voluimus, impetravimus. & legationem nobis, & ſucceſſoribus noſtris, per totam Noricam confirmavimus.

Rumores curiæ dignos relatu, alios neſcimus, præter quod Cathari a domino papa, & toto concilio excommunicati, & ab imperatore cum tota ſubſtantia ſua ſint proſcripti. Patriarcha, & epiſcopi Jeroſolymitani, & Templarii, ac Hoſpitalarii plurimum domino papæ, & imperatori pro expeditione contra paganos tranſmarinos facienda ſupplicarunt, aſſerentes, ſepulchrum Domini & totam illam eccleſiam in maximo periculo

ANNO CHRISTI 1184.

culo propter Salahdini immenſam potentiam eſſe conſtitutam. Quorum petitioni annuendum imperator benigne deliberavit, & cum ad Teutonicas partes acceſſerit, ſe cum principibus de hoc acturum ſpopondit; ita tamen, ut a natali Domini proximo per annum, qui voluerint, ad ipſam expeditionem accingantur.

Quoniam vero negotiis noſtris jam conſummatis Friſacum in inſtanti revertimur, &, ſicut non ignoratis, a feſto S. Martini decimo quarto die apud Dirnſtein colloquium cum duce Stirenſi habere tenemur, rogamus vos quam intime, ut vocatis, & aſſumptis vobiſcum Pabone de Eringen, & miniſterialibus noſtris, quos neceſſarios nobis in ipſo colloquio deliberaveritis, remota omni occaſione, quia neceſſitas, ut ſcitis, ingruit, ad nos ipſum colloquium celebraturi veniatis.

„ In eodem pariter concilio agitata eſt, ſed „ non abſoluta, cauſa duorum electorum ad „ cathedram Trevirenſem, cujus electionis hiſto„ riam cum cauſæ delatione ad pontificem, Ve„ ronæ concilium habentem hic exhibeo verbis „ Gloſcheri in geſtis Archiepiſcoporum Trevi„ ren. in corp. Hiſtorico Eccardi tom. II. pag. „ 2210.

Defuncto Arnoldo archiepiſcopo, facta eſt diſſenſio de altero eligendo in eccleſia Treverenſi; nam præcedente veſpera diei, qua ſepeliendus erat, convenerunt canonici majoris eccleſiæ cum prælatis, ut deliberarent, quem eligerent; maxima autem pars cleri in perſonam Rudolfi præpoſiti majoris domus, mediante decano, conſenſit: Sed nocte ſequenti negotio perambulante in tenebris omnino immutatum eſt, quidquid ante inchoatum fuerit: Nam poſt ſepulturam patris ſui cum ad electionem conveniſſent, Folmarus archidiaconus dixit illam externam denominationem ita promulgatam fuiſſe, ut cum major pars cleri vel populi faveret, ipſe in epiſcopatum ſuccederet, ad quod verbum factæ ſunt partes, & inter partes altercationes graves. Tunc Wernherus de Bonlanden, annuente Palatino comite, inſtabat, ut electio ad imperatorem differretur; ſed Folmarus inſiſtebat, ut ſtatim epiſcopus eligeretur, ex decretis probare intendens, quod nullo temporis ſpatio ſedes epiſcopalis vacare deberet. Ad hæc multa fuerunt objecta; tandem ſtatuerunt, ut ad nonam verbum differretur, & tunc ſigno campanæ, omnibus convocatis, cauſa terminaretur: ita ab invicem digrediuntur: Sed Folmarus cum ſuis ad laicos, quorum tunc multitudo maxima in clauſtrum convenerat, egreditur, & ne aliqua mora electionis fiat, modis omnibus laborat, monet, & hortatur. Ejus in favorem Henricus dux de Lemburch multa perlocutus cum aliis nobilibus & miniſterialibus atque civibus, monuit, ne ab invicem ſepararentur; & ſi digreſſi fuerant, revocarentur; ad quod miſſi ſunt primo clerici, ſecundo nobiles & liberi, tertio miniſteriales & cives idonei; qui reverſi nunciant, quoſdam longius receſſiſſe, quoſdam in vicino jam ad prandium conſediſſe, qui orarent, ut, juxta dictum, ad nonam expectarent; & tunc congregatis omnibus, pro epiſcopo conſtituendo, in pace tractarent. At illi non adquieverunt, ſed abſentibus aliis in electionem Folmari convenerunt, & raptum eum potius quam electum, magno concurſu in oratorium & in ſedem epiſcopalem traxerunt, & ſic ad propria receſſerunt. Circa nonam vero horam juxta condictum alii cum Palatino comite & Werhnero de Bolanden ad ſignum campanæ convenientes, qualiter talis electio caſſaretur, omnibus modis elaborare intenderunt; & miſſa legatione imperatori diſſentionem partium intimarunt, a quo ad Conſtantiam civitatem evocati ſunt, ubi judicio principum ſancitum fuit, quod imperator per conſilium principum, ſi in electione diſcordarent, quam vellet, idoneam perſonam ſubrogaret: At ipſe optionem electionis iterum in præſentia ſua eis conceſſit, ita ſi præteritæ electionis diſcordiam deponere vellent. Ubi Folmarus intereſſe nolens, diſceſſit: Alii vero, quamvis pauci Rudolfum præpoſitum iterum electum præſentaverunt, & ab imperatore inveſtitum, ad propria reduxerunt. Qui cum Treverim veniſſent, fautores Folmari domum ſancti Petri præoccupaverunt, & clauſis introrſum januis, aditum omnem cum ſatellitibus & armis ei prohibuerunt. Sed apud ſanctum Simeonem ſolemniter ſuſceptus authoritate imperatoris epiſcopatum acquiſivit. At Folmarus terra, marique laborioſum iter arripiens, Lucium papam adiit, cauſam dixit, juſtitiam a ſede Apoſtolica expetiit. Papa dudum litteras omnium perſonarum eccleſiæ Trevirenſis ſuſceperat contra eum; & quia per ſubreptionem magis, quam per canonicam electionem obtinere vellet, audierat; unde & ad curiam ſuam die eis præfixa adverſarios ſuos cum perſonis eccleſiæ evocavit; & audito electionis ordine, circa utramque perſonam, nihil eo tempore ſuper hoc determinare judicavit, uſque ad præſentiam imperatoris, qui de eodem negotio ſcripſerat, quique jam in procinctu vix erat occurrere ei apud Veronam. Ubi dum convenirent, & de negotiis, quæ inter ſedem apoſtolicam & imperium verſabantur, quæſtiones hinc inde diſcuterent, inter cæteras quæſtiones iſta habita eſt, non una de minimis. Imperator enim cauſam Rudolfi præpoſiti ſuam faciebat; unde & conſtanter petiit, ut eum quem per ſententiam principum inveſtiſſet, papa conſecrare non differret: quod cum apoſtolicus more curiæ de die in diem protrahendo imperatori firmam ſpem ſuæ voluntatis exequendæ promitteret; tandem ſuggeſtum eſt imperatori a cardinalibus, quod ad ſententiam dandam papa procedere non poſſet, niſi auditis allegationibus utriuſque partis; ex conſenſu igitur imperatoris Rudolfus cum ſuis proceſſit ad curiam, cui ex adverſa parte Folmarus cum ſuis, quos evocaverat ad ſe, cum decano majoris eccleſiæ reſiſtere paratus, litem cauſæ ingreſſus eſt. Lite igitur conteſtata, dum utrinque diu diſputatum eſſet, & allegationes eorum in ſcriptum redactæ curiæ præſentatæ fuiſſent, quia ita perplexum erat negotium, ut hinc imperatorem, inde papam graviter tangere videretur, diffinitivam ſententiam promulgare diſtulit, & ſic non modicum temporis elapſum eſt.

„ Præſtat denique ea proferre, quæ de hoc „ concilio narrat Anonymus Zwetlenſis author „ coævus in hiſtor. Pontif. Roman.

Ipſe ( Lucius ) & imperator Veronæ convenientes, ut inter ſpiritualem patrem, & filium dulcia * miſcentur colloquia, & tanquam ex duabus principalibus curiis, & duobus orbis capitibus una Republica effecta, eccleſiaſtica ſimul & ſæcularia inter eos tractantur negotia; ubi etiam viciſſim alterutrius delectati præſentia, & vigore ſuffulti, communi conſilio omnium, qui ibi convenerant, archiepiſcoporum epiſcoporum, & aliorum principum contra diverſas hæreſes, & earum auctores, quibus diverſa nomina, diverſarum ibidem profeſſio falſitatum, Catharos, Pate-

* miſcerentur.

ANNO CHRISTI 1184.

Paterenos, & eos qui ſe tam falſo nomine humiliatos, vel pauperes de Lugduno, quam ſuperbo mentiuntur, Pallagenos, Joſepinos, Arnoldiſtas, Publicanos inſurgunt, & ſuo eos jure condemnant.

# VINDESORENSIS CONVENTUS.

*Epiſcoporum, & Cleri Angliæ pro eligendo archiepiſcopo Cantuarienſi*

*Anno* 1184. *habitus*.

Ex Manſi Suppl. T. II. pag. 713. Anno 1184. Alter Wilkins.

DIe S. Dunſtani juſſu regis magnus clericorum conventus factus eſt apud Windeſoram ad eligendum archiepiſcopum Cantuar., in loco Richardi modo defuncti: *Gervaſius ita de eo loquitur*: Rex Angliæ miſit nuncios & literas ad conventum Cantuar. Eccleſiæ, præcipiens, ut cum priore ſuo plures ad eum mitterent monachos ad Winleſores. Quo cum veniſſent die ordinationis S. Dunſtani ſimul cum epiſcopis & clero Angliæ, dixit ad monachos rex: Miſeremini mei, domini mei & amici mei; vos enim eſtis fideles mei & amici, omnes fere nati de terra mea, unde mihi magis tenemini. Rogo igitur vos, per fidem, quam mihi debetis, loquimini cum epiſcopis meis, & inter vos tale habetote conſilium, quod Dei & ſanctæ eccleſiæ honor conſervetur, & regni ſtatus perſeveret in pace, & ut honor debitus mihi conſervetur indemnis, quem prædeceſſores mei in hac cauſa noſcuntur habuiſſe. Poſt varios deinde ſermones inter regem, epiſcopos, & conventum Cantuar. ac poſt prorogationem concilii hujus, tandem prior electionem declaravit his verbis: Nos ergo in nomine ſanctæ Trinitatis eligimus virum venerabilem dominum B. Wigornienſem epiſcopum, in patrem & paſtorem Cantuarienſis eccleſiæ. Et ſurgentes introduxerunt novum electum in eccleſiam, cantantes & Deum laudantes, ſonantibus ſignis non ſolum Weſtmonaſterii; ſed etiam totius Londoniæ civitatis.

# CONCILIUM AQUILEJENSE

Adverſus incendiarios, ſacrilegos, & hujuſmodi alios, anno Domini MCLXXXIV. celebratum.

SUpereſt ab Ughello edita concilii hujus epiſtola ſynodalis in hæc verba:

*Ex Italiæ ſacræ tom. V. pag. 61. Labbeus in Append. tom. V.*

Gotifredus Dei gratia Aquilejenſis patriarcha univerſis epiſcopis ejus eccleſiæ ſuffraganeis, venerabilibus & in Chriſto dilectis fratribus, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

QUONIAM peccatis exigentibus magna pars hominum, quorum non eſt numerus, adeo ſalvatori ſuo, * quos & Dominus tradidit in reprobum ſenſum, tantam feritatem exercent in terris, ut nulla pietate obſtante, quia timor Domini non eſt ante oculos eorum, ſanguinem innocentum effundere, vineas & arbores fructiferas ſuccidere, domus alienas, &, quod gravius eſt, eccleſias Deo dicatas, ſpoliare & ſuccendere non formident: & uſque adeo crudelitas & furor eorum invaluit, quod ad omnia ſacrilegia & nefaria perpetranda obſtinatis mentibus eant præcipites. *Corrupti namque & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis*. Et quoniam in provincia noſtra, ſæva rapacitas prædonum, & diverſi generis malefactorum pravitas, ſpiritu furoris accenſa, terras nuperrime longe lateque deſtruxit: nos videntes mala gentis noſtræ & ſociorum, in generali capitulo, quod altera die poſt feſtum ſancti Michaelis Aquilejæ celebravimus, conſilio epiſcoporum, & totius capituli, imitantes etiam decreta patrum noſtrorum, Innocentii, Eugenii, & Alexandri, ſummæ ſedis pontificum, nec non bonæ memoriæ Uldarici patris & prædeceſſoris noſtri, ſucciſores vinearum & arborum fructiferarum, incendiarios homines, & violatores eccleſiarum, accenſis candelis, anathematis vinculo ligari mandavimus: ut qui extremi examinis timore ab iniquitate & impietate non revocantur, eos eccleſiaſtica ſeveritas, ut ad cor redeant, comprimat & inducat.

* *Aliquid deeſt.*

*Pſal. 13.*

Statuimus etiam ut violatores eccleſiarum, cœmeteriorum, & incendiarii eorum, & qui in clericos manus injiciant violentas, cum ad ſatisfactionem eccleſiæ redierint, & mandatum noſtrum, & ſui epiſcopi juramentum, recipiant in mandatis, ut ea quæ de eccleſiis, & de earum cœmeteriis, ſeu etiam aliunde, abſtulerint, pro poſſe ſuo, & ſecundum epiſcopi ſui arbitrium reſtituant, & cum epiſcopi ſui licentia ſedem adeant apoſtolicam. Quocirca fraternitati veſtræ mandamus, & mandando præcipimus, quatenus ſecundum excommunicationis formam in eccleſiis veſtris denunciari & firmiter obſervari faciatis.

ANNO CHRISTI 1185.

# CONVENTUS LONDINENSIS

Ex P. Pagi ad an. Chr. 1185. n. 10.

ANno 1185. Conventus Londini habitus a Rege ſuper expeditione Hieroſolymitana Illum nempe ſollicitabant Legati Orientales cum Heraclio Patriarcha Hieroſolimitano, ut vel ipſe, vel ejus filius in ſubſidium Terræ ſanctæ tranſirent. *Ad vocationem Regis* tradit Radulphus

phus de Diceto, qui hoc tempore Londonii florebat, Cantuarienſem electum, hujus ſuffraganeos, Dunelmenſem Epiſcopum, Abbates & Comites Lundoniæ conveniſſe *apud Fontem Clericorum XV. Kalend. Aprilis*, & ſatius viſum fuiſſe univerſis, *& anima Regis multo ſalubrius, quod regnum ſuum debita cum moderatione gubernet, & a gentibus exteris tueatur, quam ſaluti conſulat Orientalium in propria ſua perſona.*



# VITA ET EPISTOLÆ
# URBANI PAPÆ III.

URBANUS III. Mediolani natus, ante Lambertus nominatus, ex Mediolanenſi archiepiſcopo, e genere Cribellorum, ſtatim poſt Lucium ſeptimo Kalendas Decembris defunctum, miro omnium conſenſu electus eſt in pontificem anno Domini MCLXXXV. tempore Friderici imperatoris, quem ob iteratam honorum & jurium eccleſiæ invaſionem iterum excommunicaſſet, niſi morte præventus fuiſſet.

Omne ſuum ſtudium ad reconciliandos Chriſtianorum animos, qui in Syria bellis impliciti erant, convertit. Verum cum in ejuſmodi procurationibus operam luderet, & Chriſtiani principes odiis & diſſenſionibus intricarentur: Soldanus pluribus locis potitus, etiam Hieroſolymam ſuo imperio adjecit IV. Kalendas Octobris, anno poſtquam a Godefredo recuperata fuerat, octogeſimo quarto. Ad hæc, crucem Dominicam ludibrio affectam, regem Hieroſolymitanum captum, & adverſariorum copias verſus Antiochiam directas eſſe intelligens, dolore percitus, in morbum incidit, ex quo Ferrariæ mortuus eſt XIII. Kal. Novembris anno Domini MCLXXXVII. cum ſediſſet annum unum, menſes novem, & dies XXV. Ita Rogerus de obitu optimi pontificis, verius & melius ſentiens quam ſchiſmaticorum fautor Urſpergenſis; qui dum Lucii papæ mortem retuliſſet, hæc ſuo more ſcribit: Tunc cardinales qui cum ipſo erant, de reditu ſuo plurimum ſunt anguſtiati; timebant enim ab imperatore aliquam violentiam ſibi inferri ſuper electione Romani pontificis. Sane Mediolanenſis archiepiſcopus ipſos ſecure deduxit uſque Ravennam, quem & ipſi in papam elegerunt, dictuſque eſt Urbanus III. quem multi Turbanum vocarunt; eo quod, cum eſſet Mediolanenſis natione, in odium Imperatoris volebat turbare eccleſiam quæ jam pauliſper quietem acceperat: ſed nutu Dei percuſſus interiit. Sedit annum unum, menſes decem, dies viginti quinque. *Hæc Urſpergenſis.*

Hujus temporibus, anno nimirum Chriſti MCLXXXVI. Rogerii regis Siciliæ filia (quam monialem fuiſſe fabuloſum eſſe probat Baronius) Henrico VI. regi Germaniæ matrimonio juncta fuit. *Viterbienſis.*

Commentum de monachatu ejus fortaſſe inde excogitatum eſt, quod in monaſterio aſſervata fuerit, ut, ſi regibus maſcula proles defuiſſet, ipſa cum dote regni nubere potuiſſet.

## EPISTOLA I. URBANI PAPÆ III.

### AD OMNES EPISCOPOS.
De ſui electione.

*Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, & epiſcopis, & dilectis filiis abbatibus, prioribus, & ceteris eccleſiarum prælatis, ad quos litteræ pervenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

COELESTIS altitudo conſilii firmam retinens in ſua diſpoſitione cenſuram, ſacroſanctam Romanam eccleſiam, ad cujus regimen ſumus licet inſufficientes aſſumpti, ſupra petram fidei ſoliditate fundavit: illud ei tribuens in apoſtolicæ confeſſionis fortitudine firmamentum, cui nec procella turbinis, nec prævalere poſſit ſpiritus tempeſtatis. Unde ipſa univerſalis mater eccleſia uſque ad conſummationem ſæculi manentem ſecum retinens Salvatorem, ita, juxta canticum Salomonis, quem dilexit amplectitur, ut pro nulla rerum varietate, vel temporum, ab unitate ſuæ fidei vel pietatis propoſito ſeparetur. Licet enim vel crebra decedentium mutatione paſtorum in varia diſcrimina frequenter inciderit, vel per mundanæ malignitatis incurſum, perſecutiones innumeras pertulerit & labores: nunquam tamen eam gratia Divina deſeruit, quo minus robur ejus in qualibet tentatione perficeret, & inde obtineret ſpei ſuæ gaudium, unde ſuſceperat fidei firmamentum. Sic igitur ante paucos hos dies faciente cum ea Domino ſignum in bonum, quamvis ipſam de tranſitu pii patris Lucii non modicus dolor triſtitiaque turbavit: ſtatum tamen ejus in unitate Spiritus & vinculo pacis Divina providentia conſervavit: ut poſt veſpertinos fletus, lætitia matutina ſuccederet, & ipſa velut columba pulcherrima ſuis lætificata gemitibus, ſine ruga prorſus & macula candoris ſui pulchritudinem retineret. Defuncto ſiquidem piæ recordationis patre ac prædeceſſore noſtro domino papa Lucio, & reverendiſſimo ejus corpore honorifice tumulato, habitus eſt a fratribus de ſucceſſoris electione tractatus: in quo tanta fuit unitas omnium, tantaque adinvicem concordia ſingulorum ut ille intelligatur operatus in eis, in cujus manu corda ſunt omnium, & per quem adunatur diverſitas animorum. Ceterum cum plures eſſent in eccleſia Dei viri venerabiles & prudentes, in quo eorum vota concurrere conſultius, ut credimus, & dignius potuiſſent, ad inſufficientiam noſtram oculos intenderunt: & factum eſt, ſicut Domino placuit, ut nos, quibus ad dignitatis tantæ faſtigium nec vires nec merita ſuffragantur, in patrem ſibi elegerint & paſtorem. Nos autem licet nobis conſcii propriæ infirmitatis eſſemus, ita ut crederemus eorum propoſito non immerito reſiſtendum: ne tamen ex dilatione negotii vel pertinacia reluctandi aliquod in eccleſia periculum proveniret, conſenſimus, licet inviti, injuncti oneris ſubire laborem, ab eo ſperantes dirigi greſſus noſtros, qui beato Petro in fluctibus naviganti & fiduciam præſtitit ut in mare deſcenderet, & potenter occurrit ut dubitans non periret. Nunc igitur in eo

loco

loco & officio conſtituti, in quo valde indige- A mus omnium fidelium ſuffragiis adjuvari, ad vos tanquam ad ſpeciales eccleſiæ Romanæ filios cum fiducia & ſecuritate recurrimus, voſque benedictionis apoſtolicæ prævenientes alloquio, litteris familiaribus admonemus, rogamus attendentius, & exhortamur in Domino, quatenus tranſitum ſupradicti patris & domini noſtri Lucii devotis orationum ſuffragiis proſequentes, fidem & devotionem, quæ nobis pro reverentia beatorum Petri & Pauli apoſtolorum & apoſtolicæ ſedis communiter debetur ab omnibus, vos ſpecialiter impendatis: ita quod ex hoc & a Deo præmium conſequi, & majorem ſemper gratiam valeatis in oculis noſtris & totius eccleſiæ promereri. Datum Veronæ, ſecundo Idus B Januarii.

## II. AD WILLELMUM REGEM SCOTIÆ.

In cauſa Hugonis ſancti Andreæ & Joannis Dunkeldenſis epiſcoporum.

*Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Willelmo illuſtri Scotorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

CUM ex injuncto nobis a Deo adminiſtrationis officio ad univerſas eccleſias proximas nobis & longe poſitas aciem noſtræ tenea- C mur conſiderationis extendere, &, ſi qua in eis vel miniſtris earum irrationabiliter attentata noverimus, ad factum congruum revocare: non debent ex eo ſæculi principes commoveri, ſi quando ad correctionem eorum quæ perperam facta fuerint manus noſtras duxerimus extendendas: cum & ipſi ſecundum ſibi traditam poteſtatem auxilio nobis in his eſſe debeant, & cum neceſſe fuerit, aliquorum pertinacia exigente, contumacium nequitiæ fortius obviare. Regia ſiquidem excellentia non ignorat, quam gravis inter venerabiles fratres noſtros Joannem Dunkeldenſem & Hugonem ſancti Andreæ epiſcopos fuerit exorta diſſenſio. Et licet magnos utraque pars labores ſubierit & expenſas, & tempore fe- D licis memoriæ Lucii papæ prædeceſſoris noſtri apud ſedem apoſtolicam diutius litigaverint, negotium tamen non potuit finem habere. Unde cum iidem epiſcopi nuper ad noſtram præſentiam acceſſiſſent, & contendiſſent ſuper hoc aliquamdiu in auditorio noſtro: de conſilio fratrum noſtrorum, prædicto Dunkeldenſi epiſcopo agendi licentiam ſuper epiſcopatum ſancti Andreæ tribuimus contra illum, & eidem ſancti Andreæ epiſcopo ad propria revertendi ad noſtram præſentiam ſufficienter inſtructo in conſtituto ſibi termino redituro: ita quod ſi tunc non venerit, venerabilis frater noſter Jocelinus Glaſcuenſis epiſcopus, & dilecti filii de Melros E & de Neubotle & de Dunſermelin abbates, eum extunc ab officio epiſcopali ſuſpendant, &, ſi poſtmodum contumax fuerit, vinculo excommunicationis adſtringant, nec relaxent ſententiam, donec noſtro ſe conſpectui repræſentet. Nolumus enim ut negotio ipſo diutius in ſuſpenſo manente, præſcripta ſancti Andreæ eccleſia gravem rerum ſuarum detrimentum incurrat, ſed potius, cognita veritate, per nos finem congruum auxiliante Domino ſortiatur. Præcipimus etiam præfatis Glaſcuenſi & collegis ſuis, quod dilectos filios noſtros Ajulfum decanum de Lodonejo, & Odonem ſeneſcallum, & Rogerum de Fedic, & alios clericos, & amicos præfati Dunkeldenſis epiſcopi, a qualibet moleſtia, noſtra freti auctoritate, defendant: & poſſeſſiones vel alia bona eorum, ſeu reditus ipſius epiſcopi, non permittant a quoquam invadi. Si qui vero contra ipſorum prohibitionem ſuper his venire præſumpſerint, cenſura eos canonica, nulla appellatione obſtante, compeſcant. Ut igitur quæ mandamus valeant ſine difficultate qualibet adimpleri, monemus regiam excellentiam, & hortamur in Domino, atque in remiſſionem peccatorum injungimus: quatenus pro amore juſtitiæ, & reverentia beati Petri, & noſtra, in negotio illo juxta mandati noſtri tenorem procedi permittas: & prædictos decanum, ſeneſcallum, & Rogerum de Fedic, atque alios conſanguineos & amicos prædicti Dunkeldenſis epiſcopi, & epiſcopatum, & alios reditus ejus, regia protectione defendas, & nec tu ipſe illos in aliquo aggraves, nec ſinas ab aliis aggravari: ita quod cauſa ipſa valeat ſine impedimento terminari, & regia magnificentia de juſtitiæ opere, apud Deum præmium indeficiens, & nomen bonum apud homines conſequatur. Noveritis autem memoratis epiſcopis in virtute obedientiæ nos injunxiſſe, ut nec ab eccleſiis, nec a clericis ſibi ſubditis, accipiant aliquid expenſarum intuitu, quas in proſecutione memorati negotii ſunt facturi, ſed de propriis ſolummodo reditibus ſibi procurent neceſſaria providere. Nolumus enim ut facto ipſorum, eccleſiæ, vel perſonæ aliæ regni tui, debeant incurrere detrimentum. Regiam inſuper excellentiam volumus non latere, quod ſupradictus Dunkeldenſis ita honeſte ſuum eſt negotium proſecutus, & honori regio detulit, quod nihil omnino propoſuit, quod in derogationem regii nominis valeat redundare, vel quo tua ſerenitas adverſus eum debeat commoveri. Unde ſi quid ab æmulis ejus in contrarium fuerit celſitudini tuæ ſuggeſtum, talium verbis aurem regiam non apponas. Datum Veronæ ſecundo Kalendas Auguſti.

## III. AD JOCELINUM GLASCUENSEM epiſcopum, & abbates.

Ejuſdem argumenti.

*Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Jocelino Glaſcuenſi epiſcopo, & dilectis filiis de Melros & de Neubotle & de Dunſermelin abbatibus, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

CUM ex injuncto nobis a Deo adminiſtrationis officio ad univerſas eccleſias proximas nobis & longe poſitas aciem noſtræ conſiderationis teneamur extendere, &c. *Eadem fere cum ſuperiori. Extat apud Rogerum de Hoveden annalium parte poſteriori anno* MCLXXXXI. *ſub Henrico II.*

## IV. AD BALDUINUM EPISCOPUM Cantuarienſem.

*De eccleſia in honorem ſanctorum Stephani & Thomæ conſtruenda.*

PRÆSENTIUM tibi auctoritate mandamus, ut liceat tibi eccleſiam in honorem beatorum martyrum Stephani & Thomæ conſtruere, & de idoneis eam ornare perſonis, quibus beneficia,

cia, quæ ad eorum ſuſtentationem conſtitueris, canonice debeas aſſignare. Item fraternitati tuæ mandamus, ut quarta parte oblationum, quæ ad reliquias beati Thomæ martyris offeruntur, monachorum uſibus conceſſa, quarta fabricis eccleſiæ deputata, quarta pauperibus erogata, quartam portionem liceat tibi in alios uſus bonos pro tuæ voluntatis arbitrio erogare.

## V. AD MAGISTRUM ET FRATRES cruciferos Hoſpitalis Bononienſis.

Approbat eorum ordinem.

*Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Ben. magiſtro & fratribus Cruciferis, Hoſpitalis domus Bononien. tam præſentibus, quam futuris, communem vitam ducentibus in perpetuum.*

CUM anteceſſor tuus, fili Prior, a prædeceſſore noſtro fel. mem. Alexandro papa lapidem primarium ad eccleſiam conſtruendam acceperit, in territorio Bononienſi, ubi domus veſtra nunc conſtructa dignoſcitur: nos veſtris poſtulationibus inducti, eamdem eccleſiam in qua Divino eſtis & pauperum obſequio mancipati, in jus & proprietatem beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, eadem eccleſia veſtra cum Hoſpitali in præſentiarum, juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfatum Hoſpitale, & eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis: &c.

Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus vel ſumptibus colitis, ſive ad veſtrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat.

Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas, e ſæculo fugientes, ad converſionem & pauperum Chriſti ſervitium recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere.

Inhibemus autem ne aliqua eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona, in domum veſtram quemquam intrudere, aut aliquem fratrum veſtrorum de ipſa domo audeat ejicere violenter. Clerici etiam, qui ad domos veſtras ordinati fuerint, & aſſumpti, nulli alii, quam tibi fili Prior, præſtare obedientiam compellantur. Prohibemus inſuper ne cui liceat vos, aut domos veſtras, interdicto, vel excommunicationi, ſine manifeſta & rationabili cauſa, & legitima citatione, ſubjicere. Præſenti pagina decernentes, ut nullus eccleſiarum prælatus a domibus veſtris quicquam exigere, præter libram ceræ, audeat, vel etiam extorquere. Salvis cenſibus illis, qui nunc in quibuſdam domibus veſtris conſtituti ſunt de conſenſu epiſcoporum annuatim percipiendi.

Nihilominus etiam vobis duximus indulgendum, ut in domibus veſtris, ubi tot fratres aſſidue commorantur, quibus ſit eccleſia neceſſaria, liceat vobis oratoria erigere, & cœmeteria fabricare. Quorum ſepulturam liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Chriſma quoque, oleum ſanctum, dedicationes eccleſiarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacras fuerint ordinationes promovendi, & cetera eccleſiaſtica ſacramenta, a quocumque malueritis catholico recipiatis epiſcopo, qui noſtra fultus authoritate, quod poſtulatur impendat.

Ad indicium autem quod eadem domus veſtra, ſpecialiter beati Petri exiſtat, duodecim imperiales nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvatis.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam, & Hoſpitale temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas, retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integre conſerventur, eorum, qui quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit: ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia pacis inveniant Amen.

*Ad te Domine levavi animam meam.*

Ego Urbanus catholicæ eccleſiæ epiſcopus
Ego Henricus Albanenſis epiſcopus.
Ego Paulus Prænestinus epiſcopus.
Ego Theobaldus Hoſtienſis & Velletrenſis epiſcopus.
Ego Petrus presbyt. card. tit. S. Suſannæ.
Ego Laborans presbyt. card. S. Mariæ Trans Tiberim, tit. S. Calliſti.
Ego Pandulfus presbyt. card. tit. XII. Apoſtolorum.
Ego Melior presbyt. card. SS. Joannis & Pauli, tit. Pammachii.
Ego Adelardus, tit. S. Marcelli, presbyt card.
Ego Jac. Diac. cardin. S. Mariæ in Coſmedin.
Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani diac. cardin.
Ego Roland. S. Mariæ in Porticu, diac. cardin.
Ego Petrus S. Nicolai in] Carcere Tullian. diac. cardin.
Ego * Rad. S. Gregorii ad Velum aureum diac. cardin.

Datum Veronæ per manum Moyſi Lateranenſis canonici, viceagentis cancellariæ, VII. Kalend. Aprilis, Indict. V. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXVII. Pontific. vero D. Urbani papæ III. anno II.

* Forte, Radulfus.

VI. Ad

## VI. AD WALTERUM ROTOMAGENSEM ARCHIEPISCOPUM.

*Ut poſt appellationem nihil innovetur.*

Ex Beſſin Concil. Rotomag. Prov. par. 1. p. 91.

URbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri Galtero Rotomagenſi Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. His qui ad tuitionem ſui vocem appellationis emittunt, propenſius adeſſe compellimur, & ne appellatione pendente quorumlibet malignitate graventur, paſtoralem ſollicitudinem adhibere; quia cum appellationis remedium inventum fuerit ad ſubſidium oppreſſorum, eorum indemnitati, quantum ordo juris expoſcit, vobis imminet præcavere. Inde eſt, quod cum in Provincia tua, ſicut audivimus, plerumque contingat, quod tam eccleſiaſtici, quam ſæculares viri, poſt appellationem poſſeſſionibus vel rebus aliis ſpolientur; præſentibus tibi litteris indulgemus, ut ſi quid circa ſtatum aliquorum de Provincia tua poſt objectum appellationis obſtaculum, in eorum præjudicium tibi conſtiterit innovatum, id in eum ſtatum appellatione poſtpoſita reducendi, in quo tempore appellationis extiterat, de authoritate noſtra liberam habeas facultatem, ne appellantes ſui juris diſpendium patiantur. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum ejus Petri & Pauli ſe noverit incurſurum. Datum Veronæ 11. Kal. Auguſti.

## VII. AD ABBATEM ET CONVENTUM FISCANENSEM.

*Ne filii in patrum Eccleſiis inſtituantur, imo removeantur.*

Ibidem par. 1. p. 94.

URbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & conventui Fiſcannenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a ſacris ſit canonibus alienum, ut in Eccleſiis Dei patri filius nullo mediante ſuccedat, nec ſanctuarium Dei poſſit jure quaſi hæreditario poſſideri, mirabile gerimus & indignum, quod in quibuſdam eccleſiis monaſterio veſtro utroque jure ſubjectis nonnulli, ſicut accepimus, ſuis parentibus ſucceſſerunt, eaſque contra diſciplinam canonicam detinent in ſcandalum plurimorum. Ideoque auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut eos, qui taliter memoratas eccleſias detinent, liberam habeatis auctoritate apoſtolica facultatem ab ipſis eccleſiis removendi: ita tamen quod eædem eccleſiæ, ſine dilatione congrua canonice de perſonis idoneis ordinentur; niſi forte ibi tanto tempore fuerint, & taliter converſati, quod videantur merito ſuſtinendi. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum Veron. Kal. Junii.

ANNO CHRISTI 1185.

# AD EPISTOLAS URBANI III. APPENDIX.

ANNO CHRISTI 1185.

## AD GUILLELMUM PRIOREM GRANDIMONTENSEM.

*Varia ſtatuit pro pace & quiete Monachorum Grandimontenſium.*

Ex Manſi Suppl. T. II. pag. 714. An. 1185. Ex Mart. Anecdot. t. 1. p. 629.

URbanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Guillelmo priori Grandimontis, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum.

Quanto per infuſionem Sancti Spiritus cœleſtis ſubditi magiſterio diſciplinæ odorem religionis in veſtro ordine hactenus obſervatæ latius expanditis, ut ſecundum Apoſtolum converſatio veſtra ſit vitæ in vitam: tanto noſtro imminet officio ſollicitius attendendum, ne inimicus humani generis, qui ſemper circuit, quærens quem devoret, piis invidet ſtudiis perfectorum, per ſuæ calliditatis aſtutiam adverſus vos, Domino reſiſtente, prævaleat, & propoſitum religionis & ordinis, ſub quo laudabiliter militatis, virulenta ſuggeſtione immutet aliquatenus, vel perturbet, in vobis fraternæ pacis gratiam violando. Inde ſiquidem eſt, quod cum inter vos, permittente ipſo qui fideles ſuos tentari non patitur ſupra id quod portare poſſint, ſeminarium ſcandali ſubortum fuerit, quod ſollicitudine plurimorum adhibita, hactenus ſedari nequiverit; ad noſtram præſentiam quidam ex utraque parte fratrum litigantium acceſſerunt coram nobis & fratribus noſtris, plurima de inſtitutione veſtri ordinis, & illatis hinc inde injuriis, proponentes. Nos vero, auditis omnibus diligenter quæ in noſtro duxerunt auditorio proponenda, ut de cetero inimico virtutum omnium nocendi aditus claudetur, & in ordine veſtro fraternæ pacis concordiam tam facile ipſius calliditas non turbaret, in his quæ generare videbantur materiam jurgiorum, manum correctionis apoſtolicæ de fratrum noſtrorum conſilio duximus apponendam. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut qui, relicto ſæculo, ad ordinem veſtrum confugiunt, priori qui pro tempore fuerit, & ſucceſſoribus ejus catholicis, vel capitulo, ſi prior non fuerit, obedientiam & reverentiam promittant abſolute. Fratribus autem ſingulis in his quæ ad commodum & honorem domus pertinent, fraternæ charitatis officium, & auxilium debitæ ſubventionis impendant. Majores ſe invicem, ſecundum Apoſtolum, arbitrantes, quatinus juxta apoſtolicam evangelicamque doctrinam ſe invicem honore præveniant, & qui forte major eſt meritis, non erubeſcat amore Domini fieri minoribus miniſtrator. Paci veſtræ præterea providentes, ſtatuimus, ut ad recipiendum alterius religionis hominem nemo vos cogat invitos, ne dum inſtituta relicti ordinis qui ad vos confugerit æmulatur, a veſtræ obſervantia diſciplinæ animos ſimpliciorum avertat, & aliis vos contingat injurioſos & moleſtos exiſtere, ſi profeſſos eorum volueritis retinere. Priori autem, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, plenam concedimus auctoritate apoſtolica poteſtatem: ita ut uni converſorum, qui magis idoneus fuerit in cellis veſtris temporalia diſ-

ANNO CHRISTI 1185.

diſponenda committat, qui de ipſius prioris mandato, eleemoſynas depoſitaque recipiat, & eas in pios uſus ac neceſſitatem domus provida conſideratione convertat. Cura vero ſpiritualium libere de mandato prioris circa clericos ipſos reſideat: ita quod nullus laicorum fratrum in confeſſionibus, pœnitentiis, divinis officiis celebrandis, & corrigendis exceſſibus clericorum, ullam ſibi auctoritatem uſurpet: ſed hæc omnia per priorem jam dictum, vel de mandato ipſius, per clericos expleantur. Ad hæc, ad inſtar prædeceſſorum noſtrorum felicis recordationis Alexandri & Lucii Romanorum pontificum, omnibus regulam veſtram ſervantibus, ſicut in veſtro ordine, & ſuprapoſitis noſtræ correctionis capitulis ſalubriter continetur, laborem loco pœnitentiæ, & in peccatorum ſuorum remiſſionem injungimus, quem in ipſa obſervantia patiuntur. Inſtitutionem quoque quam ad caſtigationem veſtram poſt confirmationem felicis recordationis Adriani papæ prædeceſſoris noſtri ſalubriter addidiſtis, auctoritate apoſtolica confirmamus, & perpetuis decernimus temporibus valituram; ſtatuentes ut liberum vobis ſit, ſecundum regulam veſtram, atque inſtituta ordinis, abſque aliquorum gravaminibus vel moleſtiis, Domino famulari, ſalva in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate. Præterea domum & loca veſtra, cum omnibus quæ in præſentiarum juſte & pacifice poſſidetis, vel in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poteritis adipiſci ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes ut ea firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam domum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

✠ Ego Urbanus catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

✠ Ego Paulus Preneſtinus epiſcopus Ss.

✠ Ego Johannes tituli S. Marci presbyter cardinalis ſubſcripſi.

✠ Ego Petrus Le Bon presbyter cardinalis tituli ſanctæ Suſannæ ſubſcripſi.

† Ego Laborans presbyter cardinalis ſanctæ Mariæ trans Tyberim tituli S. Callixti SS.

† Ego Pandulfus presbyter cardinalis tituli duodecim Apoſtolorum ſubſcripſi.

† Ego Albinus presbyter cardinalis tituli S. Crucis in Jeruſalem ſubſcripſi.

† Ego Melior presbyter cardinalis SS. Johannis & Pauli tituli Pammachii ſubſcripſi.

A † Ego Adelardus tituli S. Marcelli presbyter cardinalis ſubſcripſi.

† Ego Jacinthus S. Mariæ in Coſmedim diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego Bobo S. Angeli diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego Octavianus SS. Sergii & Bacchi diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego Rollandus S. Mariæ in Porticu diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego Rad. S. Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ſubſcripſi.

Datum Veronæ per manum Moyſis Lateranenſis canonici vicem agentis cancellarii Idibus Julii, indictione IV. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXVI. pontificatus vero Domini Urbani papæ III. anno primo.

B

## AD FRIDERICUM IMPERATOREM

*De injuriis eccleſiæ Romanæ illatis ab eo conqueritur.*

Ex Ludevvig. Reliq. t. II. p. 409.

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei Kariſſimo in Chriſto filio F. illuſtri Romanorum imperatori ſemper auguſto ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Si datum eſſet deſuper & celeſti prudentia ſtabilitum, ut inter eccleſiam & imperium ad ſalutem Chriſtiani populi tanta eſſet connexio caritatis, quod adverſus eam nec ſuſurronum & malignantium ſtudia prævalerent, nec ab alterutra partium aliquid in præjudicium alterius vel diſpendium ageretur, gratum nobis exiſteret & acceptum, & univerſis Deum timentibus, ſicut credimus, complaceret. Cum ad hoc ſapientia Dei duorum ſtatuerit cenſuram gladiorum, ut dum alter alteri cohæreret, iniquorum malitiam diſtrictio unius compeſceret, & contemnentes alterius potentia refrenaret. Quod nos piis, ſicut convenit, affectibus intuentes ab ipſis noſtræ promotionis iniciis firmum concepimus propoſitum, & tenemus inter eccleſiam & imperium, ſi per tuam ſerenitatem pacem perpetuam & concordiam reformare, & ut ſalva conſcientia loquamur, nequaquam occaſionem quæſivimus vel quærimus ab hoc propoſito deſiſtendi. Sane imperiales apices ea qua decuit benignitate ſuſcepimus, eorumque ſerie plenius intellecta, ut tuæ celſitudini de noſtra conſcientia certius innoteſcat, ſerenitati tuæ per ſingula duximus capitula reſpondere. Recolimus ſiquidem nec ſine multimoda commendatione referimus, quod in promotione noſtra pacem eccleſia tua excellentia proſecuta debita reverentia & devotione ſuſcepit, quo circa nos manus Domini noluit non ex noſtris meritis, ſed ex ſua miſericordia operari. Attendentes, ſicut credimus, quod ſicut princeps es ex divina inſtitutione catholicus, ita in eccleſia Dei revereri & ſervare debeas catholicam unitatem. Poſtquam fatemur nos a tua magnitudine per litteras, & nuncios accepiſſe, quod patrimonium eccleſiæ, ſicut ad tuum ſpectat officium, ſub tua volebas protectione recipere, & ad hoc ſine noſtræ conſiſtere beneplacito voluntatis, Heinricum illuſtrem regem excellentiæ tuæ filium deſtinare. Bona utique & commendanda promiſſio, ſi debita efficacia compleretur, ſed quod ſine admiratione non ferimus, res in contrarium verſa eſt, cum idem illuſtris filius tuus non ad defenſionem terræ noſtræ, ſed potius vi-

Locus obſcurus.

ANNO CHRISTI 1185.

videatur ad oppreſſionem intendere, & a civita- A
tibus & aliis locis, quæ noſtræ juriſdictionis exi-
ſtunt, Narnia videlicet, Viterbio, Veruſio, * &
quibuſdam aliis, forum & alia indebita ſervitia
exigat, & quibuſdam denegantibus, quæ poſtu-
lat, pro ſuæ voluntatis arbitrio comminetur.
Placuit ergo promiſſio, placuit & affectus, &
quia contrarius effectus exiſtit, grave gerimus,
nec tuæ credimus excellentiæ convenire. Quod
autem Novarianis pro culpa ſua a Chriſti cor-
pore, quod eſt eccleſia, ſeparatos tua ſerenitas
evitavit, debita commendatione proſequimur, nec
aliter ſaluti & honori tuo, qui univerſos extol-
lentes ſe adverſus Deum & eccleſiam ejus acce-
pta debes poteſtate reprimere, & ſtatuta eccle-
ſiaſtica firmiter obſervare, congrue providiſſes.
Ex eo vero quod nobis ſuper facto Cremonenſi
intimaſti, eo gravius admiramur, quo affectum B
tuum ad hoc cognoſcimus aliena forte ſuggeſtio-
ne inductum, ut pro his quæ gratiarum deberes
proſequi actione concepiſſe in contrarium videa-
ris. Nam cum Cremonenſes ipſi ſepius ad no-
ſtram præſentiam acceſſiſſent, humiliter poſtulan-
tes, ut eos ſub apoſtolicæ ſedis protectione de-
beremus recipere, licet id ſalva conſcientia po-
tuerimus admiſiſſe, qui univerſis ad nos devote
clamantibus favorem tenemur apoſtolicum imper-
tiri; ne tamen contra tuam excellentiam de fa-
vore noſtro inſolentiores exiſterent, petitionem
ipſorum nequaquam admiſimus. Et ut tua pro-
videntia non ignoret, quod inter te & ipſos pa-
cem & concordiam noluerimus diſturbare, quod
ſi forte voluiſſemus, aliter negotia proceſſiſſent. C
Venerabili fratri noſtro, Cremonenſi epiſcopo,
cum ad tractatum ipſius pacis intenderet, dedi-
mus in mandatum, ut de reformanda concordia
omni, qua poſſet, ſollicitudine laboraret. In
quo, ſi quam habeas materiam conquerendi, ſe-
renitas tua conſideret, quod nos id, recurrentes
ad conſcientiam, non videmus. Epiſcopis au-
tem vel civitatibus Lombardiæ nequaquam nos
prohibuiſſe meminimus, ne magnitudinis tuæ im-
pugnatione Cremon. ipſorum * aſſiſterent, &
conſilium & auxilium debitum miniſtrarent. Li-
cet epiſcopos ab initio potuerimus prohibuiſſe,
cum eccleſiis Italicis nequaquam hactenus fuerit
conſuetum, hanc ſervitutem imponere, & im-
perialibus privilegiis expreſſe, ſicut tua ſerenitas D
non dubitat, habeatur, quod ipſis eccleſiis novas
conditiones propterea non debeat inducere alti-
tudo, * non grave excellentiam tuam gerere
volumus vel moleſtum, ſi eas qui ſibi commiſſas
eccleſias tam indebitæ conditioni ſubjicere præ-
ſumpſerunt, auctore domino paſtorali officio com-
peſcimus. Quibuſdam tamen pro certo injunxi-
mus, ut poſſeſſiones & bona eccleſiarum Cremo-
nenſis diœceſis in imperialis collatione auxilii
non vaſtarent, quod quidem injuncti nobis offi-
cii debitum requireret, quod tenemur eccleſia-
rum omnium ſtatui providere. Si quæ vero al-
terius tenore litteræ emanarunt, eas nobis liben-
ter volumus præſentari, & ſi de noſtra conſcien-
tia proceſſerunt, cum nonnullæ ſicut a ſerenita- E
te tua, ita & a nobis litteræ ſubreptitiæ impe-
trentur, nequaquam denegabimus veritatem. In
his omnibus & aliis, dum conſcientiam & affe-
ctus noſtros ſollicita inveſtigatione diſcutimus,
nil in nobis varium contra tuam excellentiam
invenimus, ex quo juſtam habeas materiam con-
querendi, niſi forte occaſionem divertendi poſtu-
les ab amico. Nos vero quot & quanta a te
& excellentiæ tuæ miniſtris, contra conſtitutio-
nem divinam & eccleſiaſticam libertatem impune

* f. Peruſio

* f. ipſos

* locus mendoſus

hactenus ſuſtinuimus, attemptare, nequaquam A
ſine conſcientiæ damno recolimus & imperialem
providentiam non credimus ignorare. Nam, ut
cetera tranſeamus, nuper in Taurinenſi & Hi-
ponenſi * dioceſibus miniſteriales tuos diceris ſta-
tuiſſe, quod eccleſiaſticos viros indebitis exactio-
nibus & moleſtiis prægravantes eos ad ſecularia
judicia pertrahant, & ſuis compellant juſſionibus
obedire. Memoratus etiam filius tuus & Bertol-
dus eccleſias Tuſciæ congregati exercitus mole
devaſtant, eiſque collectas pro ſua voluntate ſta-
tuunt. Dux Spoletanus ita ſtatum eccleſiarum,
circa quas de mandato tuæ celſitudinis commo-
ratur, in ſpiritualibus & temporalibus noſcitur
attuliſſe, * eas viris eccleſiaſticis pro ſua confe-
rens & auferens voluntate, capiens clericos &
ad redemptionem compellens, qui viri eccleſia-
ſtici, qui in terra commiſſa ſuæ poteſtati conſi- B
ſtunt, propria coguntur tecta deſerere, & in ob-
brobrium eccleſiaſtici ordinis vitæ ſtipendia men-
dicare. Id idem Galterus miniſterialis in Mar-
chia Tuſciæ & alii per regiones alias perpetrare
non ceſſant.

* l. Eporedienſi

* f. abſtuliſſe

## AD MAGDEBURGENSEM ARCHIEPISC.

*Ejuſdem argumenti, & ut ſequeſtrem pacis ſeſe interponat.*

Ex eodem p. 41.

URbanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei,
venerabili fratri Magdeburgenſi archiepiſco-
po, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.
Firmum in corde noſtro propoſitum habendi C
te ſincerius in viſceribus Jeſu Chriſti caritas illa
fundavit, quæ diffuſa per ſpiritum in cordibus
electorum, ita corpus eccleſiæ compage ſuæ vir-
tutis annectit, ut & caput membris ineffabili
junctura cohæreat, & membrorum officioſa di-
verſitas ab unitate capitis non recedat. Noverit
ergo tua fraternitas, quod nos circa te & com-
miſſam tibi eccleſiam caritatis hujus ardore fer-
ventes, fiduciam de te gerimus ſpiritualem, quod
ſicut paternitatem tuam nexu quodam ſingularis
dilectionis amplectimur; ita etiam recompenſa-
tione laudabili a tua devotione ſuſcepta copio-
ſius ſemper in tuis affectibus oblectemur. Hac
ergo ſuadente fiducia, materiam tibi noſtræ im-
modicæ turbationis exponimus, ut noſtris te D
participante moleſtiis, de prudentia & ſubſidio
tuo majus in Domino ſolatium capiamus. Com-
monita, inquam, frequenter a nobis imperialis
culminis altitudo, ut eccleſiæ Romanæ reſtituat
poſſeſſiones ejus*, quas detinet occupatas, non
ea, qua debuit ſerenitate reſpondit, nec videtur
velle perficere, per quod inter eccleſiam & im-
perium firma poſſit pax & concordia provenire.
Unde hoc ipſum per litteras tibi duximus apo-
ſtolicas intimandum, rogantes attentius & man-
dantes, quatinus cum ad partes illas acceſſerit,
in quibus ejus alloquio tua fraternitas potiatur,
ſuadere ſibi & conſulere non omittas, ut eccle-
ſiam Dei ſicut ad ſuam ſpectat gloriam & ſa-
lutem oculo benigniori reſpiciat, & materiam E
fomitemque diſcordiæ, ſicut decet ejus magnifi-
cum principatum, funditus e medio laudabili
pietate præcidat. Quod ſi forſitan te commo-
nente non fecerit, culpam diſſenſionis & odibi-
lis ſimultatis in eam partem noveris eſſe refun-
dendam, quæ culpam videtur præſtare diſcidii,
cum in manu ejus poteſtas hæreat & facilitas
emendandi. Dat. Veronæ VI. Kal. Marcii.

U R-

ANNO CHRISTI 1185.

A

## URBANI III. DECRETA.

*Qui Clerici matrimonium contrahere poſſunt.*

*Urbanus III. Priori S. Crucis.*

Cap. ex parte 9. de converſ. conjug. Ex Collect. a Manſi vulg. in Append. ad to. III. Miſc. Baluz. nov. edit. Anſulis incluſa deſunt in V. Decretal.

EX parte dilecti filii noſtri Abbatis S. Petri ( de Romadine ) ad audientiam noſtram pervenit, quod cum D. ( de Cel. ) in infirmitate poſitus, conſentiente uxore ipſius, votum vovens caſtitatis monachalem habitum ſuſcepiſſe; poſtmodum ab infirmitatis ipſius liberatus moleſtia, & prædictam uxorem ſuam tenuit, & aliam, ea defuncta, ſibi temere copulavit. Quia vero licet prædictus D. uxore ſua in ſæculo remanente ad religionem nequiverit proficiſci, ea tamen ſublata de medio, votum quod fecit, ſine ſalutis ſuæ periculo nequaquam potuit violare. Mandamus igitur, quatenus ſi verum eſt quod aſſeritur, præfatum D. per excommunicationem compellas, ut illam mulierem ſine dilatione dimittat, & ad monaſterium revertatur. De cetero ſub regulari obſervantia ſerviturus.

( Datum Veronæ. )

## DE JUREJURANDO.

ANNO CHRISTI 1185.

*Urbanus III.*

Cap. Sicut 13. de jurejur.

Sicut ex literis tuæ diſcretionis cognovimus H. prior monaſterii tui, ( lator præſentium ) iracundiæ calore ſuccenſus, ( præcipitato mentis inſtinctu, temerario ) juramento firmavit, quod in clauſtro ejuſdem monaſterii, quo ſe vinculo profeſſionis aſtrinxerat, non eſſet veritus cum Wi monacho moraturus; ( quærenti ergo tibi, quid ſuper hoc circa eumdem monachum ſit agendum, ) reſpondemus quod ( cum beatus Benedictus in regula ſua, quam fere omnes mona-

B

chi profitentur jurare omnino prohibeat, ) non licuit monacho ſupradicto temerarium juramentum facere; maxime quod fidem profeſſionis frangeret, & ſtabilitatis propoſitum vacuaret. Ideoque circa eum tua ſollicitudo provideat, quod talis ei pœna injungatur, per quam omnipotenti Deo de ſuſcepto in vanum ejus nomine ſatisfaciat, & alius quilibet ejus exemplo deterritus, ſimile id pertimeſcat, ipſe vero in clauſtro, quod licite abjurare non potuit, cum ſtabilitate perpetua ſuam pœnam exequatur; ( ita tamen ne ex eo quod ad præſentiam noſtram acceſſit, ſolita regularis beneficii portione privetur. )

ANNO CHRISTI 1186.

# CONCILIUM PARISIENSE,

## PRO EXPEDITIONE CONTRA TURCAS SUSCIPIEND

### Celebratum anno Domini MCLXXXVI. tempore Urbani Papæ III.

DE *rebus in hac ſynodo geſtis ita Robertus Gaguinus, lib.* VI. Inter has regis occupationes venere ab Hieroſolymis ad Philippum Heraclius patriarcha Hieroſolymitanus, & domus Hoſpitalis prior, nuncii calamitatis quam Saladinus Ægyptius Chriſtianis per Palæſtinam intuliſſet: locis aliquot non ſine noſtrorum cæde occupatis. Cui incommodo niſi catholici principes ſuccurrant, res Hieroſolymitanas in hoſtium poteſtatem brevi relapſuras. His querelis rex motus, Pariſium regni pontifices advocat. Quibus convenientibus, edocet quis ſit in Syria Chriſtianiſmi ſtatus. Oportere quemque eorum per ſua territoria populum admonere, ut miſeræ Chriſtianorum conditioni ſuppetias ferant: ſe quidem paratiſſimum eſſe qui in primis auxilietur, ſi præſentium rerum conditio admittat: ſed nihilo ſegnius miſſurum ſed ad id negotium viros ſtrenuos cum valida militum manu. Oratione regis a præſentibus laudata, parvo poſt tempore rex ex ſuis deſtinat, qui afflictis rebus opitulentur. *Hæc ille.*

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI ad An. Chriſti 1185. n. 8. & 9.

Rigoldus in Philippo Auguſto pag. 18. hæc ait: *Eodem anno* ( nempe MCLXXXIV., quem continuat uſque ad diem XXV. menſis Martii ) *XVII. Kal. Februarii IV.* ( i duo ultimi numeri abundant ) *Heraclius Patriarcha Jeroſolymitanus cum Priore Hoſpitalis tranſmarino, & Magiſtro magno Templi ad Philippum Au-*

C

*guſtum Chriſtianiſſimum Francorum Regem miſſi Pariſios venerunt.* Paulo poſt: *Qui per multa maris pericula, & frequentes incurſus Pyratarum ex longo tractu terrarum, Magiſtro militiæ Templi interim in fata collapſo, duo ſuperſtites, dominos ducente, Pariſios venerunt: qui cum ſolemni proceſſione a venerabili Mauritio Epiſc. Pariſienſi, & Clero, & univerſo totius civitatis populo, Patriarcha receptus eſt quaſi Angelus Domini. Sequenti die in Eccleſia B. Mariæ Miſſam celebravit, & ſermonem ad populum fecit.*

*Quo audito, Philippus Auguſtus Francorum Rex, omnibus aliis negotiis omiſſis, Nunciis citiſſime occurrit, & in oſculo pacis honorifice recepit: diligentiſſime præpoſitis terræ ſuæ, ſive diſpenſatoribus præcipiens, quod ubicumque per terram irent, de reditibus Regis ſufficientes expenſas illis miniſtrarent. Et cognita cauſa quare venerant, paterna pietate commotus, generale Concilium*

D

*omnium Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Principum terræ ſuæ Pariſiis convocari præcepit. Celebrato autem cum illis communi Concilio, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & omnibus Eccleſiarum Prælatis Regia auctoritate mandavit, quod ipſi per frequentes prædicationes & admonitiones populos ſibi ſubditos admonerent, quatenus pro fide Chriſtianorum defendenda contra inimicos crucis Chriſti pugnaturi Jeroſolymam peterent. Ipſe enim Philippus Rex tunc regni Francorum gubernacula ſolus ſtrenue regebat. Nondum enim ex Elizabeth venerabili Regina uxore ſua ſoboiem deſideratam acceperat. Et ideo de conſilio Principum ſtrenuos milites cum magna multitudine peditum armatorum, de propriis redditibus, ſumptus*

E

*ſufficientes, prout fama referente didicimus, miniſtrans Jeroſolymam devote tranſmiſit.* Hæc omnia Vincentius Bellovac. lib. 29. Specul. Hiſt. cap. 38, uno tenore cum anno MCLXXXIV. recitat; Labbeus vero Tom. X. Concil. Concilium Pariſienſe in annum MCLXXXVI. male differt cum Roberto Guagnino, cum eo anno Legati Jeroſolymorum jam in Orientem rediiſſent.

CON-

# CONCILIUM * KARROFENSE,

## PRÆSIDE HENRICO DE SOLIACO ARCHIEPISCOPO BITURICENSI,

### Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinale, & ſedis apoſtolicæ legato.

* *Charrou ad Carantonum fluvium, ſur la Charante.* H.

HABETUR *hujus concilii mentio in patriarchio Bituricenſi, cap.* LXVII. Hujus, *inquit*, venerandi patriarchæ, non generis ſolum altitudinem, ſed etiam probitatem, elegantiam, & ſinceræ devotionis conſtantiam attendens dominus Urbanus papa tertius, primum quidem eum Romanæ eccleſiæ cardinalem inſtituit: deinde eidem apoſtolicæ legationis officium commiſit, per totam Bituricenſem provinciam. *Et infra:*

A Sed & apud Karrofium, idem dominus Henricus provinciale concilium habiturus, ibidem fuit proceſſionaliter receptus ab archiepiſcopo Burdegalenſi, & a ſuffraganeis ejuſdem, exhibentibus ipſi omnimodam reverentiam & obedientiam, ſicut domino primati ſuo. Et habuit ibidem procurationem: miniſtratoreſque ejus ſua feoda receperunt.

# CONCILIUM MOSOMIENSE

## A FOLMARO ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI,

### & Apoſtolico Legato anno Chriſti MCLXXXVI. celebrato.

Ex P. Pagi ad An. Ch. 1186. n. 4.

DE hoc Concilio hæc habet Auctor Magni Chronici Belgici pag. 201. *Folmarus* (Archiepiſcopus Trevirenſis, repulſo Radulpho perperam electo, ab Urbano III. confirmatus) *impetrato Legationis officio apud Moſanum Carram* (ſeu caſtrum Mouſomium vel Moſomum, quod Moſæ adjacens Archiepiſcopo Remenſi tum pa-
B rebat, inquit Brouverus) *ut Papæ Legatus, convocato Concilio & celebrato* (in Quadrageſima juxta Brouverum) *Epiſcopum Tullenſem depoſuit, Petrum Virdunenſem excommunicavit.* Agunt & de iſta Synodo Vaſſenburgius in Gallia Belgica, & Brouverus in Annal. Trevir. ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ.

# ☞ AD MOSOMENSE CONCILIUM

### *A Folmaro Trevirenſi archiepiſcopo in cauſa electionis ſuæ contra Rudolphum æmulum,*

### *Anno* 1186. *celebratum*

## ADDITIO.

Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 720.

FOlmarus ad Trevirenſem cathedram in diſſidio electus apud Urbanum III. papam cau-
„ ſæ ſuæ victoriam obtinuerat, auctuſque apo-
„ ſtolicæ ſedis legatione venit in Galliam. Tre-
„ virim dein venturus, cum perveniſſet Moſo-
„ mum concilium habuit, de quo pauca ex ma-
„ gno Chronico Belgico ad annum 1186. Pa-
„ gius ad eumdem annum, & ex eo Venetus
„ Labbei editor. Multo plura dat vetuſtus au-
„ thor rerum ab archiepiſcopis Trevirenſibus ge-
„ ſtarum in Martene Veter. Monum. to. IV.
„ pag. 219. quem hic exſcribo.

Folmarus legationem ſedis apoſtolicæ a papa per nuntios impetravit, ut facta ſua majorem auctoritate ſummi pontificis ſortirentur vigorem. Accepta igitur ſuæ voluntatis plenitudine, ſtatim Treverenſibus & ſuffraganeis eccleſiis concilium indixit apud Moſomum caſtrum archiepiſcopi Remenſis, qui eum eo tempore manu tenebat, & ſolatium ei per ſe & ſuos in multis exhibebat. Univerſi itaque tam cleri quam prælati ſuffraganearum eccleſiarum, & plurimi paſtores eccleſiarum de archidiaconatu, quod inter Treverim & Ivodium caſtrum conſtitutum
C eſt, timentes ordini ſuo, ad concilium iſtud, antecedente eos Metenſe epiſcopo, Dominica qua cantatur *invocavit*, convenerunt. Petrus vero Tullenſis, & Henricus Virdunenſis epiſcopi appellatione interpoſita, non venerunt. Venerunt & multi tam magiſtri quam clerici de Francia, inter quos etiam quidam epiſcopi, animantes eum, ut auctoritatis ſibi conceſſæ poteſtate uteretur, & ſubditos ſuos a ſubjectione reſilientes, cenſura eccleſiaſtica coerceret. Horum ergo ſuffragiis animatus, prælatorum quoſdam & clericorum Treverenſium excommunicavit, quoſdam ab officio & beneficio ſuſpendit, D quoſdam vero ſine ſpe veniæ depoſuit. Petrum etiam, Tullenſem epiſcopum excommunicavit, Henricum Virdunenſem ultro ſe offerentem, ab epiſcopatu depoſuit; & ſic in abſentes graſſatus, non convictos neque confeſſos damnavit. Hæc ergo cauſa malorum iracundiæ fomitem miniſtravit, & indignationem imperatoris contra eum magis ac magis accendit.

„ Porro Tullenſem epiſcopum ideo diris de-
„ vovit Folmarus, quod rogantem illum per
„ urbem ejus tranſitum, recipere recuſavit; quod
„ re-

ANNO CHRISTI 1186.

„ recipi illum ab imperatore æmulo ejus faven- A „ te noſſet. Quæ pariter cauſa Virdunenſem „ epiſcopum a ſede dejecit, quamquam ille in- „ terpoſita ad pontificem Romanum appellatio- „ ne ſententiam in ſe latam eluſit.

„ Hanc tamen Folmari ſeveritatem in epiſco- „ pis puniendis deteſtatus eſt Gregorius VIII. „ qui dum hæc agerentur Urbano III. ſucceſſit, „ ſcriptiſque literis ad eundem Folmarum acta „ ejus omnia in concilio reſcidit. Vulgavit lite- „ ras illas Ludevvig Reliquiarum to. II. pag. „ 428. ex quo huc transferendas, ut pote ab „ hoc concilio haud penitus alienas, cenſui.

*Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei venerabili fratri F. Trevirenſi archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

Propoſitum vincit effectus; & ſupervenientes cauſæ ſæpe compellunt mutare, quod firma diſpoſitum fuerat voluntate. Nec locus ex hoc reprehenſioni relinquitur, cum Salomon dicat: *Omnia tempus habent, & tempus loquendi & tempus tacendi*. Ex hoc ſiquidem eſt, quod eccleſia Dei ſua interdum variat, pro filiorum neceſſitate, inſtituta, & cohibet aut differt ſæpe vindictam, quam quieto & pacato tempore ſtatuerat exercendam, juxta hoc quod Salomon dicit: *Sapiens videns malum declinat; ſtultus tranſilit confidenter*. Hæc vero cautela, etiamſi alio tempore potuerit intermitti, hoc vero tempore tanto circumſpectius eſt tenenda, quanto ex caſu orientalis eccleſiæ in majore tribulatione videtur chriſtianus populus conſtitutus. Nec facile patet ex humana infirmitate ſucceſſus, niſi ad hoc magnorum principum corda contigerit ex ſancti ſpiritus inſpiratione moveri. Ex eo ſiquidem eſt, & ex aliis multis cauſis, quod nos corda ſublimium principum & eccleſiæ defenſorum, imperatoris ſcilicet & filii ejus, ad bonum volentes per humilitatem eccleſiæ provocare, in bona cum ipſis manſuetudine ducimus ambulandum, & non tam contra eos humanum requirendum auxilium, quam divinum, ſi debitam, quod non credimus, eccleſiæ reverentiam decreverit ſubtrahendam. Proinde quod tua fraternitas a domino Urbano prædeceſſore noſtro recedens & provinciæ Trevirenſis fines attingens durius, quam e re viſum B fuit, ſe cepit in epiſcopos & perſonas alias exercere, & cum in ſcandalum multos miſerit, paucos ad ſe provocavit in gratiam, nos ex conſueto ſedis apoſtolicæ moderamine providere volentes, enim aſperitate tua multorum a te facias animos alienos, & tandem ipſam cenſuram eccleſiaſticam, ſi ſervata non fuerit, contentibilem reddas, litteris tibi præſentibus inhibemus, ne ad excommunicationem vel depoſitionem perſonarum Trevirenſis provinciæ ſine conſcientia & licentia noſtra procedas; ſed ita in omnibus modeſtiam teneas, ut ex animoſitate aliqua vel in- C dignatione præterita eccleſiæ cauſam & tuam facias graviorem. Cum etenim non prorſus ignores, quid nobis ſuper negotio tuo viſum fuerit a principio, bene, ſicut credimus, tibi proſpicies, ſi talem in omnibus exhibere te cures, ut ſiniſtram de te habere opinionem minime debeamus. Datum apud Forum novum II. Kal. Decembris Indictione VI.

# ☞ CONCILIUM apud EGENESHAM

*Anno* 1186. *coactum*.

*Ex Chron. Gervaſii col.* 1480.

Ex Supp. Manſ. p. 731. Av. 1186. Affert Wilkins Concil. Brit. t. I. ad hunc an.

MEnſe Majo hujus anni coadunato clero Angliæ apud Egenesham in præſentia regis & archiepiſcopi (Balduvini) multæ factæ ſunt electiones priorum in epiſcopos & abbates, &c.

CON-

ANNO CHRISTI 1186.

# CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

*Anno 1186. celebratum.*

ANNO CHRISTI 1186.

## AD CONSTANTINOPOLITANUM ISTUD CONCILIUM

*Data eſt novella Iſaacii Angeli Græcorum imperatoris, quam ex Jure Græco Romano Leunclavii Tom. I. lib. 2. huc transfero.*

### ΙΣΑΑΚΙΟΥ ΤΟΥ ἈΓΓΕΛΟΥ.

Ex codim Σημείωμα βασιλικὸν, ἀκυροῦν τὰς γινομένας ψήφους ἀπουσίᾳ τινὸς τῶν τῇ μεγάλῃ πόλει ἐνδημούντων ἀρχιερέων. διοριζόμενον δὲ καὶ εἰς τὸ ἑξῆς μὴ ἄλλως γίνεσθαι ψῆφον, εἰ μὴ πάντες οἱ ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ἐνδημοῦντες ἀρχιερεῖς μετακληθῶσι, καὶ ἢ παρουσιάσουσιν, ἢ δώσουσι γνώμας. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, ι, ἡμέρᾳ δ, ἐπινεμήσεως ε. A

Ὁ Μὴ ἐλέγχων, φησὶν ἡ γραφὴ, τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὡς ὁ τὸν ἰὸν ἀφεὶς τῷ δηχθέντι ὑπὸ ἰοβόλου. πρὸς τί δὲ ταῦτα B παρὰ τῆς βασιλείας μου τῷ τοῦ λόγου προθύρῳ προβέβληται, προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει σαφέστατα. καὶ γὰρ τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Κυζίκου ὑπομνήσαντος πρότριτα τὸ κράτος ἡμῶν, ὡς ἔστιν οὗ τινὰ παρὰ τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους κανόνας, καὶ τοὺς φιλευσεβεῖς νόμους προβαίνουσιν ἐν ταῖς συνοδικαῖς τῶν συναδέλφων αὐτοῦ συνελεύσεσι, καὶ παρακληθέντος τηρηθῆναι ταῦτα παρὰ τῷ τῆς C βασιλείας μου βήματι, συνάμα τῷ ἁγιωτάτῳ μου δεσπότῃ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ, ὡς καὶ τὴν τοῦ ἐπιστημονάρχου τῆς ἐκκλησίας τάξιν λαχούσης τῆς βασιλείας μου, παρὰ τοῦ ταύτην χρίσαντός τε καὶ βασιλεύσαντος, καὶ ἐφειμένον ἐχούσης διορθοῦσθαι τὰ παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας ἴσως γινόμενα. οὐ μὴν καὶ ἀπεώσατο καὶ ἡ βασιλεία μου τὴν τοῦ μητροπολίτου ἱκέσιον δέησιν, καὶ ἔασεν ἀδιαίτητον. διὸ καὶ μετακαλεσαμένη τὸν σήμερον τὸν ἁγιώτατόν μου δεσπότην καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑτέρους D ἁγιωτάτους πατριάρχας, τόν τε τῆς Θεουπόλεως Ἀντιοχείας, καὶ τὸν Ἱεροσολύμων, καὶ μὴν καὶ τοὺς ἐνδημοῦντας τῇ μεγάλῃ πόλει ἀρχιερεῖς, ἀπήτησε τὸν διαληφθέντα μητροπολίτην Κυζίκου παρόντα καὶ αὐτὸν ἐν ἐπηκόῳ τοῦ φιλοθέου τούτου χοροστασίου εἰπεῖν καὶ προθέσθαι ὃ βούλεται. ὁ δὲ καὶ πάλιν μηδὲν ὑποστειλάμενος, ἐκεῖνα ταῦτα προέθετο, ἅπερ καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν μου πρότριτα ἀνήνεγκε. τὸ, τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους δηλαδὴ κανόνας καὶ νόμους ἔν τισι παραθεωρεῖσθαι καὶ παραβαίνεσθαι. καὶ εὐθὺς πρὸ τῶν ἄλλων προέθετο, ὅτι ἐκκλησιῶν χηρευουσῶν καὶ ψήφων γινομένων αὐτῶν, οὐ συγκαλοῦνται ἐπὶ ταῖς E γενησομέναις ψήφοις ἅπαντες οἱ ἐνδημοῦντες τῇ μεγάλῃ πόλει ἀρχιερεῖς, ἀλλὰ καὶ ἄτερ τῆς τινων συλλειτουργῶν καὶ συναδέλφων μετακλήσεως, τὸ τῆς ψήφου παρὰ κανόνας προβαίνει. ὁποῖον δή τι γέγονε καὶ ἐπὶ ταῖς ψήφοις τῶν ῥηθησομένων ἐκκλησιῶν. καὶ προΐσχετο, ὡς ἐπὶ τῇ ψήφῳ μὲν τῆς τε Κλαυδιουπόλεως, καὶ τῆς Μαρωνείας, οὐδόλως ἠξίωται λόγου παρὰ τῶν ψηφισαμένων πού-

### ISAACII ANGELI

A *Scriptum imperatoria manu ſubſignatum, quod irritas facit electiones, quæ fiunt per abſentiam pontificis alicujus, in urbe commorantis; atque ſtatuit, in poſterum non aliter fieri electionem debere, niſi omnes in urbe degentes pontifices arceſſiti fuerint, & vel præſentes adfuerint, vel ſententias ſuas exbibuerint. Act. menſis Septembris die X., feria quarta, indictione V.* Ibid.

QUI non arguit peccatum fratris ſui, ait ſcriptura, ſimilis eſt ei, qui venenum relinquit admorſo ab animali venenoſo. Ex iure Græc. Rom. t. I. p. 169
B Quorſum autem hoc a majeſtate mea in orationis ipſo veſtibulo prolatum ſit, ubi progreſſa fuerit oratio, clariſſime indicabit. Quippe quum ſanctiſſimus Cyzici metropolitanus majeſtati noſtræ nudiuſtertius ſuggeſſerit, nonnumquam aliqua præter ſacros divinoſque canones, & religioſas leges in ſynodicis confratrum ſuorum conventibus fieri, atque obſecraverit, ut eorum ratio habeatur C apud tribunal majeſtatis meæ, juncto ſanctiſſimo domino meo & univerſali patriarcha, quum periti gubernatoris eccleſiæ locum ſortita ſit mea majeſtas ab eo, qui eam unxit, & imperio præfecit, habeatque licentiam corrigendi ea, quæ præter eccleſiaſticos fortaſſe canones admittuntur: noluit majeſtas mea rejicere preces metropolitani ſupplices, nec indiſcuſſas relinquere. Quamobrem arceſſito hodie ſanctiſſimo domino meo & univerſali patriarcha, atque etiam ceteris ſanctiſſimis patriarchis, videlicet Antiocheno, & D Hieroſolymitano, prætereaque commorantibus in hac magna urbe pontificibus; requiſivit ab indicato metropolitano Cyzici, qui & ipſe præſens erat, ut audiente hoc religioſo cœtu diceret atque proponeret, quæ vellet. Is autem denuo nihil diſſimulans, ea ipſa propoſuit, de quibus etiam nudiuſtertius ad majeſtatem meam retulerat, nimirum divinos ſacroſque canones in nonnullis negligi ac violari. Confeſtimque ante alia propoſuit, quod quum eccleſiæ ſuos amiſerunt epiſcopos, & electiones fiunt, non convocentur ad futuras electiones univerſi commorantes in urbe pontifices, ſed abſque nonnullorum comminiſtrorum & confratrum advocatione, præ- E ter canones electio procedat. Quale quiddam uſuvenerit etiam in electionibus eccleſiarum, quæ indicabuntur. Adeoque prætendebat, in electione Claudiopolitana, & Maroneæ, nullam prorſus ſui rationem habitam a con-

ANNO CHRISTI 1186.

a confratribus & comminiſtris ſuis, qui eam electionem confeciſſent; nec ſe a quoquam ad eam arceſſitum, quum quidem in urbe degeret, nec a ſynodicis tribunalibus ceteriſque congreſſibus ſemet abſtineret. In electionibus autem aliarum trium eccleſiarum, Dyrrhachii, Mileti, & Chriſtianopolis, quum res ei denuntiata fuiſſet, atque ipſe reſponſionem inſtituiſſet, ac manifeſte diſerteque, quid ſibi diſpliceret, oſtendiſſet, quodque ſubortum eſſet inter ſe, fratrumque cœtum, ex ſui contemptu, ſcandalum; quaſique pacem, & concordiam, ab eis requireret: confratres ſuos id reſponſum flocci feciſſe, atque habuiſſe ludibrio, quumque ſemet ab eo disjunxiſſent, non interveniente ipſius præſentia, nec alia quapiam commonitione, in his etiam eccleſiis eos, quos ipſis viſum fuiſſet, elegiſſe. Quod autem divini ſacrique canones hujuſmodi electiones rejiciendo improbent, id etiam in medium adducebat, utque canones legerentur, obſecrabat; qui quidem ab eo in medium exhibiti, ad verbum relecti fuerunt. Eorum unus, ſanctæ ac univerſalis primæ ſynhodi quartus erat canon, hæc continens: Epiſcopum par eſt maxime quidem ab omnibus, qui ſunt in provincia, conſtitui. Sin id difficile fuerit, vel propter urgentem neceſſitatem, vel ob prolixitatem itineris: tunc omnino tres in unum congregati, conſentientibus electioni etiam iis, qui abſunt, eamque per litteras adprobantibus, ordinationem perficiant. Confirmatio autem eorum, quæ fiunt, in qualibet provincia metropolitano permittatur. Alius item canon erat decimus nonus Antiochenæ ſynodi, qui hæc ipſa verba complectitur: Epiſcopus ne ordinator abſque ſynodo, & ejus præſentia, qui eſt in provinciæ metropoli, qui omnino ſi adſit, præſtat quidem eſſe cum eo cunctos in ea provincia comminiſtros, atque par eſt eos, qui ſunt in metropoli, convocare. Ac ſi quidem compareant omnes, id melius eſt. Sin illud difficile ſit, omnino majorem adeſſe partem oportet, vel per litteras ſuffragari. Atque ita cum plurima vel præſentia, vel ſuffragio, conſtitui epiſcopum. Sin aliter res, præter hæc modo definita, geratur: nullum ordinatio robur habeat. Quod ſi ſecundum canonem præſcriptum epiſcopi fiat inſtitutio, nonnullis ob inſitum ſibi rixandi ſtudium contradicentibus: ſuffragium plurium valeat. Hæc allegante pro ſe ſanctiſſimo Cyzici metropolitano, adverſæ partis pontifices, ac præ ceteris Epheſinus, Iconienſis, Abydenus, non vera dicere Cyzicenum ajebant de iis, quæ proponeret, quod ſcilicet nec ipſe fuiſſet arceſſitus ad electiones dictarum eccleſiarum. Quippe dicebant, ipſum Iconienſem, quum conſobrinæ Referendarii nuptiæ celebrarentur, ac ibidem invitatum Cyzicenum quoque reperiſſet, ei poſtridie futuram Claudiopolis & Maroneæ electionem intimaſſe. In ceteris autem electionibus aliarum eccleſiarum etiam per ſcripturam adfirmabant eum vocatum. Ad cujus eorum adſeverationis probationem, inſinuabant inſtrumentum patriarchalis notarii, Stephani Narſitæ, factum die XXIII. Auguſti, elapſa paulo ante IIII. indictione, quod perlectum hujuſmodi ad verbum erat. Menſis Auguſti die XXIII. feria VII. indictione IIII. in præſentia reverendi Epiſcopiani, domini Con-

A τοῖς συναδέλφοις τούτου καὶ συλλειτουργῶν· οὐδὲ μετεκλήθη πρὸς τὴν ψῆφον παρά τινος, καὶ ταῦτα τῇ μεγάλῃ πόλει ἐνδημῶν, καὶ τῶν συνοδικῶν δικαστηρίων μὴ ἀπολιμπανόμενος, καὶ τῶν λοιπῶν συνελεύσεων. ἐπὶ δὲ ταῖς ψήφοις τῶν ἑτέρων τριῶν ἐκκλησιῶν, Δυῤῥαχίου, Μιλήτου, καὶ Χριστιανουπόλεως, δοθείσης τούτῳ εἰδήσεως, καὶ αὐτοῦ ποιησαμένου ἀπόλογον, καὶ ἐνδειξαμένου φανερῶς ἀποτεφασμένον τι τούτῳ δυσαρεστούμενον, καὶ τὸ μέσον αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἀδελφότητος διὰ τὴν περιφρόνησιν σκάνδαλον, καὶ οἷον ἀπαιτοῦντος τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ὁμόνοιαν, οἱ τούτου συναδελφοὶ παρὰ φαῦλον ἔθεντο καὶ ἀπεῤῥάπι- B σαν τὴν ἀπόκρισιν. καὶ ἀποσχοινίσαντες ἑαυτοὺς χωρὶς τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ ἑτέρας τινὸς ὑπομνήσεως, κἀπὶ ταύταις ταῖς ἐκκλησίαις τοὺς δοκοῦντας αὐτοῖς ἐψηφίσαντο. ὅτι γοῦν οἱ θεῖοι καὶ ἱεροὶ κανόνες τὰς τοιαύτας ψήφους ἀποδοκιμάζοντες μεμισήκασι, προτίθησι τέως τὰ περὶ τούτου, καὶ τοὺς κανόνας παρακλητεύει ἀναγινώσκεσθαι, οἵτινες καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκδοθέντες ἐπὶ τοῦ μέσου, κατὰ ῥῆμα ὑπανεγνώσθησαν. ὧν ὁ μὲν εἷς, ὃ ἦν κανὼν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς α συνόδου, οὕτω διεξιών. ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι, εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτον, ἢ διὰ κα- C τεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξάπαντος τρεῖς ἐπιτοαυτὸ συνηγμένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ. ὁ δὲ ἕτερος κανὼν ὢν καὶ αὐτὸς θ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, διαλαμβάνων οὕτως αὐτολεξεί. ἐπίσκοπον μὴ χειροτονεῖσθαι δίχα συνόδου καὶ παρουσίας τοῦ ἐν τῇ μητροπόλει τῆς ἐπαρχίας. τούτου δὲ παρόντος ἐξάπαντος βέλτιον ἂν συνεῖναι αὐτῷ πάν- D τας ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ συλλειτουργούς, καὶ προσήκει δι' ἐπιστολῶν τοὺς ἐν τῇ μητροπόλει συγκαλεῖν. καὶ εἰ μὲν ἀπαντῷεν πάντες. βέλτιον. εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τοῦτο, τούς γε πλείους ἐξάπαντος παρεῖναι δεῖ, ἢ διὰ γραμμάτων ὁμοψήφους γίνεσθαι. καὶ οὕτω μετὰ τῆς τῶν πλειόνων ἤτοι παρουσίας, ἢ ψήφου, γίνεσθαι τὴν κατάστασιν. εἰ δὲ ἄλλως παρὰ τὰ ὡρισμένα γίνοιτο, μηδὲν ἰσχύειν τὴν χειροτονίαν. εἰ δὲ κατὰ τὸν ὡρισμένον κανόνα γίνοιτο ἡ κατάστασις, ἀντιλέγοιεν δέ τινες δι' οἰκείαν φιλονεικίαν, κρατεῖν τὴν τῶν πλειόνων ψῆφον. ταῦτα τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Κυζίκου προβαλλομένου, οἱ ἀντικαθιστάμενοι τούτῳ E ἀρχιερεῖς, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ὁ Ἐφέσου, ὁ Ἰκονίου, καὶ ὁ Ἀβύδου, μὴ ἀληθεύειν τὸν Κυζίκου προΐσχοντο, ἐφ' οἷς καὶ προέθετο, τὸ μὴ μετακληθῆναι, δηλονότι καὶ αὐτὸν ἐπὶ ταῖς ψήφοις τῶν ῥηθεισῶν ἐκκλησιῶν. αὐτὸς γάρ φησιν ὁ Ἰκονίου, γάμου γεγονότος ἐπὶ ἐξαδέλφῃ τοῦ ῥαιφερενδαρίου, εὑρὼν ἐκεῖσε μετακληθέντα καὶ τὸν Κυζίκου, δέδωκε τούτῳ εἴδησιν τῆς γενησομένης ψήφου τῇ ἐπιούσῃ, ἐπί τε τῇ Κλαυδιουπόλει, καὶ τῇ Μαρωνείᾳ. ἐπὶ δὲ ταῖς λοιπαῖς ψήφοις τῶν ἑτέρων ἐκκλησιῶν, καὶ ἐγγράφως γενέσθαι διετείνοντο τὴν τούτου μετάκλησιν. καὶ εἰς παράστασιν τῆς βεβαιολογίας αὐτῶν, καὶ σημείωμα ἐνεφάνιζον τοῦ Ναρσίτου, γεγο-

ANNO CHRISTI 1186.

ANNO CHRISTI 1166.

γεγονὸς κατὰ τὴν κγ τοῦ Αὐγούστου, τῆς πρὸ μικροῦ διελθούσης δ ἐπινεμήσεως, ὃ καὶ ἀναγνωσθὲν ἐπὶ λέξεων εἶχεν οὕτως. Μηνὶ Αὐγούστῳ κγ, ἡμέρα ϛ, ἐπινεμήσεως δ, ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ εὐλαβοῦς ἐπισκοπειανοῦ κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Χειρομάχου, Θεοδώρου τοῦ Φιαλίτου, καὶ Μιχαὴλ τοῦ Χαμούλη, ἀποσταλέντες παρὰ τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, εἰδήσει καὶ τιμιωτάτου Χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας κυρίου Εὐσταθίου τοῦ Χανδρηνοῦ, μετακαλέσασθαι τὸν πανιερώτατον μητροπολίτην Κυζίκου κῦρον Ἰωάννην ἀπελθεῖν κατὰ τὴν αὔριον εἰς τὴν θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον, καὶ παρουσιάσαι ἐπὶ ταῖς μελλούσαις γίνεσθαι ψήφοις τῶν χηρευουσῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ἢ γνώμην ἐκθέσθαι, καὶ ἀναδιδάξαι τοῦτον, ὡς εἰ μὴ οὕτω ποιήσει, μέλλουσιν αἱ τοιαῦται ψῆφοι προβῆναι καὶ ἀπουσίᾳ αὐτοῦ, διὰ τὸ περὶ τούτων μηνυθῆναι αὐτὸν διαφόρως καὶ παρὰ τοῦ εὐλαβοῦς ἐπισκοπειανοῦ, κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Χειρομάχου, καὶ μὴ θελῆσαι τὰ τούτου μηνύματα ἐκπληρῶσαι. ἀφικόμεθα τὴν σήμερον ἐν τοῖς κελλίοις τοῦ ῥηθέντος πανιερωτάτου μητροπολίτου, τοῖς διακειμένοις πλησίον καὶ σύνεγγυς τῆς σεβασμίας μονῆς τῶν Στουδίου. καὶ ἐντυχόντες τούτῳ ἐκεῖσε ἐπὶ κλίνης κειμένῳ, ὡς ἀρρώστως ἔχοντι, εἴπομεν πρὸς αὐτὸν καθὼς παρὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θείας μεγαλειότητος ὡρίσθημεν, ὅσα ὁ λόγος ἀνωτέρω ἐδήλωσε, παρεγγυησάμενοι τοῦτον. ὡς εἴπερ ἴσως οὐ θελήσει οὗτος ἢ παρουσιάσαι κατὰ τὴν αὔριον εἰς τὰς γενησομένας, ὡς εἴρηται, ψήφους τῶν χηρευουσῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ἢ γνώμην ἐπὶ ταύταις ἐκθεῖναι, προβήσονται αὗται καὶ ἀπουσίᾳ αὐτοῦ. ὁ δὲ πρὸς ἡμᾶς ἀπεκρίθη ταῦτα. ὡς καὶ ἄλλοτε προέστησαν ψῆφοι ἐκκλησιῶν παρὰ τῶν τούτου συναδελφῶν ἄνευ παρουσίας αὐτοῦ καὶ γνώμης. τοῦτο γοῦν γινέσθω παρ' αὐτῶν καὶ ἐπὶ ταῖς νῦν χηρευούσαις ἐκκλησίαις. οὐ γὰρ δύναται ἀπελθεῖν εἰς τὴν θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον, καὶ παρουσιάσαι ἐπὶ ταῖς ψήφοις, διὰ τὸ δεινῶς νοσηλεύεσθαι. πολλὰ γοῦν παρακληθεὶς παρ' ἡμῶν, κἂν γνώμην ἐκθέσθαι, οὐδὲ τοῦτο ποιῆσαι ἠθέλησεν. εἰς δήλωσιν οὖν τούτων, τὴν παροῦσαν σημείωσιν ἐξεθέμεθα, ἣν παρεκβάλλοντες, καὶ συνήθως πιστωσάμενοι, ἐπιδεδώκαμεν μηνὶ καὶ ἐπινεμήσει τοῖς προγεγραμμένοις. ὁ εὐτελὴς διάκονος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ πατριαρχικὸς νοτάριος, Στέφανος ὁ Ναρσίτης.

Τοῖς οὖν ῥήμασι τοῦ τοιούτου σημειώματος ἀποχρώμενοι οἱ τοῦ Κυζίκου ἀντίθετοι, ἔλεγον ἐν πάσαις ταῖς ψήφοις μετάκλητον γενέσθαι καὶ τὸν Κυζίκου. καὶ αὐτοὶ μὲν τὸ οἰκεῖον ποιήσασθαι, τοῦτον δὲ μὴ θελῆσαι παρουσιάσαι. προστιθέμενοι, ὅτι καὶ ἐπισκοπειανοὶ κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ θεοφιλεστάτου χαρτοφύλακος κατὰ τὸ ἔθος ἀπεστάλησαν εἰς τὰ, ἐν οἷς κατεμένει, κελλία, ὁ Κυζίκου, ἔνθα καὶ ὁ πατριαρχικὸς νοτάριος ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ ψήφῳ ἐπιδεδήμηκεν, ὡς διείληπται, καὶ μετεκαλέσαντο τοῦτον κατὰ τὸ σύνηθες εἰς τὰς προβησομένας παρ' αὐτῶν ψήφους. οἵ τινες ἐλθόντες πρῶτον μὲν εἰς τὸν ἁγιώτατόν μου δεσπότην καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην, εἶθ' οὕτω καὶ πρὸς αὐτοὺς, εἶπον μὴ ἐφευρεῖν τοῦτον ἐν τοῖς αὐτοῦ κελλίοις. μαθεῖν δὲ, ὅτι ἔν τινι τῆς πόλεως προαστείῳ διάγει. Ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα ὁ Κυζίκου γενναιότερον ἀντικατέστη τοῖς τοιούτοις συλλειτουργοῖς. πρὸς μὲν τὸν τοῦ Ἰκονίου λόγον προστιθέμενος, ὡς οὐδέποτε τοιαύτη πρόσκλησις ἐκ τοῦ παρήκοντος περὶ ψήφου πρὸς μητροπολίτην γέγονε παρὰ συναδελφοῦ αὐτοῦ, εἴγε καὶ δοίη τις τοῦτο γενέσθαι. ἀλλὰ παρὰ τῶν συνήθως στελλομένων εἰς τὴν

ANNO CHRISTI 1166.

A ſtantini Chiromachi, Theodori Phialitæ & Michaelis Chamulæ, nos deputati a ſanctiſſimo domino noſtro & univerſali patriarcha, & interveniente notitia maxime venerabilis Chartularii ſanctiſſimæ Dei majoris eccleſiæ, domini Euſtathii Chandreni, ad arceſſendum ſanctiſſimum metropolitanum Cyzici, dominum Joannem, ut in craſtinum veniret ad ſacram ſanctam ſynodum, & præſens adeſſet futuris electionibus viduarum ſanctiſſimarum eccleſiarum, vel ſententiam exponeret; & ut ei ſignificaremus, futurum, ut niſi compareret, ejuſmodi electiones etiam ipſo B abſente procederent, propterea quod de his varie monitus eſſet etiam a reverendo Epiſcopiano, domino Conſtantino Chiromacho, nec ejus denuntiationibus parere voluiſſet; venimus hodierno die ad cellulas dicti ſanctiſſimi metropolitani, ſitas propter venerabilem manſionem Studianam. Quumque reperiſſemus eum ibidem in lectulo jacentem, ut qui non recte valeret, diximus ei, quemadmodum a patriarchali & ſacra dignitate deputati eſſemus, ad ea, quæ ſupra indicata ſunt, ipſum exhortantes. Quippe ſi fortaſſis ipſe vel præſens eſſe die craſtino futuris (ut dictum eſt) electionibus viduatarum ſanctiſſimarum eccleſiarum, vel ſententiam de iis ſuam exponere nollet: eas etiam ipſo abſente proceſſuras. Ille vero nobis reſpondit, etiam C alias factas eſſe pro eccleſiis electiones a confratribus ſuis, abſque præſentia ſententiaque ſua. Quapropter idem ab eis etiam in viduatis modo eccleſiis faciundum. Non enim venire ſe poſſe ad ſacram ſanctam ſynodum, & electionibus adeſſe, propterea quod acriter ægrotaret. Inde multum a nobis rogatus, ut vel ſententiam ſuam exponeret; ne id quidem facere voluit. Ad horum igitur indicationem, præſens inſtrumentum confecimus; quod in litteras relatum, & pro more corroboratum, dedimus menſe & indictione ſupra ſcriptis. Humilis diaconus ſanctiſſimæ Dei majoris eccleſiæ, & patriarchalis notarius, Stephanus Narſites, ſubſcripſit.

D Itaque verbis hujus inſtrumenti abutentes adverſarii Cyziceni, ad omnes electiones etiam Cyzicenum arceſſitum fuiſſe dicebant, ac ſe quidem, quod ſui fuiſſet muneris, feciſſe; verum ipſum noluiſſe comparere: addentes, epiſcopianos quoque juſſu religioſiſſimi Chartularii de more miſſos ad eas fuiſſe Cyziceni cellulas, in quibus commorabatur; ubi & patriarchalis notarius in electione ſecunda præſens fuerit, uti dictum eſt: atque hos pro more Cyzicenum ad electiones per ipſos conficiendas arceſſiviſſe. Quumque rediiſſent illi primum ad ſanctiſſimum dominum meum & univerſalem patriarcham, deinde ad ipſos quoque dixiſſe, non inveniſſe hominem in cellu- E lis ſuis: intelexiſſe vero, in quodam eum ſuburbano degere. Sed ad illa quoque fortiter ſeſe comminiſtris ſuis Cyzicenus oppoſuit, quum ad Iconienſis orationem adjiceret, ſi maxime quis concederet, rem ita geſtam eſſe,

☞ ſe; nunquam tamen ejuſmodi citationem electionis cauſſa obiter ad metropolitanum eſſe factam a confratre: ſed ab illis, qui pro more mittuntur arceſſitum ad electionem, deſignato fatali electionis die, legatiſque denuntiatoribus a Chartulario; atque ita citatis vel in perſona propria comparentibus, vel per litteras electionem adprobantibus, aut rejicientibus: quorum quidem ſententia ſcripto comprehenſa, ſic exprimi per electionis decretum debeat, ut etiam abſentes per litteras adfuiſſe videantur. Quandoquidem igitur, inquit, die proximo ante fatalem electionis diem, quemadmodum Iconienſis narrat, ad urbem fui; ſimiliterque ſubſequutis electionem diebus: quonam pacto fides illis adhibenda, qui dicunt, electionis tempore me ad urbem non fuiſſe? Simul petebat, electionis quoque decretum proferri, & perluſtrari, an invenirentur eidem inſcripta, quæ a fratribus ſuis prætexerentur. Præterea ſi ſolus, inquit, electionibus ipſe non interfuiſſet; fortaſſis ratione non carerent, quæ proferrentur. Sed quum alii quoque metropolitani ſecum ab electione, qua proſpectum ſit eccleſiis, abſuerint; ac ne ipſi quidem arceſſiti fuerint: palam parere veritati adverſarios refragari. Ad inſtrumenti ſane verba, rurſus indicata ſuperius in medium adferebat: quod nimirum ipſe, qui nollet indomitum illud ſcandalum, quod animum ejus urebat, occultare; etiam in citationis inſtrumento cauſſam ipſam expreſſerit, eorum correctionem poſtulans, quæ ipſum ad indignationem commoviſſent. Illos autem electionis auctores, hoc ejus reſponſo ſpreto, pro arbitrio ſuo liberam electionem inſtituiſſe. Secundum hæc primæ ſedis epiſcopus Cæſarienſis, qui præſens aderat, exclamavit & ipſe, dicens: ex eo tempore, quo pontifex ordinatus eſſet, nec ſe fuiſſe adpellatum, ut ad electionem veniret, idque factis eccleſiarum trium electionibus Dyrrhachinæ, Mileſiæ, Chriſtianopolitanæ. Immo nec hodie ſignificatum ſibi fuiſſe a quoquam de metropolitanorum ad majeſtatem meam conventu: ſed ſuapte ſponte motum, cum reliquis pontificibus majeſtatis meæ tribunal adiiſſe. Cæſarienſis orationi conſentanea proferebat & Leucanidis epiſcopus, quiritans nullam ſui rationem habitam in electionibus dictatum trium eccleſiarum. Ideoque ſe, qui non acceſſiſſet, nec vota ſua conjunxiſſe cum earum electionum auctoribus. Sed & Cariæ pontifex ingreſſus dixit, ſe congreſſis epiſcopis ad inſtruendas electiones pro viduatis ſanctiſſimis eccleſiis, quandoquidem nonnullos pontificum, qui ad urbem imperatoriam erant, præſentes non cerneret, interrogaſſe, num eorum ſententiæ haberentur. Reſponſum vero ſibi fuiſſe, Cyzicenum a Narſita citatum, ut electionibus ſuſcipiendis intereſſet, dixiſſe: etiam alias abſente ſe hujuſmodi electiones fuiſſe factas, neque novi quidquam futurum, ſi rurſus idem conferet. Quæ verba quum indicare quiddam non bonum perſpiceret, dixiſſe ſe, fieri nullo modo poſſe, nt hodierno die electiones iſtæ procederent. præſertim, quod alii quoque fratres abeſſent peregre, videlicet primæ ſedis antiſtes, Chalcedonenſis, & Leucadicus. Sequutos quoque ſententiam ſuam metropolitanos quoſdam, Methymnæum, Nazianzenum, Paronaxium, & alios.

A τῆς ψήφου μετάκλησιν, κυρίας τυπωμένης τῆς ἐπὶ τῇ ψήφῳ ἡμέρας, καὶ παρὰ τοῦ χαρτοφύλακος στελλομένων τῶν μηνυτῶν, καὶ οὕτω τῶν μηνυθέντων ἢ αὐτοπροσώπως παρουσιαζόντων, ἢ διὰ γραμμάτων ὁμοψήφων γινομένων, ἢ καὶ ἀντιγνωμονούντων, δήλης πάντως γινομένης τῷ ψηφηφορικῷ τῆς ἐγγράφου γνώμης αὐτῶν, καὶ διὰ τῶν γραμμάτων παρεῖναι δοκούντων καὶ τῶν ἀπόντων. ἐπεὶ οὖν φησι πρὸ μιᾶς τῆς ἐπὶ τῇ ψήφῳ κυρίας, κατὰ τὸν τοῦ Ἰκονίου λόγον, τῇ μεγάλῃ πόλει παρῆν, καὶ ἑξῆς ταῖς μετὰ τὴν ψῆφον ἡμέραις, πῶς ποτε ἄρα καὶ πιστευτέοι οἱ λέγοντες, μὴ παρεῖναι τοῦτον τῇ μεγάλῃ πόλει κατὰ τὸν τῆς ψήφου καιρόν; καὶ ἐζήτει προκομισθῆ- B ναι καὶ τὸ ψηφηφορικὸν, καὶ ἀναθεωρηθῆναι τοῦτο, εἰ ἄρα εὕρηται ἐγγεγραμμένα τὰ παρὰ τῶν συναδελφῶν αὐτοῦ προτεινόμενα. κἂν μὲν οὖν αὐτὸς φησὶ καὶ μόνος τῶν ψήφων ἀπελιμπάνετο, ἴσως ἂν εἶχε λόγον τὰ προβαλλόμενα. ἐπεὶ δὲ καὶ ἕτεροι σὺν αὐτῷ μητροπολῖται ἀπελείφθησαν τῆς ψήφου τῶν ψηφισθεισῶν ἐκκλησιῶν, καὶ οὐδὲ αὐτοὶ μετεκλήθησαν, φαίνονται προφανῶς ταῖς ἀληθείαις ἐναντιούμενοι οἱ ἀντίθετοι. πρὸς μέντοι τὰ τοῦ σημειώματος ῥήματα, αὐτὰ καὶ πάλιν τὰ ἀνωτέρω διαληφθέντα προέθετο, ὅτι περ αὐτὸς μὴ θέλων τὸ ὑποκνίζον τὴν τούτου ψυχὴν σκάνδαλον ἀνημέρωτον ἐπικρύπτειν, καὶ ἐν τῷ μετακλητικῷ C σημειώματι τὴν αἰτίαν ἐξέφηνε, ζητῶν τὴν διόρθωσιν ἐφ' οἷς ἀγανακτικώτερος γέγονεν. οἱ δὲ ψηφισάμενοι, παραγκωνισάμενοι τὸν τούτου ἀπόλογον, τὴν ψῆφον κατὰ τὸ δόξαν αὐτοῖς αὐτονόμον πεποιήκασιν. ἐπὶ τούτοις παρὼν καὶ ὁ * πρωτόθρονος Καισαρείας, ἀνέκραξε καὶ αὐτὸς λέγων, ὡς οὐδὲ οὗτος ἀφ' οὗ καιροῦ κεχειροτόνηται ἀρχιερεὺς, εἰς ψῆφον ἀνελθεῖν μετεκλήθη, καὶ ταῦτα τριῶν ἐκκλησιῶν ψηφισθεισῶν, Δυρραχίου, Μιλήτου, καὶ Χριστιανουπόλεως. ἀλλ' οὐδὲ τὴν σήμερον ἐδόθη τούτῳ παρά τινος εἴδησις τῆς πρὸς τὴν βασιλείαν μου τῶν μητροπολιτῶν συνελεύσεως. αὐτὸς δὲ οἴκοθεν κινηθεὶς, συνεισῆλθε τοῖς λοιποῖς ἀρ- D χιερεῦσιν εἰς τὸ βῆμα τῆς βασιλείας μου. καὶ ὁ Λευκάδος δὲ συνῳδὰ τῷ Καισαρείας ἐφθέγγετο, καρδιαλγῶν ἐφ' οἷς οὐκ ἠξίωτο λόγου ἐπὶ ταῖς ψήφοις τῶν ῥηθεισῶν τριῶν ἐκκλησιῶν. οὗ χάριν ὡς μὴ ἀνελθὼν, οὐδὲ ὁμόψηφος γέγονε τοῖς ψηφισαμένοις αὐτάς. ἀλλὰ καὶ ὁ Καρίας εἰσελθὼν εἶπεν, ὡς συνελθόντων αὐτῶν ἐπὶ τῷ ποιήσασθαι ψήφους τῶν χηρευουσῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ἐπεὶ τινας τῶν ἐνδημούντων ἀρχιερέων τῇ βασιλευούσῃ, οὐκ εἶδε παρουσιάζοντας, ἤρετο εἰ γνῶμαι τούτων εἰσίν; ἤκουσε δὲ, ὡς ὁ Κυζίκου παρὰ τοῦ Ναρσίτου διαμηνυθεὶς παρουσιάσαι ἐπὶ ταῖς μελλούσαις προβῆναι ψήφοις, ἔφησε, καὶ ἄλλοτε τῇ αὐτοῦ ἀπουσίᾳ E τοιαύτας ψήφους γενέσθαι. οὐ καινὸν δὲ καὶ αὖθις τοῦτο πραχθῆναι. οὐκ ἀγαθὴν οὖν ἔμφασιν αὐτὸς κατανοῶν ἔχειν ταῦτα τὰ ῥήματα, τῶν ἀδυνάτων εἶπεν εἶναι προβῆναι ψήφους τὴν σήμερον. καὶ μάλιστα, ὅτι καὶ ἕτεροι τῶν ἀδελφῶν ἀποδημοῦσιν, ἤγουν ὅ, τε πρωτόθρονος, ὁ Χαλκηδόνος, καὶ ὁ Λευκάδος. ἠκολούθουν δὲ αὐτῷ καὶ τινες τῶν Μητροπολιτῶν, ὅ, τε Μηθύμνης, ὁ Ναζιανζοῦ, ὁ Παροναξίας, καὶ ἕτεροι. ἀλλ' ὑπερίσχυσαν, φησὶν, οἱ ἄλλως λέγοντες, καὶ τὰ τῶν ψήφων προέβαινον. οὓς λόγους τοῦ Καρίας φάσκοντο ὡς ἀληθεῖς, παρόντες ὁ Μηθύμνης, ὁ Να-

ANNO CHRISTI 1186.

ὁ Ναζιανζοῦ, ϗ ὁ Παροναξίας. ἦσαν οὖν τὰ μέρη ἐν τούτοις ἀντιπαλαμώμενά τε ἀλλήλοις ϗ ἐναντιούμενα. ἡ γοῦν βασιλεία μου ἐπιστατικώτερον προσχοῦσα τοῖς παρὰ τῶν μερῶν προτεθεῖσι, ϗ μὴ θέλουσα καταθραύεσθαι ϗ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς, ϗ τὰς ἱερὰς ἀποστολικὰς ϗ συνοδικὰς παραδόσεις, ϗ τοὺς ἱεροὺς κανόνας αὐτῶν, ϗ καταλαβοῦσα μηδέν τι ἐνδυναμοῦν δικαιολογήσασθαι τοὺς ἀντιδίκους τοῦ Κυζίκου συναδέλφους τούτου ϗ συλλειτουργοὺς, ἀλλὰ παρὰ τὰ διωρισμένα τοῖς διαληφθεῖσιν ἱεροῖς κανόσι ϗ τὸ ἀρχαιοπαράδοτον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἔθει ἐπὶ ταῖς ψήφοις, προβῆναι τὰς ψήφους τῶν ῥηθεισῶν ἐκκλησιῶν, τῆς Κλαυδιουπόλεως, τῆς Μαρωνείας, τοῦ Δυρραχίου, τῆς Μιλήτου, ϗ τῆς Χριστιανουπόλεως, ἀκολούθως τούτοις διέγνω ϗ ἀπεφήνατο, συνδιαγνωμονησάντων τῇ βασιλείᾳ μου ϗ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν, μηδὲν ἰσχύειν τὴν χειροτονίαν ϗ τὰς ψήφους τῶν οὕτω ψηφισθέντων, ὡς εἴρηται. ἀλλ' ὡς δὲ μηδὲ γεγονυίας λογισθῆναι, ϗ τὴν γεγονυῖαν χειροτονίαν τοῦ χειροτονηθέντος Μαρωνείας, καθὼς ὁ ἄνωθεν κατασρωθεὶς ιθ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου διαλαμβάνει κανὼν, λέγων ῥητῶς οὑτωσί. εἰ δὲ ἄλλως παρὰ τὰ διωρισμένα γίνοιτο, μηδὲν ἰσχύειν τὴν χειροτονίαν, ἀλλ' ἑτέρους ψήφους γίνεσθαι ἐπὶ ταῖς ῥηθείσαις ἐκκλησίαις, ἐφ' αἷς αἱ ψῆφοι ϗ αἱ χειροτονίαι παρὰ κανόνας προέβησαν, ὡς διείληπται. Καὶ γοῦν ἀπὸ τοῦδε ϗ εἰς τὸ ἑξῆς θεσπίζει τὸ κράτος ἡμῶν, ἐκ τοῦ ἀπαραιτήτου πάντας τοὺς ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ἀρχιερεῖς συγκαλεῖσθαι, ϗ ἢ παρεῖναι τοὺς πάντας ἐπὶ ταύταις, εἰ δυνατὸν, ἢ ϗ διὰ γραμμάτων ὁμοψήφους γίνεσθαι, ϗ μὴ παίζειν ἐν οὐ παικτοῖς. ἀλλ' ἐκείνους προτιμᾶσθαι τῶν ἄλλων πάθους ἐκτὸς, οὓς μετὰ τοῦ λόγου ϗ βίος κοσμεῖ ἀνεπίληπτος· ἢ τοῦ λόγου σκάζοντος ἴσως, οἷς ὁ μακρὸς χρόνος, ϗ τὸ περὶ τὴν ἐκκλησίαν πολύπονον, τὸ ἐνδέον ἀποχαρίζεται. οὕτω γὰρ ἂν αἱ ψῆφοι θεαρέστως γίνοιντο, ϗ οὐκ ἐπὶ κρίματι καὶ κινδύνῳ τῆς τῶν ψηφιζομένων ϗ ψηφοφορούντων ψυχῆς. οἱ μέντοι παρυστάσαντες μητροπολῖται, ἦσαν οὗτοι. ὁ Καισαρείας. ὁ Ἐφέσου. ὁ Κυζίκου. ὁ Σίδης. ὁ Ἀμασείας. ὁ Νεοκαισαρείας. ὁ Καρίας. ὁ Λαοδικείας. ὁ Ἰκονίου. ὁ Συλαίου. ὁ Ἱεραπόλεως. ὁ Εὐχαΐτων. ὁ Κερασοῦντος. ὁ Ἀβύδου. ὁ Λαρίσσης. ὁ Κορίνθου. ὁ Μηθύμνης. ὁ Παροναξίας. ὁ Προικονήσου. ὁ Ἡρακλέος. ὁ Λευκάδος. ὁ Γαρέλλου. ὁ Ναζιανζοῦ.

A Verum prævaluiſſe, qui aliter cenſerent, & electiones inſtitutas fuiſſe. Quam Cariæ pontificis orationem ceu veram amplectebantur, qui aderant, Methymnæus, Nazianzenus, Paronaxius. Hoc modo partes ipſæ quaſi manus inter ſe conſerentes, ſibi adverſabantur. Quamobrem majeſtas mea perite animum advertens iis, quæ fuiſſent a partibus propoſita: nec leges eccleſiaſticas, & apoſtolicas atque ſynodicas traditiones, ſacroſque canones earum violari volens, quum etiam deprehendiſſet, adverſarios Cyziceni, confratres & comminiſtros ejus, nihil, quod robur haberet, B allegaſſe; ſed præter ſancita ſupradictis ſacris canonibus & antiquitus accepta magnæ eccleſiæ conſuetudine in electionibus, indicatarum eccleſiarum, Claudiopolitanæ, Maronienſis, Dyrrhachinæ, Mileſiæ, & Chriſtianopolitanæ electiones proceſſiſſe: veſtigiis ipſorum canonum inſiſtens ſtatuit atque pronuntiavit, eamdem promulgantibus cum majeſtate mea ſententiam ſanctiſſimis quoque patriarchis, nullam vim antiſtitum ſic electorum, ceu dictum eſt, ordinationem & electiones obtinere: ſed pro non factis habendas, deque facta ordinatione Maroneæ pontificis ordinari cenſendum, ſicut inſertus ille ſupra XIX. Antiochenæ ſynodi canon tradit, hæc diſerte C proferens: Sin aliter res, præter hæc modo definita, geratur, nullum ordinatio robur habeat: ſed aliæ fiant electiones pro dictis eccleſiis, in quibus electiones & ordinationes præter canones proceſſerunt, uti dictum fuit. Quamobrem deinceps & in poſterum ſancit imperatoria majeſtas noſtra, citra recuſationem univerſos, qui ad urbem ſunt, pontifices eſſe convocandos: qui vel omnes adſint electionibus, ſi fieri poteſt, vel per litteras adſtipulentur; nec in rebus minime ludicris eſſe ludendum, ſed extra omnem adfectum illos cæteris præferendos, quos præter doctrinam vita quoque reprehenſionis expers ornat: aut ſi doctrina forte claudicet, quibus ætas D provectior, & multi pro eccleſia labores exantlati, quod alioqui deeſt, ſupplent. Nam ſic electiones modo Deo grato fient, nec ad judicium atque periculum animi eorum, qui eliguntur, quique ſuffragia ferunt. Metropolitani quidem præſentes, hi erant: Ceſarienſis. Epheſinus. Cyzicenus. Sidenſis. Amaſienſis, Neocæſarienſis, Carienſis, Laodicenus, Iconienſis, Sylæenſis, Hierapolitanus, Eucatienſis, Ceraſuntius, Abydenus, Lariſſenſis, Corinthius, Methymnæus, Paronaxius. Præconeſius, Herculanus, Leucadicus, Garellius, Nazianzenus.

CON-

# CONCILIUM HIBERNICUM

## ANNO CHRISTI MCLXXXVI. CELEBRATUM.

Ex P. Pagi ad ann. 1186. n. 10.

GIraldus Cambrenſis lib. 2. de geſtis ſuis cap. 13. loquitur de Concilio in Hibernia celebrato, quod ad annum Chriſti 1186. pertinet, cum poſtea cap. 17. memoret cladem Hieroſolymitanam, quæ anno 1187. contigit: *Accidit, cum in media Quadrageſima ſc. ad Lætare Jeruſalem, Joannes Dublinenſis Archiepiſc. convocatis ſuffraganeis Epiſcopis Dublinenſibus in Eccleſia S. Trinitatis Concilium teneret. Primo die ſermonem fecit ipſe de Sacramentis Eccleſiæ. Secundo die Abbas de Balkinglas Albinus, qui & poſtea Fernenſis Epiſcopus erat, de continentia Clericorum ſermonem texens prolixiorem, totam in Clerum, qui de Wallia & Anglia in Hiberniam advenerant, denique culpam refudit, docens munditiam Cleri Hiberniæ, quanta fuerit, donec ex contagio advenarum (cum a convictu mores formantur, & qui picem tangit, coinquinabitur ab ea) corruptelam contraxerint. Ad cumulum quoque confuſionis finito ſermone ipſius, Clerici noſtrates de Wiceſordiæ finibus ſe invicem ſuper concubinis publice ductis, domumque traductis & nuptiis ſolemniter factis, coram Archiepiſcopo & univerſo Concilio conſtanter accuſarunt, & accuſatos incontinenti teſtium productione pariter & ſuſceptione, inſtigante ad hoc Archiepiſcopo Giraldi conſilio, ut ſtatim publice juſtitia ſequeretur, cum magna Cleri Hibernici tam irriſione, quam inſultatione convicerunt. Archiepiſcopus autem, ut Hibernicorum inſultationes reprimeret, ſibique tales immunditias, & enormitates diſplicere probaret, in convictos illico ſententiam dedit, & ipſos omni tam officio Eccleſiaſtico, quam beneficio ſuſpendit. Die vero tertio Archiepiſcopus Giraldo Archidiacono ſermonem injunxit; qui de Paſtorali officio materiam ſumens, inprimis quæ ad laudem Cleri Hibernici vere dici poterant, non ſuppreſſit; deinde de vitiis eorum & exceſſibus, præcipue vero de ebrioſitatis incommodo cunctos in commune notando, demum ad Prælatos ipſorum ſe convertens, eos ſuper injuria & negligentia Paſtorali irrefragabili ratione convicit. Unde & ſermonis ejuſdem partem hæc continentem verbis eiſdem* interſerit idem Scriptor, quæ apud eum legenda.

# ☞ AD CONCILIUM HIBERNICUM

*Anno 1186. celebratum*

## ADDITIO.

Ex Suppl. Manſi to. II. pag. 734.

H*Ibernicum iſtud concilium ex Giraldo Cambrenſi de geſt. ſuis lib. 2. cap. 13. notam diligentiam fugit utriuſque Anglici collectoris, Spelmanni primum, dein & Wilkins. Novit Venetus Labbei editor indicante Pagio ad Ann.* 1186. 10. *ſed nihil ultra attulit, quam quæ ex eodem Pagio accepit. Quare ingens illud Orationis in eadem ſynodo habitæ fragmentum, quod integram potius orationem dixeris, importuno ſatis conſilio omiſit. Hanc igitur ſuppleturus, totam ex integro Giraldi de concilio hoc narrationem huc transfero.*

Accidit autem cum in media Quadrageſima, ſcilicet ad *Lætare Jeruſalem*, Joannes Dublinenſis archiepiſcopus convocatis ſuffraganeis epiſcopis Dublinenſibus in eccleſia S. Trinitatis concilium teneret; primo die ſermonem fecit ipſe de ſacramentis Eccleſiæ, ſecundo die abbas de Malkinglas Albinus, qui & poſtea Fernenſis epiſcopus erat, de continentia clericorum ſermonem texens prolixiorem, totam in clerum, qui de Wallia & Anglia in Hiberniam advenerant, denique culpam refudit, docens munditiam cleri Hyberniæ quanta fuerit, donec ex contagio advenarum, quum a convictu mores formantur, & qui picem tangit coinquinabitur ab ea corruptelam contraxerunt. Ad cumulum quoque confuſionis finito ſermone ipſius, clerici noſtrates de Wiceſordiæ finibus ſe invicem ſuper concubinis publice ductis, domumque traductis & nuptiis ſolemniter fact.. coram archiepiſcopo & univerſo concilio conſtanter accuſarunt, & accuſatos incontinenti teſtium productione pariter & ſuſceptione, inſtigante ad hoc archiepiſcopo Giraldi conſilio, ut ſtatim publica juſtitia ſequeretur, cum magna cleri Hibernici tam irriſione quam inſultatione convicerunt. Archiepiſcopus autem ut Hibernicorum inſultationem reprimeret, ſibique tales immunditias & enormitates diſplicere probaret, in convinctos illico ſententiam dedit, & ipſos omni tam officio eccleſiaſtico, quam beneficio ſuſpendit. Die vero tertio archiepiſcopus Giraldo archidiacono ſermonem injunxit; qui de paſtorali officio materiam ſumens, in primis quæ ad laudem cleri Hibernici vere dici poterant non ſuppreſſit, deinde de vitiis eorum & exceſſibus, præcipue vero de ebrioſitatis incommodo, cunctos in commune notando; demum ad prælatos ipſorum ſe convertens eos ſuper incuria & negligentia paſtorali irrefragabili ratione convicit; unde & de ſermone ejuſdem partem hæc continentem verbis eiſdem, quæ etiam in Tipographia Hibernica ultima diſtinctione reperies, hic interſerere præter rem non putavi.

Eſt autem terræ iſtius clerus ſatis religione commendabilis, & inter varias, quibus pollet virtutes, caſtitatis prærogativa præeminet, & præcellit. Item pſalmis & horis, lectioni, & orationi vigilanter inſerviunt; & inter eccleſiæ ſepta ſe continentes, a divinis, quibus deputati ſunt officiis non recedunt. Abſtinentiæ quoque, & parſimoniæ ciborum non mediocriter indulgent, ita ut pars maxima cotidie fere, donec cuncta diei compleverint horarum officia, uſque ad crepuſculum jejunent. Sed utinam poſt longa jejunia tam ſobrii fuerint quam ſeri, tam veri, quam ſeveri, tam puri quam duri, tam exiſtentes quam apparentes. Inter tot enim millia

ANNO CHRISTI 1186.

lia vix unum invenies, qui poſt jugem quam
jejuniorum quam orationum inſtantiam vino va-
riiſque potionibus diurnos labores enormius quam
deceret nocte non redimat. Diem itaque natu-
ralem tamquam ex æquo dividentes, lucidaque
ſpiritui tempora, nocturna quoque carni dedican-
tes, ſicut de luce lucis operibus indulgent, ſic
& in tenebris ad tenebrarum opera convertun-
tur. Unde hoc pro miraculo duci poteſt, quod
ubi vina dominantur, venus non regnet. Vix
autem hoc Hieronymo perſuaderi poſſet dicenti,
quod venter mero æſtuans facile deſpumat in li-
bidinem. Vix & Paulo, qui ait (Epheſ. V.
18.) *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.*
Sunt tamen nonnulli inter hos optimi, & ſine
fermento ſinceriſſimi. Eſt enim gens hæc cun-
ctis fere in actibus immoderata, & in omnes ef-
fectus vehementiſſima. Unde & ſic mali deter-
rimi ſunt, & nuſquam pejores, ita & bonis lau-
dabiliores non reperies. Sed inter avenas & lo-
lia triticum rarum, multos nimirum vocatos in-
venies, parvos ſelectos: grana rariſſima, paleas
multas. In epiſcopis vero, & prælatis hoc præ-
cipue reprehenſione dignum invenio, quod in
populi tam enormiter delinquentis correctione
deſides nimis ſunt & negligentes. Quod igitur
nec prædicant nec corripiunt, hinc ipſos prædi-
co corripiendos. Quod non arguunt, hinc arguo.
Quod reprehendere negligunt, hinc reprehendo.
Quoniam, ut ait Gregorius, *præconis officium
ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotis gradum aſcendit.*
Sacerdos ergo ſi prædicationis eſt neſcius, quam
clamoris vocem daturus eſt Præco mutus? Si
enim prælati a tempore Patricii per tot anno-
rum curricula prædicationi, & inſtructioni, item
increpationi, & correptioni pro officii debito vi-
riliter inſtitiſſent, & enormitates gentis nimia
aliquatenus extirpaſſent, & aliquam in eis pro-
culdubio formam honeſtatis, & religionis im-
preſſiſſent; præcipue quidem ubi adeo prælatis
bonis & prædicatoribus opus eſſet. Ut enim de
perjuriis eorum & prædationibus, de furtis & la-
trociniis, quibus totus hic populus propemodum,
imo præter modum indulget; de vitiis variis,
& immunditiis nimis enormibus, quos *Topogra-
phia* declarat, ex toto non omittamus, gens hæc
gens ſpurciſſima, gens vitiis involutiſſima, gens
omnium gentium in fidei rudimentis incultiſſi-
ma. Nondum enim decimas vel primitias ſol-
vunt, nondum matrimonia contrahunt. Non in-
ceſtus vitant, non eccleſiam Dei cum debita re-
verentia frequentant. Nec infantes ante fores ec-
cleſiæ ſacerdotes eorum more debito catechizant,
nec mortuorum corpora ad eccleſiaſticam ſepul-
turam debitis obſequiis proſequuntur. Quinimmo,
quod deteſtabile valde eſt, & non tantum fidei,
ſed & cuilibet honeſtati valde contrarium, fra-
tres pluribus per Hyberniam locis fratrum defun-
ctorum uxores, non dico ducunt, ſed traducunt;
immo verius ſeducunt, dum turpiter eas & in-
ceſtuoſe cognoſcunt. Veteris in hoc teſtamenti
non medullæ ſed cortici adhærentes; vetereſque
libentius in vitiis quam in virtutibus imitari vo-
lentes. Non ergo prælatus in ipſis fuerat, qui
tamquam tuba vocem exaltaret, non fuit qui ex
adverſo aſcenderet, & murum pro domo Iſrael
opponeret. Non fuit, qui uſque ad exilium, ne
dum uſque ad ſanguinem pro eccleſia Chriſti di-
micaret, quam ipſe ſibi ſuo pretioſo ſanguine
acquiſivit. Unde & omnes ſancti terræ iſtius
confeſſores ſunt & nullus martyr, quod in alio
Regno chriſtiano difficile erit invenire. Mirum
itaque quod ubi gens crudeliſſima & ſanguinis

A ſitibunda, fides ab antiquo fundata, & ſemper
tepidiſſima, pro eccleſia Chriſti corona martyrii
nulla. Non igitur inventus eſt in partibus illis,
qui eccleſiæ ſurgentis fundamenta ſanguinis effu-
ſione cœmentaret, non fuit qui faceret hoc bo-
num, non fuit uſque ad unum. Sunt enim pa-
ſtores qui non paſcere quærunt, ſed paſci; ſunt
prælati, qui non prodeſſe cupiunt, ſed præeſſe;
ſunt epiſcopi, qui non omen, ſed nomen, non
onus, ſed honorem amplectuntur. Hujus itaque
terræ prælati intra eccleſiarum ſepta de antiqua
conſuetudine ſe continentes, contemplationi ſo-
lum fere ſemper indulgent; ubi & Rachelis pul-
chritudine ſic delectantur, ut Liæ lippitudinem
faſtidio ducant. Unde accidit, ut nec verbum
B Domini populo prædicent, nec ſcelera eorum an-
nuntient, nec in grege commiſſo vel extirpent
vitia, vel inſerant virtutes. Cum omnes fere
Hiberniæ prælati de monaſteriis in clerum ele-
cti ſint. Quæ Monachi ſunt, ſollicite complent
omnia; quæ vero clerici vel prælati, fere præ-
termittunt univerſa. Sin autem tantam curam
agentes & tamquam ſibi ſolliciti pro grege com-
miſſo ſollicitari negligenter omittunt, & propo-
nunt, illud Hieronymi ad Ruſticum monachum
vel prorſus ignorantes vel diſſimulantes. *Sic vi-
ve in monaſterio, ut clericus eſſe merearis; longo
tempore diſce, quod poſtmodum doceas, & inter bo-
nos ſemper ſectare meliores; & cum in clerum ele-
ctus fueris, age ea quæ clerici ſunt.* Et illud ad
C eundem: *ſi clericatus titillat deſiderium, diſce
prius quod poſſis docere, ne ſis miles antequam ty-
ro, ne magiſter antequam diſcipulus.* Sed male
ſibi provident, male ſui curam agunt, cum his,
quorum cuſtodiæ ex ſuſcepti regiminis officio
ſunt deputati, per incuriam & negligentiam cu-
ram & providentiam ſubtrahunt, & ſubducunt.
Seipſos enim multo gravius quam illos, & dam-
nabilius ſeducunt. Scire igitur debent, quod ſi-
cut Hieronymus ad Eleutherium teſtatur, cum
alia ſit cauſa monachi, alia clerici; & clerici
oves paſcant, monachi paſcantur; ſic ſe habent
monachi reſpectu clericorum, tamquam grex re-
ſpectu paſtorum. Monachus enim tamquam unius
cuſtos vel ſingularis dictus ſive ſolius curam agit.
D Clericus vero circa multorum curam ſollicitam
tenetur. Eſt itaque monachus tamquam granum
tritici ſolum manens. Eſt autem clericus tam-
quam granum germinans, & in horrea Domini
multum fructum afferens. Bipertiti ergo hujuſ-
modi prælati ex monacho quædam contrahant,
quædam ex clerico; ex monacho contrahant co-
lumbinam ſimplicitatem; ex clerico vero ſerpen-
tinam prudentiam; hinc ſapientiam, inde elo-
quentiam; hinc verba, inde opera; hinc con-
ſcientiam, inde ſcientiam; hinc fœcundi fiant,
inde facundi: & ſic utrumque compleant offi-
cium, ut inter ſacerdotes tabernaculum eorum
veſtimenta tintinnabulis ambiantur; & in ore
ipſorum tam inſtructionis quam increpationis ver-
E bum reſonans audiatur. Fatuos enim & elingues
prælatos, & plus monachi quam clerici præfe-
rentes manifeſte redarguit Hieronymus dicens:
*Innocens & abſque ſermone converſatio quantum
exemplo prodeſt, tantum ſilentio obeſt; latratu nam-
que canum & baculo paſtorum lupi ſunt arcendi.*
Similiter & in primo bibliothecæ prologo. *San-
cta quippe ruſticitas ſibi ſolum prodeſt, & quantum
ex vitæ merito ædificat eccleſiam Dei, tantum no-
cet cum deſtruentibus non reſiſtit.* Error enim, ut
ait Innocentius, *cui non reſiſtitur, approbatur, &
veritas cum minime defenſatur opprimitur.* Idem
Eleutherius: *negligere cum poſſis perturbare per-
ver-*

ANNO CHRISTI 1186.

locus corruptus.

ANNO CHRISTI 1186.

*verſos, nihil eſt aliud quam fovere; nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare, præſertim quum ad hoc ex officio teneatur.* Mirum autem quum omnino tam deſinentes officii, tam ſubditorum ſalutis negligentes ſemper extiterint, quod tot ex ipſis in terra pro ſanctis habentur, & ab accolitis tamquam ſancti tam devote coluntur & venerantur. Unde & unum duorum inevitabile eſt, non evitari. Aut enim ab agiographis noſtris tam circa paſtoralis officii debita, quam aliarum quarumlibet rerum inſtructionem multa ad terrorem conſtat emiſſa; & quoniam *miſericordia Domini plena eſt terra*. Pſ. 33. 5. magis ſperandum de clementia, quam timendum de juſtitia; aut potius eccleſia militans in multos decipitur, triumphans vero non irridetur. Unde & nonnullos quos recipit hæc, abdicat illa; & e diverſo illa quoque inter electos non immerito multos honorat, quos iſta tamen A prorſus ignorat. Quidam enim intus eſſe videntur, qui foras miſſi ſunt; & quidam foras mitti, qui tamen intus exiſtunt; quia, quod altum eſt hominibus, abominabile eſt apud Deum; ſicut & e diverſo plerumque contingit.

Finito vero ſermone & favorabili noſtratium murmure ſubſecuto, non hodie quod heri, ſed vice verſa grandi clero Hibernico confuſione perfuſo, multa in adverſarios inſultatione pariter & exultatione capita noſtrates erexerunt. Eodem die cœnante cum archiepiſcopo Oſſirienſi epiſcopo Felice, qui monachus erat mutilatus, ut videbatur, & eunucatus, quum quæſiſſet ab eo B archiepiſcopus quid ei viſum fuiſſet de archidiaconi ſermone, reſondit ille, quia multum benedixit mala. Vocavit, inquit, potores. Certe vix me continui quin ſtatim in ipſum involavi; vel ſaltem quod verbis talionem reddendo quod acriter & non reſponderim.

ANNO CHRISTI 1187.

# VITA
# ET EPISTOLÆ
# GREGORII PAPÆ VIII.

GREGORIUS VIII. patria Beneventanus, cui nomen fuerat Albertus, cardinalis presbyter tituli ſancti Laurentii in Lucina, altero die poſt obitum Urbani communi omnium conſenſu electus eſt anno Domini MCLXXXVII. tempore Friderici imperatoris. Initio pontificatus Chriſtianos principes legationibus litteriſque pro ſubſidio terræ ſanctæ & de agenda pœnitentia ad diverſos ſcriptis ſolicitavit, ut exercitu terra marique comparato ad recuperandam Hieroſolymam ſeſe colligerent. Ut vero facilius id quod ſuadebat conſequeretur, Piſas ſe contulit, ut ejus loci populos cum Genuenſibus fœderis novi vinculo religaret, ac ſic conjunctis copiis, quibus plurimum mari valebant, ad hanc expeditionem ſanctiſſimam animarentur. Verum inopinatus vitæ illius exitus, ſanctæ expeditioni & voluntati Piſis finem impoſuit. Obiit enim decimo ſeptimo Kalendas Januarii, pontificatus ſui die LVII. Succeſſit, inquit Urſpergenſis, Urbano in ſede apoſtolica Gregorius octavus natione Beneventanus. Sedit menſes duos. Hic primum litteras tranſmiſit in orbem pro liberatione terræ ſanctæ, multa ſtatuens de correctione morum tam in clero quam in populo, utpote de ſuperfluitate veſtigium & choreis & aliis vanitatibus vitandis. *Hæc Urſpergenſis.*

## EPISTPLA I. GREGORII PAPÆ VIII. AD OMNES CHRISTI FIDELES,

De clade Hieroſolymitana. Omnes ad pœnitentiam agendam admonet: & proficiſcentibus ad bellum contra fideles plenariam indulgentiam concedit.

*Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

AUDITA tremendi ſeveritate judicii, quod ſuper terram Jeruſalem Divina manus exer- C cuit, tanto ſumus nos & fratres noſtri horrore confuſi, tantiſque afflicti doloribus, ut non facile nobis occurreret, quid agere aut quid facere deberemus, niſi quod Pſalmiſta deplorat, & dicit: *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam.* Pſalm. 78. *coinquinaverunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam: carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ, & eſcas volatilibus cæli*, &c. Ex occaſione quippe diſſenſionis, quæ malitia hominum ex ſuggeſtione diaboli facta eſt nuper in terra, acceſſit Saladinus cum multitudine armatorum ad partes illas, & occurrentibus eis rege, & epiſcopis, & Templariis, & Hoſpitalariis, baronibus ac militibus cum populo terræ, & cruce Dominica, (per quam ex memoria & D fide paſſionis Chriſti, qui pependit, & genus humanum redemit, certum ſolebat eſſe tutamen, & contra paganorum incurſus deſiderata defenſio) facta congreſſione inter eos, & ſuperata parte noſtrorum, capta eſt crux Dominica, trucidati epiſcopi, captus eſt rex, & univerſi fere aut occiſi gladio, aut hoſtilibus manibus deprehenſi, ita ut pauciſſimi per fugam dicantur elapſi. Ipſi quoque Templarii & Hoſpitalarii in ejus oculis decollati. Superato autem exercitu, qualiter ſubſequenter invaſerint & rapuerint univerſa, ita ut non niſi pauca loca remanſiſſe dicantur, quæ in eorum non devenerint poteſtatem, non credimus noſtris litteris explicandum. Nos autem licet cum propheta dicere habeamus: E *Quis det capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo nocte ac die interfectos populi mei?* Jerem. 9. Non tamen adeo dejicere nos debemus, ut in diffidentiam decidamus, & credamus Deum ita populo iratum, ut quod communium faciente multitudine peccatorum fieri permiſit iratus, non cito per miſericordiam pœnitentia placatus alleviet, & poſt lacrymationem & fletum exultationem inducat.

Quiſquis ſane in tanta lugendi materia, ſi non corpore, ſaltem corde non luget, non tantum fidei Chriſtianæ, quæ cum omnibus dolentibus

tibus docet eſſe dolendum, ſed ipſius eſt huma- A
nitatis noſtræ oblitus : cum ex ipſa periculi ma-
gnitudine ac feritate barbarica Chriſtianorum
ſanguinem ſitiente, ac totam ſuam in hac ap-
ponente virtutem, ut profanare ſancta, & titu-
lum Dei valeant auferre de terra, quod nos ta-
cemus, diſcretus quiſque valeat æſtimare. Sane
cum prophetæ toto prius ſtudio laboraverunt,
poſtmodum apoſtoli, & ſequaces eorum, ut Di-
vinus cultus eſſet in terra illa, & ad omnia cli-
mata mundi ex ea deflueret, immo, quod ma-
ximum & ineffabile eſt, Deus, qui voluit in-
carnari, per quem facta ſunt univerſa, per ineſ-
fabilem ſapientiam & incomprehenſibilem miſe-
ricordiam ſuam, per infirmitatem carnis, eſu-
riens, ſitim, crucem, & mortem, & reſurrectio- B
nem, ſalutem noſtram ibi voluit operari, juxta
Pſal. 73. quod dicitur : *Qui operatus eſt ſalutem in medio*
*terræ* : per ſeipſum adhoc dignatus eſt laborare,
nec lingua dicere, nec ſenſus cogitare poteſt,
quantum nobis & univerſo dolendum ſit populo
Chriſtiano, quod id nunc perpeſſa eſt terra il-
la, quod ſub veteri populo legitur pertuliſſe.
Nos autem credere non debemus, quod ex inju-
ſtitia judicis ferientis, ſed ex iniquitate potius
populi delinquentis, iſta provenerunt : cum le-
gamus, quod quando populus convertebatur ad
Dominum, perſequebatur unus mille, & duo fu-
gabant decem millia : immo, ipſo populo quie-
ſcente, exercitum Sennacherib angelica manu
conſumptum. Sed & terra illa devoravit habi- C
tatores ſuos, & nec diu habere quietum ſta-
tum, nec tranſgreſſores legis Divinæ potuit re-
tinere : doctrinam & exemplum tribuens illis qui
ad cœleſtem Jeruſalem intenderent, quod non
poſſunt ad eam niſi per exercitium bonis operis
& per tentationes plurimas pervenire. Potuerunt
autem iſta timeri jampridem, quando * Arroa-
ſia, & alia terra in poteſtatem tranſiit pagano-
rum : & fuiſſet bene proviſum, ſi populus qui
remanſit, ad pœnitentiam rediiſſet ; & Deum,
quem prævaricatione offenderat, converſione pla-
caſſet. Nec enim ſubito venit ira ejus, ſed &
ultionem differt, & tempus tribuit pœnitenti.
Tandem vero, qui in miſericordia judicium non
amittit, vindictam ſuam ad pœnam tranſgredien- D
tium & cautelam ſalvandorum exercet.

* nempe Rohes, ſive Edeſſa. H.

Porro nos, qui in tanta terræ illius contritio-
ne non ſolum peccatum habitatorum illius, ſed
& noſtrum, & totius populi Chriſtiani, debe-
mus attendere ac vereri, ne quod reliquum eſt
illius terræ depereat, & in alias etiam poteſtas
eorum deſæviat regiones : cum ex omnibus par-
tibus inter reges & principes, civitates & civi-
tates, diſſenſiones audiamus & ſcandala, ut lu-
gere cum propheta & dicere valeamus : *Non eſt*
*veritas, non eſt ſcientia Dei in terra : menda-*
*cium, homicidium & adulterium inundaverunt, &*
*ſanguis ſanguinem contigit*. Unde hoc univerſis &
cogitandum immo, & agendum, ut peccata no-
ſtra caſtigatione voluntaria emendantes, per pœ- E
nitentiam & opera pietatis convertamur ad Do-
minum Deum noſtrum, & in nobis primo quod
male geſſimus emendemus, deinde feritatem &
malitiam hoſtium attendamus : & quod illis con-
tra Deum tentare non timent, nos pro Deo
agere nullatenus heſitemus. Cogitate itaque,
filii, qualiter in hunc mundum veniſtis, & qua-
liter exituri eſtis, & qualiter tranſeant univer-
ſa, & pariter tranſeatis & vos : & pœnitendi
ac bene agendi tempus, quantum ſpectat ad vos,
cum gratiarum actione recipite, & date veſtra,
date poſt vos ipſos, quia non eſtis ex vobis,



A nec quidquam a vobis habetis, qui nec culicem
unum poteſtis facere ſuper terram. Nec dici-
mus, dimittite, ſed præmittite in cœleſte hor-
reum quæ habetis, & deponite apud eum, apud
quem ærugo ea non demolitur, aut tinea, nec
fures effodiunt, & furantur : laborantes ad re-
cuperationem terræ illius, in qua pro ſalute no-
ſtra veritas de terra orta eſt, & ſuſtinere pro
nobis crucis patibulum non deſpexit : & nolite
ad lucrum vel gloriam temporalem attendere,
ſed voluntatem Dei, qui pro fratribus animas in
ſeipſo docuit eſſe ponendas : & ei veſtras com-
mendate divitias, quas ſive volentes, ſive nolen-
tes, neſcitis tandem quibus hæredibus ſitis reli-
cturi. Non eſt equidem novum, quod terra illa
B judicio Divino percutitur : ſed nec inſolitum,
ut flagellata & caſtigata miſericordiam conſe-
quatur. Poterit Dominus quidem ſola eam vo-
luntate ſervare : ſed non habemus ei dicere, cur
ita fecerit. Voluit enim forſitan experiri, & in
notitiam ducere aliorum, ſi quis ſit intelligens
aut requirens Deum, qui oblatum ſibi pœniten-
tiæ tempus hilariter amplectatur, & animam po-
nendo pro fratribus conſummetur in brevi, &
compleat tempora multa. Attendite qualiter
Macchabæi zelo Divinæ legis accenſi, pro fra-
tribus liberandis extrema quæque pericula ſunt
experti, & non ſolum ſubſtantias, ſed & perſo-
nas pro fratrum docuerint ſalute ponendas, ex- 1. Macch. 3.
hortantes ſeipſos atque dicentes : *Accingimini, &*
C *eſtote filii potentes, quoniam melius eſt nobis mori*
*in bello, quam videre mala gentis noſtræ & ſan-*
*ctorum*. Et quidem illi ſub una conſtituti lege
fuerunt, vos per Incarnationem Domini noſtri
Jeſu Chriſti ad lucem veritatis adducti, & mul-
tis exemplis inſtructi ſanctorum, ſine trepidatio-
ne aliqua faciatis, & non timeatis dare terrena
& pauca, & breviter duratura, quibus illa bona
promiſſa ſunt, & repoſita, quæ nec oculus vi-
dit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcen-
derunt, de quibus dicit Apoſtolus : *Quod non ſunt* Rom. 8.
*condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram glo-*
*riam quæ revelabitur in nobis*.

Eis autem qui corde contrito & humiliato
ſpiritu, itineris hujus laborem aſſumpſerint, &
D in pœnitentia peccatorum & fide recta deceſſe-
rint, plenam ſuorum criminum indulgentiam,
& vitam pollicemur æternam. Sive autem ſu-
pervixerint, ſive mortui fuerint, de omnibus pec-
catis ſuis, de quibus rectam confeſſionem fece-
rint, impoſitæ ſatisfactionis relaxationem de om-
nipotentis Dei miſericordia, & apoſtolorum Pe-
tri & Pauli authoritate & noſtra, ſe noverint
habituros. Bona quoque ipſorum, ex quo cru-
cem acceperint, cum ſuis familiis, ſub ſanctæ
Romanæ eccleſiæ, nec non & archiepiſcoporum,
& epiſcoporum, & aliorum prælatorum eccleſiæ
Dei protectione conſiſtant : & nullam de his quæ
in ſuſceptione crucis quiete poſſederunt, donec
de ipſorum reditu vel obitu certiſſime cognoſca-
E tur, ſuſtineant quæſtionem, ſed bona eorum in-
tegra interim maneant & quieta. Ad dandas
quoque uſuras, ſi tenentur alicui, non cogan-
tur. Nec eant in veſtibus pretioſis, & cum ca-
nibus, ſive avibus, aut aliis quæ oſtentationi po-
tius & laſciviæ, quam neceſſariis videantur uti-
bus deſervire : ſed in modeſto apparatu, & ha-
bitu, in quo pœnitentiam potius agere quam
inanem affectare gloriam videantur. Datum *
Ferrariæ quarto Kalendas Novembris, Indictione
ſexta.

* Apud Nubrigenſem habetur, *Ferentini*. H.

ANNO CHRISTI 1187.

## II. AD OMNES FIDELES.

De jejunio ſervando ad placandum Deum offenſum.

*Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

NUnquam melius ſuperni judicis ira pacatur, quam cum ex mandato ipſius carnalia in nobis deſideria extinguuntur. Proinde quia Hieroſolymitanæ terræ diſcrimen, quod irruentibus Sarracenis nuper evenit, ex peccato maxime habitatorum terræ, & totius populi Chriſtiani accidiſſe non dubitamus: nos de fratrum noſtrorum communi conſilio, multis epiſcopis approbantibus, ſtatuimus ut omnes uſque ad quinquennium, ſaltem per omnes ſextas ferias, in cibo quadrageſimali jejunent: & Miſſa, ubi cantanda fuerit, ad Nonam cantetur: quod ab adventu Domini uſque ad natale Domini ſtatuimus obſervandum: feria vero quarta & ſabbato omnes indifferenter, qui bene valent, a carnibus abſtineant. Nos autem & fratres noſtri in ſecunda quoque feria nobis & familiis noſtris eſum carnis interdicimus, niſi forte aut infirmitas, aut magna ſolemnitas, vel alia evidens cauſa, viſa fuerit impedire; ſperantes quod ſic nobis ignoſcet Dominus, & relinquet poſt ſe benedictionem. Hoc igitur adeo ſtatuimus obſervandum, ut quicumque tranſgreſſor extiterit, quaſi prævaricator quadrageſimalis jejunii habeatur. Datum Ferrariæ, quarto Kalendas Novembris.

Hæc Gregorius. Qui eodem menſe adjecit alias, quibus ſtatuta litteris Urbani papæ prædeceſſoris, etiam non obſtante ejus obitu, voluit ſuam habere firmitatem, & robur obtinere, quæ a Rogero Hovedeno in annalibus Anglicis deſcriptæ, ſic ſe habent.

## III. AD OMNES PRÆLATOS ECCLESIARUM.

Pro juſtitia facienda & litibus componendis.

*Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus prælatis eccleſiarum, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

QUONIAM ad epiſcoporum maxime ſpectat officium afflictis & laborantibus ſubvenire, unumque illorum, licet deficientibus meritis noſtris, Deus eſſe nos voluit: proſpicere tenemur & volumus, ne quis ex fortuitis caſibus per Romanæ viſitationem eccleſiæ laboris ſui, quem ad eam veniendo ſuſtinuit, debito fruſtraretur effectu. Inde ſiquidem fuit, quod nos multorum proſpicere volentes expenſis, & allevare labores, de conſueta ſedis apoſtolicæ miſericordia duximus ſtatuendum, ut litteræ prædeceſſoris noſtri domini Urbani, a tribus menſibus ante ipſius obitum deſtinatæ pro facienda juſtitia & litigiis dirimendis, quæ tamen manifeſtum alicujus præjudicium non contineant, aut calumniam æquitatis, eumdem habeant tempore noſtræ adminiſtrationis effectum, quem habere, ſi adhuc viveret, debuiſſent. Ceſſante igitur exceptione de mandatoris morte, perficite quod mandavit agendum: ut nemo ad nos, pro excuſatione hujuſmodi, accepta per illum juſtitiam obtinendi fiducia, cogatur vacuus laborare. Datum Ferrariæ, * ſexto Kalendas Novembris.

* al. tertio Hard.

☞ *AD EPISTOLAS GREGORII VIII.*

## APPENDIX.

*Germano clero electionem ſuam nunciat, & ad expeditionem pro recuperanda Palæſtina, animum ut adhibeant, hortatur.*

Ex Manſi Suppl. Tom. II. pag. 718. Extat in Anon. Zvvetlen. Hiſt. Pon. Rom. in Anecdot. Pez. t. I. p. III. p. 303.

GRegorius archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus & prælatis eccleſiarum in Theutonia.

Inter Divinæ diſpenſationis arcana, quæ Deus in hominibus operatur, magna cauſa ammirandi & ſtupendi nobis exiſtit, quod prælationes, & ſubjectiones hominum ita diſpenſat, ut is, qui ponendus eſt in imo, conſtitui videatur in ſummo, & e converſo. Hoc ipſe quoque Salomon ammirabatur dicens: *vidi ſervos in equis, & dominos quaſi ſervos ambulantes ſuper terram*. Hoc autem, utinam nobis admirari & videre ſolummodo datum eſſet, & non etiam experiri? qui cum ad minorem locum vocati fuiſſemus a Domino, & nunquam fideliter, ſicut oportuit egiſſe * in eo, ad ſublimitatem celebrioris loci repente aſſumpti ſumus, & debilibus humeris noſtris tantum eſt onus impoſitum, ut, quantum diſtant cœli a terra, tantum diſtare vires ab onere videantur. Prædeceſſore ſiquidem noſtro Urbano, XIII. Kal. Novemb. in bona confeſſione viam univerſæ carnis ingreſſo, & tradito ſolemniter ſepulturæ, convenimus ſequenti die in unum, & Miſſa in honorem Sancti Spiritus, ſicut moris eſt, celebrata, proceſſimus ſeorſum in unum locum, nos epiſcopi, presbyteri, & diaconi * canonibus, & poſtpoſitis diverſis eccleſiaſticis negotiis, & præcipue calamitatis Orientalis eccleſiæ, quæ diebus illis audita fuerat, ad electionem pontificis viſum eſt procedendum, ne, ſi forte dilationem acciperet, detrimentum ex tarditate per diverſas partes Chriſtiano populo proveniret. Cum autem requiſitæ fuiſſent civium voluntates, placuit omnibus mediocritati noſtræ onus eccleſiaſticæ proviſionis imponere, & tantum inſtare, ut non una excuſatio mea, cum multæ mihi ſuppeterent, audiretur. Non ſatis occurrebat mihi, quod agerem, dum neo contradicendo, nec acquieſcendo erat tuta libertas, hinc me multo defectu virtutis & ſcientiæ dejiciente, hinc me concordi fratrum voluntati, & inſtantia provocante. Tandem vero conſiderantes, quod non ſint hominis viæ ejus, nec in eo eſt, ut ambulet & dirigat greſſus ſuos, & quod Chriſtus pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit, Divinæ miſericordiæ nos commiſimus, & fratrum acquievimus voluntati, non quod nos miniſtros idoneos crediderimus, & tantum onus a nobis bene portari ſed ne multum videremur abundare in ſenſu noſtro, & non ſatis de Domini Dei noſtri confidere pietate. Quoniam igitur in Romanæ eccleſiæ

* leg. egiſſemus

* f. canonice

ANNO CHRISTI 1187.

ſiæ nos decet reverentia permanere, univerſita- A
tem veſtram præſentium ſignificatione credimus
ammonendam, quatinus in ipſius eccleſiæ devo-
tione perſiſtatis, ſicut juſtum eſt veſtræ expedi-
re ſaluti. Super negotio autem & contritione
Orientalis eccleſiæ per apoſtolica ſcripta vos ſol-
licitos reddimus & attentos, rogantes, monen-
tes, & exhortantes in Domino, ut ad liberatio-
nem illius terræ per vos ipſos, ſicut expedire
cognoſcitis, intendatis, & Chariſſimum in Chri-
ſto filium noſtrum Fridericum, illuſtrem Roma-
norum imperatorem ſemper auguſtum & proce-
res & Theutonici regni populum univerſum cu-
retis monere diligentius, & exhortari, ut pium
Omnipotentis obſequium taliter attendant, ut
ex hoc vobis & eis æternæ vitæ retributio de- B
beat a tributore omnium in ſe ſperantium aug-
mentari. Ad hoc dilectos filios noſtros B. Sub-
diaconum noſtrum & Priorem de Pontid. lato-
res præſentium, litteratos viros, providos & ho-
neſtos, quos pro vocatione noſtra nuntianda
transmittimus, & caritatis veſtræ reddimus pro-
penſius commendatos. Data feria VI. Kal. No-
vemb. Indict. VI.

Scripſit & aliam ad univerſos fideles Eccleſiæ
pro eadem commonitione, in qua plenius de
excidio terræ Tranſmarinæ, & miſerabili even-
tu conqueſtus eſt, quæ a multis habetur. *Ita Anonymus.*

## AD FRIDERICUM IMPERATOREM.

*Pacis conſilia, & ſe in illum fovere, & probare quod eadem ipſe nutriat, ſignificat.*

*Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei Kcriſſimo in Chriſto filio Friderico illuſtri regi Romanorum imperatori, ſemper Auguſto ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

Extat apud Ludevvig. Reliq. t. II. p. 431.

VEnientes ad nos imperialis magnificentiæ
nuncii, venerabilis frater noſter O. Bran-
denburgenſis epiſcopus & S. abbas Herſueldenſis,
qui ad anteceſſorem noſtrum Urbanum fuerant
deſtinati, honoraverunt nos præſentia corporali D
& decenti reverentia curaverunt & propoſuerunt
ea, quæ ad prædictum anteceſſorem noſtrum ab
imperiali excellentia receperat in mandatis. Et
quidem nos valde gratum habuimus, quod ſen-
tentiam illam imperiali animo fixam cognovi-
mus eſſe, qua dicitur: *perſequemini pacem, & comprehendite eam.* Arbitramur autem, quod de
hac re non ſit apud nos multa opus inſtantia,
cum hujus rei bonum ſemper habuimus deſide-
rium, & nunc tanto amplius habemus, quanto
magis hujus & loci neceſſitas, quem tenemus,
& communis utilitas Chriſtiana depoſcit. Cete-
rum non eſt nobis viſum idoneum, ut, ante-
quam ad eccleſiam de vocatione noſtra imperia-
les apices pervenirent, aliquem deberemus habe- E
re tractatum, per quem indecenter & contra ho-
neſtatem ſacerdotalis officii, favorem imperialem
appetere videamur. Speramus enim ſecundum
animum, quem jam tribuit nobis Dominus,
quod taliter in veritate ſua nos diriget, &, quæ
ad pacem ſunt, faciet ſemper inquirere; ut nec
magnitudo imperii, nec alii quoque reges ac
principes Chriſtiani occaſionem juſtam ex nobis
inveniant, quo minus devoti Deo minuſque re-
verentes debeant eccleſiæ apparere. Cognoſcimus
ſiquidem inſufficientiam noſtram, & ſcimus non
niſi per magnorum auxilium impoſitum onus uti-
A liter portare, ac malis illis occurrere, quæ hoc
tempore in populo Chriſtiano acciderunt. Impe-
riali ergo celſitudini Deus inſpiravit, ut id, quod
nunciis oſtendit & literis, etiam per opera exe-
quatur, nec tam ex opinione colligat, quam ex
opere, quod de noſtra debeat excommunicatio-
ne ſentire, quia Deo auctore taliter nos diſpo-
ſuimus habere, quod ex noſtra culpa non debeat
eccleſia Dei in ſcandalo remanere. Datum Parm.
III. Kal. Decembris, Indictione VI.

## AD HENRICUM IMPERATOREM ROMANORUM ELECTUM.

*Similis argumenti.*

*Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei Kariſſimo in Chriſto filio Henrico illuſtri regi, electo Romanorum imperatori ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

LAborantibus nobis in hoc mari magno & Ibid. p. 437.
ſpacioſo, & diverſis cogitationum fluctibus
agitatis, conſolatio ex litteris regiis nobis acceſ-
ſit, dum ita regium animum ad eccleſiæ reve-
rentiam didicimus inclinatum, ut non ſine fru-
ctu laboraturos nos cum adjutorio Dei ad ſalu-
tem populi Chriſtiani æſtimemus, ſi magnitudi-
nis tuæ favorem, ſicut pro certo ſperamus, con-
tigerit nos habere. Monemus igitur & exhorta-
C mur in Domino, quatinus erga matrem tuam
eccleſiam in bono, quo cepiſti propoſito, perſe-
veres, & gratum te Deo & miniſtris ejus per ver-
ba & opera ſtudeas exhibere. Speramus enim,
quod in diebus miniſtrationis noſtræ taliter circa
celſitudinem regiam Rom. præſtante Domino ſe
gerat eccleſia, ut regia celſitudo honorem ſuum
ſibi gaudeat conſervatum, & populus Chriſtianus
per contrarias voluntates eorum, quibus princi-
paliter commiſſus eſt gubernandus, ſperata non
debeat utilitate fruſtrari. Nos ſane multa & ſu-
blimia verba non ſolemus habere, nec volumus,
ſed a domino Deo requirimus, ut in veritate nos
faciat & rectitudine ambulare, nec tam verbo-
rum foliis, quam pomorum fructibus mediocri-
D tatem noſtram adornet. Noverit ad hæc magni-
ficentia regia, quod noncii, quos miſiſti, taliter
ſe geſſerint, ut bene in eis magnificentia regia
debeat complacere. Dat. Parm. III. die Kal.
Decembris. Indictione VI.

## ☞ GREGORII VIII. DECRETA

*Gregorius VIII. univerſis epiſcopis.*

STatuimus, ut clerici clauſa deferant indumen- Ex Collect. ab Ant. Aug. editus
ta, cappis, ſive mantellis rubeis aut viridi-
bus non utantur, nec zendatum, vel aliud ſeri-
cum pannum eis apponant, annulos non portent
in manibus, niſi epiſcopus fuerit, qui habeat hoc
E ex officio. Coronam, & tonſuram habeant
congruentem; ludos alearum, & taxillorum pror-
ſus, & venatoriam occupationem evitent, & ſe
in officiis eccleſiaſticis, & aliis * hominis ſtudiis * humanis ſ.
exerceant competenter. Si quis autem contra
hoc venire præſumpſerit, per epiſcopum ſuum,
remoto ap. obſtaculo corrigatur; & immunitatis il-
lius interim fiat extorris, quæ pro tutela cleri-
corum, & coercenda violentia laicorum noſcitur
inſtituta. Viri quoque inciſas veſtes ab inferiori
non habeant, & mulieres veſtibus ſumptuatis, &
proprii corporis longitudinem excedentibus amo-
do non utantur; ſed in habitu honeſto, & mo-

ANNO CHRISTI 1187.

derato incedant, qui nec laſcivian notet, nec jactantiam vanitatis oſtendat. Quiſquis vero vir, ſive mulier talia fecerit amodo indumenta, & a communione Dominici corporis, donec ſe corrigat, redeatur extraneus, & eccleſiaſticis non ſinatur officiis intereſſe; graviorem quoque pœnam per ſacerdotis officium ſubiturus, ſi nec ſic levitatem ſuam curaverit emendare.

*Idem abbati & archiepiſcopo Nonantulan.*

Meminimus vobis olim pro pagano clerico veſtro literis apoſtolicis mandaviſſe, ut præbendam, quam ei ſubtraxeratis, ex occaſione matrimonii, quod cum quadam muliere contraxiſſe dicebatur, reſtituere deberetis: vos pro literis noſtris illud facere non curaſtis, aſſerentes inde ſcandalum inter alios generari. Attendentes itaque ne prædictus clericus beneficii eccleſiaſtici auxilio deſtitutus ad turpia, & ſæcularia lucra ſectanda redire cogatur; cum multi concubinarii, & adulteri de bonis eccleſiæ ſuſtententur, & in talibus ſit ordinibus conſtitutus, in quibus legitime conjugatum a beneficio eccleſiaſtico ſacri canones repellunt, diſcretionem veſtram rogamus attentius, ac per Ap. s. m. qua. ei beneficium percipiendum, unde ſuſtentari valeat, extra fratrum conſortia conferatis.

*Idem Eborac. archiepiſcopo.*

Relatum eſt auribus noſtris, quod Nicolaus archidiaconus de Bedeford. canonicus Beluacenſis eccleſiæ ita integre, & plenarie canonicum jam dictæ eccleſiæ requirit præbendam, ſicut & illi, qui die noctuque ſatagunt eidem eccleſiæ deſervire. Super hoc etiam litteras noſtras ſe habere proponit. Quia tamen hoc indignum, & abſurdum eſt, niſi de conſuetudine prædictæ eccleſiæ hoc poſſit requirere: ſ. t. per A. s. p. m. qua eundem archidiaconum diligenter commoneas; quod occaſione litterarum noſtrarum communia prælibatæ eccleſiæ, nulla ratione contra conſuetudinem ipſius eccleſiæ, & inſtitutionem requirere audeat, niſi eidem eccleſiæ in propria perſona aſſidue, vel per medietatem anni voluerit deſervire.

## GREGORIUS VIII. UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS.

Ex Compilat. edita a Manli in Append. ad volumen III. Miſc. Baluz. edit. Luc. Cap. ex adminiſtrat. 14. de jurejur. uncis incluſa deſunt in V. decretal.

EX adminiſtrationis &c. (Quoniam igitur creditores ad uſuras ſibi ſolvendas in manifeſtum periculum animarum juramento debitores adſtringunt; nos eorum ſaluti volentes, juxta debitum officii noſtri, proſpicere, & nequam gravamen a debitoribus removere, & ab illis præcipue qui ſe, vel auxilium dederint ad ſuccurium Terre Jeroſolymorum parandum unius viri;) mandamus quatenus creditores ipſos ad juramenta ſuper uſuris ſolvendis præſtita relaxanda, ſublatis contra & ap. obſtaculis diſtrictionis eccleſiaſticæ ſeveritate cogatis.

## SYNODUS COLONIENSIS ANNO CHRISTI MCLXXXVII.

ANNO CHRISTI 1187.

### Philippus Archiepiſcopus Colonienſis in Synodo Provinciali confirmat Domus Steinfeldenſis Canonicorum Præmonſtratenſium bona & Parochias.

*In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis Philippus Dei gratia S. Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus & Apoſtolicæ Sedis legatus fidelibus Dei in perpetuum.*

Hartzhein Con. Germ. tom. 3. pag. 438.

DIvina miſericordia, quæ in regendis eccleſiis curam paſtoralem noſtræ impoſuit diligentiæ, hæc a nobis exigit, ut Eccleſiæ, & Monaſteria per nos accipiant juſtam defenſionem, & debitæ confirmationis robur. Ea propter ne temporis antiquitas eorum deleat memoriam, quæ ſecundum Deum & ob piam cauſam facta inveniuntur, placuit nobis, ut hæc charta conſcriberetur ad munimentum eorum, quæ a pluribus annis & quiete religioſa domus Steinfeldenſis poſſidere meruit, & poſſedit. Speramus enim per Dei gratiam, quod ſcripti hujus inſpectio, cum ad poſterorum notitiam veritas fuerit perducta, Eccleſiæ prænominatæ proderit, & eorum, qui præſumunt quod non debent cohibebit temeritatem. Notum itaque Dei de fidelibus, quod Domus Steinfeldenſis a multis annis quiete omnimoda hæc bona poſſedit: baptiſmalem videlicet Eccleſiam in atrio ſuo ſitam, cum omnibus decimis ſuis, & infra terminos ejuſdem baptiſmalis Eccleſiæ Parochialis cenſum undecim marcharum ſingulis annis ſolvendarum. Villam Wehi totam cum Parochia, & omnibus decimis ejus; Ripidorff Parochiam cum omnibus decimis ejus. Villæ Berendorp medietatem cum Parochia, & omnibus decimis ejus. Vineas juſta Moſellam in his villis, Crove, Rezre, Edeger, Pulſtirdorp: & in aliis villis Arwibe, Hemmingilhoven, Wadenheim, Lantyrhomyltheim, Bacheim, Byrgele, Gunterſdorp; Franchene, Waildorp: etiam vineas in villa Friſene curiam unam Wilreſcheys cenſum triginta duorum ſolidorum Strithagen curiam unam Sleitholy. Cenſum ſexdecim ſolidorum Hezſtern ſuos manſos; Reytbach curiam unam; Netterſcheim cenſum vigintinovem ſolidorum. Marmagen curtem dominicalem cum XII. manſis. Herle cenſum decem ſolidorum Waleburc curiam unam, Wahlen quinque manſos, Lutgenrode curiam unam. Igeze cenſum ſexdecim ſolidorum. Gorgindorp cenſum duarum marcharum, Miſtedem cenſum ſexdecim ſolidorum. In Tulpeto curiam unam, Beſſenich curiam unam, Bulenehim curiam unam cum omnibus earum pertinentiis mobilibus, & immobilibus, areis, ædificiis, mancipiis, agris, terris cultis, & incultis, ſylvis, vivariis torrentibus, molendinis, annuiſque redditibus, quæ vel fratres prædictæ domus emerunt, vel fideles pro ſua devotione obtulerunt. Iſta quæ fideliter ſunt enumerata, religioſa domus ſæpe nominata in ſua poſſeſſione quieta a multis annis habuit. Et ideo auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus Sanctis, Petri & Pauli, & noſtra diſtricte præcipimus, ne aliquis præſumat hæc uſurpare, vel in læſionem Eccleſiæ ab Eccleſia alienare. Si vero aliquis ſalutis ſuæ immemor & juſtitiæ inimicus contra noſtrum præceptum venerit Eccleſiam ſuam in bonis lædendo anathematis vinculo ſit ligatus, nec abſolvi mereatur, niſi injuſte abla-

ta,

ANNO CHRISTI 1187.

☞ ta, juſte reſtituerit, & ab hujuſmodi violenta præſumptione manum cohibuerit, & animum. Hæc charta ad ſubſidium religioſe Deo ſervientium noſtra auctoritate eſt conſcripta, & data Cœnobio Steinfeldenſi, in Synodo Colonienſi in præſentia ipſorum, & totius cleri nobilium, & miniſterialium anno Dominicæ Incarnationis. MCLXXXVII. Epiſcopatus noſtri anno XX. Regnante glorioſiſſimo Romanorum Imperatore. Friderico anno regiminis ejus XXXVI. Teſtes hujus rei ſunt, qui in eadem ſynodo fuerunt: Radulfus Epiſcopus Leodienſis, Hermannus Epiſcopus Monaſterienſis, Baldevvinus Epiſcopus Trajectenſis, Dytmarus Epiſcopus Myndenſis, Arnoldus Oſnabrugenſis, Bruno majoris Eccleſiæ in Colonia major præpoſitus, Adolphus major Decanus Lotharius Bonnenſis Præpoſitus, Radulfus magiſter Scholarum majoris Eccleſiæ in Colonia. Willhelmus Comes Juliacenſis, Engelbertus Comes de Berge, Henricus Dux, Theodoricus Comes de Ara.

§. II.

In eadem Synodo cum Cleri Primoribus conſultat, quemadmodum irato Friderico I. Imperatore, & in Diœceſim Colonienſem vaſtandam irrupturo vim vi repellat.

Cauſæ diſcordiæ inter Fridericum I. Imperatorem, & Philippum Archiepiſcopum Colonienſem, ante ſemper familiariſſimum, & fideliſſimum amicum, ex colloquio utriuſque jam ſupra allegato, & ex ſcriptoribus coævis hæc erant.

Philippus Archiepiſcopus pro libertate Eccleſiarum Germaniæ fortiſſime ſtabat, & obſiſtebat libere Imperatori, ne demortuorum Epiſcoporum bona fiſco Cæſareo vendicarent. Ob quam cauſam Urbanus III. eundem legatum Apoſtolicum conſtituit.

Altera cauſa eſt quod Bertramum Metenſem Epiſcopum, Folmari Treverenſis Archiepiſcopi fautorem, & ideo de Sede ſua a Friderico I. pulſum, Coloniæ ſuſcepiſſet exulem, eique vel in eccleſia Sancti Gereonis, vel ad SS. Apoſtolos nutrimenta ſuppeditaſſet.

# CONCILIUM PARMENSE

Anno Domini MCLXXXVII. a Gregorio VIII. Pont. Max. celebratum.

Ex Labbei Append. Tom. X.

GREGORIUM VIII. *tam brevi, quo eccleſiæ præfuit, tempore, concilium Parmæ celebraſſe, prorſus ignoraremus, niſi id doceret ſynodus apud Montempeſſulanum a Michaele S. A. L. habita, anno Chriſti* MCXCV. *cujus hæc ſunt verba:* De his qui contra hæc venire præſumpſerint, quæ de clericorum mutandis in melius moribus decernuntur, dominus Gregorius VIII. papa recolendæ memoriæ, in Parmenſi concilio ſtatuit, ut per epiſcopum ſuum remoto appellationis obſtaculo cer...... r, & immunitatis ipſius interim fiant extorres, quæ pro tutela clericorum, & coercenda violentia laicorum, noſcitur inſtituta.

ANNO CHRISTI 1188.

# ☞ CONVENTUS MOGUNTINUS

*Seu Curia Dei, in quo Fridericus imperator aliique epiſcopi & principes crucem in expeditione pro recuperanda Hieroſolyma aſſumpſerunt,*

*Anno* 1188. *celebratus.*

Ex Manſi Suppl. T. II. p. 39.

„ LAbbeus in ſua Conciliorum coactione loco cum concedendum cenſuit conventui ad Gyſortium, in quo Galliæ Angliæque reges cum epiſcopis & principibus plane multis nomen in ſacram expeditionem Hieroſolymitanam dederunt cruce aſſumpta e manu Henrici Albanenſis A. S. L. Simili ego pariter conſilio ſuum aſſignandum eſſe locum cenſui conventui alteri in Germania habito, cui idem apoſtolicus legatus non diſſimili de cauſa interfuit, ubi & Fridericus imperator cum epiſcopis & principibus imperii non raris eidem ſacræ expeditioni aſſumpta cruce nomen dederunt: ita vero rem deſcribit Gloſcherus vetuſtus author rerum a Trevirenſibus epiſcopis geſtarum inter Hiſtoricos medii aevi Eccardi to. II. pag. 2218.

Igitur vir venerabilis Henricus epiſc. Albanenſis de nocte conſurgens tranſivit montana cum feſtinatione, & venit in terram, quam monſtraverat ſibi papa, & prædicavit in ea, prædicationem dicens; qui non bajulat crucem ſuam & ſequitur Chriſtum, non eſt eo dignus. Facta autem hac voce convenit multitudo ad curiam Moguntinam, quæ appellabatur curia Chriſti, ubi Chriſtianiſſimus imperator cum filio ſuo duce Sueviæ, & principibus populi ſui, & cum multitudine valida armatorum, ſumpta cruce, ſequutus eſt Chriſtum, commendans filio ſuo regi cum cæteris imperii gubernaculis.

„ In hoc pariter conventu Fridericus inviſum ſibi Colonienſem archiepiſcopum gratiæ ſuæ reſtituit. Grave enim tulerat imperator quod archiepiſcopus ille Folmaro Trevirenſi electo contra Rodulphum æmulum ejus, cui ipſe favebat, adhæſiſſet. Id tradit Albericus Monachus Trium fontium in chronico ad annum 1188. his verbis: Imperator contra Colonienſem archiepiſcopum habuit diſcordiam, quibus apud Maguntiam mediante Legato pacificatis cru-

ANNO CHRISTI 1188.

☞ cruce ſignatus eſt imperator idem, cum ſexaginta octo magnis principibus.

„ Extant in Diplomatario Viennenſi in Ludewig Reliquiis to. II. pag. 449. num. CLXV. „ Henrici Albanenſis A. S. L. ad conventum „ hunc principes invitantis, literæ enciclycæ, „ quas hic exhibeo.

Kariſſimis in Chriſto fratribus & amicis, venerabilibus Dei gratia archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, præpoſitis, & aliis eccleſiarum prælatis & dilectis in Domino nobilibus viris, ducibus, comitibus, marchionibus & aliis principibus univerſis per regnum Teutonicum conſtitutis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint. Heinricus eadem gratia Albanus epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, ſalutem in Domino.

Ex quo vox illa turturis, vox gemitus, vox doloris fines noſtros lamentabilis nuper novitate rumoris aſperſit, quis ad tantam ſtragem non ingemiſcat populi Chriſtiani? quis terram illam ſanctam, quam redemptionis noſtræ ipſi dedicaverunt pedes Domini, ſpurcitiis paganorum exponi non doleant? quis crucem ſalvificam captam non deploret? & conculcatam ab ethnicis, & ſanctuarium domini profanatum? Heu, heu ad auditum quendam ſimilem, cum fixuras clavorum crux ipſa ſuſciperet, terra tremuit, ſol expavit, petræ ſciſſæ ſunt, & aperta credimus monumenta. Cujus ergo vel ſaxeum pectus auditus iſte non emolliat, cum ſputis afficitur, configitur, habetur contumeliis crux admirabilis, noſtrorum curatio vulnerum, reſtitutio ſanitatum, lignum dulce, ſignum vitæ, vexillum militiæ chriſtianæ? Fateamur neceſſe eſt, quamvis quidem minora patimur, ſed majora quam potuerimus vel timere. Verum tamen quia univerſæ viæ Dei miſericordia & veritas, eatenus nos dejicere non debemus, quin ſperandum nobis ſit, quod qui, peccatis exigentibus, populum Chriſtianum, qui jam poſt concupiſcentias ſuas oculos ſuos ſtatuerat declinare in terram, de judicio flagellavit, redemptionem nobis de miſericordia ſua reſervant. Quomodo namque aſportari permitteret lignum crucis ab ethnicis, niſi iterum crucifigendum ab eis? Ecce videmus iteratum redemptionis noſtræ myſterium, dum pro nobis ſuo nunc nomini non pepercit vel cruci, qui quondam proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim abbreviata eſt manus Domini, nec brachium Domini infirmatum eſt, ut ſalvare non poſſit; ſed operatur miſericordiam ſuam inſcrutabilis altitudo Dei, ut torpentem mundi devotionem ſic excitet, atque per obſequium veſtrum & aliorum, quos ad hoc eligere dignatus fuerit, nobis ſalubriter & ſibi glorioſe de barbaræ nationis hoſtilitate triumphet. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, in quibus utinam milites Chriſti abjiciant opera tenebrarum, & ad vindicandam injuriam crucis indui non differant arma lucis, loricam fidei, & ſalutis galeam aſſumentes. Malitia fuit, non militia, quod hactenus Chriſtianorum cædibus & rapinis & execrabilibus torneamentis intenti ignem inextinguibilem & immortalium cruciatus vermium meruerunt. Felix eis adeſt militia, in qua & vincere gloria, ſed magis mori lucrum. Ad hanc invitat vos hodie qui amat animas, nec proprie pepercit injuriæ, ut neceſſitatem fidelibus ſuis imponeret ad hanc militiam compellentem. Adeſt qui ſignaculum vitæ gementibus ſuper tantis malis ad evaſionem intolerabilis percuſſionis imponat; & quamvis multiplicia vaſa interius exigentibus peccatis jam egreſſi teneantur percuſſiones; ſolos nocebunt eos, qui divinitus oblatum ſibi vitæ ſignaculum recuſabunt. Inde eſt, quod a ſereniſſimo domino F. Romanorum imperatore & ſemper Auguſto, & nobis pariter, qui de mandato ſedis apoſtolicæ pro eodem negotio, quantum Domino cooperante facultas ſuppetit, laboramus; ſollemnis eſt curia conſtituta apud Maguinciam, ad quam dominica, qua cantatur *lætare Hieruſalem, diem feſtum agant & conventum faciant omnes, qui diligunt eam*. Quoniam igitur eadem curia ſingulariter eſt Salvatori Domino deputata, ſicut imperialis majeſtas ſua poteſtate nos convocat, noſque ex parte Dei, & ea, qua fungimur, legationis auctoritate univerſitatem veſtram ad eandem curiam convocamus, & nequis veſtrum legitima & certa neceſſitate præſentiam ſuam prædicto concilio chriſtianitatis exhibere diſſimulet, injungimus firmiter & mandamus. Vos autem, venerabiles epiſcopos, in convocandis abbatis & aliis prælatis, qui ſub vobis ſunt, una cum præſentium portitore, qui forte omnes adire non poterit, fore præcipimus ſtudioſos. Illud etiam univerſitati veſtræ duximus nominandum, ut ad curiam Jeſu Chriſti in ea gravitate & modeſtia, qua convenit, evectionum neceſſitate & omni curioſitate & gloria temporali poſtpoſita, ſtudeatis accedere, igne tamen Karitatis & obedientiæ ad exaltationem Chriſtiani nominis unanimiter inflammati, ut fidem, quam lingua noſtra loquitur, habitus, familia, & converſatio fateatur.

„ Inſuper in alterutro ex his conventibus, ad „ Gitortium nempe ſive Moguntino, vel forte „ in utroque, latum credo ab Henrico Albanenſi „ A. S. L. editum illud quod e MS. codice „ profert P. Martene Vet. Mon. tom. 1. pag. „ 975. ex quo huc tranſtuli.

„ Verum, poſtquam hæc ſcripſi, eaſdem ipſas „ Henrici literas vel edictum integrius nactus „ ſum in Codice Diplomatico Viennenſi in re„ liquiis Ludewig to. II. pag. 437. nu. CLXIII. „ quare ex illo deſcribendas cenſui. Monuiſſe „ tamen juvat lectores, epiſtolæ huic Ludewi„ gianæ aſſutum eſſe fragmentum alterius, ut „ conjicio, argumenti, & forte authoris. Id „ ego prætereundum hic cenſui, quod ſane ni„ hil quidquam in rem meam conferat. Porro „ utrumque codicem Martenianum ſcilicet, & „ Ludewigianum inter ſe contuli, & quamquam „ Ludewigii editionem, utpote pleniorem, hic „ repræſento; variantes tamen ex Martenio ad „ marginem adnoto diligenter.

## EPISTOLA HENRICI EPISCOPI ALBANENSIS.

*Ad univerſos eccleſiæ prælatos.*

Venerabilibus & in Domino ſibi dilectiſſimis archiepiſcopis, epiſcopis, cæteriſque eccleſiarum Chriſti prælatis. H. Albanenſis epiſcopus, & apoſtolicæ ſedis legatus, per gloriam ſalutiferæ crucis ad perpetuæ lucis gaudia pervenire. Publicani, & peccatores violenter præripiunt regnum Dei, quod ab ipſis vim perpeti gratulantur, & qui duces eſſe debuerant, nec ſequuntur. Propter quod præſens * potiſſimum * exiſtit attendendum, ut, quod Deus avertat, ex clericorum depravatione * incipiant reſarcire principes tenebrarum, quæ ex laicorum converſione ſuſtinent detrimenta. Cavendum etiam, ne mare dicat, ut Sydon erubeſcat; cavendum ne ſubjugale

*locus confuſus*

* perſonis
* ad. eccleſiaſticis
* damnatione

ANNO CHRISTI 1188.

gale mutum, hominis voce loquens, incipiat redarguere inſipientiam prophetarum. Veſtris * itaque, dilectiſſimi, veſtris non tantum inſcribi frontibus ſignum thau, ſignum Dominicæ paſſionis, ſed cordibus imprimi, his præſertim diebus, oportet. Atrum eſt atramentum, atrox atramentarium, quod a renibus ejus dependet, qui in lineo habitu ſingularis candoris, qualem fullo ſuper terra facere nequeat, omnimodæ ſcilicet puritatis. * quam impenitens nullus attingat, ſignaturus * & inſignitus advenit. Conſideravit atramentum hoc, atritudinem hanc, hanc nigredinem, qui dicebat: *vidimus eum, & non erat ſpecies ei, neque decor*. Obſecro vos, dilectiſſimi, ne vos huic enormitati * pigeat conformari. *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus*; B *quod deforme, formoſius univerſis*. *Michi*, ait apoſtolus, *michi abſit niſi in cruce Domini gloriari*. Æmulamini ejus humilitatem, qui pro vobis annorum induit infantilium paupertatem, ignominiam crucis ſubire non renuit, reputari inter mortuos non refugit. Deponite veterem hominem cum actibus ſuis, & exuvias veteres exuat Salvatoris ore prudentia commendata ſerpentis. Non competit huic tempori, non merori, ut plus calcaria, quam altaria fulgeant, cum & illa forſitan oporteret * ſiliciis interim operiri. Idem quoque de ſellis, de frenis, de ſaleris notabilibus & inanem præferentibus gloriam * ſentiendum. In veſtibus ſuis deponant clerici, quæ etiam reges abjiciunt, quæ ſignatorum Chriſti C univerſitas noſcitur abdicaſſe. Abjiciant varia, griſea, zebelinos & pelliculas ejuſmodi grandis pretii, ſed coram Deo periculi grandioris, nec minoris in veritate dedecoris, dum ad imaginem Dei creatus homo pelliculis murium ſeſe credit ornari. Audiatur Petrus, ſaltem diebus iſtis, qui nullo tempore debuit non audiri. Audiatur, ut appetere viros pudeat, pudeat clericos, quod eorum primus ad ipſorum gloriam primus in contumeliam * eorum etiam mulieribus interdicatur. Non manicæ, non calciamenta eorum, ſive * etiam miniſtrantium eis cottidianis egeant conſuturis; ne ſubtilitas linea ligandis eorum manibus & pedibus in vincula debeat graviora conjici, neve videantur funiculos texere, unde D ligatis manibus & pedibus ſuis in exteriores tenebras demergantur. Manicatis etiam cappis non diſſimuletis abjicere, quæ ex cappis & tunicis habitu duplicato duplicitatem redarguunt animorum. Qui ex lino & lana contextam veſtem prohibuit, ſi vidiſſet ſuo tempore veſtes ex cappa * fieri, non laudaſſet. Prima fuit in cœlo generis humani tranſgreſſio, primam & æternam ex adverſario jejunans Chriſtus victoriam reportavit. Siquidem vicit mundum in appetibilibus ſuis. Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ, de voluptate, de curioſitate, * & ambitione triumphans. Modum ſibi & numerum in cibariis laici poſuerunt, ut duobus ferculis ſint con- E tenti. Quod ſi vobis diceretur uno fore contentos, forſitan Germanicis aliquibus non placeret. Verumtamen ſi videtur ſufficere quod ad cibum pertinet indicta frugalitas, veſtrum erit imitatione dignum aliquid addere ſuper deliciarum ineptiis declinandis. Et quidem mater veſtra, ſacroſancta Romana eccleſia, ſtatuit & decrevit omnibus ſextis feriis, & in adventu Domini in cibo quadrageſimali clericis ſimul & laicis jejunandum. Feria IV. & ſabbato a carnibus & ſanguine * abſtinendum; tranſgreſſores conſtitutionis hujus ſacrorum reos canonum fore decer- A nens. Sic * & familiis ſuis a ſummo pontifice & fratribus ſuis in ſecunda feria eadem abſtinentia carnium eſt injuncta, quod in nobis * prælatos ſaltem, ſaltem majores voluntaria devotione deceat æmulari. Non competunt vina pigmentis delibuta merori, huic potiſſimum, cujus non expedit oblivisci. Nunquam negotiandum eſt clericis, nunquam vilius comparanda quæ venundari debeant pretio cariori, propterea quod ſacrilegium fuerat ſemper, nunc præſertim gravius execrandum; & negotiis tamen ipſis deteriora videntur jurgia clericorum; oportuerat magis invicem ſupportare & donare vobiſmetipſis, ſi quis adverſus aliquem habet querelam. Inſatiabilis eſt ardor ambitionis, nec ydropis avaritiæ ex divi- B tiis refrigeratur * adeptis. Quid gibbum gibbo camelus adjicit in variis dignitatibus, & multitudine præbendarum. Non ſunt ipſa, quæ divinam erga hominem miſericordiam provocent, * ſed iram potius minantur. * Ad negandum cœleſtis regni per foramen acus introitum gibbus poterat abundare camelo. Itane vobis ſtudia honeſtiora non ſuppetunt, * ut in avibus ludere, nec venationibus pudeat occupari? Dum etiam vobis ſuperfluitas reſecatur crinium, * ab hujus vanitatibus abſtinendum potius mementote. Aleam fugere Cato monuit, & gentiles, * de qua vobis ad exemplum ſufficiat ad militiam Dei ſignatorum, quos hujuſmodi ludos cernitis abdicaſſe. Sufficiat etiam in eccleſiis ſimplex cantus ad C præſens, & quæ majorem * redolent gravitatem, organa conquieſcant. Exhibeamus quod legimus, ut in vocem flentium organa tranſeant, & in luctum cithara convertatur. Ignoſcite mihi, ſi dixero, quod ſalubrius, quam ſuavius debeat reputari. A populis exterminata in eccleſiis licentia jam ea * cauſa reſcinditur. Quid feſtivitati & fatuitati? vel potius, ut apoſtolico ſermone vos commoneam, quæ conventio Chriſti ad Belial? Nec vos latet in nonnullis eccleſiis enormitates aliquando conſuetas aliquatenus reſecari, & in oloſericis cappis, quas offerunt, qui baculos ferunt, complacere. Quaſi vero non de moribus, quam de veſtibus amplior cura Deo; quaſi * in ſeriis pluſquam ſericis delectetur. Ve- D rumtamen nec edictum ſuper his & hujuſmodi generale procedit, nec perenne proponitur interdictum; ſed, quod nulli debet eſſe moleſtum. * His diebus ab hujuſmodi vobis indicitur abſtinendum. De incontinentia vero clericorum, unde ira Dei contra nos maxime provocatur, & ſcandala graviſſima inter clerum & populum excitantur, apoſtolica auctoritate firmiſſime præcipimus, ut omnes ſuſpectas perſonas de domo & procuratione ſua infra quadraginta dies removeant; quod ſi non fecerint, ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico ſuſpendantur. Quibuslibet itaque taliter actitandum, ſicut perſonis eccleſiaſticis eſt vivendum, ut qui hactenus conſueverunt de quibuſdam, tanquam de malefactoribus de- E trectare * ex bonis operibus vos conſiderantes, in tempore viſitationis hujus ad glorificandum in vobis Dominum convertantur. Præterea torneamenta ſub diſtricta prohibitione interdicimus, ut quicumque talia per hoc triennium præſumpſerint, omni dominica die apoſtolica auctoritate excummunicati denuncientur. Et quicumque eundo vel redeundo eos hoſpitio ſuſceperint, vel res ſuas eis vendiderint, ſimili excommunicationis ſententia innodentur. Veſtes notabiliter inciſæ & algotatæ ſub eadem diſtinctione prohibeantur. Velamina etiam mulierum quæ ad verecundiam deſignandam eis ſunt conceſſa, ſed nunc

* Literis
* pietatis
* ſignatum
* deformitati
* abſunt hæ duæ ſententiæ
* ciliciis
* fulgorem
* contumeliam tonſuratur
* Si vero
* ex cappa & tunica
* ebrietate
* Sagimine
* ſic ibi quoque &
* In vobis
* Refrigeratur
* merentur
* ut nec
* Criminum
* gentibus
* Minorem
* Janiculis
* Non ferunt
* hic deſinit Mart. codex
* l. detrahere

nunc per inſipientiam earum in laſciviam & luxuriam excreverunt, & immoderata longitudo ſuperpelliciorum, quibus pulverem trahunt, ad moderatum uſum, ſicut decet verecundiam ſexus, per excommunicationis ſententiam cohibentur. Choreas & tabernas ſimili modo per hoc triennium interdicatis.

# VITA
# ET EPISTOLÆ
# CLEMENTIS PAPÆ III.

CLEMENS hujus nominis tertius, patria Romanus, qui Paulinus antea nominabatur ex cardinale Prænestino anno Domini milleſimo centeſimo octuageſimo octavo, ſub Friderico imperatore, octavo Idus Januarii pontifex factus eſt. Qui ſtatim indictam a prædeceſſore expeditionem ad terram ſanctam promovere, eamque ad effectum ducere laboravit, & indulgentiam confirmavit: ſtatuens quod quicumque ea de cauſa ſacram crucem ſuſceperit, de omnibus peccatis, de quibus pœnitens confeſſus fuerit, authoritate Dei & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli eſſet liber & abſolutus. Hæc Rogerus: recenſens etiam pro terra ſancta recuperandam certam formulam precum ab eodem pontifice per ſingulos dies præſcriptam. Cum ſenatu Romano conditionibus ſatis iniquis concordia inita Romam rediit. Inde miſſis legationibus ad reges Franciæ & Angliæ bello diſſidentes, cogitationem omnem ad recuperandam terram ſanctam convertit, cum præſertim Saladinus omnem Antiochiæ principatum occupaſſet. Imperator & Chriſtiani principes ejus piis conatibus aſſentientes arma arripuerunt, ac ipſum imperatorem magno exercitu præeuntem, Franciæ atque Angliæ reges, Burgundiæ dux, cum Venetis Piſani, aliique quamplurimi ſubſecuti fuerunt. Eo tempore Guillelmus Siciliæ rex abſque liberis morte ſublatus eſt. Sed Tancredus ejuſdem Guillelmi conſanguineus vendicans ſibi regnum, bellum civile conflavit. Ad quem pellendum Henricus rex ob Conſtantiam uxorem ſuam hæredem regni proximiorem in Italiam exercitum miſit. Cumque plurima damna rebellibus intuliſſet, re adhuc infecta reverſus eſt in Germaniam. Pontifex Tancredo ſavens, ei inveſtituram regni dedit. *Neubrigenſis*.

Exinde ad reformationem eccleſiaſticam converſus, monaſterium ſancti Laurentii extra mœnia ædificavit, palatium Lateranenſe reparavit. His paulo poſt confectis, quarto Idus Aprilis obiit, & ſepultus eſt Romæ in eccleſia Lateranenſi anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo primo, cum eccleſiam tribus annis, tribus menſibus, quatuor diebus gubernaſſet. Hujus etiam temporibus Fridericus imperator poſt immenſos ſuperatos labores in terræ ſanctæ expeditione, poſt victum in prælio Soldanum Iconii, peragrans partes inferiores Armeniæ, in Caleph flumine, rapido curſu undarum ejus abſorptus interiit; & ſucceſſit ejus filius Henricus jamdiu ante hæc tempora in regem Germaniæ aſſumptus.

## EPISTOLA I. CLEMENTIS PAPÆ III.

## AD EPISCOPOS SCOTIÆ.

Nunciat iis Hugonem ſancti Andreæ epiſcopum ab Urbano citatum, & contumaciter emanentem, epiſcopatu depoſitum eſſe, ſuadetque Joannem eligi.

*Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Jocelino Glaſcuenſi & Matthæo Aberdenſi epiſcopis, & dilectis filiis Ernaldo abbati de Melros, & Bertramo priori de Goldingham, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

NE in dubitationis recidant ſcrupulum quæ geruntur, dignum eſt litterarum memoriæ commendari, & ad illorum notitiam, quorum intereſſe videtur, celebri ac veridica inſinuatione perferri. Meminimus autem quod bonæ memoriæ Urbanus papa prædeceſſor noſter Hugoni, quondam dicto epiſcopo ſancti Andreæ, pro controverſia, quæ inter eum & venerabilem fratrem noſtrum Joannem epiſcopum vertebatur, ſub excommunicationis interpoſitione mandavit, ut ad certum diem reſponſurus in jure, aſpectui ſe apoſtolico præſentaret. Verum quia conſcius actuum ſuorum, & eventum judicii reformidans, venire contumaciter recuſavit: nos & pro hoc & pro aliis multis, quæ, crebreſcente fama, eccleſiæ Dei ſcandalum pepererunt, ipſum ab epiſcopatu ſancti Andreæ, de conſilio & aſſenſu fratrum, perpetuo judicavimus apoſtolicæ ſedis authoritate remotum, & ab uſu epiſcopalis officii eo uſque ſuſpenſum, donec apoſtolica ſedes duxerit de ipſo aliter ſtatuendum: abſolventes a fidelitate ſubjectos, qua ei tenebantur adſtricti. Sane, quia vacantes eccleſias diutius regimine paſtorali carere, ſanctorum canonum inhibent ſanctiones: diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dilectos filios noſtros, capitulum ſancti Andreæ, ex parte noſtra diligentius moneatis, ut ſibi talem eligant epiſcopum & paſtorem, qui digne poſſit epiſcopalis officii dignitate potiri. Specialiter autem eos, quantum vobis poſſibile fuerit, inducere laboretis, ut memoratum epiſcopum Joannem, virum bonæ opinionis, & pro ſui honeſtate nobis & fratribus noſtris acceptum, ad regimen & prælationem illius eccleſiæ ſine cujuſquam ſcrupulo difficultatis aſſumant. Quod ſi omnes his exequendis nequiveritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilo minus exequantur. Datum Piſæ, decimo ſeptimo Kalendas Februarii, Indictione ſexta.

II. AD

## II. AD WILLELMUM REGEM SCOTORUM.

Ejuſdem argumenti

*Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Willelmo illuſtri Scotorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

OCULOS Divinæ majeſtatis offendere non modicum æſtimamus, ſi prælatorum exceſſus, quibus indulgere ſalva conſcientia non poſſumus, per injuriam ſine coercitione debita relinquimus. Unde cum bonæ memoriæ Urbanus papa prædeceſſor noſter Hugoni, quondam dicto epiſcopo ſancti Andreæ, pro controverſia, quæ inter eum & venerabilem fratrem noſtrum Joannem epiſcopum vertebatur, ſub excommunicationis interpoſitione mandaverit ut ad certum diem reſponſurus in jure conſpectui ſe apoſtolico præſentaret, & ipſe conſcius actuum ſuorum, & eventum judicii non immerito reformidans, ex contumacia venire contempſerit: nos pro hoc & pro aliis multis, quæ crebreſcente fama eccleſiæ Dei ſcandalum pepererunt, ipſum ab epiſcopatu ſancti Andreæ, de conſilio & aſſenſu fratrum, perpetuo judicavimus apoſtolicæ ſedis authoritate remotum, & ab uſu epiſcopalis officii eo uſque ſuſpenſum, donec apoſtolica ſedes duxerit de ipſo aliter ſtatuendum: abſolventes a fidelitate ſubjectos, qua ei tenebantur adſtricti. Licet enim ad honorem, & profectus tuos, quantum cum Deo poſſumus, firmum habemus propoſitum intendendi, & in facto prædicti Hugonis curia Romana, non abſque detractione multorum, hactenus regiæ ſerenitati detulerit: quia tamen clamor ipſius ad nos indubitata fide pervenit, nequivimus errata ſua ulterius ſub diſſimulatione clauſis oculis præterire: propter quod nihil in hac parte credimus actum, de quo debeat animus regius quacumque ratione moveri. Rogamus autem devotionem tuam prece & affectione qua poſſumus, & monemus in Domino, quatenus memoratum Joannem epiſcopum, quem nos & fratres noſtri pro ſui honeſtate ſincero corde diligimus, pro reverentia apoſtolicæ ſedis & noſtra in viſceribus caritatis commendatum habeas & acceptum * remiſſa, ſi qua fuerit, conceptæ indignationis offenſa, ipſum in omnibus regia clementia & benignitate pertractes. Credimus equidem, quod de induſtria & probitate ipſius tibi & regno tuo, authore Domino, multum accedere poterit incrementi, & nobis uſque quamgratum exiſtet, ſi optatum apud regias aures preces noſtræ ſortiantur effectum. Datum Piſæ decimoſeptimo Kal. Februarii, Indictione ſexta.

* *Forte*, & remiſſa. H.

## III. AD HENRICUM REGEM ANGLIÆ.

De eodem.

*Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei Henrico illuſtri Anglorum regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

CUM ab apoſtolica ſede preces ſuſcepit regalis excellentia, authoritas, & poteſtas, quas eccleſiis in ſuo ſtatu ſervandis, & multorum ſaluti expedit effectui mancipare: diligenter eas debet regia ſublimitas exaudire, & tanto fortius & ferventius intendere, ut effectum conſequantur optatum, quanto certius fuerit, quod earum devota ſuſceptio & diligens executio regalem gloriam reſpicit pariter & ſalutem. Hinc eſt quod ſerenitati regiæ pro venerabili fratre noſtro Joanne epiſcopo ſancti Andreæ litteras apoſtolicas & preces duximus cum fiducia deſtinandas, altitudinem regalis eminentiæ quanta poſſumus affectione rogantes, monentes, atque in remiſſionem peccatorum omnium injungentes, quatenus pro reverentia beati Petri & noſtra, & perſecutionis ejus obtentu, quam certum eſt ipſum jam longo tempore pertuliſſe, cariſſimum in Chriſto Wilielmum filium noſtrum illuſtrem regem Scotorum moneas attentius, & inducas, & ſi neceſſe fuerit, diſtrictione regali, qua ei præmines, & conceſſa tuæ regiæ celſitudini poteſtate compellas, ut totius indignationis ſuæ rancorem, quam erga epiſcopum concepit quorumdam malitia ſuſurronum, regiam dignitatem & ſalubria opera pietatis attendens, ei qualibet occaſione remota condonet, & diœceſim ſancti Andreæ, quam de communi fratrum conſilio & aſſenſu ſummus pontifex ſibi perpetuo confirmavit, de cetero ipſum quiete permittat & abſque calumnia poſſidere. Cum & ipſe paratus exiſtat regiæ majeſtatis, prout fuerit conſentaneum rationi, exiſtere in omnibus obediens & fidelis. Datum Piſæ XVII. Kal. Februarii, Indictione ſexta.

## IV. AD CLERUM EPISCOPATUS SANCTI ANDREÆ.

Pro Joanne epiſcopo ſancti Andreæ.

*Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſo clero epiſcopatus ſancti Andreæ, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

LICET in rebus dubiis valeant aliqui ſuam aſtutiam ſeu malitiam oſtentare: cum tamen ſcrupulus fuerit, & articulus dubietatis amotus, & manifeſtis indiciis apparuerunt veſtigia veritatis, penitus ſunt devia relinquenda, & rectitudinis tramites inquirendi pariter & ſervandi: ne, quod abſit, aliter agentibus, & in ſua pertinacia conſiſtentibus, poſt flagella præſentia pœnaſque condignas, perpetuæ mortis interius ſupplicio deleantur æterno. Volentes ergo paterna ſolicitudine veſtræ ſaluti proſpicere, & utilitatibus & quieti veſtræ providere: univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, & in obedientiæ virtute injungimus, quatenus infra quindecim dies poſt harum ſuſceptionem, venerabilem fratrem noſtrum Joannem epiſcopum veſtrum, in pontificali officio canonice ſubrogatum, ſicut patrem proprium & paſtorem ſuſcipiatis humiliter & devote, ac ejus de cetero ſalubribus monitis & mandatis, omni ſimultate remota, debitam reverentiam, & obedientiam impendere minime poſtponatis: ſcientes quod poſtquam Hugo, qui vir olim epiſcopus dicebatur, per Romanam eccleſiam a veſtri epiſcopatus dignitate fuit amotus, vel poſt ejus deceſſum jam dicto Joanne epiſcopo veſtro ſuperſtite, aliquem fortaſſe epiſcopum elegiſtis, electionem illam authoritate apoſtolica vacuamus. Si vero, quod Deus avertat, in eumdem epiſcopum Joannem, inimico humani generis ſuadente, aliquam conſpirationem facere præſumpſiſtis: tam vos, quam totum epiſcopatum, tamdiu volumus interdicti ſententiæ ſubjacere, do-

donec agnoſcentes exceſſum, ad mandatum ipſius Joannis epiſcopi redeatis.. Dat. Piſæ decimoſeptimo Kalend. Februarii, Indict. VI.

## V. AD OMNES EPISCOPOS.

Pro eodem negotio.

*Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Jocelino Glaſcuenſi, & Mattheo Aberdenſi, & Richardo Moreſenſi, epiſcopis; & dilectis filiis Ernuiſo de Melros, & Hugoni de Neubotle, & de ſancta Cruce, & de Strivelina, & de Scona; abbatibus, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

AD ea quæ reſpiciunt honeſtatem, & ſalutem pariunt animarum, quamvis abſque monitis intendere debeatis, & diligentem operam juxta veſtri officii debitum tribuere vos credamus: veſtram tamen diligentiam ad majorem in his ſolicitudinem exhibendam litteris apoſtolicis duximus exhortandum, ut eiſdem operibus laude dignis tanto ferventius inſiſtatis, quanto vobis ſalubrius erit in ipſis ad exhortationem apoſtolicam exactiorem diligentiam adhibere. Conſtat utique quoſdam eccleſiarum prælatos, cum his qui ſcandalizati fuerint debere pati, juxta normam apoſtolicam, uſtionem, & cum infirmantibus infirmari. Quantas vero perſecutiones his temporibus ſuſtinuerit eccleſia ſancti Andreæ, quantas calamitates incurrerit & preſſuras, quam etiam graviter hactenus fuerit perturbata ſub umbra indignationis regiæ celſitudinis, & quaſſata; inſuper venerabilis frater noſter Joannes epiſcopus ſancti Andreæ quot & quanta pericula ſuſtinuerit & labores pro ſervanda libertate eccleſiæ ſibi commiſſæ, & ei a nobis & duobus noſtris prædeceſſoribus confirmatæ: cum ea omnia vobis ſint manifeſta, illa veſtris auribus inculcare ſupervacuum videtur. Nunc igitur quamplurimum expedire dignoſcitur, & de ſalute regia, & ſtatu præſcriptæ eccleſiæ reformando, atque pace niſi ipſi epiſcopo conferenda nos convenit ſolicitudinem gerere congruentem, & circumſpectionem veſtram ad corroborandam nobis * idoneum reputamus: diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus poſt ſuſceptionem litterarum noſtrarum convenientes in unum, ſicuti decet viros providos & diſcretos, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Guilielmi illuſtris regis Scotiæ præſentiam adeatis, & eum moneatis diligentius, & inſtantius inducatis, ut epiſcopo memorato rancorem indignationis ſuæ remittat, & in hoc Romanam eccleſiam, quæ ſerenitati regiæ jam longo tempore detulit, non contemnat: ſed ejus & veſtris monitis, prout regiæ gloriæ convenit & ſaluti, ſine dilatione ſalubriter pareat & humiliter acquieſcat, ac ipſum epiſcopum præſcriptum diœceſim ſancti Andreæ in pace permittat habere: cum ex debito regiæ dignitatis eccleſias teneatur cum paſtoribus ſuis non diſpergere, ſed fovere; non contemnere, ſed amare; non proſequi, ſed tueri. Quod ſi monitis apoſtolicis, in propriæ ſalutis periculum, quod abſit, duxerit reſiſtendum: in regnum ſuæ celſitudinis, & perſonam ſuam, & omnes fautores regios nuncietis interdicti ſententiam, infra viginti dies ſine appellationis obſtaculo authoritate apoſtolica a vobis promulgandam. Illos inſuper, qui Hugoni obedientes extiterunt, & ei fomentum in ſua obſtinatione dederunt, poſtquam eum ſedes apoſtolica a diœceſi ſancti Andreæ removit perpetuo, & excommunicationis ſententiam in ipſum promulgavit, ſimili ſententia percellatis: & publice nunciantes, excommunicationi ſubeſſe tamdiu faciatis, & ab aliis arctius evitari, donec ad mandatum eccleſiæ revertantur, abſolutionis beneficium ab eodem epiſcopo petituri. Adhæc altaribus & calicibus, in quibus jam dictus Hugo, dum in excommunicatione poſitus, celebravit, purificationem & ſanctificationem juxta conſuetudinem eccleſiæ conferatis. Ad eccleſiam quoque ſancti Andreæ pariter accedatis, & fratribus convocatis in unum, intretis capitulum, & de ordine & ſtatu eccleſiæ diligentius inquiratis: &, ſi quid in eadem eccleſia per ſupradictum Hugonem immutatum inveneritis vel ſtatutum, authoritate noſtra id in ſtatum debitum inducatis; &, ſi quid in ipſa fuerit corrigendum, efficaciter ſtudeatis id in melius reformare. Si vero, quod abſit, aliquos ex canonicis ad recipiendum humiliter & devote paſtorem ſuum prædictum duros inveneritis & rebelles; eos inſtantius moneatis, ut illi reverentiam & obedientiam patri debitam exhibeant, & a maligno atque damnabili propoſito ſuo deſiſtant. Quod ſi contumaces extiterint, eos ab officio pariter & beneficio ſuſpendatis, & excommunicationis vinculo innodetis; quo ipſos faciatis manere ligatos, donec monitis & mandatis eccleſiaſticis acquieſcant. Quod ſi omnes his exequendis intereſſe nequiveritis, reliqui ea nihilo minus exequantur. Datum Piſæ decimoſeptimo Kalend. Februarii, Indictione ſexta.

* forte idoneam. H.

## VI. AD WILIELMUM REGEM SCOTORUM.

De exemptione eccleſiarum terræ ſuæ.

*Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Wilielmo illuſtri Scotorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

CUM univerſi Chriſti jugo ſubjecti ad ſedem apoſtolicam patrocinium invenire debeant & favorem: illos tamen ſpecialius convenit munimine protectionis confoveri, quorum fidem ac devotionem in pluribus eſt experta: ut ad ipſius electionis favorem tanto amplius provocetur, & ejus reverentiæ devotiori affectione ſubdantur, quanto benevolentiæ ipſius & gratiæ pignus ſe noverint certius aſſecutos. Eapropter, cariſſime in Chriſto fili, reverentiam ac devotionem, quam ad Romanam te habuiſſe a longis retro temporibus eccleſiam novimus, attendentes, præſentis ſcripti pagina duximus ſtatuendum, ut Scoticana eccleſia apoſtolicæ ſedi, cujus filia ſpecialis exiſtit, nullo mediante debeat ſubjacere. In qua hæ ſedes epiſcopales eſſe noſcuntur: eccleſiæ videlicet ſancti Andreæ, Glaſcuenſis, Dunkeldenſis, Dumblinenſis, Brehinenſis, Aberdonenſis, Moravienſis, Roſenſenſis, Katinenſis: & nemini liceat niſi Romano pontifici, vel legato ab ipſius latere deſtinato, in regnum Scotiæ interdicti vel excommunicationis ſententiam promulgare, & ſi promulgata fuerit, decernimus non valere. Adjicimus, ut nulli de cetero, qui de regno Scotiæ non fuerit, niſi quem apoſtolica ſedes propter hoc de corpore ſuo ſpecialiter deſtinaverit, licitum ſit in eo legationis officium exercere. Prohibemus autem, ut controverſiæ quæ fuerint in regno illo de poſſeſſionibus ejus exortæ, ad examen extra regnum poſitorum judicum

dicum non trahantur, niſi ad Romanam eccleſiam fuerit appellatum. Si qua vero ſcripta contra hujus libertatis ſtatuta apparuerint impetrata, vel in poſterum, iſtius conceſſionis mentione non habita, contigerit impetrari: nullum tibi vel ipſi regno circa hujus prærogativæ conceſſionem præjudicium generetur. Præterea libertates & immunitates tibi vel eidem regno, vel eccleſiis in eo conſtitutis, a prædeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus indultas, & hactenus obſervatas, ratas habemus, & illibatas futuris temporibus ſtatuimus permanere. Nulli ergo hominum liceat paginam noſtræ conſtitutionis & prohibitionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani III. Idus Martii, pontificatus noſtri anno primo.

## VII. AD MERSEBURGENSEM ET EISTETENSEM EPISCOPOS, &c.

De Ottonis Bambergenſis epiſcopi & Pomeranorum apoſtoli canonizatione.

*Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Merſeburgenſi, & Eiſtetenſi epiſcopis, & dilectis filiis ſancti Emmerami Ratisbonenſis, & Suvartzenſi abbatibus, decano, & ſcholaſtico wirtzburgenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

AD audientiam noſtram & quarumdam ſerie litterarum & relationem multorum pervenit, quod Divina potentia per merita & interventum beati Ottonis Bambergenſis multorum eſt operata ſalutem, præcipue in gente Pomeranica, ad quam fuit ab apoſtolica ſede tranſmiſſus, & in ea quampluribus miraculis donavit illi Dominus coruſcare. Quoniam igitur, juxta Divinæ ſcripturæ teſtimonium, lucerna non ſub modio, ſed ſupra candelabrum eſt ponenda, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de vita ipſius & miraculis diligentius inquiratis, quæ nobis fuerunt per multorum litteras indicata: & ſi non inveneritis aliquid quod obſiſtat, ipſum canonizatum, authoritate freti apoſtolica, ſolenniter & publice annuncietis: anniverſarium diem ſui tranſitus facientes, & publice annunciantes, ad honorem Dei, & ipſius beati viri memoriam ſolennem haberi. Datum Laterani tertio Kalendas Maji, pontificatus noſtri anno ſecundo.

## ☞ DECRETA CLEMENTIS III. EX II. COLLECT. AUGUST.

*Clemens III.*

QUerelam Gand. acolythi nos accepiſſe noſcatis, ſicut prædeceſſor noſter Gregorius, qui ad vos propter eum bis ſcripſiſſe noſcitur, qui cum a G. muliere peteretur in virum, inde ſumpta occaſione, ipſum beneficio, quod a nobis habebat, poſt appellationem ad ſedem apoſtolicam factam minus rationabiliter ſpoliaſtis. Unde, quia omnibus injuſte gravatis patrocinium tenemur apoſtolicum impertiri; d. v. ro. attentius & per A. ſ. p. m. qua. ſi rem ſic ſe habere conſtiterit, memorato clerico beneficium illud taliter ſubtractum abſque dilatione reddentes, ap. re. pacifice dimittatis, ita quod querelam ad nos non debeat iterare, memorati abbatis ſententia non obſtante, ſuper matrimonio lata, quominus beneficium debeat optinere, niſi curam habeat animarum annexam.

*Idem O. Verulano epiſcopo.*

Literas tuas recepimus, ex quarum tenore cognovimus, quod cum lator præſentium quandam feminam jam elapſo quinquennio ſibi matrimonio copulaſſet, & ſecum per tres menſes in eodem lecto dormiſſet, maleficio ſuo creditur impeditus; quod cognoſcere illam nequivit. Super quo ſedis apoſtolicæ literas recepiſti, in quibus continebatur, quod de Romanæ eccleſiæ conſuetudine non erat talium matrimonium ſeparandum. Unde convocatis eis ad tuam præſentiam, cum viverent ſeparatim, compuliſti eos ad habitationem redire communem, & licet poſtmodum in eadem domo, & lecto fuiſſent, & idem homo multa verba, ſicut tibi conſtitit, eidem feminæ contuliſſe, ei tamen non potuit carnaliter commiſceri propter quæ tu timens, ne idem vir homicidii reatum incurrat, quod in hoc caſu eſſet agendum, nos conſulere voluiſti. Quocirca d. t. per A. ſ. m. qua. pro memoratis occaſionibus non dimittas, quin prædictos virum & uxorem per cenſuram eccleſiaſticam inſimul habitare compellas.

*Idem Anconitano archiepiſcopo.*

Præterea de lege illa, vel errore * quam cives tuos aſſeris ſtatuiſſe, videlicet, ut ſi quis teneret per XXX. annos poſſeſſiones alicujus eccleſiæ, nec reddidiſſet canonem conſtitutum non ideo caderet ad penſionem poſſeſſionis illius: nihil certi tibi poſſumus reſpondere; donec conſtitutionem illam ab ipſis factam nobis verbo ad verbum expoſitam ſtudeas deſtinare.

* *quem*

*Idem.*

Ex tuæ fraternitatis conſulto percepimus, te velle a ſe. A. certitudine edoceri, utrum Sacerdotes, vel alii, in quibuslibet ſacris ordinibus conſtituti, qui per lapſum carnis, reatum adulterii incurrerunt, vel perjurii, vel alii falſi teſtimonii, vel crimine homicidii irretiti, bonum rectæ conſcientiæ perdiderunt, ſi peracta condigna pœnitentia de commiſſo, in prioribus tollerari, vel ſuffragantibus meritis provehi valeant ad majora. Super quo fraternitati tuæ reſpondemus, quatenus ſi notoria ſint crimina, quæ prædiximus vel ordine judiciario comprobata tales reos cenſura ſacrorum canonum etiam poſt peractam pœnitentiam non tantum ad altiora progredi non permittit, verumetiam jubet gradum priſtinum non tenere. Porro ſi propoſita crimina contra aliquem notoria non fuerint vel ordine judiciario comprobata, monendi ſunt tales qui eiſdem tenentur obnoxii & ſub interminatione divini judicii obteſtandi, ut in teſtimonium damnationis ſuæ in ſuſcepto ordine non miniſtrent.

Cum ſacroſancta Romana eccleſia &c. & infra. Alios autem, qui propter impedimentum ætatis presbyterii honorem adipiſci non poſſunt, ſi id ſolum obſtare cognoverit, licet forſan ad talia officia in ea ætate non debuerint aſſumi; æquo animo debes uſque ad illud tempus ſine rancore aliquo tolerare; quod eos ad ſuſcipiendum onus ſacerdotii de conſtitutione canonum ido-

idoneos, ſi aliud non obſtiterit comprobabis, A
quos utique præfatæ animadverſionis ſententia
curabis auctoritate noſtra perſtringere, ſi tunc
a te commoniti contempſerint in presbyteros
ordinari.

*Idem.*

Si matrimonii cauſa poſſit per procuratorem
expediri nos tua duxit prudentia conſulendos.
Hic autem decernimus diſtinguendum, quod ſi
in ipſa cauſa matrimoniali criminaliter quæſtio
ventilatur, & ob eamdem ab adverſa parte cri-
minali ſit agendum, non per interpoſitam per-
ſonam, ſed per ipſam perſonam principalem cau-
ſam matrimonii terminari oportet; cum ſicut B
jura teſtantur, præſens præſentem accuſare de-
bet, & ſe talionis vinculo obligare. Secus autem
in cauſa matrimoniali, in qua non criminaliter
agitur, credimus procedendum; ſecurius tamen
ageretur, ſi cum haberi poſſit principalium præ-
ſentia perſonarum, ipſis præſentibus in utroque
ad definitionis calculum procedatur.

*Idem.*

Significavit nobis tua fraternitas, quod qui-
dam in provincia tua vocati aliquando ad judi-
cium venire contemnunt, & pro contumacia ſua
per te, vel per aliquem ſuffraganeorum tuorum C
vinculo anathematis innodantur. Tandem vero
ad ſe redeuntes offerunt ſe ad juſtitiam, & quod
juri pareant, juris jurandi volunt religione fir-
mare. Sed ne ante deciſionem cauſæ a ſenten-
tia poſſint excommunicationis abſolvi; pars ad-
verſa appellationis ob. interponit. Sunt inſuper
* alii, qui excommunicati ſe juramento præ- * etiam
ſtito juſtitiæ ſtare promittunt; ſed poſt abſolu-
tionem ſuam diffugiunt, & appellant. Super his
igitur f. t. duximus reſpondendum, quod abſo-
lutio prædictorum, qui pro eo, quod cum ve-
nire noluerint ad cauſam, excommunicationis
ſententiam receperunt, prohibitione ſeu appella-
tione adverſæ partis impediri non poteſt; dum-
modo parendi juri ſufficientem præſtent, & ido- D
neam cautionem. Illi vero qui jurejurando pro-
mittunt ſe juſtitiæ parituros; & per appellatio-
nis obſtaculum ſubterfugiunt, niſi infra conve-
nientem terminum appellationem fuerint proſe-
cuti, a te cogi poſſunt, & debent ut ſicut ju-
raverint, ap. re. juris pareant æquitati.

*Idem.*

Tenor literarum tuarum apoſtolatum noſtrum
edocuit, quod cum nobilis quidam C. de tuo
epiſcopatu recepto a prædeceſſore tuo primario
* proprio lapide, oratorium in ſtadio * ſuo conſtruxit, &
cum ad inſtantiam ejus paratus eſſes conſecra-
tionis munere illud inſignire, ab alio nobili fuit, E
* credit ne procederes, in ejus ut * credis odium appel-
latum. Tu autem volens appellationi prout fra-
ternitatem tuam decuit, cum humilitate defer-
re, & a conſecratione abſtinuiſti, & terminum
ei, infra quem debeat proſequi appellationem,
præfixiſti, cumque appellationem ſit ille nulla-
tenus, & annus ſit a die appellationis elapſus
fundator prædictus conſecrationem dicti oratorii a
te cum inſtantiam petere non omittit. Quia ve-
* non ro præſumendum videtur, eum vere * propter
gravamen, vel oppreſſionem aliquam in ſui ju-
ris diſpendium appellaſſe cum voluntatem non
habuerit infra præfixum ſibi terminum ſuper ap-

pellationis cauſa procedere, præſertim cum de
jure communi anni ſpatium appellantibus ſit in-
dultum, intra quod ſecundum ſe, communiter
re litem exerceant: f. t. per A. ſ. m. qua. ſi
ita proceſſum cognoveris, ſicut ipſarum habuit
continentia literarum, cum exinde fueris requiſi-
tus, præſcriptum oratorium ap. ceſ. reddas mu-
pere conſecrationis inſigne.

*Idem.*

Licet appellationis remedium ad levamen in-
ventum fuerit oppreſſorum, nonnulli tamen cle-
rici tuæ fraternitati ſubjecti, ſicut accepimus,
ad appellationis diffugium malitioſe recurrunt,
& dum examen tui judicii temere ſubterfugiunt,
contingit ſæpius, ut non ſolum ipſi, ſed etiam
alii, qui ab hujuſmodi culpa ſint penitus im-
munes ad ſæculare judicium * protrahuntur, un- * pertrahuntur
de ſit, ut pro calumnioſis a laicis, innocentes
prolixius moleſtentur. Nos igitur tantæ incom-
moditati clericorum volentes paſtorali ſollicitu-
dine providere, & laicis ipſis auferre materiam
ſugillandi clericos, vel eos ſub * eorum judicio * eodem judicio
coercendi, tibi nos ſuper hoc conſulere curanti,
taliter duximus reſpondendum, ut ſi cujuslibet
clerici tibi ſubjecti quæſtio fuerit ad tuam fra-
ternitatem delata, & quod in quæſtione verti-
tur, xl. ſolidorum valentiam non attingat cle-
rico, qui ex hoc ad ſe. duxerit Apoſtolicam
appellandum, neceſſitatem tibi non imponimus
deferendi; quominus ſi malueris, cauſam ipſam
ſine ap. ob. valeas terminare niſi manifeſta con-
tra te ſuſpicionis cauſa fuerit oſtenſa.

*Idem Andegavenſi Epiſcopo.*

Fraternitatis tuæ prudentiam &c. & infra
Secundæ quæſtionis nodum auctoritate duximus
Lateranen. concilii reſolvendum; ut niſi videli-
cet de aliquo, vel * de aliquibus, vel * inferio- * ab
ribus * inrationabile aliquid obici & probari * potioribus
contingerit; prævaleat ſemper & optineat debi- * irrationabile tamen, vel minus rationabile
tum re. ap. ob. firmamentum, quod a majoris
& ſanioris parte concilii fuerit conſtitutum; niſi
antiqua conſuetudo eccleſiæ hactenus obſervata,
& Apoſtolicæ ſedis auctoritate confirmata aliud
ſuaſerit obſervandum. Sic enim & audacia dan-
te domino refrenabitur improborum, & eccle-
ſiarum utilitas latius per ejus miſericordiam ex-
tendetur.

*Idem.*

Ad audientiam noſtram, te ſignificante, per-
venit; quod * cum Judæi cupiditate maxima, & * deeſt cum
damnabili parochiam ſancti Laudi pro parte ma-
gna occupaverunt, & adhuc reſiduum de die in
diem occupare contendunt. Quia vero præſcripta
ſancti Laudi eccleſia propter hoc magnam ſuo-
rum bonorum jacturam * incurrerit diſ. v. per. * incurrit.
A. s. p. m. quatenus niſi Judæi, qui in civitate
Rotomagenſi morantur, ad monitionem ve- * commonitionem
ſtram, & decimas, & omnes proventus alios,
quos de parochianis fidelibus, ſi ibi habitarent,
conſequerentur, prædictæ ſancti Laudi eccleſiæ,
& aliis quarum parochias detinent occupatas,
annis ſingulis ſufficienter, ac congrue recompen-
ſare curaverunt; omnes * Chriſti charactere in- * Chriſtiano
ſignitos, ſive virilis, ſeu feminei ſexus extite-
rint, qui Judæis obſequium exibere, aut mutuo
aliquid ab eis accipere, aut reſtituere jam acce-
ptum, venditiones aut locationes cum eis con-
tra-

trahere, ſeu quemlibet alium contractum inire,
vel eis, ave dicere ſeu habere colloquium, niſi
de ſua correctione, vel inexperta converſione
* allicere ulla præſumptione temptaverint, omni — * deeſt allicere
gratia, & timore poſpoſitis, contradictione, &
ap. ceſ. anathematis vinculo aſtringatis cui etiam
volumus ſententiæ ſubiacere quicumq. illis ad
veſtri eluſionem mandati, conſilium ſuum, ſive
auxilium impenderit, aut favorem.

*Idem.*

Interrogatum eſt ex parte veſtra; utrum Ju-
dæi vel Sarraceni ad fidem Chriſtianam converſi
ſuis uxoribus cohabitare valeant, quas in ſecun-
do, tertio, & quarto gradu ſibi, dum fuiſſent
in infidelitate poſiti, matrimonialiter copularunt;
an ipſis converſis liceat relictis conjugibus ad
alias nuptias convolare. Auctoritate tibi præſen-
tium reſpondemus: quod taliter ad fidem Chri-
ſti converſi, quandiu, voluerint uxores eorum
remanere cum ipſis; eas ſive converſæ ſint, ſive
non, licentiam habeant, ſi voluerint retinendi,
non tamen ſunt cogendi ad hoc. Ceterum ipſis
viventibus & volentibus remanere, cum aliis con-
trahere non * debent, quod ſi in odium Chri- — * debebunt
ſtianæ fidei receperint, cum teſte Gregorio, con-
tumelia creatoris circa eum, qui relinquitur,
jus matrimonii ſolvat, alias in matrimonium du-
cere non prohibentur; nec refert, utrum in ſe-
cundo, vel tertio gradu dum fuiſſent a fide alie-
ni contraxerint, cum fuiſſet in veteri tantum
lege prohibitum, ne ſororum ſuarum turpitudi-
nem revelarent.

*Idem.*

Perpendimus &c. ceterum devoto, quod ipſum
Comitem feciſſe proponis, ut ſcilicet ſingulis ſex-
tis feriis in pane & aqua jejunaret, non vide-
tur, quod redemptio illa ſufficiat de Altari con-
ſtruendo; * cum quavis voluntarium ſit vovere, — * quia
ex neceſſitate tamen vota facta * illicita ſunt — * licite
ſolvenda. Ad ultimum quod de ſubveniendo ter-
ræ Hieroſolymitanæ promiſit ipſum ad eundem
illuc in propria perſona ſi fieri poteſt diligen-
tius exhorteris; vel in voti ſupplementum com-
petentia ſubſidia euntibus Hieroſolymam ſubmi-
niſtret.

*Idem.*

De minori poſſemus ſollicitudine argui meri-
to, ſi ad ea conſervanda jura veſtri monaſterii,
quæ ad proviſionem * veſtram ſpecialiter reſpi- — * noſtram
ciunt, animum non accumularemus quapropter
verbis & * juſtitiis veſtris Pontificali volentes di- — * ruſticis
ligentia providere, auctoritate apoſtolica prohi-
bemus, ne in eccleſiis ad præſentationem ve-
ſtram ſpectantibus ulli, niſi a vobis præſentati
fuerint ordinentur; ſed ſi quos vobis non præ-
ſentatibus * ordinari contingerit, ab eccleſiis eis — * ordinare
per vos metipſos auctoritate apoſtolica amovean-
tur, & eorum ordinatio penitus irrita habeatur,
niſi forte, quod abſit, præſentationem clerico-
rum vos conſtiterit malitioſe differre.

*Idem.*

Nobis ex tuarum innotuit continentia littera-
rum, quod quidam miles parochianus tuus olim
quandam nobilem juravit filio ſuo tradere in
uxorem, circa annos nubiles exiſtenti quam idem
filii nomine traduxit; poſtmodum etiam quat-
tuor annis, & amplius eandem murum in pro-
pria domo enutrivit, proceſſu vero temporis uxor
præfati militis diem clauſit extremum; & ipſe
cum traducta filii inſtinctu diabolico dormivit,
& cum id * poſtremo publicum extitiſſet, eam — * poſtremum
ſibi matrimonialiter copulavit; cui firmiter ve-
tuiſti, ut cum ea amplius non dormiret, ſi ſa-
luti propriæ vellet providere. Verum quia quid
ſuper hoc fieri debeat ſedem duxiſti Ap. conſu-
lendam; nos tuam diligentiam approbantes per.
A. ſ. m. quia. militi prænominato ſub excom-
municatione prohibeas, ne ad eam carnaliter
de cetero præſumat accedere, vel ei ſe audeat
ulterius admiſcere.

*Idem.*

Cum ſis præditus ſcientia litterarum, & ad
ea ſufficiens, quæ a nobis requirere voluiſti,
quia tamen ad majorem certitudinem judicium
noſtrum ſollicitudine paſtorali requiris, & pru-
dentiam tuam ex inde commendamus & reſpon-
ſum noſtrum pro * ſuſcepto officii noſtri debito — * ſuſcepti
deſtinamus. Conſuluit nos ſane tua diſcretio
utrum ii, qui contra inhibitionem annuatim in
ſuo ſynodo cum excommunicatione in genere fa-
cta clandeſtina conjugia contraxerunt, ſeparan-
di * ſint, an tolerari debeant ſic contracta ma- — * ſunt
trimonia vel taliter contrahentes excommuni-
candi * ſunt, donec ſatisfaciant eccleſiæ, quam — * ſint
læſerunt. Super quo utiq. ſ. t. duximus reſpon-
dendum quod licet ſic contracta matrimonia con-
jugia eſſe * negentur, ſacri tamen canones ideo — * videantur
prædicta prohibere noſcuntur, ne ſi alter con-
trahentium mutata voluntate in aliud votum ſe
publice transferret, pro conjugio, quod incer-
tum * eſt, judicis ſententia promulgari non poſ- — * et judici
ſit. Verum ſi contrahentium voluntas propria
ſuffragaverit, & legitima vota * ſuccurrerint, li- — * ſuccurrunt
cet ab initio tale matrim. non tenuerit, ex
poſt facto tamen ſubſequente voto utriuſq. legi-
timo roboratur, & tolerandi ſunt taliter contra-
hentes, niſi matrim. fuerit accuſatum. Sed quo-
niam contra interdictum eccleſiæ, & excomu-
nicationem generaliter factam agere * præſum- — * præſumpſerint
pſerunt, nominatim excommunicati denuntiandi
ſunt pro contempta, donec eccleſiæ ſatisfecerint,
& poſtmodum eis inſpecta perſonarum, & tem-
poris qualitate, pœnitentia eſt indicenda.

*Idem.*

Ex literis tuæ fraternitatis accepimus, quod
cum B. miles L. mulierem XXV. annis tenue-
rit in uxorem, nunc dictus miles ab ea ſepara-
ri deſiderans, matrimonium ipſum accuſavit,
aſſerens, ſe ad invicem in ſeptimo conſanguini-
tatis gradu attingere, * idemque coram te ſuf- — * ideoque aL. idem quoque
ficienter ſe probaturum idoneis teſtibus propone-
bat; adjiciens inſuper, quod ob hanc cauſam a G.
prædeceſſore tuo in primo anno nuptiarum vinculo
fuit excommunicationis aſtrictus: ex adverſo vero
præfata mulier dixit, accuſationem ſuam nulla-
tenus audiendam, eo quod ſicut ſe manifeſte
probare dicebat, per XXV. annos idem vir tan-
quam legitimam uxorem eam tenuiſſet. Unde
quia ſuper hoc nos conſulere voluiſti; conſulta-
tioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi tibi con-
ſtiterit prædictum virum mulierem illam XXV.
annis tanquam uxorem legitimam tenuiſſe, ipſum
ad eam * in uxorem de cetero detinendam, & — * ut
maritali affectione tractandam ap. re. compellas,
per-

perpetuum ipſi viro ſuper eadem queſtione ſilen- A tium auctoritate Ap. imponens.

*Idem.*

Dilectus filius noſter Archipresbyter tuus per ſuas nobis literas intimavit, quod cum duo viri duas accepiſſent ſorores; altera ſine liberis ex hac vita ſubtracta, vir ejus accepit aliam in uxorem, ex qua filium generavit, cui filia ſororis alterius fuit tempore procedente in matrim. copulata; cum qua jam permanens filios ex ipſa, ac filias, qui adhuc ſuperſtites ſunt, accepit. Quia vero ex matrimonio illo ſiniſtra opinio eſt exorta, per memoratas literas idem archipresbyter apoſtolicum duxit ſuper hoc conſilium requirendum. B Unde licet publicæ honeſtatis juſtitia hujuſmodi prohibeat matrimonia contrahi, quia tamdiu inſimul permanſerunt, ut accuſatores (ſi qui fuerint) debeant ſuſpecti haberi, qui cum præſentes extiterint per tam longa temporis ſpatia tacuiſſe noſcuntur, hoc tibi ſuper hoc duximus contulendum; ut contra matrimonium illud accuſatio nullatenus deinceps admittatur; ſed potius ſub diſſimulatione perſonæ illæ permittantur inſimul permanere.

*Idem.*

Sicut ex literis tuis, & petitionis tenore nobis oblatæ cognovimus, cum olim inter H. & C R. mulierem matrimonium eſſet juramento firmatum, quod quidam aſſerebat eos adinvicem conſanguinitatis ſe gradu attingere, tunc vocato plebano, de cujus parochia vir & mulier fuerant oriundi, ei diſtrictius injunxiſti, ut ſuper negotio illo veritatem inquireret diligentius, & accuſatoribus ipſius matrimonii ex tua parte præciperet, ut intra terminum, quam plebanus ille illis ſtatueret, ad accuſationem convenirent; quod ſi in illo termino non accederent, ulterius minime audirentur. Unde quia idem accuſatores in ſtatuto eis termino minime acceſſerunt, matrimonium illud fuit utriuſq. copula confirmatum, quia vero poſtmodum patruus prædictæ D puellæ ad illius, ut dicitur, hereditatem anhelans; accuſaturus matrimonium illud ad præſentiam tuam acceſſit, duos ſecum teſtes adducens, quos præfatus vir, & mulier parati erant infames eſſe incontinenti probare, & quia verbis eorum minime adquieſcere videbaris, idem vir ad noſtram audientiam appellavit, quia vero contracta matrimonia ſine magna deliberatione ſeparari non debent, nec contra ea recipi quæſtiones; f. t. m. qua. ſi vera ſunt, quæ prædiximus, teſtes, & accuſatores ipſius matrimonii, tamquam ſuſpectos abicias, nec te ipſe mittas, nec ſinas, quantum interfuerit a quoquam admitti.

*Idem.*

Comes * Wll. de Rumaren, vir nobilis parochianus tuus prout nobis per tuas literas retuliſti, tibi fuit ſecreto confeſſus, quod cum ipſe cum quadam muliere nobili matrimonium contraxiſſet ipſa inſtinctu quorundam admonita, conſanguinitatem inter ſe, & eum eſſe propoſuit, per Ricardum olim Cantuarien. Archiepiſcopum, poſtulavit divortium celebrari, licet autem prædictus comes illam crederet ad ſe nulla conſanguinitatis linea pertinere; ferens tamen indigne, quod uxor ſua eum contempſerat, cum contradicere potuiſſet obticuit, nec aliquatenus ad ſedem apoſtolicam * appellavit, ſed poſt conſanguinitatem probatam, & divortio judicio eccleſiæ conſecuto muliere jam dicta ad matrimonium cujuſdam nobilis tranſeunte, eidem Wll. aliam ſibi matrimonialiter copulavit, quia vero ipſum propria conſcientia remordet, ut aſſeris, de eo, quod ſciens inter ſe & primam uxorem nullam eſſe conſanguinitatem, ab ea ſuſtinuit ſeparari, cum ab ipſo commonitus quid ſibi agendum ſit, diligenter inquiras. Præſenti pagina reſpondemus, quod quamvis in conſcientia ſcrupulum gerat de prima conjugia derelicta, non debet tamen a ſecunda recedere, & conjugale debitum denegare; expedit tamen, ut pænitentiam ei competentem jungas; pro eo quod contra conſcientiam ſuam ſeparari conſenſit, & inſuper eam pænitentiam ſibi experiatur inflictam; ut ad ſecundæ coitum cum dolore, ſi fuerit requiſitus, etiam teneatur accedere; tamen arbitretur ſe jus repoſcendi ab ea carnale debitum amiſiſſe.

* *W. de Romare.*

* *volunt appellare*

*Idem.*

Super eo vero quod quærere voluiſti, ſi alicujus electio caſſata fuerit, & idem regimen ejuſdem eccleſiæ iterum concorditer nominatus, an ſecunda electio debeat confirmari. hoc tuam tenere volumus diſcretionem, quod ſi prior electio non vitio perſonæ, ſed modo electionis caſſatur, niſi forte ſimoniæ pravitatis aliquid interceſiſſe conſtiterit, promotionem ejus in eadem eccleſia non debeat impedire.

## DECRETA CLEMENTIS III.

*Contenta*

In Compilatione edita a Manſi in Append. ad Miſcellanea Baluzii to. III. edit. Lucenſ.

## CLEMENS PAPA III.

*Habetur Regiſtrorum Libro. Cæſarauguſtano epiſcopo.*

IN præſentia noſtra poſitus Ambroſius, duxiſti neceſſario requirendum, quid agendum ſit tibi de quibuſdam mulieribus in tua diœceſi conſtitutis, quæ cum viros ſuos in captivitatem, vel aliam peregrinationem adductos jam ultra ſeptemnium fuerunt præſtolatæ, nec certificari poſſint de vita ac morte, licet ſuper hoc ſollicitudinem diligentem habuerunt; quod cum juvenili ætate, ſeu alia fragilitate carnis humanæ continere non poſſunt, aliis expetunt in matrimonio copulari. Cum autem dicat Apoſtolus. *mulier tandiu alligata eſt viro, quandiu vir ejus vivit*. Tuæ conſultationi taliter reſpondemus. Quod quantocumque annorum ſpatio ita remaE neant, viventibus viris ſuis non poſſunt ad aliorum conſortium canonice convolare, nec tu eas contrahere Eccleſiæ auctoritate permittas, donec certum nuncium receperunt de morte virorum.
(Datum Laterani.)

*Idem dicit vilielmo Regi Siciliæ.*

Caritatis amica ſimplicitas nullis verborum fallaciis, nullis appetit ambiguitatum involucris offuſcari. Frequenter igitur eſt neceſſe, ut quæ minis plenæ dicta videntur, & ambiguitatis ſcrupulos poſſent ſane dicta generare, explanatione veridica clarius eluceſcant, ea propter benigne in

Do-

Domino fili, audito, quod in magnitudinis tuæ A
præſentia quæſtio mota fuerit, utrum ex noſtri
tenore reſcripti colligeretur, quod ſinguli hære-
dum tuorum ſingulis noſtris ſucceſſoribus fidelita-
tis praſtare debeant hujuſmodi juramentum. In-
tellecta etiam expoſitione dilectorum filiorum A.
in titulo S. Crucis in Jeruſalem, & P. in titu-
lo S. Laurentii in Damaſo Presbyterorum Car-
dinalium, Sedis Apoſtolicæ Legatorum, quæ ad
nos fuit ſub ſigillorum ſuorum teſtificatione tranſ-
miſſa, a ſano eorumdem intellectu nolentes ali-
quatenus diſſentire, Serenitati Regiæ duximus
intimandum, quod cum intentio noſtra ſit nil
intolerabile tibi, vel hæredibus tuis imponere,
taliter in hoc titulo tibi duximus reſpondendum,
ut hæredes tui qui nobis, vel alii ſucceſſorum B
noſtrorum juraverint, alii poſtea jurare minime
compellantur: Catholicis tamen ſucceſſoribus no-
ſtris, qui præpoſiti fuerint & hominii, & fideli-
tatis puritatem nihilominus, ac ſi juraverint,
omni tempore teneantur abſque tergiverſatione
aliqua fideliter obſervare, niſi forte alicui eorum,
ſicut perſonæ tuæ fuerit hominium benignitate
Sedis Apoſtolicæ relaxatum, qui tamen non ſe
propterea credit a fidelitatis obſervatione immu-
nem.

( Datum Laterani. )

*( Idem Abſerenti Epiſcopo, & Abbati S. Andreæ de Bergis. )*

Uncis incluſa deſunt in Decretal. *ad audientiam* 12. de homic. vol.

Ad audientiam Apoſtolatus noſtri ex parte
veſtra pervenit quod quidam presbyter volens cor-
rigere quendam de familia ſua eo cingulo, quo
cingi ſolebat, illum verberare tentavit: & con-
tingit quod cultellus de vagina, quæ cingulo ad-
hærebat, elapſus eum in dorſo aliquantulum vul-
neravit. Poſtmodum vero cum ille vulneratus
aliquandiu vixiſſet, & jam convaluiſſet a vulne-
re, graviori, ut creditur, infirmitate perculſus,
cum ſana mente, ac devotione debita viam eſt
univerſæ carnis ingreſſus. Quia vero utrum oc-
caſione vulneris deceſſiſſet dubium habebatur,
(eodem presbytero ab omni officio, beneficioque
ſuſpenſo,) quid ſuper hoc vobis eſſet agendum
Apoſtolicam Sedem conſultare voluiſtis. Nunc
itaque veſtræ diſcretionis induſtriæ duximus reſ-
pondendum, quod cum in dubiis ſemitam de-
beamus eligere tutiorem, vos convenit injungere
presbytero memorato ne de cetero in ſacris or-
dinibus adminiſtrare accedat; injuncta tamen pœ-
nitentia congruenti poteſtis ei concedere, ut ſit
contentus in minoribus ordinibus miniſtrare. Si
vero (vobis legitime conſtiterit, quod) ex alia
infirmitate obierit, de veſtra licentia poterit, ſi-
cut erat ſolitus, divina officia celebrare.

( Datum Laterani. )

## CLEMENS PAPA III.

Cap. *ad id* 11. de ſponſal.

Ad id quod nobis per litteras tuas intimaſti de
quadam Parochiana tua, quam ſuus vitricius cui-
dam Teutonico matrimonialiter copulavit, taliter
reſpondemus, quod quamvis undecim annos ad-
huc habens ab initio ei invita fuiſſet tradita, &
renitens, tamen quia poſtmodum per annum,
dimidiumve ei cohabitans conſenſiſſe videtur, ad
ipſum eſt cogenda redire; nec de cetero recipien-
di ſunt teſtes, ſi quos memorata mulier ad pro-
bandum quod non conſenſerit in eum nominavit
producendos, cum mora tanti temporis hujuſmo-
di probationem excludat. Volumus igitur & man-
damus, ut propter hoc non omittas, quominus

(appellatione remota) per cenſuram Eccleſia-
ſticam utrumque compellas ad alterum maritali
affectione reamandum, niſi forte vellent ad Re-
ligionem pariter convolare; pœna eis inflicta pro
eo quod ad alienos, & illicitos concubitus uter-
que tranſiverit.

( Datum Laterani. )

*Idem Formolenſi Epiſcopo.*

Cap. C... ...ſanguinei 11. de ſent. & re judic.

Conſanguinei Ermengardæ, latoris præſentium,
ſicut nobis litteris tuis intimaſti (productis jure
ſub examine teſtibus) compaternitatem inter ip-
ſam & virum ſuum legitime provenire, ita quod
inter eos ſententia divortii protuliſti. Prædicta
B vero E. cum ſit tibi poſtmodum confeſſa ejus
commater in veritate ante ſententiam non fuiſ-
ſe, poſt ſeparationem compaternitatem eam con-
traxit, & tamen ad ſecundas nuptias convolavit.
(Quia igitur reatum ſuum recognoſcens hunc
conſilium noſtrum ſuper hoc expetat, tu a no-
bis in hoc poſtulaſti reſponſum. Fraternitati tuæ
præſenti pagina reſpondemus, quod propter ſo-
lam confeſſionem mulieris non eſt recedendum
a ſententia per judicium Eccleſiæ rationabiliter
promulgata, niſi forte in contrarium legitime
probaretur. (Ad ultimum eidem mulieri vero
delictum ſuum tibi confeſſæ pœnam illam injun-
gas, quam juxta qualitatem perſonæ & quanti-
tatem exceſſus ei videris imponendam.)

Cap. *Martinus* 4. de cogn. ſpiritual.

C Martinus Bertam duxit in uxorem; Tebergam
ſibi Lotharius copulavit, Lotharius Martini, &
Bertæ filium de ſacro fonte ſuſcepit, Lotharius
vero & Berta ſublatis de medio, Martinus cum
Teberga contraxit. (Quærit tua Fraternitas
utrum tales ſint ab invicem ſeparandi.) Nos au-
tem tuæ conſultationi duximus reſpondendum,
quod cum ſecundum verbum Domini vir & mu-
lier una per connubium caro efficiantur, liqui-
dum eſt Tebergam non poſſe Martino Matrimo-
nialiter copulari, qui eam par ejus fuerat, cum
quo ipſa Teberga una caro noſcitur extitiſſe.

(Super alium vero de quo reſcriptum Apo-
ſtolicæ Sedis poſtulaſti, utrum conjugatus, qui
ante contractum matrimonium uxoris ſuæ con-
D ſanguineam propinquam carnali commixtione co-
gnovit, cum id uterque confiteatur, & aliqua
pars viciniæ id acclamare dicatur, ſit ab uxore
ſua Eccleſiæ judicio ſeparandus: tali reſponſo
tuæ Fraternitati reſcribimus, quod ſi aliter veri-
tas ordinario judicio non patuerit in muliere,
propter eorum confeſſionem tantummodo, vel
rumorem viciniæ ſeparari non debent. Cum enim
quando nonnulli inter ſe contra matrimonium
colludere velint, ad confeſſionem inceſtus facile
proſilirent ſi ſuo deſiderio crederent præjudicium
concurrendum. Rumor autem viciniæ non eſt
momenti uſque adeo judicandus valide, quod niſi
rationabiles, & fide dignæ probationes accedant,
poſſint bene conſtitutum matrimonium vitare.)

E (Tertio loco quæſtionis hujuſmodi nodum Fra-
ternitas tua petiit explicandum, an juvenis ſpon-
ſam ſuam in quantum per verba de præſenti
conſenſit, uxorem debeat habere, ad quorum
matrimonium impediendum neptis ipſius ſponſæ
proſiliens ſe a juvene carnaliter præcognitam
proponebat; & cum de hoc teſtes produceret,
dixerunt illi ſe pro certo credere, quod illa præ-
dicti juvenis, concubina extiterit, & ei carnali
commixtione conjuncta, adiicientes quod eos in
ſimul videbant per plana, & nemora, vias, &
in via pluries convagantes, & teſtimonium vici-
niæ ſe ſuper hoc recepiſſe dicebant. Ad majo-
rem

rem autem certitudinem quod minus ſufficienter credidiſti probatum, quod eadem mulier aſſerebat tam ipſam, quam juvenem juramentis adſtrictos dicentem convenisti, & ſeorſum venti conſeſſi ſunt, quod ſe ad invicem carnaliter præcognoverant. Licet juvenis nollet ab ea quam desponſaverat ſeparari. Nos autem iis, quæ dicta ſunt intellectis, attendentes viciniæ famam & dictorum mulieris, ac juvenis confictas confabulationes, & per ſolitudines vagos inceſſus per teſtes eſſe probatos, & de carnali cognitione eos per juramentum ſeparatim fuiſſe confeſſos; præſertim cum hoc non dicatur occultum, ſed quam maniſeſte a pluribus prædicitur, prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, & præſertim felicis memoriæ Alexandri Papæ ſtatuta ſectantes, conſultius, & ſecurius eſſe credimus, ut matrimonialiter non jungantur, ſed ab invicem ſolutis ſponſalibus ſeparentur.)

( Datum Laterani. )

## CLEMENS

( *Aquilejenſi Patriarchæ*. )

Cap. *Eum deſideres* 15. de ſent. excom.

Cum deſideres ( quid tua Fraternitas obſervare ſuper his, quæ dubietate continent, Apoſtolicæ Sedis ſcripto plenius edoceri, nos, qui licet immeriti ex ſuſceptæ adminiſtrationis officio conſultationibus reſpondere cogimur, ſingulorum interrogationum tuarum nodos præſenti reſcripto ſolvere volumus; & tuam in hoc prudentiam commendamus, qui cum juris Canonici peritiam habeas, & prudentum conſilio perſruaris, ad majorem tamen evidentiam, & formam cæteris præfigendam, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris tuæ conſulta requiris, in quo ſpiritum conſilii, & fortitudinis, ſicut vir dilectus, & prudens te habere oſtendis.) Fuit autem primæ quæſtionis tenor hujuſmodi utrum alicui excommunicato, qui mandato Eccleſiæ ſtare juravit, & ante abſolutionem Epiſcopus ei communionem reddidit, ſit communicandus ab aliis, & an Epiſcopus id facere debeat? Cui ſiquidem quæſtioni taliter duximus reſpondendum quod cum cautio juratoria, quam hodie, qui excommunicati ſunt, præſtant, potius ad cautelam ex conſuetudine Eccleſiæ, quam ex rigore Canonum ſit inducta, neque momenti tam validi reputentur, ut niſi abſolutionis beneficium ſubſequatur, ille qui excommunicatus eſt debeat aliorum communioni reſtitui, præſertim cum ex eo juramento abſolutionem conſecutus non ſit, & conſtat eum excommunicatum fuiſſe & verum ſit abſolutum non eſſe non poteſt Epiſcopus, nec debet ( ei communionem reddere ), nec alii eidem communicare, niſi fuerit ſecundum formam eccleſiaſticam poſt juramentum præſtitum abſolutus, quia ( ſecundum Apoſtolorum Canones, & Fabiani ſtatuta Pontificis) : qui cum excommunicato ſcienter communicaverit, eſt communione privandus, imo, ( juxta Iſidorum ) ſtatim cum eo excommunicationis contrahet pœnam.

Secundæ quæſtioni, ( ſtatuta Canonum, & præcipue piæ memoriæ Alexandri Papæ III. Prædeceſſoris noſtri ſequentes) hunc finem duximus imponendum, quod ſi publica fama eſt aliquem verberaſſe Clericum, nec Epiſcopus, nec alii ei communicare debent, niſi legittime ad arbitrium Epiſcopi de hoc ſe purgaverit vel ad majorem cautelam beneficium abſolutionis acceperit.

Tertio loco tua diſcretio requiſivit. ( Si Clericus verberatus ab aliquo querimoniam apud Epiſcopum ſuum depoſuit, & teſtes producere paratus fuit, & Epiſcopo mediante, & communicante ei, qui verberavit ipſum amicabiliter cum eo) compoſuit, & reconciliatus ei fuit, an ſit ei communicandum ab aliis; ſuper quo taliter reſpondemus: quod licet ille, qui violentas manus injecit, ( ei ) quem læſit, ſatisfeciſſe videatur, Eccleſiæ tamen ( gratiam ) offendit, ex hoc non ſatisfeciſſe dignoſcitur, niſi forma Eccleſiaſtica, quæ pro abſolutione talium, ut ſupra diximus, introducta eſt obſervetur.

( Ultimæ præterea quæſtionis perplexionem revolvimus, quod non impari ſtylo criminis conquadratur, qui Clericum captivum detinet, licet violentas manus in ipſum non injecerit, ei, qui violentas manus injecit, nec eſt communioni Fraternæ reddendus, niſi juxta formam Eccleſiæ fuerit, ut ſupra dictum eſt abſolutus.

Data, ut ſupra.

## CLEMENS PAPA III.

Nobis eſt ex parte Eccleſiæ veſtræ requiſitum, utrum aliqui ſuper accuſatione Matrimonii nil voce propria depromentes debeant per ſolam cartulæ conſcriptionem admitti. Ad hoc dicimus quod in talibus niſi quantum ad præſumptionem nullius momenti eſt conſcriptio, qua ad ſententiæ calculum proferendum; niſi alia legitime ſuffragante: præterea quia, & hoc conſultationi fuit adjectum unde reſpondemus, quod qui ſponſalibus interfuerunt, & tacuere quæſiti non ſunt recipiendi, poſtea ſi velint contra matrimonium aliqua confiteri, niſi de his aliqua velint dicere quod in veritate poſtmodum didicerunt, de quibus etiam conſtet eos nihil factæ interrogationis tempore cognoviſſe. Qualiter ab his, qui accuſant matrimonium, vel aliquid proteſtantur recipiendum ſit Sacramentum, & poſt quot annos ſint aliqui in accuſatione matrimonii audiendi, præſentibus literis non duximus adnectendum, quia forma hujuſmodi Sacramenti pene in omnibus patet in Canonibus diligenter expreſſa; tum quia propter varietatem caſuum, & diverſitates perſonarum certa de annorum ſpatio iis non poſſit meta præfigi.

Data Laterani.

## CLEMENS PAPA III.

. . . . . *Epiſcopo*.

Cap. quæſitum 7. de Pœnit. & Remiſ.

Quæſitum eſt a nobis: utrum Sacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet uti, publica ſit pœnitentia imponenda, ſi eam ſibi poſtulent pro filiis oppreſſis injungi. Huic igitur conſultationi taliter reſpondemus, quod ſi ipſis procurantibus, vel ſtudioſe negligentibus filii in lectis reperiuntur oppreſſi ab officio altaris debent perpetuo abſtinere, & eis gravior quam laicis, non tamen pubblica, niſi id in publicum veniat, pœnitentia debet imponi. ( Qui tamen non ſolum a Sacrorum Ordinum executione ceſſabunt, verum etiam ſi ſunt infra ipſos ad eos minime aſſumantur; ) verum ſi ex incuria mortui inveniantur in cunis, & fuerit illud occultum, pœna eis pro arbitrio pœnitentiarii imponatur, & in terrorem aliorum ad tempus abſtineant a celebratione Miſſarum.

( Datum Laterani. )

Idem

*Item . . . . . Epiſcopo.*

Ex literis tuis accepimus quod lator præſentium W. nomine de tua Diœceſi olim quandam duxit Luciam videlicet in uxorem, qui maligno ſpiritu inſtigante paucis temporibus fuere concordes. Proponebat etiam idem W. quod illam per violentiam ſibi illatam metu etiam mediante duxiſſet. Tu vero una cum Capitulo tuo cum tam minis quam admonitionibus inter eos ſæpius pacem reformare ſtudens, & eos temere ſegregatos reconciliari pariter coegiſſes, tandem vir uxorem ſuam ſuper crimine fornicationis..... tentavit. Poſt longas vero inducias & admonitiones diligenter factas, ut ab hujuſmodi litigationibus ceſſarent, cum ad hoc ulterius ſedari non poſſent, vir etiam eam iterum de crimine fornicationis expreſſius appellaret, ipſi, neſcimus quo ducta ſpiritu, coegit publice confiteri, quod cum vir ei negaret in debitis, & neceſſariis providere, crimen compulſa eſt incurrere memoratum. Cumque diligentius a te fuiſſet commonita, ne ad ſuggeſtionem alicujus vel iniquum Conſilium illud tam turpe contra ſe proponeret, ipſa eadem manifeſtius aſſerebat. Sane convocato Capitulo tuo, & aliis viris diſcretis, cum ex eorum conſilio utrique parti continentiam firmiter injunxeris obſervandam; ita quod caſte viverent invicem ſegregati, & ex relatione quorumdam perceperis quod aliam memoratus W. intenderet ducere in uxorem, licet ipſum ne hoc facere aliquatenus attemptaret, monuerit diligenter, ipſe nihilominus extra Civitatem furtim cum alia ſponſalia & nuptias temere celebravit. Verum cum factum inquirere laborares, ut ſecundum illud procederes, ſupradictus W. rei ſeriem prout factum fuerat explicans, & exponens, ad noſtram audientiam dicitur appellaſſe. Unde Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quoniam ſi res ita proceſſit, prætaxatum virum, appellatione remota, ad legitimam uxorem per excommunicationis ſententiam redire compellas & injuncta eidem pœnitentia de commiſſo adulterio cum ſecunda, priorem maritali affectione ab ipſo facias pertractari. Capellanum nihilominus, quem benedictione tibi conſtiterit celebraſſe cum ſecunda, ab officio, beneficioque ſuſpenſus cum literarum tuarum teſtimonio apud ſedem Apoſtolicam nullatenus deſtinare poſtponas.

Datum Laterani.

## CLEMENS III.

Super quodam Regulari Canonico de tua diœceſi, qui in articulo mortis agens, licet a Priore ſuo commonitus proprium, quod contra regulam latenter habebat, noluit reſignare, & ſic diem clauſit extremum, quid ſcilicet de illo agendum ſit, cum nihilominus ſit inter alios Fratres traditus ſepulturæ, nos duxiſti neceſſario requirendos: quia vero te ignorare non credimus, quid de talibus in Regula S. Auguſtini habeatur ſtatutum, & quid in Synodo Lateranenſi conſtet inhibitum, manifeſte inquiſitioni tuæ præſentibus literis reſpondemus, quod ille Canonicus non tantum fuit Chriſtiana ſepultura privandus verum etiam ſi ſine maximo ſcandalo potuerit fieri de ipſa projici dignus, & extra cimiterium Eccleſiæ ſepelliri, cum ſicut in ipſa Synodo habetur expreſſum, nec abſolutio pro eo facienda ſit, nec inter fratres debeat ſepulturam habere, hoc autem cum forte contigerit in talibus eſt agendum.



## CLEMENS III.

In audientia noſtra talis fuit conſultatio ex parte tua propoſita, utrum Clerici, qui arma militaria, relicto habitu clericali, geſtare nullatenus erubeſcunt, ſi eis fuerit corporalis injuria illata, vel ſe a captore redemerint, illa debeant clericorum immunitate gaudere, qua pro temeraria manuum injectione facta in clericum excommunicatus quis ipſo, jure notetur. Ad hoc tibi breviter reſpondemus, quod cum fruſtra Eccleſiæ ſuffragium invocat, qui committit in ipſam, & lex ſæcularium Principum huic reſponſo ſatis efficacia aſſerat argumenta, quo manifeſte caſſatum habetur. Matronam cujus pudicitia attentata fuerit, non poſſe injuriarum agere ſi fuerit in veſte meretricia depræhenſa; hujuſmodi clerici ſi fuerint a Prælatis ſuis tertio commoniti, & noluerint arma deponere, de privilegio clericorum habere non debent.

## CLEMENS JEGOCI

*Epiſcopo.*

Pervenit ad nos quod (in Epiſcopatu tuo ſæpe contingat,) quod a laico enormis, & intolerabilis injuria clerico multis adſtantibus, & videntibus inferatur, (vel præſente plebe in Eccleſia cum diabolicæ fraudis inſtinctu accidit horribiliter ſanguinem humanum fundi) & ob hoc injuriantes in cauſa tracti negant ſe tantum facinus commiſiſſe, & cum læſus illatam injuriam eorum teſtimonio, qui præſentes viderunt, probare deſideret, (ipſimet, licet veritatem cognoverint, contemnunt) teſtimonium veritati perhibere, & ſic Eccleſiaſtica juſtitia deperit, & clericalis ordo vileſcit. (Accidit etiam complures frequenter in clerico violentas manus temere injiciunt, ad ſedem nequeunt Apoſtolicam plurimis obſtaculis venire; & quia ſuper his tua nos duxit Fraternitas conſulendos,) tuæ conſultationi taliter reſpondemus: quod qui de rebus Eccleſiaſticis nolunt teſtimonium perhibere ſi alias veritas nequiverit inveniri, (licet juxta rigorem canonum unius teſtimonio non ſit ſtandum, juxta conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ propter reverentiam ordinis Clericalis ipſorum juramento fidem volumús adhibere. Illos autem, qui valetudine præpediti pro abſolutionis beneficio ad Sedem nequeunt Apoſtolicam venire, recepto ab eis juramento, ſicut moris eſt, potes abſolvere; ita quod ſanitati priſtinæ reſtituti Apoſtolico conſpectui ſe repræſentent. Sexui vero fœminis, & pueris, ac ſenibus ſatis credimus te libere diſpenſare. Eccleſias, quæ fuerint ſanguinis effuſione pollutæ, civitatis Clericis convocatis, & cum proceſſione, & aquæ benedictæ aſperſione, prout in Ordinario habetur ſctiptum, poteritis emundare.) — Cap. *Pervenit* 5. de fide inſtrum.

De his vero qui non fratri enormem injuriam irrogant, tuæ Fraternitatis arbitrio duximus relinquendum. — Cap. *Pervenit* 17. De Sent. excom.

## CLEMENS JEGOCIENSI

*Epiſcopo.*

Interrogatum nobis eſt ex parte veſtra utrum Judæi, vel Saraceni ad Fidem Chriſtianam converſi ſuis uxoribus cohabitare valeant, quas in



ſecun-

ſecundo, tertio, & quarto gradu ſibi dum fuiſſent in infidelitate poſiti, matrimonio copularunt; an & ipſis converſis liceat relictis conjugibus ad alias nuptias convolare. Auctoritate igitur præſentium reſpondeo, quod taliter ad Fidem converſi, quandiu volunt uxores eorum remanere cum ipſis, eas ſive converſæ ſint, ſive non, licentiam habent, ſi voluerint, retinendi, non tamen ad hoc ſunt cogendi. Cæterum ipſis viventibus, & volentibus remanere, cum aliis contrahere non debent; quod ſi in odium Fidei Chriſtianæ receſſerint, cum teſte Gregorio contumelia Creatoris ſolvit matrimonium, jus circa eum qui, relinquitur, alias ducere minime prohibentur. Næc refert utrum in ſecundo, vel tertio, vel quarto gradu, dum fuiſſent in infidelitate, contraxerunt, cum tantum fuiſſet in veteri lege prohibitum, ne ſororum ſuarum turpitudinem revelarent.

## DE EXCOMMUNICATIONE & interdictione

( *Clemens III. Lugdunenſi Archiepiſcopo.* )

Cap. *ad quæſtiones* 6. de rerum permut.

Ad quæſtiones ſolvendas, quæ per Fratres & Coepiſcopos noſtros Sedi Apoſtolicæ porriguntur, juxta officii noſtri debitum, nos convenit ſolutionem adhibere.) Intelleximus utique ex tuis literis, quod duæ conventuales Eccleſiæ ſunt in tua Diœceſi conſtitutæ, quarum utraque parochialem habet Eccleſiam cum poſſeſſionibus, magis alteri, quam ſibi vicinam. Illis autem eas deſiderantibus permutare, cum illarum altera reſpectu meliorum proventuum poſſeſſionum ſuæ Eccleſiæ ſibi poſtulet adjici, certam ſummam pecuniæ numeratæ, ut ſic ad qualitatem præmii valeat perveniri, utrum poſſit id licite fieri, cœpit ab aliquibus dubitari, ( quam ob cauſam Sedem Apoſtolicam conſulere voluiſti. Licet itaque tuæ diſcretionis induſtriam ignorare minime reputemus, quid ſuper eodem articulo ſit agendum, nihilominus ſic tuæ diligentiæ ) reſpondemus quod cum de jam dictis Parochialibus Eccleſiis per ſe queat permutatio celebrari, & in permutatione poſſeſſionum per ſe non ſit inhibitum, ubi altera poſſeſſionum alteri præponderat, pecuniam poſſe refundi, de ipſarum quanto poſſeſſionibus ad invicem prout viſum fuerit expedire refuſa certæ pecuniæ quantitate, poterit contractus permutationis fieri, ſic tamen quod nequaquam contractus ſibi invicem miſceantur.

## DE JURE PATRONATUS

( *Clemens III. Archiepiſcopo de Sancto Marino.* )

Cap. *nobis fuit* 17. de Sim.

Nobis fuit ex parte tua ſignificatum ( cum magna diligentia ) quod cum quatuor eſſent a Capitulo conſtituti, qui debeant quondam in Plebanum eligere, amici illius, de electione cujus res habebatur, uni eligentium, vel omnibus promiſerint ſe pecuniam ſoluturos, eo tamen ignorante, qui hujuſmodi interveniente promiſſione poſtmodum eſt electus. Quia igitur nos ſuper hoc conſulere voluiſti, ſolicitudini tuæ taliter reſpondemus, quod niſi forte conſtaret illos, qui tale promiſſum fecerunt per fraudem, & in diſpendium illius, qui eligendus erat, id malitioſe feciſſe, quamvis ipſe conſcius promiſſionis non fuerit, tamen electio tanquam ſimoniace per pravitatem hujuſmodi acquiſita eſt penitus reprobanda.

( Præterea quæſiviſti a nobis: Si quis efficiatur ſuæ Eccleſiæ conſtructione patronus, vel ſi ad electionem Plebani ſit cum Clericis admittendus, ſeu ab ipſa omnino repellendus, tametſi de longa conſuetudine electioni ſe alligaverit intereſſe debere. Et huic ſiquidem tale damus reſponſum: quod ſi quis Eccleſiam conſenſu Diœceſani Epiſcopi conſtruxerit, ex eo jus Patronatus acquirit. Ceterum conventuali eccleſia non electioni Plebani faciendæ, ſed jam factæ, ut honeſtius Patroni poſtuletur conſenſus, niſi Patronus alias de ſua juriſdictione obtineat, ut partes ſuas interponere debeat electioni tractandæ. Secus tamen eſt in Capella, in qua unus Presbyter ſtatuendus, quoniam a Patrono eligitur, & per inſtitutionem habendam loci Epiſcopo præſentatur. Pro fundatione quoque ipſa honor proceſſionis fundatori ſervatur, etſi ad inopiam vergit, ab Eccleſia, illi modeſte ſuccurritur, ſicut in Canonibus eſt conſtitutum.)

Ad ultimum ſuper hoc, quod in fine tuæ Epiſtolæ invenimus, hoc duximus reſpondendum; quod aliquis in plebanum ſeu presbyterum, ſeu quemlibet Eccleſiæ Prælatum electus, & ſi eſt per pravitatem reprobatus, ab Epiſcopo ſuo diſpenſationem aliquam de jure obtinere non debet.

( Datum Laterani VIII. Idus Maji. )

## CLEMENS PAPA III.

( *R. Sanctorum Marcellini F. & Petri Presbytero Cardinali Abbati.* )

Cap. *Tenor* 10. de ſent. & re judic.

Tenor literarum tuarum nobis tranſmiſſus oſtendit, quod ( cum in Archipresbyteratu S. Germani ) inter Robertum, & B. Mulierem quæſtio Matrimonii verteretur, ( ipſa teſtes pro Matrimonio producente vir ad Sedem Apoſtolicam appellavit. Cumque venerabili Fratri ) * Teleſino Epiſcopo, cauſa commiſſa fuiſſet, ( quia terra illa tunc pro Regis morte turbata, mulier ſibi evidenti periculo viarum præcavens, non poterat ſe judici, quo ab eo tertio cito fuerat, præſentare, licet nuncium cum excuſatione tranſmiſerit, Epiſcopus tamen ) eundem R. poſtmodum muliere abſente ab impetitione ipſius abſolvit. Ceterum eadem Mulier ( ad præſentiam noſtram accedens ) a nobis ad te literas impetravit, ut de cauſa cognoſcens, & eam debito fine dirimeres, ( quandoquidem coram memorato Epiſcopo pro commotione terræ non poterat diffiniri.) Dictus vero R. a te convocatus ad cauſam infirmitate prætenſa non affuit; ſed quia nocte ſequente aliam ſibi copulare præſumſit, in eum excommunicationis ſententiam promulgaſti, a qua tandem fuit poſtmodum abſolutus, cum ante te in propria perſona veniens oſtendit literas Epiſcopi memorati, quibus eum ab inquietatione ipſius ab hoc abſolutum fuiſſe patebat, ( quod ad præſentiam Epiſcopi non acceſſit.) Quia igitur, ( ſicut proponis, mulier eadem cum lacrymis quotidie clamat poſt te,) ſuos teſtes afferens ad probandum, quod idem eam deſponſationis annulo publice ſubharraſſet, tu quid ſuper his agere debeas humiliter poſtulas edoceri. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod non obſtante tali illicita abſolutione quam Epiſcopus fecit, in cauſa (ſublato appellationis impedimento procedas, & eam debita fine decidas, ) idem Roberto ſub pœna excommunicationis arctius interdicens, ne ad eam, quam ſuperinduxit, accedat, priuſquam fuerit

* Theatino

causa

cauſa deciſa (Teſtes autem non reſpuas, quos de parentela ſua, vel aliis, dummodo alias idonei ſint, prænominata B. duxerit producendos, cum conſanguinei tum chartis tum teſtibus, tum & recitatione majorum, vel argumentis aliis melius quam extranei ſuam conſueverint cognoſcere parentelam.)

*De eo qui cognovit conſanguineam uxoris.*

Ex literis tuæ diſcretionis accepimus, quod cum G. a te pœnam poſtulaſſe confeſſus quamdam intra nubiles annos deſponſaſſe; ſed cum in domo Patri ſui cum ipſa maneret, ad ſororem ſuæ ſponſæ acceſſit, eamque carnaliter, diabolo ſuggerente, cognovit; ſed poſtmodum cum a Parentibus cogeretur, ut ſponſam acciperet, eis confeſſus eſt præſcriptum facinus perpetraſſe; ſed Archidiaconus loci nihilominus ipſum ſponſæ ſuæ debitum carnaliter perſolvere Eccleſiaſtica cenſura coegit. Qui licet invitus ſe aſſerit paruiſſe. Ceterum quia prohibuiſſe diceris, ut ad neutram carnalem acceſſum habeat, & nos conſulere voluiſti, quid officio tuo competat faciendum, conſultationi tuæ taliter reſpondemus quod ex ſola ipſius viri confeſſione ſuper hoc crimine, a ſponſa ſua non debet aliquatenus abſtinere.

*De Jurejurando.*

Cum te audiremus ante conſecrationem tuam juramenta adeo in damnum Epiſcopalis juris, & dignitatis Canonicis dare monitum præſtitiſſe, quod ex eo robur Epiſcopale videatur nimium enervari; tu ſuper hoc, ſicut providus & diſcretus, nos conſulere voluiſti, & huic incommoditati remedium apoſtolicum ſuppliciter imploraſti; Nos itaque & auctoritate pro noſtri officii debito providere volentes tuæ ſollicitudini reſpondemus, quod illicita juramenta in damnum Epiſcopatus Claremontano capitulo a te præſtita nullum tibi debent impedimentum afferre, & ut ſuper hoc contra detrahentium objectiones tutus, & præmonitus exiſtas, noſtras abſolutionis literas tibi in teſtimonium duximus indulgendas.

## DE SIMONIA.

### CLEMENS III.

*(Cæſaraugustano Epiſcopo.)*

Cap. de Regularibus 15. de Simon. De regularibus Canonicis, ſeu Monachis nos voluiſti conſulere, qui per ſimoniam ingreſſum, ipſis ſcientibus (& machinantibus) habuerunt. Verum cum ſuper hoc auctoritates multæ inveniuntur expreſſæ, non aliud, quam ſtatutum eſt, reſpondemus, ut locum qui taliter accepti ſunt omnino dimittant, & ſollitudines ſeu alia monaſteria diſtrictiora adeant, in quibus tam execrabilem exceſſum abſque intermiſſione deplorent. Si autem ignorantibus ipſis pecunia data fuerit, cogas eos ad renunciandum loco eidem; & poſtmodum in ipſum reduces, ſi ibi abſque ſcandalo remanere potuerint, vel in aliquo, quod ſit de ordine ipſo ad ſerviendum poteris collocare.

## DE HOMICIDIO VOLUNTARIO, VEL CAUSALI.

### CLEMENS III.

*Conſulibus, & Populo Genuæ.*

Suggeſtum eſt auribus noſtris, quod cum D. Subdiaconus, præſentium lator aliqua die per quemdam pontem tranſitum faceret, & caſu in eo moram faceret, vidiſſet juvenis quemdam puerum contendentes in flumine violenter, bono zelo ductus, ne ab eis ſuffocaretur in aqua, ipſos leviter arguere cœpit ut puerum relaxarent. Illi vero puero dimiſſo eumdem ſubdiaconum conati ſunt ad flumen per pedes attrahere. Verum cum ad rivam proximus erat, ne pro eorum violento tractu præceps rueret, ſe, ut poterat, tenuiſſet, lapis tamen avulſus eumdem puerum, quem prius liberare voluerat, interficit. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolicum ſcriptum mandamus, quatenus ſi res ita ſe habet, eodem ſubdiacono per aliquod tempus, prout tibi viſum fuerit, ab ordinis ſuſcepti executione ſuſpenſo, ipſum in eodem poſtea miniſtrare permittas. Ad majores autem ordines, ne ſcandalum populo Dei ingeneretur, licet quoad hoc in culpa non videatur fuiſſe, nequaquam aſcendet, niſi forte ad Monaſterium, ſeu Canonicam regularem, circa ipſum de ſuſpenſis ordinibus fiat diſpenſatio, & ordinatori ſuo viſum fuerit faciendum.

### CLEMENS III.

*Caſſinenſis Archiepiſcopo.*

Ad hoc ex tua parte noſtris auribus relatum eſt &c. Quod a nobis tua Fraternitas requiſivit, an a Pontificibus generati valeant ad (gradus Eccleſiaſticos) promoveri, ſi ſcientia fuerint, & morum honeſtate probabiles: ſciat diſcretio tua, quod dummodo ex legitimo matrimonio ſint procreati, nec aliud canonicum obviat, licite poſſunt in ſacris ordinibus ordinari, & in eiſdem Eccleſiis, in quibus præſunt, vel etiam præfuerint genitores eorum beneficium obtinere. Cap. ad hoc ex tua 11. de fil. Presbyt.

### CLEMENS III.

*Livonienſi Epiſcopo.*

Quam ſit laudabile &c. Et infra. Tuis, frater Epiſcopo, petitionibus annuentes, tibi tuiſque ſociis, cum ad prædicandam Chriſti fidem paganis exhibitis, Apoſtolica auctoritate concedimus ut vobis iis cibis cum modeſtia & gratiarum actione, ſervata temporum qualitate juxta canonicas ſanctiones, uti liceat qui vobis ab ipſis infidelibus apponuntur. Inſuper indulgemus ut quicumque viri Monachi ſeu Clerici idonei ad nuntiandam gentibus Evangelicam veritatem, requiſita, & habita ſuorum prælatorum licentia, ſi voluerint adhærere, id abſque contrarietate aliqua exequendi liberam habeant auctoritate Apoſtolica facultatem.

*Idem.*

Tua nos duxit fraternitas conſulendos (an ii ſoli ſint ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi qui in latæ ſententiæ Canones incidentes manus in Clericos perverterunt violentas, & utrum poſſint ab eadem ſententia, niſi per Romanum Pontificem, Cap. Tua nos 19. de ſent. excom.

ficem, liberari. Unde) fraternitati tuæ reſpon- A
demus, quod non ſolum ii, qui in clericos te-
merarias manus mittunt, ſed etiam incendiarii,
ex quo ſunt per Eccleſiaſticam ſententiam pu-
blicati, pro abſolutionis beneficio ad Sedem ſunt
Apoſtolicam deſtinandi, (& nonniſi per Roma-
num Pontificem abſolvendi.)

(Illi vero, qui Eccleſiaſtica beneficia de ma-
nibus præſumunt laicorum accipere, non con-
ſueverunt pro tali exceſſu ad Sedem Apoſtoli-
cam laborare.)

Cap. Tua nos 4. de Cleric. egrot.

De Sacerdote vero; qui divino judicio lepra reſ-
perſus in Parochiali Eccleſia prælationis officio fun-
gitur, tibi duximus intimandum, quod pro ſcan-
dalo, vel obmurmuratione populi, ab admini- B
ſtrationis debet officio removeri, ita quod jux-
ta facultatem Eccleſiæ ſi quod vixerit, mini-
ſtretur.

*Idem (Turonenſi Epiſcopo, in eodem libro.)*

Cap. cum H. 1. De eo qui furti. Sed eſt Cæleſtini III.

Cum H. lator præſentium, ſicut ſua nobis con-
queſtione monſtravit, ad tuam præſentiam ordi-
nationis tempore acceſſiſſet, ſua ei Fraternitas
juxta conſuetudinem Patriæ quatuor minores or-
dines contulit, quibus nullatenus contentus, ſub-
diaconatum (eodem die inter alios latens, te inſcio,
& diaconatum) temerario auſu recepit. Quia vero
idem clericus in facto iſto multum exceſſit, Fra-
ternitati tuæ mandamus, quatenus eum in mi- C
noribus ordinibus permittas miniſtrare. Si vero
domum Religionis intraverit, & vita ejus, &
mores exegerint, Abbas ſuus etiam in aliis cum
eo poterit ordinibus diſpenſare.

*Idem Abienenſi Epiſcopo.*

Ea noſcitur, &c. *& infra*. Ad audientiam
ſiquidem noſtram, te ſignificante, pervenit, quod
quædam Eccleſiæ intra veſtram Diœceſim & ad
tuam juriſdictionem ſpectantes, cum in eis prius
fuerint clerici Sæculares, ad Regularem obſer-
vantiam ſunt translatæ. Verum in qua aliquan-
do Viginti clerici ſoliti fuerunt ſubſtentari, vix
modo ſeptem in ea, vel octo monachi commo- D
rantur, & ubi decem fuerunt clerici, vel qua-
tuor, vel tres monachi ſunt ſtatuti, cum poſſeſ-
ſiones non ſint modo diminutæ, nec aliqua, alia
ex quibus clericis ſolebant provenire. Quapropter
quid tibi ſuper his ſit amodo faciendum noſtris
petiſti literis edoceri. Ne igitur Eccleſiis illis ex
mutatione hujuſmodi Dei obſequium diutius ma-
neat imminutum, Fraternitati Tuæ præſentis
ſcripti pagina duximus indulgendum, ut ſi Præ-
lati, ad quos Eccleſiæ iſtæ pertinent, ad com-
monitionem tuam in eis tantum Religioſorum
numerum inſtituere prætermiſerint, quantus ex
earum proventu honeſte valeat ſubſtentari, libe-
rum tibi ſit in eis tot Religioſas perſonas ejuſ-
dem Ordinis, contra & appellatione ceſſante E
ſtatuere, quot eorum redditus ſufficiunt ad ne-
ceſſaria providenda. Liceat quoque tibi per di-
ſtrictionem eccleſiaſticam quos contradictores in-
veneris, appellatione ceſſante, cogere ad obſer-
vationem eorum, quæ ſuper his duxeris ſta-
tuenda.

*Idem Cantuarienſi Archiepiſcopo.*

Eſt in Copilat. II. & Clementi III. adſcribitur.

Ex litteris tuæ Fraternitatis accepimus, quod
cum B. miles C. mulierem XXV. annis tenue-
rit in uxorem, nunc dictus miles ab ea ſeparari
deſiderans, matrimonium accuſavit, aſſerens ſe
ad invicem in quinto gradu conſanguinitatis at-
tingere, idemque coram te probaturum idoneis
teſtibus proponebat; adjiciens inſuper quod ob
hanc cauſam a G. prædeceſſore tuo in primo
nuptiarum anno vinculo fuit excommunicationis
adſtrictus. Ex adverſo vero præfata mulier dixit
actionem ſuam nullatenus audiendam, eo quod
ſic probare manifeſte dicebat, ſemper XXV. an-
nis idem vir tamquam legitimam uxorem eam
tenuiſſe. Unde quia ſuper hæc nos conſulere vo-
luiſti, conſultationi tuæ taliter reſpondemus,
quod ſi tibi conſtitit prædictum virum mulierem
illam XXV. annis tamquam uxorem legitimam
tenuiſſe, ipſum ad eam uxorem de cetero deti-
nendam, & maritali affectione tractandam, ap-
pellatione remota, compellas, perpetuum ipſi
viro ſuper eadem quæſtione ſilentium Apoſtoli-
ca auctoritate imponens.

*De his, quæ fiunt a majori parte Cap.*
*Idem.*

Fraternitatem tuam &c. *& infra*. Diligenti
ſiquidem a nobis conſultatione credidit tua ſo-
lertia inquirendum, quid obſervare debeas, &
Apoſtolica auctoritate ſtatuere ſuper eo, in Ec-
cleſia ſua quidam vel etiam minimus ipſam Ec-
cleſiam, ſine tuo, & aliorum Canonicorum con-
ſenſu interdicto ſupponit, per quod & ipſius Ec-
cleſiæ ſervitium deſerit, & in populo ſcandalum
non modicum generatur; addidit etiam diſcretio
tua ſuper eo ſe velle reſcriptum Sedis Apoſtoli-
cæ promereri, quod quidam ex Clericis majoris
Eccleſiæ, vel aliarum in tua Diœceſi conſtitu-
tarum ordinationes earum, & alia rationabilia
ſtatuta Capituli . . . . canonicæ contradictionis
occaſione impediunt, & ordinationem Eccleſia-
ſticam procedere non permittunt. Primæ igitur
quæſtionis articulo reſpondemus, ut interdictum
ſine tuo, & fratrum aſſenſu per aliquem ex Ca-
nonicis in Eccleſia poſitum nullatenus ſervare
debeas, nec ſuſtinere, ut alii, præſertim contra
juſtitiam, edictum obſervent. Secundæ quæſtio-
nis nodum auctoritate Lateranenſis Concilii du-
ximus reſolvendum, ut niſi videlicet ab aliquo,
vel aliquibus potioribus, vel inferioribus tamquam
rationabile aliquid objectum probare contigerit,
prævaleat ſemper & obtineat debitum, appella-
tione remota, objectum, firmatum, quod a ma-
jori, & ſaniori parte Capituli fuerit conſtitu-
tum, niſi antiqua conſuetudo Eccleſiæ hactenus
obſervata, & auctoritate Sedis Apoſtolicæ con-
firmata, aliud ſuaſerit obſervandum, ſic enim
& audacia, dante Domino, refrenabitur impro-
borum, & Eccleſiaſticorum utilitas latius ex-
tendetur.

*De Conceſſione Eccleſiæ non vacantis.*
*Idem Rothomagenſi Archiepiſcopo.*

Ea noſcitur &c. *& infra*. Ex tua ſiquidem
nobis eſt ex parte propoſitum, quidquid dubium
tibi extat, utrum illorum ſit appellationi defe-
rendum, qui occaſione promiſſionis ſibi factæ ſu-
per Eccleſiis non vacantibus, cum eis præter-
miſſis, vacantes poſtmodum Eccleſias intelligant
conferendas, in vocem appellationis prorumpunt.
Super quo fraternitati tuæ duximus reſponden-
dum, quod cum promiſſiones hujuſmodi in Con-
cilio Lateranenſi fuerint prohibitæ, niſi Sedis
Apoſtolicæ auctoritas intervenerit, vel aliud
quid rationabile obviaverit, pro hujuſmodi ap-
pellatione non debet vacantium Eccleſiarum
in-

inſtitutio prorogari, vel aliquatenus impe- A diri.

*De Præbendis. Idem Aſturicenſi Epiſcopo.*

In Eccleſia veſtra centum numero Canonicorum, ſicut nobis innotuit, conſuevit inſtituere, & inſtitutionem veſtram religione firmare juramenti. Unde quia numero illo ſucceſſu temporum diminuto in dubitationem deducitis, utrum ipſum de inſtitutione Canonicorum ſupplere poſitis laicis computatis, qui in Eccleſia veſtra Canonicorum titulo nominantur, ſtatutis noſtris ſit impletum. Ut hæc ambiguitas a veſtris cordibus auferatur, nobis videtur, quod laici non debent Canonicorum numero computari, nec B vos debeatis quominus ſtatutum noſtrum juramento præſtito roboratum, de aliis Clericorum perſonis idoneis Canonicos ſuppleatis. Nec enim alia noſtra intentio fuiſſe putatur, quam quod tales ad ſupplendum numerum cum neceſſe foret curaretis unanimiter, invenire, per quos Deo in Divinis Officiis per Eccleſiaſticos Ordines congrue ſerviretis. Ad hæc vero diſtrictius prohibemus, ne de cetero laicos ut Canonicos admittatis,

## CLEMENS III.

*Allocenſi Epiſcopo Electo.*

Perpendimus ex literis tuis, quod quidam Sacerdos tuæ Diœceſis pro eo quod ſe Filium Regis nominare præſumpſit, & armis arreptis in Provincia ſeditionem fecit & guerram, a dilecto filio H. Comite per vicos viſus eſt fuſtigari, qui poſtea ejus mandato patibulo traditus expiravit. Quia igitur tam ipſum Comitem, quam alios hujus facti participes velle ſuper hæc ſatisfacere intimaſti, præſenti pagina duximus reſpondendum; quod ſi memoratus Sacerdos tali modo exceſſit, & arma ferens non propulſando injuriam, ſed eam inferendo fuit occiſus, non videtur nobis, quod interfectores ejuſdem propter hæc ad obtinendam abſolutionem Apoſtolicam Sedem adire cogantur. Tu vero quod melius noſti merita perſonarum, eis aliam pœnam competentem adjungas.

Ceterum de voto quod ipſum Comitem feciſſe proponis, ut ſcilicet ſingulis ſextis feriis in pane jejunent, & aqua, non videtur, quod reo e pretio illa ſufficiat de altari conſtructo, cum quamvis voluntarium ſit vovere, ex neceſſitate tamen vota licita ſunt ſolvenda.

Ad ultimum quod de ſubveniendo terræ Jeroſolymorum promiſit, ipſum ad * eundem illuc in propria perſona ſi fieri poteſt diligentius exhortetis, vel in voti ſupplemento competentia ſubſidia euntibus Jeroſolymam ſubminiſtret.

* eundum

In ultimo quo literarum loco requiſiſti a nobis, utrum Baro quidam de tua Diœceſi, qui Sacerdoti mortem inflixit, & poſtea ad Ciſtercienſem Ordinem convolavit, jam nunc factus monachus ab Abate tuo poſſit abſolvi. Ad quod breviter reſpondemus, quod ubi præceſſit talis excommunicatio in Monachum, nonniſi per Romanum Pontificem, vel ejus mandato abſolutionem ſui poterit obtinere; ex diſpenſatione tamen ei poteritis autoritate noſtra munus abſolutionis impendere, & pro exceſſu pœnam imponere competentem.

*De Duello. Idem.*

Cura ſuſcepti regiminis nos inducit, ut Fratrum noſtrorum conſultationibus reſpondere, & ab eis quantum humana permittit fragilitas dubitationis ſcrupulos amputare. Hinc eſt quod cum tua duxerit fraternitas Sedem Apoſtolicam conſulendam, utrum ſuper Eccleſiarum præſentationibus duella debeant ſuſtineri, tuæ duximus ſollicitudini reſpondendum, quod neque in eodem caſu, nec etiam in aliis debes aliquatenus tolerare.

*De Sententia Excommunicationis. Idem Lucenſi Capitulo.*

Cum bonæ memoriæ Clemens Papa prædeceſſor noſter L. M. M. & alios quoſdam Baren. Clericos vocaſſet, ut Bernardo Archidiacono ſuo, quem graviter læſerant, ad ipſius accederent præſentiam reſponſuri, quia venire juxta mandatum Apoſtolicum contempſerunt, in eas fecit per Vigilem Epiſcopum ſuſpenſionis ſententiam promulgari, in qua, ſicut dicitur, triennio permanentes, quidam ex ipſis ſuſpenſi aliud beneficium Eccleſiaſticum ſunt adepti; & quia utrum beneficia adepta poſſint rationabiliter retinere nos conſulere voluiſti; ſignificatione præſentium vobis reſpondemus, quod non liceat illos, nec C illa quæ habuerant, nec ea beneficia quæ poſtmodum ſunt adepti, aliquatenus retinere. Unde venerabili fratri noſtro Bar. Epiſcopo dedimus in mandatis, ut eos pro tanta pertinacia & contemptu Apoſtolico, beneficiis quæ habent, non differat ſpoliare, ea tamdiu in ſuis manibus detineantur, donec quid ſuper his facere debeas literas noſtras accipiat, & mandatum.

*Idem * Ludimenſi Archiepiſcopo.*

* Lugdunenſi

Cum in Eccleſia Dei pro diverſitate Ordinum, & honorum juriſdictio poſſidentium nonnumquam in ſubditis varietur, & venerabiles Fratres noſtri Epiſcopi conceſſam ſibi poteſtatem D exerceant in reddendis juribus ſubditorum, populorumque; evenit, ut non conſideratione juſtitiæ, ſed voluntatis propriæ libertate penſata, quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti quærentes, ipſorum Epiſcoporum judicium, poteſtatemque declinant, appellationis refugium uſurpantes, cujus auxilium juſte interponendum ad præſidium innocentium noſcitur inſtitutum. Accepimus autem venerabilis fratris noſtri Lingonienſis Epiſcopi tranſmiſſa nobis conquæſtione querelam, quod quidam Clerici de Guilan. gravaminis neceſſitate non compulſi, & ullius oppreſſionis moleſte gravati, ſed ſolo prætextu excutiendi a ſe jugum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ut poſſint libentius in ſui erroris, & nequam propoſiti liberta- E te baccari, ab audientia ſua vocem appellationis emittunt, & occaſione judicii tui, quod velle obſervare ſe jactant, ejuſdem Judicis Ordinarii ſine rationabili cognitione evitant. Quia vero appellatione diffugium non ad defenſionem iniquitatis, ſed ad remedium oppreſſorum, & damnatorum injuſte tam canonica, quam civilia jura induxerunt, ad ſtatuta Lateranenſis Concilii non eſt ſubditorum hujuſmodi appellatio admittenda, quæ non porrigitur niſi ubi digna correctio eludi valeat Prælatorum & omnium, qui in parte ſollicitudinis Eccleſiarum, diſponente Domino, convocantur; intereſſe dinoſcitur, ut ſua

☞ ſua cuique jura illibata ſerventur, fraternitatem tuam litteris præſentibus duximus commonendam, per Apoſtolicum ſcriptum tibi mandantes, ut ſi quando contigerit aliquem de prædictis Clericis a præfato Epiſcopo tuam audientiam appellare, non ante ſibi audientiam præbeas, nec ejus appellationes admittas, quam tibi conſtiterit ab appellatione illius, vel a gravamine, vel injuſta condemnatione porrectum; alioquin ipſum ad præfati Epiſcopi auditorium, remota appellatione, remittas, in ſuæ diſcuſſionis examine juſto ejus judicio permittens. Sic enim contumacia refrænabitur improborum, & honor Coepiſcopis debitus per fraternæ viciſſitudinis obſervantiam in ſua libertate conſiſtet.

*Idem Cæſarauguſtano Epiſcopo.*

Quia requiſiſti a nobis, fili p. Præpoſite, quid agendum ſit quando præbenda in Eccleſia tua vacante contigerit complures ex his, qui numerati ſunt ibi in vocem appellationis erumpunt, interdicentes expreſſim ne ad electionem alicujus procedant; conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi appellationem, quam interponunt, intra quadraginta dies proſecuti non fuerint, procedendum eſt poſtmodum, appellatione nullius obſtante, ad canonicam electionem perſonæ miniſterio Eccleſiæ competentis.

*Idem (Fidelibus in Vianenſi Provincia conſtitutis.)*

[Cap. *Non eſt* 22. de Decimis. Sed ibi eſt Cœleſtini III. ut etiam in II. Copilat.]

Non eſt in poteſtate hominum cum plantant arbores, vel aliqua terræ ſemina mandant, (quid ejus ſit ratio, vel plantatio reddituræ, cum juxta verbum Apoſtoli ad litteram exponendum. *Neque qui plantat aliquid plene facit, neque qui rigat, ſed Deus qui tribuit incrementum*. Audivimus autem quod quidam veſtrum de vineis, olivetis, cavila mellis, & frugibus, niſi primo deductis expenſis ſeminum, & laboris, & agriculturæ decimas curant Eccleſiis exhibere.) Revera ſicut Sancti Patres in ſuis tradiderunt ſcripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, & negotiatione, de ipſa etiam militia & de venatione, & de omnibus bonis decimæ ſunt miniſtris Eccleſiæ tribuendæ; ita etiam ut qui has ſolvere neglexerit Eccleſiaſtica debeant diſtrictione compelli. (Præterea ſi quis Domino decimas non dederit, quæ ſunt tributa ægentium animarum, & ex debito requiruntur, ad decimam partem, ut docet Auguſtinus, revocari meretur.) Volumus igitur, & diſtrictione præcipitur, quatenus antequam deducatis de cunctis veſtris bonis collectis expenſas, (ſalvis privilegiis Eccleſiæ Romanæ), decimas ad quos pertinent cum integritate debita perſolvatis.

[* Petrus] [* Villelm.]

Ex reſcripto literarum piæ recordationis * P. quondam Tuſculani Epiſcopi nobis innotuit, quod cum Civitatem Bononienſem tempore ſuæ legationis intrans invenit fuiſſe ibi a bonæ memoriæ * W. quondam Portuenſi Epiſcopo conſtitutum, & ſub excommunicatione prohibitum, ne aliqui Scholares aliorum hoſpitia majoris mercedis promiſſione conducerent, ubi ea ſibi vel inanis gloriæ ſtudio quaſi potentiores in expenſis apparere volentes, vel privatæ utilitatis commodo vendicarent. Unde ipſe ſollicita proviſione conſiderans, quod hujuſmodi conductionis improbitas in diſçordiæ fornacem, & impedimenta … modica pareret ſtudiorum, prædictam Con- (A) ſtitutionem legatione qua fungebatur Sedis Apoſtolicæ confirmavit, perpetuis temporibus ſub pœna decernens anathematis obſervandum, ut nullus Magiſtrorum, ſive Scholarium ſuper ducendis hoſpitiis in læſionem, & præjudicium habitantium audeat hoſpitem convenire, niſi prius conſtiterit tempus conductionis elapſum, vel inquilini in hoc ſuum præſtiterint placido favore conſenſum. Quo circa nos, qui deteſtabiles verſutias bonæ fidei contractibus inimicas non ſolum in Clericis, ſed etiam in quibuslibet etiam Mercatoribus condemnamus, prædictam conſtitutionem a præfato Portuenſi Epiſcopo factam, & demum a jam dicto præfato Epiſcopo Tuſculano confirmatam, ratam eſſe decernimus, (B) & eam auctoritate Apoſtolica confirmamus, ſtudentes ut a te, Frater Epiſcope, & tuorum omnium ſucceſſorum ſingulis annis in communi audientia Magiſtrorum, atque Scholarium præſens pagina recitetur, & prætaxata pravæ conditionis improbitas innovata per annos ſingulos excommunicationis ſententia reprimatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere. &c.

*Clemens III. (Suront. Archiepiſcopo.)*

[Cap. *Contracto* 5. de cognat ſpirituali]

Contracto Matrimonio inter P. & A. uxorem ſuam (ſicut ejus P. nobis conqueſtio patefecit, cum per biennium inſimul habitaſſent, & filium (C) ex ipſa uxore memoratus P. ſuſcepiſſet,) quia conſanguinei ejuſdem A. (volentes eam ſeparari a viro) contracto matrimonio objecerunt, aſſerentes quod eadem A. in primo ſancti ſalis pabulo filium ex concubina quondam ipſius P. tenuerit, (cum fuit primo in eam inductus, & propter hæc tuam præſentiam adeuntes, dicebant, ipſam debere a viro per tuum judicium ſeparari. Tua vero Fraternitas, ſicut accepimus, cauſa, non cognita carnale eis commercium interdixit, prohibens ipſi P. ne debitum ab uxore requireret.) Verum ſi conſtaret Eccleſiæ vera eſſe; quæ diximus, non ideo tamen contractum matrimonium ſolveretur, quæ res utique vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret; ideoque ſibi per Apoſtoli- (D) cum ſcriptum mandamus, quatenus præfato P. firmiter auctoritate noſtra injungas, quod memoratam A. ſicut uxorem propriam maritali affectione pertractet, & carnale debitum ab ea licenter exigat, & perſolvat. Sive quod ſupra dictum eſt ipſam A. ante matrimonium contractum cum P. ſive poſtea egiſſe conſtiterit, dum tamen, ſi in fraudem cauſa ſeparandi matrimonii id fecit, pœnam pro præſumptione accipiat, matrimonio in ſua firmitate durante.

*Idem.*

[Eſt in II. Compilat.]

Inſpectis litteris, quas bonæ memoriæ Urbano (E) præceſſori noſtro miſiſti, plene cognovimus quod perlator C. ſubdiaconus dum olim in minori ætate poſitus cum quodam pueſo ludum exercens, jactu lapidis uteretur, ipſum puerum, non ſtudioſe, ſed cauſaliter vulneravit, de quo vulnere vix fuit cura medicorum agentes (ſic) infra breve temporis ſpatium, ſicut credebatur, plene curatus; tamen elapſo anno vulnus fecit poſtmodum aperturam; ſed quia medicus, qui fuit adhibitus ad curandum, circa ipſum negligentia ſeu ignorantia, vel etiam alia culpa, minus neceſſariam ſollicitudinem creditur habuiſſe, puer occaſione ipſius vulneris expiravit. Reſpondentes igitur ad hæc, Fraternitati tuæ mandamus,

mus, quatenuſcumque res ita proceſſerit, eumdem in minoribus ordinibus miniſtrare, permittas. Acturus circa eum bene dicere de beneficio, quod per te illi poſtulas conferendum, ſicut ejus merita poſtulant, & tuæ meiius inſederit voluntati. Ad altaris vero officium non accedat, qui occaſione morti ejuſdem pueri dediſſe videtur

## CLEMENS III.

*Decano Cama Cen.....*

Cap. *Gravis* 17. de Cenſib.

Gravis admodum, & correptione (digniſſima nuper querela in audientia noſtra eſt propoſita, quod ſalva conſcientia ſub diſſimulatione tranſire non poſſumus. Cum enim quædam) Eccleſiaſticæ perſonæ Eccleſias (quaſi plebes in Morinenſi Diœceſi habeant;) cum eas vacare contigerit, non aliter quenquam ad ipſarum regimèn volunt vocare, niſi antea novum cenſum Eccleſiis illis imponant, aut illæ terræ contra Conſtitutionem Lateranenſem augmentent, ad ipſius ſolutionem inſtituendum (Epiſcopum) Presbyterum juratoria cautione, vel fidejuſſoria cautione cogentes, A (quandam etiam partem redditaum ſuis uſibus applicare contendunt. Unde ſæpe contigit, ut Diœceſano Epiſcopo excellus hujuſmodi ignorante, vel eo minime requiſito in Eccleſiis illis inducant pro ſuo voluntatis arbitrio Sacerdotes. Quoniam igitur conſtitutiones prædicti Concilii pati noluimus, neque debemus aliquorum malitia violari;) diſcretioni veſtræ per Apoſtoli cum ſcriptum mandamus atque præcipimus, quatenus (cum ſuper hoc feceritis requiſiti, partibus ad veſtram præſentiam convocatis) quæcumque noveritis contra conſtitutionem prædictam ſuper Eccleſias illas, vel earum cenſu ab aliquibus, & tempore prædictæ conſtitutionis attentata, (contradictione, & appellatione ceſſante) in irritum B revocantes (ab augmentatione cenſuum Eccleſiis penitus abſolvatis, & ad ſtatum debitum reducatis.) Presbyteros quos ſuper his illicita juramenta præſtitiſſe noveritis congrua ſatisfactione impoſita faciatis abſolvi. Eos etiam quos de cetero contra formam Canonum ſuper his venire noveritis (ſine cujuſquam perſonæ * ſublato appellationis obſtaculo) cenſura canonica puniatis.

* f. reſpectu

ANNO CHRISTI 1188.

# CONVENTUS AD GISORTIUM, EPISCOPORUM

## AC PROCERUM GALLICÆ ET ANGLICÆ DITIONIS.

In quo Galliæ & Angliæ reges reconciliati crucem ſuſceperunt, Clementis Papæ III. temporibus.

RIGORDUS *de geſtis Philippi Auguſti, ad annum* MCLXXXVII. Superveniente, *inquit*, S. Hilarii * feſtivitate, quæ tertia decima die Januarii celebratur, factum eſt colloquium intra regem Franciæ Philippum & Henricum regem Angliæ, inter Triam & Giſortium; ubi præter omnium hominum opinionem, Domino miraculoſe operante factum eſt, quod per inſpirationem Spiritus ſancti cœlitus miſſi, illi duo reges in eodem loco, pro liberatione ſancti ſepulcri Domini & ſanctæ civitatis Hieruſalem, ſignum ſanctæ crucis aſſumpſerunt, & multi archiepiſcopi, epiſcopi, & comites, duces & barones cum eis: ſcilicet Galterus Rotomagenſis archiepiſcopus, Balduinus Cantuarienſis archiepiſcopus, epiſcopus Belvacenſis, epiſcopus Carnotenſis: Dux Burgundiæ, Ricardus comes Pictaviæ, Philippus comes Flandriæ, Thibaldus comes Bleſenſis, Rotroudus comes Perticenſis, Guillelmus de Barris comes de Rupeforti, Henricus comes Campaniæ, Robertus comes Drocarum, comes Clarimontis, comes Bellimontis, comes Sueſſionenſis: comes Barenſis, Bernardus de ſancto Galerico, Jacobus de Avenuis, comes Nivernenſis, G. de Merloto, Droco de Merloto, & plures alii zelo Dei accenſi, quorum nomina longum eſſet hic ponere. Et in eodem loco in monumentum hujus facti, iſti duo reges devote erexerunt crucem ligneam, fundantes ibi eccleſiam, & inter ſe fœdus perpetuo percutientes, & vocantes ipſum locum, Sanctum agrum, eo quod ibi ſacris crucibus ſunt inſigniti.

* *Quo tempore adhuc labebatur in Galliis, ann. 1188. uſque ad Paſcha: cum Romano ritu, quem hodie ſequimur, inchoatus eſſet 1188. Kalendis Januar.*

*Conventum eumdem refert Rogerius Hovedenus, annal. parte II. in hæc verba*. Anno, *inquit*, gratiæ MCLXXXVIII. qui erat annus XXXV. regis C Henrici filii Matildis imperatricis, idem rex fuit in Normannia, apud Cadomum, die Natalis Domini: & inde recedens venit ad Barbefluctum, inde tranſfretaturus in Angliam. Quo audito, Philippus rex Franciæ magnum congregavit exercitum, jactans impudenter ſe vaſtaturum Normanniam, & * ceteras regis Angliæ tranſmarinas, niſi ipſe reddiderit ei Giſortium, cum pertinentiis ſuis: vel ſi non fecerit Richardum comitem Pictaviæ filium ſuum accipere ſibi in conjugem Aleſiam ſororem ſuam. Quod cum regi Angliæ conſtaret, reverſus eſt in Normanniam, & accepto colloquio inter ipſum, & Regem Franciæ, D inter Giſortium & Trie, XII. Kalendas Februarii, die S. Agnetis virginis, & Martyris, convenerunt illuc cum archiepiſcopis, & epiſcopis, & comitibus, & baronibus regnorum ſuorum. Cui colloquio interfuit archiepiſcopus Tyri, qui repletus ſpiritu ſapientiæ & intellectus, miro modo prædicavit verbum Domini coram regibus, & principibus. Et convertit corda eorum ad crucem capiendam: & qui prius hoſtes erant, illo prædicante, & Deo cooperante, facti ſunt amici in illa die, & de manu ejus crucem receperunt: & in eadem hora apparuit ſuper eos ſignum crucis in cœlo. Quo viſo miraculo, E plures catervatim ruebant ad ſuſceptionem crucis ad cognoſcendam gentem ſuam, ſignum evidens ſibi & ſuis providerunt. Rex namque Franciæ & gens ſua receperunt cruces rubeas: & rex Angliæ cum gente ſua ſuſcepit cruces virides: & ſic unuſquiſque ad providendum ſibi & itineri ſuo neceſſaria, reverſus eſt in regionem ſuam.

* *Forte*, terras, *Hard.*

CON-

# CONVENTUS CENOMANENSIS

Epiſcoporum ac procerum Anglicanæ ditionis de ſubſidio terræ ſanctæ præbendo, Clemente III. Papa.

PERGIT *Rogerus eodem loco partis II. annal.* A Henricus igitur rex Angliæ, poſt crucis receptionem, venit Cœnomanum, ubi conſilio ſuorum ordinavit, quod unuſquiſque decimam redituum & mobilium ſuorum in eleemoſynam dabit ad ſubventionem terræ Jeroſolymitanæ hoc anno; exceptis armis, & equis, & veſtibus militum; & exceptis equis, & libris, & veſtimentis, & omnimoda capella clericorum, & lapidibus pretioſis tam clericorum quam laicorum: facta prius excommunicatione ab archiepiſcopis, epiſcopis, archipresbyteris ſingulis, in ſingulis parochiis, ſuper unumquemq; qui decimam prætaxatam legitime non dederit, ſub præſentia, & B conſcientia illorum, qui debent intereſſe. Colligatur autem pecunia iſta in ſingulis parochiis, præſente presbytero parochiæ, & archipresbytero, & uno Templario, & uno Hoſpitalario, & ſerviente Domini regis, & clerico regis, & ſerviente baronis, & clerico ejus, & clerico epiſcopi. Si aliquis juxta conſcientiam illorum minus dederit, quam debuerit, eligentur de parochia quatuor vel ſex viri legitimi, qui jurati dicant quantitatem illam, quam ille debuiſſet * dixiſſe: C & tunc oportebit * illam ſuperaddere quod minus dedit. Clerici autem, & milites, qui crucem acceperint, nihil de decima iſta dabunt, ſed de proprio ſuo * dominico: & quicquid homines eorum debuerint ad opus illorum, colligetur per ſupradictos, & eis totum reddetur. Epiſcopi autem per litteras ſuas in ſingulis parochiis epiſcopatuum ſuorum, facient nunciari in die Natalis, & S. Stephani, & S. Johannis, ut unuſquiſque decimam prætaxatam infra Purificationem beatæ virginis Mariæ, penes ſe colligat: & ſequenti die deinceps, illis præſentibus qui dicti ſunt, ad locum quo vocatus fuerit unuſquiſque, legitime perſolvat. Præterea ſtatutum eſt a domino papa, quod quicumque clericus vel laicus crucem ſuſceperit, ab omnibus peccatis, de quibus pœnituerit, & confeſſus fuerit, authoritate Dei, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, liberatus eſt & abſolutus.

Diſpoſitum eſt autem a regibus, & archiepiſcopis, & epiſcopis, & aliis principibus terræ: quod omnes illi, tam clerici, quam laici, qui hoc iter non arripient, decimas reddituum, & E mobilium ſuorum hujus anni, & omnium catallorum ſuorum, tam in auro, quam in argento, & omnibus aliis, dabunt exceptis veſtibus, & libris, & veſtimentis clericorum, capellanorum, & lapidibus pretioſis, tam clericorum, quam laicorum; & exceptis equis, & armis, & veſtibus militum ad uſum proprii corporis pertinentibus.

Diſpoſitum eſt etiam, quod omnes clerici, milites, & ſervientes, qui hoc iter arripient, decimas terrarum ſuarum & hominum ſuorum habebunt, & nihil pro ſe dabunt. Burgenſes vero & ruſtici, qui ſine licentia dominorum ſuorum crucem acceperint, nihilominus decimas dabunt.

Diſpoſitum eſt etiam, quod nullus enormiter juret, & quod nullus poſt proximum Paſcha utatur vario, vel griſio, vel ſabellina, vel eſcarleta: & quod omnes contenti ſint duobus ferculis * a exempto; & quod nullus aliquam mulierem ſecum ducat in peregrinatione, niſi forte aliquam lotricem peditem, de qua nulla habeatur ſuſpicio, & quod nullus habeat pannos deciſos vel laceratos.

Diſpoſitum eſt etiam, quod quicumque clericus vel laicus redditus ſuos ante ſuſceptionem crucis invadiaverit, exitus hujus anni integre habeat, & tranſito anno creditor redditus rehabeat, ita quod fructus, quos inde reperit, in ſolutione debiti computentur, & debitum poſt ſuſceptionem crucis, quamdiu debitor erit in peregrinatione, non uſuret. Statutum eſt etiam, quod omnes clerici & laici, qui in hac peregrinatione proficiſcentur, poſſunt licite invadiare redditus ſuos, ſive eccleſiaſticos, ſive alios, a Paſcha cum iter arripuerint, uſque ad tres annos: ita quod creditores, quicquid de creditoribus contingat, fructus omnes reddituum, quos in vadio habebunt, a prædicto Paſcha uſque ad tres annos integre percipiant.

Diſpoſitum eſt etiam, quod quicumque in peregrinatione deceſſerit, pecuniam ſuam, quam ſecum in peregrinatione attulerit, ad ſuſtentationem ſervientium ſuorum, & ad auxilium terræ Jeroſolymitanæ, & ad ſuſtentationem pauperum, D dividet juxta conſilium diſcretorum virorum, qui ad hoc conſtituentur. Hæc omnia ſupradicta ſtatuta ſunt & diſpoſita ab Henrico rege Angliæ, in præſentia Richardi filii ejus comitis Pictaviæ, & Willelmi Turonenſis archiepiſcopi, & Baldewini Cantuar. Archiepiſcopi, & Walteri Rothomagenſis archiepiſcopi, & in præſentia Johannis Ebroicenſis epiſcopi, & Radulphi Andegavenſis epiſcopi, & R. Cenomanenſis epiſcopi, & M. Nannetenſis epiſcopi, & in præſentia Hugonis de Nunant Ceſtrenſis electi, & Liſardi Sagienſis electi, & in præſentia Baronum Andegaviæ & Cenomaniæ, & Turonorum, apud Cenomanum.

His igitur præordinatis, rex Angliæ conſtituit ſervientes ſuos clericos & laicos ad prædictas decimas colligendas, per omnes terras ſuas tranſmarinas: & poſtea transfretavit & applicuit in Anglia, apud Winchiſlee, ſabbato, tertio Kalend. Februarii. Interim Baldewinus Cantuarienſis archiepiſcopus in Angliam veniens, ante regem conſecravit Hugonem de Nunant in epiſcopum Coventrenſem.

* al. dediſſe.
* F. illud.
* Dominio.
* add. nemine
* Forte, ex empto. Harduinus.

CON-

# CONCILIUM ANGLICUM

Apud Gaintington in agro Northamptonienſi de cruce capienda, & decimis Saladino regi ſolvendis, celebratum anno Domini MCLXXXVIII. tempore Clementis papæ III.

De *rebus in hac Gaintingtoniæ ſynodo geſtis iſta idem Rogerus :* Dominus vero rex, ſtatim poſtquam in Angliam applicuit, magnum congregavit concilium epiſcoporum, abbatum, comirum, & baronum, & aliorum multorum tam clericorum quam laicorum apud Gaintington : ubi in publica audientia recitari fecit omnia ſupradicta capitula, quæ conſtituerat de cruce capienda. Quibus recitatis, Balduinus Cantuarienſis archiepiſcopus, & Gilbertus Roffenſis epiſcopus vicarius ejus, mirifice prædicaverunt illo die coram rege & principibus ſuis verbum Domini, & ſalutiferæ crucis myſterium. Ad quorum prædicationem multi tam clerici quam laici crucem acceperunt.

Et tunc dominus rex miſit ſervientes ſuos clericos & laicos per ſingulos comitatus Angliæ, ad decimas colligendas ſecundum prædictam præordinationem, in terris ſuis tranſmarinis conſtitutam. Sed de ſingulis urbibus totius Angliæ fecit eligi omnes ditiores, videlicet de Londonia 200. & de Eboraco 100. & de aliis urbibus ſe- A cundum quantitatem & numerum eorum, & fecit omnes ſibi præſentari diebus & locis ſtatutis : de quibus cepit decimam mobilium ſuorum, ſecundum æſtimationem virorum fidelium, qui noverant reditus & mobilia eorum. Si quos autem inveniſſet rebelles, ſtatim fecit eos incarcerari, & in vinculis teneri, donec ultimum quadrantem perſolverent. Similiter fecit de Judæis terræ ſuæ, unde inæſtimabilem ſibi acquiſivit pecuniam : Deinde miſit Hugonem Dunelmenſem epiſcopum, & alios clericos & laicos, ad Wilielmum regem Scotorum pro decimis colligendis in terra ſua. Quo audito, rex Scotiæ occur- B rit eis inter Werc & Brigheam in Loenas : & non permittens eos terram ſuam pro decimis colligendis intrare, obtulit ſe daturum domino ſuo regi Angliæ quinque millia marcarum argenti pro ſupradictis decimis, & pro caſtellis ſuis rehabendis. Sed rex Angliæ facere noluit, Philippus autem rex Francorum, ſimili modo colligi fecit decimas reddituum & mobilium hominum ſuorum per omnes terras ſuas.

# CONCILIUM PARISIENSE

Quo ad bellum contra Saladinum Turcarum regem conceſſæ ſunt regi decimæ Saladinæ anno Domini MCLXXXVIII. tempore Clementis papæ III.

Anno MCLXXXVIII. *ait Tilius*, in Martio rex C concilium habet Lutetiæ, cui decimæ conceſſæ, quæ vulgo Saladinides dictæ fuerunt. *Cauſam, ob quam decimæ ſic appellatæ fuerint, Robertus Gaguinus libro ſexto his verbis indicat :* Ad tantam expeditionem : *Turcicam contra Saladinum ſuſcipiendam*, cum pecunia deeſſet, convocatis Pariſiis pontificibus & nobilitate, rex petiit ſibi annuam decimam eccleſiaſticorum proventuum concedi ; quæ poſtea Saladini decima D appellata eſt. *Hæc ille. Ex Rogero in annalibus iſta Baronius :* Philippus autem rex Francorum ſimili modo colligi fecit decimas reddituum & mobilium hominum per omnes terras ſuas. *Reliqua vero ſuo loco inferius.*

*Hæc autem uberius enarrata, decretumque ipſum de perſitandis decimis, proferre juvat ex Rigorio in geſtis Philippi Auguſti.* Anno, *inquit*, Domini milleſimo centeſimo octogeſimo octavo, menſe Martio, media Quadrageſima, Pariſiis E celebratum eſt generale concilium a Philippo rege, convocatis omnibus archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, & totius regni baronibus. In quo innumerabilis militum multitudo, ſeu peditum, ſacratiſſima cruce inſigniti ſunt. Et propter hanc inſtantem neceſſitatem, oppido enim iter Hieroſolymitanum rex affectabat, cum aſſenſu cleri & populi, quaſdam decimas ab omnibus eſſe accipiendas eo tantum anno decrevit, quæ dictæ ſunt decimæ Sahaladini, quas in præſenti libro poſuimus.

### *Inſtitutio Decimarum.*

In nominæ ſanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Conſtitutum eſt a domino Philippo Francorum rege, conſilio archiepiſcoporum, epiſcoporum, & baronum terræ ſuæ, quod epiſcopi, & prælati, & clerici conventualium eccleſiarum, & milites qui ſignum crucis aſſumpſerunt, de debitis ſuis reddendis, quæ debebantur tam Judæis quam Chriſtianis, antequam crucem rex aſſumpſiſſet, reſpectum habebant a proximo feſto omnium ſanctorum poſt diem motionis domini regis in duos annos. Ita videlicet, quod primo feſto omnium ſanctorum creditores habebunt tertium debiti, & ſequenti feſto omnium ſanctorum alium tertium debiti, & tertio feſto omnium ſanctorum ultimum tertium debiti : uſura autem non currit ſuper aliquem à die qua ipſe crucem aſſumpſit de debitis prius contractis. Similes crucem habens qui ſit legitimus hæres filius vel gener militis crucem non habentis, vel alicujus viduæ, & ſit de manu paſtu patris, vel matris ſuæ, & pater ejus, vel mater, reſpectum de debito ſuo habebit juxta factam ordinationem. Si autem filius eorum vel gener crucem habens, legitimus, extra familiatus fuerit, vel etiam ſi miles non fuerit & crucem non habeat : pro eo reſpectum non habebit. Debitores autem, qui terras & redditus habebunt, infra quindenam proximi feſti ſancti Jo-

ANNO CHRISTI 1188.

annis Baptiſtæ creditoribus ſuis terras & redditus, ex quibus creditores ſua recipient debita, ad præfatos terminos juxta formam prædictam aſſignabunt per dominos, in quorum dominio fuerint terræ debentium. Domini vero aſſignamenta illa contradicere non poterunt, niſi ipſi creditori de pecunia ſua pacem fecerint, qui terras ſeu redditus non habuerint, unde facere poſſint ſufficiens aſſignamentum debiti ſui, faciant creditoribus per fidejuſſores, vel per vadia, creantum ſuum ſolvendi debita ad prædictos terminos. Et niſi infra quindenam proximi feſti ſancti Joannis Baptiſtæ, per aſſignamentum terræ, vel fidejuſſores, vel per vadia, ſi terram non habebunt, creantum fecerint, ſicut diſpoſitum eſt, non habebunt reſpectum qui aliis conceſſus eſt. Si quis clericorum vel militum crucem habentium, debet clerico vel militi crucem habenti, reſpectum habebit de debito illo uſque ad proximum feſtum omnium ſanctorum, præſtita quidem bona ſecuritate de pace inde tunc facienda.

Si quis illorum qui crucem aſſumpſerunt, octo diebus ante Purificationem beatæ Mariæ, vel deinceps, aurum vel argentum, vel bladum, vel aliud mobile vadium alicui aſſignaverit, creditor ſuper hoc dare reſpectum non compelletur. Si quis emit ab aliquo crucem non habente fructus terræ unius anni certo pretio, ſtabile eſt. Si quis miles vel clericus terram ſuam vel redditus alicui burgenſi crucem etiam habenti, vel clerico vel militi crucem non habenti, invadiaverit, vel ad annos aſſignaverit: debitor hoc anno fructus terræ vel redditus percipiet, & creditor poſt impletionem annorum, per quos vadium vel aſſignamentum tenere debebat, per annum unum pro recompenſatione illius anni illud tenebit: ita tamen quod creditor medietatem bladi habebit hoc anno pro cultura, ſi vel terras vel vineas invadiatas excoluit. Omnia mercata quæ facta fuerunt ab octo diebus ante Purificationem beatæ Virginis, vel quæ deinceps fient, rata erunt. De omnibus debitis unde datur reſpectus, oportebit ut debitor det æque bonam fidejuſſionem, vel meliorem quam antea dediſſet. Et ſi de fidejuſſione orietur diſcordia, ad conſilium domini ſub quo erit creditor, partietur æque bona vel melior fidejuſſio quam prius. Et ſi fidejuſſio per dominum non emendaretur, ad conſilium principis terræ oportebit emendari. Si quis dominorum vel principum, in quorum juriſdictionibus dicti creditores vel debitores fuerint, quod ordinatum eſt de reſpectu debitorum danda, vel aſſignamentis faciendis, tenere noluerit, vel teneri non fecerit, & a metropolitano, vel epiſcopo ſuo commonitus, id infra quadraginta dies non emendaverit: ab eodem excommunicationis ſententiæ ſupponi poterit. Verumtamen quamdiu dominus vel princeps monſtrare voluerit in præſentia metropolitani, vel epiſcopi ſui, ſe ſuper hoc creditori vel etiam debitori non deeſſe, & paratum quod inde ordinatum eſt tenere, metropolitanus vel epiſcopus non poterit eum excommunicare. Nullus crucem habentium ſive clericus, ſive miles, ſive alius quilibet, alicui reſpondebit ſuper hoc unde tenens erat ea die qua crucem aſſumpſit, donec ab itinere ſuſcepto redierit: niſi ſuper eo tantum, unde in cauſam tractus erat antequam aſſumpſiſſet.

His imprimis conſtitutum eſt de Decimis, quod omnes illi crucem non habentes, quicumque ſint, decimam ad minus dabunt hoc anno de omnibus mobilibus ſuis, & de omnibus redditibus, exceptis illis qui ſunt Ciſtercienſis ordinis, & ordinis Carthuſienſis, & ordinis Fontis Ebrardi, & exceptis leproſis, quantum ad ſuum pertinet proprium. In nullas communias mittet aliquis mamum, niſi ille dominus, cujus ipſa communia fuerit. Quale tamen jus in aliqua communiarum habebat prius aliquis, tale habebit. Qui alicujus terræ magnam juſtitiam habet, idem terræ decimam habebit. Et ſciendum quod qui decimas ſunt daturi, de toto mobili ſuo & redditibus decimas dabunt, non exceptis inde prius debitis ſuis: immo poſt donationem decimæ, de reſiduo poterunt ſua debita ſolvere. Univerſi laici tam milites quam alii, præſtito juramento ſub anathemate, cleri excommunicatione aſtricti, ſuas dabunt decimas. Miles crucem non habens, domino ſuo crucem habenti, ei, cujus erit homo ligius, dabit decimam de ſuo proprio mobili, & de feudo quem ab ipſo tenebit. Si autem ab eo nullum tenebit feudum, de ſuo proprio mobili decimam domino ſuo ligio dabit. Singulis vero a quibus tenebit, decimam de ſuis feudis dabit. Et ſi nullum dominum ligium habebit, ei in cujus feudo manſerit levans & cubans, dabit decimam de ſuo proprio mobili. Si quis terram ſuam decimans, res alterius quam illius quem debet decimare, invenerit in terra ſua, & * ille cujus res fuerint, illas eſſe ſuas legitime monſtrare poterit, decimans non poterit eas retinere. Miles crucem habens qui ſit hæres legitimus, filius, vel gener militis crucem non habentis, vel alicujus viduæ, habebit decimam patris & matris ſuæ. In res archiepiſcoporum ſeu epiſcoporum, ſeu capitulorum, ſeu eccleſiarum quæ ab eis movent in capite, non mittet aliquis manum: niſi archiepiſcopi, epiſcopi, capitula & eccleſiæ, quæ ab eis movent. * Si epiſcopi colligent inde decimas, & eas dabunt, quibus dare debuerint. Quicumque crucem habens, qui dare talliam debeat, & eas dare noluerit: ab illo capiatur, cui ſuam debet talliam vel decimam, ut inde ſuam faciat voluntatem. Qui eum ceperit, propter hoc non poterit excommunicari. Qui devote & legitime & ſine coactione decimam ſuam dederit, a Deo remunerationem accipiet.

* *Forte*, ſi illas. Hard.

* *Forte*, Sis Harduinus.

*G. C.* De hoc argumento ſcripſit Petrus Bleſenſis epiſtolam CXII. ad epiſcopum Aurelianenſem, quem hortatur ut pro eccleſiaſtica immunitate pugnet, quam aſſerit hoc pacto violari. *Quæ ratio*, inquit, *ut qui pro eccleſia pugnant, eccleſiam ſpolient, quam inimicorum ſpoliis & donis triumphalibus augere debuerant?* Contenditque non pecunias a clericis, ſed orationes tantum exigendas.

ANNO CHRISTI 1188.

ANNO CHRISTI 1188.

# CONCILIUM LANCICIENSE*

* In majori Polonia.

Quo decimæ ad bellum ſacrum conceſſæ, anno Domini MCLXXXVIII.

HUJUS *mentionem concilii Staravolſcius facit in epitome ſua conciliorum, atque id unum ait:* Pontifex miſſo legato colligi fecit decimas ab A epiſcopis & ſacerdotibus, pro expeditione contra Saladinum, Zdiſſao archiepiſcopo concedente.

ANNO CHRISTI 1189.

# ☞ CONCILIUM CANTUARIENSE

*Contra electionem Gaufridi in archiepiſcopum Eboracenſem,*

*Anno* 1189. *habitum.*

*Ex chron. Bromt. col.* 1169.

Ex Manſi Suppl. T. II. p. 746. An. 1189. Extat apud Wilkins t. I. ad hunc an.

IBidem coram prædicto cardinali, & omnibus epiſcopis, & abbatibus, & clero ibi congregato, Hugo Dunelmenſis, & Hubertus Sareſbirenſis epiſcopi, contra Gaufridum, Eboracenſem electum, ad ſedem apoſtolicam appellarunt, dicentes eum non fuiſſe canonice electum, pro eo quod dictus epiſcopus Dunelmenſis, & dictus Hubertus, tempore electionis illius, Eboracenſi ec- B cleſiæ decanus aberant, quando ipſe eligebatur.

*De hoc concilio Radulphus de Diceto loquitur col.* 650. *dicens Johannes, comes Moritonii, frater regis, coram rege, coram legato, coram epiſcopis gravem querelam depoſuit, quod archiepiſcopus poſt appellationem factam ad ſedem apoſtolicam, totam terram ſuam ſub interdicto concluſerat.*

# CONCILIUM DOMINI WALTERI

Rotomagenſis Archiepiſcopi.

Ex Beſſin Concil. Rotom. Prov. *Ex mſ. codice bibliothecæ Bigotianæ.*

ANNO ab Incarnatione Domini MCLXXXIX. (1) tertio Idus Februarii, reſidente beatiſſimo Papa Clemente III. regnante glorioſiſſimo rege Francorum Philippo, regente Normanniam invictiſſimo rege Anglorum Richardo. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis celebratum eſt provinciale concilium in metropolitana ſede Rotomagenſi, præſidente venerabili patre noſtro Waltero Rotomagenſi archiepiſcopo, præſentibus omnibus ſuffraganeis ejus, abbatibus quoque quamplurimis, multis etiam viris diſcretis & prudentibus, in quo ſtatuta ſunt hæc capitula ſubſcripta.

I.

Antiquorum patrum noſtrorum veſtigiis adhærentes in primis decernimus, ut omnes ſuffraganeæ eccleſiæ noſtræ, in legendo & pſallendo, uſum hujus ſacroſanctæ eccleſiæ metropolitanæ imitentur.

II.

Item placuit, ut ſingulæ eccleſiæ libris & indumentis ſacerdotalibus ornentur: & ut Euchariſtia nonniſi in vaſe aureo vel argenteo conſecretur: & ne ab aliquo epiſcoporum aliquod vas ſtanneum conſecretur, niſi judicio epiſcopi evidens apparuerit neceſſitas.

C

III.

Placuit etiam ne corpus Dominicum ſine luminari, cruce, & aqua benedicta, ſive de die, ſive de nocte deferatur: nec ſine ſacerdotis præſentia, niſi ſumma neceſſitas ſacerdotem excuſaverit.

IV.

Placuit etiam ut nullus clericorum, cujuſcumque ordinis, focariam in domo ſua habere præſumat. D

V.

Sacerdotes & clerici Coronas habeant patulas, & decentem crinium circumferentiam. Iſtius conſtitutionis tranſgreſſores ab eccleſiaſticis beneficiis ſuſpendantur. Qui vero beneficia non habuerint, & ita comam nutrierint, privilegio careant clericali.

VI.

E Nihil de novo ſtatuentes, ſed antiquorum canonum ſtatuta ad memoriam reducentes, diſtricte prohibemus, ne filii ſacerdotum, in eccleſiis, in quibus patres eorum miniſtraſſe noſcuntur, de cetero perſonæ inſtituantur. Nec eas aliqua occaſione, media non interveniente perſona, obtineant.

VII.

(1 Quare Concilium iſtud ad an. Chriſti 1190 pertinet, & annus ille Incarnationis more Gallico adhuc in curſu erat uſque ad diem 25. m. Martii anni 1190. Neque enim m. Februario anni Chriſti 1189. Richardus in Anglia & Normannia regnabat. *Pagius ad An. Ch.* 1190. *n.* 18.

A

## VII.

De clericis, qui propter ſuam imperitiam, vel nativitatis conditionem, vel forte vitæ immunditiam, vel propter inobedientiæ contumaciam, examen proprii epiſcopi declinantes, ab extraprovincialibus vel tranſmarinis epiſcopis ordinem conſequuntur; licet ſigilla eorum in teſtimonium ordinationis ſuæ deferant, ſtatuimus ut ab epiſcopis ſuis in adminiſtratione ordinis ſui ita adepti nulla ratione recipiantur.

## VIII.

Nullus, perſona eccleſiæ, vel Vicarius perpetuus, extra provinciam cauſa ſtudiorum vel peregrinationis, ſine proprii epiſcopi licentia vel officialium ſuorum, iter arripiat.

## IX.

Statuimus etiam, ne monachi vel clerici negotiationem aliquam cauſa lucri exerceant: & ne monachi a clericis vel laicis eccleſias vel villas ad firmam teneant.

## X.

C Prohibemus etiam ne aliquis ſacerdos, vicecomitis vel ſæcularis præpoſitatus officium aſſumat. Quod ſi facere præſumpſerit, ab officio ſuſpendatur, & omni eccleſiaſtico beneficio privetur.

## XI.

Conſuetudo, quæ ſcripto juri approbato opponitur, nulla ſui generalitate vel temporis prolixitate defenditur. Cum igitur ſecundum rerum naturam negantis factum nulla ſit probatio: quia auctore non probante, reus etſi nihil præſtiterit, abſolvendus eſt; præſertim ſi pars actoris nulla probabili præſumptione juvetur; ſtatuimus ut de cetero liceat actori, tam in civili, quam in criminali cauſa, ad confirmationem partis ſuæ, & teſtium fide, & inſtrumentorum uti auctoritate. Quibus deficientibus, tunc tandem reo purgandi vel probandi onus imponitur; cum pars actoris conſentiente fama, vel alias probabili aliqua præſumptione roboratur.

## XII.

Sicut in Lateranenſi concilio cautum eſt, ſtatuimus, & firmiter obſervari præcipimus, ne archidiaconi per archidiaconatum ſuum incedentes ſubditis oneroſi exſiſtant: & ut ſex vel ſeptem equorum numerum non excedant; nec ab aliquo clerico procurationem accipiant, niſi competentes redditus habuerit. Statuimus etiam, ut a nullo clericorum, penes quos honeſte & ſine magno gravamine hoſpitari non valent, nonniſi tres ſolidos * *Andegavenſis monetæ* in recompenſationem hoſpitii ſui recipiant. Si vero apud pauperes clericos hoſpitari decreverint, vel forſan propter loci amœnitatem, vel propter negotiorum quæ tractant commoditatem; ſtatuimus ut quinque vel quatuor * vicinioribus clericis beneficia habentibus, onera ipſius hoſpitii communiter ſupportent.

* *al.* Andegavenſis uſualis monetæ.

* *al. add.* ad minus.

## XIII.

Statuimus etiam, ut epiſcopi vel eorum officiales in dandis appellationibus ad Apoſtolos appellantibus difficiles ſe non exhibeant; ſed propter quorumdam ſimplicitatem, etiam non petentibus offerant.

## XIV.

Sanctorum patrum veſtigia ſequentes, ſtatuimus & firmiter obſervandum decernimus, ut nullius conſuetudinis obtentu, quiſquam deinceps ab ingreſſu eccleſiæ, vel alio quocumque eccleſiaſtico ſacramento arceatur, donec legitime vocatus ad cauſam, liberam habeat reſpondendi facultatem: ut ita demum convictus, aut viva voce vel ſaltem juris interpretatione confeſſus, pro qualitate exceſſus æqualem * reportet a ſuo judice ſententiam.

* *al.* ut oportet a ſuo judice ſuſtineat ſententiam.

B

## XV.

Statuimus etiam, ut teſtamentum clericorum inviolabiliter obſervetur; & ut bona clericorum qui inteſtati decedunt, per manus epiſcoporum in bonos uſus diſtribuantur.

## XVI.

De clericis etiam poſt Paſcha decedentibus, ſtatuimus ut de fructibus ſubſequentis autumni, in teſtamento ſuo diſponendi liberam habeant facultatem.

## XVII.

De uxoribus, & familiis, & bonis omnibus Cruce ſignatorum, quod a felicis recordationis patribus noſtris Urbano & Gregorio, nec non & a beatiſſimo patre noſtro Clemente ſtatutum eſt, firmiter obſervari præcipimus.

## XVIII.

D Cum oppreſſi & rei, ad eccleſiam Dei confugientes, omnimoda debeant ſecuritate gaudere, abſurdum nimis videtur, & omni rationi contrarium, ut in eis, vel in earum cimiteriis ſæculares cauſæ, in quibus de ſanguinis effuſione, vel de pœna agitur corporali, tractentur. Et ideo ne hoc de cetero fiat, ſub interminatione anathematis prohibemus.

## XIX.

Prohibemus etiam ſub anathemate, ne a clericis vel monachis, vel a quibuslibet eccleſiaſticis perſonis, eccleſiæ, vel decimæ, vel quælibet eccleſiaſtica perſona, laicis ad firmam tradantur.

E

## XX.

Nemo privatas penſiones & adulterinas, ſeu portiones de eccleſia vel eccleſiaſticis beneficiis, deinceps ſolvere vel accipere præſumat. Quod qui fecerit, omni beneficio eccleſiaſtico privatus, excommunicationi ſubjaceat.

## XXI.

Eccleſiaſticæ perſonæ cujuſcumque profeſſionis, quæ perſonas eccleſiaſticas ſuper aliquo eccleſiaſtico negotio ad judicem ſæcularem trahere præſumpſerint, a cauſa prorſus cadant, & excommunica-

ANNO CHRISTI 1189.

nicationi ſubjaceant; & ſine competenti ſatisfactione ab epiſcopis ſuis non abſolvantur.

### XXII.

Prohibemus etiam ſub anathemate, ne clericus * habitationes vel prædia eccleſiaſtica alicui oppignerare, præter conſcientiam epiſcopi, vel officialium ſuorum, aut quolibet modo alienare præſumat.

* *al. donationes, & al. arumnes.*

### XXIII.

Omnes decimæ terræ ſive de frugibus, ſive de fructibus, Domini ſunt, & illi ſanctificantur. Sed quia inveniuntur multi decimas dare nolentes: ſtatuimus ut juxta præceptum Domini admoneantur ſemel, ſecundo, & tertio, ut de grano, vino, fructibus arborum, fœtibus animalium, fœno, lino, lana, cannabo, caſeis, & de omnibus quæ per annum renovantur, decimas integre perſolvant; & ſi commoniti non emendaverint, ad epiſcopi mandatum excommunicentur.

*Vide concil. London. can. XIII. ſupra.*

### XXIV.

Nullus occaſione conceſſionis ſibi factæ ſuper aliqua * eccleſia, vivente ejuſdem perſona, eamdem perſonam viventem litibus vexare præſumat, ut ſic penſionem ab eo extorqueat. Quod qui fecerit, anathemate percellatur.

* *al. jura eccleſiaſtica.*

### XXV.

Sunt quidam tam clerici, quam laici, hujuſmodi ſocietatem ineuntes, ut de cetero in quibuslibet cauſis vel negotiis mutuum ſibi præſtent auxilium; certam in eos pœnam ſtatuentes, qui contra hujuſmodi veniunt conſtitutionem. Et quoniam hujuſmodi ſocietates ſeu fraterias circa perſonas utriuſque ordinis canonica deteſtatur ſcriptura, eo quod earum obſervantia quoſdam etiam uſque ad crimen perjurii perducat; ne amodo fiant, aut ſi factæ fuerint, ne obſerventur, ſub interminatione anathematis prohibemus.

### XXVI.

Ad reprimendam eorum malitiam, qui poſtpoſito Dei timore, Dei eccleſiam per falſos juratores in foro civili vel eccleſiaſtico minuere, nec non & proximos ſuos exhæredare conantur: ſtatuimus, ut ſingulis diebus Dominicis, tam in cathedrali, quam in ſingulis parochialibus eccleſiis omnes illi candelis accenſis excommunicentur, qui ſcienter in foro eccleſiaſtico vel ſæculari falſum de cetero præſtiterint juramentum, in ſacroſanctæ eccleſiæ læſionem, vel cujuslibet perſonæ exhæredationem. Nihilominus etiam excommunicentur omnes illi, qui ut hujuſmodi falſa ſacramenta præſtentur, vi, prece, vel pretio, qualibet umquam occaſione procuraverint. Hujus autem conſtitutionis reos nullus ſacerdotum abſolvere, vel eis pœnitentiam dare præſumat, niſi fuerint in articulo mortis conſtituti: ſed hujuſmodi perjurii & excommunicati * *ad proprios epiſcopos* remittantur abſolvendi, & de tanto exceſſu graviter puniendi, & ad eorum majorem confuſionem *ad ſedem Apoſtolicam* tranſmittantur.

* *Hæc italico charactere ſic edidit, qui primus hos canones in lucem protulit.*

### XXVII.

Excommunicandi etiam ſunt, qui ſe in eccleſiaſticis beneficiis ſine auctoritate epiſcopi, ſive A officialium ſuorum, ad quos pertinet, propria vel laica poteſtate intruſerint.

### XXVIII.

Falſarii quoque ſigillorum excommunicantur, & qui ſcienter falſis utuntur inſtrumentis.

### XXIX.

Incendiarii quoque, venefici, & ſortiarii, & qui ſcienter excommunicatis communicant.

### XXX.

B Excommunicandi etiam ſunt contumaces, tam clerici, quam presbyteri, & rebelles, qui contra prohibitionem epiſcopi vel officialium ſuorum, divina celebrare præſumpſerint.

### XXXI.

Præterea excommunicandi ſunt, tam clerici, quam laici, qui redditus domini Rotomagenſis, a tempore quo archiepiſcopatus dignitatem adeptus fuit, fraudulenter ei ſubtraxerunt, vel modo ſubtrahunt, vel in abſentia ſua ſubtrahere, vel jura & dignitates ſuas minuerunt vel minuunt; vel in abſentia ſua minuent; niſi inde antequam iter peregrinationis arripiat, ſatisfecerint.

C

### XXXII.

* Placuit ut quicumque ſacerdos ſuſpenſus ſcienter celebraverit, ceſſet per annum a divinis officiis. Si excommunicatus celebraverit, mittatur Romam *

* *Hoc deeſt in quibuſdam exemplaribus.*

### Observationes.

*Ad Can.* 1. Concil. Agath. c. 30. Bracar. 1. c. 1. Tolet. IV. c. 2. Tolet. XI. an. 675. c. 3. *De his qui contra Apoſtoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic ſancto Concilio, ut Metropolitanæ ſedis auctoritate cogendi cujuſque provinciæ pontifices, rectoreſque eccleſiarum, unum eumdemque in pſallendo teneant modum, quem in metropolitana ſede cognoverint* D *inſtitutum: nec aliqua diverſitate cujuſque ordinis, vel officii a metropolitana ſe patiantur ſede disjungi. Sic enim juſtum eſt, ut unuſquiſque inde ſumat regulas magiſterii, unde honoris conſecrationem accipit: ut, juxta majorum decreta, ſedes, quæ unicuique ſacerdotalis mater eſt dignitatis, ſit & eccleſiaſticæ magiſtra rationis.*

2. De ſacra ſupellectile ante ſæculum ſeptimum uſitata Mabillon. Liturg. Gallic. lib. 1. cap. 7. ex Aug. Ep. 165. & l. 3. contra Creſconium, erant Carthagine *calices duo aurei, item calices ſex argentei*: fuerant etiam calices de ligno, vitro, ſtanno, marmore. De vitreis Hieron. ep. 4. ad Ruſticum, Gregorius M. l. 4. Dial. c. 7. Ligneos calices omnino vetat Conc. Tribur. an. 895. c. 18. Vitreos etiam prohibet Leo IV. circa an. 850. apud Gratianum de Conſecr. diſt. 1. cap. 45. ex Remenſi quodam Concilio nobis ignoto. Stannei calicis uſus iis ſolum conceditur, *qui adeo pauperes ſunt, ut argenteum habere non valeant*. Idem E habetur apud Ivonem 2. par. c. 131. & apud Burchar. l. 3. c. 96.

3. In eundem fere modum ſex poſt annis ſtatuit Odo de Soliaco Pariſ. Epiſcopus: *Semper Sacerdotes ſacroſanctum corpus Domini cum magna reverentia deferant & maturitate, in pixide eburnea bene clauſa propter caſum, & cum lucerna præcedente, cantantes ſeptem pſalmos pœnitentiales cum litania pro infirmo, eundo & redeundo.*

4. Id a primo ipſo Nicœno Concilio c. 3. atque exinde paſſim vetitum. Vide Conc. Later. III. c. 11.

5. Idem fere Conc. Agath. c. 20. & Lateran. III. c. 4.

6. Vide ſupra Conc. Abrinc. ann. 1172. c. 2.

7. Conc. Nicœn. an. 325. c. 16. & Sard. c. 2. hujuſcemodi ordinationem nullam & irritam declarat. Quam nullitatem eo ſenſu nos accipimus, quod ſit ſu-

ſuſpenſio ab exercitio ſic recepti ordinis, quamdiu A proprio Epiſcopo viſum fuerit.

8. Conc. Laodic. c. 42. *Non oportet Sacerdotem aut clericum ſine juſſu Epiſcopi proficiſci*. Agath. c. 38. & 52. Cabilon. II. c. 44. Porro perſonæ dicuntur Clerici qui beneficia ſeu eccleſias per vicarios deſerviri curant, dum ipſi potiori redituum parte fruuntur: &, ut ait Joannes Sariſber. l. 6. Policr. c. 17. Qui quocumque modo plura conquirunt altaria, & nolentes ſervire altario de quo vivunt, perſonatus quoſdam introduxerunt, quorum jure ad alium onera, ad alium referantur emolumenta. Unde apud eumdem Scriptorem ep. 1. Perſonæ opponuntur *conductis*, ſeu conductitiis vicariis.

9. & 10. Utrumque vetat Conc. Later. III. c. 12. *Quoniam*, inquit, *contra doctrinam Apoſtoli eſt dicentis*: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. 2. *ad Tim.* 2. 4.

11. Similia Conciliorum & Pontificum decreta videre B eſt l. 5. Decretal. Gregorii IX. t. 34. de purgatione canonica.

12. Idem Lateran. III. c. 4.

13. & 14. Idem ſtatuit Lateran. III. c. 6

15. Fuit per omnes eccleſiæ ætates ubique recepta Juſtiniani lex *Cod. l. 1. de Epiſcopis & Clericis lege* 33. Licentiam habeat Epiſcopus quæcumque ante Epiſcopatum probatus fuerit habuiſſe, & quæcumque poſt Epiſcopatum jure cognationis uſque ad quartum ad eum pervenerunt, ad quos voluerit ultima voluntate tranſmittere. Ceteris rebus alio modo acquiſitis ab eo, dominio Eccleſiæ reſervatis, niſi in utilitatem Eccleſiæ vel opera pietatis conſumpta ſint. Eadem diſtinctione habita in adminiſtrationibus cujuſcumque loci religioſi. Hac lege clerici ceteri non exprimuntur; ſolis enim tunc & paucis donabantur diſtributionibus, quarum ex parcimonia vix potuiſſent agri & prædia C coemi. At ubi poſtea non ſportulis tantum & diſtributionibus, ſed amplioribus beneficiorum reditibus potiti ſunt, jam tum ſane & ipſi adminiſtratores eſſe, & inconcuſſa adminiſtratorum lege conſtringi cœpere.

Idem ante Juſtinianum ſanxerant, ut alia taceam, Concilii Antiocheni Patres an. 341. c. 24. & 25. *Nulli dubium eſt*, inquit Gregor. M. l. 12. Ind. 5. ep. 38. *quia ſicut Sacerdotibus res in Epiſcopatu acquiſitas nulla eſt alienandi licentia, ita de eis quas ante habuerint quidquid judicare voluerint non vetantur*. Cum vero Laicorum cupiditas bona Clericorum qui inteſtati decedebant invaderet, ac nonnulla illorum teſtamenta eo reſcinderet, quod in eis non omnino obſervatæ fuiſſent legum civilium formulæ, decreverunt Concilia ſuum tamen ejuſmodi teſtamentis conſtare robur. Ita Conc. Lugdun. II. c. 2. Pariſ. V. c. 10. Ita denique hoc noſtrum. Ipſam vero Epiſcoporum in diſpenſandis Eccleſiæ rebus auctoritatem, quæ prioribus ſæculis fuerat D ſumma, jam ad laicos tranſlatam conqueritur Conc. Rotomag. anni 1581. *De Officio Epiſc. n.* 3.

17. *A patre noſtro Clemente*. Scilicet Clemente III. illiuſque deceſſoribus immediatis Urbano III. & Greg. VIII. Ita Gregorius de Cruce ſignatis: *Bona quoque ipſorum ex quo crucem acceperunt cum ſuis familiis, ſub S. R. E. nec non & Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum & aliorum Prælatorum Eccleſiæ Dei protectione conſiſtant: & nullam de his quæ in ſuſceptione crucis quiete poſſederunt, donec de ipſorum reditu certiſſime cognoſcetur, ſuſtineant quæſtionem, ſed bona eorum integra interim maneant & quieta*.

18. *Cum oppreſſi & rei*. Eos qui ad Eccleſiam confugerint tradi non oportere; ſed loci reverentia & interceſſione defendi poſt Conc. Arauſic. 1. c. 15. decernunt Aurelian. I. c. 1. IV. c. 21. V. c. 22. Epaon. c. 39. Matiſcon. II. c. 8. Rem. an. 630. c. 7. Capitular. Caroli M. de Confugio ad Eccleſiam, ac tandem Conc. Rom. an. 1148. c. 14.

20. *Nemo privatas penſiones*. Vid. Thomaſſ. Eccleſ. diſcipl. par. 3. l. 2. c. 31.

21. Ita Conc. Autiſſiodor. an. 578. c. 35. Matiſcon. II. 585. c. 10.

22. Conc. Agath. an. 506. c. 22. *Licet ſuperfluum ſit de re nota & antiquis canonibus prohibita, iterato aliquid definire: attamen quo facilius cupiditas aut improbitas reprimatur, id ſtatuimus quod omnes canones jubent, ut civitatenſes ſive diœceſani presbyteri, vel clerici, ſalvo jure Eccleſiæ, ſicut permiſerint Epiſcopi, teneant: vendere autem, aut donare penitus non præſumant*. Idem poſtmodum ſtatuere pleraque Galliæ Concilia, Epaon. c. 7. Aurelian. III. c. 12. 22. 23. IV. c. 11. 18. &c.

23. Conc. Matiſcon. II. an. 585. c. 5. *Statuimus ac decernimus, ut mos antiquus a fidelibus reparetur, & decimas eccleſiaſticis famulantibus ceremoniis populus omnis inferat, quas Sacerdotes aut in pauperum uſum, aut in captivorum redemptionem prærogantes, ſuis orationibus pacem populo ac ſalutem impetrent. Si quis autem contumax noſtris ſtatutis celeberrimis fuerit, a membris Eccleſiæ omni tempore ſeparetur*. Arelat. VI. an. 823. Rem. II. Turon. III. Cabilon. II. ejuſdem anni; Meldenſe an. 645.

24. Poſtquam hunc laudavit canonem Thomaſſinus Eccleſ. diſcipl. par. 3. l. 2. c. 31. §. 9. ſubdit: Nec facilis erat *ille delectus temporum, locorum, & hominum, quando penſionum cauſæ eſſent rationi & juſtitiæ conſentientes . . . Tutius ergo & conſultius viſum eſt ipſam Apoſtolicam ſedem conſuli ad decernendas penſiones: ex quo id tandem perfectum eſt, ut ad eam tota illa poteſtas revocaretur*.

26. Conc. Matiſcon. I. an. 581. c. 17. *Si quis convictus fuerit alios ad falſum teſtimonium vel perjurium attraxiſſe, aut quacumque corruptione ſollicitaſſe, ipſe quidem uſque ad exitum non communicet: hi vero qui ei in perjurio communicaſſe probantur, poſt ab omni ſunt teſtimonio prohibendi; & ſecundum legem infamia notabuntur*.

27. Idem decernunt an. 1300. Auſcitanæ provinciæ Antiſtites c. 4. Angli in Lambeth. Conc. an. 1261. c. 1. Itali in Raven. II. an. 1311. rubrica 20.

28. Idem poſtmodum in Germania decrevere Conc. Salizburg. an. 1281. c. 17. & Herbip. an. 1287. c. 37.

29. Incendiarios excommunicant Patres Conc. Tullen. II. an. 860. c. 4. Veneficos, trium provinciarum Epiſcopi in Conc. Vavrenſi an. 1268. c. 116. *Ut ſingulis annis in genere ſolemniter excommunicentur ſortiarii, perjuri ſupra ſacramenta, incendiarii, fures, atrociores raptores, præcipit generale Conc.* London. I. an. 1100. dum eidem Principi Anglia & Normannia ſuberant.

30. Comprimendam Clericorum contumaciam multis ſuadet S. Cyprianus ep. 65. ad Rogatianum Epiſcopum.

31. *Antequam iter peregrinationis arripiat*. Scilicet in Paleſtinam cum Richardo rege Anglorum eodemque Normannorum Duce. In priori Conciliorum noſtrorum editione huic canoni iſte ſubjungitur: *Placuit ut quicumque Sacerdos ſuſpenſus ſcienter celebraverit, ceſſet per annum a divinis officiis. Si excommunicatus celebrarit, mittatur Romam*. Eum vero Canonem non a Concilii Patribus ſancitum cenſemus, tum quod in Mſs. nonnullis deſit, tum quod prior ejus pars jam tunc recepto non concordet juri, ſcilicet, ut a divinis Officiis ſuſpenſus ceſſet Sacerdos, non modo per annum, ſed donec a Prælato fuerit abſolutus.

ANNO CHRISTI 1189.

# CONCILIUM * PIPEWELLENSE

Pambritannicum, archiepiſcoporum Britanniæ, quorumdam etiam Normanniæ, Galliæ, & Hiberniæ, & Epiſcoporum atque Abbatum: præſente Ricardo Rege Anglorum, Anno Domini MCLXXXIX.

* Pipevvel abbatia in agro Northamptonienſi.

## Ex Rogeri Hovedeni annal. parte II.

Tom. II. collect. Anglic.

VEnit Rex ad abbatiam, quæ dicitur Pipevvel, & congregatis ibi Baldewino Cantuarienſi Archiepiſcopo, & Waltero Rothomagenſi archiepiſcopo, & Joanne Dublinenſi archiepiſcopo, & Formale Trevirenſi archiepiſcopo, & Hugone Dunelmenſi epiſcopo, & Hugone Lincolnienſi epiſcopo, & Hugone Ceſtrenſi epiſcopo, & Joanne Norwicenſi epiſcopo, & Joanne Eboracenſi epiſcopo, & Joanne Exonienſi epiſcopo, & Willielmo Herefordenſi epiſcopo, & Willielmo Wigornienſi epiſcopo, & Reginaldo Bathonienſi epiſcopo, & Gilleberto Roſenſi epiſcopo, & Se-

ANNO CHRISTI 1189.

& Sefrido Cicestrenſi epiſcopo, & Henrico Bajocenſi epiſcopo, & Petro epiſcopo de S. David in Wallia, & Albino Fernenſi epiſcopo, & Concorde Hegilonenſi epiſcopo, & abbatibus, & prioribus fere totius Angliæ, idem rex dedit Godefrido de Luci epiſcopatum Wintonienſem, & Lichardo theſaurario Elienſi archidiacono, epiſcopatum Lincolnienſem; & Willielmo de Longo Campo cancellario ſuo, epiſcopatum Elienſem; & Huberto Walteri decano Eboraci, epiſcopatum Saleſbirienſem, & abbatiam de Seleſby; Rogero ejuſdem abbatiæ priori, abbatiam de Glaſtingbiri; Henrico de Soilli priori de Bermundeſeja, & Gaufrido fratri ſuo quondam Lincolnienſi electo, archiepiſcopatum Eboracenſem, & Henrico fratri Willielmi mareſcalli, decanatum Eboracenſis eccleſiæ; & Bucardo de Puteaco nepoti Hugonis Dunelmenſis epiſcopi, theſaurariam Eboracenſis eccleſiæ; & Willielmo de Chuneli, archidiaconatum de Richmund, & Willielmo de S. Mariæ eccleſia, præbendam, quæ fuit Walteri Huberti in eccleſia Eboraci, & decanatum ſancti Martini Londoniæ.

Cum igitur Balduvinus Cantuarienſis archiepiſcopus vidiſſet archiepiſcopatum Eboracenſem datum fuiſſe præfato Gaufrido, calumniatus eſt conſecrationem illius, & prohibuit ei ne ipſe ab A alio, quam ab eo, conſecrationem ſeu ſacerdotalem ordinem ſuſciperet: & ſuper hoc appellavit ad dominum Papam, & coram rege, & univerſis epiſcopis, & clero, & populo, chartam Willielmi regis Baſtardi, in qua continebatur controverſia, quæ olim vertebatur, inter Cantuarienſem & Eboracenſem eccleſias, ſuper primatia Angliæ, & quibuſdam aliis dignitatibus, protulit. In charta autem illa continebatur: quod Thomas tunc temporis archiepiſcopus Eboracenſis ordinem ſacerdotalem, & epiſcopalem conſecrationem ſuſcepit de manu Lanfranci tunc temporis Cantuarienſis archiepiſcopi, & totius Angliæ primatis; & ei canonicam obedientiam fecit; & ad concilia ſua cum Lindiffarnenſis ec- B cleſiæ epiſcopo, & ceteris ſuffraganeis ſuis venit; & ei reverentiam omnem ſicut primati ſuo exhibuit. Charta autem illa teſtabatur hæc omnia ſupradicta facta fuiſſe coram rege Willielmo, generali concilio apud Lundonias, per definitivam ſententiam ab Alexandro ſecundo prolatam. In ſequenti vero die Joannes electus Candidæ caſæ conſecratus eſt in epiſcopum a Joanne Dublinenſi archiepiſcopo, apud Pipewel, decimo quinto Kalendarum Octobris die Dominica.

# CONCILIUM CRACOVIENSE,

In quo decima clero impoſita pro recuperatione terræ ſanctæ, Anno MCLXXXIX.

Ex Labbei Append. Tom. X.

ANno Domini MCLXXXIX. *inquit Mathias Michovienſis hiſtoria Polonicæ libro* III. *cap.* XXVII. Joannes cardinalis cognomento Malabranca, a Clemente papa III. miſſus, Poloniam venit, & facta ſynodo in Cracovia pro reformatione cleri, tam epiſcopis, quam univerſo clero, pro recuperatione terræ ſanctæ decimam impoſuit.

C G. C. Lanciciense concilium ſupra attulimus ad annum MCLXXXVIII, quo decimam illam imperatam diximus, authore Statavolſcio, qui de anno conſentientem habet Cromerum; de loco, minime: at certe non repugnantem, cum rem tantum eo anno in Polonia per legatum confectam Cromerus affirmet: de urbe, ne litteram quidem faciat, at nec de concilio.

ANNO CHRISTI 1190.

# CONCILIUM SALMATICENSE

Præſide Guillelmo Cardinali & Apoſtolicæ ſedis Legato.

Ex Card. de Aguirre Concil. Hiſp. t. 3. p. 402.

CIrca annum 1190. habitum eſt Concilium Salmanticæ, præſide Cardinali Guillelmo, & adſidentibus Epiſcopis regnorum Legionis & Portugalliæ, nominatimque Vitali Præſule Sal- D maticenſi. In eo poſt accuratum examen declaratum fuit irritum matrimonium contractum inter Alphonſum IX. & Thereſiam Reges Leonis.

ANNO CHRISTI 1190.

# ECCLESIASTICÆ LIBERTATIS

In Normannia Leges.

Ex Beſſin Concil. Rotomag. Prov. p. 92.

CIrca illos dies annuente Rege Richardo, liberata eſt eccleſia Normanniæ a longo ſervitutis jugo quo premebatur, quod ſcilicet nulla occaſione, a ſæcularibus capientur Clerici poteſtatibus ſicut conſueverant, niſi pro homicidio, furto, incendio, vel ejuſmodi enormi flagitio. *Hæc Matthæus Weſtmonaſt. ad ann.* 1190.

Hoc item, vel ſequenti anno contentio mota E inter Rotomag. eccleſiam, procurante eam in abſentia Walteri Archiep. Joanne de Conſtantiis Rotom. decano, & Willelmum filium Radulfi Seneſcallum Normanniæ ſuper quibuſdam capitulis, de quibus eccleſia Dei conquerebatur ſub præſentia Henrici Bajocenſis, Willelmi Abrincenſis, Liſiardi Sagienſis, Radulfi Lexovienſis & Willelmi Conſtantienſis Epiſcoporum (aderat tum expe-

ANNO CHRISTI 1190.

expeditioni ſacræ Joannes epiſcopus Ebroicenſis) A & Baronum regis, aſſiſtentibus quoque pluribus Normanniæ Miniſtris, hoc tandem fine conquievit.

*Ex Chartulario Capituli Rotomagenſis.*

1. In primis determinatum eſt de Clericis, quod nulla occaſione a ſæcularibus poteſtatibus capientur, niſi pro homicidio, furto vel hujuſmodi enormi flagitio, quod ad placitum gladii pertineat: & tunc cum requiſiti fuerint ab Eccleſiaſticis judicibus, eis quieti reddentur in eccleſiaſtica curia judicandi.

2. Item generaliter omnes de fidei læſione, & juramenti tranſgreſſione quæſtiones in eccleſiaſti- B co foro tractabuntur: ſuper Treugæ vero violatione antiqua conſuetudo, & chartarum Henrici & Ricardi illuſtrium Regum Angliæ tenor obſervabitur.

3. Item quæſtiones ſuper dote vel donatione propter nuptias, quando mobilia, vel ſe moventia petentur, ad eccleſiam referentur. Quæſtio vero ſuper iiſdem de immobilibus, dominis noſtris Regi, & Archiepiſcopo determinanda reſerventur.

4. Item Conventualibus eccleſiis, Abbates, vel Priores, aut Abbatiſſæ cum aſſenſu diœceſani epiſcopi eligentur.

5. Item nulla fiet recognitio in foro ſæculari ſuper poſſeſſione, quam viri religioſi, vel quæcumque eccleſiaſticæ perſonæ 20. annis vel amplius poſſederint. Similiter nulla fiet recognitio, ſi charta, vel alio modo eleemoſynatam poſſeſſionem probare potuerint, ſed ad eccleſiaſticos judices remittentur.

6. Item diſtributio eorum, quæ in teſtamento relinquuntur, auctoritate eccleſiæ fiet, nec decima pars bonorum ut olim ſubtrahetur. De bonis vero Clericorum etſi dicantur fuiſſe uſurarii, vel quocumque genere mortis præventi, nihil pertinet ad ſæcularem poteſtatem: ſed epiſcopali auctoritate in pias cauſas diſtribuentur.

7. Item quicquid laici in vita ſua donaverint, vel quocumque titulo a ſe alienaverint, etſi uſurarii fuiſſe dicantur, poſt mortem non revocabitur. Quæ vero poſt mortem non alienata invenientur, ſi recognitum fuerit ipſos tempore mortis fuiſſe uſurarios, confiſcabuntur.

8. Item ſi mortuus habuerit aliquod vadium unde ſortem ſuam percepit, portio ipſius libera ad eum qui invadiavit, vel ad hæredes ipſius revertetur: idem fiet de portionibus uxoris & filiorum, poſt mortem ipſorum. Si quis vero ſubitanea morte, vel quolibet alio fortuito caſu præoccupatus fuerit, ut de rebus ſuis diſponere non poſſit, diſtributio bonorum ejus eccleſiaſtica auctoritate fiat.

## ☞ CONCILIA WESTMONASTERIENSIA DUO

*Alterum a Baldewino Cantuarienſi antiſtite; aliud vero a Wilielmo Elienſi epiſcopo A. S. L.*

*Anno* 1190. *celebrata.*

Ex Suppl. Manſi To. II. pag. 746. Ann. 1190. Apud Wilkins ibid.

PAuca de hoc concilio adnotat Matthæus Pariſius, *præter locum, in quo celebratum fuit:* Tempore quoque ſub eodem Baldewinus, archiepiſcopus Cantuarienſis: celebravit concilium apud Weſtmonaſterium; ibique valedicens fratribus, iter arripuit Hieroſolymitanum magnifice præparatus: *Idibus Octobris ſequentibus (juxta M. Pariſium) Willielmus, Elienſis epiſcopus, papæ legatus, concilium provinciale tenuit apud Weſtmonaſterium, in quo pauca vel nulla proviſa ſunt de ædificatione eccleſiæ Anglicanæ.* Hemingford pag. 528. ita de hoc concilio ait: Epiſcopus Elienſis, ut C ad ſummum evectus videretur, generale concilium ex Anglia terrore maximo Londoniæ congregatum, quanto glorioſius, tanto & vanius celebravit, ſub ſpecie ſcil. religionis agens propriæ negotium vanitatis, quod utique agebat fortius eo, quod metropolitanæ eccleſiæ vacabant utræque. *Gervaſius concilium hoc ſub anno MCXCI. collocat, addens*, quod epiſcopus Roffenſis & prior Cantuar. legatum rogaverint, immo juſſerint, ne quid in hoc concilio contra jura Cantuarienſis eccleſiæ, vel contra dignitatem vel appellationem archiepiſcopi præſumatur.

## ☞ CONCILIA ANGLICANA DUO

*Alterum Gloceſtriæ, aliud vero Glavorniæ.*

*Anno* 1190. *celebrata.*

Manſi ibid. Ann. 1190. Extat apud Wilkins Conc. Brit. to. 1. ad hunc annum.

HOc anno Willielmus, epiſcopus Elienſis, papæ legatus, regeque abſente, procurator regni, ſynodum tenuit apud Gloceſtriam, cujus mentionem facit Radulph. de Diceto col. 655. *In feſtivitate B. Petri, quæ dicitur ad vincula,* D *Willielmus, Elienſis epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, convocavit multos apud Gloceſtriam.* Et fol. 520. dicit: *quod Willielmus, Angliæ legatus, convocavit Angliæ epiſcopos apud Glavornam.* Quid autem ibi actum ſit, haud recenſet.

VITA

# VITA ET EPISTOLÆ CÆLESTINI PAPÆ III.

CÆleſtinus tertius, patria Romanus, qui auctore Rogero prius Hyacinthus diaconus cardinalis ſanctæ Mariæ dictus fuerat, ſubrogatus eſt Clementi tertio anno Domini 1191. quarto Idus Aprilis. In vigilia paſchæ ſacerdos, ipſo paſchæ die pontificatum eſt conſecutus. Henricum ſextum ejus nominis regem Germaniæ, una cum uxore ejus Conſtantia, imperiali conſecratione Romæ donavit. Poſtridie factæ coronationis, Tuſculana civitas ad petitionem ſenatus Romani tradita, ſolo tenus eſt deſolata. Cumque imperator Apuliam & Siciliam, quam Tancredus invaſerat, recuperare volens, magno exercitu Salernitanam civitatem expugnaſſet, & ad obſidionem Neapolis ſe contuliſſet, Conſtantiam imperatricem, quam Salernitani apud ſe relictam proditioneque interceptam ad Tancredum in Sicilia regnantem tranſmiſerant: Cæleſtinus pontifex per dominum Ægidium cardinalem diaconum e captivitate Tancredi libertatem ad imperatorem in Germaniam, quo morbus peſtifer exercitum ejus invadens ab obſidione Neapolitana eum fugarat, ſuis expenſis honorifice remiſit. Philippum Francorum regem expugnata Accone, olim Joppe dicta, ex Palæſtina reverſum, magna animi conſtantia aliquoties admonuit, ut Botildam regis Daniæ filiam, quam prætextu conſanguinitatis alia ſuperinducta dimiſerat, non obſtante ſanguinis propinquitate, ſuper qua ad inſtantiam regis diſpenſaverat, ad torum reciperet. Ad inſtantiam Aleonoræ matris Henricum imperatorem & Leopoldum ducem Auſtriæ comminatione cenſurarum eccleſiaſticarum monuit ut Richardum regem Angliæ, quem poſt aliquot victorias contra Soldanum obtentas, ex Palæſtina, initis cum Soldano triennalibus induciis redeuntem, in ſinu Adriatico naufragantem, & ad territorium Viennenſem appellentem, Leopoldus dux Auſtriæ, ideo quod vexillum ejus loco ſigni in hoſpitio ſuſpenſum in cloacam projici mandaverat, intercepit, captumque Henrici imperatoris arctiſſimæ cuſtodiæ tradidit, a captivitate unius anni & ſex ſeptimanarum liberarent, redditiſque obſidibus, eam etiam quam extorſerant a captivo, ingentem pecuniarum ſummam integre reſtituerent. Vinculis ſolutum regem matri Aleonoræ per Moguntinum & Colonienſem archiepiſcopos reddiderunt: pecuniam vero reſtituere contumaciter recuſantes, pontifex merito gladium, quo ſolet punire, eccleſiaſticum evaginando, utrumque excommunicavit. Leopoldus contemptor cenſuræ eccleſiaſticæ, gravem Dei vindictam in ſe ſubditiſque ſuis expertus, tandem reſipuit, & impetrata abſolutione excommunicationis, magno corporis cruciatu ſpiritum emiſit. Henricus imperator in ea contumaciter obſurdeſcens, præter eam quam in terram ſanctam miſerat expeditionem, nihil pie ac laudabiliter egiſſe invenitur. In Siciliam veniens, in eos Nortmannos qui defuncto Tancredo faviſſent, tam principes ſuperſtites quam ſubditos incarcerando, & ementulando, carnificinam exercuit tantam, ut Conſtantia Auguſta ejus uxor, unica Nortmannorum regia ſuperſtes propago, eumdem tamquam gentis ſuæ exterminium indigne ferens, adverſus virum ſuum rebellando exercitumque armando, tandem coegerit, ut quas ipſa conjux volebat, pacis conditione acciperet. In Sicilia exiſtens acerbiſſimam miſit ad Alexium imperatorem Conſtantinopolitanum legationem, ab ipſo petens quidquid terrarum olim in oriente Wilielmus rex Siciliæ ab Epidauro uſque ad Theſſalonicam civitatem occupaſſet, vel ut pro his tributum penderet. Summam talentorum ſexdecim auri puriſſimi expilatione eccleſiarum & piorum locorum male collecti impetraſſet, ſi non morte præventus fuiſſet. Nam dum hæc agebantur in Oriente, poſt oblatam regi Angliæ ſatisfactionem, petitamque ab excommunicationis ſententia ſibi inflicta abſolutionem, mortuus eſt menſe Septembri anno Domini 1197. Friderico ſecundo regni Siciliæ hærede relicto. Quem pontifex optimus corona regia inſignivit, poſtquam mater ejus Conſtantia, juxta decretum pontificium, a communi fama de partus ſui ſuppoſitione ſe per juramentum expurgaſſet. Duces Palæſtinæ obitu imperatoris cognito, cum Saladini filium adverſus ſe venire audiſſent, milites ad præliandum paratos ignominioſe deſerentes fugarunt. De obitu Cæleſtini, ſuique in locum illius ſubrogatione, Innocentius III. in epiſtola ad Hieroſolymitanum patriarcham iſta ait: Sane felicis memoriæ Cæleſtino patre ac prædeceſſore ſexto Idus Januarii, anno Chriſti 1198. viam univerſæ carnis ingreſſo, & in Lateranenſi baſilica ſepulto, tanta fuit inter fratres noſtros ſuper pontificis ſubſtitutione concordia, ut eo cœlitus deſideriis ipſorum aſpirante, qui facit utraque unum, & concurrentes parietes in ſe angulari lapide copulavit, omnes univerſaliter unum ſaperent, & idem ſingulariter poſtularent, nos in ſummum pontificem ipſo die depoſitionis ejuſdem prædeceſſoris noſtri unanimiter aſſumentes, *&c.* Unde patet ſex annis, novem menſibus minus duobus diebus Cæleſtinum Romanæ eccleſiæ præfuiſſe. Obitus Cæleſtini III.

## EPISTOLA I. CÆLESTINI PAPÆ III.

## AD PRÆLATOS ANGLIÆ.

Pro Wilielmo Elienſi epiſcopo.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis in regno Angliæ conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

CUm dilectus in Chriſto filius noſter Richardus illuſtris rex Anglorum, quando ſe ſuſcepto ſigno crucis ad ulciſcendam injuriam Redemptoris accinxit, tutelæ regni ſui curas, quod ſicut vir intelligens, & requirens Dominum duxit obſequium poſtponendum ſub apoſtolica protectione dimiſerit, ſtatutum regni ſui ac jura & honorem ipſius tanto majori ſtudio conſervare volumus & debemus, quanto de noſtra protectione confiſus, majoribus periculis perſonam ſuam & res pro exaltatione ſanctæ religionis expoſuit, & in obſequio Creatoris laudabilius, faciente Domino cum eo ſignum in bonum, atque ferventius, ſicut ex ſuis operibus eluceſcit co-

cognoſcitur ſe habere. Cum igitur quædam tam contra regnum ipſum, quam contra venerabilem * patrem veſtrum Wilielmum Elienſem epiſcopum, apoſtolicæ ſedis legatum, cui regnum tradidit gubernandum, per Joannem comitem Moretonii, & per quoſdam alios, accepimus attentata, quæ nonnulla in ſe ſuſpicionis continent argumenta, & ſi vera ſunt, non in modicam noſcuntur ſedis apoſtolicæ contumeliam redundare: eidem præſumptioni tanto maturius duximus occurrendum, quanto ex mora ipſa jam dicto regi & terræ Hieroſolymitanæ gravius detrimentum ac nobis & eccleſiæ Romanæ major inde poſſet ignominia provenire. Proinde univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, & in virtute obedientiæ præcipimus, quatenus ſi, prout nobis inſonuit, memoratus comes, vel alius in jam dictum epiſcopum manus violentas injicere, vel eum capere, vel juramentum quodlibet ab eo per violentiam extorquere, ſeu eum in captione tenere, ſeu ſtatum regni a ſeveritate regia in receſſu ſuo diſpoſitum aliquatenus immutare præſumpſerit, omni occaſione vel ſimultate poſtpoſita convenientes in unum, prædictum comitem, & omnes antedictæ præſumptionis conſiliarios, auctores, complices, & fautores, accenſis candelis, & pulſatis campanis, omni appellatione & excuſatione, nec non & perſonarum acceptione poſtpoſitis, publice nuncietis vinculo excommunicationis adſtrictos. Et tamdiu faciatis ſic excommunicatos ab omnibus arctius evitari, nec non & in terris illorum, & in aliis quas invaſerint, præter pœnitentias, & parvulorum baptiſmata, Divina penitus ſine appellationis obſtaculo prohibeatis celebrari officia: donec jam dicto legato tam a captione quam a juramento primitus abſoluto, & regno ipſo in ſtatum a prænominato rege in receſſu ſuo diſpoſitum reformato, cum teſtimonio litterarum ipſius legati, & veſtrarum, pariter ad ſedem veniant apoſtolicam abſolvendi: ſcituri pro certo, quod ſi hujus noſtri executione præcepti negligentes fueritis aut remiſſi, non minorem in vos præſtante Deo duximus ultionem, quam ſi prædicta injuria perſonæ noſtræ vel uni de fratribus noſtris eſſet irrogata.

** fratrem*

Datum Laterani quarto Nonas Decembris, pontificatus noſtri anno primo.

## II. AD LINCOLNIENSEM ET ROFFENSEM EPISCOPOS.

De irritatione ſententiæ in Dunelmenſem epiſcopum per Eboracenſem nulliter prolatæ.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus Lincolnienſi & Roffenſi epiſcopis, & dilecto filio abbati de Burgo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

SIcut ea, quæ a venerabilibus fratribus coepiſcopis noſtris circumſpectione provida & ratione prævia ſtatuuntur, debemus illibata ſervare: ita quæ minus quoque conſiderare aguntur, providentia pleniori corrigere, & in ſtatum debitum nobis imminet reformare. Cum itaque venerabilis frater noſter Gaufridus Eboracenſis archiepiſcopus, in venerabilem fratrem noſtrum Hugonem Dunelmenſem epiſcopum, & quoſdam alios excommunicationis ſententiam promulgaſſet, & eorum nunciis ad noſtram præſentiam venientibus, in conſiſtorio noſtro fuiſſet hinc inde ſuper ea ſententia & quibuſdam aliis articulis, plenarie diſceptatum: nos cognoſcentes tam in ipſum quam in alios jaculatam ſententiam inconſulte prolatam fuiſſe, nullius cauſæ rationabilis munimine roboratam, eam de conſilio fratrum noſtrorum denunciavimus, publice non tenere, irritantes eam, ne quid auctoritatis habeat inhibentes. Ut itaque quod nos decrevimus per partes veſtras publice nuncietur, per apoſtolica ſcripta vobis mandamus, ut eamdem ſententiam per eccleſias veſtras prædicetis authoritate ſedis apoſtolicæ irritatam: ut fidelium populus tam ipſi epiſcopo, quam aliis una cum epiſcopo, injuſte ligatis, fraternæ communionis participium ſecure impendat, & ab illorum nullatenus propter hoc communione recedat.

Datum Laterani.

## III. AD EPISCOPUM ET CLERUM EUGUBINUM.

De ſancti Ubaldi canonizatione.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri B. epiſcopo, & dilectis filiis B. priori, & clero, & populo Eugubino, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

BEnedictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum illis qui natura fuerant filii iræ ſpiritum adoptionis, in quo clamamus Abba papa, indulget, & homines ex lutea materia conſtitutos in conſortium angelorum & gloriam ſua pietate aſſumit. Sicut factum eſt temporibus noſtris de ſanctæ recordationis Ubaldo pontifice veſtro, qui cum pius & juſtus, dum in carne viveret, haberetur, poſt tranſitum a vicinis & longe poſitis propter miracula, quæ per merita ejus operatus eſt Deus, ſanctus meruit æſtimari. Impletum eſt in ipſo quod Propheta dixit in pſalmo: *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii, conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui Domine.* Tu autem, frater epiſcope, apud ſedem apoſtolicam conſtitutus, opportune & importune in humilitate qua decuit inſtitiſti, ut memoriam prædicti pontificis canonizare, & ipſum adſcribere ſanctorum catalogo authoritate apoſtolica deberemus, conſideratione habita ad religioſam vitam ipſius, & ad multa miracula, quæ per eum, poſtquam migravit a ſæculo, Omnipotentes dignatus eſt operari. Nos vero opus iſtud intuentes ſenſum & intelligentias noſtras excedere, quia potius eſt Divini judicii quam humani, cum ipſe ſolus plene noverit qui ſunt ejus, ſuſpendimus deſiderium tuum aliquamdiu, ut nobis & fratribus noſtris quid potius agendum eſſet Spiritus ſancti gratia revelaret. Tua igitur tandem pia ſupplicatione inducti, & multorum epiſcoporum, & aliorum teſtimoniis inclinati, non de propriis meritis, ſed de miſericordia creatoris potiſſimum confidentes, de communi fratrum conſilio acquievimus votis veſtris, & canonizantes prædictum ſanctum authoritate beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, qua fungimur licet immeriti, decrevimus ut feſtum tranſitus ipſius ſicut beatiſſimi confeſſoris apud vos perpetuo habeatur. Quapropter univerſitatem veſtram monemus & exhortamur in Domino, quatenus non in vacuum gratiam iſtam recipiatis, ſed exemplo beati viri renovemini ſpiritu mentis veſtræ, & in reverentia Dei & prædicti ſancti, & omnium aliorum, ferventiores ſolito exiſtatis, & feſtum ejus ſeptimo decimo Kalendas Junii hilariter annis ſingulis celebrare ſolicite operemini, * quod veſtra circa Divinum cultum devotio profeciſſe merito videatur, & alii de facto veſtro exemplum pro

*Pſal. 44.*

** Forte, ita quod. H.*

ſecto aſſumant, & ipſe veſtris motus precibus pro totius eccleſiæ ſtatu apud omnipotentem Dominum intercedat.

Datum Laterani, quarto Nonas Martii, pontificatus noſtri anno primo.

## IV. AD EPISCOPOS ANGLIÆ.

De peccatis expiandis & moribus emendandis.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis per Angliam conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

CUm ad propulſandam injuriam populi Chriſtiani, & communis notam fidei abolendam, quam ei paganorum ſpurcitia in captione ſanctæ terræ, quæ Domini eſt hæreditas nuncupata, pernicioſe ac violenter impreſſit, & ad emendandam etiam civitatem ſanctam, & ſepulcrum Dominicum ab Saracenorum & aliorum inſuper occupantium immunditiis, ac auferendam illam per auxilium ſupernæ clementiæ a poteſtate illorum, ſedes apoſtolica ſuum debitum recognoſcens, per diverſas Mundi partes nuncios ſæpe a ſuo latere, ac commonitorias litteras deſtinaverit, & in Divina confiſa clementia magnas illuc tendentibus impenderit indulgentias: licet, ut fraternitas veſtra poteſt perpendere, ad C hæc agenda per exhortationes illius viriliter ac devote plurimi ſe accinxerint, & tot in tranſmarinis partibus Chriſti fideles propter hæc ſæpe fuerint congregati, ut multitudo eorum oppugnantium numerum non modicum videretur excedere, & * auxiliis ac viribus etiam prævalere: non multum tamen proficere potuit, vel his qui ex adverſo contendebant obeſſe, pro eo, ſicut ex effectu datur intelligi, quod niſus & actiones eorum qui fuerant ad partes illas profecti, Domino pro parte magna diſplicebant. Unde merito aliorum peccaminum, quia non in Deo ſed viribus propriis confidebant, & non erat ante ipſorum oculos timor Dei, ex præconcepta ſuperbia cor eorum permiſſum eſt obſcurari, ut D alia inſuper agerent quæ minime convenirent, Divinum contra ſe ſuis perverſitatibus judicium provocantes. Verum quia multæ ſunt miſericordiæ Domini, qui etſi ad malorum pervicaciam retundendam, & ſubdenda cervicoſorum hominum colla, diſciplinæ manus quandoque ſuas medicinaliter aggravat, & ut elevet opprimit & percutit, aut flagellat ut ſanet: ſi ad eum cum debita fuerimus humilitate reverſi, & de peccatis caſtigati, ac de obſervandis Creatoris de cetero ſtudio ferventiore mandatis firmum propoſitum aſſumpſerimus, abſque ulla poterimus heſitatione ſperare, quod affluentius gratiuſque nobis aſſiſtet, & de inimicis nominis Chriſti plenam indulgebit de cœlo victoriam, ita quod univerſa E quæ incurrimus hucuſque gravamina oblivioni tradantur: omnibus converſis retrorſum, & merita confuſione ruentibus, qui oderunt Sion, & gentilibus præſumpſerunt contaminationibus maculare.

Attendentibus autem, ac ſtudio diligenti ſcrutantibus, quales minas populo Iſraeli, cum ex promiſſione memoratam ſupra terram intraret, Divina poteſtas tulerit, non erit dubitationis ſcrupulus, qui hujuſmodi inquiſitioni opponat, quare noſtrum pro Deo inceptum conamen ſperatos non ſit conſecutum effectus. Dictum eſt enim

* animis



A illis, ut ab habitatorum illis terræ contagiis & ſpurcitiis abſtinerent, & illorum vitia imitatione digna non ducerent, quæ ipſis poſſint accidere in ruinam: ſed legem Domini firmo propoſito & omni animi & intentionis niſu ſervarent. Quibus * itaque monitis ſi devote ac humiliter obedirent, unus eorum mille vinceret, ac decem illis decem millia. Quæ certiori poſtmodum experimento noverunt, cum pauci de ipſis magnam ex illis & infinitam quaſi multitudinem trucidarunt: & dum devote Divinis intenderent mandatis, non fuit civitas vel munitio quæ ipſorum poſſet evitare congreſſus, vel ipſorum ſubtrahi conamine aliquo vel conſilio poteſtati. Quare tamen, cum eorum filii, qui Dominum, ut ibi B dicitur, non noverunt, ab illorum quæ fuerant ſibi legali promulgatione injuncta temere cœpiſſent obſervatione deficere, inimici eorum adverſus eos cuneos obſtruentes, ſuæ illos potentiæ ſæpius ſubjugaverunt, quos denuo per Divinum ſibi auxilium ſubegerunt, cum de commiſſis exceſſibus pœnitentes, ac reatum ſuum recognoſcentes, humiliter pia ſunt ad Deum devotione converſi. Satis autem indubitanter poteſtis agnoſcere, quod cum ex ſubortis diſcordiis proventus ſperatæ victoriæ, Chriſtianæ militiæ auferretur; cauſa erat ſimultatum & odiorum * frequentia in exercitu pullulantium, quia carnem poſuerant brachium ſuum, & a Domino receſſerant corda eorum.

* Forte, utique. H.

*Jud.* 1.

* frequentius

C Si ergo volumus ſine magno labore in adverſariorum perniciem glorioſum per omnia obtinere triumphum: propter hucuſque perpeſſa gravamina non deficiamus animo, ſed requirentes cum humilitate ac cordis contritione miſericordiam Creatoris, in confuſionem eorum perpetuam, inſuperabilem poterimus victoriam ex conſueta ſupernæ dignationis merito benignitate ſperare. Hæc itaque conſideratione inducti, univerſis orbis principibus in remiſſionem injunximus peccatorum, ut Divini amoris & propriæ ſalutis intuitu, ſi quis adverſus aliquem concepit qualibet occaſione rancorem, & ſi deſpexerit homini, Creatori dimittat, ne ulterius diſſentiendi ad invicem occaſio præbeatur, quæ hactenus & victo- D riæ nobis, ut noſtis, proventus abſtulit, & maximæ multitudinis parti abſque ullo commodo periculum mortis induxit: & toto animi ſtudio inter ſe conſilii reperire procurent, quo & interim valeat illud tantillum terræ Domini portionis, quæ adhuc ſub Chriſtianorum poteſtate tenetur, ne a perverſorum manibus occupetur, inconcuſſe ſervari, & contra impiorum impetus ſine aliquo pavore defendi, & accingatur denuo multitudo fidelium, quæ illuc ſub debita & devota humilitate itura, totam poſſit terram & ſepulcrum Dominicum, devicto & conculcato penitus occupantium furore, liberare.

Ad hæc etiam, quia ex hoc nobis & univerſo populo Chriſtiano nimium exuperat cauſa fletus, & triſtari debemus omnibus modis, non E lætari, dum videlicet terra, ubi ſteterunt pedes Domini, & ſalutis noſtræ ſunt ſacramenta patrata gentilium occupationibus detinetur: torneamenta, quæ cauſa lætitiæ inventa fuerunt & tironum exercendæ virtutis, penitus inhibemus, ut qui ſe voluerit exercere, ad terram illam accedat ubi & animæ virtutis viriliter poterit ac ſalubriter demonſtrari. Taliter etiam unitati & pacis concordiæ adinvicem procurent intendere, ut nullus ſit qui adverſus alium guerram intendat, vel armis injuriam audeat propulſare; ſed communiter potius ſtudeant, quæ diffi-

dentium animos ſtudio ac labore diligenti reforment.

Si quis vero, quod non credimus, Dei timore poſtpoſito, & reverentia noſtra & fidei Chriſtianæ contempta, contra hoc agere aliqua temeritate præſumpſerit, noverit nos vobis & aliis archiepiſcopis & epiſcopis diſtrictius injunxiſſe, ut eorum terras, qui contumaciter incæpto hujuſmodi duxerint inſiſtendum, interdicto eccleſiaſtico ſupponatis, & perſonas etiam, ſi opus fuerit, excommunicationis vinculo aſtringatis, & faciatis utramque ſententiam inviolabiliter obſervari. Vobis ergo per apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ad ea quæ prædiximus celeriter adimplenda, omni tarditate & contradictione poſtpoſitis, vos accingatis, & ſtudeatis per veſtras diœceſes, dilatione & appellatione ceſſante, id executioni mandare. Datum Romæ apud ſanctum Petrum tertio Idus Januarii, pontificatus noſtri anno ſecundo.

## V. AD EPISCOPUM LINCOLNIENSEM.

Jubet inquiſitionem fieri de exceſſibus Eboracenſis archiepiſcopi.

*Cœleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Lincolnienſi epiſcopo, & dilectis filiis archidiaconis de Northamptun, & priori de Ponte ſancto ſalutem.*

MEdiator Dei, & hominum Dominus Jeſus Chriſtus, cujus providentia in ſui diſpoſitione non fallitur, totius eccleſiæ diſciplinæ caput & magiſterium ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ voluit reſervari, & omnes alias ipſius ordinationi & correctioni ſubeſſe: ita quod conceſſa ei ſpecialiter plenitudine poteſtatis, ejus etiam * ſit ceterarum exceſſus corrigere, & quod laudabiliter agitur, authoritate apoſtolici culminis approbare. Unde nos, qui ad ejus regimen Divina ſumus diſpoſitione aſſumpti, ea volumus fratres & coepiſcopos noſtros cautela & diſcretione diligere, ne videamur affectum & familiaritatem eorum, vocationis noſtræ officio anteferre: præſertim cum habeat ſuos fines dilectio, qua quiſque tenetur ad hominem, non ad hominis errorem diligendum. Sane ad audientiam noſtram ex perſonarum, & capituli Eboracenſis eccleſiæ inſinuatione pervenit, & id ipſum dilectorum filiorum noſtrorum Roberti Eboracenſis, & Rogeri de Selebi, & aliorum undecim abbatum Præmonſtratenſis ordinis teſtimonia manifeſte declarare videntur, quod venerabilis frater noſter Gaufridus Eboracenſis archiepiſcopus, ſacramenta injuncti ſibi officii vilipendens, venatione, aucupio, & aliis militaribus curis inutiliter occupatus, ordinationi clericorum, eccleſiarum dedicationibus, aut ſynodis celebrandis, nec manum nec operam poſt ſui promotionem adhibuit, nec abbatem aliquem benedixit: licet tam contra clericos quam abbates ad maledicendum & excommunicandum, linguam conſueverit juxta motum proprium indiſcrete relaxare. Libertates eccleſiæ ſuæ ac conſuetudines approbatas evacuat & ſubvertit; appellationes, quæ ſolent eſſe ad remedium oppreſſorum, ad Romanæ ſedis injuriam reduxit in contemptum; plures, pro eo quod ad nos appellationes emiſerant, vinculis fecit carceralibus vehementer adſtringi; perſonas eccleſiæ ſuæ, poſt appellationem ad nos factam, honoribus & beneficiis ſpoliavit; quoſ-

* al. proprium.

A dam canonicorum, appellatione contempta, excommunicationi ſubjecit, privilegia Romanorum pontificum in ejus præſentia omnino authoritate fruſtrantur; & qui forte alias tutus eſſet in oſtenſione privilegii noſtri, optati coram eo beneficium præſidii demeretur. Cum contingit aliquem ad ſubtractam ſibi eccleſiam, vel poſſeſſionem, per judices delegatos authoritate noſtra reſtitui, eum, per quem debuerat judicium executioni mandari, ſtatim ſentiet inimicum. Plures enim taliter reſtitutos deſtituit, & eccleſias per miniſtros ſuos violenter aggrediens, fores eccleſiarum fregiſſe, & eos proponitur per violentiam expuliſſe. Quamplures etiam reatum perjurii fecit pernicioſe incurrere, ipſos ab obedientia,
B quam archidiaconis ſuis canonice ſervandam juramento promiſerant, quadam neceſſitatis violentia retrahendo. Præterea majorem eccleſiam multitudine armatorum aggrediens, fores capituli per violentiam confringi & aſportari fecit, & bona canonicorum, & aliorum plurium, qui res ſuas tam in eccleſia quam in theſauraria depoſuerant, fecit per violentiam detineri: pro quibus omnibus Eboracenſe capitulum ad noſtram audientiam appellavit. Comperimus etiam ex teſtimonio prædictorum, quod eccleſiis quandoque vacantibus, præſentatas ſibi ab his ad quos præſentatio pertinet, perſonas idoneas non admittit: ſed eas aut pueris aut minus honeſtis perſonis aſſignat, uſus pariter præſentantis & inſtituentis
C officio: aut facit eas ex ſola voluntate vacare, ut earum fructus ipſius uſibus applicentur, & quod ſuſtentationi alicujus clerici honeſti debebatur, ſibi non metuit retinere. Adjecerunt etiam, quod cum ſpiritualia dona gratis debeant & ſine pravitate diſtribui, frequenter cum donat eccleſiam, aut eam ſcindit per partes contra ſtatuta eccleſiæ canonica, aut in ea novam & indebitam retinet penſionem, & quamplures excommunicatos vel ſuſpenſos non niſi pecunia interveniente abſolvit. Religioſi vero viri & honeſti in conſpectu ejus deſpecti & contemptibiles
D fiunt: viles & ſuſpectæ perſonæ de facili familiaritatem ejus & gratiam aſſequuntur. Unde, ſi ſic vivitur & in talibus fuerit converſatio ſua timendum eſt ne gregi ſibi commiſſo potius ſit lapis offenſionis & ſcandali patra, quam eruditionis exemplum, vel contra ſpirituales nequitias ſolatium aut tutela. Quia igitur quæ præmiſſa ſunt, ſolicitudinem inquiſitionis expoſcunt, diſcretioni veſtræ, de qua plene confidimus, inquiſitionem horum duximus committendam: per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus ad Eboracenſem eccleſiam accedatis, & convocatis abbatibus, & prioribus, & aliis eccleſiaſticis perſonis Eboracenſis diœceſis, diligentius inquiratis, utrum Eboracenſem eccleſiam & provinciam tam inutiliter & pernicioſe tractavit: &
E ſi ſuper præmiſſis legitimi accuſatores apparuerint. audiatis quæ contra præfatum archiepiſcopum duxerint proponenda: &, eis diligenter auditis & cognitis, atteſtationes ſub ſigillis veſtris incluſas nobis tranſmittere procuretis, aſſignantes partibus terminum competentem, quo ſufficienter inſtructæ ad apoſtolicam ſedem accedant, quod canonicum eſt, ibi, dante Domino, recepturæ. Si vero accuſatores defecerint, & fama publica fuerit contra ipſum, ei purgationem cum tribus epiſcopis, & totidem abbatibus, authoritate noſtra, ſublato appellationis obſtaculo, indicatis: in qua ſi forte defecerit, ipſum ab archiepiſcopali officio & adminiſtratione ſuſpenſum apoſtolico conſpectui faciatis præſentari, ut autho-

thore Domino, ibi plenius doceatur, qualiter eum & ſibi conſimiles in domo Dei oporteat miniſtrare. Si vero idem archiepiſcopus aliquid contra eos duxerit proponendum, illud nihilo minus audiatis, & ad nos ſub ſigillis veſtris tranſmittatis incluſum, ut ſuper his quod canonicum fuerit, ſtatuatur. Sane ſi dictus archiepiſcopus in eluſionem mandati noſtri, antequam citatio veſtra ad eum perveniat, appellationem interpoſuerit, vel iter arripuerit ad ſedem apoſtolicam veniendi: vos ei terminum trium menſium ſtatuatis, infra quem ſe debeat in propria perſona noſtro conſpectui præſentare. Quod ſi non fecerit, vos eum ex tunc ab omni pontificali officio & archiepiſcopatus adminiſtratione denuncietis authoritate noſtra, remota appellatione, ſuſpenſum. Quod ſi omnes his exequendis intereſſe nequiveritis, duo veſtrum nihilo minus ea exequantur.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſexto Idus Junii, pontificatus noſtri anno quarto.

## VI. AD DECANUM ET ARCHIDIACONOS LINCOLNIENSIS ECCLESIÆ.

Contra Gaufridum Eboracenſem archiepiſcopum.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis * Haimo decano Lincolniæ, & Rogero de Leiceſtria, & Winemero de Northamptun, archidiaconis in Lincolnienſi diœceſi conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

* Forte, Haimone. H.

EXpoſuerunt nobis dilectiſſimi filii noſtri, Simon decanus, & capitulum eccleſiæ ſancti Petri Eboraci, quod poſt appellationem ad nos interpoſitam, clerici de capella venerabilis fratris noſtri ejuſdem eccleſiæ archiepiſcopi, & quidam alii ejuſdem civitatis in cathedrali eccleſia, in grave præjudicium ipſorum canonicorum intruſi, excluſis vicariis & clericis ejuſdem eccleſiæ, in ea miniſtrare, & contra approbatam & antiquam conſuetudinem loca & ſtalla perſonarum in choro & capitulo uſurpantes, ordinem eccleſiæ pervertere præſumpſerunt. Volentes vero hujuſmodi præſumptionibus, prout convenit, obviari, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus, ſi vera ſunt quæ præmiſimus, præſumptores illos, ut ipſi eccleſiæ S. Petri & canonicis ſuper his in præſentia veſtra debitam ſatisfactionem exhibeant, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellatis. Damna etiam, quæ per eoſdem clericos prædicto capitulo conſtitit irrogata, ſicut juſtum fuerit, reſarciri faciatis. quod ſi omnes his exequendis intereſſe nequiveritis, duo veſtrum ea nihilo minus exequantur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſecundo Kalendas Junii, pontificatus noſtri anno quarto.

## VII. AD HUBERTUM ARCHIEPISCOPUM Cantuarienſem.

Ei legationem apoſtolicæ ſedis committit.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Huberto Cantuarienſi archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

SInceritas devotionis & fidei conſuetæ, quam Anglicana ſemper eccleſia circa ſacroſanctam Romanam eccleſiam conſervavit, in tua, ſicut bene confidimus, providentia & virtute refloruit, & placidi ſervoris accepit acceptabile * incrementum. Talis enim ad Romanam eccleſiam tuæ fraternitatis emanavit opinio, quæ in tuæ honeſtatis odore nos recreat, & conſtantiæ quam habes vigore confortat: ita ut confidentiam, quam de tua probitate concepimus, in noſtro jam apertius opere declaremus. Supplicante itaque cariſſimo in Chriſto filio noſtro Richardo illuſtri rege Anglorum, & univerſis ſuffraganeis Cantuarienſis eccleſiæ, ut Anglicana eccleſia legatum apoſtolicæ ſedis pro ſuis & regni profectibus obtineret: tum pro devotione, quam ad Cantuarienſem eccleſiam pro meritis illius glorioſi martyris habemus; tum pro tuæ probitatis & honeſtatis intuitu, eorum precibus aſſenſum præſtitimus & favorem, maxime quia multum credimus eccleſiæ & regni utilitatibus expedire, ſi talem in miniſterio ſupradicto regio illa recipiat, qualem prædicti regis, & eorum inſtantia, de converſationis merito & fidei devotione commendat. Ideoque nos ad honorem Dei, & Cantuarienſis eccleſiæ ſalutem, & pacem per totum regnum Angliæ, non obſtante exceptione vel privilegio venerabili fratri noſtro Gaufrido Eboracenſi archiepiſcopo, aut eccleſiæ ſuæ vel alii facto, officium tibi legationis concedimus, per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus illam cum fraternæ obedientiæ humilitate ſuſcipias, & ſecundum datam tibi cœlitus facultatem ad emendandam ea quæ neceſſe eſt emendari, & ad ſtatuenda quæ fuerint ſtatuenda, debitæ diligentiæ manum authoritate ipſius legationis apponas: ita nimirum in omnibus reverentiam matris tuæ Romanæ eccleſiæ prompta devotione cuſtodiens, ut eam de profectu miniſterii, quod tibi læta committit, tuis etiam facias operibus lætiorem.

* al. ſacramentum

Datum Laterani xv. Kalendas Apr. pontificatus noſtri anno IV.

## VIII. AD OMNES ANGLIÆ EPISCOPOS.

De reverentia exhibenda Huberto Cantuarienſi archiepiſcopo, ſedis apoſtolicæ legato.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus in Chriſto, Eboracenſi archiepiſcopo, & univerſis epiſcopis, & dilectis filiis abbatibus & prioribus, & aliis eccleſiarum prælatis per regnum Angliæ conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

DIvinæ ſapientiæ inſcrutabilis altitudo ſacroſanctam eccleſiam in hujus mundi latitudine ſtabilivit, & ita regimen & gubernationem in ipſius inimitabili proviſione eſſe voluit, ut ad eam ſalubriter gubernandam plures aſſumerentur in partem ſolicitudinis, quamvis pro unitatis eccleſiaſticæ firmamento Romana eccleſia acceperit plenitudinem poteſtatis. Voluit enim, ut ſecundum quod eccleſiam alloquitur in Propheta, pro patribus ejus filii naſcerentur, qui ſuper omnem terram principes conſtituti, virtutum meritis, & verbo doctrinæ, rudes, ad fidem provectos, ad juſtitiam erudirent. Unde ſacroſancta Romana eccleſia, cui Dominus ſuper ceteras contulit eccleſiæ magiſtratum; pium ad alias materna proviſione reſpectum providit ab initio, & laudabili hactenus conſuetudine cuſtodivit, ut de diverſis mundi partibus ad earum miniſterium implendum viros prudentes aſſumeret: quorum authoritas & doctrina ſub Romani pontificis modera-

deramine conſtituta, quod ipſe non poterat, procul diſtantibus eccleſiis miniſtraret. Unde nos, qui licet inſufficientibus meritis in ſublimi ſumus ejuſdem ſpecula conſtituti, patrum noſtrorum veſtigiis inhærentes, ita intendimus cum Dei adjutorio injunctum nobis miniſterium circa proximas eccleſias gerere, ut his, a quibus etiam poſitione diſtamus, opportuna debeat providentia non deeſſe. Specialiter autem ad præſens, Anglicanam eccleſiam paternæ conſiderationis acie intuentes, ad ſalutem ipſius, & ſpeciales in Chriſto profectus, communi conſilio fratrum noſtrorum decernimus, ut venerabilis frater noſter Hubertus Cantuarienſis archiepiſcopus, de cujus meritis & virtute, ſapientia pariter & doctrina, eccleſia univerſalis congaudet, miniſterio legationis accepto, vices noſtras ad honorem eccleſiæ, & totius regni ſalutem & pacem, per totum regnum Angliæ, non obſtante exceptione vel privilegio tibi aut eccleſiæ tuæ, frater archiepiſcope, vel alii facto, libere exequatur. Præſentium itaque authoritate univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem tanquam apoſtolicæ ſedis legato reverentiam exhibeatis debitam & honorem; atque ejus ſalubria monita & mandata recipiatis humiliter & ſervetis, quæ authoritate legationis, qua fungitur ſecundum Dominum, duxerit ſtatuenda, firmiter obſervantes.

Datum Laterani decimoquinto Kalendas Aprilis, pontificatus noſtri anno quarto.

## IX. AD ARCHIEPISCOPUM SENONENSEM, Fragmentum.

*Jubet ut Francorum regem moneat recipere uxorem prætextu conſanguinitatis dimiſſam.*

Nos itaque, qui ipſum regem Francorum ſpecialiter in viſceribus noſtris caritatis diligimus, per dilectum filium noſtrum C. ſubdiaconum apoſtolicæ ſedis legatum, ad hoc ſpecialiter miſſum, rogavimus eumdem, ut reginam ſuam, quam a ſe conſilio iniquo amoverat, affectu maritali tractaret: nec illis aures accommodaret qui pro lucro reputant, ſi poſſunt inter aliquos odium & diſcordiam ſeminare. Inde eſt, quod illam divortii ſententiam, contra juris ordinem prolatam, de fratrum noſtrorum conſilio penitus irritantes, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus firmiter & præcipimus, quatenus, ſi prædictus rex, iſta vivente, aliam ſuperducere voluerit, vos authoritate apoſtolica id eidem inhibere curetis.

## X. AD HUBERTUM CANTUARIENSEM archiepiſcopum.

*De negotiis terræ ſanctæ.*

VOS autem fratres archiepiſcope & epiſcopi, quibus cura animarum & ſolicitudo commiſſa eſt, precibus inſtantes ad Dominum inceſſanter, ſubditos vobis populos inducatis, ut aſſumpto crucis ſignaculo, ad confutandos fidei Chriſtianæ perſecutores accingantur. Speramus ſiquidem, & vos ſperare debetis, quod Dominus in verbo prædicationis & orationis veſtræ rete laxabit in capturam, & tales ad defenſionem orientalis provinciæ propitius excitabit, quorum potius exigentia meritorum, quam armorum fiducia exurget Deus, & inimici ejus diſſipabuntur, & fugient a facie ejus qui oderunt eum. A Nos autem illius, qui pro divinitatis amore hujus peregrinationis laborem aſſumere, &, quantum in ſe fuerit, implere ſtuduerint, de indulto nobis a Domino authoritatis officio illam remiſſionem impoſitæ pœnitentiæ per ſacerdotale miniſterium facimus, quam prædeceſſores noſtri ſuis noſcuntur temporibus ſtatuiſſe: ut videlicet qui corde contrito & humiliato ſpiritu, laborem hujus peregrinationis aſſumpſerint, & in pœnitentiam peccatorum hoc iter expedierint, ſi in fide deceſſerunt, plenam ſuorum criminum indulgentiam, & vitam conſequantur æternam. Bona quoque ipſorum, ex quo crucem acceperint, cum familiis ſuis, ſub Romanæ eccleſiæ, nec non & archiepiſcoporum, aliorumque eccleſiæ B prælatorum protectione conſiſtant, & nullam de his, quæ in ſuſceptione crucis quiete poſſederunt, donec de ipſorum reditu vel obitu certiſſime cognoſcatur, jacturam vel perturbationem ſuſtineant vel quæſtionem, ſed bona ipſorum integra remaneant interim & quieta.

Illi autem qui in ſubſidium terræ illius de bonis ſuis illuc tranſmiſerint, de peccatis ſuis veniam conſequentur, juxta moderamina prælatorum. Hunc tibi, frater archiepiſcope, oneris hujus laborem duximus injungendum, mandantes, ut apud cariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Anglorum regem, qui terram ſanctam ſub trium ſtatuit treguis annorum, ut ad defenſionem illius terræ milites & pedites bene in- C ſtructos tranſmittat, aſſiduis exhortationibus elaboret: provinciam circumiens Anglicanam, opportunis & importunis prædicationibus inſtet, ut pro defenſione Chriſtianitatis aſſumpto crucis ſignaculo, terram viſitent tranſmarinam.

## XI. AD SIMONEM DECANUM EBORACENSEM.

De adminiſtratione ejuſdem diœceſis.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Simoni decano Eboracenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

D CUM univerſalis eccleſiæ regimen nobis licet inſufficientibus Divina favente gratia ſit commiſſum, & ſingularum ex eis caſibus præcavere teneamur & utilitatibus providere: illud nobis eſt ſummo opere præcavendum, ne inde eccleſiæ in temporalibus vel ſpiritualibus detrimentum incurrant, unde ipſarum honorem & commodum credimus procurare. Cum enim penſatis perſonarum meritis, & diligenter inſpectis, aliquis juxta ſuorum exigentiam meritorum per nos fuerit ſuæ dignitatis poteſtate ſuſpenſus, & ab eccleſiarum prælatione ad tempus amotus: ne ſubditis paſtoris cura privatis malignandi materia tribuatur & occaſio litigandi, eis tali debemus providere perſona, quæ & litigantium diri- E mere quæſtiones, & ſubditorum exceſſus corrigere noverit; &, quantum ſui officii debitum patitur, & diligat, & affectet. Inde eſt, quod cum Eboracenſis archiepiſcopus, ejus actibus exigentibus, & contumacia faciente, qui abuſus patientia noſtra, neque a ſuis iniquitatibus deſtitit, nec noſtro ſe conſpectui, indulto ſibi miſericorditer termino, præſentavit, ab uſu pallii, & epiſcopalis officii executione, a miniſtratione quoque tam ſpiritualium quam temporalium, & beneficiorum perceptione, noſtra ſit authoritate ſuſpenſus: diſcretioni tuæ authoritate præſentium duximus indulgendum, ut cum conſilio canonicorum

corum in Eboracenſi eccleſia reſidentium, clericorum Eboracenſis diœceſis exceſſus corrigere valeas, & querelantium tam clericorum quam laicorum Eboracenſis diœceſis controverſias, quæ judicio exigunt eccleſiaſtico terminari, canonice definire, canonica ſeveritate, appellatione remota, percellens eum qui ſuper hoc contumaciter duxerit reſiſtendum, donec eidem eccleſiæ aliter fuerit ſolicitudine noſtra proviſum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani decimo Kalendas Januarii pontificatus noſtri anno quinto.

## XII. AD CLERICOS EBORACENSES.
### Ejuſdem argumenti.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis univerſis abbatibus, prioribus, archidiaconis, & aliis clericis, comitibus, & baronibus, & aliis in Eboracenſi provincia conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

QUAM miſericorditer Romana eccleſia ſuper facto Eboracenſis archiepiſcopi proceſſerit videre licet, ſi litterarum noſtrarum tenorem, quas utraque partium a ſede apoſtolica diverſis temporibus impetravit, diligenter attendatis. Cum enim, ſignificantibus dilectis filiis decano & capitulo Eboracenſi, & non paucis abbatibus, prioribus, & aliis eccleſiæ prælatis in regno Angliæ conſtitutis, ad apoſtolatus noſtri audienti. m perveniſſet, dictum archiepiſcopum, paſtoralis officii debito prætermiſſo, ſæcularibus negotiis implicari, & non Divinis obſequiis, non clericis ordinandis, non eccleſiis dedicandis, non ſynodis celebrandis, non benedicendis abbatibus, ſed venationibus & aucupio totius animi ſui ſtudium applicare, & exercere alia quæ commiſſo ſibi officio pontificali & honori non modicum derogant: non ſtatim formavimus judicium contra eum, ſed inquiſitionem famæ ipſius venerabili fratri noſtro Lincolnienſi epiſcopo, & dilectis filiis archidiacono de Northamtun & priori de Ponte * fracto duximus committendam; cupientes ipſum archiepiſcopum per interminationem ſuſpenſionis, ſi de his quæ nobis fuerant ſignificata conſtaret, vel ſi ea legitime comprobari non poſſent, per exhibitionem canonicæ purgationis, quam ei cum tribus epiſcopis & totidem abbatibus feceramus indici; a ſuis exceſſibus deterrere, & ad veritatis tramitem revocare. Verum quoniam idem archiepiſcopus, antequam citatio eorumdem judicum perveniſſet, ad ſedem appellavit apoſtolicam: dicti judices juxta litterarum noſtrarum tenorem, ſpatio ei trium menſium indulto, Kalendas Junii, quo appellationem interpoſitam proſequi non differret, ipſi procuraverunt pro termino aſſignare. Deinde vero cum archiepiſcopus ipſe iter arripuiſſet ad ſedem apoſtolicam veniendi, timens ne propter inclementiam aeris aliquod perſonæ ipſius periculum eveniret, a nobis litteris & nunciis poſtulavit, ut ſtatutum ſibi terminum deberemus miſericorditer prorogare. Nos vero precibus ipſius annuentes, & credentes quod eo citius de ſuis exceſſibus pœniteret, quod nos ad audiendas petitiones ſuas magis propitios & faciles inveniret, terminum uſque ad octavas B. Martini proximo prætcrituras proſequendæ appellationis ad ipſum

* al. ſancto Hard.

A purgandum ſtatuimus, memoratis judicibus dantes nihilominus in mandatis, ut ſi tunc inde archiepiſcopus noſtro aſpectui neglexerit ſe præſentare, exinde juxta priorum litterarum tenorem in cauſa procederent; & quæ ipſis per eaſdem litteras mandata fuerant, exequi procurarent. Ceterum memorato termino jam tranſacto, cum ad Romanam eccleſiam nec acceſſerit, nec aliquem miſerit reſponſalem, qui abſentiam ſuam quolibet modo excuſaret: ipſius inobedientiam & contumaciam attendentes, ipſum ab uſu pallii, & pontificalis officii executione, adminiſtratione etiam tam temporalium, quam ſpiritualium, ac perceptione beneficiorum duximus ſuſpendendum: memoratis judicibus per apoſtolica ſcripta mandantes, ut eum per totam Eboracen- B ſem diœceſim, & provinciam, ſuſpenſum a nobis publice ſtatuant nunciare. Ideoque univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem archiepiſcopo, vel officialibus ejus, nec in ſpiritualibus nec in temporalibus præſumatis aliquatenus reſpondere: ſed ſi quas inter aliquos veſtrum in Eboracenſi diœceſi poſitorum quæſtiones oriri contingat, quæ judicio eccleſiaſtico debeant terminari: ad audientiam dilecti filii noſtri Simonis Eboracenſis decani eaſdem controverſias deferatis, ipſius judicium recepturi humiliter, & firmiter ſervaturi: ſcientes nos eidem decano de ſolita ſedis apoſtolicæ miſericordia indulſiſſe, ut cum conſilio canonicorum ſuorum in Eboracenſi eccleſia reſidentium, exceſſus corrigat clericorum, & eorum ac laicorum qui eccleſiaſticam audientiam exigunt, in Eboracenſi diœceſi definiat quæſtiones.

C Datum Laterani decimo Kalendas Januarii pontiacatus anno quinto.

## VIII. AD LINCOLNIENSEM EPISCOPUM.
### Ejuſdem argumenti.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Lincolnienſi epiſcopo, & dilectis filiis archidiacono de Northamptun, & priori de Ponte * fracto, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

* al. Ponte ſancto

D CUM ſacroſancta Romana eccleſia ſuper immobile fundamentum, lapidem ſcilicet angularem & verum, perpetua ſtabilitate fundata, de ſe ipſa Veritate dicente, *Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam*, per beati Petri merita eccleſiarum omnium magiſterium cepit & primatum, ad principem apoſtolorum Domino proteſtante, *Si diligis me, paſce oves meas*; & non ſolum corporum, ſed etiam animarum judiciariam accepit poteſtatem, eodem apoſtolorum principe audiente a Domino: *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum in cælis*: nos, quos non propria merita, ſed ſola Divina miſeratio, ad ſummi pontificatus apicem evocavit, ſi judicia noſtra recta volumus & provida deliberatione formare, & poteſtate nobis tradita non E abuti, illius debemus, quantum humana permittit fragilitas, exempla ſectari, in quo ſedes apoſtolica fundata conſiſtit, & a quo ceterarum eccleſiarum curam ſuſcepit, & ligandi atque ſolvendi plenitudinem poteſtatis. Mirabilis enim ſuper omnia Deus, & inſcrutabilis Divini conſilii altitudo, licet incomprehenſibilia ſint judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ipſius, aliquid tamen ex his, quæ in inferioribus operatur, ſi recte conſpicimus,

Matth. 16.
Joan. 21.
Matth. 16.

mus, nobis & aliis eccleſiarum prælatis in forma judicii innuit imitandum, qui cum ſterilem arborem de vinea ſua, juxta illud evangelii, præceperit ſuccidendam, ne terram fertilem occuparet, præmiſit dicens: *Ecce tres anni ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio, ſuccide ergo illam*. Hoc ſiquidem nos, licet minimi, & humanæ fragilitatis ſubjacentes defectibus, intra nos ipſos aſſidua meditatione penſantes, auditis exceſſibus Eboracenſis archiepiſcopi, & de inhoneſta vita, & de inutili converſatione eius rumoribus in noſtra & fratrum noſtrorum audientia recitatis, non ſtatim formavimus judicium contra eum; ſed exemplo illius, cujus miſerationes ſuper cetera opera ejus, ut ſterilis arbor pullularet in fructus, & vigorem reciperet jam amiſſum, non modico temporis ſpatio ad correctionem ipſius, multiplicatis litteris & mandatis non deſtitimus laborare: nunc eum ad viam ſalutis noſtris monitis revocantes, nunc per interminationem ſuſpenſionis officii & beneficii deterrentes ab iniquitatis ſuæ ſemitis & erroris, ſicut vobis, qui totam rei ſeriem & proceſſum negotii quoad ordinem agnoviſtis, credimus manifeſtum. Sane ad audientiam noſtram ex perſonarum & capituli Eboracenſis eccleſiæ inſinuatione pervenit, & idipſum dilectorum noſtrorum Roberti de Eboraco & Rogeri de Selebi, & aliorum undecim abbatum Præmonſtratenſis ordinis teſtimonia manifeſte declarare videntur: quod Gaufridus Eboracenſis archiepiſcopus ſacramenta injuncti ſibi officii vilipendens, venatione, aucupio, & aliis militaribus curis inutiliter occupatus, ordinationi clericorum, eccleſiarum dedicationibus, aut ſynodis celebrandis, nec manum nec operam poſt ſui promotionem adhibuit, nec abbatem aliquem benedixit, licet tam contra clericos quam abbates ad maledicendum & excommunicandum linguam conſueverit juxta motum proprium indiſcrete laxare. Libertates eccleſiæ ſuæ, ac conſuetudines approbatas evacuat ac ſubvertit: appellationes, quæ ſolent eſſe ad remedium oppreſſorum, ad Romanæ ſedis injuriam reduxit in contemptum: & plures, pro eo quod ad nos appellationem emiſerant, vinculis fecit carceralibus vehementer adſtringi. Perſonas eccleſiæ ſuæ poſt appellationem ad nos factam honoribus & beneficiis ſpoliavit: quoſdam canonicorum appellatione contempta excommunicationi ſubjecit: privilegia Romanorum pontificum, in ejus præſentia ſua, omnino authoritate fruſtrantur: & qui forte alias tutus eſſet, in oſtenſione privilegii noſtri, optati coram eo præſidii beneficium demeretur. Cum contingit aliquem ad ſubtractam ſibi eccleſiam vel poſſeſſionem per judices delegatos authoritate noſtra reſtitui, eum, per quem judicium debuerat executioni mandari, ſtatim ſentiet inimicum. Plures enim taliter reſtitutos deſtituit, & eccleſias ſuas per miniſtros ſuos violenter aggrediens, fores earum fregiſſe, & eos proponitur per violentiam expuliſſe: quamplures reatum perjurii fecit pernicioſe incurrere, ipſos ab obedientia, quam archidiaconis ſuis canonice ſervandam juramento promiſerant, quadam neceſſitatis violentia retrahendo. Præterea majorem eccleſiam cum multitudine armatorum aggrediens, fores capituli per violentiam confringi & aſportari fecit, & bona canonicorum & clericorum plurium, qui res ſuas tam in eccleſia quam in theſauraria ibi depoſuerant, fecit per potentiam detineri. Pro quibus omnibus Eboracenſe capitulum ad noſtram præſentiam appellavit. Comperimus etiam ex teſtimonio prædictorum, quod eccleſiis quandoque vacantibus, præſentatas ſibi ab his ad quos præſentatio pertinet perſonas idoneas non admittit; ſed eas aut pueris & minus honeſtis perſonis aſſignat, uſus pariter & præſentantis & inſtituentis officio, aut facit eas de ſola voluntate vacare, ut earum fructus uſibus ipſius applicentur, & quod ſuſtentationi alicujus honeſti clerici debebatur, ſibi non metuit retinere. Adjecerunt etiam, quod cum ſpiritualia dona gratis debeant & ſine pravitate diſtribui, frequenter cum donat eccleſiam, aut eam ſcindit per partes contra ſtatuta canonica, vel in ea ſibi novam & indebitam retinet * poſſeſſionem, & quamplures excommunicatos, vel ſuſpenſos, non niſi pecunia interveniente abſoluit: religioſi vero & honeſti viri in conſpectu ejus deſpecti & contemptibiles fiunt; viles & ſuſpectæ perſonæ de facili familiaritatem ejus & gratiam aſſequuntur. Nos vero de rumoribus tam profanis auditis non ſemel, ſed ſæpius, & tam prædictorum quam aliorum prælatorum, in regno Angliæ, & in Eboracenſi provincia poſitorum litteris, noſtris auribus frequentius inculcatis, volentes eum a ſuis exceſſibus deterrere, & ad exequendum paſtoralis officii debitum revocare: inquiſitionem famæ ipſius vobis duximus committendam, ut convocatis abbatibus, & prioribus, & aliis eccleſiaſticis perſonis Eboracenſis diœceſis, inquireretis de præmiſſis diligentius veritatem, & ſi accuſatores legitimi procederent contra eum, auditis quæ proponerentur hinc & inde, & depoſitionibus teſtium redactis in ſcriptis, eas ſigillorum veſtrorum ſignatas munimine ad ſedem apoſtolicam tranſmittere deberetis; aſſignato partibus termino competenti, quo ad audiendam ſententiam noſtro ſe conſpectui præſentarent. Hoc etiam iiſdem litteris meminimus fuiſſe inſertum, ut deficientibus accuſatoribus, ſi fama publica faceret contra eum, purgationem ipſius cum tribus epiſcopis & totidem abbatibus, ſublato appellationis obſtaculo, indicere curaretis. In qua ſi forte deficeret, ipſum ab archiepiſcopali officio & adminiſtratione ſuſpenſum, noſtro teceretis conſpectui præſentari; ſi vero archiepiſcopus memoratus, antequam citatio veſtra perveniret ad ipſum, ad ſedem apoſtolicam appellaret, induciis ei trium menſium indultis, ſi infra eos interpoſitam appellationem proſequi negligeret vel differret, ipſum ab omni pontificali officio & archiepiſcopatus adminiſtratione noſtra nunciaretis authoritate ſuſpenſum. Quia vero idem archiepiſcopus. antequam per vos citaretur ad cauſam, ſicut nobis ſuis litteris & nunciis intimavit, ſedem curavit apoſtolicam appellare: & vos ei ad proſequendam appellationem Kalendas Januarii pro termino aſſignaſtis: ipſius laboribus & expenſis parcere diſponentes, ac timentes, * ſi æſtivo tempore ad Urbem accederet, aliquod perſonæ ipſius ex aeris inclementia periculum proveniret, cum, ſicut nobis intimatum fuerat, iter arripuiſſet ad ſedem apoſtolicam veniendi, & paratus exiſteret de objectis ſibi criminibus reſpondere, de ſolita ſedis apoſtolicæ benignitate proſequendæ appellationis ab ipſo uſque ad octavas beati Martini proximo præterituras terminum duximus prorogandum; omnia quæ fuerunt contra eum impetrata, uſque ad eumdem terminum ſuſpendentes, & revocantes in ſtatum priſtinum quidquid contra eum poſt appellationem ad nos interpoſitam priorum litterarum obtentu fuiſſet a nobis vel aliis immutatum. Vobis etiam per apoſtolica ſcripta diſtincte mandavimus, ut, niſi in octavis ſancti Martini noſtro con-

Luc. 13.

* penſionem

*Forte*, no ſi. H.

conſpectui ſe præſentaret, juxta formam primæ commiſſionis, ſublato cujuslibet contradictionis & appellationis obſtaculo, procedere nullatenus diſſeretis. Verum quoniam memoratus archiepiſcopus, abuſus patientia noſtra, nec ad Romanam eccleſiam acceſſit, nec reſponſalem aliquem deſtinavit, qui vel ejus abſentiam excuſaret, cum eum non modicum ultra præfixum ſibi terminum miſericorditer curaverimus expectare, licet eo ipſo videatur confeſſus de crimine, quod noſtro ſe conſpectui præſentare neglexerit, ipſum ab uſu pallii, & omnis epiſcopalis officii executione, a miniſtratione quoque tam ſpiritualium quam temporalium, & beneficiorum perceptione ipſius Eboracenſis eccleſiæ, & provinciæ, duximus ſuſpendendum: ut ſic ſaltem a ſuæ iniquitatis pertinacia reſipiſcens, canonicæ ſeveritatis cenſuram in ſe non exigat fortius exerceri. Ideoque diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus eum, per omnes eccleſias Eboracenſis diœceſis & provinciæ ſuſpenſum a nobis publice nuncietis: omnibus clericis & laicis ejuſdem provinciæ ex parte noſtra firmius injungentes, ne ipſi archiepiſcopo vel officialibus ejus in temporalibus vel ſpiritualibus reſpondere præſumant, donec de ipſo archiepiſcopo aliud duxerimus ſtatuendum. Mandamus autem & per vos volumus in Eboracenſi diœceſi nunciari, ut ſi forſitan inter aliquos quæſtiones moveri contingat, quas eccleſiaſtico judicio conveniat terminari, ad audientiam dilecti filii noſtri Simonis Eboracenſis decani, cui cum conſilio canonicorum in eadem eccleſia reſidentium, & clericorum exceſſus committimus corrigendos, & litigantium tam clericorum quam laicorum controverſias decidendas, referant, ipſius judicium ſuſcepturi humiliter, & firmiter ſervaturi. Adhæc, omnia, quæ authoritate litterarum noſtrarum, antequam ad vos ſecundarum notitia perveniſſet, ſuper negotiis eumdem archiepiſcopum contingentibus, tam reſtitutionibus ablatorum. quam de aliis provide & rationabiliter ſtatuiſtis, rata decrevimus permanere: mandantes ut authoritate noſtra ſuffulti, ad Eboracenſem eccleſiam accedentes, juxta priorum litterarum tenorem, tam in inquiſitione famæ, quam reſtitutione ablatorum canonicis facienda, nihilo minus procedatis, non impediente appellatione vel abſentia archiepiſcopi memorati, nec obſtantibus litteris in primarum litterarum præjudicium hactenus impetratis. Ad hæc, præſentium vobis authoritate injungimus, quatenus ſententiam excommunicationis in quoſdam canonicos, vicarios, clericos, & ſervientes canonicorum Eboracenſis eccleſiæ, ab eodem archiepiſcopo poſt appellationem ad nos interpoſitam, promulgatam, irritam judicetis penitus & inanem: ita tamen, ut dictos canonicos & alios in eadem ſententia nominatos, ad majorem cautelam authoritate apoſtolicæ ſedis abſolvatis. Omnes autem illos, qui in Benedictum clericum ſupradicti decani, Gualterum presbyterum, Richardum de Semare, & quinque de Cavel clericos, & alios clericos Eboracenſis eccleſiæ, manus temerarias injecerunt, vel qui eis violentiam præceperunt inferri, tamdiu nuncietis, appellatione remota, excommunicationis vinculo detineri, donec paſſis injuriam congrue ſatisfecerint, & cum veſtrarum teſtimonio litterarum ad ſedem veniant apoſtolicam abſolvendi. Quod ſi omnes his exequendis nequiveritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilo minus exequantur. Datum Laterani x. Kalendas Januarii, pontificatus noſtri anno quinto.



## XIV. AD HUBERTUM CANTUARIENSEM archiepiſcopum.

De negotiis terræ ſanctæ.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Huberto Cantuarienſi archiepiſcopo, & apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

EX parte tua in audientia fuit noſtra propoſitum, quod multi ſunt in Anglia, qui, ut ſepulcrum Domini viſitarent, & illi terræ ſanctæ in qua ſteterunt pedes Domini ſubſidium opportunum conferrent, crucem Dominicam aſſumpſerunt; & licet votum poſſint perficere, tamen ab executione ejuſdem ſe ſubtrahunt in ſuarum periculum animarum. Sunt etiam quidam, qui licet crucem ſuſceperint, pro paupertate tamen & corporis debilitate, vel alia juſta cauſa, emiſſum votum non poſſunt, ſicut convenit, adimplere. Verum quia quid ſuper his agendum ſit circa eos, nos duxit fraternitas tua conſulendos: authoritate tibi præſentium reſpondemus, per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus omnes illos, qui votum tale emiſerunt, ſicut dictum eſt, & ad illud explendum propriæ ſuppetunt facultates, niſi ex juſta cauſa omittendum, eos ad exequendum quod gratis voviſſe dicuntur, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, compellas. Ceterum de his qui paupertate & corporis debilitate, vel alio juſto impedimento, votum quod emiſiſſe noſcuntur, non poſſunt, ſicut convenit, adimplere: volumus ut, cum ſuper his veritas tibi fuerit declarata, pœnitentia congrua eis injuncta, licentiam eis tribuas remanendi: eiſdem firmiter injungens, ut, quam cito exequendi votum ſuum libera eis fuerit attributa facultas, id exequi ſine dilatione aliqua non poſtponant. His vero, quos pro infirmitate corporis tibi conſtiterit nullatenus poſſe in propria perſona votum ſuum proſequi, unam perſonam idoneam, vel plures, ſecundum quod facultates eorum ſuppetierint, ultra mare tranſmittant in ſuis expenſis, per annum, vel amplius juxta tuum arbitrium, ibidem in Jeſu Chriſti obſequio moraturas.

Datum Laterani ſecundo Idus Januarii, pontificatus noſtri anno v.

## EPISTOLA PHILIPPI BELVACENSIS EPISCOPI AD CÆLESTINUM PAPAM.

De captione ſua

*Venerabili Domino & patri Cæleſtino ſummo pontifici Philippus Belvacenſis epiſcopus ſalutem & obedientiæ canonicæ devotionem.*

SUpernæ dignitatis favor felicitatem veſtram & multiplices ſucceſſus evexit in altum, ad memoriam reducens illud legale: Inſontes invitat ad culpam, qui ſontes præterit impunitas. Univerſis eccleſiis jam quaſi notorium habetur: quam irreverenter, quamque inhumaniter, in dominum ſuum regem Francorum rex Angliæ jampridem inſurrexerit, ſimilis homini qui montem magnum fune circum ligatum tentat dejicere, Aſſerens igitur ſecum ignem & gladium, ſubni-

xtis etiam apoſtaticis Braibancenorum cohortibus, patriam noſtram irruerat, circumquaque depopulando. Quod cum vidiſſem, illius legalis non immemor, Vim vi repellere licet, & illius: Pugna pro patria, militum & civium cuneis, & aciei procerum immixtus, hoſtibus irruentibus obviam exivi. Sed humanis noverca fortuna conſiliis, propoſitum rei ſiniſtro mancipavit effectui. Captus quidem ibi ſum, & vinculis gravibus & catenis addictus; nec ordinis dignitas, nec Dei reverentia, remedii aliquid vel mitigationis mihi contulerunt. Taliter ergo rex Angliæ in chriſtum Domini more lupino ſævire non formidavit, nec veſtris auribus incognitum exiſtimamus. Quid ergo diſſimulatis? Quis pater videret filium errare, & taceret? Quis virga filium non percuteret, ut gladium non incurreret? Deſperat pater de filio, cum comminatione non corripit vel flagello. Luce quidem clarius eluceſcit quod rex Angliæ, ceterique complices ſui, qui violenter manus in nos injecerunt, dictæ ſententiæ canonem inciderunt. Injurias nobis & moleſtias enormiter illatas veſtræ paternitati lacrymabiliter inſinuamus lacrymis noſtris: & petitioni clementer condeſcendatis. Indignum eſt ſiquidem ſubjectorum petitionem ad vos directam, vacuam reverti & inanem, quæ & humilitatem redolet, & rationis ſubnixa eſt præſidio. Nec immunis eſt a culpa, qui cum poteſt corrigere, diſſimulat emendare; nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Licet igitur verba doloris totiens multiplicaverim, pater ſancte, ne miremini. Neſcit, immo nequit, pectoris clauſtro dolor aſſiduus ſepeliri. Valeat paternitas veſtra.

## XV. AD PHILIPPUM BELVACENSEM EPISCOPUM.

Reſpondet ſuperiori.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri Philippo Belvacenſi epiſcopo, ſalutem & ab exorbitatione reditum maturare.*

SIniſtre licet tibi evenerit, nec mirum. Cunctorum enim meretur odium, qui omnium ſe in commnne approbat inimicum. Præſulem namque pacificum exuens, militem bellicoſum induiſti: clypeum pro inſula, gladium pro ſtola, loricam pro alba, galeam pro mitra, lanceam pro baculo paſtorali, ordinem rerum & ſeriem pervertens, temerarius bajulaſti; non vim, ſicut allegas, ſed virtutem vi repellere volens; non pro patria, ſed contra patriam pugnans. De Gallia namque veſtra jam publice declamare poſſumus: *Væ terræ, cujus rex puer eſt*. Rex namque veſter regi Anglorum ſacramento corporaliter præſtito tenebatur aſtrictus ſuper indemnitate tam oppidorum, quam terrarum ſuarum ſibi fideliter obſervanda, ſaltem uſque ad reditum ab itinere peregrinationis ſuæ. Sed contra fidem & ſacramentum impudenter veniens oppida prædicti regis violenter occupavit, terram hoſtili manu crudeliter vaſtavit: ab ergaſtulo tandem rediens regi veſtro rex ille viriliter occurrit, non de multitudine, ſed in Domino Deo ſpem ponens. Non enim virorum, vel virium, ſed virtutum copia bella vincuntur. Pro rege quidem Angliæ contra ſuperbiam humilitas, contra injuriam jus & æquitas, contra arrogantiam & intemperantiam modus & modeſtia huc uſque dimicaverunt. Numeroſis enim virtutibus non viribus immunes viri victoriam conſequuntur. Injuriam armis irrogatam armorum propulſare remedio leges & jura permittunt. Nunc vero tandem, licet ſero, rex Angliæ ſe ſuamque maniſeſtavit animoſitatem: quoniam vix eſt, ut virtus clauſa celari, ut animoſitatis ardor extingui, ut probitatis ſcintilla comprimi valeat & concludi. Virtus enim claudi neſcit: & ignis oppreſſus in flammam erumpit. Effrenem ſiquidem domini tui veſaniæ non ſolum conſiliarium, ſed & complicem te tam inſipientem quam inſolentem exhibuiſti; quæſiſti, & inveniſti; pulſaſti, & pulſatus procubuiſti; in foveam quam feciſti, merito incidiſti; * ubi autem inventus, ibi judicatus. Sicut igitur ex litterarum tuarum nobis directarum tenore perpendimus, exceſſus patrios nobis imputans, culpam tuam in nos retorquere laboras, nos tepidos aſſerens & diſſimulatores: Quid ergo ſi ovis in paſtorem, in patrem filius inſurgat? nec paſtor, quem non paviſſe; nec pater erit, quem non pœniteat educaſſe. Nocens ergo in homine telum eſt, ſimplicitatis imagine malignam aſtutiam palliare. Regi tamen Anglorum pro te litteras dirigimus ſupplicatorias. Qualitate namque captionis tuæ medullitus inſpecta, in tali caſu non poſſumus nec debemus imperare, ſed tantum ſupplicare. Victor ergo ſapienter vincendus eſt, quia ſic legitur: *Sapientia vincit malitiam*. Nos autem pro te ſupplicamus, non importune, ſed opportune. Argumentum enim diffidentiæ eſt importuna precum inſtantia. Debitum quoque facilius exequitur patiens expectatio, quam extorquet importuna petitio. Interim vero vinculis & lamentis mancipatus, vincula tua & lamenta leniter patienterque ſuſtineas juxta illud poetæ:

* Vide Cotelerium tom. 1. monum. Græc. p. 8. ar. 811 Hard.

Eccleſ. 7.

*Leniter ex merito quidquid patiare, ferendum eſt:*
*Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.*

Et illum merito lamentis expiandum eſt, quod cum pudoris diſpendio venter acquirit.

Datum, &c.

## XVI. AD ARCHIEPISCOPUM CANTUARIENSEM.

Pro monachis in Coventrenſi eccleſia reſtituendis.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis archiepiſcopo Cantuarienſi, epiſcopo Lincolnienſi, & abbati ſancti Edmundi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

SIcut ea quæ a prædeceſſoribus noſtris provida fuerunt deliberatione ſtatuta, nullatenus irritari volumus vel infringi: ſic quæ per ſubreptionem ab eis obtenta ſunt, in honeſtatis eccleſiaſticæ detrimentum corrigi volumus, & in ſtatum redigi meliorem. Cum enim, ſicut accepimus, immo ſicut bene novimus in Coventrenſi eccleſia, fere a prima fidei Chriſtianæ fundatione in Anglia ordo fuerit monaſticus inſtitutus, & in tantum in ea obſervantia ſervierint regulari, ut ab apoſtolica ſede privilegiari, & ab inclytæ recordationis regibus Angliæ dotari meruerint & ditari: dolemus plurimum, quod venerabilis frater noſter Ceſtrenſis epiſcopus, occaſione quarumdam litterarum, quas a bonæ memoriæ papa Clemente prædeceſſore noſtro, ad falſam ſuggeſtionem ſine conſcientia noſtra, & fratrum noſtrorum, ſicut dicitur, & quod vix credere

dere poſſumus, impetravit, dilectos filios, prio-
rem, & conventum, de eodem monaſterio vio-
lenter ejecit, & canonicos in eo inſtituit ſæcula-
res. Cum igitur id in monaſticæ religionis & to-
tius eccleſiaſticæ diſciplinæ redundet opprobrium;
nec noſtræ intentionis ſit, quod prædictus præ-
deceſſor noſter tantæ irregularitati, niſi circum-
ventus, auctoritatem præſtiterit aut favorem:
fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta manda-
mus, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipi-
mus, quatenus, prædictis litteris, vel aliis privi-
legiis confirmationis vel indulgentiæ nequaquam
obſtantibus, amotis ab eodem monaſterio ſæcu-
laribus clericis qui in eo fuerunt, per ſupradi-
ctum epiſcopum inſtituti, ſine alicujus quæſtionis
impedimento, monaſticum ibidem ordinem refor- B
metis, monachos ejectos exinde redeuntes in il-
lud, & tales in eo *inſtituentes perſonas, quæ
beati Benedicti regulam obſervare debeant & de-
ſiderent. Memoratum vero epiſcopum, & uni-
verſos detentores bonorum ejuſdem eccleſiæ ad
eorum reſtitutionem per cenſuram eccleſiaſticam,
appellatione propoſita, compellatis. Volumus
etiam nihilo minus & mandamus, ut donationes
ejuſdem epiſcopi, infeudationes, locationes, &
alienationes, poſſeſſiones ejuſdem eccleſiæ ab eo
tempore factas, noſtra freti authoritate caſſetis;
eos qui contravenire præſumpſerint, ſublato ap-
pellationis obſtaculo, cenſura canonica percellen-
tes; illos qui manus violentas in prædictos mo-
nachos injecerunt, denuncietis excommunicatos, C
& cum litterarum veſtrarum teſtimonio veniant
ad ſedem apoſtolicam abſolvendi.

* ſ. reducentes

Datum, &c.

## XVII. AD GUILLELMUM SCOTORUM REGEM.

Eccleſiæ Scoticæ libertates confirmat.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Willielmo illuſtri Scotorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

CUM univerſi Chriſti jugo ſubjecti, apud ſe-
dem apoſtolicam patrocinium invenire de- D
beant & favorem: illos tamen ſpecialius conve-
nit promotionis munimine confoveri, quorum
fidem, & devotionem in pluribus eſt experta;
ut ad ipſius dilectionis favorem tanto amplius
provocentur, & ejus reverentiæ devotiori affe-
ctioni ſubdantur, quanto benevolentiæ ipſius &
gratiæ pignus ſe noverint certius aſſequutos. Ea
propter cariſſime in Chriſto fili, reverentiam ac
devotionem quam ad Romanam, te habuiſſe a
longis retro temporibus eccleſiam novimus atten-
dentes, præſentis ſcripti pagina duximus ſtatuen-
dam: ut Scoticana eccleſia apoſtolicæ ſedi, cu-
jus filia ſpecialius exiſtit, nullo mediante debeat
ſubjacere. In qua hæ ſedes epiſcopales eſſe noſ-
cuntur: eccleſiæ videlicet ſancti Andreæ, Glaſ- E
guenſis, Dunkeldenſis, Dublinenſis, Brehinnen-
ſis, Aberdonenſis, Moravienſis, Roſenenſis, Ca-
thinenſis. Et nemini liceat, niſi Romano pon-
tifici, vel legato ab ipſius latere deſtinato, in
regnum Scotiæ interdicti vel excommunicationis
ſententiam promulgare; & ſi promulgata fuerit,
decernimus non valere. Adjicimus, ut nulli de
cetero qui de regno Scotiæ non fuerit, niſi
quem apoſtolica ſedes propter hoc de corpore
ſuo ſpecialiter deſtinaverit, licitum ſit in eo le-
gationis officium exercere.

Prohibemus autem, ut controverſiæ quæ fue-



A rint in regno illo, de poſſeſſionibus ejus exor-
tæ, ad examen extra regnum poſitorum judicum
non trahantur, niſi ad Romanam eccleſiam fue-
rit appellatum. Si qua vero ſcripta contra hoc
libertatis ſtatutum apparuerint impetrata, vel im-
poſterum iſtius conceſſionis mentione non habita
contigerit impetrari: nullum tibi, vel ipſi regno
circa hujus prærogativæ conceſſionem præjudi-
cium generetur. Præterea libertates, & immuni-
tates tibi, vel ei regno, vel eccleſiis in eo con-
ſtitutis, a prædeceſſoribus noſtris Romanis ponti-
ficibus indultas, & hactenus obſervatas, ratas
habemus, & illibatas futuris temporibus ſtatui-
mus permanere.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam no-
B ſtræ conſtitutionis, & prohibitionis infringere,
vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc
attentare præſumpſerit, indignationem omnipo-
tentis Dei, & beatorum apoſtolorum Petri &
Pauli ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani tertio Idus Martii, Pontifi-
catus noſtri anno primo.

### OBSERVATIO P. ANTONII PAGI ad An. Chriſti 1192. n. 2.

Anno 1188. *Clemens* III. Eccleſias regni Scotiæ exe-
mit a juriſdictione Metropolis Anglicanæ, ut liquet
ex reſcripto ejuſdem Pontificis ibidem a Baronio reci-
tato. Is tamen memoriæ lapſu ſurſus illud hic exhi-
bet ſub *Cæleſtini* III. nomine. Idem præſtitum a Lab-
C beo Tom. X. Concil. ubi illud tam ſub *Clementis* III.
quam ſub *Cæleſtini* III. nomine refert. Clementii III.
Privilegium illud attribuit Bromptonus in Chron. ad
annum MCXCI. qui ultimus fuit Clementis III. omiſſa
parte ſubſcriptionis. Neque dubitandum, quin illud ab
hoc Pontifice omiſſum fuerit; cum jam antea ſub ejus
prædeceſſoribus inter *Joannem Dunkeldenſem*, & *Hu-
gonem Sancti Andreæ Epiſcopos* diſſenſio exorta fuerit,
ut videre eſt apud Hovedenum in Annal. ubi Privi-
legium, de quo agimus, *Clementi* III. adſcribit, &
apud Baronium variis in locis. Error inde proceſſiſſe
videtur, quod cum Librarius quiſpiam priora reſcripti
verba hoc modo expreſſiſſet. *C. Epiſcopus ſervus ſer-
vorum Dei*, aliqui poſtea per litteram C. *Cæleſtinum*
interpretati fuerint, ſcripſerintque, *Cæleſtinus Epiſc.
ſervus ſervorum Dei*, &c.

## XVIII. AD CAPITULUM NARBONENSE.

*Confirmat Translationem Berengarii Epiſcopi Ilerdenſis ad Metropolim Narbonenſem.*

CÆleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei di-
lectis filiis Capitulo Narbonenſi ſalutem &
apoſtolicam benedictionem. Quod Epiſcoporum
mutationes utilitatis vel neceſſitatis cauſa poſſint
auctoritate apoſtolica licite fieri, tam canonum
ſtatuta quam antiqua ſanctorum patrum exempla
manifeſtius proteſtantur. Etenim beatus Petrus,
magiſter noſter & princeps, de Antiochia Ro-
mam translatus eſt, ut ibi magis proficeret. Eu-
ſebius quoque Alexandriam, Felix Epheſum pro
eadem cauſa fuit hujus almæ ſedis auctoritate
translatus. Hac itaque ratione conſiderationis &
aliarum plurium mutationis exemplis inducti, ni-
mirum reſpicientes ad utilitatem Narbonenſis Ec-
cleſiæ & neceſſitatem temporis, quo in veſtris
partibus hæreſum & ſectarum ſtudia diverſa guer-
rarumque conflictus ſolito amplius invaluiſſe di-
cuntur, inſpecta etiam idoneitate perſonæ inquam
laudabiliter conveniſtis, licet ab initio contradi-
ctores aliqui obſtitiſſent, de communi tamen fra-
trum conſilio electionem quam de venerabili fra-
tre noſtro Berengario Epiſcopo Ilerdenſi feciſtis
ratam habemus, & auctoritate apoſtolica confir-
mantes, ipſum vobis concedimus in paſtorem.
Mandamus itaque vobis atque præcipimus quate-

Ex Baluzii Miſcel. tom. 2. p. 201.

nus deinceps ei debitum honorem & obedientiam A tanquam ſpirituali patri veſtro appellatione remota tam hilariter quam humiliter impendatis, & ita erga eum vos exhibere curetis, ut & ipſe, ſicut pater ſollicitus, de regimine veſtro debeat commendari, & vos tanquam devotos filios de obedientia eidem exhibita digna laudum prædicatio proſequatur. Credimus ſiquidem & ſperamus quod qui in abbatia & epiſcopatu ſe geſſit utiliter & honeſte, in archiepiſcopatu opitulante Domino ea poterit operari quæ & in temporalibus eccleſiæ veſtræ proficient & in ſpiritualibus correctionem atque meliorationem divina cooperante virtute præſtabunt.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum XI. Kalendas Auguſti, pontificatus noſtri anno primo. B

## XIX. AD CANONICOS URGELLENSES.

De facienda electione Epiſcopi.

*Cæleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Canonicis Urgelienſibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Ex Append. ad Marc. Hiſpan. pag. 1383.

PEr literas ... quondam Epiſcopi veſtri, dilecti filii noſtri nobilis viri Comitis Urgelenſis, & veſtras accepimus quod ipſe Epiſcopus propter multam ſui debilitatem atque ſenectutem renunciavit epiſcopatui & intendit in aliquo religionis loco creatori ſuo reſiduum temporis dedicare. C Nos igitur compatientes eidem, & Eccleſiæ veſtræ utilitati providere volentes, renunciationem ejus admittimus & ratam habemus, vobis per apoſtolica ſcripta mandantes quatinus invocata ſpiritus ſancti gratia talem perſonam vobis ſtudeatis juxta ſacros canones præficere in paſtorem per quam ſpiritualia & temporalia Eccleſiæ gratum ſuſcipiant incrementum. Quod ſi forte, quod abſit, ſuperſeminante inimico homine zizania, concors & canonica electio inter vos non potuerit celebrari, noveritis nos venerabilibus fratribus noſtris Tarraconenſi Archiepiſcopo & Epiſcopo Hilerdenſi præcipiendo mandare, ut ambo vel alter eorum, nullius contradictione vel D appellatione obſtante, vobis præficiant aliquam perſonam idoneam in paſtorem. Datum Laterani VI. Kalend. Aprilis, pontificatus noſtri anno quarto.

## XX. AD ABBATEM, ET CONVENTUM FISCANNENSEM.

Ut liceat eos a beneficio ſuo removere, qui eccleſiis ſuis in propria perſona non deſerviunt.

*Cæleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio R. Fiſcannenſi abbati ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

Ex Beſſin. Conc. Rotom. Prov. par. 2. p. 34.

QUanto monaſterium tuæ curæ commiſſum ſpecialiori jure ſedem apoſtolicam reſpicit, tanto iis quæ a nobis rationabiliter duxeris requirenda, debemus benignius exaudire. Hac igitur conſideratione inducti, præſentis tibi ſcripti pagina duximus indulgendum, ut quemlibet vicarium eccleſiarum veſtrarum, qui eis in perſona propria contempſerit deſervire, liceat tibi canonice præmonitum ſine appellationis obſtaculo removere. Indulgemus præterea tibi & fratribus tuis, ut ſi quis aliquem veſtrum convenerit ſuper aliquo debito coram ſæculari judice, reſpondere minime teneamini, ne occaſione hujuſmodi, ſicut ſæpe accidiſſe proponitur, tuum monaſterium aggravetur. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

Datum Laterani III. Kalend. Martii Pontific. noſtri anno ſecundo.

## XXI. AD DECANUM ET CAPITULUM ROTOMAGENSE.

*Indulget, ut tempore interdicti divina officia abſque ſolemnitate celebrent.*

Ibidem p. 35.

CÆleſtinus, &c. Cum univerſæ Dei Eccleſiæ, quæ per totius amplitudinem orbis longe B lateque diffuſæ, unam catholicam id eſt univerſalem efficiant, pretio ſanguinis ſui ſponſi redemptam, quam ſicut diverſa membra unum corpus, uniformitas fidei & doctrinæ connectit; ſi aliquam earum lædi contigerit, illius offenſio ſine aliarum fieri læſione non poteſt; quanquam tanto præ aliis magis caput offenditur, quanto ſingularum affectu amplius tangitur & firmioris eis connexione inhæret. Qua de cauſa contigit, ut cum Romana Eccleſia omnium caput ſit & magiſtra, nos qui ei licet immeriti præſidemus, cujuslibet oppreſſio concutiat gravius & flagellet, & eo fortius ad compaſſionem inducat, quo a nobis ſpecialius ſperatur in adverſitate ſubſidium & qualibet conſuevit Eccleſia contra violentiam C hominum perverſorum devotius & ſecurius Sedis apoſtolicæ patrocinium invocare. Sicut ante quorumdam veſtrorum & aliorum complurium nobis eſt litteris intimatum, & multorum jam relatione percepimus, ita univerſorum refriguit charitas, excreſcente malitia iniquorum, ut nulla jam fere Dei Eccleſiis, vel Miniſtris earum reverentia impendatur, Sanctuarium Domini vi conculcetur, fidei documenta ſpernantur, & vix valeant aliqui reperiri qui poſt enormitates quamplurimas adjiciant ut reſurgant; ſe potius in ultionem præcedentium criminum commiſſis enormiter hactenus accumulent graviora, lætentur cum male fecerint, ſuperbiant impii dum pauper incenditur, & in perpetrationem operum ini- D quorum exultent. Verum quia perverſorum nequitia tantum invaluit, ut in homine non poſſit remedium vel ſubſidium inveniri, recurrendum eſt ad præſidium Creatoris, & orationibus, ac quibuslibet piis operibus propenſius inſiſtendum, ut ſupernæ clementiæ nos dignatio benigne reſpiciat, & hominem ulterius ſuper nos prævalere non ſinat, & in Eccleſiarum oppreſſionibus non permittat diutius delectari: quia tunc demum ſecure poſſumus ſupernum ſperare & expectare præſidium, cum ea diligenter quæ officium noſtrum pertinuerint, fuerimus executi. Explicemus ſummatim quæ nobis ſunt ſpecialiter de Rotomagenſi Eccleſia intimata & remedia curemus quæ E potuerimus .... *hic aliquid deeſſe videtur.*

Hac igitur conſideratione inducti, & veſtris nihilominus precibus inclinati, præſenti vobis pagina duximus indulgendum, ut cum generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, Divina Officia celebrare, ac Canonicos veſtros & Clericos, ſi fuerint interim Sacramentis eccleſiaſticis muniti ex hac vita vocati, in Cœmeterio Eccleſiæ veſtræ abſque ſolemnitate Officii, cum aqua benedicta & cruce, orationibus humili voce oblatis tradere ſepulturæ. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

Da-

Datum in Lateranenſi Palatio XVI. Kal. Maji Pontificatus noſtri anno II.

## XXII. AD WALTERUM ROTOMAGENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Ut eos coerceat qui Eccleſiæ cenſuras contemnebant.

*Cæleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Rotomagenſi Archiepiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Indidem p. 36

EOs qui contra Prælatos ſuos ſupercilium electionis aſſumunt, & in contumacia perdurantes, nec eorum ſententiam ſervant, nec monitis deferunt vel mandatis, non minus credimus debere puniri, quam devotorum & humilium obedientia remunerari debet, & ab omnimus merito commendari. Niſi enim ſuperbia fuerit contumacium edomata, & Apoſtolicæ ſedis authoritate depreſſa, ordo eccleſiaſticus deperibit, & quibuslibet incentivum accreſcit, & materia delinquendi. Ad audientiam ſiquidem Apoſtolatus noſtri te ſignificante pervenit, quod cum quoſdam propter ſuos exceſſus excommunicationis vinculo innodaris, & ab omnibus decreveris evitandos, Religioſi & alii quidam in tua Diœceſi conſtituti, ipſos ad communionem ſuam recipere auſu temerario præſumpſerunt & ad celebrationem admittere divinorum. Licet autem tales ipſo jure minori ſunt excommunicatione adſtricti, & ex hoc a Corporis & Sanguinis Chriſti participatione amoti: ut tamen citius pœniteant, & a ſuis iniquitatibus reſipiſcant, niſi ad commonitionem tuam ſua voluerint præſumptione deſiſtere, & de hoc quod hactenus attentarunt ſatisfactionem congruam exhibere; ut eos vinculo excommunicationis innodes, & communionem Eccleſiaſticam interdicas, liberam tibi tribuimus authoritate præſentium, facultatem. Nulli ergo &c.

Datum Laterani Idibus Januarii. Pontificatus noſtri anno 5.

## XXIII. AD DECANUM ROTOMAGENSEM

*Super pluribus Juris articulis.*

Indidem.

PRudentiam. *Et infra*. Sane conſuluiſti nos, utrum cum cauſa appellatione remota committitur, & reus coram eodem judice actorem convenerit, & actor ſuper reconventione appellationis obſtaculum interponit; an ſit hujuſmodi appellationi deferendum? Nos vero ita ſentimus quod cum actoris & rei eadem ſit conditio, & uno eodemque jure circa appellationis remedium debeat uterque cenſeri, ſicut deſiderat actor, ut ſibi juxta mandatoris reſcriptum juſtitia fiat appellatione remota: eodem modo reconvenienti debet in ſua juſtitia reſpondere.

Secundo requiris, cum pluribus articulis in una commiſſione poſitis, in uno tanto contingit appellationem expreſſe vetari; utrum appellatio teneat, ſi ſuper aliis fuerit appellatum? In quo tibi reſpondemus, quod cum ſecundum beatum Gregorium verba intentioni deſerviant, & hæc ſit noſtra intentio, ut de omnibus articulis, qui in commiſſione ponuntur, juſtitia ſuum conſequatur effectum; in omnibus appellatio intelligitur interdicta. Nihil enim intereſt, utrum inhibeatur primo, an ſecundo, an medio, an fine: cum, ſicut utriuſque Juris argumenta docent, ea quæ in principio, ad medium & ad finem. illa vero quæ in medio, ad finem atque principium ſæpe referri contingat.

Tertio poſtulas edoceri, cum aliquis judicem tanquam ſuſpectum recuſat; an cauſam ſuſpicionis debeat allegare, & eam; niſi manifeſta ſit, coram eodem judice probare teneatur. Utrum etiam judex poſſit in eodem judicio & negotio procedere, ſi ille qui ſuſpicionem objicit, cauſam ejus aut non velit, vel non poſſit in jure probare. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod cum aliquis proponit judicem ſe habere ſuſpectum, ſuſpicionis cauſam coram eodem allegare tenetur: ſed partes ut in aliquos non valde remotos conveniant, per eumdem judicem debent cogi: coram quibus ſi cauſa ſuſpicionis intra terminum competentem probata non fuerit; tum demum auctoritate ſua judex utetur. Quod ſi coram ipſis cauſa ſuſpicionis probata fuerit: cauſæ cognitioni ſuperſedere tenebitur recuſatus. Ipſa namque ratio dictat, quia ſuſpecti & inimici judices eſſe non debent.

Præterea quarto loco quæſtio talis acceſſit, quod quædam cella eximi voluit a ſubjectione, qua matrici domui tenebatur. *Et infra*. Fratres illius cellæ, ſe confitentes in jure illi domui quondam fuiſſe ſubjectos, referebant quæſtionem olim de hac ſubjectione fuiſſe motam, & tranſactione ſopitam, eatenus ut quemdam annuum cenſum eccleſiæ matrici reddendo eſſent a ſubjectione principalis domus exempti. Ceterum ex adverſo prior majoris domus duo pariter allegabat: unum ſcilicet quod ex quo confeſſi fuerant ſe dudum illi domui fuiſſe ſubjectos, & non ante tranſactionem eſſe exemptos; conſtabat eos fuiſſe rebelles, eo ipſo quod ante tranſactionem & exceptionem ſe commendabant, vel contendebant ab ejuſdem juriſdictione eſſe ſubtractos; nec tranſactio ſubſequens eos poterat a tanto crimine inobedientiæ relaxare. Prior conſequenter pro majori eccleſia proponebat, quod de ſpirituali ſubjectione tranſigere non liceret.

Reſpondemus igitur, quod ex prædicta fratrum confeſſione, contra eos ſententia procedere debeat: præſertim cum illa tranſactio, licet nobis de illo quod cella determinate reddere tenebatur conſtare nequiverit, iniquitatem ſimoniacam continuiſſe putetur,

Quinto loco ſupplicas informari, utrum cum tribus cauſa committitur, ita quod ſi omnes intereſſe nequiverint, duo nihilominus eam exequantur: Si reus a duobus tantum fuerit convocatus, venire neceſſario teneatur. Et ſi citatus a pluribus, coram duobus comparuerit, tertio nec veniente per ſe, vel per literas, ut fieri ſolet, excuſante: an duo præſentes in cauſa poſſint procedere, & eam ſententiæ calculo terminare? In hoc caſu taliter reſpondemus, quod cum aliquis delegatorum judicum, per certum nuncium vel excuſatorem literatorie deſtinatum non oſtenderit ſe intereſſe non poſſe, vel alias de eodem canonice conſtare non poterit: reſidui procedere ad cauſæ cognitionem non debent. Quod ſi proceſſerint, nihil reputabuntur egiſſe Illa quippe fuit antiqua Apoſtolicæ Sedis proviſio, ut hujuſmodi cauſarum recognitiones duobus quam uni, tribus quam duobus libentius delegaret: cum, ſicut canones atteſtantur: integrum ſit judicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur.

§. 1. Adjicimus etiam, quod ubi fuerit in commiſſione appoſitum (ut ſi omnes intereſſe nequiverint, duo eam nihilominus exequantur) ſi aliquis

quis ex ipſis, cum poſſit, noluerit intereſſe, duo nihilominus in cauſa procedant, licet ille tertius graviſſime ſit arguendus pro eo quod mandatum apoſtolicum exequi ſubterfugiat aut contemnat. Idem quoque per omnia dicimus obſervandum in cauſa, quæ committitur, duobus eo appoſito: Ut ſi ambo adeſſe nequiverint, alter nihilominus exequatur.

§. 2. Sexta nobis propoſita ex parte tua quæſtio continebat, quod cum aliquibus judicibus cauſa committitur, & quandoque contingit quod reus actori objicit, quod ſtare non poteſt in judicio, utpote vinculo excommunicationis adſtrictus; ſi reus non velit ſtatim eum probare excommunicatum, ſive non poſſit: an actor nihilominus audiri debeat, donec ſuper eo quod objicitur, rei veritas fuerit patefacta.

Hanc dubitationem taliter removemus, quod ſi ille qui tale quod objicit, ſtatim, vel intra terminum competentem non probaverit legitime quod intendit; actor permitti debet ut ſine offendiculo quolibet audiatur. Ceterum, ſi vel ex confeſſione actoris, vel alio quolibet modo, legitime conſtiterit eſſe actorem vinculo excommunicationis adſtrictum: a judicibus delegatis ſecundum formam Eccleſiæ valet abſolvi: ita ut ſi propter aliam juſtam cauſam & evidentem ab ordinario judice vel delegato excommunicatus fuerit, ad excommunicatorem debet abſolvendus remitti: qui ſi malitioſe adhibuerit, delegati judices id ritu eccleſiaſtico libere exequantur; dummodo non ſit tale genus excommunicationis illius, cujus abſolutio Sedi apoſtolicæ reſervetur. Explorati ſiquidem juris exiſtit, ut delegatis judicibus, quibus principale committitur, & acceſſorium committatur.

§. 3. Si vero ab his fuerit, præſtito juramento quod ſtabit mandato Eccleſiæ, abſolutus rurſus interrogas, an coram eiſdem delegatis, vel ordinario, a quo excommunicatus extitit, teneatur ſuper eadem cauſa, pro qua excommunicatus fuerat, reſpondere, & quorum debeat judicio vel mandato ſtare? In quo caſu taliter reſpondemus, quod coram ipſis excommunicatoribus ſuper illa cauſa pro qua fuerat excommunicatus, ſtare debet, & eorum ſervare mandatum; niſi ſpecialiter fuerit aliis judicibus a Sede apoſtolica delegatum. Quod ſi excommunicatores malitioſe diſtulerint: tunc delegati eamdem juriſdictionem, quam in principali, & in acceſſorio exercebunt.

## XXIV. AD DECANUM ET CAPITULUM ROTOMAGENSE.

Super annalibus præbendarum.

*Cæleſtinus &c. dilectis filiis Decano & Capitulo Rotomagenſi, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

Ibidem

CUm a nobis petitur quod religioni & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos debemus lubenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino, veſtris juſtis precibus inclinati, antiquam veſtræ Eccleſiæ conſuetudinem ſuper annalibus præbendarum decedentium Canonicorum, conſenſu Archiepiſcopi & totius Capituli roboratam, ſicut in authenticis eorum inſtrumentis apparet; ſcilicet ut quolibet decedente Canonico fructus omnes præbendæ illius anni in quo obierit, in uſus pios ſecundum rationabilem defuncti diſpoſitionem, aut, ceſſante diſpoſitione, ſecundum Capituli arbitrium erogarentur, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio munimus. Nulli ergo hominum &c.

Datum Turonis v. Kal. Decemb. MCXCVI.

## XXV. AD ARCHIEPISCOPUM ROTOMAGENSEM.

Qui ſit animadvertendum in prædatores, invaſores, aut combuſtores Eccleſiarum.

*Cæleſtinus Epiſcopus . . . . Archiepiſcopo Rotomagenſi, &c.*

CUm a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, venerabilis in Chriſto frater, tuis poſtulationibus annuentes, auctoritate tibi præſentium indulgemus, ut ſi quando aliqui eccleſias provinciæ vel earum jus aut poſſeſſiones de prædatione, vel incendio, aut alio quocumque modo invadere præſumpſerint: ſiquidem ipſi invaſores de provincia tua ſint, licitum tibi ſit, ſublato appellationis obſtaculo, in perſonas eorum, exceptis cariſſimis in Chriſto filiis Franciæ & Angliæ Regibus illuſtribus, & eorum familiis, & excommunicationis, & in terras eorum interdicti ſententiam promulgare. Sane ſi hujuſmodi malefactores de aliena provincia fuerint, & eorum epiſcopis, cum a te ſuper hoc fuerint requiſiti, paſſis injuriam non fuerit ſatisfactum, liceat fraternitati tuæ, appellatione remota, in ipſos excommunicationis, & in terras eorum, quas intra provinciæ tuæ fines habuerint, proferre ſententiam interdicti. Nulli ergo &c.

Datum Laterani ſexto Nonas Julii pontificatus noſtri anno ſeptimo.

ANNO CHRISTI 1191

## AD EPISTOLAS CÆLESTINI III. APPENDIX.

## CÆLESTINUS PAPA III. AD CANONICOS GENUENSES

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

Ex Manſi Suppl. T. II pag. .

DIlecto filio Ogerio præpoſito, Othoni archidiacono, & canonicis Januenſibus tam præſentibus quam futuris canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Eſſe-

ANNO CHRISTI 1191.

Aff. d'Ughell. ex autographo in Genuenſ.

Effectum juſta poſtulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis; præſertim quando petentium voluntates & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & Januenſem eccleſiam, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis recordationis Alexandri, Urbani, & Gregorii Romanorum pontificum ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem eccleſia in præſentiam juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis mo- B dis, præſtante Domino, poterit adſpiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: eccleſiam videlicet S. Laurentii in Accon cum pertinentiis ſuis: eccleſiam S. Mariæ Magdalenæ cum pertinentiis ſuis: eccleſiam S. Jacobi de Galignano cum pertinentiis ſuis: eccleſiam ſanctæ Mariæ de Quic. cum pertinentiis ſuis: eccleſiam de Veguli, & eccleſiam S. Bartholomæi de Stallano cum pertinentiis ſuis: eccleſiam S. Antonini de Auripalatio cum omnibus pertinentiis ſuis: eccleſiam S. Salvatoris de Sarzano cum omnibus pertinentiis ſuis: eccleſiam S. Joannis de Sexto cum decimis, & poſſeſſionibus ejuſdem loci, Dona- C tiones Gibelleti, & aliorum locorum, quas Bertandus comes S. Ægidii rationabiliter eccleſiæ veſtræ fecit, ſicut in ejus inſtrumento habetur, & vos legitime poſſidetis. Conceſſionem præterea, quam bonæ memoriæ Syrus Januenſis archiepiſcopus ſuper decimis, & terris decimalibus civium Januenſium vobis fecit, ſicut rationabiliter facta eſt, & in authentico ſcripto ipſius archiepiſcopi continetur, ratam eſſe decernimus, & obtinere præcipimus firmitatem. Honeſtas etiam, & rationabiles conſuetudines, quas in oblationibus vivorum, & in candelis, aliiſque D oblationibus defunctorum, ad quorum exequias invitamini, hactenus habuiſtis, necnon antiquam conſuetudinem, & rationabilem, quam in perceptione antiquarum oblationum eccleſiæ, vel in aliis proventibus, vel proceſſionibus eccleſiæ ipſius habetis, ratas habemus, & eas vobis, veſtriſque ſucceſſoribus auctoritate apoſtolica confirmamus. Præterea beatæ memoriæ Lucii papæ prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, ut miſſam pro defunctis ſequenti die poſt eorum tumulationem, in eccleſia, in qua ſepulti fuerint, celebrare poſſitis, quamdiu videlicet in exequiis ipſis aliquo impedimento detenti non celebrabitis. Et ut præſente archiepiſcopo, ſi ipſe pro aliquo impedimento miſſam celebrare nequiverit, vos etiam E libere celebretis. Atque ut idem archieſcopus in nullum canonicorum ſine aliorum conſilio ſententiam ferat; & ſi tulerit, minime teneat, ſicut vobis ſtatutum, & hactenus obſervatum, firmum, & inviolabile manere ſancimus. Concedimus inſuper, & auctoritate apoſtolica confirmamus, ut inſtitutio, quæ aſſenſu, & voluntate bonæ memoriæ Hugonis Januenſis archiepiſcopi ſuper numero clericorum in eccleſia veſtra recipiendorum provide facta eſt incuſſa, & ſtabilis perſeveret: niſi forte in tantum augeri contigerit eccleſiæ facultates, ut merito poſſit, & debeat etiam canonicorum numerus augmentari Illam quoque ordinationem, qua proviſum eſt inter vos, ut capitulum veſtrum puniendi cano- A nice fratrem ſuum, qui ſe in utilitatibus eccleſiæ pertractandis a communitate capituli nequiter ſegregaverit, habeat poteſtatem, in ſua firmitate concedimus permanere. Sententiam inſuper, quæ pro vobis circa eccleſiam S. Bartholomæi ſuper legato Willelmi Gatæ per judices a ſede Apoſtol. delegatos rationabiliter noſcitur promulgata, ſicut in ſcripto authentico continetur, auctoritate apoſtolica confirmamus. Compoſitionem præterea quæ facta eſt inter eccleſiam veſtram, & abbatem S. Syri de loco benedictionis, & forma obedientiæ, ſicut abſque pravitate facta hinc inde recepta eſt, & in ſcripto publico continetur: ratam eſſe cenſemus & præſenti privilegio roboramus.

B Sententiam quoque ab abbate S. Andreæ de Sexto inter vos, & fratrem Juſtum ex delegatione apoſtolica canonice promulgatam auctoritate ſedis apoſtolicæ confirmamus: adjicientes etiam indulgemus, ut liceat eccleſiæ veſtræ præpoſito de conſilio archiepiſcopi ſui, eos qui eidem eccleſiæ decimas ſubtrahunt, vel res ejus auferre præſumunt, vinculo anathematis innodare. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare.

Auctoritate quoque apoſtolica prohibemus, ne quis in vos, vel eccleſiam veſtram excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti ſententiam, C ſine manifeſta & rationabili cauſa, promulgare præſumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſionem auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani epiſcopi canonica juſtitia, & Januenſis archiepiſcopi debita reverentia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ D conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcant, & a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Cœleſtinus Catholicæ eccleſiæ epiſco- E pus. SS.

† Ego Albinus Albanenſis epiſcopus. SS.

† Ego Octavianus Hoſtienſis, & Velletrenſis epiſcop. ſubſc.

† Ego Joannes Præneſtinus epiſcopus. SS.

† Ego Petrus Portuenſis, & S. Ruffinæ epiſcop. SS.

† Ego Pandulphus Baſilicæ XII. Apoſtolorum presb. card. ſubſc.

† Ego Mel. SS. Jo. & Pauli preſ. card. tit. Pammac. SS.

† Ego Jordanus presb. card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris

† Ego Joannes tit. S. Clementis card. Tuſcanenſis epiſc.

† Ego Joannes Fel. tit. S. ..

† Ego

ANNO CHRISTI 1191.

† Ego Romanus tit. S. Anaſtaſiæ presb. card. SS.

† Ego Joannes tit. S. Stephani in monte Cœlio presb. card. ſubſc.

† Ego Cinthius S. Laurentii in Lucina presb. card. ſubſc.

† Ego Fidantius tit. S. Marcelli presb. card. SS.

† Ego Grat. SS. Coſmæ, & Damiani diac. card. SS.

† Ego Gregorius S. Mariæ in Porticu diac. card. SS.

† Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro diac. card. ſubſc.

† Ego Gregorius S. Georgii ad Velum aureum diac. card. ſubſc.

† Ego Lotharius SS. Sergii, & Bacchi diac. card. SS.

† Ego Petrus S. Mariæ in Vialata diac. card. SS.

† Ego Cencius S. Luciæ in Orſa diac. card. SS.

Datum Laterani per manum Ægidii S. Nicolai in carcere Tulliano, Diaconi Cardinalis IX. Kal. Maii, Indictione XI. incarnationis Dominicæ an. MCXCIII. Pontific. vero D. Cœleſtini papæ tertii anno 3.

## IDEM CAPITULO LINGONENSI

De reſidentia canonicorum Lingonenſium.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis decano & capitulo Lingonenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

Extat in Gall. Chr. t. IV. p. 194. appen. nov. edit.

CUm a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus inclinati, inſtitutionem a bonæ memoriæ P. quondam Tuſculano epiſcopo in eccleſia Lingonenſi factam, & per delegatos poſtmodum judices Claræ-vallis, & Longivadi abbates innovatam, & communi omnium canonicorum juramento firmatam; videlicet ne quis præbendæ fructum præſumat accipere, niſi annuatim ſedecim ſeptimanas in eccleſia moram fecerit continue, vel interpolatim; ita quod uni principalium horarum matutini vel majoris miſſæ, ſive veſperarum interſit officio; ſalva tamen eccleſiæ conſuetudine de ſcholaribus, vel collateralibus epiſcopi & decani ad ſedem apoſtolicam accedentibus, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli, &c. Datum Laterani IV. idus Martii, Pontificatus noſtri anno ſexto.

### *ADMONITIO COLLECTORIS IN SEQUENTEM EPISTOLAM.*

*QUam ſtatim ſubdo ex Martene Veter. Monu. to. I. pag. 104. epiſtolam, Labbeus pariter exhibuit; ſeu potius ex illa fragmentum ex Matthæo Pariſio acceptum dedit, eſt vero fragmentum illud inſcriptum archiepiſcopo Senonenſi, cum noſtra hæc ſit Remenſi archiepiſcopo directa. Ex quo inſcriptionis diſcrimine intelligimus epiſtolam eſſe encyclicam ad omnes Galliæ epiſcopos, inſcriptione tantummodo variata miſſam.*

## EPISTOLA CÆLESTINI PAPÆ III. W. REMENSI ARCHIEPISCOPO ET SUFFRAGANEIS EJUS.

Reſciſſionem divortii regis Philippi auguſti cum I. regina ſua ipſis notificat, eoſque monet, ut, ne aliam ſuperducat, prohibeant.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus W. Remenſi archiepiſcopo, ſanctæ Sabinæ cardinali, apoſtolicæ ſedis legato & ſuffraganeis ejus, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

CUm in regno Galliæ catholici ſemper æquitatis cultores divina fuerint principes inſtitutione promoti, a ſacroſancta Romana eccleſia, cujus fidem & unitatem ſervarunt, quadam ſint prærogativa privilegium benedictionis & gratiæ conſecuti; quorum quidem exaltationem & gratiam nos etiam adhuc in minori officio conſtituti & libenter promovimus, & libentius conſuluimus promovendam. Nunc autem in apoſtolatus culmine divinitus provocati, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum PH. regem Franciæ recolendæ memoriæ prædeceſſorum ſuorum tam bonitate quam prudentia ſucceſſorem, paternæ ſumus caritatis brachiis amplexati, dignis eum titulis honorare, & quantum cum Deo poſſumus, exaltare propenſius cupientes. Cæterum cum fama hilaris & jucunda de matrimonio inter cariſſimos in Chriſto filios noſtros Ph. illuſtrem Franciæ regem, & J. * reginam illuſtrem, ſororem cariſſimi in Chriſto filii noſtri * Kan. regis Danorum illuſtris, ſolemniter & rite contracto, prius ad notitiam ſedis apoſtolicæ perveniſſet, poſtmodum de ipſo matrimonio ad ſuggeſtionem quorumdam, tale quid, ordine turbato, non ſine honeſtatis eccleſiaſticæ læſione, fuiſſe præſumptum audivimus, de quo & propter injuriam, & propter infamiam conſulentibus & conſentientibus irrogatam, non modicum contriſtamur. Et quidem ſi magnitudo regia conſideraſſet attentius, audiſſent, & ſecum nihilominus qui hujus præſumptionis cooperatores fuerunt, quantum ſit matrimonii ſacramentum; non fuiſſet, ut credimus, hoc modo proceſſum. Conſtat enim cuique divinam paginam revolventi, quod ipſe Dominus matrimonium inſtituit, & in paradiſo ante peccatum ad officium propter ſobolem propagandam, dicendo: *Creſcite & multiplicamini, & replete terram;* & extra paradiſum poſt peccatum propter fornicationem vitandam. Unde primus homo ſpiritu afflatus, inquit: *Propter hæc relinquet homo patrem & matrem, adhærebit uxori, & erunt duo in carne una.* Quanta ſit etiam matrimonii dignitas, & quam circumſpecta debet ad tractandum de ea procedere gravitas, Dominus innuit, qui cum interrogatus fuiſſet, ſi licitum eſſet uxorem dimittere, & quæſitum eſſet ſuper hæreditate duorum fratrum communiter dividenda, in uno tacens, & in altero ſic reſpondens: *Quicumque dimiſerit uxorem ſuam propter * cauſam fornicationis, mœchatur.* Per hoc nimirum oſtendit, quod eccleſia in cognitione matrimoniorum, quaſi ceteris difficiliori, cum majori, quam in aliis procedere debeat gravitate; & cum ipſe alibi dicat: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet;* adverti poteſt quam graviter ille delinquat, & quantum ſit ei ab ira ventura timendum, per quem tanti ſacramenti Chriſti & eccleſiæ religio perturbatur

Præ-

* Ingeburgam
* Kanuti
* I. præter

ANNO CHRISTI 1191.

Præterea non eſt a temeritatis vitio alienum, quod in tam arduo & difficili negotio non fuit cenſura ſedis apoſtolicæ requiſita, per quam vel ipſum canonice finiretur, vel committeretur aliquibus, qui idem, ſervato juris ordine, ſecundum ſtatuta canonica terminarent. Hic revera contra veneranda ſanctorum patrum conſilia proceſſum eſt manifeſte, qui majores & difficiliores quæſtiones ab univerſis ad ſedem apoſtolicam conſueverunt debere perferri; quod uſque in hodiernum diem non ſolum a Gallicana eccleſia, præterquam in præſenti articulo, verum etiam a longe remotioribus devotiſſime obſervatur.

Ut autem inde aliquantulum ordinamur; nonne hoc negotium de præcipuis & magis arduis negotiis unum eſſe dinoſcitur, utpote quod B inter tam eximias regales perſonas, & a progenitorum regali proſapia deſcendentes, ſuper cauſa tam difficili vertitur, ut ſecundum ſtatuta patrum deberet auditorio Romanæ eccleſiæ reſervari? Si hoc & alia privilegia hujus ſedis beati Petri, cui nos licet immeriti præſidemus, quæque remotiſſimi etiam barbari cuſtodiunt illibata; quanto diligentius ea ſervare tenentur conſtituti propius & Latini, & qui de beneficiis prædictæ ſedis copioſius & frequentius ſuſtentantur? Non utique mediocriter errat, qui privilegio beati Petri obviare non timet, & canonicis ſanctionibus contraire. Verum prælati eccleſiæ, qui huic rei favorem aut conſilium præbuerunt, & C ſi non ob aliud, ſaltem metu pœnæ debuerunt ab hujuſmodi abſtinere, & illud ſpecialiter ſollicita mente revolvere, quod in ſacris canonibus de Theugaldo Trevirenſi & Gontario Colonienſi archiepiſcopis legitur, qui depoſitionis ſententia meruere percelli, pro eo quod in matrimoniali cauſa Lotharii regis & Thebergæ uxoris ipſius normam æquitatis nequiter temerantes, ſanctiones canonicas exceſſerunt. Quod vero hic fuerit æque vel magis exceſſum, ex ipſa rei evidentia demonſtratur: nam cum regina per verba præſentis temporis, expreſſo utrinque conſenſu, hinc inde primo præſtitis juramentis, ſacerdotali benedictione, ſicut eſt conſuetudinis, accedente, poſtquam fuit in reginam inuncta & honorifice coronata, præfato regi copulata matrimonialiter D fuerit, & etiam cognita, ſicut fertur, nihil debuit contra ipſam indefenſam & ignorantem, quid penitus ageretur, utpote linguæ Francorum ignaram, tam inordinabiliter a quolibet attentari. * Nos vero qui ipſum regem catholicum * & eccleſiæ Romanæ valde devotum ab inclytæ memoriæ progenitoribus ſuis ſpecialiter in viſceribus caritatis habemus, magis volentes animæ ſuæ ſaluti, & integritati famæ conſulere, quam ei male ſuadentium ſatisfacere voluntati; per dilectum filium * Centen. ſubdiaconum, notarium noſtrum, apoſtolicæ ſedis legatum, ad hoc ſpecialiter miſſum, & litteras noſtras, rogavimus excellentiam ejus, monuimus & attentius fuimus exhortati, ac ei in remiſſionem E injunximus peccatorum, ut illud evangelii attenta conſideratione revolvens, quod dicitur: *Nihil prodeſt homini, ſi mundum univerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur*. Dum tempus haberet, de animæ ſuæ ſalute eſſet ſollicitus, & prædictam uxorem ſuam, quam a ſe conſilio iniquo amoverat, quamque generoſitatis egregiæ ac multæ decus honeſtatis adornat, maritali affectione tractaret; nec illis aures contra hanc accommodaret, qui quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti quærentes, ad imitationem hominis inimici, qui in agro bene ſeminato zizania reſ-

* Hic incipit Lab. fragmentum, ſed hinc inde truncatum.
* Lab. Francorum.
* Centium.



A perſit, pro lucro reputant, ſi poſſunt inter aliquos odium, & diſcordiam ſeminare. Sed idem rex prædictum legatum & litteras noſtras devotione qua decuit, ſicut accepimus, non recepit. Nos autem, ſicut novit Dominus, licet propter hoc ſimus plurimum conturbati; pro ſalute tamen animæ ejus, de qua nos oportet propenſius cogitare, amplius contriſtamur, volentes ipſum ea ſemper efficere, quæ creatori ſuo placere debeant, & animæ ſuæ diſpendium non incurrat. Inde eſt quod publicum inſtrumentum ſuper ipſa genealogia, ex parte venerabilium fratrum noſtrorum Lundenſis archiepiſcopi & ſuffraganeorum ejus nobis tranſmiſſum, & famam publicam attendentes, ſententiam illam divortii contra ordinem juris prolatam, de fratrum noſtrorum conſilio caſſantes, & penitus irritantes, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatinus, ſi forte præfatus rex conditionis oblitus, ea vivente aliam ſuperducere voluerit, vos auctoritate freti apoſtolica id eidem inhibere firmiter procuretis.

## DECRETA CÆLESTINI III. EX II. COLLECTIONE AUGUSTINI.

### * *Cæleſtinus III.*

EX litteris tuæ f. accepimus, quod cum præſentium lator * V. diaconus a prædeceſſore C tuo in eccleſia Controm. fuerit beneficium aſſecutus, nunc in præſentia tua bigamiæ crimen obicitur, ut ſic ipſo beneficio expolietur, eo quod diaconus cum puellam quamdam non a parentibus neque a cognatis traditam, ſed voluntate propria domum ejus intrantem, licet reclamaret, & contradiceret, expellere a ſe non potuit propter nobilitatem & potentiam cognatorum; ſed oportuit eum per * ſex annos ei cohabitare invitum, qua mortua virginem * quandam a parentibus & cognatis more ipſorum quæſitam duxit in uxorem; unde dicebat, ſe bigamum non fuiſſe, quia prima uxor non fuit & beneficio non eſſe privandus, quia anteceſſor tuus epiſcopus * Græco ei beneficium contulit, donec D vixit per * XV. annorum ſpatium quiete, & pacifice tenuit, & tempore tuo idem triennio in pace poſſedit. Unde f. t. mandamus, quatenus ſi ita verum eſt, ſicut litterarum tuarum tenor apoſtolatum noſtrum edocuit, beneficium ſupradictum dimittas, eum pacifice poſſidere.

* G.
* ſeptem
* unam
* gratis. al. Gueto
* XX.

### *Idem univerſis judicibus Beneventanis.*

Ut in civitate veſtra diminui poſſit, & attenuari materia jurgiorum, & judiciorum integritas reſervetur, ad commune commodum ipſius civitatis, id duximus ſtatuendum. Sancimus igitur, & præſenti pagina prohibemus, ne quis veſtrum advocatus eſſe præſumat, niſi in pro- E pria cauſa, vel fortaſſe ſi alicui eccleſiæ, vel pro alicujus munificentiæ debito ad impendendum patrocinium fuerit obligatus.

### *Idem Linconien. epiſcopo & de Thanie, & de Labrire abbatibus.*

Conſtitutus in præſentia noſtra &c. & infra. Quo circa diſ. v. per A. ſ. m. pr. qua. inquiratis ſuper his diligentius veritatem; & ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, a ſupradicto presbytero, prout juramento tenetur, faciatis memoratam eccleſiam reſignari, facta vero reſignatione præ-

fatum G. * Bochis per eccleſiaſticam diſtrictionem ap. poſtp. compellatis, ut eccleſiam eandem ſibi ipſi reſtituat, cum congrua recompenſatione fructuum perceptorum, ipſum pro tantæ præſumptionis audacia taliter punientes, quod pœna docente ſuum recognoſcat exceſſum, & alii, qui audierint, * perpetrare ſimilia pertimeſcant.

* Bocl. * attemptare

*Idem.*

Quia requiſiſti a nobis fili præpoſite, quid agendum ſit, quando præbendam in eccleſia vacare contigerit, cum plures ex iis, qui nominati ſunt ibi, in vocem appellationis erumpant, * interdicentes * expreſſi, ne ad electionem cujuslibet procedatur, conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi appellationem, quam interponunt infra XL. dies proſecuti non fuerint, procedendum eſt poſtmodum appellatione nullius obſtante ad canonicam electionem perſonæ miniſterio eccleſiæ competentis.

* contrad. expreſſe

*Idem Senogalien. epiſcopo.*

Licet ſit appellantibus deferendum, ut ſanctorum canonum approbant inſtituta, non tamen uſque adeo eſt appellantibus effrenata licentia relinquenda, * metus judicis evadendi, quod ea, quæ correctione indigent, in aliorum * non appellantium detrimenta, incorrecta remaneant, vel alterius jus eſſe oporteat diutius in ſuſpenſo, vel ei debeat aliquod præjudicium generari. Quo circa ven. in Chriſto fr. epiſcope, felicis recordationis C. PP. prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, caritati * tuæ præſentibus litteris auctoritate ap. duximus indulgendum; ut cum a tuis ſubditis ad ſe. Ap. fuerit appellatum, licitum tibi ſit eccleſiaſtica cenſura cogere appellantem, ut infra XX. dies poſt appellationem interpoſitam iter arripiat ad ſe. Ap. veniendi, quod ſi forte facere noluerit, ex tunc in ipſo negotio procedendi appellatione non obſtante, niſi appellans impedimento canonico fuerit impeditus, liberam habeas facultatem.

* metum * & * veſtræ

*Idem H. Cant. archiepiſcopo.*

Appellationis inhibitio ſecundum quod exiſtimas, irrita eſſe videtur, ſi cum incidens quæſtio quælibet a convento in jure per exceptionem * opponatur ei nihilominus liceat appellare. Nos vero ita ſentimus; quod ſi talis * fuerit quæſtio incidens, ſine qua principale negotium terminari non * poſſit, niſi forte in ea remedium appellationis expreſſe vetetur, ſuperſedendum eſt a cognitione principalis negotii, nec in cauſa principali ſub ap. ob. uſq. quaq. vacuum eſſe dignoſcitur; cum ſi non acceſſerit incidens quæſtio, ſuum abſque impedimento cauſa proſequatur effectum.

* opponitur * fuit * poterit

*Idem.*

Ad audientiam noſtram perveniſſe cognoſcas, quod cum in tua provincia, & in aliis etiam Teutonicæ terræ conſuetudo nimium * prava convaluit, quod videl. præpoſiti, & alii quibus ſecundum morem terræ noſcitur attributa poteſtas, in loco decedentium perſonarum perſonis aliquibus aſſignandi præbendas quandoque propriis filios, quos in ſacris ordinibus conſtituti genuerunt, ſubſtituunt decedentibus. Per quod ſæpe contingit, uno eodemque tempore patrem & filium in eadem eccleſia miniſtrare, & proventus accipere præbendarum. Præterea commutationes præbendarum & dignitatum quidam clerici contra Turonenſis ſtatuta concilii, temeritate propria non verentur facere. Nolentes igitur hæc incorrecta relinqui, mandamus quatenus per totam provinciam tibi ſubjectam auctoritate noſtra, & tua prohibeas, ne talia ulterius attemptentur. Quod ſi poſt inhibitionem tuam * fuerit attemptatum, corrigendi liberam habeas facultatem. Studeas etiam quæ præſumpta ſunt ſupraſcripta, juxta formam canonicam, prout melius poteris, emendare.

* perverſa * fuerint attemptata

*Idem abbatis univerſis monaſterii Sancti Petri de * Fertum.*

* Ferum

Qui relictis mundanis illecebris religioſis domibus, in quibus digne valeant pænitere de commiſſis; aſſidue impendere obſequium creatori debeant, ſe pia devotione efferunt, & committunt, vivere non debeant pro ſuæ voluntatis arbitrio, ſed etiam prælati ſui magiſterio in omnibus obedire. Inde eſt, quod univer. veſtræ mandamus, & firmiter præcipimus; quatenus veſtro abbati debitam reverentiam, & obedientiam exhibentes ad mandatum ipſius monachalem habitum recipere non tardetis; & ipſius ſalubria in omnibus mandata obſervare. Alioquin noveritis nos ſententias, quas idem abbas in contumaces protulerit, & rebelles, ratas habituros & firmas.

*Idem.*

Fraternitatis tuæ litteris receptis, ex earum tenore percepimus, quod W. nomine poſtquam fuit ad ordinem ſubdiaconatus aſſumptus, quandam mulierem * duxiſſet in uxorem, quia eam vero ad crebram redargutionem, & admonitionem eccleſiæ a ſuo conſortio dimittere contemnebat; bonæ me. J. & G. prædeceſſores tui excommunicationis vinculo eum innodarunt, & tua etiam in hoc fraternitas eos imitata poſtquam cognovit exceſſum hujuſmodi, & contumaciam ſimili eum ſententiæ, quamcito ſubjecit, ſed idem in ſua pertinacia induratus neglecta excommunicationis ſententia, mulierem ipſam relinquere non curavit, qui etiam litteras quaſdam, quaſi ex parte noſtra tranſmiſſas oſtendit, quarum auctoritate pro temporis longitudine, qua eam tenuiſſe dinoſcitur, * nitebatur, ſe in cœpta iniquitate tueri; quoniam igitur illius exceſſum longitudo temporis non excuſat, nec numeroſitas filiorum, quos ex ipſa ſuſcepiſſe proponitur; ſit conſulimus, & m. qua. ad inſtar prædeceſſorum tuorum non obſtantibus literis illis eum vinculo excommunicationis ſine ap. ob. aſtringas, & omnino ſuſpendas ab eccleſiaſtico beneficio, & tamdiu tamquam excommunicatum facias ab omnibus evitari, donec mulierem ipſam a conſortio ſuo dimittat.

* duxit * nitatur al. nititatur

*Idem.*

Per falſarios, qui nuper ſunt in urbe reperti, quædam ſunt litteræ deſtinatæ, quas timemus ab aliquibus tamquam veras admittendas, ideoque f. * v. per A. ſ. m. qua ſi quos tales * valueritis invenire, quos cognoſcere * poteritis ex * comparatione bullæ, & qualitate ſtili faciatis eos omni dilatione poſtpoſita capi, & tamdiu ſub arcta

* ſ. * valueris * poteris * opera, ratione

ſta cuſtodia detineri donec id nobis fuerit intimatum, ut exinde quid fieri debeat, vobis ſignificare poſſimus, quidquid enim occaſione literarum illarum actum fuerit, vacuum & inirritum volumus revocari.

## DECRETA CÆLESTINI III.

Contenta in Decretali nuper edita. in to. III. Baluzii edit. Luc.

### CÆLESTINUS III.

( *Rothomagenſi Epiſcopo*. )

Cap. *Ad eminentiam* 10. de ſent. excom. uncis incluſa deſunt in decretalibus

AD eminentiam Sedis Apoſtolicæ ( eſt recurrendum quotiens articulus dubitationis emergit, ut tanto quis promptiori conſcientia recipiat, & obſervet quod ſuper re dubia ſibi fuerit a Sede Apoſtolica reſponſum, quanto prærogativa dignitatis illius certiori noſcitur ipſius veritatis ſententia roborata, quæ in beato Petro Apoſtolorum Principe præ omnibus aliis amplitudinem prælationis accepit. ) Sicut autem ex parte Fraternitatis tuæ noſtris eſt auribus intimatum, dubium ſibi extat, utrum ii ſint pro abſolutis habendi, qui pro injectione manuum in Clericos, vel alias religioſas perſonas excommunicationem incurrerent, & a Legatis Cardinalibus, qui a latere Romani Pontificis deſtinantur, ſint pro tempore abſoluti, cum id Legati mandatum ſibi ſuper his non oſtendant expreſſum. Super quo id a te ( ac a tuis ſuffraganeis ) volumus obſervari, ut eos habeatis abſque omnis hæſitationis ſcrupulo abſolutos, quos conſtiterit a talibus beneficium abſolutionis adeptos.

( Datum Laterani. )

### CÆLESTINUS III.

*Rothomagenſi Archiepiſcopo*.

Agnoſcitur Sedis Apoſtolicæ dignitas, eidem ab ipſo Domino in Beato Petro conceſſa, ut ubi emergit alicujus dubitationis articulus ad ipſius oraculum referatur, & quod ipſa ſtatuerit reſpondendum ſine ulla debet ab omnibus hæſitatione recipi, & ſervari. Ex tua ſiquidem nobis eſt parte propoſitum quod in provincia tua ſæpe contingit, ut ad Eccleſias, in quibus Collegia jus præſentandi noſcuntur habere, eorum Abbates, aut per ſe aut per litteras ſuas perſonas idoneas Diœceſanis Epiſcopis repræſentant, quibus præſentatis, poſtmodum & receptis, aliquando ante inſtitutionem, aliquando poſt contradicunt Monachi, ſeu alterius Ordinis collegii, & reclamant, ſuper quibus aperto ſibi quæris certificari reſponſo utrum inſtitutio jam facta, vel adhuc facienda propter hujuſmodi debeat impediri. Ad quæ tibi duximus hoc modo reſpondendum, quod videlicet, in præſentationibus talium Prælatorum intelligi debent quod de Collegiorum ſuorum fiant aſſenſu, ſine quo firmitatem non valent aliquatenus obtinere. Unde cum conſtiterit Conventus, vel majoris, & ſanioris partis non affuiſſe conſenſum, inſtitutiones hujuſmodi convenit vacuari, niſi ex antiqua, & approbata conſuetudine vel conceſſa libertate aliqui eorum probaverint commiſſi ſibi Collegii non debere in Eccleſiarum, ſeu beneficiorum collationibus requiri conſenſum.

Datum Laterani.

Cap. *Veniens* 16. de ſent. excom.

Veniens ad Apoſtolicam Sedem Jacobus lator præſentium, propoſita nobis aſſertione monſtravit, quod cum Matutina officia celebraret, quædam Monialis Eccleſiam ipſam ingrediens cum alio Clerico ludendo, impedimentum parabat quominus Deo poſſet debitum obſequium exhibere. Unde memoratus Sacerdos commotus, ut liberius poſſet circa divinorum celebrationem vacare, manibus in eam appoſitis ut extra Eccleſiam poneret, cum nollet exire, in trahendo ipſam cæpit eamdem intra Eccleſiam reſidere; ſed tu illum propter hoc tanquam excommunicatum vitaſti, & facis ab aliis evitari. Ideoque p. a. tibi man. quod ſi res ita ſe habet, cum de cætero non evites, cum ex hoc ipſum excommunicatum videamus aliquatenus non teneri.

### CÆLESTINUS PAPA III.

*Vamenſi Epiſcopo*.

Cura ſuſcepti regiminis nos inducit ut Fratrum noſtrorum debeamus conſultationibus reſpondere, & ab eis quantum humana permittit fragilitas dubitationis ſcrupulum animi privare. Hinc eſt quod cum tua duxerit Fraternitas Sedem Apoſtolicam conſulendam, utrum ſuper Eccleſiarum præſentationibus duella debeant ſuſtineri: tuæ duximus ſollicitudini reſpondendum, quod quia in eo caſu, nec etiam in aliis monomachias debes aliquatenus tolerare, cum eas ſacri repellant canones, & a Chriſti debeant fidelibus quantum in te fuerit, omnimodo extirpare.

Datum Romæ apud S. Petrum.

### CÆLESTINUS III

( *Abbati & Conventui Vercellenſi*. )

Cap. *Cum ad quorundam* 7. de Excel. Prælat.

Cum ad quorumdam ( malitiam coercendam in Concilio fuerit Lateranenſi, multa deliberatione ſtatutum, ut Archiepiſcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri, & etiam Decani certum evectionis numerum, & perſonarum in Eccleſiarum viſitationibus non excedant, quia, ſicut audivimus, quidam ex prædictis perſonis, id in Eccleſiis veſtris nequaquam obſervant, ſuper hoc commoditati veſtræ ſalubriter duximus providendum. Ideoque diſcretioni veſtræ præſentium auctoritate concedimus ut ſi prænominatæ perſonæ numerum evectionis & perſonarum in Concilio conſtitutum cum eas viſitant, excedere forte præſumpſerint, & pro illis procurationem exegerint, liberum ſit auctoritate apoſtolica denegare, & ſi per hoc in eccleſias veſtras, vel clericos veſtros aliquam ſententiam promulgaverint, ipſam auctoritate apoſtolica decernimus non valere. ( Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum. )

### CÆLESTINUS III.

*Epiſcopo Rothomagenſi, & Decano*.

Cap. *Prudentiam* 1. de Mut. petit.

Prudentiam tuam (debita laudum proſequimur actione pro eo quod more prudentis viri in articulis juris ſuper quibus aliquando dubitas Sedem ducis Apoſtolicam conſulendam, ad quam utique omnes difficiles quæſtiones, & cauſas antiqui Patres ſtatuerunt decere referri.) Sane conſuluiſti nos, utrum cum cauſa appellationis ceſſante, committitur, ( & reus ſub eodem judice actorem reconvenerit, vel eidem, quod quidem ex conſtitutione tam Canonica, quam Forenſis juris licite fieri poteſt, ) & actor ſuper re con-

ventione appellationis re interponit, appellationi ſit hujuſmodi deferendum. Nos vero ita ſentimus, quod cum in hoc actoris, & rei una ſit cauſa, & eadem eodem jure circa remedium appellationis uti debet uterque. (Unde nec appellationi taliter interpoſitæ deferendum eſſe credimus, etenim ipſo Chriſto atteſtante, qui eſt veritas, didicimus, quod omnia quæcunque volunt aliqui, ut eis homines faciant, eadem & ipſi facere debeant, nec juris peritus ab hac ſententia diſcrepat; quapropter authentica, quæ incipit, & conſequitur in quo id de facienda reconventione expreſſe habetur, & alibi ſtatuitur, ut eodem jure quis utatur quod duxerit in alium ſtatuendum; ) ideo ſicut deſiderant ut ſibi juxta reſpondeant mandatoris juſtitia fiat, appellatione remota; ita debet, & eadem ratione ſe reconvenienti in ſua juſtitia reſpondere.

Secundo requiris cum pluribus articulis in una commiſſione poſitis in uno tantum contingit appellatione remota expreſſe vetari, utrum appellatio teneat ſi ſuper aliis fuerit appellatum. In hoc taliter reſpondemus, quod cum ſecundum beatum Gregorium verba intentioni deſerviunt, & ſit noſtra intentio, ut de omnibus articulis, qui in commiſſione noſtra ponuntur juſtiſia non oppoſita, appellatio ſuum ſortiatur effectum, in omnibus intelligitur appellatio interdicta. Nihil enim intereſt utrum primo an medio, licet etiam in fine inhibeatur appellatio, cum ſicut nos docent utriuſque juris argumenta expreſſa, & ea quæ in principio reſcriptorum ad medium, & ad finem, atque principium, & quæ in ſine ad principium, atque medium ſæpe numero reverti contingit.

Tertio poſtulas edoceri cum aliquis judicem tanquam ſuſpectum recuſat, an cauſam ſuſpicionis debeat allegare, & cauſam, niſi manifeſta ſit coram eodem judice probare teneatur utrum etiam judex poſſit in ipſo negotio procedere, ſi ille qui ſuſpicionem objicit, cauſam ejus non velit, vel non valet jure probare. In hoc nimirum tale duximus conſultationi veſtræ dare reſponſum, quod cum aliquis judicem ſe ſuſpectum habere proponit ſuſpicionis cauſam coram eodem judice allegare tenetur, ne poſſit alias quodlibet pro ſuæ voluntatis arbitrio, quorumlibet judicium fruſtratorie declinare, ſed partes, ut in aliquem Judicem, vel aliquos non valde remotos conveniant per eundem Judicem, qui nominatur ſuſpectus debent cogi, coram quo licet quibus ſi cauſa ſuſpicionis intra competentem terminum probata non fuerit, tunc demum auctoritate ſua utetur, quodſi coram ipſis, in quo convenitur evidens fuerit ſuſpicionis cauſa probata, Judex recuſatus a cauſæ cognitione ſuperſedere tenebitur. Ipſa namque ratio dictat, & plurimi probatur exemplis, quod ſuſpecti, & inimici Judices eſſe non debeant, cum ſicut decretale prohibet inſtitutum nihil gratius, & amabilius quis dare valeat inimico, quam ſi ea ad impetendum commiſit, quem lædere, & damnificare intendit.

( Illam præterea quæſtionem ultimo loco proponis utrum Judex cognoſcere poſſit, an fruſtatorie ſit, an cauſa rationabili appellatum, & ſi appellans rationabilem appellationis cauſam non oppoſuerit, aut non probaverit quantum opponit, an Judex hujus appellationis obtentu teneatur a cauſæ cognitione ceſſare: hic non placet nobis aliud diffinire, quam ab anteceſſoribus noſtris, & juriſperitis utriuſque fuerit diffinitum, cautum etenim eſt in lege, quod appellatione interpoſita, ſive recepta ſit, ſive non, tempore medio nihil immutari oportet. Canonica nihilominus continent inſtituta ut qui volunt, vel quibus neceſſe fuerit ad Romanam Eccleſiam, quaſi ad caput ſuum ſuffragari poſſint, & ſine impedimento quolibet appellatione, ad quam nimirum ſine ulla cuſtodia, vel ulla excommunicatione, vel damnatione, ſeu ſpoliatione ire libere concedatur, qui utique Sacrorum Canonum ſanctiones paſſim appellare permittitur, ideo Judex cum cauſam ante ſe tractaverit, quam ſic per appellationem ſuſpenſam eſſe perſpexerit, a cognitione cauſæ quamcitius abſtinebit. )

Cap. *Prudentiam* 11. de Offic. Jud. deleg.

Quinto igitur loco ſupplicas informari utrum cum tribus, vel pluribus cauſa committitur, ita ut ſi omnes intereſſe nequiverint, duo nihilominus exequuntur; ſi a duobus reus tantum fuerit convocatus, venire neceſſario teneatur, & ſi citatus fuerit (a duobus tantum), ſeu pluribus coram duobus apparuerit, tertio autem ulteriori nec venire, ne ſe per litteras excuſante, ut ſolet fieri, an duo præſentes in cauſam poſſint procedere, & eam diffinire, & fine canonico terminare. Noſtra in hoc caſu talis exiſtit reſponſio, quod cum aliquis delegatorum judicum per certum nuntium, vel excuſationem literatorie deſtinatam non oſtendit, ſe intereſſe non poſſe, licet alias de eodem canonice conſtare nequiverit, reſidui ad cauſæ cognitionem procedere non debent, & qui ſic proceſſerint nihil egiſſe reputabuntur; illa quippe fuit antiqua Sedis Apoſtolicæ proviſio, ut hujuſmodi cognitiones, & deciſiones duobus quam uni, tribus quam duobus libentius delegaret, cum ſicut Sacri Canones atteſtantur integrum ſit judicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur; mandati ſiquidem fines excedere probaretur, ſi quis citra formam accepti reſcripti præſumeret judicare.

Addjicimus quod ubi fuerit in commiſſione appoſitum, ut ſi omnes intereſſe nequiverint, duo in. ex. & ſi aliquis ex ipſis cum poſſit, noluerit intereſſe, duo nihilominus in cauſa procedant, licet ille tertius graviſſime ſit arguendus pro eo quod mandatum Apoſtolicum exequi ſubterfugit, aut contempſit. Idem per omnia dicemus cum cauſa committitur duobus eo appoſito, quod ſi omnes intereſſe non poſſint, alter nihilominus exequatur.

Sexta nobis propoſita ex parte tua quæſtio continebat quod cum aliquibus judicibus cauſa committitur, & quandoque contingit, quod reus actori objicit, quod ſtare non poteſt judicio, utpote vinculo excommunicationis aſtrictus, ſi reus non velit eum ſtatim excommunicatum probare, ſi non poſſit an actor nihilominus debeat audiri, donec ſuper eo quod ei objicitur, rei veritas fuerit denudata. Hanc dubitationem taliter amovemus, quod ſi ille qui tale quod objicit ſtatim vel intra terminum competentem non probaverit legitime quod intendit, actori permitti debet ut ſine offendiculo quolibet audiatur. Ceterum ſi velle ex confeſſione actoris, vel alio quolibet legitimo modo conſtiterit actorem eſſe vinculo excommunicationis aſtrictum, a judicibus delegatis ſecundum formam Eccleſiæ valet abſolvi ita tamen, ut ſi propter aliam juſtam cauſam, & evidenter ab Ordinario Judice, vel delegato fuerit excommunicatus, ad excommunicatorem mitti debeat abſolvendus; qui ſi malitiam adhibuerit, delegati judices id ritu Eccleſiaſtico libere proſequuntur; dummodo non tale genus ſit illius excommunicationis cujus abſolutio Sedi Apoſtolicæ reſervatur. Explorari iuris quidem exiſtit ut delegatis judicibus, quibus principale, & ac-

ceſ-

ceſſorium committitur. Si vero ab eis judicibus **A** fuerit abſolutus præſtito ſcilicet juramento quod ſtabit mandato Eccleſiæ.

Rurſus interrogas an coram illis delegatis judicibus, vel coram Ordinario, a quo eſt excommunicatus, teneatur ſuper eadem cauſa, pro qua fuit vinculo excommunicationis innodatus reſpondere, & quorum debeat ſtare mandato. In quo quidem caſu taliter reſpondemus, quod coram ipſis excommunicatoribus ſuper illa cauſa pro qua excommunicatus fuit ſtare debeat, & eorum ſervare mandatum, niſi ſpecialiter illud negotium a Sede Apoſtolica fuerit alii delegatum; qui excommunicatores ſi malitioſe diſtulerint, tunc Delegati eandem juriſdictionem quam in principali, & in acceſſorio exercebunt.

Datum Laterani XV. Kal. Julii Pontificatus noſtri anno III.

## CÆLESTINUS III.

*Priori, & Canonicis S. Rancrii.*

Ex tenore Litterarum Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi videtur, & ex parte veſtra noſtro eſt Apoſtolatui declaratum, quod cum olim in Eccleſia veſtra certus eſſet Canonicorum numerus inſtitutus, vos unanimi voluntate, ac pari conſenſu, & juramento firmaſtis, ut nullos de cætero ultra conſtitutum numerum in ſocium debeatis accipere, vel in fratrem. Poſtmodum vero quam Albericum Clericum ad preces Apoſtolicas, & mandatum noſtrum recepiſtis in Collegium, dejerationis notam vos incurriſſe timetis, & ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis poſtulatis vobis oraculum exhiberi, ad quod utique vobis taliter duximus reſpondendum, quod licet in juramentis ſuper tali articulo interpoſitis minime contineatur expreſſum, ſemper tamen intelligi debet, quod in eis Sedi Apoſtolicæ auctoritas reſervetur.

*Idem Vidraſienſi Archiepiſcopo*

Cum ratio ab homine &c. *& infra*. In ſecunda vero quæſtione ita ſentimus quod a communione ejus, qui per ſacrilegam manuum extenſionem in edictum excommunicationis incidit, licet denunciatus non ſit, adhuc debeas abſtinere, niſi forte id tibi ſoli pateret, in quo caſu ipſum privatæ tantummodo vitabis, quandiu ab Eccleſia toleratur, ut ſaltem ſic verecundiæ rubore perfuſus pro latenti exceſſu ſatisfacere compellatur.

*Idem Teratino Epiſcopo.*

Inſinuaſti nobis quod quidam Parochianus tuus, C. nomine, poſtquam juravit quod filiam V. duceret in uxorem, voluntate mutata ſe alii ſacramento obligans, cum ipſa ſecunda intendebat nuptias celebrare. Verum cum partibus in tua præſentia conſtitutis de cauſa plenius cognoviſſes, quaſi per ſententiam eidem C. præcepiſti ut Filiam V. in conjugem acciperet, & fortius inhibuiſti ne contraheret cum ſecunda, unde quia ſicut aſſeris.... & prohibitionem, ad ſacramentum cum ſecunda veniens celebravit; & ſuper hoc quid ſit agendum inquiris. Videtur nobis quod quamvis graviter deliquerit, tamen non debeat a ſecunda recedere; imponenda eſt ei pœna competens de eo quod contra juramentum; & ſententiam tuam ac prohibitionem Eccleſiæ venire præſumpſit.

*Idem Capitulo Piſiacov.*

Univerſitatis veſtræ conſultationem accepimus, quod a nobis requiritis, utrum ille Laicus incidat in excommunicationis edictum, qui ad juſſionem Abbatis in cujus ſervitio commoratur, in Clericum, vel monachum, vel converſum manus temerarias præſumpſit mittere, maxime ubi cauſa non ſubeſt quare debeant verberari. Nobis autem videtur quod niſi cauſa regularis diſciplinæ hoc facit Abbas in propria perſona, vel ſi neceſſitas urget per clericum, vel monachum fieri jubeat, tam qui tales verberari præcipit, quam illi qui verberant, etiamſi cauſa ſubeſſet, **B** excommunicationis ſententiam donec ad Sedem Apoſtolicam veniant, nequaquam evadunt.

## DE ELECTIONE, ET ELECTI Poteſtate, in III. Lib. Reg.

## CÆLESTINUS III.

*Ravennati Archiepiſcopo* III.

Ut ſuper aliqua &c. *& infra* quæſiviſti etiam, quomodo intelligatur quod in forma tradenda Pallii retinetur, videlicet tradimus tibi Pallium, ut utaris eo in Eccleſia tua, & intra qualibet Eccleſia tuæ Provinciæ. Si vero te veſtibus **C** ſacris Eccleſiam proceſſionaliter, vel alio modo exire contigerit, tunc Pallio minime uti debes.

Ex his litteris deſumptum eſt cap. Ut ſuper aliqua 2. de Reb. Eccl. non alien.

Datum Laterani anno III.

## DE ÆTATE, ET QUALITATE, & Ordine Præficendorum.

## CÆLESTINUS

*Rodulfo Andegavenſi Epiſcopo.*

Cum ſacroſancta Rom. in Eccleſia, *& infra* alios autem qui propter impedimentum ætatis **D** presbyterii honorem adipiſci non poſſunt, ſi id ſolum obſtare cognoveris, licet forſitan ad talia officia non debuerint in ea ætate aſſumi, æquo animo debes uſque ad illud tempus ſine rancore aliquo tolerare, quod eos ad ſuſcipiendum onus Sacerdotii de conſtitutione Canonum idoneos, ſi alia non obſtiterint, comprobabis.

## DE APPELLATIONIBUS.

## CÆLESTINUS III.

*Cremonenſi Epiſcopo.*

**E** Licet appellationis remedium *& infra*. Nos igitur tantæ clericorum incommoditati paſtorali volentes ſollicitudine præcavere, & Laicis ipſis auferre materiam clericos ſugillandi, vel eos ſub eodem judicio coercendi, tibi taliter duximus ſuper hoc reſpondendum, ut ſi cujuſlibet clerici tibi ſubjecti quæſtio ad tuam fuerit Fraternitatem delata, & quod in quæſtione vertitur quadraginta ſolidorum valentiam non attingat, clerico qui ex hoc & Sedem Apoſtolicam duxerit appellare neceſſitatem tibi non imponimus differendi quominus, ſi malueris, cauſam ſine appellationis obſtaculo valeas terminare, niſi manifeſta contra te ſuſpicionis, & rationabilis cauſa fuerit oſtenſa.

Datum Laterani anno III.

DE

## DE SEPULTURIS

### CÆLESTINUS III.

( *Abbati, & Conventui Sirum, in II. T. R.* )

Cap. *Certificari* 9. de Sepultur.

Certificari voluiſti a nobis quomodo illa clauſula quæ ſolet in privilegiis ( noſtris, ) apponi de juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur, intelligi debeat, & exponi. Cum autem ſuper hoc articulo diverſa noſtrorum anteceſſorum manaverint inſtituta: Leone juſtitiam ipſam aliquando in tertiam partem, quandoque vero medietatem, & Urbano III. quartam fore cenſente: nos tale præbe- B mus in hac varietate reſponſum, ut ſicut Beatus Jeronymus inquit unaquæque Provincia in ſenſu ſuo abundet, & ſecundum rationabilem conſuetudinem regionis illa juſtitia circa medietatem vel tertia, aut quarta parte pro locorum diverſitate attendatur.

( Datum Laterani anno II. )

## DE DECIMIS.

### CÆLESTINUS III.

( *Biterenſi Epiſcopo, in ſecundo T. R.* )

Cap. *Ex parte* 11. de decimis.

Ex parte ( dilectorum noſtrorum filiorum ) C canonicorum Eccleſiæ tuæ nobis eſt querela propoſita, quod quidam agricultores, cum ſimul, vel in diverſis temporibus anni in eodem agro vel horto diverſa ſemina ſumpſerint, non tamen de illorum ſeminum fructibus decimas eis exolvunt; ( quidam etiam decimas de agrorum proventibus non curant exolvere niſi quibuſdam prius deductis expenſis, quas faciunt pro illis ad aream ad horrea deportandis. ) Quia igitur per hoc canonicis, ipſi & Eccleſiæ Dei non modica injuria irrogatur, cum Levitis abſque impenſis decimas ſit injunctum perſolvi; ( Fraternitati tuæ per Apoſtolicum ſcriptum ) mandamus qualiter ( inquiſita diligentius veritate, ) ſi rem noveris taliter ſe habere, agricultores illos, ut de om- D nibus fructibus prædiorum ( nullis ſubtractis expenſis, ſed integras potius ) decimas, & abſque diminutione perſolvant, per cenſuram Eccleſiaſticam ( omni contra & appellatione remota compellas, ) & auctoritate noſtra diſtricte inhibeas, ne talia de cætero aliqua cupiditate, ſeu preſumptione attemptent.

Datum Laterani anno III.

## DE DIVORTIIS.

### CÆLESTINUS III.

( *Abbati Viziliacenſi in III. lib. R.* )

E

Plerumque accidit, ut proponis, in Parochia tua mulieres a viris ſuis fornicationis cauſa recedunt, & ſic uſque ad mortem ipſorum permanere noſcuntur. Ipſis vero defunctis, cum a conſanguineis ad quos hæreditates eorum deveniunt, dotem ſuam cum dotalitio ſuo repetunt, eis audientiam denegant, & nolunt reſtituere, ob eam cauſam quia eo ipſo ſe indignas feciſſe putantur, quod a viris ſuis cauſa fornicationis duxerint recedendum. ( Præterea in tuo petitorio adjeciſti, quod cum cauſæ tibi a Sede Apoſtolica delegantur, in litteris citatoriis reſcriptum A Apoſtolicum inſeris, ut eo viſo deliberare valeat, qui ab altero convertitur coram non ad primam, & ſecundam canonicam citationem, ſed ad tertiam peremptoriam tantummodo veniat, actore ad omnes citationes veniente, & ipſe actor intentionem ſuam in jure proponat, reus vexationi ejus intendens, tunc primo deliberatorias inquirat inducias, cum actor eidem authenticum offerat, ut conferat cum reſcripto, quod in prima citatione recepit. Aſſerens etiam quod tam longo citationum ſpatio ſi voluit plenæ deliberationis tempus potuit habere. Quia igitur quid agendum in utroque Apoſtolico reſponſo deſideras edoceri in primo taliter reſpondemus ) quod ſi mulier ſuæ fornicationis cauſa perjudicium Ec- B cleſiæ, aut propria levitate a viro recedit, nec poſtea reconcilietur eidem, ( eo defuncto ) dotem vel dotalitium ſuum repetere jure non poteſt. ( In ſecundo vero caſu dicimus quod prædicto modo reo ad judicium convocato, ſi ex reſcripto ſibi tranſmiſſo plene potuit inſtrui ſuper eodem quo conveniebatur, induciæ deliberatoriæ non ſunt ulterius indulgendæ, ſed procedendum eſt potius ad cauſæ examinationem, & finem ei debitum imponendum.

Datum Laterani anno III.

## DE JUDÆIS, ET SARACENIS, ET eorum Servis.

Ad hæc cum ſacris canonibus cautum ſit, ne Judæi Chriſtiana mancipia habeant, Petri tibi auctoritate præcipimus quatenus ſub anathematis interminatione inhibeas publicæ ne aliquis Chriſtianorum alicujus Judæi mancipium efficiatur. Si autem contra prohibitionem tuam venire præſumpſerint; eos ſup. ap. re. eccleſiaſtica cenſura compellas, vel percellas. *Pars cap. ſuperioris de cohabitatione clericorum, & mulierum.*

## DE HOMICIDIO VOLUNTARIO, VEL caſuali.

### CÆLESTINUS III.

Ad aures noſtras te ſignificante pervenit, quod cum in arte phyſica eruditus exiſtas, pluribus circa ipſius artis traditiones medicinas cum diligentia tribuiſti, licet pluries in contrarium tibi ſucceſſerunt, & quibus putaveras adhibere cautelam medicinis perceptis, mortis periculum incurrerunt. Verum quia ( ſicut aſſeris ) ad ſacros deſideras ordines promoveri & nos ſuper hoc conſulere voluiſti, tibi duximus reſpondendum, quod ſi ſuper præmiſſis conſcientia ( videtur te quomodolibet ) remordere, ad majores ordines de noſtro conſilio non aſcendas.

## DE SENTENTIA Excommunicationis.

### CÆLESTINUS III.

Cap. *A nobis* 21. de ſent. excom.

A nobis fuit ex parte tua quæſitum, ſi quis ita pronuntiaverit, quiſquis furtum fecerit excommunicatus ſit, hæc generalis ( ſententia ) ad ipſius excommunicatoris ſubditos ( reſtringatur ); an generaliter extendatur ad omnes, qui non ſunt de juriſdictione ipſius. Ad quod utique dicimus, quod hac ſententia non niſi ſubditi obligan-

gantur, niſi forte plus ei contulerit major, & largior auctoritas delegantis. ( Præterea requiſiti fuimus, ſi quis judex ita protulerit: niſi Sempronio intra decem dies ſatisfeceris, te excommunicatum aut ſuſpenſum, aut interdictum eſſe cognoſcas, & ille in quem ſententia talis fertur medio tempore appellans, ad dictum ſtatutum minime ſatisfacit utrum tali ſententia ille ligetur, an interpoſitione appellationis tutus exiſtat. Videtur autem nobis quod hujuſmodi ſententiæ obſtaculum appellationis debeat impedire.

Datum Laterani anno III.)

## DE SENTENTIA

### Excommunicationis.

## CÆLESTINUS III.

*Anconitano Epiſcopo. In III. Lib. R.*

Cap. *Significavit* 11. de ſent. excom.

Significavit nobis &c. *& infra*. Verum Clericos illos, qui ſcienter, & ſponte participaverunt excommunicatis a nobis, & ipſos in officiis receperunt; eadem cum ipſis ſententia non dubitamus involvi, quos etiam pro beneficio ſuæ abſolutionis habendo, ad nos volumus cum Literarum tuarum inſinuatione tranſmitti.

## CÆLESTINUS III.

*Priori, & capitulo Debum. Lib. III. R.*

Bonæ memoriæ &c. *& infra*. Ab hac itaque prima confirmatione quaſi ſuborta exhibita eſt in auditorio noſtro ſecunda, quæ ita ſe habet: ſimiliter eiſdem videlicet poſterioribus literis hæc clauſula poneretur; non obſtantibus aliquibus literis confirmationis latæ ſententiæ audiatur cauſa, & fine debito terminetur. Utrum ſic primæ revocari deberent. Ad hoc dicimus quod per ultimas primæ forent penitus irritandæ. Verum ſi diceretur, ſicut frequentius in reſcriptis Apoſtolicis conſuevit apponi: nullis literis veritati, & juſtitiæ præjudicantibus, vel ſub alia forma verborum, dummodo non diceretur de literis confirmationis, expreſſe dicimus quod tandiu ſuum vigorem haberet, donec de iniqua, vel falſa ſententia cognitio plenior habeatur.

## DE SENTENTIA

### Excommunicationis.

## CÆLESTINUS III.

*Brugna Epiſcopo.*

Cap. *quod de his* 16. de excom.

Quod de his etiam non dubitas, & quid de ipſis ſervari debeat cognoviſti, Apoſtolicæ Sedis reſponſa requiris, tanto Fraternitatem tuam magis in Domino collaudamus, quanto in his quæ ſacrorum Canonum inſtitutionibus ſunt expreſſa, auctoritate noſtra procedere deſideras, & diſponis. Sane requiſivit a nobis tua Fraternitas, utrum is qui ſe confitetur in latæ ſententiæ cautionem incidiſſe, nec ad hoc poteſt induci, ut ad Sedem Apoſtolicam veniat abſolvendus ab Epiſcopo, vel etiam a ſimplici Presbytero, abſolutionis poſſit, vel debeat beneficium promereri; & utrum Presbyteris bigamis vel viduarum maritis, eorum uxoribus viam univerſæ carnis ingreſſis miſſarum liceat ſolemnia celebrare.

A Verum licet quid de his obſervari debeat ſacris canonibus ſit definitum; hoc tamen tuæ Fraternitati ad præſens duximus reſpondendum, quod is qui aſſerit in cautionem latæ ſententiæ incidiſſe, non niſi per Sedem Apoſtolicam abſolutionis poteſt beneficium promereri: niſi fortan in mortis ſit periculo conſtitutus, vel paupertate, vel infirmitate, vel ſenectute tanta gravetur, quod ad Eccleſiam Romanam laborem ſubire non valeat veniendi, vel ab hoc alio impedimento canonico retrahatur. Cæterum ab his in forma Sacramenti exigi conſuevit, ut reſumptis viribus, & auctoritate conceſſa Romanam Eccleſiam in propria debeat perſona viſitare.

Cap. *De bigamis* 5. de bigam.

De Presbyteris autem bigamis, & viduarum B Maritis id omnino ſentimus, ut nec viventibus uxoribus, nec defunctis ad divinarum debeant celebrationem admitti, maxime cum id a doctrinæ ſit Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ inſtitutionibus alienum.

## DE COGNATIONE

### Spirituali.

Laudabilem Pontificalis officii proſequeris, quia in his, de quibus dubitas matrem tuam Romanam Eccleſiam conſulis, & ab ea poſtulas edoceri, aſſeriſque inprimis quod quidam quandam in uxorem duxit, cujus Pater ipſum dum C eſſet puer de ſacro fonte levaverat, qui ambo conjuges XX. omnis pariter ſimul manſerunt. quare & filios procreaverunt, licet a decimo quinto anno eorum conſcientia læſa fuiſſet, poſtmodum vero contra convitione actione e jure præpoſita facta eſt fides Eccleſiæ per teſtes omni exceptione majores, ipſum virum a patre ejus cum qua contraxerat de baptiſmatis unda fuiſſe ſuſceptum. Hujuſmodi autem cum Zacharias, & Deus dedit, Romani Pontifices talem copulam decreverint ſeparandam, utpote ubi cognatio ſpiritualis eſſet minime dubitatur, maxime inter eos, per quos compaternitas ipſa contrahitur, qui in lege divina germani eſſe dicuntur, licet tanto tempore ſibi invicem cohabitaverint, D quia tamen diuturnitas temporis non minuit peccata, ſed auget, & ſpecialius poteſt hoc nota ſuper hac cauſa proprio decurrente Eccleſia contractum illum cognovit illicitum, dicens matrimonium illud fore ſecundum ſtatuta Canonica dirimendum. Monendus eſt tamen uterque ut in neceſſariis provideat alteri juxta vires. Prolem autem ſuſceptam ante ſeparationem hujuſmodi, ſi aliud non obſtitit legitimam eſſe cenſemus.

Quæris iterum quando Matrimonium accuſari contingit, an ſit carnale commercium ſuſpendendum, aut quandiu diſſimulari poſſit, vel potius ſuſtineri. Ad quod habetur reſponſum. Quod Alexander II. aperte prohibeat ne ab invicem donec cauſæ juſtæ fiat examinatio ſeparentur, & E Simmaci Papæ contineat inſtitutum ut Prælatus aliquis accuſatus antequam ea quæ objiciuntur luce clareſcant, relinqui non debeant a ſubjectis ante probatam actionem jure ſuo, quod habet in altero privari non opus ſit præſertim articulo conjugii alteruter accuſatus.

Item ſuper adjeciſti quod aliquis contraxit cum quadam puella innubili, quæ tandem ætatis metam attingens, & ab illo cognita pluries poſt quatuor aut quinque annos perfecta ætate digreſſos contra Matrimonium allegavit, aſſeverans ſe ab initio diſſenſiſſe ſemper ab illo, & quod dicit per teſtes probat fama, & converſatione

præ-

præclara. In hoc itaque caſu ſentimus, quod adverſus Matrimonia audiri non debeant, quæ ante cognitionem, ſive ante legitimum attingens cum potuit minime reclamavit ſicut enim ante conſenſum qui in anno XII. ſperatur ſecundum jus canonicum potuit diſſentire, ſic poſtquam legitimo tempore accedente ſemel etiam copulæ maritali conſentit, ex ratihabitione ſibi ſuper hoc ſilentium non ambigitur induſſiſſe.

Rurſus quidam, ut dicis votum caſtitatis emittens juravit ſe quandam ducturum poſtea in uxorem ubi a Fraternitate tua quæſiſti conſultis viris prudentibus arbitramur quod cum ſimplex votum apud Deum non minus obliget quam ſolemne pro eo quod temere juravit, pœnitentiam agens, quod Deo votum fecit ſtudeat obſervare. Quod ſi per ſe quod hujuſmodi juramentum præſtitit ad nuptias jam motu proprio convolaſſet: cum votum ſimplex licet Matrimonium contrahendum impediat, contractum tamen non dirimat, nihil ambiguitatis tua quæſtio continet. Verum quod interrogaſti de Saracenis, qui cum in captivitate eſſent Chriſtianorum, quoſdam earum viros inſidiis, & machinationibus occiderunt, utrum quia poſtea ad fidem chriſtianam converſi fuerint, eaſdem de jure poſſint ducere in uxorem, de jure vel ſi duxerint ipſum conjugium valeat. Hic Tribunenſis Concilii regulæ conſentimus, aſſerentes, quod cum mortem virorum malitioſe fuerint machinatæ, licet earum ſtudio ad Eccleſiaſticam Fidem acceſſerint, tum nec eis adhærere debent, nec ſi adhæſerint tolerandi, non enim hæc diſpenſatio ſine periculo poſſet admitti, cum damnum tantum tali lucro Eccleſia compenſare non velit.

Ad hæc Saraceni quidam in bello ſunt chriſtianos interfeciſſe notati, chriſtiani ſimiliter Saracenos. Poſtea Saraceni ad Chriſtianam Fidem converſi, uxores eorum, quos certamine bellico neci tradiderant, ſibi matrimonialiter copularunt; idipſum, & chriſtiani de Saracenis mulieribus converſis ad Fidem feciſſe noſcuntur, quæ tamen poſtquam de priori morte veritatem comperiunt, divortium inſtanter expoſcunt. Reſpondeo quæſtioni in his qui cum nec chriſtiani, nec Saraceni mortem alterutrorum procuraſſe noſcuntur, matrimonia hujuſmodi inter prædictas perſonas, licite contrahi poſſunt, & taliter copulati cujuſcumque ſexus exiſtant divortium propter mortem conjugum jure obtinere, vel etiam poſtulare non poſſunt.

Item ſi quid juris erit in ſequenti caſu, quem proponendo voluiſti, cum ſcilicet Chriſtiano viro propter odium Chriſtum negante, & ſibi copulante paganam, & ex filios procreante, Chriſtiana in Chriſti opprobrium relicta, cum conſenſu ſui Archidiaconi ad ſecundas nuptias convolaſſet, & filios ex ipſa ſuſcepiſſet, non videtur nobis quod licet prior maritus redeat ad Eccleſiaſticam univerſitatem eadem a ſecundo debeat recedere, & reſignari priori, maxime cum ab ea vita fuerit Eccleſiæ judicio deceſſiſſe, & teſte Gregorio contumelia Creatoris ſolvat jus Matrimonii contra eum qui relinquit odio Fidei Chriſtianæ.

Quod an poſſit priori viro reverſo ad Fidem, & nolente ad vitam monaſticam commeare, vel utrum ille reverſus eam quam ritu gentili ſibi copulavit, & quæ propter eum ad Fidem noſtram cum ſuis liberis eſt reverſa, mortua prima poſſit habere in uxorem, & an filii ante converſionem geniti obtentu nuptiarum, quæ poſt converſionem ritu Eccleſiaſtico celebratæ fuerint, & A ſimiliter filii illius, quæ cum licentia Archidiaconi ſui a marito priori venientes ſed ſecundo infideli nupſit viro catholico legitimi ſint tenendi. Jam glorioſæ doctrinæ Apoſtoli qua dicitur ſi Matrimonio fidelis diſcedit, diſcedat non frater aut ſoror ſubjecti hujuſmodi ſervituti, quam illud decretum memorati Gregorii non eſt peccatum dimiſſo propter Deum ſi aliis ſe copulaverit; infidelis enim diſcedens & in Deum peccat, & in Matrimonium. Et nihilominus quod prædeceſſor noſter bonæ memoriæ Alexander III. ita dixit; tanta eſt vis Matrimonii, ut qui ante ſunt geniti poſt contractum Matrimonium legitimi habeantur; nos in hujuſmodi dubitare non ſinunt quia in his & liber aditus pateat ad re- B ligionem migrare volenti, & ille qui ad Fidem revertitur, eam quæ converſa eſt defuncta prima, ſibi poſſit licite copulare, filii etiam in ſupradicto caſu legitimi habeantur.

Præterea cum quis cognoviſſe aliquam accuſatur, an ſint teſtes interrogandi de viſu, aut ſola viciniæ fama ſufficiat; vel ſi juratis teſtibus ſit credendum, qui ſe illius copulæ conſcios eſſe patentur, ſed de viſu nil affirmant, nos inter alia conſulere decreviſti, ad hæc itaque reſpondemus, quod ſi teſtimonium conveniens de viſu reddatur, vel auditu violentem præſumptionem fama conſentiens ſubminiſtret, & adminicula legitima in hoc impertiatur, eidem ſtandum eſt teſtimonio juratorum; etenim circumſpectus C judex atque diſcretus juxta id, quod jure civili cautum exiſtit, motum animi ſui ex argumentis, & teſtimoniis quæ rei aptiora eſſe comperit in hujuſmodi confirmabit.

Sollicite quoque ad ultimum requiſiviſti quantum tempus indulgendum ſit naturaliter frigidis ad experientiam copulæ nuptialis, in qua ſi defecerint ſeparentur. Nos vero (*cum*) in antiquis tam canonibus, quam legibus ſuper hæc diverſa tempora concedantur, id tamen in præſenti conſultatione ſentimus, ut ſi naturaliter frigidus non poteſt illam quam duxit uti pro conjuge a tempore celebrati contractus, ſi frigiditas prius probari non poſſit, uſque ad triennium ſecundum authenticum legale cohabitet; quo elapſo, ſi nec D tunc coire potuerit juxta decretum Gregorii, mulier per juſtum judicium de viro probare potuerit quod cum ea coire non poſſit, alium accipiat: ſi autem illa alium acceperit ſeparentur. Quod ſi ambo ſentiunt ſimul eſſe, vir eam & ſi non uxorem ſaltem habeat ut ſororem. Aut ſi quid nunquam ſe invicem conjungunt, ambo fatentur, ſeptima propinquorum manu aut vicinorum bonæ famæ, ſi propinqui defuerint, tactis ſacroſanctis Evangeliis uterque jurejurando dicat, quod nunquam per carnis copulam una caro effecti ſint, & tunc videtur quod valeat ad ſecundas nuptias convolare. Verum ſi ille aliam duxerit, tunc illi qui juraverant rei perjurii teneantur, & peracta pœna cogantur ad connubia E priora redire.

Denique quid indicia, & perſona teſtium, quibus ante juramentum vel depoſitiones nullibi objectum fuit poſt atteſtationes publicatas poſſit opponi. Hæc in Eccleſia Romana de longa conſuetudine obtinuiſſe cognoſcas, ut ante juramentum vel depoſitiones, & præjudicia, & ipſas teſtium legitima exceptio in jure poſſit proponi, & ſi crimina teſtibus objiciuntur, de quibus non fuerint hactenus accuſati, ſed tantum ad ſolam exceptionem a quolibet opponuntur, probatio utique illorum criminum exhibenda eſt, antequam cauſa per ſententiam terminetur, cum ſi-

cut

cut canonica conſtituta (debeant eſſe) teſtes abſque ulla infamia, vel ſuſpicione, vel manifeſta macula, inferendo teſtimonio, requiritur quod ſi ſola illa crimina, de quibus alio tempore convicti, vel confeſſi fuerint, teſtibus objiciuntur, a teſtimonio repelli poſſunt, quia ſicut Stephanus, & alii Papæ Pontifices Romani multi teſtantur, non eſt credendum contra alios eorum confeſſioni, niſi prius ſe probaverint innocentes. Ceterum ſi de criminibus ad ſolam exceptionem objectis teſtes convicti fuerint, ſive confeſſi, pœna ordinaria mulctari non poſſunt, cum actio contra ipſos ſecundum jus, & ordine non procedat. Sufficit ergo ſi a perhibendo teſtimonio repellantur, præſertim ubi crimen, quod eis objicitur cauſam, de qua agitur contingere non videatur.

Cum virum te prudentem noverimus, & diſcretum, ſi in quibuſdam dubitas a nobis ſollicitudine paſtorali requiris, tibi libenter de jure Canonico, quod poſſumus, reſpondemus, & prudentiam tuam dignis in Dei laudibus commendamus. Curaſti tua nobis inſinuatione proponere, utrum &, quæ intra diſcretionis annos a parentibus Monaſterio tradita eſt, & habitum Religionis induens benedictionem accepit, & exiens poſtmodum cuidam ſe militi copulavit, etiam ex quo prolem ſuſcepit, ad monaſterium redire cogatur, cum illa ſe aſſerat poſtquam conſentiendi habuit facultatem diſceſſiſſe, & benedictionis munus invitam ſe ſuſcepiſſe commemoret, ſuper quo conſultationi tuæ taliter duximus reſpondendum, quod cum viſa Concilii collecta cenſuram monachum, aut paterna devotio, aut propria profeſſio faciat, & quod horum fuerit allegatum tenebit revertendi ad ſæculum aditu pœnitus interdicto, non videtur illa monaſticæ a ſe profeſſionis poſſe jugum excutere, cum eam non conſtet evidenter contradixiſſe cum benedictionem accepit; quam quidem non niſi ætate diſcreta recipiunt quæ vetantur; præſertim ſi ratihabitione ſequitur, & ſi eam quando contradixiſſe conſtiterit, quod antea geſtum eſt roboratum, nec obloquitur quod de Sancti viri prædeceſſoris noſtri Leonis propria conſtitutione per contrarium ſenſum admittitur, ut puellæ, quæ parentum coactæ imperio virginitatis habitum ſuſceperunt, ipſum poſſunt ſine prævaricatione deſerere, cum hæc de ea conſtet intelligi, quæ in ætate nubili conſtituta noſcitur, tum quia liberum habet arbitrium in electione poſita parentum ſequi non cogitur voluntatem.

## CÆLESTINUS III.

*Suffraganeis, & Decano Rothomagenſi.*

Per falſarios qui nuper ſunt in Urbe reperti quædam ſunt litteræ deſtinatæ, quas timemus tamquam veras ab aliquibus admitti. Ideoque per Apoſtolicæ Sedis præceptum mandamus, ſi quos tales valueritis reperire, quas cognoſcere poteritis ex comparatione bullæ, & qualitates ſtyli faciatis omni dilatione poſtpoſita capi, & tandiu ſub arcta cuſtodia detineri donec id nobis fuerit intimatum, ut quid exinde nobis fieri debeat vobis ſignificare poſſimus, quidquid enim actione illarum litterarum factum fuerit in irritum volumus revocari.

*Idem (Cantuarienſi Archiepiſcopo.)*

Cap. An ſi de appell. An ſit deferendum appellationi illius, quem adverſarius de ſpoliatione poſt appellationem le-

A gitime interpoſitam ſibi facta paratus eſt in continenti convincere, nos duxiſti per nuncium tuum conſulendos. Reſpondemus itaque quod cum in eo puniendus ſit, in quo deliquit, ſe beneficio reddidit appellationis indignum qui appellationem deferre neglexit. (Unde nec ei appellanti deferendum eſſe cenſemus.)

*Idem eidem.*

Si matrimonii cauſa per procuratorem valeat expediri; ut nos tua duxit prudentia conſulendos. Hic autem decernimus diſtinguendum, quod ſi in prima cauſa matrimoniali criminaliter quæſtio agitatur, & ob eandem ab adverſa parte ſit
B agendum non per interpoſitam perſonam, ſed per ipſam principalem per cauſam matrimonii terminari oportet, cum ſicut jura teſtantur, præſens præſentem debeat accuſare, & ſe talionis vinculo alligare, ſecus autem in cauſa non criminali, in qua non criminaliter agimus, credimus procedendum; ſecurius tamen ageretur, ſi cum haberi poſſit principalium præſentia perſonarum, ipſi, præſentibus in utroque ad diffinitivæ ſententiæ, calculum procedatur.

## CÆLESTINUS III.

Si matrimonii cauſa poſſit per procuratorem expediri, nos tua duxit Fraternitas conſulendos.
C Super hoc autem ſic credimus diſtinguendum, quod ſi in ipſa cauſa matrimoniali criminaliter quæſtio ventiletur, & ob eandem ab adverſa parte criminaliter ſit agendum, non per interpoſitam perſonam, ſed per ipſam principalem cauſam Matrimonii terminari oportet, cum, ſicut jura teſtantur, præſens præſentium accuſare debet, & ſe talionis obligare. Secus autem in cauſa non criminali, in qua criminaliter agitur, credimus procedendum; ſecurius tamen ageretur, ſi cum haberi poſſit principalium præſentia perſonarum, temporibus præſentibus in utroque ad definitionis calculum procedatur.

## CÆLESTINUS III.

D

*Aquilejenſi.*

Ad audientiam noſtram perveniſſe cognoſcas, quod in tua Provincia, & aliis teutoniæ terræ conſuetudo nimium perverſa invaluit, quod videlicet Præpoſiti, & alii, quibus ſecundum morum terræ noſcitur attributa poteſtas in loco decedentium perſonis aliquibus aſſignandi præbendas quando proprios filios, quos in ſacris conſtituti ordinibus genuerunt ſubſtituunt decedentibus, per quos ſæpe contingit uno, eodemque tempore patrem, & filium in eadem Eccleſia miniſtrare, & proventus accipere præbendarum. Præterea commutationes præbendarum ac digni-
E tatum quidam ex clericis contra ſtatuta Concilii temeritate propria non vereantur facere. Nolentes igitur incorrepta relinqui, Fraternitati tuæ per Apoſtolicum ſcriptum mandamus quatenus per totam Provinciam tibi ſubjectam auctoritate noſtra, & tua prohibeas, ne talia ulterius attemptentur, quod ſi poſt inhibitionem tuam fuerit attemptata, corrigendi habeas liberam facultatem. Studeas etiam quæ ſcripta ſunt hactenus juxta formam Canonicam prout poteris emendare.

## BULLA CÆLESTINI.

*Cæleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Capitulo Tarraconenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Ex de Marca hiſtoire de Bearn pag. 557. e Carthar. Eccl. Tarracon.

PLangendum eſſet potius, quam ſcribendum ſuper tam nefario ſcelere quod filius iniquitatis Willelmus Raimundi obſtinata & pertinaci audacia perpetrare præſumpſit non timens in patrem ſuum & dominum, & cujus neptem in uxorem habebat, videlicet bonæ & piæ memoriæ Berengarium archiepiſcopum veſtrum ſceleratas manus immittere, & ipſum crudeli gladio mortaliter trucidare. Cum enim ſicut audi- B vimus Willelmus ipſe proprius homo fuiſſet archiepiſcopi, ac plura beneficia percepiſſet ab eo, nepotem etiam, ut diximus ejuſdem haberet uxorem pernicioſa ſimulatione confinxit & per nuntium ſuæ conceptæ iniquitatis interpretem eidem mandavit antiſtiti, quod uxor ſua videlicet neptis ejus vellet cum eo ſuper quodam negotio conſilium & tractatum habere. Præſentiæ igitur quod ob hoc deberet venire Gerundam, venit obviam quaſi pacificus, ut ſecundum propheticum oraculum, ſicut fraudulentus vaſa peſſima portans, eum impie vulneravit, & de mulo cui inſedebat proſtravit in terram. O immane ſcelus & omni deteſtatione digniſſimum! quo pacis & religionis Chriſtianæ jura læduntur, & arma fi- C lii exacuuntur in patrem! Expediebat potius ut juxta Prophetam, Gladius ille in vomerem, ſeu lancea converteretur in falcem. Ut autem iniquitas illius nequam hominis prodiret ex adipe non fuit contentus ei letale vulnus infligere, ſed poſt ipſum ictu tertio repetitum, cum archiepiſcopi capellano qui aderat, inciperet confiteri, tamquam vir ſanguinum confeſſionem ejus, qui & habitu Ciſtercienſis ordinis erat indutus, nec Deum timens, nec homini deferens, jam exutus humana pietate, & diabolica feritate veſtitus, totis conabatur viribus impedire. Verumtamen auctor ſummæ pietatis, qui neminem vult perire, tandem eidem Archiepiſcopo contulit gratiam confitendi, quod in ipſa confeſſione, dum D in eum perſecutoris gladio inſaniret, juxta conſilium Sacerdotis, interfectoris ſuo pepercit, Deum ad imitationem glorioſi Protomartyris pro eo inceſſanter exuens. Denique ille inſatiabilis homicida, cum eum prima vice ſemivivum reliquiſſet in terra, & tantum diſtitiſſet ab illo, quantum duo aut tres jactus balliſtæ poſſent, ut putabatur, emitti, more tortuoſi ſerpentis, vel cancri potius, retroverſus tot vulnera eidem inflixit, quod vix locus vulneribus poterat inveniri; & ut nihil de malitia ſua omitteret, quin potius ut totum virus emitteret, quod ore combiberat truculento, a ſuperbiæ ſuæ in quo erat equo deſcendit, & poſt tot & tam atrocia vulnera, cerebrum ejus cuſpide mucrone effudit. E Proh dolor, ut quid mortalis cogis pectora, iræ deteſtabile monſtrum! Ecce quam turpiter paſtorem Eccleſiæ trucidare feciſti, ecce cadit columna Eccleſiæ, Sed quid inde? ipſo apponente manum cujus dextera facit virtutem, conculcabitur filius Belial; mentietur iniquitas ſibi, & maleficium non dicimus hominis, ſed non hominis dedita pœna luetur. Conſurgite igitur boni æmulatores Eccleſiæ Dei & filii, debitum veſtri officii viriliter exercete. Doleat de tanto ſcelere conſummato non ſolum Tarraconenſis provincia, ſed etiam tota Hiſpania, quinimo

A Chriſtianitas univerſa, & eo vehementiori in ipſo dolore admiratione ſtupeſcat, quod non tantum ipſe Archiepiſcopus, ſed etiam tertius ab iſto ſub tempore unius & ejuſdem Principis per gladium ambo interfecti fuerunt, quodque dolendi materiam non minuit, ſed augmentat, non ſolum Rex Aragonum & Regina illuſtres huic malo non condolere dicuntur, verum etiam addere afflictionem afflictis, & Eccleſiam veſtram conterere multiplici jam contritionem contritam. Cum enim, de quo ſi verum eſt valde miramur, ſuper his querimoniam ſtatim ad conſpectum eorum tranſmiſſa fuiſſet juſtitiam exinde facere non curaverunt, illius Iſaiæ non memores quo dicitur: *In juſtitia regnabit Rex & Principes in judicio* B *præerunt*; & illius Sapientis quo ita præcipitur: *Diligite juſtitiam qui judicatis terram*. Unde accidit, ut rigorem juſtitiæ nequiſſimus ille non trepidans, ita liberis quocumque vult greſſibus evagatur, ac ſi pecudem, aut vitulum occidiſſet, & facta eſt res mali & pernicioſi exempli, uſque adeo quod nulla eccleſiaſtica perſona per miliarium longe a propria ſede ſine periculi metu progreditur, & reverentia debita Eccleſiæ veſtræ, ac miniſtri ipſius jam fere elanguit, & emerſit in ventum. Æſtimati ſunt quippe clerici, qui genus electum & regale, populus etiam acquiſitionis & grex peculiaris Chriſti cenſetur, tamquam oves occiſionis, facti vicinis ſuis opprobrium, ſubſannatio & deriſus. Prædicti quoque C Rex & Regina, cum per ſeipſos & ſuos, tum per hoſpitalarios & religioſos, ipſam Eccleſiam veſtram tam in civitate quam extra damnis plurimis & gravibus injuriis affecerunt, & cum fere ad nihilum ſit redacta, & ſic in occiſione ſuorum paſtorum per malitiam filiorum hominum laceretur, jam non invenitur aliquis qui in eadem cervicem ſuam audeat pontificali ſupponere ſervituti. Quia igitur tam nefarium ſcelus incorrectum ſeu impunitum relinqui, non debet, ſed adeo ſunt tanta maleficia punienda, quod qui audierint ſimilia facere non attentent, univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, & in virtute obedientiæ ſub pœna officiorum & beneficiorum, & interminatione anathematis diſtricte D præcipimus, quatenus prædictum Willelmum perditionis, & proditionis filium, & complices ejus tam clericos, quam laicos, omni occaſione dilatione & appellatione ſepoſita, pulſatis campanis & candelis accenſis ſolemniter anathematizatos denuntiare curetis, & totam terram eorum, atque aliam in qua præſentes fuerint, interdicto ſubdatis. Nec ſententias quas dederitis relaxetis, donec ipſe Willelmus anathematizatus cum complicibus ſuis ad apoſtolicam ſedem accedat. Verum illos clericos decernimus beneficiis eccleſiaſticis perpetuo eſſe privatos, qui præbuere conſilium ſive conſenſum, ut prædictus Pontifex interiret. Præcipiatis autem ſine aliqua exceptione omnibus illis militibus & aliis laicis, E qui ſunt in terra eccleſiæ veſtræ metropolitico jure ſubjecta, ut ipſum nequam & ſequaces ejus tamquam Saracenos deſperatiſſimos perſequantur, ejuſque interdicto igne & aqua non communicent quoquo modo. Sed neque eum in venditione vel emptione aliqua ſeu traditione victualium, aut receptione hoſpitiorum participare præſumant, donec nudis pedibus ſuper terram in multa abſtinentia & aſperitate veſtium ad apoſtolicam ſedem accedat. Ceterum Regem & Reginam & alios Principes & Barones omnimoda diligentia moneatis ex parte noſtra fortiter injungentes ut ſæpedictum Willelmum & complices ejus de toto

re

regno proſcribant, & eccleſiæ veſtræ univerſæ reſtituentes ablata, & confiſcantes bona illorum qui ſcelus commiſere jam dictum, de damnis & injuriis irrogatis Eccleſiæ ſatisfaciant, & permittant eam tam in bonis ſuis, quam in libertate electionis habenda pacifice permanere. Quod ſi hæc pro commonitione veſtra non fecerint, omni gratia & timore poſtpoſito, ſublato cujuslibet contradictionis vel appellationis obſtaculo, BB. Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra auctoritate ſuffulti, in perſonas Regis, & Reginæ, atque aliorum & in terras tam excommunicationis quam interdicti ſententiam promulgetis, & faciatis irrefragabiliter obſervari. Volumus igitur & per apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandamus; quatenus in aliquam perſonam idoneam concorditer, & canonice convenire curetis, & ſtudeatis illum eligendo in Archiepiſcopum nominare, per quem ſtatus Eccleſiæ dirigatur, & tam in ſpiritualibus quam temporalibus commodum poſſit omnimodum experiri. Ita vero in perſecutione eorum quæ prædicta ſunt coadjutores & cooperatores per omnia exiſtatis, ut de conculcatione matris veſtræ, ex occiſione patris, tanquam veraces filii oſtendatis ex intimo vos dolere.

Datum Romæ apud S. Petrum xv. Kal. Julii, Pontificatus noſtri anno IV.

## LITTERÆ TESTIMONIALES

### ABSOLUTIONIS ET POENITENTIÆ.

*Venerabili in Chriſto Patri Dei gratia Archiepiſcopo, & dilectis ſibi in Domino Capitulo Tarraconenſi. Nicolaus miſeratione Divina Tuſculanus epiſcopus ſalutem in Domino.*

Ex eodem Cartular. ibid.

LAtorem præſentium W. Raimundi, qui ſicut ex ejus confeſſione accepimus, bonæ memoriæ B. Tarracon. archiepiſcopum ſuadente diabolo interfecit, auctoritate Domini Papæ, ſecundum formam Eccleſiæ abſolutum ad vos re- A mittimus, de conſilio venerabilium Patrum P. Hoſtienſis & P. Albanen. Epiſcoporum, hujuſmodi ei pœnitentiam injungentes, videlicet ut in regreſſu ſuo, quam citius Tarracon. videre poterit civitatem, de equo deſcendens, nudus, & diſcalceiatus in bracis & camiſia tantum, ferens tortam in collo, & virgas in manibus ad camdem veniat civitatem, & ad introitum ſingularum Eccleſiarum, infra ambitum civitatis ejuſdem ab aliquo presbytero eiſdem virgis ſe faciat verberari; ſicque demum ad Eccleſiam veniens cathedralem, a vobis, Domine archiepiſcope, & Capitulo veſtro venia devote & humiliter poſtulata, vobis & eidem Capitulo homagium faciat, & concedat de terra ſua viginti librarum redi- B tus annuatim. Præterea quia de manu Domini ſignum crucis accepit, præcipimus ei, ut vadat ultra mare, & decem milites ac triginta balliſtarios & arcarios bene armatos ſumptibus ſuis ducens, ſit cum eis per quinquennium in ſubſidium Terræ Sanctæ, & quamdiu vixerit omnes ſextas ferias in pane & aqua jejunet. Et omni anno eo die, quo tantum ſcelus commiſit, in pane & aqua jejunans, eodem die centum procuret pauperes, & eorum cuilibet tunicam unam de panno lineo largiatur. Injunximus etiam ei, ut toto tempore vitæ ſuæ quadrageſimam ante natale, ſecundam & quartam feriam in vita quadrageſimali jejunet, niſi eiſdem diebus ultra mare fuerit pugnaturus, & donec iter Jeroſolymi- C tanum arripiat, & poſtquam inde fuerit, Deo dante, reverſus, ad carnem cilicium ſemper portet, niſi cum ab uxore requiſitus ei debitum reddiderit maritale. Jejunium autem ſecundæ & quartæ feriæ, cum voluerit, redimat, eiſdem diebus quinque pauperes procurando. Si vero aliqui Eccleſiarum Prælati, quibus hoc liceat, aliquam fecerint remiſſionem eidem, concedimus ei, & ratam habemus eamdem. Ad hæc injunximus ei, ut Eccleſiis, quibus damna intulit, pro poſſe ſuo ſatisfaciat competenter.

ANNO CHRISTI 1191.

# CONCILIUM LONDINENSE ET CANTUARIENSE

*De electione novi archiepiſcopi Cantuar. tractantia,*

*Ex Radulpho de Diceto, col. 666.*

Ex Manſi Suppl. T. II. pag. 754. Affert Wilkiſius tom. I.

*UT eo melius acta concilii & negotium electionis innoteſcant, litteras epiſcoporum ſuffraganeorum Cantuarienſis eccleſiæ papæ Cæleſtino ſcriptas, ex Rad. de Diceto recitabimus.*

Cæleſtino papæ, ſuffraganei Cantuarienſis eccleſiæ debitam ſubjectionem.

Cum ad noſtram perveniſſent notitiam Baldwinum, patrem noſtrum, Cantuarienſem archiepiſcopum, apud Acon viam univerſæ carnis ingreſſum, verentes ne monachi S. Trinitatis in archiepiſcopo ſubſtituendo ſibi quippiam vendicare præſumerent, de communi conſilio venerabilem fratrem noſtrum Richardum Londonienſem epiſcopum, ad quem electi nominatio de jure pignoſcitur pertinere, præmiſimus apud Cantuariam. Junctus eſt ei comes in itinere quidam regis juſtitiarius. Igitur in eccleſia Cantuarienſi, præſentibus monachis & audientibus, Romanæ ſedis audientiam appellavit, inhibens ex parte D ſummi pontificis, ne quid in electione facienda præſumerent attentare citra conſcientiam epiſcoporum, & etiam citra regis aſſenſum. Poſtmodum autem, ut nobis archipræſulem eligeremus, ad vocationem domini Londonienſis, qui decanatum obtinet inter ſuffraganeos, convenimus Londoniis: convenerunt & monachi. Dilationem accepit electio, quibuſdam diſſenſionibus ad invicem emergentibus. Dominus itaque Londonienſis, totius Anglicanæ vicem gerens eccleſiæ, rurE ſus Romanæ ſedis audientiam appellavit, R. epiſcopo Bathonienſi, cum reliquis epiſcopis contra monachos appellante. Paucis diebus elapſis, conſtituimus accedere Cantuariam, ut ſub præſentia tam cleri, quam populi, tam epiſcoporum, quam monachorum archiepiſcopum eligeremus, diem ad hoc faciendum eligeremus; diem ad hoc faciendum conſtituentes 4. non. Decembris. Interim autem comes Moritonii domini regis frater,

ter, & dominus Rothomagenſis, Bathonienſis, Roffenſis, Herefordenſis, Menevenſis, Coventrenſis epiſcopi, cum pluribus regni magnatibus, pro quibuſdam magnis regni negotiis tranſitum fecerunt uſque Cantuariam. Cumque ſuper negotiis ipſis in palatio Cantuar. archiepiſcopi reſidentes tractarent, ingreſſi ſunt coram eis G. dictus A prior, quidam monachorum, & manus injicientes in Bathonienſem, & eum electum ſuum nominantes, de medio reſidentium ſubſtulerunt. Quos memorati præſules & regni proceres e veſtigio ſubſecuti, denuo veſtram appellaverunt præſentiam. 5. cal. Decembris.

ANNO CHRISTI 1192.

## STATUTA SYNODALIA ODONIS EPISCOPI TULLENSIS

*Anno* 1192. *edita.*

*Ex autographo Belli-prati.*

Ex Manſi Suppl. T. II. p. 751. Dedit Martene Anecdot. tom. IV.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Odo Dei gratia Leuchorum epiſcopus omnibus eccleſiaſticis perſonis in epiſcopatu noſtro conſtitutis in perpetuum.

Noverint in poſterum, ac memoriter teneant univerſi, quod dilecti nobis in Domino fratres & amici archidiaconi, & abbates de epiſcopatu noſtro ad nos venientes, & pro lacrymabilibus injuriis, quibus eccleſiæ noſtræ & eccleſiarum miniſtri quotidie oppreſſi irremediabiliter laborant & afficiebantur, pariter ingemiſcentes, una- B nimiter nos rogaverunt, ut contra tyrannidem raptorum & quorumlibet malefactorum in eos deſævientium, illud auxilii & protectionis conſilium atque tutamen eis miſericorditer exhiberemus, quod ex injuncta nobis cura & officio paſtorali eis paterne exhibere debebamus. Unde nos communicato cum eis conſilio, ſicut rationabile nobis viſum fuit, & eorum diſcreta conſideratio nobis conſuluit, ſtatuimus quod in præſenti pagina capitulatim annotari præcepimus.

## CANONES.

### I.

Statuimus itaque, & ſub anathemate interdiximus, ut quando per quodcumque caſtrum ſeu villam in epiſcopatu noſtro conſiſtentem bona eccleſiarum noſtrarum, ſeu cujuslibet clericorum noſtrorum per injuſtam ablationem deducta tranſire, vel forte ibi pernoctare contigerit, ita quod exinde nihil prorſus ibi remaneat, interim divina ibi non celebrentur. Ubicumque autem bona illa vel ex toto, vel ex parte receptari, vendi, aut quocumque modo expendi contigerit, divina ibi fieri omnino interdicimus, & emptores pariter cum prædatoribus eadem excommunicationis ſententia innodatos eſſe uſque ad integram reſtitutionem, & condignam ſatisfactionem decernimus: hoc adjicientes, quod interim ſi qui ibi manentes, & illius injuriæ non conſentanei nec auctores in extremis poſiti fuerint, confeſſionis & viatici ſuffragio fungantur: ſepulturam vero in atrio non habeant, donec ablatis ex integro reſtituti, & divina ibi celebrentur, & extra atrium poſiti ſine omni emendatione debito atrii honore donentur.

### II.

Conſtituimus etiam, ut ſi aliquis de principibus ac nobilioribus hujus terræ bona quælibet eccleſiarum ſeu clericorum noſtrorum in propria perſona ſua per violentiam diripuerit, & in villam ſuam C deduxerit; in eadem villa, & in tota alia terra ſua divina non celebrentur, donec ablata ex integro reſtituantur. Si vero milites, vel quicumque de familia tam principum quam nobilium aliorum bona quæcumque ſimiliter eccleſiarum ſeu clericorum noſtrorum violenter acceperint, & in villam domini ſui deduxerint; divina ibi penitus non celebrentur, donec ablata cum ſatisfactione ex integro reſtituantur: & cum ipſi maleficii auctores a nobis nominatim excommunicati fuerint, & hoc per epiſcopatum D noſtrum innotuerit; ab omnibus presbyteris, ubicumque divina fient, ſingulis dominicis diebus nominatim excommunicentur. Si vero pro rigore juſtitiæ capitalia ex integro reddita fuerint, ipſa tamen non niſi ſatisfactione nobis prius facta, nullatenus abſolvantur. Hoc vero nunc ſuperaddimus, quod quicumque aliquem de hujuſmodi malefactoribus, a nobis nominatim excommunicatis in domo ſua receperit apud ſeſe eum pernoctare ſuſtinuerit, pariter cum illo excommunicatus ſit, niſi per ignorantiam E ſe hoc feciſſe probare poſſit: quod ſola manu ſua ei facere licebit ſi voluerit: ſi autem ſe inde purgare non poteſt, & ad emendationem culpæ pro nocte illa decem ſolidos ſolvere voluerit, & totiens decem ſolidos quot noctibus illum recepit, a ſententiæ vinculo abſolutus erit.

III.

ANNO CHRISTI 1191.

III.

Quia vero diligenti ac perutili conſideratione hæc deliberavimus, & communi omnium ſubditorum nobis clericorum tam rogatu quam aſſenſu hoc teneri decrevimus ac præcepimus, ſtatuimus, quod quicumque ſubditus nobis ſimpliciter clericus, ſeu etiam monachus hoc noſtrum mandatum tranſgreſſus fuerit, & beneficio, ſi habuerit, & officio careat in perpetuum.

IV.

Porro de his qui corpus alicujus defuncti violenter in cimeterio tumulaverint eo tempore quo villa illa a chriſtianitatis obſequio propter juſtitiam ſuſpenſa fuerit; conſtituimus, ut quamdiu ibi ſepultum fuerit, divina ibi penitus non celebrentur; & cum ejectum fuerit, nec in illo, nec in alio cimeterio deinceps umquam ſepeliatur. De his vero qui corpus ſic tumulaverunt, ſi quis ante reconciliationem obierit, ſimiliter chriſtiana ſepultura careat in perpetuum.

V.

Et quoniam gravis & intolerabilis plaga domibus religioſorum imminet ex hoc, quod potentes terræ boves ſeu cetera animalia, vel carros ad carrucandum ſibi violenter diripiunt; irrefragabili determinatione conſtituimus, ut illi qui talem violentiam fecerint, ſtatim ſub interdicto excommunicationis teneantur; & illi qui eis dederint vel vendiderint quod carricabunt, poſtquam violentiam illam cognoverint, ſimiliter excommunicentur, & villa illa, ad quam deportatum fuerit quod carricaverint, ab omni chriſtianitatis obſequio ſuſpendatur, quouſque damna domibus illata ex integro reſtaurentur, & digni de cetero Deo nobiſque ſatisfiat.

VI.

De fugitivis vero qui profeſſiones ſuas irritas facientes, de quolibet ordine ad A ſæculum revertuntur, ſimiliter conſtituimus, ut ſingulis dominicis diebus per univerſas parochias excommunicentur; & ſi uxores duxerint, uxores ſimiliter & familiæ eorum excommunicentur, & omnes qui eis aliquam chriſtianitatis communionem ſcienter præſtiterint, ſub interdicto cum eiſdem teneantur.

ANNO CHRISTI 1191.

VII.

B Si quis vero nobilium vel potentum terræ tempore, quo excommunicatus fuerit a nobis, presbyterum aliquem adduxerit, & contra interdictum noſtrum divina ſibi celebrare fecerit, ille, qui taliter celebrare præſumpſerit, excommunicetur, & officio & beneficio eccleſiaſtico in epiſcopatu noſtro careat in perpetuum.

VIII.

C Conſtituimus etiam, ut ſi aliquis preſbyter a nobis excommunicatus in diœceſi noſtra divina celebrare præſumpſerit, beneficio, & officio eccleſiaſtico careat in perpetuum.

IX.

De hæreticis autem qui vocantur *Wadoys*, omnibus fidelibus tam clericis quam laicis in remiſſionem peccatorum ſuorum præcipimus, ut quicumque eos invenerint, D vinculis aſtrictos teneant, & ad ſedem Tullenſem puniendos adducant.

X.

Illud ſane memoriæ commendandum, quod ſi qui pro executione hujus juſtitiæ a propriis ſedibus ſuis, quod abſit, expulſi fuerint apud nos noſtro patrocinio noſtraque diſpoſitione victus & veſtitus adminiſtrationem, prout dignum E fuerit, indubitanter invenient. Omnibus hujus cartæ tenorem ſervantibus ſit pax & gaudium per omnia ſæcula ſæculorum.

Actum legitime, publice recitatum, canonice in ſancta Tullenſi ſynodo confirmatum, indictione XVIII. idus Maji anno dominicæ incarnationis MCXCII.

CON-

ANNO CHRISTI 1193.

ANNO CHRISTI 1193.

# ☞ CONCILIUM CANTUARIENSE

*Juſſu regis, & per ſummonitionem epiſcopi Londonienſis convocatum anno 1193.*
*Ex Rad. de Diceto fol. 669. & Chronic. Gervaſii fol. 1569.*

Ex Suppl. Manſi T. II. p. 759. Extat ap. Wilkins t. I.

RAdulphus de Diceto ſequentem in modum de hoc concilio commentatur: *Ricardus, Dei gratia rex Anglorum, dum teneretur in vinculis, & de conſilio vacantis eccleſiæ Cantuarienſis ſanctam in animo gereret ſolicitudinem, ſcripſit in hæc verba.*

Richardus, Dei gratia rex Anglorum, charis & fidelibus ſuis R. eadem gratia Londonienſi epiſcopo, Cantuarienſis eccleſiæ decano, & univerſis Cantuarienſis eccleſiæ ſuffraganeis, ſalutem. Veſtræ volumus libenter fraternitati conſulere, & Cantuarienſem eccleſiam, quæ veſtrum omnium mater & caput eſt, de perſona idonea Deo, nobis & vobis, & toti regno noſtro accepta, quæ ad pacem & tranquillitatem ſanctæ eccleſiæ & regni noſtri aſpiret, in quantum ad nos pertinet ordinare.

*Commonitoriis igitur hujuſcemodi lectis in medium, ad vocationem domini Londonienſis plures epiſcopi convenerunt, quidam ſuæ cauſam abſentiæ ſatis probabilem vel per litteras, vel per nuncios allegarunt. Convenerunt ad vocationem ejus plures locorum conventualium principales perſonæ. Dies dominica præfinita fuit electioni, ſcilicet tertio cal. Junii die dominica, die conſtituta, die ſanctificata, Hubertus Sareſbirienſis epiſcopus (monachis Cantuarienſibus prænominatus) ab epiſcopis electus eſt in archiepiſcopum. Electionem factam Londonienſis epiſcopus in publico recitavit apud Weſtmonaſterium in ſede regia, loco celebri, loco faciendis electionibus archiepiſcoporum a multis temporibus conſecrato. Walterus, Rothomagenſis archiepiſcopus, capitalis Angliæ juſtitiarius, dedit aſſenſum, & auctoritate regia factam confirmavit electionem. Igitur Londonienſis epiſcopus juxta ſuorum dignitatem prædeceſſorum. & Deo laudes perſolvendas exſolvit, & benedictionem omnibus, qui convenerant, gratanter exhibuit.* De ſummonitione ad concilium ita loquitur Gervaſius: *Epiſcopus Londo-* A *nienſis, qui inter epiſcopos decanatus præeminet dignitate, & ad quem ſpecialiter pertinet ad nutum archiepiſcopi, vel Cantuarienſis eccleſiæ epiſcopos convocare, epiſcopis Angliæ citatorias miſit litteras in hunc modum.*

Richardus, Dei gratia Londonienſis eccleſiæ miniſter, venerabili fratri & in Chriſto chariſſimo S. Dei gratia Ciceſtrenſi epiſcopo, ſalutem & ſinceræ dilectionis inſtantiam. Ne mater noſtra Cantuarienſis eccleſia viduitatis ſuæ tempo- B re, ſi diutius protrahatur, in ſpiritualibus ſive temporalibus detrimentum patiatur, Johannis, comitis Moretonii, & Willelmi archiepiſcopi Rothomagenſis, & aliorum, quibus conſtat, de voluntate domini regis, aſſenſu communi proviſum eſt, ut eidem eccleſiæ de idoneo paſtore maturius provideatur, & ipſius electio loco competentiori, in eccleſia videlicet metropolitana, a filiis ſuis rite celebrentur. Eapropter fraternitati veſtræ mandamus, quatenus die Lunæ proximo poſt feſtum S. Andreæ apoſtoli præſentiam ve- C ſtram apud Cantuariam, occaſione, excuſatione ceſſantibus, nobis exhibeatis, ibidem per Dei gratiam cum fratribus & coepiſcopis noſtris de electione Cantuarienſis archiepiſcopi tractaturi. Valete. *Hunc in modum aliis ſcripſit epiſcopis.*

*Convenerant igitur apud Cantuariam ille Rothomagenſis, R. Batonienſis, H. Ceſtrenſis, & G. Roffenſis.*

*Nonis Novembris ſequentibus* (ut ait Rad. de Diceto) *habitus eſt generalis conventus epiſcopo-* D *rum Cantuariæ ad ſolennem archiepiſcopi ſuſceptionem & inthronizationem. Convenerunt & aliæ conventualium eccleſiarum perſonæ principales. Ordinatis igitur, quæ fiunt in applauſibus hujuſcemodi, dextravit archiepiſcopum Londonienſis epiſcopus, ſiniſtravit Wintonienſis, & ſic in ſede ſua ſollenniter collocatus eſt, & receptus in oſculum.* ☞

ANNO CHRISTI 1195.

ANNO CHRISTI 1195.

# CONCILIUM EBORACENSE

Pro reformandis eccleſiæ illius moribus auctoritate Huberti Cantuarienſis achiepiſcopi & apoſtolicæ ſedis legati celebratum Eboraci, an. Dom. MCXCV. tempore Cæleſtini P. III.

ACTA *concilii extant apud Rogerum de Hoveden hujus temporis ſcriptorem*: Venit, *inquit*, legatus Eboracum, die Dominica feſto S. Barnabæ apoſtoli, & cum ſolenni proceſſione ſuſceptus eſt a clero, & introductus in eccleſiam ſedis cathedralis. Sequenti die lunæ fecit ipſe teneri aſſiſas de omnibus placitis coronæ regis, & de nova diſſaiſina, & de morte anteceſſorum per miniſtros ſuos: ipſe vero & officiales ſui tenuerunt placita Chriſtianitatis. In ſequenti die feria tertia, perrexit legatus ille ad abbatiam S. Mariæ Eboraci, & ibi receptus eſt ab ejuſdem eccleſiæ monachis, cum ſolenni proceſſione. Deinde intravit capitulum monachorum, & con- E querentibus monachis, quod Robertus abbas eorum propter debilitatem, & corporis ſui ægritudinem, domui ſui prodeſſe non potuit, depoſuit eum a cura paſtorali, & ab adminiſtratione domus, reclamantem, & ad dominum pontificem appellantem.

In ſequentibus autem duobus diebus, ſcilicet feria quarta & feria quinta, congregatis in eccleſia ſancti Petri Eboraci Simone ejuſdem eccleſiæ decano, & Hamone præcentore, & Willielmo Teſtard, & Gaufrido de Muſchamp, de Notingham, & de Eliveland archidiaconis, & Joanne cancellario, & Roberto præpoſito Beverlaci, cum quibuſdam eccleſiæ canonicis, & fere omni-

ANNO CHRISTI 1195. omnibus abbatibus, & prioribus, & officialibus, & decanis, & perſonis eccleſiarum Eboracenſis diœceſis, ipſe legatus in eminentiore loco cathedratus ſedit, & concilium celeberrimum celebravit, in quo hæc decreta ſubſcripta ſtatuit ſervanda.

## DECRETA EBORACENSIS CONCILII.

### I.

In nupera editione Anglicana, canones habent ordinem, quem ad marginem notatum vides.

CUM inter cetera eccleſiæ ſacramenta hoſtia ſalutaris præemineant, tanto impenſior circa eam debet exiſtere devotio ſacerdotum, ut cum humilitate conficiatur, cum timore ſumatur, cum reverentia diſpenſetur; & miniſter altaris ſit certus quod panis & vinum & aqua in ſacrificio ponatur, nec ſine miniſtro litterato celebretur. Provideatur etiam, ut in pyxide munda & honeſta, hoſtia reſervetur, ſingulisque Dominicis diebus renovetur.
II. Quoties autem communio exhibenda eſt infirmis, ſacerdos in propria perſona hoſtiam in habitu clericali tanto ſacramento convenienti deferat, lumine præcedente, niſi aeris intemperies, vel viarum difficultas, vel alia ratio præpediat.

### II.

III. Quia ſecretum Miſſæ frequenter invenitur, aut ſcriptorum falſitate, aut librorum vetuſtate corruptum, ita ut legi diſtincte non poſſit: archidiaconorum ſollicitudo provideat, ut in ſingulis eccleſiis ad verum & probatum exemplar canon Miſſæ cum omni diligentia corrigatur.

### III.

Prohibemus etiam ne ſacerdos laico ad pœnitentiam venienti obtentu cupiditatis injungat ut Miſſas faciat celebrari; & illud etiam decrevimus prohibendum, ne ſacerdos aliquis pro celebratione Miſſarum pretio conſtituto pactum ineat, ſed hoc dumtaxat quod offeretur in Miſſa, recipiat.

### IV.

IV. Statuimus ne in baptiſmate plures quam tres ſuſcipiant puerum de ſacro fonte; maſculum duo mares, & una mulier; fœminam duæ fœminæ, & unus mas. Ubi autem puer, cujus baptiſma ignoratur, reperitur expoſitus, ſive cum ſale, ſive ſine ſale reperiatur, baptizetur, cum non intelligatur iteratum, quod neſcitur fuiſſe collatum.
V. Decrevimus etiam, ut non niſi ſumma & gravi urgente neceſſitate diaconus baptizet, vel corpus Chriſti cuiquam eroget, vel pœnitentiam confitenti imponat, ut juxta paternorum tenorem canonum huic ordini ſacerdotali proprie convenire decernit antiquitas. Sub eodem tenore conſtitutionis adjicimus, ut quoties ſacerdos ad puerum baptizandum vel infirmum communicandum invitatur, moras innectere non præſumat.

### V.

VI. Cum in domo orationis, quæ domus Dei nuncupatur, nihil debeat eſſe indecens, nihil inordinatum, præcipimus ut perſonæ & vicarii eccleſiarum ſtudeant providere ſecundum competentes eis penſiones, prout ratio dictitat, & conſuetudo approbata poſtulat, quatenus eccleſiæ, quæ reparatione indigent, reparentur. VII. Item cum ornamentis miniſterio congruis miniſtretur. VIII. Item cum calice argenteo, ubi facultas ſuppetit, ſacramentum Euchariſtiæ conficiatur. Huic ordinationi terminum præfiximus ab initio noſtræ legationis in annum. Quod ſi hæc medio tempore executioni mandata non fuerint: decrevimus, ut ante elapſum terminum de eccleſiarum redditibus diſpoſitio noſtra plenum ſortiatur effectum.

### VI.

IX. Statuimus etiam, ut clerici, qui ab epiſcopo coronam ſuſceperunt, tonſuram habeant coronam: quam ſi habere contempſerint, ad hoc, beneficiorum, ſi quæ habeant, privatione cogantur; qui vero beneficia non habent, per archidiaconum vel decanos tondeantur inviti.
X. Præcipimus etiam, ut ſacerdotes non in cappis manicatis incedant, ſed in veſtibus ſuo ordini congruis: ut, ſicut ceteris dignitate præeminent, ſic plenius & formam & exemplum exhibeant honeſtatis.

### VII.

XI. Cum ſcriptura beatum eſſe eum teſtetur, qui manus ſuas excutit ab omni munere: (Iſaiæ 33.) diligenti ſtudio providendum eſt, ut gratis exhibeatur juſtitia, nec pro ea in cauſis eccleſiaſticis facienda vel adimenda, ſive acceleranda, vel differenda, quidquam pretii præſumat accipere, ut ei fructum juſtitiæ ſuæ tempore opportuno retribuat juſtus judex.

### VIII.

XII. Cum decimæ ſint tributa egentium animarum, & ex præcepto Domini dari debeant, non eſt reddentis eas diminuere. Statuimus itaque, ut de his quæ renovantur per annum, cum omni integritate decimæ debitæ & conſuetæ conferantur ut in primis decimæ abſque ulla diminutione eccleſiæ dentur, poſtmodum de novem partibus mercedes meſſorum & aliorum ſervientium pro arbitrio ſolvendis tribuantur.

### IX.

XIII. Exigit profeſſio religioſæ ſanctitatis, ut monachi & canonici regulares, & mo-

moniales, religioſe & regulariter conſerventur. Ut ergo eis adimatur opportunitas evagandi, prohibemus ne redditus, quos obedientias vocant, ad firmam teneant, nec iter peregrinationis arripiant, nec extra monaſteria ſine certa & rationabili cauſa, nec abſque ſocietate, cujus certa ſit honeſtas & indubitata, pro- XIV. ficiſcantur. De monialibus autem id ſpecialiter adjicimus, ut abſque ſocietate abbatiſſæ vel prioriſſæ ambitum monaſterii non egrediantur.

X.

XV. Adjicimus etiam, prohibentes ne laicus aliquis eccleſiam vel decimas ad firmam recipiat, ſive ſolus, ſive clerico ſociatus.

X I.

XVI. Ut calumniatorum improbitas, & temere jurantium malitia, timore cœleſtis judicii retundantur: præcipimus, ut quilibet ſacerdos de cetero ter in anno ſolenniter accenſis candelis, pulſatiſque campanis, eos excommunicet qui in re- C cognitionibus, aliiſve teſtimoniis, ſcienter & ſponte pejerabunt, & eos qui malitioſe alios facient pejerare: eoſq; ſingulis Dominicis diebus excommunicatos denunciet, ut crebra maledictionis iteratio eos a ſua iniquitate retrahat, quos accuſatio propriæ conſcientiæ non deterret. Si vero de perjurio pœniteant, ad archiepiſcopum vel epiſcopum, vel generalem diœceſis confeſſorem abſente archiepiſcopo vel epiſcopo tranſmittan- D tur, ab eo pœnitentiam ſuſcepturi. In extremis vero laborantibus, inſinuanda, non imponenda eſt pœnitentia: eiſq; firmiter injungatur, ut, ſi vixerint, archiepiſcopum, vel epiſcopum vel generalem diœceſis confeſſorem abſente archiepiſcopo vel epiſcopo, adeant, ut eis pœnitentia competens imponatur.

X I I.

Levit. 4. Oſeæ 9. Quia ſermo Domini eſt: *Sacerdos meus ſi deliquerit, delinquere facit populum meum*, E Et, *Ruina populi ſacerdos nequam eſt*: exigit tanti ordinis excellentia, ut a publicis potationibus & tabernis ſacerdotes abſtineant, & qui voto continentiæ ſunt aſtricti, nequaquam ad actus turpitudi- XVII. nis ſe relaxent. Prohibemus igitur ne focarias habeant in domibus ſuis, nec ad ejectas in noſtræ conſtitutionis fraudem acceſſum in domibus alienis. Si vero in turpitudine ſua perſtiterint, & hoc decani diſſimulantes, ad notitiam prælatorum ſuorum non detulerint, ab

A officio ſuſpendantur. Qui vero zelo Dei accenſi, prælatis nunciaverint exceſſus eorum, Divinæ benedictionis gratiam conſequantur. Pœna autem eorum qui publice focarias tenent, hæc erit: ut tanquam infames, ab aliorum accuſatione, & a teſtimonio repellantur: Si vero nec hujus pœnæ metu reſipuerint, ab officio & beneficio ſe noverint ſuſpendendos. Suſpectus de crimine per famam communem, vel veriſimilia indicia, per decanum loci admoneatur familiariter, ſemel, ſecundo, & tertio, ut B ſe corrigat: quod ſi non fecerit, decanus, adjunctis ſibi duobus vel tribus, penes quos ejus fama laborat, eum corripiat. Si nec ſic videatur corrigi, dicatur eccleſiæ: ſcilicet arguatur in capitulo, ut convictus, vel confeſſus, canonice puniantur: inficianti, ſi convinci non poterit, canonica purgatio indicatur; ita quod numerum duodenarium non excedat. Infra numerum plures, paucioreſve poterunt recipi, ſecundum ſtatum perſonæ, & quantitatem ſive qualitatem infamiæ, pro arbitrio judicantis: & ſtatim primo die, quo paratus eſt is, qui infamia laborat, ſe purgare, purgatio admittatur; ne metu vexationis ex dilationibus contingentis pecunia extorqueatur. Hoc, & ſupradicta ſtatuimus, ſalva in omnibus ſacroſanctæ Romanæ ſedis authoritate, & dignitate.

In concilio autem illo magiſter Petrus de Dinan exigebat ſibi fieri plenariam reſtitutionem de archidiaconatu de Weſtring, quem Gaufridus Eboracenſis archiepiſcopus ei dederat, mandans capitulo Eboraci, per litteras ſuas, ut eum reciperent, & in ſtallum mitterent. Cui Simon Decanus, & capitulum Eboracenſe, reſponderunt, quod archiepiſcopus non potuit archidiaconatum illum alicui dare, qui ultra terminum ſtatutum in concilio Lateranenſi dare diſtulit: in quo concilio Alexander papa tertius conſtituit, quod cum præbendas, eccleſias, ſeu quælibet officia in aliqua eccleſia vacare contigerit, non diu maneant in ſuſpenſo, ſed infra ſex menſes perſonis, qui digne adminiſtrare valeant, conferantur. Si autem epiſcopus, ubi ad eum ſpectaverit conferre, diſtulerit, per capitulum ordinetur. Quod ſi ad capitulum electio pertinuerit, & infra præſcriptum terminum hoc non fecerit: epiſcopus, ſecundum Dominum, cum religioſorum virorum conſilio, exequatur. Si omnes forte neglexerint, metropolitanus de epiſcopis, ſecundum Dominum, abſque illorum contradictione diſponat. Hujus ergo diſpoſitionis authoritate, & privilegii ſui munimine, a Cœleſtino papa tertio eccleſiæ Eboracenſi indulto, aſſerebant præfatus Decanus, & capitulum Eboracenſe, quod ad illos ſpectat donatio prædicti archidiaconatus & aliorum reddituum vacantium in eccleſia Eboracenſi, quod archiepiſcopus ſuus non dederat in fixum Lateranenſis concilii terminum. Sed officiales Eboracenſis archiepiſcopi, ſcilicet, magiſter Girardus de Welle, & magiſter Honorius, appellaverunt contra privilegium illud,

CIRCA A. CHRISTI 1195.

illud, & appellationem, quam dominus eorum A archiepiſcopus in receſſu ſuo fecerat pro ſtatu eccleſiæ ſuæ, renovaverunt coram legato, & toto concilio. Et quamvis in privilegio illo continebatur, remota appellatione, tamen legatus detulit appellationi officialium Eboracenſis archiepiſcopi.

CIRCA A. CHRISTI 1195.

# CONSTITUTIONES

*Sive Statuta eccleſiæ Lichefeldenſis in Anglia per Hugonem Nonant. editæ.*
*Ex MS. Cott. Vitel. A. X. fol. 169. ſequ.*

Ex Supp. Manſi t. II p. 760. Extant ap. Wilkins t. I. p. 496

UT quilibet, qui filius eccleſiæ cenſeri deſiderat, recte poſſit dicere cum pſalmo: Quomodo dilexi legem tuam, Domine, totum diem —— mea eſt. Conſtitutiones & conſuetudines eccleſiæ Lich. antiquas & approbatas hactenus præſentis opuſculi ſeries manifeſtat. Ad recordationem modernorum & memoriam poſterorum, ne quis quoquomodo vel caſu deinceps in hac parte ſubire perjurius videatur; qui ad antiquas & approbatas Lich. eccleſiæ conſuetudines obſervandas ex juramento præſtito ſolenniter obligatur.

Eſt in eccleſia Lich. conſuetum antiquitus & ſtatutum, ut eidem eccleſiæ juxta morem aliarum eccleſiarum cathedralium in Anglia, pro modulo ſuo, tam in altari majori, quam in C choro, quam etiam in capitulo per miniſtros honeſtos, juxta diſtinctionem graduum in divinis officiis die noctuque adhibitis officiorum ſuorum ſolennitatibus debitis, ſingulis quibuſque diebus, juxta temporis exigentiam & diſtinctionem horarum in ordinibus, dignitatibus, & ſacris indumentis miniſtrantium, in modis honeſtis pſallentium atque cantantium, & accentu recte legentium, in numero & ſolemnitate luminarium, in pulſationibus horarum, in habitu & tonſura, ſecundum morem aliorum canonicorum ſecularium, in modo ſolenni inſtallationem, eidem eccleſiæ deſerviatur ſolenniter & honeſte. Quod ut fiat, mos eſt, ut a Feſto nativitatis beatæ Mariæ uſque ad Paſcha matutinæ circa mediam D noctem dicantur; a Paſcha vero uſque ad feſtum ſanctæ trinitatis in aurora, & inde eadem hora in feſtis trium lectionum. In feſtis vero IX. lectionum mat. in veſp. celebrentur uſque ad feſtum nativitatis beatæ Mariæ, adhibitis ſolemnitatibus ipſis matu. adjunctis, ſecundum quod in ordinali vel conſuetud. continetur. Miſſa vero beatæ Mariæ ante Primam pulſetur & celebretur. Pulſata vero Prima, ſtatim dicatur ipſa hora in choro. Qua finita, chorus capitulum intret, & ibi legatur martyrologium. Poſt ſequatur *Pretioſa*, cum ſuis orationibus. Deinde dicatur pſalmus. *Deus miſereatur noſtri* cum *Gloria Patri*, *Kyrie eleyſon*, *Chriſte eleiſon*, *Kyrie eleyſon*, *Pater noſter*, *Et ne nos*, *Salvos fac ſervos* E *tuos & ancillas tuas*, *oſtende nobis*, *Deus*, *miſericordiam tuam*, *mitte eis*, *Domine*, *Dominus vobiſcum*, *Oremus*, *Eccleſiæ quæſumus*, *Domine*, *preces*. Et in fine orationis: *Et nos famulos tuos ab omni adverſitate cuſtodi per Dominum noſtrum*. Si non ſequatur memoria vel oratio, tunc finiatur cum. *Per Chriſtum Dominum*. Si vero memoria pro vivo ſequatur, ſtatim poſt pronunciationem dicatur pſalmus. *Levavi*, cum *Gloria Patri*, *Kyrie eleyſon*, *Verba*, *ſalvum fac*, *Mitte ei*, *nihil proficiet*, *Dominus vobiſcum*, *Oratio*, *Prætende*, *Domine*, *faciem*, *Per dominum noſtrum*, niſi ſequatur oratio. Poſt cujus pronunciationem dicatur. *De profundis*, *Kyrie eleyſon*, *Pater noſter*, *Et ne nos*, *Requiem æternam*, *A porta*, *Cre-*

B *do*, *Dominus vobiſcum*, *Oremus*, *Deus indulgentiarum*. Si anniverſarius dies non fuerit, tunc. *Fidelium Deus omnium*, & oratio pro benefactoribus, & pro fratribus, finiendo. *Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*. Deinde legatur tabula, quæ non legatur niſi in ſabbatis, vel in vigiliis duplicium feſtorum. Quibus peractis ſileant omnes, donec dignior perſona, quæ in capitulo fuerit, dicat. *Benedictus*, & reſpondeant. *Dominus*. Et ſic negotia tractentur, quæ in capitulo fuerint tractanda. Veruntamen in tempore quadrageſimali dicitur commendatio in capitulo cum proſtratione: quam ſequitur pro defunctis, ſed ſine diacono & ſubdiacono reveſtitis, ſicut in omni miſſa in capitulo celebranda, niſi in vigiliis, C quæ contingunt diebus dominicis, & in die Sanctæ Ceddæ, & annunciationis beatæ Mariæ; quibus diebus miſſa de jejunio fiat in capitulo. Deinde conſueverunt clerici entrare chorum, & in diebus pro feſtis tertiam & ſextam ante miſſam cantare. In feſtis vero IX. lectionum tertiam tantum, ſextam vero & nonam poſt miſſam cantare, excepto tempore quadrageſimali, quo quidem tempore horæ diei dicuntur, juxta quod in ordinali & conſuetud. continetur de illis. Inchoatum item magna miſſa ſemper circiter horam nonam, ſecundum anni tempora, cum diacono & ſubdiacono reveſtitis, conſideratis eorum officiis (&) ſolennitatibus, indumentis in ordinali præſcriptis. Ita quidem quod ſemper in D duplicibus feſtis, habentibus ſibi proceſſionem adjunctam, duo diaconi & duo ſubdiaconi, cum duobus thuribulariis & aliis duobus, in cappis ſericis, duas cruces, evangelium legentem præcedentibus cum ceroferariis præcedant. In feſtis vero IX. lectionum, quando invitatorium a tribus cantatur, & in omnibus diebus dominicis, crux portetur cum thuribulo & ceroferario ante eum, qui leget evangelium, & in his ſequatur ordinale & conſuetud. ſuccentor. Item deſervitur majori altari cum ceroferario & thuribulo in omnibus feſtis IX. lectionum ad utruſque veſperas, & ad matutinum & ad miſſam, in quibus ſcilicet feſtis hebdomadariis ad matut. & ad veſperas cappa ſerica utatur, ſicut in ordinali E plenius eſt expreſſum. Finita autem miſſa, ſtatim debet in choro ſeptima vel nona inchoari, ſecundum quod prædictum eſt. Et factis pulſationibus conſuetis poſt miſſam faciendis, ſic itur ad menſam. Poſt prandium vero, ſi claſſicum pro defunctis debet fieri, fiat ante pulſationem veſperarum. Debent etiam veſperæ ſic pulſari, cantari, & finiri, ſecundum anni tempora, quod inter veſperas & crepuſculum in hieme aliquod ſit intervallum. In æſtate vero, quando cœna matut. præcedet, majus debet intervenire ſpatium propter multa. Veſpere vero ſemper completorium ſequitur ſine mora, quod in choro cantabitur, ſecundum quod in ordinali continetur. In quadrageſima ſolet quædam pulſatio fieri poſt prandium ad convocandum clericos. Qui-

ANNO CHRISTI 1195.

bus congregatis, & finita pulſatione, ſtatim in- A cipiatur, *Dirige*, ſine nota, vel cum nota, quando ſcilicet fit ſervitium pro regibus, archiepiſcopis, epiſcopis, vel quatuor principalibus perſonis eccleſiæ. Percantatoque officio uſque ad laudes, ſtatim legitur collatio in medio chori; quam ſtatim ſequitur completorium. Collatio vero non legatur in diebus dominicis, nec in vigiliis, nec in die ſancti Ceddæ, quia propter devotionem illius ſancti, utræque veſperæ poſt prandium debent cantari, & officium illius ſemper cum *Te Deum*, *Gloria in excelſis*, Sequent. & *Ite miſſa eſt*, ſolemniter celebratur. Item in nocte Natalis repræſentatio paſtorum fieri conſuevit; & in diluculo paſchæ repræſentatio Reſurrectionis dominicæ, & peregrinorum repræſentatio die lunæ B in hebdomada Paſchæ, ſicut in libris ſuper his & aliis compoſitis continetur. Solemnitas autem cœnæ, & pedum ablutio fit in choro, ſecundum quod in ordinali & conſuetud. continetur. Die vero Pentecoſtes, & tribus diebus ſequentibus dum cantatur ſeq. nebulæ * conſueverunt diſpergi. Decanus autem dignitates ſuas & capitulum dignitates ſuas habent & exemptiones, ſecundum quod in conſuetud. continetur. Sunt etiam & aliæ conſtitutiones novellæ noſtris quaſi temporibus inſtitutæ; puta conſtitutiones Huberti, archiepiſcopi Cantuar. domini papæ legati, & conſtitutiones aliæ per dominum Hugonem epiſcopum de conſenſu capituli ſigillatæ pariter & ſervatæ: quæ quidem etſi non ſunt antiquæ, ta- C men ſunt a capitulo approbatæ, ad quas fideliter obſervandas ſinguli de capitulo per ſigilli capituli appoſitionem ſe contineri obligarunt, in his, in quibus compatiuntur, ut in ſequentibus manifeſte patebit. Solet etiam ignitegium * quælibet nocte per annum pulſari, ſed ante matut. in æſtate in feſtis IX. lectionum.

* panis genus tenerus & ſubtilis qui clericis in feſto decoquitur. Vide Cang.

* Campana quæ certa noctis hora qua ignis cooperitur pulſatur. Vide Cang.

### *De perſonis in eccleſia Lich. conſtitutis.*

Perſonas & earum officia, dignitates, & conſuetudines, quibus eccleſia Lich. ordinatur & regitur, inſtitutiones epiſcoporum, decanorum, & capituli appropriatas præſens tractatus explanat. Quatuor autem ſunt perſonæ principales in ec- D cleſia Lich. ſcilicet decanus, præcentor, theſaurarius, & cancellarius.

### *De Officio Decani.*

Decani officium eſt, quod omnibus canonicis & vicariis in animarum regimine & morum correctione præmuniat, & quod debeat omnes cauſas capitulum ſpectantes audire, & judicio capituli terminare, exceſſus clericorum, ſcilicet in villa Lich. & in paroch. communæ, & in præbendis per appellationem corrigere, & delinquentium perſonas juxta delicti quantitatem (&) perſonæ qualitatem digna animadverſione punire. E Præterea canonici inſtitutionem ab epiſcopo, poſſeſſionem de præbendis a decano accipiunt. Decani eſt etiam canonicis jam inſtitutis communam eccleſiæ ſuo jure conferre, & eis ſtallum proprium in choro, & locum in capitulo, per miniſterium præcentoris vel ſuccentoris aſſignare; vicarias vacantes ad præſentationes canonicorum præſentium, vel juſta & probabili cauſa, vel de licentia decani vel capituli ob quamcunque cauſam abſentium, de clericis idoneis ordinare. Præterea omni duplici feſto, abſente epiſcopo, & in prima dominica Adventus, & in dominica Palmarum, & in capite jejunii, & in A tribus diebus ante Paſcha, & in vigiliis Pentecoſtes, & in anniverſariis epiſcoporum, decanorum, & in exequiis canonicorum eccleſiæ decedentium divinum tenetur exequi officium.

### *De officio cantoris.*

Cantoris officium eſt chorum in cantuum elevatione & depreſſione, vel per ſe vel per ſuccentorem ſuum regere, & in omni duplici feſto lectiones legendas canonicis præſentibus injungere, chronica paſchalia ſingulis annis mutare, cantores, lectores, & miniſtros altaris in tabula ordinare. Ad illum pertinet inſtructio puerorum & diſciplinæ, & eorumdem admiſſio & ordinatio. Præterea in majoribus duplicibus feſtis B tenetur intereſſe regimini chori ad miſſam cum cæteris rectoribus chori. Item in omnibus duplicibus feſtis rectores chori de cantibus injungendis & incipiendis tenetur inſtruere. Præterea omnes cantus ab epiſcopo incipiendos ipſi epiſcopo in propria perſona tenetur injungere.

### *De officio Cancellarii.*

Cancellarii officium eſt in ſcholis regendis & libris corrigendis curam impendere, lectiones auſcultare & terminare; ſigillum eccleſiæ cuſtodire, litteras & chartas componere, & litteras in capitulo legendas legere, lectores in tabula notare, omnes etiam lectiones, quæ in tabula non C ſcribuntur, ad miſſam tenetur injungere.

### *De officio theſaurarii.*

Theſaurarii officium eſt ornamenta eccleſiæ & theſauros cuſtodire; luminaria miniſtrare per manus ſacriſtæ de bonis aſſignatis ſacriſtæ: videlicet in feſtis duplicibus decem cereos ultra magnum altare ad miſſam & matutinum & utraſque veſperas, & ad completorium in quadrageſima, & ſuper altare ſancti Ceddæ II. cereos & ſuper quolibet altare unum cereum invenire. In feſtis vero IX. lectionum ad matutinum & ad miſſam, & ad utraſque veſperas, & ad Com- D pletorium in quadrageſima IIII. cereos ultra magnum altare, & in II. ſuper candelabra portabilia veſperis, matutinis, miſſis, ſuper candelabra ſtantia ad magnum altare, & ad completorium per annum II. cereos, & in omnibus miſſis in capitulo II. cereos, & in ſepulcro unum cereum continue ardentem a terminatione miſſæ in Paraſceves uſque ad diluculum in die Paſchæ. Præterea magnum cereum Paſchalem & omnes candelas in abſconis, in choro, & ſingulis noctibus ad matutinas, quæ dicuntur in media nocte, vel in cereo cuilibet canonico & vicario, qui matutinis interfuerit, unam candelam ad longitudinem unius pugni & unius pollicis, XXIV. etiam cerulos ultra magnum E altare tribus noctibus ante Paſcha, & XXV. candelas ad minus ſuper haſtam in die nativitatis Domini. & ſanctorum Stephani, Johannis, & Innocent. Et ſuper quodlibet altare in eccleſia Lich. in feſto ſancti (in) cujus honorem altare fuerit dedicatum, ad matutinas, & ad miſſam, & ad utraſque veſperas II. cereos; & in purificatione beatæ Mariæ cuilibet canonico, & vicario, & aliis perſonis honeſtis, juxta gravitatem earum ſingulis cereum & pueris candelas. Præterea coram domino epiſcopo, in ſtallo ſuo officium exequente, ad utraſque veſperas, & ad matutinam II. cereos tenetur miniſtrare; & lumen

Tamen etiam tenetur invenire ad omnes miſſas, quæ in eccleſia Lich. celebrantur. Præterea unam lampadem ante magnum altare, & unam ante altare ſancti Ceddæ continue ardentes, & unum ante altare ſancti Thomæ teneretur invenire. Præterea in anniverſariis epiſcoporum (&) decanorum, qui fuerint in dignitatibus conſtituti, quorum corpora requieſcunt in eccleſia Lich. dum cantatur *Placebo*, & *Dirige*, & miſſa pro eis, tenetur circa tumulum eorum IV. cereos miniſtrare. Eſt autem ſacriſta perpetuus; percipiet omnia bona, quæ ſunt vel erunt aſſignata ſacriſtariæ, qui inde debet campanas eccleſiæ congrue ſuſpenſas in congruo ſtatu conſervare, & earum uſibus neceſſaria providere, ornamenta eccleſiæ ſuis expenſis reficere, panem vinum, & aquam, & candelas ſingulis altaribus eccleſiæ miniſtrare, incenſum, carbones, ſtramen, juncos, & mattas per totum annum eccleſiæ comparare. Et ſacriſtæ pertinent omnia chriſmalia & candelas cum corporibus mortuorum, & ceragium; quod eleemoſyna carucariorum nuncupatur, de his præbendis, ſcil. Pipa maiore, Wetord, Freford, Hyntes cum omnibus capellis, Wyrley, Byſcopeſhill, Stotfold, Cornborwla, Gaya, præbenda de Horeburne in villa de Lich. & omnes candelas quæ offerantur in eccl. Lich. niſi in altari beatæ Mariæ, & omnes candelas, quæ offerentur in capella de Stow in feſto ſancti Ceddæ, exceptis illis, quæ ſunt fixæ ad pedes imaginis ſancti Ceddæ, & in capella ſancti Michaelis, & omnium ſponſalium & purificationum dictarum præbendarum, ubicumque in villa Lich. fiat. Debet etiam ſacriſta in omni duplici feſto, quando fit proceſſio in cappis ſericis, cappas ipſas canonicis & clericis liberare, & omnia, quæ ad ſacriſteria pertinent, providere, eccleſiæ cuſtodes pro voluntate ſua inſtituere, & theſaur. curam operis eccleſiæ, & omnium quæ pertinent ad opus eccleſiæ vel per ſe vel per alios viros idoneos & fideles tenetur agere, ſecundum quod ſtatutum eſt a domino Alexandro epiſcopo, & capitulo. Notandum eſt, quod quater in anno ſolet eccleſia pannis ſericis ornari & cordis, a nativitate Domini uſque ad purificationem, & in feſto ſancti Ceddæ, & a Sabbato Paſchæ uſque ad octav. ſanctæ Trinitatis, ab aſſumptione beatæ Mariæ uſque ad feſtum ſancti Michaelis; & hoc fit per miniſtrum ſacriſtæ.

### *De modo pulſationum.*

PUlſatio ad horas, & alio modo facienda ad theſaurarium pertinet; quæ quidem hoc modo fieri debet. In omni pulſatione ad veſperas, præter quam ad veſperas in quadrageſima, & ad omnes matutinas, & primam horam diei, & collationem in quadrageſima debet primus pulſus durare ad æſtimationem itineris unius milliaris & plus ignitegii fere tantum. Item pulſatur ad omnes veſperas & matutinas IV. vicibus viz. primus pulſus fit per campanam minimam in eccl. majori; ſecundus per campan. dulc. ad æſtimationem unius quarentenæ; tertia pulſatio per aliquam groſſarum campanarum, quarta vero per claſſicum, rationabili intervallo nullatenus prætermiſſo. Completorium vero per illam per quam nona pulſatur. Sexta non pulſatur. Tertia autem per campanam dulcem debet pulſari. Quælibet vero magna miſſa idem claſſicum habet, quod fit ad matutinas & ad veſperas, idem fit in fine miſſæ; & hic modus pulſationis locum habet in omni feſto IX. lectionum, & quotieſcumque chorus regitur, excepto quod quando invitatorium a tribus cantatur, tunc primus pulſus ad matutinas & ad utraſque veſperas fit per duas minimas campanas. Reliqui vero pulſus ſequuntur formam ſimplicium feſtorum IX. lectionum. hoc adjecto, quod ſi fieret aliquod feſtum IX. lectionum Prima & Nona & completorium per aliquam magnam campanam; ſi vero non feriatur, iſtæ tres pulſationes fiunt per campanam dulcem. Si in feſtis duplicibus, campanis duplicatis. Adjicimus etiam quædam, viz. quod in nocte nativit. Domini, & Omnium Sanct. & in nocte Paſchæ pulſatur claſſicum ab omnibus campanis, quæ ſunt in eccleſia; in feſtis vero IX. lectionum in ſolemnibus, pulſatur ſequenter, in feſtis trium lectionum, quando chorus non regitur, magna campana in tertio pulſu ad veſperas. Pulſationes vero ad proceſſionem & ad miſſam beatæ Mariæ fiunt ter alternatim per aliquam magnam campanam. Item ſi contingat, quod feretrum debeat per aliquas partes remotas diœceſ. ad eleemoſynas colligendas deportari, ſolemnis debet fieri pulſatio quando feretrum affertur, & refertur. Et hoc ſemper obſervandum eſt, quotieſcumque aliquod feretrum infertur, vel affertur. Ad proceſſiones autem, quæ fiunt in ſimplicibus diebus, & in tribus diebus ante aſcenſionem Domini & quando cantantur, *ſequenter*, & *Te Deum laudamus* vel in ſolemnibus feſtis IX. lectionum. pulſationes fiunt per campanam dulcem & ſociam ſuam ſive in proceſſionibus, quæ fiunt in feſtis duplicibus pulſantur tantum duæ magnæ campanæ; in proceſſionibus vero, quæ fiunt venerationis cauſa, pulſantur omnes campanæ; & quotieſcumque Dominus aliquod miraculum per beatum Ceddam dignatus fuerit operari. In anniverſariis & pulſationibus pro mortuis, juxta quod dignitas perſonæ requirit, diſcretio attendenda eſt, ſecundum exigentiam rationis, ſed maxime quod nulla fiat penitus pulſatio, antequam pulſetur ad miſſam beatæ Mariæ, nec poſtquam completorium fuerit, pulſatur, niſi caſus importunus & inopinatus eccleſiæ contingat, quod abſit. Providere etiam tenentur, quod omnes pulſationes ſuis temporibus fiant per totum annum, tam de die quam de nocte.

### *De dignitate eccleſiæ Lich.*

Dignitas autem eccleſiæ Lich. hæc eſt, ut quicumque capellanus notus vel ignotus in aliquo altari, principali tamen excepto, celebraverit, oblationes omnes argenti, quæ ſibi offeruntur, ad uſus ſuos libere poterit retinere, niſi pro aliquo quinque presbyterorum celebrare ſit requiſitus.

### *De dignitate perſonarum.*

Archidiaconi officiales ſunt epiſcopi, quorum officium in extraminoribus adminiſtrationibus conſiſtit. Officium ſubdecani eſt, ſi decanus defuerit, ejus vicem ſupplere in eccleſia. Officium ſuccentoris eſt, vices præcentoris abſentis ſupplere, ſcholas cantus per officialem ſuum regere. Omnes etiam cantus debet injungere, qui non ſunt in tabula notati, & providere debet, quod præſentatio paſtorum in nocte nativitatis Domini, & miraculorum in nocte Paſchæ, & die lunæ poſt Paſcham honorifice & congrue fiant. Modum etiam & ordinem omnium proceſſionum, quæ fiunt per annum, providere, lectiones, quæ in feſtis duplicibus legantur & in miſſis, injungere; tempus autem inceptionis miſſarum & om-

ANNO CHRISTI 1195.

nium horarum conſiderare, & obſervare; omnes etiam cantus ex parte ſua incipere in feſtis trium lectionum; reſponſoriis tamen exceptis, *Gloria*, & *Alleluja*, quæ quidem incipi debent ab illis, qui ea ſunt cantaturi, ſecundum quod eis fuerit injunctum. Item ſingulis diebus Sabbati, poſtquam dicitur *Benedicite* in capitulo, tenetur ordinare coram omnibus ſervitium totius hebdomadæ ſequentis.

*De dignitate decani & canonicorum.*

Dignitas decani eſt, ut primam vocem habeat in capitulo, tanquam caput capituli, ut eidem in choro vel capitulo intranti, vel tranſitum ibi facienti, clerici omnes teneantur aſſurgere, & chorum intrantes vel exeuntes in parte occidentali eidem inclinare. Item dignitas decani eſt, & omnium canonicorum, ut epiſcopo in nullo reſpondeant, niſi in capitulo, & judicio tantum capituli pareant. Habeant etiam curam ſuam in omnibus præbendis ſuis, & dignitatem archidiaconatus, ubicumque præbendæ aſſignatæ fuerint in diœceſis Lich. ſive in eccleſiis, vel domibus, aut terris, ita quod nulla omnino exigentia in domo, vel alias vel in alia, vel in aliqua conſuetudine ab epiſcopo vel ab alio fiat in præbenda eorum; ſed omnes dignitates & libertates plenarie & pacifice habeant, quas hucuſque conſueverunt habere uſque ad mortem Hugonis de Patiſhull epiſcopi. Præterea ſi decanus, aut alius canonicus per aliquam præbendam tranſitum fecerit, de jure & dignitate ſua debet ei hoſpitium a canonico, cujus fuerit præbenda, per unam noctem exhiberi honorifice, ſi fuerit canonicus præſens, ſive abſens. Et ſi culpa illius canonici, vel ſervientis ſui in hoſpitio, ſicut decet, non fuerat admiſſus, expenſæ illius noctis canonico ſuper hoc querenti de præbenda ipſa, judicio capituli, in integrum reſtituentur per aliam noctem, vel alias; ſi rationabilis cauſa exegerit, fratri ſuo & canonico hoſpital. gratiam tenebitur exhibere; & ſi neceſſitas evidenter appareat, equos eidem debent invenire. Item cum decanus fuerit in villa, non debet claſſicum ad veſperas, nec ad matutinas pulſari, quouſque conſtiterit ſacriſtæ de præſentia ejus in choro, ſive de abſentia ejus voluntaria ſive neceſſaria, quia poſtquam claſſicum pulſatur, nullus erit ulterius expectandus, niſi ſolus dominus epiſcopus, cum fuerit in villa. Item in præſentia epiſcopi nullus præſumat præferre librum deoſculandum vel textum poſt evangelium, niſi decanus: vel ille, cui decanus in hac parte detulerit. Item decanus habet curam archidiac. in eccleſia, & villa Lich. in omnibus. Item cum omnes alii executores divini officii, ſive canonici ſive vicarii in veſtiario cappas ſericas in feſtis IX. lectionum ad veſperas & ad matutinas induere debeant, & capitulum in ultimo ſtallo verſus orientem ex parte chori dicere & collectas ad lectionem, ſolus decanus ex dignitate ſua nec ad cappam inducendam, ſtallum ſuum mutabit, ſed cum reverentia ad eum eſt cappa ſerica, præcedentibus cereis, deferenda, & ſemper cum ad veſperas vel matutinas celebraverit, excellentiore in canonicum, qui præſens fuerit, ſecum habebit, qui in altari incenſet cum eo, & poſtquam reverſi fuerint in choro, idem canonicus, quicumque fuerit cum principali rectore chori; decanum in ſtallo ſuo incenſabit, ceroferariis coram ſtallo ſuo cremantibus, quouſque *Benedicamus* dictum fuerit. Item quotieſcumque chorus incenſatur, A ex quacunque parte fuerit, ſemper erit decanus incenſatus, & primus textum deoſculabitur, & primus pacem ad miſſam recipiet, & ſemper dicat, *Confiteor* ad completorium, & ad primam, niſi epiſcopus præſens fuerit, cui omnes honores ſunt & reverentiæ non immerito exhibendæ, nec eſt lectio ad collationem terminanda, quouſque decanus, ſi præſens fuerit, dicat *Tu autem Domine*, vel excellentior canonicus, qui præſens fuerit, in choro lector *Miſerere noſtri*. Item nullus canonicus ſtationarius in villa Lich. recedet per tres noctes moraturus, niſi licentia decani petita. Vicarii vero nullo modo recedant a villa, per tres noctes moraturi, niſi per licentiam decani, nec minuant, B niſi prius in capitulo licentia publice requiſita. Item decanus juriſdictionem archidiac. habet in præbendis canonicorum, & in eccleſiis ad communam pertinentibus, ita quod eas viſitare tenetur, & officium archidiaconi penitus exercere, & procurationes recipere, & cauſas parochianorum præbendarum per appellationem ad eum devolutas, judicio capituli terminare, juxta ſtatuta eccleſiæ facta temporibus Hugonis, bonæ memoriæ, licet hujus eccleſiæ epiſcopi memorati a conſtitutionibus legati prædicti vires texerint, in parte capituli concurrente ſenſu.

*De dignitate quinque capellanorum.*

C Dignitas autem quinque capellanorum hæc eſt, quod nullus præter hebdomadarii licentiam in magno altari celebret, epiſcopo tamen & decano exceptis, quorum intereſt in majoribus duplicibus feſtis divinum officium exercere. Veruntamen in omni duplici feſto tenetur hebdomadarius rogare aliquem canonicum Capellanum pro eo officium exercere, & in vigiliis Paſchæ, & Pentecoſtes, & in die Cinerum, & in tribus diebus ante Paſcha. Si vero canonicus capellanus præſens non fuerit, vel non poterit exequi officium, quinque capellani tenentur in capitulo providere, quod gravior perſona poſt canonicum officium exequatur. Quinque etiam capellani providere tenentur, quod ille vacuus fuerit, D miſſas celebret in capitulo, quæ ibi fuerint celebrandæ.

*Statutum domini Huberti, apoſtolicæ ſedis legati.*

Hubertus, Dei gratia Cantuarienſis archiepiſcopus, totius Angliæ primas, & apoſtolicæ ſedis legatus, omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, æternam in Domino ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum injunctum nobis legationis officium exequi cœperimus, inter cæteras filias noſtras, eccleſiam ſancti Ceddæ Lich. dignam duximus viſitare, & in forma, E quam nobis ſedes Romana præſcripſit, ſi quæ viderimus evellenda, diligenter evellere, ſicut inſerere meliora. Cum vero ipſius eccleſiæ negotia curaremus interius perſcrutari, aliis ad noſtram cohortationem reductis in melius, & hic invenimus correctione dignum, quod canonici eccleſiæ memoratæ in ea, ſicut & ordo rationis exegit, minime reſident. Nos namque ut bona eccleſiaſtica percipientes eccleſiæ deſervirent, & quos labor aſſiduus cruciavit, remiſſius torquerentur, conſilio diſcretorum, qui nobiſcum aderant, & aſſenſu capituli providimus de reſidentia ſtatuenda, quod ſuccedente tempore volumus ad honorem eccleſiæ præfatæ jugiter obſer-

ANNO CHRISTI 1195.

ſervari. Ut igitur in ipſa eccleſia divina laudabilius celebrentur, & per diviſionem redituum portione flagello diviſo laboris affligeret, proviſum eſt a nobis, ut plerique de illa univerſitate, qui majores & præſentes erant, unanimiter conſenſerunt, ut canonici per quatuor partes anni in eccleſia ſua reſidentiam faciant, cum hac conſideratione; ut quia XXI. ſunt nunc per quatuor anni quartas, & numerus ille in quatuor dividetur in hunc modum, ut anno a feſto S. Michaelis inchoato, in prima quarta decanus, Alanus; Peche, Nicolaus, Benedictus, Petrus Collingis, Dionyſius, Henricus de Leecx; in ſecunda quarta præcentor, archidiaconus, Willielmus Surdent, Philippus canonicus, Arnulphus, Robertus de Jalopi; in tertia quarta theſaurarius, Robertus de Bega, Adam Panton, Robertus canonicus Rogerus de Baguſa; in quarta cancellarius, Nicolaus, filius comitis Andr. Giffardus, Henricus canonicus, Walterus de Tilbury in eccleſia ſua laudabiliter & ordinate reſideant, & in locis uniuſcujuſque vel conditione qui ei in præbend. ſucceſſerit, pari ratione ſuccedat; ita igitur ut ſemper quinque ad minus inveniantur in eadem eccleſia reſidentes, & ne ſimul qui minores habent reditus, connumerentur, vel qui minus in hoſpitalitatis onus ſufficiunt, ſuſtineant. Statuimus etiam, ut quia cum minoribus reſideant & majores, & qui reſidere debuerint, in reſidentia ſua per quartam ei deputatam aſſidue perſeveret, niſi vocante negotio familiari vel neceſſario, de licentia fratrum & aſſenſu divertat per æquale ſpatium temporis; demum cum libuerit, hanc ejus abſentiam in propria perſona ſuppleturus. Et ne impune ferat negligentiam ſuam, qui noluerit in eccleſia ſua modo, quo diximus, reſidere; pro pœna ſibi noverit infligendum, ut ea occaſione habeat quintam præbendæ ſuæ in communam & uſum reſidentium aſſignare. Hoc autem nulla ratione volumus prætermitti, quin omnes canonici, ubicumque fuerint, ad eccleſiam memoratam in feſtis principalibus ſine contradictione veniant, vel qui venire diſtulerit, ſaltem fratres per nuncium viſitet præſentem, & litteras, quibus abſentia ejus neceſſaria veriſimiliter excuſata, abſentiæ ſimiliter cauſa rationabilis allegetur. Præterea de reſidentibus & illud cenſuimus obſervandum, ut ſimul omnes divinorum celebrationi ſecundum harum diſtinctionem diligenter interſint, debitam impendant operam & devotam. Et ſi quis nocturnis officiis intereſſe contempſerit, communa diei ſequentis, ſi quam recepturus fuerit, ſine contradictione privetur. Quod ſi, ut frequenter aſſolet, clerici eccleſiæ communam non habuerint, qui laborem prælibatum negligenter omiſerit, niſi infirmitas vel cauſa rationabilis eum habeat excuſatum, pro quantitate præbendæ ſuæ, in uſus eorum, qui vigilaverint, de ſuo plus minuſve refundat, ſub hac conſideratione, ut qui præbendam C. G. habet, pro noctis unius exceſſu in uno denario teneatur, qui reditus ampliores, arbitrio decani & fratrum ad pœnam ampliorem inevitabiliter obligetur. Cætera decano & capitulo corrigenda relinquimus; injungentes, ut quæ prælibavimus, omnino & irrefragabiliter obſerventur, & in eccleſia ſæpe dicta ex viſitatione; quam jure legationis fecimus, in memorabile perpetuum relinquantur, tanto quidem cuſtodienda propenſius, quanto & ea domini papæ, qua fungebamur, auctoritas ordinavit, & uſque in hodiernum diem ordinationem eorum, ſigillum noſtrum & præſens pagina proteſtantur. Hiis teſtibus magiſtro P. de Leche, archidiacono Wigorn. Viviano, archidiacono Derbiæ, Waltero, præcentore London. Ranulpho, theſaurario Sarum, magiſtro Symone de Sywel, magiſtro W. Mediolan. London. magiſtro W. de Somercote, magiſtro W. de Kall. Johanne de Ken. Joanne de Sancto Laurentio, A I. Roberto, clericis, & aliis.

# FRANCFORDIENSIS CONVENTUS.

*In quo lex quædam pro clericis ab Henrico III. imp. condita eſt.*

*Anno* 1195. *habitum**.

Ex eodem Manſ. pag. 771.

*Legis eccleſiaſticæ in hoc ſæcularium principum conventu latæ meminit ſequens Henrici VI. præceptum, quod huc transfero e Lunig. Spicil. pag.* 258.

Henricus Dei gratia Romanorum rex & ſemper auguſtus, civibus Hildeſch. univerſis gratiam & omne bonum.

Cum in ſolemni curia in Francxenvord, ex communi conſenſu principum a nobis ſit decretum, ut quicumque ſeculare judicium adverſus aliquem clericum exercuerit, in his, quæ ſanguinis judicium requirunt, ante degradationem ab epiſcopis faciendam, præter id, quod in canonem latæ ſententiæ incidit, a quo præter indultum ſpeciale domini papæ nequit abſolvi, ex noſtra ſit ſententia proſcribendus; & dilectus princeps noſter Conradus Hildeſch. epiſcopus per ſuam nobis querimoniam pateſecerit, quod vos, auctoritate propria, clericos temere judicando morti feceritis deſtinari, in quos degradationis ſententia non proceſſerat, vobis auctoritate regia firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ei & eccleſiæ ſuæ, in quam deliquiſtis, prout ejus gratiam invenire poteritis, emendetis. Alioquin vos in media quadrageſima, ut pro tantis reſpondeatis exceſſibus, ad noſtram præſentiam, ubicumque fuerimus, evocamus. Datum Francxenvordii idibus Febr. 1195. Indic. 7.

ANNO CHRISTI 1195

# ☞ REMENSIS PROVINCIÆ CONCILIABULUM.

*In quo reſciſſum eſt matrimonium Ingeburgis cum Philippo Galliæ rege*

*Anno 1195 habitum.*

Ex eodem Manu p. 111.

R*Erum in concilio iſto geſtarum narrationem inſtituit author vitæ Innocentii III. apud Baluzium præfixus epiſtolis Innocentii III. §. XLVIII. & XLIX.*

Motum eſt verbum divortii celebrandi propter affinitatis obſtaculum quod eis quidam exiſtere mutiſitabant, dicentes quod ſecunda contigerat primam uxorem in gradu contanguinitatis quarto vel quinto. Sed aliis aſſerentibus quod id ſine turpi nota ſubito fieri non valeret, aliquantulum eſt dilatum, & interim ſuggeſtum eſt Regi ut ad illam accederet, ſi fortan affectu mutato carnaliter illam cognoſcere poſſet. Convocatis igitur præfato Remenſi archiepiſcopo in ſua provincia tunc apoſtolicæ ſedis legato, & aliis quibuſdam epiſcopis, coram eis accuſatum A eſt matrimonium, ipſa regina quid ageretur penitus ignorante, utpote quæ compatriotis remiſſis ad propria, quaſi ſola remanſerat, linguæ Francorum prorſus ignara; & affinitate per quoſdam teſtes in continenti jurata, mox idem archiepiſcopus ſententiam divortii promulgavit; quæ cum reginæ per quemdam exponeretur interpretem, illa ultra quam dici poſſet admirans, flens, & ejulans, exclamavit; *Mala Francia*, *Mala Francia*, & adjecit: *Roma*, *Roma*. Non enim aliter noverat Gallicis verbis talem exprobrare ſententiam aut ſedem apoſtolicam appellare. Protinus ergo rex illam a regno Francorum emiſit, B & in quodam cœnobio monialium extra regni fines fecit utcumque deponi.

ANNO CHRISTI 1195

# CONCILIUM MONSPELIENSE

A Michaele S. A. L. celebratum anno MCXCV.

Ex codice MS. illuſtriſſimi Franc. Boſqneti Monſpelienſis epiſcopi, qui ejus copiam humaniſſime fecit.

ANNO Dominicæ Incarnationis MCXCV. menſe Decembri, cum venerabiles pontifices, quorum nomina ſubſcribuntur, & alii prælati eccleſiarum provinciæ Narbonenſis, de mandato Magiſtri Michaelis venerabilis apoſtolicæ ſedis legati apud Montempeſſulanum pro celebrando concilio per ſeipſos & internuncios conveniſſent: ipſe legatus, de aſſenſu omnium, univerſa quæ ſequuntur ita inſtituit.

In primis, ut pax in tota Narbonenſi provincia, ſicut jurata fuerat antea de voluntate domini comitis Tolotan. & poſtmodum in præſentia ejuſdem legati, apud ſanctum Ægidium, a venerabilibus Uticenſi & Nemauſenſi epiſcopis, & abbate ſancti Ægidii pro ſe & omnibus terris juramento firmata, ſine omni malo ingenio* & cum bona fide ſervetur, nec aliquis eam violare præſumat. Hoc ſiquidem inſtituit juxta decretum antiquum quo dicitur „ Præcipimus ut epiſcopi „ ad ſolum Deum & ſalutem populi habentes „ reſpectum, omni tepiditate ſepoſita, ad pacem „ firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium & „ auxilium præbeant, neque hoc alicujus amore „ vel odio prætermittant. Quod ſi quis in hoc „ Dei opere tepidus inventus fuerit damnum pro„ priæ dignitatis incurrat. „ Ipſum quoque in Lateranenſi concilio fuit reſidente bonæ memoriæ Alexandro papa ſtatutum in illo capitulo quod incipit: Treugam ab occaſu Solis, &c. Ipſe vero legatus, authoritate qua fungebatur, ſupradictam pacem in eadem Narbonenſi provincia ſtabiliens, confirmavit: ſupponens omnem illam perſonam eccleſiaſticam ſive ſæcularem excommunicationi, & totam terram ejus nihilo minus interdicto, quæ pacem aliquatenus violabit, donec, ſicut in ſtatutis pacis continetur, pacem C violatam emendet. Huic ſiquidem conſtitutioni totum concilium favorem præſtitit & aſſenſum.

Lateran. II. can. & Lateran. III. can.

Ibid.

Adjecit etiam legatus de communi aſſenſu, ut quæcumque eccleſiaſtica ſæcularive perſona pacem infregerit, & commonita noluerit emendare, quicumque ſacramento ei aut fide tenetur quantum ad hominium vel fidelitatem, ſint, donec ſatisfaciat, abſoluti.

Rurſus omnes hæreticos, Aragonenſes, familias quæ mainatæ dicuntur, piratas quoque, & illos qui deferunt arma ſeu armamenta vel lignamina galearum aut navium Sarracenis, de conſenſu omnium ſub anathemate poſuit, & conD ſtitutione Lateranenſis concilii, quæ contra hujuſmodi emanavit, in omnibus obſervata, conſtituit ut bona hujuſmodi peſtilentium hominum publicentur, & ipſi nihilominus ſervituti ſubdantur.

Conſtituit etiam, ut quicumque princeps ſæcularis ab eccleſiaſtico monitus, juriſdictionem temporalem in eos non curaverint exercere, ſit cum eis ſimul vinculo anathematis innodatus. quemadmodum ſtatutum eſt in prædicto Lateranenſi concilio, & in ſynodo* quam prædictus Dominus Alexander apud Montempeſſulanum diE noſcitur celebraſſe.

* Vide ſupra ad an. 1162.

Ad hæc etiam legatus idem ex parte domini papæ diſtricte præcepit, ut Narbonenſis archiepiſcopus & epiſcopi ſuffraganei ejus, omnes illos qui mainatas receperint, vel foverint, ſive defenderint, aut eis vendere, ſeu ab ipſis emere, vel equos eorum ferrare præſumpſerint, in ſingulis parochianis eccleſiis, omnibus diebus Dominicis & præcipuis ſolemnitatibus, excommunicent & anathematizent, pulſatis campanis, & candelis accenſis.

Item

Item legatus ipſe dacrevit, quod ſi aliqui illorum qui in Hiſpaniam ibunt, juramento vel fide præſtita teneantur aſtricti ut uſuras exolvant, cogantur illi cenſura eccleſiaſtica per epiſcopum loci ad juramenta laxanda & fidejuſſores penitus abſolvendos, qui a debitoribus juramentum vel fidem aut fidejuſſores recepiſſe noſcuntur. Quod beatæ memoriæ Dominus Papa Gregorius octavus, remoto appellationis obſtaculo, ſtatuit emendari. Verum ſi jam perſolviſſe noſcuntur uſuras, competat eis repetitio uſurarum, ſicut jam dictus Alexander ſtatuit & decrevit.

Rurſus ſæpe dictus legatus ſtatutis adjecit, ut omnes presbyteri, clerici, monachi, ſcholares, converſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes, & redeuntes, & in agricultura exiſtentes, & animalia quibus arant, & quæ portant ſemen ad agrum, juxta decretum ejuſdem Domini Alexandri congrua ſecuritate lætentur. Nec quiſquam alicubi novas pedagiorum exactiones ſtatuat, aut ſtatutas tenere, aut veteres augmentare ullo modo præſumat. Si quis autem contra hoc fecerit, & commonitus non deſtiterit, donec ſatisfaciat, communione careat Chriſtiana.

Ad hæc, ſecundum conſtitutionem Nicolai papæ conſequenter inſtituit ut illi qui peregrinos vel oratores cujuſcumque ſancti, ſive clericos, ſive monachos, vel feminas, aut inermes pauperes fuerint deprædati, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obviaverint, niſi digne emendaverint, anathematis vinculo innodentur. Et qui treugam ſive pacem infregerit, ſervatis omnibus ſupradictis excommunicationi ſubdatur.

Decrevit etiam, ut Judæi ſive Sarraceni nullam ſuper Chriſtianos habeant poteſtatem, nec eos Chriſtianis præficere quiquam præſumant, neque ſub alendorum puerorum obtentu, nec pro ſervitio, nec alia qualibet cauſa, in domibus ſuis ſervientes Chriſtianos aut Chriſtianas permittantur habere. Excommunicavit autem illos, juxta Lateranenſe concilium & alia ſacrorum canonum inſtituta, qui contra hæc venire præſumpſerint, & commoniti noluerint emendare.

Si quis præterea ad fidem Deo inſpirante ſe converterit Chriſtianam, juxta memoratum Lateranenſe concilium a poſſeſſionibus ſuis nullatenus excludatur: cum melioris conditionis eſſe oporteat converſos ad fidem, quam antequam fidem ſuſciperent, habebantur. Si autem ſecus factum fuerit, principibus & poteſtatibus eorumdem locorum, ubicumque ſint ſub pœna excommunicationis injunxit, ut converſorum eorumdem portionem hæreditatis atque bonorum ex integro eis faciant exhiberi, eoique in omni benignitate & caritate pertractent, ſi daſiderant excommunicationis laqueum evitare. Eccleſiarum nihilominus prælatis in hoc ſuam exercentibus poteſtatem.

Recepit denique ſub protectione beatorum Petri & Pauli apoſtolorum, domini Cæleſtini papæ, dominorum cardinalium, univerſorum archiepiſcoporum, epiſcoporum, & aliorum prælatorum ſanctæ eccleſiæ, ac ſua legatus ipſe, omnes illos de provinciis legationis ſuæ, qui converſi fuerint de Judaiſmo vel paganiſmo ad fidem catholicam, ex quo ipſe Roma exivit, aut convertentur adhuc donec ad eccleſiam Romanam revertatur: & ſub excommunicatione diſtricte prohibuit, ne quis eos aut bona eorum aliqua temeritate perturbet.

Decrevit etiam, immo decretum renovavit antiquum, ut qui oblatione defunctorum aut negant Eccleſiis, aut difficile reddunt, tanquam necatores egentium, ſecundum canones per epiſcopos locorum excommunicatione notentur.

Uſurarios ſiquidem manifeſtos, qui utique nec caritatem Dei nec proximi habere noſcuntur, ſi laici fuerint, illa ſententia innodavit quæ in ſynodo Lateranenſi ſtatuta fuiſſe dinoſcitur: ut videlicet ad communionem non admittantur altaris, oblationem eorum nullus accipiat, nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, recipiant ſepulturam, cum id faciant aliis quod ſibi fieri nolunt. Si vero clerici fuerint, vel alicui religioni conſtricti, ſuſpenſionem eccleſiaſtici officii patiantur, ſicut ſtabilitum fuit in concilio Turonenſi: depoſitionis ſententia ſecundum apoſtolorum canones innodandi, ſi in hoc contumaces apparuerint aut rebelles.

Item legatus ipſe in ſynodo plena decrevit, ut, ſicut in antiquis & novis canonibus continetur, quicumque ſunt titulo clericalis militiæ inſigniti, tonſuram habeant & habitum clericalem, competentibus calciamentis deinceps utantur, manicas veſtimentorum ſuorum cotidiano filo non conſuant, nec argenti vel alicujus metalli laminas ipſis apponant, ludos alearum & taxillorum prorſus evitent. Illi quoque qui ſunt in ſacerdotio conſtituti, clauſa ſemper ferant indumenta, niſi in equitando aliud facere compellantur.

Conſirmavit etiam nihilominus idem legatus conſuetudinem locorum illorum, & ne intermitteretur ſub anathematis interminatione prohibuit, quibus clerici, etiam in minoribus ſubdiaconali & diaconali ordinibus conſtituti, clauſa conſueverunt hactenus veſtimenta deferre.

Prohibuit præterea ſub omni ſeveritate eccleſiaſticæ diſciplinæ, ne quis monachus, vel canonicus regularis, aut alius religioſus, ad ſæculares leges vel phyſicam legendas accedat. Alioquin juxta decretum ſub domino Alexandro in concilio apud Montempeſſulanum & Turonis ſuper hoc articulo promulgatum, a diœceſanis epiſcopis canonice puniantur.

De his autem qui contra hæc venire præſumpſerint, quæ de clericorum mutandis in melius moribus decernuntur, dominus Gregorius octavus Papa recolendæ memoriæ in Parmenſi concilio ſtatuit, ut epiſcopum ſuum remoto appellationis obſtaculo cer....r, & immunitatis ipſius interim fiant extorres, quæ pro tutela clericorum & coercenda violentia laicorum noſcitur inſtituta. Cujus utique conſtitutionem legatus ipſe per omnia comprobavit, & ut ſervetur diſtricte præcepit.

Viri quoque clerici, ſive laici, inciſas veſtes ſive linguatas ab inferiori parte non habeant: & mulieres veſtibus ſumptuoſis & proprii corporis longitudinem ſuperflue excedentibus amodo non utantur; ſed in habitu honeſto & moderato incedant, qui nec laſciviam notet, nec jactantiam vanitatis oſtendat. Cum enim Dominus, ſicut ei placuit, in amiſſione Jeroſolymitanæ terræ & in invaſione cujuſdam partis Hiſpaniæ, totam Chriſtianitatem duplici contritione contriverit, nonniſi per emendationem vitæ noſtræ in iis & aliis noſtri dignabitur miſereri.

Adjecit autem ipſe legatus in hoc ſpecialiter inſtituto quod de clericis emanavit, ut ſi ſecus factum fuerit, epiſcopus loci, ſicut deſiderat proprium & affectat honorem, clericum quemlibet aliter facientem officio eccleſiaſtico beneficioque ſuſpendat.

Stabilivit præterea legatus idem, quod quia pec-

ANNO CHRISTI 1195.

Peccato ſaturitatis Iſraeliticus populus ab hoſtibus legitur ſuperatus, & eos in parva poſtmodum manu, placato per jejunium Domino, ſuperavit: & multiplicitas ferculorum, quæ boni viri ſenſum obtundit & meliora cogitare non ſinit, de clericorum menſa præcipue ſubtrahatur: & duobus ferculis carnium vel piſcium ad plus, præter venationes & exenia gratis oblata, contenti juxta verbum Jeſu Chriſti, omnes epiſcopi & clerici, attendant ne corda eorum crapula vel comeſſationibus aggraventur. Si vero clerici has inſtitutiones * voluerint obſervare, hoc tempore maxime quo Jeroſolymitana terra Saracenorum dominio ſubjacet ancillata, & Hiſpania ſolito acrius infeſtatur ab ipſis: epiſcopus loci, eos canonica cenſura compeſcat.

* *Lege*, noluerint, H.

Statuit etiam prædictus legatus, ut matrimonia non niſi ſecundum ſcita canonum contrahantur.

Poſuit etiam in excommunicatione omnes illos, immo confirmavit ſententiam jam latam in ipſos de Capertagno vel ultra, qui dominum R. Lodovenſem epiſcopum ceperunt, & uſque ad redemptionem male tractarunt: terram eorum nihilominus ſubjiciens interdicto, donec ſatisfactionem exhibeant competentem.

In fine quoque omnium addidit, ut quia in pluribus locis provinciæ Narbonenſis, hæretici ſunt, in conſilio archiepiſcopi & epiſcoporum ſit, qualiter pro eorum, quæ ſuperius ſtatuta ſunt, tranſgreſſione, interdicta debeant promulgari: ne occaſione generalis & diutini interdicti, hæreticis occaſio pateat ad ſimplices catholicæ fidei ſupplantandos.

### Stephani Baluzii Notæ.

HANC ſynodum a magiſtro Michaele celebratam puto cum in Hiſpaniam proficiſceretur, legationem illic obiturus nomine Cæleſtini III. Romani pontificis cujus legationis meminit Innocentius III. in libro primo Regeſtor epiſt. xcix. Occaſionem autem mittendi tum in Hiſpaniam legati eam fuiſſe puto, quod, ut narrat Godefridus monachus ſancti Pantaleonis ad Coloniam, anno MCXCV. facta fuerit irruptio paganorum valida & bellum ingens contra Chriſtianos in finibus Hiſpaniæ & Gallæciæ, ita ut Rex Hiſpaniæ metu periculi conditione cum eis facta, in regnum regis Franciæ demigraret, pacta pace cum ethnicis uſque in Pentecoſte ſequentis anni. Itaque Michael, cui negotium iſtud Hiſpanicum valde cordi fuiſſe video, privilegiis in hac ſynodo ornavit eos qui in Hiſpaniam pergerent adverſum Saracenos, pœnalque e diverſo conſtituit adverſus eos qui arma ſeu armamenta vel lignamina galearum aut navium deferrent Saracenis.

a *Decretum antiquum*) Ab Innocentio II. inventum concilio Claromontano, ac poſt annos deinde novem renovatum in Lateranenſi, in alio tandem Lateranenſi confirmatum ab Alexandro III. ex quo ſumptum eſt caput primum de treuga & pace.

b *Gregorius octavus*) Hic locus approbat reſtituendum eſſe Gregorio VIII. caput *Ex adminiſtrationis*, quod extat in libris decretalium, titulo *de jurejurando*, ubi Gregorio III. tribuitur. Quamquam recte monent correctores Romani, & idipſum in margine ſecundæ collectionis antiquæ admonuerat Antonius Auguſtinus, unum codicem tribuere iſtud caput Gregorio VIII. idque videri rectius. Sed poſt teſtimonium magiſtri Michaelis, nullus deinceps ſupereſt dubitandi locus, quin ad Gregorium VIII. referri debeat. Sic ergo habet illa Gregorii conſtitutio, quam hoc loco laudat Magiſter Michael. „ Quoniam igitur creditores ad uſuras ſibi ſolvendas in manifeſtum periculum animarum juramento debitores aſtringunt: nos eorum ſaluti volentes juxta debitum officii noſtri proſpicere, & iniquum gravamen a debitoribus removere, & illis præcipue qui ſe vel auxilium dederint ad ſuccurſum terræ Heroſolymitanæ præſtandum, univerſitati veſtræ mandamus, quatenus creditores ipſos ad juramenta ſuper uſuris ſolvendis præſtita relaxanda, ſublato contradictionis & appellationis obſtaculo, diſtrictionis eccleſiaſticæ ſeveritate cogatis. "

c *Parmenſi concilio*) Habemus ex hoc loco, concilium Parmenſe a Gregorio VIII. celebratum fuiſſe anno MCLXXXVII. cujus altum apud omnes ſcriptores ſilentium. Sed ego me puto reperiſſe aliquot illius concilii capitula, quæ ſuo loco dabuntur.

d *Cujuſd. partis Hiſp.*) Reſpicit ad cladem a Mauris ſive Sarracenis hoc anno illatam Hiſpaniæ, cujus ſupra meminimus ex Godefrido monacho. Magnam autem fuiſſe barbarorum irruptionem, magnam Chriſtianorum cladem, conſtat. Vide Marianam in libro XI. de rebus Hiſpaniæ cap. XVIII.

e *Multiplicitas ferculor.*) Jam antea ad Agobardum monuimus tam ſolicitos in hoc fuiſſe veteres, ut nullam occaſionem prætermitterent admonendi epiſcopos ut a commeſſationibus & ebrietate abſtinerent. Et attulimus illic inſignem locum ex commentario Hieronymi in Michæam prophetam. Recte ergo, & juxta morem veterum, legatus iſte epiſcopos & clericos admonet attendere ne corda eorum crapula vel comeſſationibus aggraventur, juxta conſilium Pauli Apoſtoli ad Timotheum ſcribentis. Sed quod ait vitandam eſſe multiplicitatem ferculorum, reſpicit haud dubie ad conſuetudinem Francorum, qui, ut Luithprandus adnotat in libro primo hiſtoriarum ſui temporis c. VI. cibaria multa convivis miniſtrare conſueverunt. Cujus etiam moris antiqui teſtimonium extat apud VValſinghamum ad annum MCCCXCVI.

ANNO CHRISTI 1196.

# CONCILIUM PARISIENSE

De reformando matrimonio Philippi Auguſti Franc. regis & Ingeburgis a duobus ſedis apoſt. legatis celebratum anno Domini MCXCVI.

PHilippus Auguſtus Ingeburgen Canuti Danorum regis ſororem, conjugem duxerat anno MCXCIII. eademque die, ait Rigordus inſtigante diabolo, uxorem tam longo tempore cupitam, exoſam habere cœpit. *Moxque prætextu conſanguinitatis* per cenſuram eccleſiaſticam matrimonium eſt ſeparatum. Pontifex Cæleſtinus ad conqueſtionem Danorum, miſit legatos ſuos in Franciam, Meliorem ſcilicet presbyterum cardinalem, & Cencium ſubdiaconum. Qui Pariſios venientes, convocaverunt concilium omnium archiepiſcoporum, & epiſcoporum, necnon abbatum totius regni. In quo tractaverunt de reformando matrimonio inter Philippum regem, & uxorem ejus Ingeburgem. Sed quia facti ſunt canes muti non valentes latrare, timentes etiam pelli ſuæ, nihil ad perfectum deduxerunt.

*G. COSS.* Hæc ad annum MCXCIII. narrat Rigordus, quo anno cum Ingeburgem Philippus duxerit, ſimul & matrimonium refert, & ea quæ matrimonii occaſione deinde contigerunt. Nam legatos concilii præſides non ante annum MCXCVI. miſſos eſſe in Galliam, ex eo intelligimus, quod ad *conqueſtionem Danorum*, ut Rigordus loquitur, ſunt miſſi. Conqueſtum autem eſſe Canutum Danorum regem narrat Rogerus Hovedenus, cum alteram conjugem duxit Philippus. Quod ab eo factum eſſe, anno MCXCV. & referunt Francicarum rerum ſcriptores omnes, & auctarium Aquicinctinum Rogerus unus paulum anteveitit, ſub finem ſcilicet anni MCXCV. ſcribit expoſtulatorias Canutum dediſſe litteras ad Cæleſtinum. Quod cum rationibus noſtris non pugnat.

*G. C.* DIVIONENSE concilium de eodem Philippi divortio celebratum collocat Binius anno MCXCVII. ſed poſt annos duos rejiciendum eſſe, mox intelliges.

CON-

# CONCILIUM LANCICIENSE

## DE CONTINENTIA SACERDOTUM

A Petro Capuano S. A. L. celebratum anno Domini MCXCVII.

S*Taravolſcius in conciliorum epitome, ad annum* MCXCVII. Authoritate, *inquit*, legati apoſtolici, Petri tituli S. Mariæ in Via lata diaconi cardinalis Capuani celebratum fuit concilium Lanciciense. Qui ſingulas diœceſes, viſitans, cum alia quædam, quæ adverſa religioni Chriſtianæ, & conſtitutionibus eccleſiaſticis, in ſacró pariter & profano ordine inoleverant, correxit: tum facta ſynodo provinciali ſacerdotibus imperavit, ut concubinas & uxores, quibus tum paſſim li-
A bere utebantur, a ſe abdicarent. Ac illud præterea conſtituit, ut profani homines publice in templis matrimonio conjungerentur.

*G. C.* Edita eſſe Polonis a Petro Capuano hæc decreta narrat Michovienſis, at ſine ulla concilii mentione: narrat & Cromerus atque has leges ait in ſynodis a legato conditas; ſed Lanciciensem nominatim non exprimit. Fidem hac in parte Stravolſcio habui, qui didiciſſe hoc ex aliis gentis ſuæ monumentis potuit.

# CONVENTUS EPISCOPORUM.

## APUD GERUNDAM,

Ex Card. de Aguirre Concil. Hiſp. tom. 3. p. 401.

In quo Petrus Aragonum Rex conſtitutionem edidit adverſus hæreticos.

I*Nitio novi principatus Petrus Rex Aragonum, filius Ildephonſi, conſtitutionem edidit anno* 1197. *apud Gerundam, qua obtemperans ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ canonibus, qui hereticos a conſortio Dei, & ſanctæ eccleſiæ, & catholicorum omnium excluſos ubique damnandos ac proſequendos cenſuerunt; Valdenſes videlicet, qui vulgariter dicebantur Sabatati, ſive pauperes de Lugduno, & alios omnes hereticos, ab omni regno ditioneque ſua exire juſſit, miniſtris regiis præcipiens, ut eos exire compellerent intra Dominicam Paſſionis Domini, idque ſub pœna confiſcationis bonorum, & comburii corporum, addita etiam pœna adverſus eoſdem miniſtros, ſi negligentes fuerint. Huic autem edicto, dum conſcriberetur, interfuere Raymundus Barcinonenſis, Guillelmus Auſonenſis, & Guillelmus Helenenſis, Pontius Hugo Comes Emporitanus, & alii. Decretum ipſum ex archivo eccleſiæ Gerundenſis ab illuſtriſs. Petro de Marca erutum, tale eſt.*

Petrus Rex Aragonum & Comes Barchinonæ univerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & ceteris Eccleſiarum Dei prælatis atque rectoribus, Comitibus, Vicecomitibus, Vicariis, Merinis, Bajulis, Militibus, burgenſibus, omnibuſque populis in regno & poteſtate noſtra conſtitutis ſalutem & integram Chriſtianæ religionis obſervantiam. Quoniam Deus populo ſuo nos præeſſe voluit, dignum & juſtum eſt ut de ſalvatione & defenſione ejuſdem populi continuam pro viribus geramus ſollicitudinem. Quapropter præcedentium patrum noſtrorum in fide imitatores, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ canonibus obtemperantes, qui hæreticos a conſortio Dei ſanctæ Eccleſiæ & catholicorum omnium excluſos ubique damnandos ac perſequendos cenſuerunt, Valdenſes videlicet, qui vulgariter dicuntur Sabatati, qui & alio nomine ſe vocant pauperes de Lugduno, & omnes alios hæreticos quorum non eſt numerus nec nomina ſunt nota, a ſancta Eccleſia anathematizatos, ab omni regno & poteſtativo noſtro tanquam inimicos crucis Chriſti Chriſtianæque fidei violatores & noſtros etiam regnique noſtri publicos hoſtes exi-
B re ac fugere diſtricte & irremediabiliter præcipimus. Et ſub eadem diſtrictione Vicariis, Bajulis, & Merinis totius noſtræ terræ ut ad exeundum eos compellant uſque ad Dominicam paſſionis Domini mandamus. Et ſi poſt tempus præfixum aliqui in tota terra noſtra eos invenerint, duabus partibus rerum ſuarum confiſcatis, tertia ſit inventoris, corpora eorum ignibus crementur. Eidem mandato fortiter adjicientes ut dicti Vicarii, Bajuli, Merini caſtlanos & caſtrorum domi-
C nos qui eos in caſtris ſuis & villis recipiunt moneant ut de villis & caſtris ſuis & de omni terra ſua infra triduum poſt ammonitionem ſuam omni poſtpoſita occaſione ejiciant & nullum prorſus ſubſidium eis conferant. Quod ſi monitis eorum acquieſcere noluerint, omnes homines villarum ſeu Eccleſiarum vel aliorum locorum religioſorum in diœceſi illius Epiſcopi conſtituti in cujus territorio idem caſtlanus ac dominus caſtri vel villæ fuerit ex mandato & auctoritate noſtra regia ſequantur Vicarios, Bajulos, & Merinos noſtros
D illius epiſcopatus ſuper caſtra & villas eorum & ſuper loca ubi inventi fuerint, & de damno quod caſtlanis ſeu dominis caſtrorum vel villarum aut receptoribus dictorum nefandorum dederint nullatenus teneantur. Sed ſi ſequi eos noluerint ex quo eis denunciatum fuerit, ultra iram & indignationem noſtram, quam ſe noverint incurſuros, viginti aureos pro pœna ſinguli eorum, niſi juſte & legitime ſe excuſare potuerint, nobis præſtabunt. Si quis igitur ab hac die & deinceps
E prædictos Valdenſes ſeu Sabatatos alioſve hæreticos cujuſcumque ſectæ in domibus ſuis recipere vel eorum funeſtam prædicationem aliquam audire aut eis cibum aut aliud aliquid beneficium largiri vel eis credere eoſve defendere aut in aliquo aſſenſum præbere præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & noſtram ſe noverit incurſurum, boniſque ſuis abſque appellationis remedio confiſcandis, ſe tanquam reum criminis læſæ majeſtatis puniendum. Hoc autem noſtrum edictum, & perpetuam conſtitutionem per omnes civi-

ANNO CHRISTI 1197.

civitates, caſtella, & villas regni noſtri, & dominationes, ac per omnes terras poteſtati ſeu juriſdictioni noſtræ ſubjectas omnibus dominicis diebus per omnes parrochiales Eccleſias recitari jubemus & ab Epiſcopis ceteriſque Eccleſiarum rectoribus atque Vicariis, Bajulis, Juſtitiis, Merinis, & omnibus populis inviolabiliter obſervari, & prædictam pœnam tranſgreſſoribus inferendam irrevocabiliter mandamus. Sciendum etiam quod ſi qua perſona nobilis aut ignobilis aliquem vel aliquos prædictorum nefandorum in aliqua parte regionum noſtrarum invenerit, quodcumque malum, dedecus, & gravamen, præter mortem & membrorum detruncationem, intulerit, gratum & acceptum habebimus, & nullam inde pœnam pertimeſcat quoquo modo incurrere: ſed magis ac magis gratiam noſtram ſe noverit promereri, & poſt bonorum ſpoliationem, dedecus & gravamen quod eis irrogaverint, teneantur tradere corpora Vicariis aut Bajulis noſtris ad juſtitiam quam inde fieri mandavimus exequendam. Si vero, quod non credimus, Vicarii, Bajuli, Merini, & totius terræ noſtræ homines vel populi circa hoc regiæ dignitatis noſtræ mandatum negligentes vel deſides extiterint, ſeu contemptores vel tranſgreſſores inventi fuerint, bonorum omnium confiſcatione procul dubio mulctabuntur & eadem pœna corporali qua nefarii plectentur. Ad ultimum omnibus prædictis Vicariis, Merinis, & Bajulis noſtris præſentibus & futuris firmiter injungimus ut poſt admonitionem vel litterarum receptionem illius Epiſcopi aut ejus nuntii in cujus diœceſi fuerint conſtituti, infra octo dies ad ejus accedant præſentiam, & tactis ſacroſanctis corporaliter evangeliis ea quæ ſuperius fieri mandavimus jurent fideliter ſe in perpetuum obſervaturos. Quod ſi facere noluerint, præter iram & indignationem noſtram pœna ducentorum aureorum feriantur. Data Gerundæ in præſentia Raymundi Terraconenſis Archiepiſcopi, Gaufredi Gerundenſis Epiſcopi, Raymundi Barchinonenſis Epiſcopi, Guillelmi Autonenſis Epiſcopi, & Guillelmi Elnenſis Epiſcopi, per manum Johannis Beaxnenſis Domini Regis Notarii, & mandato ejus ſcripta anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo. Hujus edicti & perpetuæ conſtitutionis teſtes ſunt Pontius Hugo Comes Empuritanenſis, Guillelmus de Cardona, Gaufridus de Roccabertino, Raymundus de Villa Mulorum, Raymundus Gaucerandi, Bernardus de Portella, Guillelmus de Granata, Petrus Latronis, Eximinus de Luſia, Michael de Luſia, Guillelmus de Cervaria, Petrus de Torricella, Arnaldus de Salis, Petrus Autonenſis Sacriſta, Berengarius de Palaciolo Barcinonenſis ſacriſta, & Guillelmus Durfortis.

# ODONIS EPISCOPI PARISIENSIS

## SYNODICÆ CONSTITUTIONES

In nomine ſanctæ Trinitatis incipiunt prohibitiones & præcepta obſervanda ab omnibus ſacerdotibus, data a venerabili Odone Pariſienſi epiſcopo.

### CAP. I. *De modo & tempore celebrandi ſynodum.*

1. *Fit Jovis in luce ſynodus quæ proxima Lucæ. Lux Jovis hac repetat tertia paſcha ſequens.*

IN principio ſynodi, antequam cantetur, Veni creator Spiritus, quæratur utrum præſentes ſint abbates & ſacerdotes qui tenentur ſynodo intereſſe. Et hoc facto incipiat epiſcopus alta voce, Veni creator: quo finito dicantur orationes, his precibus præcedentibus, Pater noſter: Et ne nos, &c. Benedicamus Patrem, &c. Poſt partum; &c. Lætamini in Domino, &c. Fiat pax, &c. Dominus vobiſcum. Oratio, Omnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis, &c. Actiones noſtras quæſumus Domine, &c. Deus qui ſalutis æternæ, &c. Propitiare quæſumus Domine nobis famulis tuis per ſanctorum tuorum, quorum corpora vel reliquiæ in eccleſia præſenti requieſcunt, merita glorioſa: ut eorum pia interceſſione ab omnibus ſemper protegamur adverſis. Infirmitatem noſtram quæſumus Domine reſpice, &c. Deus a quo ſancta deſideria, &c. Per Dominum, &c. Finitis orationibus reſidebunt, & legetur lectio: qua lecta fiet ſermo.

### CAP. II. *De eodem.*

1. Finito ſermone licentiabit epiſcopus laicos & ſcholares, & alios clericos qui non debebunt ſynodo intereſſe. Hoc facto legantur præcepta ſynodi.

2. His expletis, dicantur capitula quæ ſunt addenda, & in fine diſtricte præcipiatur ut ſerventur ſacerdotibus. Deinde ſequuntur preces pro neceſſitate locorum & perſonarum.

3. Diſtricte præcipitur ſacerdotibus, ut jejuni intrent ſynodum: in jejunio enim debet fieri & oratione.

4. Diſtricte præcipitur, ut induti albis & ſtolis intrent ſacerdotes ſynodum illam, quæ celebratur tempore paſchali: illam vero quæ fit Septembri, ſuperpelliciis tantum & ſtolis.

5. Prohibetur ſacerdotibus, ne cauſas adducant ad ſynodum, aut aliqua negotia quæ non pertinent ad quoſdam, & ne ſibi tunc * minuatur, cum debent ſynodo intereſſe, prohibetur.

6. Præcipitur diſtrictius, ut omnes presbyteri, maxime curam animarum habentes, veniant ad ſynodum: & ſi gravi infirmitate detenti, aut alia neceſſitate inevitabili, venire non potuerint, ſuum capellanum mittant, aut clericum, loco ſuo.

7. Præcipitur in eundo & redeundo a ſynodo honeſte ambulent presbyteri, & honeſta quærant hoſpitia, ut in eis circumſpecte ſe habeant, ne ſtatus clericorum vertatur in contemptum & opprobrium populo. Præcipimus in virtute Domini noſtri & Dei, & obedientiæ, ut honor maximus & reverentia debita ſingulis ſacramentis ſanctæ eccleſiæ præcipue a ſacerdotibus & clericis exhibeantur, & ut laici ſimiliter exhibeant in quantum ſacerdotes moneant eos & exhortentur.

* Venam aperiri faciat quiſpiam ad ſanguinem eliciendum prætextu morbi, ut forte criminis alicujus conſcius abſens ſynodo, contumaciæ non dampnetur.

CAP.

## Cap. III. *Capitula baptiſmum tangentia*.

Conferendæ cum his ſimillimæ conſtitutiones Ricardi Epiſcopi Sarum ann. 1217. & alterius anonymi ann. 1217. H.

1. Baptiſmus cum reverentia & honore celebretur, & cum magna cautela, ſub hac forma: N. ego baptizo te, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Et caveat maxime in diſtinctione verborum & in prolatione, in quibus tota virtus conſiſtit ſacramenti & ſalus puerorum. Et in Romano ſub eadem forma doceant frequenter ſacerdotes, laicos baptizare debere pueros in neceſſitate: & poſt inundationem ea facient ſacerdotes pueris quæ ſolent fieri poſt immerſionem.

2. Pro baptiſmo nihil omnino ante exigatur: ſed poſt laudabilis conſuetudo exigi poteſt.

B

3. Fontes ſub ſera clauſi cuſtodiantur, propter ſortilegia. Chriſma ſimiliter & ſacrum oleum ſub clave ſervetur.

4. Semper ſacerdos interroget laicum diligenter, cum in neceſſitate baptizaverit puerum, quid dixerit & quid fecerit. Et ſi invenerit laicum diſcrete & modo debito baptizaſſe, & formam verborum in Romano integre protuliſſe, approbet factum: ſin autem non, baptizet puerum modo debito. Et hic eſt modus: Petre, ſi es baptizatus, non te baptizo; ſi non es baptizatus, ego baptizo te, *&c.*

5. Ad elevandum parvum de fonte, tres ad plus recipiantur; quod enim amplius eſt, a malo eſt.

C

## Cap. IV. *Capitula de ſacramento confirmationis*.

1. Sacerdotes frequenter moneant populum ad confirmationem puerorum.

2. Poſt baptiſmum debet ſuſcipi ſacramentum confirmationis.

3. Quod ſi confirmandus adultus fuerit, confiteatur prius, & poſtea confirmetur.

4. Sæpe dicatur laicis, ne expectent diu ad confirmandum pueros adventum epiſcopi, ſed ducant eos ad eum, niſi adeſſe audierint prope: & quod poſſint nomina mutare pueris, ſi velint, in confirmationem, aut ſi viſum fuerit expedire.

D

5. Nullus ſacerdos confirmare aut conſecrare virgines præſumpſerit: ſolius epiſcopi eſt confirmare, virgines conſecrare, eccleſias dedicare, ordines dare

## Cap. V. *Capitula de ſacramento altaris*.

1. Summa reverentia & honor maximus ſacris altaribus exhibeatur, & maxime ubi ſacroſanctum corpus Domini reſervatur, & Miſſa celebratur.

E

2. Linteamina altaris & indumenta ſæpe abluantur, ad reverentiam & præſentiam Salvatoris noſtri, & totius curiæ cæleſtis, quæ cum eo præſens adeſt quotiens Miſſa celebratur.

3. Calices, quibus infirmi communicantur, decorentur, & mundi cuſtodiantur, ut devotius communicent infirmi.

4. Ampullulæ vini & aquæ in miniſterio altaris mundæ & integræ habeantur: ſimiliter ampullulæ chriſmatis & olei ſancti.

5. Non permittant presbyteri diacones (comminatur epiſcopus eis qui hoc non ſervant) deferre infirmis ſacroſanctum corpus Domini, niſi in neceſſitate, cum ſacerdos abſens fuerit; ſed ſemper ſacerdos cum magna reverentia & ma-



A

turitate deferat in pixide eburnea bene clauſa, propter caſum, & cum lucerna præcedente, cantantes * ſeptem pſalmos pœnitentiales cum litania pro infirmo, eundo & redeundo. Si longa via fuerit, addant quindecim pſalmos, & alias orationes: ſic enim debitum perſolvunt infirmo, & audientes invitant ad exhibendam Deo reverentiam & honorem & orationem.

* Sacerdotem intelligit cum comite clerico & aliis quotquot adeunt.

6. Frequenter moneantur laici, ut, ubicumque viderint deferri corpus Domini; ſtatim genua flectant tanquam Domino & Creatori ſuo, & junctis manibus, quoaduſque tranſierit, orent.

7. In pulcriore parte altaris cum ſumma diligentia & honeſtate ſub clave ſacroſanctum corpus Domini cuſtodiatur.

B

8. Nulli clerico permittatur ſervire altari male ornato, * ſervato in majori eccleſia, ut niſi ſuperpellicio aut cappa clauſa.

* *Forte*, niſi more ſervato. H.

9. Nullus bis in die Miſſam audeat celebrare, aut cum duplici introitu, niſi in magna neceſſitate.

10. Nullus antequam matutinas dixerit canonicas, & Primam, præſumat * aliqua neceſſitate celebrare Miſſam.

* *Forte*, abſque. H.

11. Ad horas beatæ Virginis ſemper tertius verſus dicatur, capitulo, ut obſervat H. S. Maria mater gratiæ, & cantentur in eccleſia cum nota & devotione, vel in regendo an cavendo.

## Cap. VI. *Capitula de confeſſione*.

C

1. Sacerdotes circa confeſſionem maximam curam adhibeant & cautelam, ſcilicet ut diligenter peccata inquirant; uſitata, ſigillatim, inuſitata, non niſi a longe per aliquam circumſtantiam, ſic tamen ut ex peccatis detur materia confitendi.

Confer conſtitut. Ricardi Ep. Sarum ann. 1217.

2. Ad audiendum confeſſiones * communiorem locum in eccleſia ſibi eligant ſacerdotes, ut communiter ab omnibus videri poſſint: & in locis abditis, aut extra eccleſiam, nullus recipiat confeſſiones, niſi in magna neceſſitate vel infirmitate.

* *al.* eminentem

D

3. In confeſſione habeat ſacerdos vultum humilem, & oculos ad terram, nec aſpiciat vultum confitentis, maxime mulieris, cauſa debitæ honeſtatis, & patienter audiat quæ dixerit in ſpiritu lenitatis, & ei pro poſſe ſuo pluribus modis perſuadeat ut confiteatur integre; aliter enim dicat ei nihil valere.

4. *Inceſtum faciens, deflorans, aut homicida,*
*Pontificem quæras: papam, ſi miſeris ignem.*
*Sacrilegus, patris percuſſor, vel Sodomita,*
*Si percuſſiſti clericum: Simonvæ fuiſti.*

5. Sacerdotes majora reſervent majoribus in confeſſionibus, ſicut homicidia, ſacrilegia, peccata contra naturam, inceſtum & ſtupra virginum, injectiones manuum in parentes, vota fracta, & hujuſmodi.

E

6. Sunt tria in quibus nullus habet poteſtatem abſolvendi, niſi dominus papa vel ejus vicarius, niſi in neceſſitate; ſcilicet in injectione manuum in clericos vel quoſvis religioſos, in incendio, per quam ſententiam ſunt vocati ſimoniaci: nihilo minus tamen talium rei remittendi ad epiſcopum.

7. In dubiis ſemper confeſſor conſulat epiſcopum aut ſapientes viros, niſi ex neceſſitate; quorum conſilio certificatus, ſolvat ſecurius aut liget, maxime prælatos ſuos.

8. Audita confeſſione, ſemper confeſſor inter-

terroget confitentem, ſi velit abſtinere ab omni mortali; aliter vero non abſolvat eum, nec injungat ei pœnitentiam, ne inde confidat: ſed moneat ut iterum faciat quidquid boni poterit, ut Deus cor illius illuſtret ad pœnitentiam.

9. In injungendis parvis pœnitentiis ſibi caveant ſacerdotes: ſecundum enim qualitatem culpæ & poſſibilitatem confitentis debet eſſe qualitas pœnitentiæ, alioquin quod minus eſt requiretur ab eis.

10. *Cum furto raptus, cum fœnore Simonis actus, De ſic poſſeſſis eleemoſyna non fit ab ipſis.*

11. In furto, rapina, uſura, fraude ſibi valde caveant ſacerdotes: non alias injungant pœnitentias, ſcilicet Miſſarum, eleemoſynarum, & hujuſmodi, priuſquam reddiderint: non enim tale dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.

12. Nullus Miſſas quas injunxerit celebret, nec tricenarium nec annuale, & pro minus nullus triennale & quinquennale.

13. Frequenter presbyteri moneant ad confeſſionem, & præcipue ab initio quadrageſimæ inſtanter præcipiant venire generaliter ad confeſſionem.

14. In confeſſione caveant ſibi confeſſores, ne inquirant nomina perſonarum cum quibus peccaverint confitentes, ſed circumſtantias tantum & qualitates: & ſi confitens indicaverit, arguat eum confeſſor, & ſecretum illud teneat ſicut confitentis peccatum.

15. Nullius ira, vel odio, vel etiam metu mortis in aliquo audeat revelare confeſſionem ſigno vel verbo ullis, generaliter vel ſpecialiter, ut dicendo: Ego ſcio quales eſtis. Et ſi revelaverit, abſque miſericordia debet degradari.

16. Omnes præcipiant inſtituta jejunia ſervari, ut jejunium quadrageſimæ, quatuor temporum, vigiliarum, niſi ex magna & rationabili cauſa contra fiat, & ſextæ feriæ: ex debito enim tenentur facere talia jejunia.

## Cap. VII. *Capitula contra matrimonium.*

1. Matrimonium cum honore & reverentia celebretur, nec cum riſu & joco; nec contemnatur, etiam ſi ſecundæ & tertiæ fiant: antequam fiat, ſemper tribus dominicis, aut tribus feſtivis diebus æque diſtantibus, quaſi tribus edictis, perquirat ſacerdos a populo ſub pœna excommunicationis de legitimitate ſponſi & ſponſæ qui debent conjungi, & ante fidem datam de contrahendo matrimonio, & ante hæc tria edicta nullus audeat aliquo modo matrimonia celebrare.

2. Prohibeant firmiter laicis, per excommunicationem, ſortilegia fieri: malefici quoque & celantes conſanguinitatem & alia impedimenta matrimonii, votum, ordinem, conſanguinitatem, affinitatem, diſparem cultum, compaternitatem, quæ tantum quatuor a matrimonio excludit perſonas, compatrem, commatrem, filiolum, & fratrem & ſororem ſpiritualem, ſcilicet, filium vel filiam patrini *.

* *Hic deeſt* excommunicati publicentur.

3. Nullus ſacerdos audeat perficere matrimonium in caſu dubio, inconſulto epiſcopo, ſed ad eum ſemper referat omnes matrimonii dubietates, ſi opus fuerit.

4. Prohibetur diſtricte ſub pœna ſuſpenſionis ne ullus ſacerdos aut capellanus exigat aliquid A ante benedictionem nuptialem, ſive pro teſtimonio ferendo, ſive pro matrimonio celebrando, occaſione ferculorum quæ debentur pro nuptiis: celebrato autem matrimonio recipiat fercula ſua, & exigat, ſi neceſſe fuerit, ſicuti conſuetum eſt.

5. Prohibeat ſacerdos in eccleſia publice ſub excommunicatione ne alter conjugum tranſeat ad religionem, aut recipiatur niſi per epiſcopum.

## Cap. VIII. *De ſacramento Extremæ Unctionis.*

1. Cum reverentia deferatur oleum ſanctum ad infirmos, & eos ungant ſacerdotes cum magno B honore & orationum celebritate quæ ad hoc ſunt ordinatæ, & nihil inde penitus exigatur, ſive a paupere, ſive a divite: ſed ſi quid gratis datum fuerit, gratis accipiant.

Infirmi quomodo viſitandi & admonendi ſint vide Concilium Namnetenſe cap. 4.

2. Ad ſacramentum extremæ unctionis moneant populum ſacerdotes, non tantum divites & ſenes, ſed pauperes & juvenes omnes a tempore diſcretionis, maxime a quatuordecim annis & ſupra, & ad omnes communiter, ut ſe paratos exhibeant, cum neceſſe fuerit.

3. Doceant frequenter populum hujuſmodi ſacramentum licite iterari, & ſæpe recipi, ſcilicet in qualibet magna infirmitate unde metus eſt mortis: & poſt ſuſceptum licite reverti ad opus conjugale eum qui convaluerit de infirmitate.

C 4. Librum qui dicitur Manualis habeant ſinguli ſacerdotes parochiales, ubi continetur ordo ſervitii extremæ unctionis, catechiſmi, baptiſmi, & hujuſmodi.

5. Habeant ſinguli Canones pœnitentiales, & ordinarium officium eccleſiæ, ſecundum uſum & modum qui ſervatur in eccleſia majori.

6. Moneantur ſacerdotes ne teſtamenta ſua ordinent per manum laicalem, & ipſi frequenter prohibeant laicis ne ſua teſtamenta faciant ſine præſentia ſacerdotis, dicat epiſcopus quod non faciant eis in unum.

Locus hic corruptus eſt. & deeſt quidpiam.

*Hic incipiunt communia præcepta ſynodalia.*

D 1. Præcipitur ſacerdotibus ut omnes reditus & poſſeſſiones eccleſiæ ſcribant in miſſalibus ſuis, & prohibetur penitus presbyteris & parochianis, ne de his quæ ſunt eccleſiæ aut presbyteri alienent ab eccleſia, niſi per conſilium epiſcopi.

2. Prohibetur diſtincte ne pro interragio corpus ſepeliri differatur, ſed poſt ſepulturam exigant laudabiles conſuetudines. Idem dicimus de ſimilibus.

3. Quicumque reædificaverit in cemeterio excommunicetur, ſi principalis pars domus per ſe ceciderit.

4. Tribus diebus continuis vocetur excommunicandus, & niſi ad juſtitiam ſe obtulerit, & E fidem dederit quod veniet ad diem ſibi aſſignatam, ac diem adverſario nunciaverit, excommunicetur: & excommunicatus nullo modo abſolvatur, niſi modo a majori, præterquam in articulo mortis, & tunc tamen data cautione, quod ſtabit judicio eccleſiæ.

5. Presbyteri ſuper citationibus faciendis credant his qui dederint fidem: ſed ſuper excommunicationibus faciendis non credant ſine litteris. Sententias audacter ferant, latas diſtricte ſervent, ut citius quam ſententiæ deficiant, nemini parcentes, aut timore, aut amore, nec pro abſolutis eos habeant, niſi eis bene conſtiterit.

6. Mor-

6. Mortuæ in partu ſcindantur, ſi infans credatur vivere; tamen ſi bene conſtiterit de morte earum.

7. Sacerdotes audito parochianorum ſuorum obitu, ſtatim abſolvant eos cum pſalmis pro defunctis, & collecta.

8. Item inhibetur ne faciant deſignationes eccleſiarum in manu abbatum, vel quorumlibet patronorum, ſed in manu epiſcopi vel prælati ſui.

9. Non permittantur prædicatores ſuper arcas celebrare, nec pulſare campanas per vicos, nec loqui in eccleſiis, nec præſentare reliquias, ſed tantum deferant ferenda, & ſacerdotes pro illis loquantur.

10. Exhortentur populum ſemper presbyteri B ad dicendam orationem dominicam, & Credo in Deum, & ſalutationem beatæ Virginis.

11. Moneant ſemper populum, & maxime mulieres, ne faciant vota ſua, niſi cum magna deliberatione, & aſſenſu virorum, & conſilio ſacerdotum.

12. Nullus ſacerdos vel capellanus teneat in domo ſua aliqua occaſione mulierem, niſi ſit mater aut ſoror, aut talis de qua viſum ſit epiſcopo quod careat omni ſuſpicione inhoneſta.

13. Prohibetur penitus univerſis ſacerdotibus ludere cum deciis, & intereſſe ſpectaculis, vel choreis aſſiſtere, & intrare tabernas cauſa potandi, & ſine amictu, ſcilicet cappa vel pallio C vel ſuperpelliceo, & comite clerico vel laico intrare domos alienas, aut diſcurrere per vicos & plateas, & ne habeant cappas alatas & veſtes inordinatas omnino prohibetur.

14. Nullus clericus vel regularis accipiat decimam de manu laici, niſi per manum epiſcopi.

15. Nullus clericus fidejubeat Judæo vel fœneratori, nec obliget pro pignore, aliquo modo ornamenta eccleſiæ vel libros Judæo.

16. Nullus recipiatur ad prædicandum, niſi ſit authentica perſona, vel ab epiſcopo vel archidiacono miſſus.

17. Nullus clericus faciat jusjurandum, antequam fuerit epiſcopo præſentatus. D

18. Frequenter moneantur laici, ut non retineant decimas, quas in periculum animarum ſuarum retinent.

19. Nullus clericus poteſt ſibi retinere decimas jure hæreditario poſſeſſas, ſed auctoritate epiſcopi poſſunt clerici fructus recipere, ita tamen quod ſemper laborent, & quod ad eccleſiam revertentur.

20. Die dominica præcedenti ſynodum, ſacerdotes qui capellanos non habent in ſuis parochiis, ſemper inquirant publice in eccleſia ſi qui ſint infirmi in parochia, & tertia ſequenti die viſitent eos, ſi aliqui fuerint infirmi, etiam non requiſiti, & faciant quidquid fuerit ad ſalutem animarum, ne mora, quam facturi ſunt E in ſynodo fiat occaſio periculi: eorum nihilo minus tamen etiam ſaluti procurantes proviſionem, quam ſolent facere per capellanos v..inos qui remanent, & diaconos proprios.

21. Sacerdotes die octavo ſemper renovent ſacramenta ad fontem benedictum oleo & chriſmate, & ſanctam Euchariſtiam, ne vetuſtate aliqui ad indevotionem moveri valeant aut errorem.

22. Si negligentia evenerit, ut, prælecto canone & peracta conſecratione, nec vinum nec aqua reperiatur in calice, debet ſtatim infundi A utrumque, & ſacerdos reiterabit conſecrationem ab illo loco canonis, *Simili modo poſtquam cœnatum eſt*, uſque ad finem: ita tamen ut illas duas cruces omittat, quas ſingulariter fecit ſuper panem. Quod ſi de ſimplice vino vel de aqua ſine vino fiat conſecratio, vinum reputatur pro ſacramento, ſed aqua non reputatur: & ideo illa negligentia de aqua poſita ſine vino, major & majori pœnitentia emendanda eſt. *Luc.* 22.

23. Si quid ceciderit de ſanguine Domini ſuper corporale, reſcindendum eſt ipſum corporale, & in loco reliquiarum obſervandum: ſi palla altaris inde tincta fuerit, reſcindenda pars illa, & pro reliquiis ſervanda. Si ſuper inſulam, caſulam, vel ſuper albam decurrat, ſimiliter fiat. Si ſuper quodlibet veſtimentum, comburenda eſt pars illa, & pulvis in ſacrarium reponendus eſt: ſi vero in terram ceciderit, lingenda eſt terra: ſi in ipſum ſanguinem muſca, vel aranea, vel aliquid tale ceciderit, quia non ſine vomitu & periculo corporis *, eſt tergendus, & radendus locus ipſe, ſive lapis, ſive lignum, ſive terra, & pulvis in ſacrario reponendus.

* *deeſt* lingi poteſt. *Deeſt*, ſumi poteſt ſanguis, *ut in ſtatutis Synodi Clarom. anni* 1168. Har.

24. Porro ſi in ipſum ſanguinem muſca, vel aranea, vel aliquid tale ceciderit, quia non ſine vomitu & periculo corporis aliquando ſumi poteſt, igne cremandum eſt, & tunc ſanguis Domini ſumatur: illud tamen quod intus ceciderit prius debet in calice vino perfundi, & quanto cautius fieri poterit, ablui, & poſtea ſuper piſcinam comburi, & illam ablutionem ſacerdos ſumat. Quod ſi de corpore Domini ſuper quodlibet aliud veſtimentum: non incidatur, ſed vino abluatur, & a miniſtro ſumatur vinum ipſum. Quod ſi in * primo datum rejicitur, prout diligentius poterit recipiat, & conjunctum cum vino in calice ſumatur: ſed integrum ſumi non poteſt, eo quod ore alterius projectum eſt.

* *f.* id

25. Reus autem hujus negligentiæ, & qui cum eo particeps fuerit culpæ, competenti ſubjaceat diſciplinæ: ſi autem ſupra lignum vel lapidem ceciderit, modus ſupradictus de ſanguine Domini tenendus eſt.

26. Prohibetur ſacerdotibus, ne nimis feſtinent venire Pariſios occaſione ſynodi, & ne magnam faciant moram ſeſe viſitando & reficiendo tam in via quam in civitate. Quidam enim iter arripiunt præcedenti dominica, vel a die Lunæ ſummo mane, & moram faciant uſque ad ſequentem dominicam, & magnum imminet periculum ſaluti animarum.

27. Diſtricte præcipitur ut quilibet ſacerdos habeat in celebratione Miſſæ, propter munditiam veſtimentorum circa altare, unum manutergium.

28. Præcipitur presbyteris, ut cum in canone Miſſæ inceperint, *Qui pridie*, tenentes hoſtiam, ne elevent eam ſtatim nimis alte, ita quod poſſit ab omnibus videri a populo, ſed quaſi ante pectus detineant, donec dixerint: *Hoc eſt corpus meum*: & tunc elevent eam, ut poſſit ab omnibus videri: & poſt talem ſuſceptionem tam corporis quam ſanguinis & vini puri, aliquantum ab expuendo abſtineant: & ſi abſtinere non poſſunt, in piſcinam hoc faciant ſuaviter & urbane: vinum autem potius rubeum miniſtretur in calice, propter ſimilitudinem albi vini cum aqua. *Matth.* 26.

29. Prohibetur diſtincte ſacerdotibus, ne habeant ſecum prolem quam in ſacro ordine ſuſceperint propter ſcandalum: & ne in ſuis domi-

mibus habeant ſcaccos & aleas vel decios, omnino prohibetur.

30. Prohibetur diſtricte ſacerdotibus, ne accipiant gazeras vel admodiationes, niſi de decimis, quoniam eſſet ſpecies negotiationis: & ne habeant in palliis ſuis pecias niſi blavi vel nigri coloris.

31. Similiter præcipitur presbyteris quod immobilia de bonis eccleſiæ acquiſita eccleſiis ſuis tantummodo legent: (nam de jure aliud facere non poſſunt) de mobilibus vero ſuis rationabile faciant legatum.

32. Item præcipitur ſacerdotibus, ut frequenter dominicis & aliis feſtivis diebus in aliqua parte ſermonis proponant fideliter populo ſymbolum fidei, & eis diligenter diſtinguant articulos fidei, & in ſingulis confirment populum, auctoritatibus & rationibus ſacræ ſcripturæ pro poſſe ſuo propter hæreticos.

33. Sciatis quod excommunicati ſunt omnes illi in ſynodo, qui fidem dederunt vel acceperunt de celandis matrimoniis: & excommunicatio iſta recitetur in parochiis a ſingulis ſacerdotibus.

34. Prohibetur ſacerdotibus, ne habeant capellanos habentes cappas manicatas, ſicut nec ipſæ perſonæ debent habere: præcipitur enim omnibus habentibus eccleſias ut ad ſingula tempora ordinum ſe ordinandos offerant: & hoc intelligitur in juramento quod fecerunt.

35. Item præcipitur ſacerdotibus diſtrictiſſime, & ſub pœna magnæ emendæ, ut cuſtodiant præcepta ſynodalia quæ ſcripta ſunt in libellis ſuis. Quidam enim, licet jam elapſi ſunt tres anni ex quo prædictos libellos habuerunt, ita ſunt negligentes, quod nondum habent pixidem eburneam, nec tabernaculum ubi reſervetur cum honore corpus Domini, nec fontes ſub clave, nec chriſma vel oleum in aliqua capſula.

36. Prohibeant ſacerdotes ne fiant choreæ, maxime in tribus locis, in eccleſiis, in cœmeteriis, & in proceſſionibus.

37. Prohibeant ſacerdotes per excommunicationem, & maxime tempore vindemiarum, ſingulis diebus dominicis, ne aliquis Chriſtianus retineat apud ſe marchum vindemiarum quem Judæi calcant aliquo modo, propter illam horribilem immunditiam quam in contemptum ſacramenti altaris faciunt: & ſi remanſerit, detur porcis, vel expandant ad opus pro fimo.

38. Prohibeant per excommunicationem ſæpe ne carnifices permittant Judæos laniare carnes ſuas, niſi totum detineant Judæi.

39. Item diſtricte præcipitur presbyteris ne hoſtias, licet non ſacratas, dent pueris ullo modo: & inhibetur ne celebrent ſine caligis.

40. Item prohibetur diſtricte ne ſacerdotes cultellum portent cum cuſpide, nec clerici eorum.

41. Item diſtricte prohibetur ſacerdotibus ne permittant prædicare aliquos ignaros ſive illiteratos, etiam extra eccleſiam, ſive in viis, ſive in plateis, ſive in aliis locis parochiæ ſuæ: & ſæpe de dominicis diebus ſacerdotes moneant, & etiam ſub pœna excommunicationis inhibeant parochianis ſuis, ne tales audiant propter pericula hæreſum & errorum quos ſeminant.

42. Item diſtricte præcipitur presbyteris quod moneat parochianos ſuos & parochianas, quod provideant eccleſiæ Pariſienſi, quæ multum indiget albis, & ſtolis, & toallis & hujuſmodi.

43. Item moneant ſolicite & aſſidue parochianos ſuos, ut in Albigenſes hæreticos ſe accingant, & iterum eamdem habebunt indulgentiam quam alias habuerunt.

44. Item moneant presbyteri ſub pœna excommunicationis omnes illos qui crucem habuerunt, & votum ſuum non ſunt proſecuti, quod crucem ſuam & proponant reſumere, & portent.

45. Item præcipitur omnibus presbyteris, quod excommunicent in generali omnes illos qui fecerunt conſpirationes contra presbyteros ſuos, vel contra eccleſias ſuas.

46. Item præcipitur presbyteris, ut cum aliquis confitetur eis, ſe fidem dediſſe alicui mulieri de matrimonio contrahendo cum ea, & poſt fidem datam cognovit eam, non dent ei licentiam contrahendi cum alia, quoniam ſequens carnalis copula cum illa cui fidem dedit matrimonium confirmavit.

47. Item diſtricte præcipitur presbyteris & ſub excommunicatione, ne aliquos matrimonio clandeſtino conjungant vel benedicant.

48. Item excommunicentur omnes illi qui faciunt ſe conjungi clandeſtine, aut benedici, & omnes illi qui intereſſe præſumunt ſacerdotes.

49. Item præcipitur presbyteris ut, quotiens dubium erit quando aliqua jejunia vel proceſſiones inſtitutæ fieri debent, ſicut in feſto ſancti Marci, petant a decano loci, & ſine ejus conſilio ea facere non præſumant.

50. Item præcipitur presbyteris, ut, quando mulieres poſt puerperium veniunt ad purificationem, dent eis tantummodo panem benedictum, & corpus Domini eis nullo modo propinent, niſi expreſſe petant, & prius confeſſæ fuerint.

51. Item moneant presbyteri parochianos ſuos in confeſſionibus & in prædicationibus ſuis, ut ſaltem ſemel in anno peregrinando viſitent eccleſiam Pariſienſem.

52. Præcipitur diſtricte omnibus presbyteris, ut pro domino rege faciant ſpecialem commemorationem, quando poterunt.

53. Item præcipitur presbyteris, quod ſinguli ſcribant nomina parochianorum ſuorum confratrum eccleſiæ Pariſienſis, & etiam ſcribant pro quanto quilibet eſt confrater.

54. Item præcipitur presbyteris, ne recipiant capellanos ſine conſcientia epiſcopi vel archidiaconi.

55. Item præcipitur presbyteris, quod nihil exigant a parochianis ſuis, eo quod teſtimonium dant pro eis, quando debent matrimonium contrahere.

56. Item prohibetur diſtricte, ne diaconi ullo modo audiant confeſſiones, niſi in arctiſſima neceſſitate; claves enim non habent, nec poſſunt abſolvere.

57. Præcipimus omnibus decanis, quod inquirant de cetero, & in ſcriptum redigant nomina omnium presbyterorum: qui in decanatibus ſuis decedent, eaque deferant ad ſynodum recitanda, ut oremus pro eis, & moneantur ſinguli presbyteri ut faciant ſervitium ſpeciale: hoc enim libentiſſime debent facere, quia, cum deceſſerint, fiet ſimiliter pro eis.

58. Item diſtricte præcipitur presbyteris omnibus, quod excommunicent ter in anno ſcilicet in paſcha, in nativitate Domini, & in feſto eccleſiæ, omnes illos qui ſcienter celant feuda Pariſ. & omnes illos qui ſciunt ſuper hoc aliquid, niſi illud revelaverint Pariſienſi epiſcopo, vel ejus mandatario.

59. Item præcipimus ſingulis presbyteris, quod annuatim, idque in craſtino SS. Trinitatis, anniver-

niverſarium omnium confratrum B. Mariæ per A totam Pariſienſem diœceſim celebretur.

60. Præcipimus ut moneatur, non Judæis præſtare rotas, ſecundum quod præceptum eſt: alioquin compellantur per excommunicationem.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

Odo Henrici II. Anglorum regis, & regis Gallorum conſanguineus, invitus ad epiſcopatum Pariſienſem Mauritio mortuo raptus eſt. Puer eleemoſynam condiebat lacrymis. Adoleſcentem Gregorius VIII. pene pari epiſcopis honore excepit. Quem in Anglia redditum uberem habebat, tribus ſcholaſticis pauperibus diſperſit dedítque: ita ut pavitione ſua ditaret. Vixit ad annum 1175. Vide plura apud Petrum Bleſenſem, epiſt. 127. & 128. Vide & Baron. Tom. 12. anno 1187. num. 21.

### NOTÆ GABR. COSSARTII S. J.

Male has conſtitutiones Binius retulit ad Gregorii VIII. pontificatum, & qui obiit an 1187. cum Odo Pariſienſis epiſcopus non fuerit, niſi poſt novem ut minimum annos. Mauritio enim ſucceſſit, qui anno demum obiit 1196.

# ☞ ADDENDA

## AD STATUTA SYNODALIA ODONIS EPISCOPI PARISIENSIS.

### I.

Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 771.

PRohibeant ſacerdotes publice laicis ſub anathemate cum Judæis commercia facere, mutuo ab eis pecuniam ad uſuram rei aliquid accipere, eis vendere vel mutuo dare, vel ab ipſis emere; quorum enim diſpar eſt cultus, nullus debet eſſe animorum conſenſus. B

### II.

Inſuper laicis prohibeatur ſub pœna excommunicationis, ne præſumant diſputare cum Judæis de fidei Chriſtianæ articulis.

### III.

Item, omnes illos Chriſtianos, qui cum Judæis cohabitant, & annua ſtipendia ab eis accipiunt, ipſis in domibus eorum ſerviunt, excommunicatos haberi, & a ſacra communione arceri præcipimus.

### IV.

Item confeſſor non debet ad ſingula peccata terrere confitentem, ſed elicere aſpidem de caverna, perſuadendo per exempla David, S. Petri, Magdalenæ & Latronis, & hujuſmodi, tandem terreat & injuncta pœnitentia ſpem ſpondeat, ſi tamen vitaverit reſiduum, ad quod juxta Auguſtinum neceſſe eſt fugere occaſiones & opportunitates peccatorum.

### V.

Non reſpiciat confeſſor vultum pœnitentis, præſertim mulieris, niſi forte in tranſitu, ſed cito & verecunde, ut percipiat ſigna contritionis, nec requirat nomina perſonarum, cum quibus confitens peccavit, niſi forte in caſu, ut poſſit ſuum parochianum obſtinatum, vel ſuam parochianam per ſe vel per alios ſui criminis comites ab obſtinatione peccati deterrere, ita tamen quod perſonam ſibi confeſſam in nullo reddat notabilem. Ita etiam quærat ſi confitens voluerit ſponte alium nominare; de alieno parochiano forſan debet aliquas circumſtantias ejus ordinario intimare.

### VI.

Non dicantur duo introitus ſub uno canone, quia in nullo officio eccleſiaſtico fit talis monſtruoſa mixtura, ſed celebrata integra miſſa una, poteſt ſacerdos extracta clauſula * addere plures, prout tempus exigit, vel ipſius devotio vel audientium.

* ſ. caſula

### VII.

Item nullus bis in die miſſam audeat celebra- C re, niſi grandi neceſſitate, ut in Natali Domini, ubi non eſt ſacerdos alius; nam ſi tres ſunt, ſinguli debent ſingulas celebrare. Tamen dominus papa & epiſcopus non ſic.

### VIII.

Item quando celebrata miſſa, ſupervenit ex opinatu cadaver, ſi deſit coadjutor, debet idem pro defuncto celebrare; quia non eſt corpus humanum ſepulturæ ſine miſſa tradendum, ſi ſit congrua celebrandi hora, & niſi poſt communionem receperit ſacerdos ablutionem ſeu expla- D nationem. Nam poſt receptionem ablutionis, nullus debet celebrare, quia ibi purum vinum eſt vel aqua, ſed non in piſcina projici, ſed ab alio jejuno ſumi debet prima ablutio, quia ibi remanet aliquid de ſanguine.

### IX.

Si ſit ſacerdos celebraturus (nam ſi feſtum habens propriam miſſam ſupervenit in die inofficiata, id eſt habente proprium officium) debet unam miſſam integram decantare, illam ſcilicet E quæ celebrior videbitur conſiderata loci & temporis ratione poſtmodum ſubiungere officium alterius miſſæ. Tertius caſus vel deinceps bis in die celebrandi nobis interim non occurrit, niſi forte aliquis habeat eccleſiam ſimul & capellam, quod non eſt diu de facili tolerandum, niſi habeat coadjutorem. Item in defectu V tici poteſt bis celebrare aliquis.

VITA

# VITA
# INNOCENTII PAPÆ III.

INnocentius ejus nominis tertius, Lotharius antea appellatus, juvenis triginta annorum vel paulo amplius, ſed egregie prudens & eruditus, mirabili omnium conſenſu ex cardinale diacono, altero die poſt obitum Cæleſtini papæ quinti, nimirum Idibus Junii anno 1198. creatus eſt pontifex tempore Ottonis quarti regis Germaniæ: cui contra Philippum Barbaroſſæ filium reclamantem magis ſavens, coronam imperii cum benedictione ſolita contulit, & ex cauſa juſtiſſima viciſſim abſtulit. Nam cum donationem illam, qua Mathildis filia Rogerii principis Siciliæ Marchiam Apuliæ Romanæ eccleſiæ donaverat, ille poſt impetratam imperii coronam, tanquam invalide citra conſenſum imperii principum factam ſibi vindicaſſet; ac præterea etiam contra jusjurandum quod paulo ante emiſerat, ut beatus Antoninus tertia parte chronici titulo decimonono annotavit, Apuliam & Calabriam vi & armis ſibi ſubjiciens, mandatis apoſtolicis obedire contemneret: papa ſententiam excommunicationis primum, ac poſtea privationis & depoſitionis in eum ferens, Sigefrido archiepiſcopo Moguntino, ut eſt apud Trithemium in chronico Hirſaugienſi, præcepit ut per totam Alemanniam imperatorem excommunicatum & ab imperio depoſitum denunciaret: quod & fecit. Interea cum Otto archiepiſcopum perſequens neque de abſolutione petenda, neque de tranſactione ineunda quidquam curaret, Innocentius papa Fridericum II. Henrici ſexti filium ex Conſtantia, de conſilio regis Franciæ, ex voluntate etiam certorum principum Germaniæ, e Sicilia evocatum in Alemanniam miſit, mandans principibus imperii ut ipſum in imperatorem ſuſciperent. Otto cum exercitu ſuo Friderico quidem occurrit; ſed derelictus a ſuis, loco cedere, & in Saxoniam ſecedere compulſus eſt. Fridericus vero ab omnibus tanquam rex, in conventu principum Aquiſgrani habito, ſuſceptus eſt. Poſtea Otto contra Philippum Francorum regem, qui Friderico ſtudebat, in bellum una cum rege Angliæ avunculo ſuo, cumque Brabantiæ duce & comite Flandriæ profectus, apud Tornacum ſuperatus, ac demum anno Domini 1216. ab omnibus deſertus, & præ mentis dolore infirmatus, meritaque oppugnatæ Romanæ ſedis pœna Deo vindice mulctatus, poſt multas anguſtias mortuus eſt. „ Initio pontificatus ſui, ait Rogerus, „ qui ſub ipſo hiſtoriam Angliæ ſcripſit, ſtatum „ curiæ in melius mutare volens, majorem partem janitorum & oſtiariorum curiæ abjecit, „ ut conquerentes tam clerici quam laici, liberiores ad eum haberent acceſſus. Et paulo „ infra: Poſt conſecrationem illius, præfectus „ & tribuni Urbis & ceteri Romani, exegerunt „ ab eo reditus & conſuetudines, quas predeceſſores ſui Romani pontifices iis impendere „ ſolebant. Quibus ipſe reſpondit, ſe hoc nunquam facturum: cum, ſi feciſſet, contra De„ um & in præjudicium Romanæ eccleſiæ face„ ret. Quod Romani audientes irruerunt in bo„ na illius, & diripuerunt ea: ipſe vero excom„ municavit eos. Hieroſolymitanæ urbis, quam ſub Urbano III. Saraceni occupaverant, recuperationem plurimum exoptans, litteris legatiſque miſſis, omnes ad hoc bellum eſt cohortatus: ſecutuſque prædeceſſorum ſuorum veſtigia, ad depravatos mores populi corrigendos, ad hæreticos damnandos, & principes populumque ad terram ſanctam recuperandam, Lateranenſem ſynodum œcumenicam XII. indixit, eique inter 412. epiſcopos præſedit. Ad omnes pene Europæ reges & epiſcopos litteras ſalubrium conſiliorum pleniſſimas ſcripſit, quas legi, & ut ait Trithemius in chronico Hirſaugienſi, in judiciis obſervari mandavit. Eodem authore Livonia, ut ait Blondus, fidem Chriſti amplexa fuit. Hujus Pontificis mandato per Simonem comitem Montifortenſem, Germanorum auxilio fretum, Albigenſes hæretici in Gallia ante annos aliquot exorti, partim fugati, partim vero per legatum ſedis apoſtolicæ ad pœnitentiam & unionem eccleſiæ recepti fuerunt. Hoc tempore ſanctus Dominicus Hiſpanus ordinem Prædicatorum, ſanctus Franciſcus ordinem Minorum, in Italia inſtituerunt, multoſque hæreticorum & infidelium ad fidem Chriſti converterunt.

*Ottonis obitus. Quid Innocentius Romæ egerit.*

*Lateranenſe concilium indixit.*

*Epiſtolæ Innocentii quales.*

Almaricus de viginti erroribus convictus, cum ſectariis pluribus Pariſiis poſt obitum exhumatus, combuſtus eſt. *Gaguinus libro 6.* Hæreticorum eorum, qui Trithemio auctore in Alſatia docebant, eſum carnium quovis tempore, etiam in quadrageſima, licitum eſſe, fornicationem, ut quæ naturali inclinationi conveniens foret, non eſſe prohibitam, octoginta apud Argentinam uno die combuſti fuerunt. Pontifex dum poſt hæc tandem pacis faciendæ cauſa inter Piſanos & Genuenſes Peruſium ſe contuliſſet, in oppido illo mortuus eſt, ut ait Urſpergenſis, decimoſexto Kalendas Auguſti, anno Domini 1216. peractis in pontificatu ſuo annis octodecim, menſibus quinque, & aliquot diebus.

*Almaricus cum ſectariis combuſtus.*

### ADMONITIO GABR. COSSARTII S. J.

De Innocentii III. & conſequentium pontificum epiſtolis.

Finem hic facimus coacervandi pontificum epiſtolas, quarum nimia varietate & copia in immenſum hæc volumina excreſcerent. Quis enim bullarum, & brevium modus? Accedit quod nullo eas periculo prætermittimus, cum in bullario, in Bzovii, Raynaldi, Vaddingi, Spondanique annalibus, aliiſque collectionibus, requiri a ſtudioſo lectore poſſint.

Innocentii vero hujus omittendarum epiſtolarum cauſa multo etiam eſt juſtior, cum unum in corpus collectæ brevi, ut ſperamus, prodituræ ſint.

# CONCILIUM SENONENSE,

## ADVERSUS HÆRESIM POPULICANAM,

### Anno Domini MCXCVIII. celebratum.

ANno Domini MCXCVIII. *inquit chronicon Autiſſiodorenſe Roberti Monachi S. Mariani*, hæreſis Populicana, omnium hæreſeon feculentiſſima, virulentas radices ſuas late quidem, ſed latenter, hoc tempore propagarat. Apud urbem Nivernis, Abbas S. Martini, & decanus majoris eccleſiæ, de hoc peſtilentiſſimo errore notati, epiſcoporum ſiſtuntur concilio, Senonis convocato: ibique Abbas deponitur, Decanus ſuſpenditur: & ſic ad ſedem apoſtolicam deſtinantur. *Hactenus chronicon.*

*Raynaldus ut conſtat ex epiſto. 1 Innocentii III.*

*Abbatis & Decani cauſam Innocentius III. amplius explicat in epiſtolis, quas ſubjicio.*

Lib. 1. ep. 59.

## INNOCENTII III. EPISTOLA ad Michaelem Archiepiſcopum Senonenſem.

Cap. inter ſolicitudines. Extra de purg. Canon.

INter ſolicitudines noſtras, &c. *Et infra.* Sane ſicut ex litteris tuæ fraternitatis accepimus, cum ad preces venerabilis fratris noſtri Autiſſiodorenſis epiſcopi ad villam, quæ Caritas dicitur, acceſſiſſet, præſentibus eodem, & venerabilibus fratribus noſtris Nivernenſi & Meldenſi epiſcopis, in unum feciſti ejuſdem villæ populum congregari: ubi de hæreticis, & eorum dogma- C tibus inquiſitione diligenti habita, inter alios, quos ſuper hæretica pravitate reperiſti publice infamatos, Decanum Nivernenſem communi didiciſti opinione gravari, & in eo, & per eum non modicum fuiſſe ſcandalum catholicorum animis declaratum. Unde propter vehementem infamiam, & grave ſcandalum, ipſum ab officio, & beneficio ſuſpendiſti: apud Autiſſiodorum ei diem certum aſſignans, quo tuo ſe conſpectui præſentaret, ab objecto crimine defenſurum. Cumque ſtatuto termino ad tuam præſentiam acceſſiſſet, præſentibus dictis Autiſſiodorenſi & Nivernenſi epiſcopis, ac pluribus in utroque ju- D re peritis, cum certus accuſator contra eum minime compareret, tu ex officio tuo teſtes tam pro ipſo, quam contra ipſum recipi, ac diligenter examinare feciſti, & atteſtationes etiam publicari. Cumque poſtmodum ſe non ad conceſſum ei diem, tuo ſe conſpectui præſentaſſet, cum facultatem ei liberam indulſiſſes, in teſtes ac eorum dicta dicendi, ac proponendi ſuas in medium rationes, quibuſdam propoſitis probationibus & allegationibus, tandem renuncians, ſententiam poſtulavit. Tu vero cum venerabilibus fratribus noſtris, Trecenſi, ac dictis Autiſſiodorenſi & Nivernenſi epiſcopis, ſecedens in unum, inſpectis atteſtationibus diligenter, & adhibito E plurium conſilio ſapientum, quia crimen contra eum liquido probatum non erat, ipſum non duxiſti de hæreſi condemnandum. Verum quoniam ex dictis teſtium multa erat præſumptio contra eum, utpote cum eſſet manifeſte probatum, eum familiaritatem hæreticorum non ſolum habuiſſe, ſed etiam captaſſe ſcienter; cum publica etiam laboraret infamia, & tantum ſuſcitatum eſſet ſcandalum contra ipſum, quod non poſſet

*In concilio Senonenſi.*

A canonica purgatione deleri: nec ipſum abſolvere, nec purgationem quam obtulerat ab initio, & tunc etiam offerebat, recipere voluiſti, ſed ipſum cum litteris tuis ad ſedem duxiſti apoſtolicam deſtinandum: intelligens, quod ex conceſſa nobis plenitudine poteſtatis, citra pœnam canonicam diſpenſare poſſimus, & ultra eam rigorem ſeveritatis augere. Ceterum ei poſtmodum in noſtra præſentia conſtituto, communem audientiam in conſiſtorio noſtro conceſſimus, ubi ſe multipliciter nixus eſt excuſare: illud præſertim allegans, quod cum non apparente accuſatore legitimo purgationem offerret, teſtes con- B tra eum non fuerant aliquatenus admittendi. Nos igitur litterarum ſcientiam, & honeſtatem morum in te pariter attendentes, licet eccleſiaſtica conſtitutio tales ab officio tantum uſque ad purgationem canonicam doceat ſuſpendendos: quod tamen etiam cum a beneficio propter immanitatem criminis, ut credimus, ſuſpendiſti, noluimus improbare. Nec illud etiam propter cauſam improbamus eandem, quod licet nullus contra eum legitimus accuſator compareret, ad detegendam tamen hujus mortiferæ peſtis, immo mortiferæ mortis radicem, ex officio tuo, C fama publica deferente, voluiſti plenius inquirere veritatem. Attendentes autem vulgatam infamiam, grave ſcandalum, & vehementem ſuſpicionem ex teſtium dictis obortam, quæ contra eundem decanum facere videbantur, cum propter eorum quodlibet ei eſſet purgatio injungenda: & ſervantes & mollientes rigorem, de conſilio fratrum noſtrorum archiepiſcoporum, & epiſcoporum, apud ſedem apoſtolicam exiſtentium, purgationem quartædecimæ manus ſui ordinis ei duximus indicendam. Ipſum igitur ad te cum litteris apoſtolicis remittentes, ut ubi purgetur, ubi noſcitur infamatus: fraternitati D tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus aſcitis tecum dicto Nivernenſi & venerabili fratre noſtro Pariſienſi epiſcopis, indictam ei a nobis purgationem accipias. Ita tamen ut qui ad ejus purgationem proceſſerint comprobandam, ſint fide catholici, vita probati: qui converſationem, & vitam ipſius, non tam moderno tempore noverint, quam tranſacto. Purgatione vero recepta, beneficium ei reſtituere non poſtponas, ne cogatur in cleri opprobrium mendicare. In pœnam autem familiaritatis illius, quam cum hæreticis ſcienter habuiſſe dignoſcitur, eum ab officio manere ſuſpenſum volumus, donec ſcandalum ſopiatur: ita tamen, ut publice familiari- E tatem hæreticorum abjuret. Præcipias inſuper illi diſtricte, ut in prædicta & aliis villis circumpoſitis profiteatur & prædicet fidem catholicam, ac confundat & deteſtetur hæreticam pravitatem: ſic deinceps vitam ſuam bonis adornans operibus, ut infamia convertatur in famam, & omne ſcandalum & ſuſpicio de catholicorum mentibus deleatur. Quod ſi forſan in purgatione defecerit, eum eccleſiaſticis diſtrictionis mucrone percellas; & ab officio, beneficioque de-

ANNO CHRISTI 1198.

poſitum ad agendam pœnitentiam in arctum monaſterium retrudere non omittas.

Datum Laterani, nonis Maji.

## INNOCENTII III. EPISTOLA,

Ad Petrum S. Mariæ in via lata diaconum cardinalem, apoſtolicæ ſedis legatum : & ad Odonem epiſcopum Pariſienſem.

lib. 1. epiſt. 90.

QUod legimus in Apocalypſi, &c. *Et infra*. Nuper enim ſicut ex tenore litterarum venerab. fratris noſtri Senonenſis archiepiſcopi, & relatione dilectorum filiorum R. & D. nunciorum ejus nobis innotuit, multa de hæreticis & eorum ſectis in partibus Gallicanis, quæ ab hujuſmodi fece prorſus olim intactæ manere ſolebant, increbreſcente jam vehementer infamia, cum idem archiepiſcopus ad villam, quæ Caritas appellatur, in qua plurimi dicebantur profeſſores hæreſeos deliteſcere, rogatus a venerab. fratre noſtro Autiſſiodorenſi epiſcopo, in cujus diœceſi dicta villa conſiſtit, acceſſiſſet perſcrutaturus diligentius veritatem, clero & populo convocatis, poſt diligentem indagationem, præter alios quamplures, qui erant ibi de hæreſi publice infamati, Raynaldum quondam Abbatem S. Martini Nivernenſis comperit hujuſmodi contagione reſperſum, & publica ſuper hac infamia laborantem. Et quoniam in eo plurimum ſcandalizabatur & populus, & clerus : de conſilio prædictorum Autiſſiodorenſis, Meldenſis, & Nivernenſis epiſcoporum qui aderant, & plurium prudentum virorum, eum officio, beneficioque ſuſpendit : diem apud Autiſſiodorum illi præfigens, ubi coram eo forte ſi poſſet ſe de tanto crimine tueretur. Cumque die præfixa ſuam coram eodem archiepiſcopo exhibuiſſet præſentiam, aſſiſtentibus prædictis Autiſſiodorenſi & Nivernenſi epiſcopis, multiſque aliis viris diſcretis, & prior eccleſiæ S. Martini, de hæreſi, adulterio, & uſura, & quibuſdam aliis eum intenderet & paratus eſſet protinus accuſare: ante litis ingreſſum, licet nullum inferretur ipſi gravamen, ſedem apoſtolicam appellavit. Cujus appellationem fruſtratoriam, quoniam propter infamiam & publicam notam criminis dictus archiepiſcopus non admiſit, & præfatus prior paratus fuit in continenti objecta probare : ſpontaneus cauſam ſubiit, & objecta crimina penitus denegavit. Prior autem confeſtim quoſdam ex canonicis ſuis teſtes produxit : qui cum a præfato archiepiſcopo recepti canonice, ac diligenter examinati fuiſſent, & atteſtationibus, prout debuit fieri, publicatis, ipſi etiam Raynaldo poſtulanti copiam earum ſufficienter exhibitis, ei dies eſſe apud Senones aſſignata, ut in concilio ſuffraganeorum exciperet, ſi vellet, contra teſtes, & eorum dicta, & ſuæ defenſionis proponeret rationes : die præfixa, & loco etiam aſſignato, ſuis libere, ac plenarie propoſitis rationibus, interrogatus pluries, ſi pro ſe vellet aliquid aliud allegare, probationibus, & allegationibus omnino renuncians, ſententiam poſtulavit. Et poſtmodum ſæpe dicto archiepiſcopo pariter cum venerabilibus fratribus noſtris Trecenſi, Autiſſiodorenſi, & Nivernenſi epiſcopis, aliiſque prudentibus viris, ſecretæ deliberationis tractatum habente, advocatus prædicti Raynaldi ſine illo ad conſilium eorum intravit, & propoſuit, ipſam appellationem, quam ante litis ingreſſum interpoſuerat, ratam habere, & eam iterum innovare. Cumque poſtmodum ad ferendam ſententiam exeuntes, compe-

A riſſent pro certo, eum clanculo receſſiſſe: dictus advocatus ejus, ſicut fecerat in ſecreto, appellationem denuo publice innovavit. Unde memoratus archiepiſcopus, quamvis non fuiſſet appellationi hujuſmodi deferendum, noluit eum de hæreſi condemnare. Pro adulterio tamen, & aliis, quæ in damnationem ejus erant manifeſtius divulgata ; & quoniam propter infamiam hæreſis, & ſcandalum, quod in populo fuerat inde ſubortum, nullatenus etiam ad tempus, in adminiſtratione abbatiæ ſine omnimoda deſolatione monaſterii poterat tolerari : de communi conſilio coepiſcoporum, & aliorum prudentum qui aderant, ipſum in perpetuum per ſententiam diffinitivam officio privavit abbatis : & canonici

B S. Martini, de licentia ejus, quendam alium elegerunt. Ceterum idem archiepiſcopus atteſtationes contra eum receptas, nobis tranſmiſit redactas in ſcriptum : ex quibus duo gravia ſatis probata eſſe videntur : videlicet, eum ſerio, & aſſertive dixiſſe diſputando, & defendendo hæreticorum errorem, quod corpus Domini mittitur in ſeceſſum ; & juxta verbum Origenis, omnes tandem fore ſalvandos. Allegationes autem, & rationes prædicti Raynaldi, de quibus ſæpeditus archiepiſcopus in ſuis litteris fecerat mentionem, nobis per litteras vel per nuncios exponere non curavit. Propter quod diutius expectavimus, ſi forte alii nuncii ſuper hoc inſtructi plenius advenirent. Quoniam igitur cauſam tranſmiſit ad

C nos minus ſufficienter inſtructam, & ex hoc nobis ſcrupulus non modicæ dubitationis emerſit, maxime cum ſit plena maturitate in tam arduo negotio procedendum : diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Deum habentes præ oculis, & catholicæ fidei veritatem, tam atteſtationibus quæ contra prædictum Raynaldum nobis tranſmiſſæ fuerunt, quas vobis ſub bulla noſtra tranſmittimus, quam etiam allegationibus, & rationibus ſæpe dicti Raynaldi, quas coram præfato archiepiſcopo propoſuiſſe proponitur, attente ac diligenter inſpectis, publica quoque fama nihilominus inquiſita, niſi ex eis aliquid perpendere poteritis, quod a ferenda condemnationis ſententia contra eum merito animum

D veſtrum debeat retardare, ſublato cujuslibet contradictionis & appellationis obſtaculo, ut in eo puniatur, in quo peccavit, ipſum a ſacerdotali officio deponatis. Et quoniam metuendum eſt, ne in laqueum deſperationis incidens, & ad perfidorum hæreticorum infidelitatem ex toto converſus, eorum prævaricationibus contaminet gregem intactum : retrudi eum in diſtricto monaſterio faciatis, & ibi ad agendam pœnitentiam ſub arcta cuſtodia detineri : attentius proviſuri, ut ita mandatum apoſtolicum exequamini, quod devotionem veſtram debeamus merito commendare, &c. Datum Lateran. XIII. Kal. Julii.

### NOTÆ GABR. COSSARTII S. J.

E

Qui a Petro monacho Populicani hæretici dicuntur, iidem a Willelmo Britone vocantur Popelicani : & ſic deſcribuntur Philippidos lib. 1.

*Qui bona conjugii reprobant, qui carnibus uti*
*Eſſe nefas dicunt, aliaſque ſuperſtitiones*
*Inducunt; breviter quos tangit epiſtola Pauli,*
*Omnes qui fidei ſaperent contraria noſtræ :*
*Quos Popelicanos vulgari nomine dicunt.*

Eoſdem autem eſſe qui ab Alexandro tertio, in Lateranenſi concilio generali cap. XXVII. Publicani vocantur, temporum, regionum, nominum ratio perſuadet. *In Gaſconia*, inquit, *Albigeſio, & partibus Toloſanis, & aliis locis, hæreticorum, quos alii Catharos,*

ANNO CHRISTI 1198.

*res, alii Patarenos, alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perverſitas*. Quibus ex verbis apparet eandem eſſe hæreſim, diverſis appellatam nominibus; quam cum in Albigeſio invaluiſſe ait, ſatis indicat eſſe Albigenſem.

A Petro Capuano cardinale ſedis apoſtolicæ legato celebratum eſſe hoc concilium qui aſſeruit, Baronii continuator illuſtriſſimus Spondanus, vir de hiſtoria eccleſiaſtica optime alioqui meritus, teſtimoniis duobus refellitur. Alterum eſt Rigordi, qui in geſtis Philippi Auguſti cardinalem hunc, miſſum hoc anno ut pacem inter Francorum Anglorumque reges conſtitueret, in Gallias non ante exeuntem Decembrem veniſſe affirmat. Senonenſi igitur præeſſe concilio ante anni hujus finem qui potuit? præſertim cum ſanciendæ, cujus cauſa legatus erat, paci, prius operam A nonnullam ab eo datam oportuerit, quam de celebrandis alia de re conciliis cogitaret. Alterum eſt teſtimonium Innocentii III. cujus ex epiſtolis duabus paulo ante deſcriptis intelligitur præfuiſſe archiepiſcopum Senonenſem huic concilio: ipſumque, & epiſcopos, Trecenſem, Autiſſiodorenſem, ac Nivernenſem, judices unos fuiſſe.

Quæ vero addit Spondanus idem: *Rex perſentiens legatum velle procedere* contra ipſum, per nuncios ſuos fecit ad ſedem apoſtolicam appellari. Legatus vero non ut appellationi deferret, ſed ut differret ad tempus*, &c. totidem verbis deſcripta ſunt ex geſtis Innocentii tertii, ubi hæc dicuntur non de Senonenſi concilio anni MCXCVIII. ſed de Divionenſi ann. MCXCIX. ut mox leges.

* *Nempe ob matrimonium illicitum.*

## ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΜΑΤΗΡΟΥ.

Συνοδικὸν ψήφισμα, κωλύον τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα, λαβεῖν εἰς γυναῖκα δισεξαδέλφας δύο. ὃ καὶ μᾶλλον στοιχεῖν δεῖ, κἂν οἱ πολιτικοὶ δικασταὶ τοῦτο οὐ κωλύουσιν ἐν τῷ ἀκολουθοῦντι ἑξῆς ψηφίσματι.

Ἰωάννης ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης, τῷ ἐν Κυρίῳ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ, τῷ ἱερωτάτῳ μητροπολίτῃ Δυρραχίου, καὶ ὑπερτίμῳ. καὶ τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Δεαβόλεως.

ἘΝ Κυρίῳ ἀγαπητὲ ἀδελφὲ καὶ συλλειτουργέ, ἱερώτατε μητροπολῖτα Δυρραχίου καὶ ὑπέρτιμε, καὶ σὺ θεοφιλέστατε ἐπίσκοπε Δεαβόλεως. ὁ Καπανδρείτης Ἀλέξιος ἐπὶ τοῦ πρὸ ἡμῶν ἁγιωτάτου πατριάρχου παραστὰς τῷ ἱερῷ συνεδρίῳ τῆς καθ' ὑμᾶς ἁγίας συνόδου, κατὰ τὸν Φεβρουάριον μῆνα, τῆς παρελθούσης πρώτης ἐπινεμήσεως, ἀφηγήσατο· ὡς νομίμῳ γάμῳ συνεζύγη τῇ ἀπὸ τοῦ θέματος Δυρραχίου ὁρμωμένῃ Εὐδοκίᾳ, τῇ αὐταδέλφῃ τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ, κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Βοϊωάννου, ἀποβαλούσῃ τὸν πρότερον ὁμόζυγον αὐτῆς, τὸν Δυρραχίτην ἐκεῖνον ἄρχοντα, Βάρβαν τὸν Μακρόμματον. καὶ προεβίβασαν ἐπ' αὐτῇ καὶ γαμικὰ συνήθη συμβόλαια. καὶ ἐπὶ τούτοις ἱερὰ εὐχὴ τῆς τε μνηστείας καὶ τοῦ γάμου ἐπεδόθη αὐτῷ. μετὰ δὲ μῆνας ζ τῆς αὐτῶν τοιαύτης συμβιώσεως, ἐσχηματίσατο ὁ διαληφθεὶς σεβαστὸς ὁ Βοϊωάννης, προκαλεῖσθαι αὐτόν τε (καὶ) τὸν Καπανδρείτην, καὶ τὴν αὐτοῦ μὲν κατὰ νόμους γεγονυῖαν σύζυγον, αὐταδέλφην δὲ οὖσαν ἐκείνου, ὡς εἴρηται, εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, συνεστιαθησομένους συγγενικῶς. προσφοιτησάντων δὲ τούτων τῇ κατοικίᾳ αὐτοῦ, τοῦτον μὲν σιδηροῖς δεσμοῖς κατασφαλισάμενος, ἔμφρουρον εἶχεν, ἀποδιελὼν τῆς τοιαύτης συζύγου αὐτοῦ, προσαφελόμενος καὶ ἃ ἐπεφέρετο οὗτος πράγματα. τὴν δὲ τούτου σύζυγον ἄκουσαν βιασάμενος, ἑτέρῳ ἡρμόσατο. ταῦτα ἀφηγησάμενος, καὶ σημείωμα ἐνεφάνισε σοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Δεαβόλεως, δηλοῦν ἐκ συμφώνου ὁμολογίας τῶν Κολωνειατῶν ἀρχόντων, τῶν καὶ κατ' ὄνομα ἐν τῷ τοιούτῳ δηλουμένων σημειώματι, ὡς ὁ τοιοῦτος προσγενὴς αὐτῶν ὁ Καπανδρείτης, θανάτῳ ἀποβαλὼν τὴν ἐκ πρώτου συνοικεσίου συναφθεῖσαν αὐτῷ γυναῖκα, συνεζύγη δευτέρῳ γάμῳ βίας ἁπάσης ἐκτὸς τῇ διαληφθείσῃ γυναικί. ἀλλὰ δὴ καὶ βασιλικὸν προσκυνητὸν πρόσταγμα, αὐτὸ τοῦτο διοριζόμενον, τό, εἴπερ ἡ ῥηθεῖσα Εὐδοκία βίας ἁπάσης ἐκτὸς, μεθ' ἱερᾶς εὐχῆς συνεζύγη αὐτῷ, μηδένα τολμᾶν ὀχλήσεις ἐπάγειν

## JOANNIS CAMATERI. CPTANI PATRIARCHÆ.

*Decretum ſynodale quod prohibet unum & eundem ſobrinas duas, uxores ducere:*

Joannes miſeratione Dei archiepiſcopus Conſtantinopolis, novæ Romæ, & univerſalis patriarcha, dilecto in Domino fratri & comminiſtro, ſanctiſſimo & honoratiſſimo Dyrrhachii metropolitano, itemque religioſiſſimo epiſcopo Deabolis — Ex Supp. Manſi T. II. p. 774.

C DIlecte in Domino frater & comminiſter, ſanctiſſime Dyrrhachii metropolitane & hypertime, tuque religioſiſſime Deabolis epiſcope: Cum Alexius Capandrites ſub deceſſore noſtro ſanctiſſimo patriarcha comparuiſſet coram ſacro conſeſſu ſanctæ ſynodi noſtræ, menſe Februario, præterita prima indictione; narravit, ſe matrimonio legitimo fuiſſe copulatum Eudociæ, ortæ ex ditione Dyrrhachina, ſorore germana venerabilis illius Sebaſti domini Conſtantini Bojoannis, quæ amiſerat priorem conſortem ſuum, præſidem illum Dyrrhachitam, Bardam Macrommatum: & hoc nomine confecta fuiſſe conſueta inſtrumenta matrimonialia. Præterea preces ſacras tam ſponſalium, quam nuptiarum, interveniſſe. Verum poſt ſeptem menſes a tali horum vitæ ſocietate, memoratum Sebaſtum Bojoannem invitaſſe per ſimulationem in domum ſuam tum ipſum Capandritam, tum ſororem ſuam germanam, ceu dictum eſt, illius conjugem ſecundum leges factam; velut excipiendos convivio, pro more adfinium. Qui quum ad domum ejus acceſſiſſent, Bojoannem ſe quidem vinculis conſtrictum ferreis in cuſtodiam dediſſe, diremptum ab illa conjuge ſua, ſpoliatumque præterea rebus iis, quas ſecum adtuliſſet: at illam conjugem ſuam invitam alteri copulaſſe, vi adhibita. Quibus recenſitis etiam inſtrumentum inſinuavit tuum, religioſiſſimi Deabolis epiſcopi, quo ſignificabatur ex conſentiente magiſtratuum Coloniatarum confeſſione, qui & nominatim eo in inſtrumento exprimebantur, cognatum illum ſuum Capandritam mortis interventu amiſſa uxore, quæ primo ipſi matrimonio juncta fuerat, copulatum eſſe ſecundis nuptiis, nulla interveniente vi mulieri commemoratæ: prætereaque adorandum edictum imperatorium, quo ſanciebatur, ſiquidem indicata Eudocia nulla intercedente vi, per ſacras preces ei copulata fuiſſet; ut nemo moleſtias auderet exhibere dicto Capandritæ. Secundum igitur hæc omnia, ſy-

Affert Leunclav. Juris Græc. Rom. t. I. p. 285.

ANNO CHRISTI 1199.

ſynodale tunc inſtrumentum factum fuit, quo juxta Capandritæ petitionem pronuntiatum eſt, ac decretum, quid in ea cauſa eſſet agendum. Atque huic inſtrumento ſynodali etiam productæ (ceu dictum eſt) a Capandrita chartæ, videlicet adorandum illud edictum imperatorium, & inſtrumentum abs te religioſiſſimo Deabolis epiſcopo profectum, ad verbum erant inſerta. Quia vero nunc rurſum mediocritati noſtræ relatum eſt ex parte mulieris iſtius, ſororis ſcilicet venerabilis illius Eojoannis, quod cum prius legitime junctus ipſi maritus, primicerius ille Bardas Macrommatus, naturæ debitum perſolviſſet; ipſa quæſtoriam verita poteſtatem, quod talia ſæpius in rebus hujuſmodi evenire ſoleant, ad tempus in ditionem Colonienſem migraverit ad cognati cujuſdam ſui domum, deferens eo ſecum res ſuas potiores, & ad tranſportandum faciliores, quaſcumque potuiſſet avehere. Tum Capandritam hunc non paucis armatis hominibus coactis, prædonis in morem adveniſſe, raptumque ſui commiſiſſe, ablatis etiam rebus iis, quas ſecum habuiſſet; atque ita de loco in locum eam tranſportaſſe, captivamque traxiſſe quocunque vellet, quum ne quidem ei permitteret adſpicere ſorores ſuas germanas; quæ hoc facto cognito, ad eam quærendam venerant. Hoc modo Capandritam per vim contraque leges ei fuiſſe copulatum haudquaquam conſentienti, tum propter ipſius abſurditatem facti, tum quod accurate ipſa noſſet, ſobrinam ſuam fuiſſe priorem Capandritæ conjugem, quam morte amiſerat. Ideoque ipſam, occaſione captata, maluiſſe fuga cohabitationem ejus deſerere, ne damnationem animæ ſciens prudenſque ſibi conciliaret ex tali vitæ conſortio, propter ſanguinis cum ejus priore conjuge propinquitatem, quæ Eudociæ ſobrina (velut ipſa prædicat) fuerit. Quibus expoſitis per quemdam ex ſuis interrogabat mediocritatem noſtram, in concilio præſidentem, quid de conjugio in hunc modum contracto faciundum eſſet. Reſponſum eſt tum mediocritate noſtra, tum ſacro cœtu fratrum; ſiquidem ita comparata ſit rei veritas; ipſo facto diremptum eſſe matrimonium ſic contractum. Et ille quidem, qui vim intulit, omnino ea perpeti meretur, quæ ſacræ piæque leges ſtatuunt, adgnoſcens & illas pœnas, quæ per ſacros canones irrogantur iis, qui ſcientes ac prudentes cum duabus ſobrinis copulantur, quum is gradus ex ſanguinis conjunctione ſextus eſſe deprehendatur: hæc vero, quæ propter hujuſmodi cauſas ab eo divertit, nullum præjudicium ſuſtinebit. Quamobrem vobis etiam ſignificamus, ut utramque partem arceſſatis, & ambobus coram conſtitutis, accuratum examen habeatis eorum, quæ ab eis dicuntur, & expoſita ſunt in ſynodo: ac utra tandem in parte veritatem evidentem inveneritis, ſecundum pronuntiatam de ea ſynodalem ſententiam agetis.*Valete: menſe Februario, indictione ſecunda.

A τῷ δηλωθέντι Καπανδρείτῃ. ἐπὶ τούτοις γοῦν πᾶσι καὶ σημείωμα τηνικαῦτα προέβη συνοδικόν, δι' οὗ κατὰ τὴν Καπανδρείτου παράκλησιν ἀπεφάνθη καὶ ἐγνωματεύθη, τὸ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει ποιητέον. ᾧ δὴ συνοδικῷ σημειώματι καὶ τὰ παρὰ τοῦ Καπανδρείτου, ὡς εἴρηται, προκομισθέντα χαρτία, τό, τε βασιλικὸν προσκυνητὸν δηλονότι πρόσταγμα, καὶ τὸ σοῦ, τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Δεαβόλεως σημείωμα, ἐνεγράφησαν κατὰ ῥῆμα. ἐπεὶ δὲ νῦν πάλιν ἀνηνέχθη τῇ ἡμετέρᾳ μετριότητι παρὰ τοῦ μέρους τῆς τοιαύτης γυναικός, τῆς αὐταδέλφης δηλονότι τοῦ πανσεβάστου Βοϊωάννου, ὡς τοῦ προτέρου συζυγέντος νομίμως ταύτῃ ἀνδρός, τοῦ πριμμικηρίου ἐκείνου Βάρδα τοῦ μακρομμάτου τῷ χρεὼν λειτουργήσαντος, τὴν πρακτορικὴν B δειλιάσασα δυναστείαν, ὁποῖα πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, πρὸς καιρὸν εἰς τὸ θέμα Κολωνείας μετεπορεύθη πρὸς οἰκίαν τινὸς τῶν αὐτῆς προσγενῶν, ἐπιφερομένη καὶ ὅσα πως ἴσχυσεν ἐπάγεσθαι κρείττω τε καὶ εὐμετακόμιστα τῶν ταύτης πραγμάτων. ὁ δὲ τοιοῦτος Καπανδρείτης λαὸν ἔνοπλον οὐκ ὀλίγον συναγαγών, λῃστρικῶς ἐπελθών, ἁρπαγὴν αὐτῆς ἐπλημμέλησεν, ἀφελόμενος καὶ ὅσα προσῆσαν αὐτῇ πράγματα, ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετάγων αὐτήν, καὶ αἰχμάλωτον ἕλκων ὅπου ἠβούλετο, μὴ συγχωρουμένην ἰδεῖν μηδὲ τὰς αὐταδέλφας αὐτῆς, τοῦτο μαθούσας, καὶ εἰς ἀναζήτησιν ταύτης ἐλθούσας. καὶ οὕτω C βιαίως καὶ παρανόμως συνεζύγη αὐτῇ μὴ συντιθεμένῃ, διά τε τὸ αὐτόθεν τοῦ πράγματος ἄτοπον, καὶ διὰ τὸ ἀκριβῶς εἰδέναι, ὡς δισεξαδέλφη ταύτης ἦν ἡ προτέρα σύζυγος τοῦ τοιούτου Καπανδρείτου, ἣν θανάτῳ αὐτὸς ἀπέβαλετο. διὸ καὶ καιροῦ δραξαμένη, τὴν μετ' αὐτοῦ συνοίκησιν ἐκφυγεῖν εἵλετο, ἵνα, μὴ κρίμα ψυχικὸν ἐν συνειδήσει ἐπισπῷτο ἐκ τῆς μετ' αὐτοῦ συμβιώσεως, διὰ τὴν καθ' αἷμα ταύτης ἐγγύτητα πρὸς τὴν προτέραν σύζυγον τούτου, τὴν καὶ δευτέραν (ὡς φησὶν) ἐξαδέλφην οὖσαν αὐτῆς. καὶ ἐρώτησιν ἔθετο ἐπὶ τούτοις διά τινος τῶν αὐτῆς πρὸς τὴν ἡμῶν μετριότητα προκαθημένην συνοδικῶς, τοῦ ἐπὶ τῷ τοιουτοτρόπως προβάντι συνοικεσίῳ ποιητέου. D ἤκουσεν ἀπό τε τῆς ἡμῶν μετριότητος, καὶ τῆς ἱερᾶς ἀδελφότητος, ὡς εἰ οὕτως ἔχει τὰ τῆς ἀληθείας, αὐτόθεν ἔχει τὸ διεστασμένον τὸ οὕτω προβὰν συνοικέσιον· καὶ ὁ μὲν κατὰ βίαν πλημμελήσας ἐκεῖνα, πάντως ἄξιός ἐστι παθεῖν, ἅπερ οἱ θεῖοι τε καὶ φιλευσεβεῖς νόμοι διακελεύονται, ἐπιγνοὺς καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἱερῶν κανόνων ἐπιτιμώμενα τοῖς ἐν συνειδήσει δυσὶ δισεξαδέλφαις συζευγνυμένοις, ὡς ἕκτου ἐξ αἵματος λογιζομένου βαθμοῦ. ἡ δὲ ἀποστᾶσα τούτου διὰ τὰς τοιαύτας αἰτίας, οὐδέν τι πρόκριμα ὑποστήσεται, ὅθεν καὶ παραδηλοῦμεν ὑμῖν, μετακαλέσασθαι καὶ ἀμφότερα τὰ μέρη, καὶ ἀκριβῆ * κατὰ συστάδην θέσθαι ἐξέτασιν τῶν παρ' αὐτῶν λεγομένων, καὶ συνοδικῶς ἀφη- E γηθέντων. καὶ ἐν οἵῳ τούτων εὑρήσετε τὴν ἀλήθειαν ἐπιφαίνουσαν, ποιήσατε κατὰ τὴν ἐπὶ τούτῳ ἐξενεχθεῖσαν συνοδικὴν ἀπόφασιν. ἔρρωσθε. Μηνὶ Φεβρουαρίῳ. ἐπινεμήσει δευτέρᾳ.

# CONCILIUM WESTMONASTERIENSE

*Anno* 1199. *habitum*.

Affert idem Manſi ex Wilkin.

HOc anno celebratum eſt concilium apud A Weſtmonaſterium 13. Cal. Octobris, præſidente H. Cantuarienſi archiepiſcopo, præſentibus epiſcopis W. Lodonienſi, G. Roffenſi, H. Saresbirenſi, I. Oxonienſi, R. Elienſi, G. Coventrenſi, K. Bangorenſi, epiſcopo Landavenſi, R. de ſancto Aſaph, G. electo Herefordenſi, cum abbatibus, & prioribus diverſi ordinis, qui ad vocationem domini Cantuarienſis eo convenerant, ut de cauſis eccleſiaſticis tractarent. G. prior Cantuarienſis ſedit ex oppoſito contra dominum archiepiſcopum a latere epiſcopi Roffenſis. Archiepiſcopus Eboracenſis concilio non interfuit, cum eſſet in Anglia, ne quis ejus allegaret abſentiam: cum juxta priſcorum conſuetudinem ad vocationes Cantuarienſis concilio teneretur intereſſe, vel juſtam abſentiæ ſuæ cauſam allegare. Dominus Lincolnienſis a Roma rediens, gravi tractus infirmitate, tunc temporis apud vetus Templum Londoniis lecto decubuit. Dominus Wintonienſis & dominus Ciceſtrenſis corporis ſui infirmitatem prætendentes, litteratorie ſe excuſaverunt.

## CONVENTUS EPISCOPORUM

### AC PROCERUM IN REGNI FRANC. ET ANGL. LIMITE.

Pro pace inter utrumque regem ſancienda, anno ineunte MCXCIX.

*PEtri Capuani, legati Apoſtolici, in Gallias appulſi prima cura fuit, ut pacem, cujus conſtituendæ cauſa venerat, inter Francos Angloſque ſanciret. Eam ad rem concilium celebratur, ut ait Aquicinctinus monachus, in utriuſque regni limite: nempe in Franciæ ac Normanniæ finibus, atque ut certius deſignat Rogerius Hovedenus, inter Vernonem & Andeliacum*. In Marchis utriuſque regni, *inquit Aquicinctinus*, concilium agitatur: utrique B reges, Francorum & Anglorum, conveniunt cum multitudine epiſcoporum, abbatum, comitum, priorum, præpoſitorum, & utriuſque ordinis infinita multitudine hominum. De pace inter reges & comitem Flandrorum facienda multum laboratur: ſed ad effectum minime perducitur. Sed tamen induciæ in quinquennium retinendæ verbo tenus obtinentur: quæ vix uſque ad Paſcha tenentur.

## AD CONVENTUM EPISCOPORUM

### ET PROCERUM IN EXTREMIS LIMITIBUS REGNORUM FRANCIÆ, ET ANGLIÆ.

## *JOANNIS DOMINICI MANSI ADDITIO.*

Ex Suppl. Manſi to. II. pag. 7..

VAlterus Rothomagenſis archiepiſcopus ut laicos quoſdam homines ex utroque regno Angliæ & Franciæ ab inferendis in eccleſiaſticas res Diœceſis ſuæ injuriis pœnarum terrore arceret, utriuſque principis ditionem, quæ ſibi epiſcopo parebat, interdicto ſubegerat. Actum ea de re in eo conventu, in quo pax inter utrumque regem ſancita eſt. Quid tunc ea de re decreverint patres, tenemus ex litteris Innocentii III. papæ ad eundem Valterum, legendis in collectione epiſtolarum ejuſdem pontificis Baluziana lib. I. epiſt. CCLX. hic a me tamquam neceſſarium ad hunc conventum additamentum, deſcribendis.

### INNOCENTIUS VALTERO

*Archiepiſcopo Rothomagenſi*.

Anxietate cordis, & amaritudine premimur cum anguſtias, onera & gravamina, quæ zelo juſtitiæ pro libertate eccleſiæ manutenenda æquo animo, & invicta fortitudine toleras, ad memoriam noſtram reducimus, & meditatione ſedula cogitamus. Veruntamen quod in te perfectionem virtutis adimplens, non potuiſti a tuæ conſtan- C tiæ propoſito amoveri tuam ſuper hoc prudentiam commendamus, & fortitudini tuæ pluri- mum in Domino gaudemus. Nos autem fraternitati tuæ volentes patrocinium apoſtolicum impertiri, tam te quam eccleſiam regimini tuo commiſſam ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Verum quia ſicut ex litteris tuis no- D bis innotuit, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippus Francorum, & R. Angliæ reges illuſtres, dum inter ſe componerent, ſtatuerunt ſuper caput tuum quatuor clericos eligendos, ad quos pertineat judicare, utrum tenere vel non tenere debeat ſententia, quam in terram vel homines regum ipſorum pro ſuis exceſſibus ordine canonico duxeris promulgandam; (quam ſi judicave- E rint non tenere, ipſis regibus, ſive ei in cujus terram vel homines ſententiam tuleris, licebit bona tua & redditus occupare, donec lata ſententia revocetur) fraternitati tuæ ſub pœna officii & beneficii diſtrictius inhibemus, ne illi tam iniquæ conventioni authoritatem præbeas vel aſſenſum, ſed ſicut conſuevisti, & anteceſſores tui feciſſe noſcuntur, tuæ juriſdictionis officium per tuam provinciam ſtuceas exercere, noſque ſententiam ratam habemus, & habebimus, ſi quam in terras vel homines tuæ juriſdictioni ſubjectos ha-

haſtenus promulgaſti, vel amodo decreveris promulgare. Dat. Romæ apud S. Petrum III. Nonas Junii.

## PHILIPPI ROMANORUM REGIS

### VARIA PROMISSA FACTA IN MANU DIETHELMI EPISCOPI CONSTANTIENSIS, ET ALIORUM PONTIFICIS LEGATORUM.

Circa annum Chriſti MCXCVIII. Innocentii III. PP. I.

*Ego Philippus Romanorum Rex, ſemper Auguſtus &c.*

Antequam Martinus Prior Camaldulenſis, & frater Otto, Monachus de Salem venirent ad me, tractaturi.

I. *De pace Eccleſiæ*, & Imperii, voveram Deo, & Sanctis ejus, me iterum ultra mare, ad liberandum terram promiſſionis a gentium feritate, & iterum poſt eorum adventum, audito verbo eorum de tractatu pacis de conceſſione Domini Apoſtolici in manu prædicti Prioris, vice Domini Apoſtolici, vovi, & promiſi Deo, & Sanctis ejus, & eidem Priori, loco dicti Domini Apoſtolici me opportuno tempore Eccleſiæ, & Imperio, & liberationi terræ prædictæ, bona fide, abſque omni fraude illuc iturum, & opitulante Deo terram illam pro poſſe meo liberaturum. Hujus voti teſtes ſunt: Ditthalmus Conſtantienſis Epiſcopus, Eberhardus Abbas de Salem, Petrus Abbas de Burgo S. Sepulchri, Frater Otto de Salem, Henricus Dapifer de Wittingen, Henricus de Smalekke, Henricus Marcſcalcus de Papenheim, Henricus Notarius.

Inſuper promiſi me facturum omnia hic ſubſcripta.

II. Omnia bona tam Romanæ Eccleſiæ, quam aliarum Eccleſiarum, quæ anteceſſores noſtri Reges, vel Imperatores injuſte abſtulerunt, vel detinuerunt, vel ego abſtuli, vel injuſte detineo reſtituam, & ab eis quiete, ac pacifice poſſideri permittam.

III. Omnes abuſus quos anteceſſores mei in Eccleſiis habuerunt ut puta mortuis Prælatis bona ipſorum, vel Eccleſiarum eorum accipiebant perpetuo relinquant.

IV. Electiones Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum canonice fieri permittemus, omnia ſpiritualia Pontifici relinquentes.

V. Monaſteria irregulariter inventa in quantum majeſtati Imperiali congruit, cum adjutorio Domini Apoſtolici regularibus conventibus ſcilicet Ciſtercienſi, Camaldulenſi, Præmonſtratenſi ſubjiciemus, & operam dabo ut tam Monaſterialis, quam Clericalis ordo, ea qua decet religione vivat, & honeſtate.

VI. Advocatos, ſive Patronos Eccleſiarum, ab exactionibus angariis, & perangariis in quantum potero ceſſare compellam.

VII. Si omnipotens Deus regnum Græcorum mihi, vel leviro meo ſubdiderit Eccleſiam Conſtantinopolitanam Romanæ Eccleſiæ bona fide, & ſine fraude faciam fore ſubjectam.

VIII. Romanæ Eccleſiæ in omnibus, & per omnia fidelis, & devotus, atque filius, & defenſor ſemper ero.

IX. Generalem legem ſtatuam, & obſervari faciam ſemper & ubique per totum Imperium, ut quicumque excommunicatus fuerit a Domino Apoſtolico in banno ſtatim ſit Imperiali. Inſuper pro pace, & amicitia inter me, & Dominum Apoſtolicum ſemper ſervanda, & omnimoda ſuſpicione auferenda.

X. Ut ipſe ſemper mihi ſit benigniſſimus Pater, & ego ei fideliſſimus, & optimus filius, filiam meam nepoti ejus in conjugium dabo, & alias vel alios de cognatione mea ſecundum voluntatem ſuam generi ſuo copulari faciam.

XI. De omnibus exceſſibus meis ad mandatum, & voluntatem Domini Apoſtolici Deo, & Eccleſiæ plene ſatisfaciam.

Hæc & omnia in præſentia Domini Conſtantienſis, & Domini Martini Prioris Camaldulenſis, & Domini Eberhardi Abbatis de Salem, & Domini Abbatis Petri de Burgo S. Sepulchri, & Fratris Odonis de Salem præſentium latoris Henrici Dapiferi de Walpur, Henrici Mareſcalli de Bappenheim, Helferici notarii me facturum, & obſervaturum bona fide, & ſine omni fraude juravi.

# CONCILIUM IN DALMATIÆ ET DIOCLIÆ REGNIS

Per Legatos ſedis apoſtolicæ in cauſa reformandæ eccleſiaſticæ diſciplinæ anno MCXCIX. celebratum ſub Innocentio Papa III.

## TITULI CAPITULORUM.

1. *Ut epiſcopi pecuniam ab ordinandis non accipiant*
2. *De cœlibatu clericorum, & ordinibus conferendis*
3. *De acceptione & adminiſtratione oblationum.*
4. *De* [illegible] *conſignandis.*
5. *De* [illegible] *ſacerdotibus exhibendo*
6. *De gradu conſanguinitatis in contrahendis matrimoniis ſervando*
7. *Ut clerici tonſuram teneant clericalem*
8. *Ut laici a rebus eccleſiaſticis abſtineant*
9. *Excommunicantur theſaurorum eccleſiaſticorum detentores, & qui Latinos in ſervitute detinent.*
10. *Excommunicantur illi qui uxores ſine judicio eccleſiæ dimittunt.*
11. *Ut nothi ad ſacros ordines non accedant*
12. *Ut nullus ante trigeſimum annum ad ſacerdotium promoveatur.*

## PRÆFATIO

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Nos Joannes capellanus, & Simon ſubdiaconus domini Innocentii papæ III. apoſtolicæ

ANNO CHRISTI 1199.

licæ ſedis legati, ad evellenda nociva de agro dominico, & virtutum plantaria utiliter inſerenda, videntes multa in clero & populo Dalmatiæ & Diocliæ corrigenda, de ſanctorum patrum conciliis decreta præſentia duximus innovanda.

## CAPITULA.

### *I. Ut epiſcopi pecuniam ab ordinandis non accipiant.*

IN primis itaque decernimus, ut nullus epiſcopus aliquem ad ſacros ordines per pecuniam promovere, ſeu eccleſiaſtica beneficia alicui, pretio interveniente, concedere præſumat. Cum enim Dominus præceperit apoſtolis, *Gratis accepiſtis, gratis date*; (Matth. 10.) & Spiritus ſancti gratia venalis eſſe non poſſit, quæ confertur in ſacris ordinibus: gravi puniendus eſt pœna, qui Spiritus ſancti dona venalia exponere non veretur. Quocirca præſenti decreto ſtatuimus, ut quicumque epiſcopus hoc agere convictus fuerit, omni eccleſiaſtica careat dignitate: & ſine ſpe reſtitutionis, tam ille qui dederit, quam ille qui ſcienter ſacros ordines pecunia interveniente receperit, perpetuo deponatur.

### *II. De cœlibatu clericorum, & ordinibus conferendis.*

Cum Domini ſacerdotes, & ſi qui ſacro altario deſerviunt, continenter vivere debeant, juxta illud: *Mundamini qui fertis vaſa Domini* (Iſai. 52.) in partibus Dalmatiæ atque Diocliæ ſacerdotes & uxores habere & eccleſias tenere dicuntur. Quo circa præſenti decreto ſtatuimus, ut ſacerdotes & diaconi, ante ſuſceptum officium, niſi eorum conjuges in manu epiſcopi votum fecerint continentiæ, uxores habentes cum ipſis maneant, & eccleſias dimittant. Non enim poſſunt ſecundum ordinem Romanæ eccleſiæ manentes in conjugio, niſi defunctis uxoribus, aut continentiam voventibus, ſi digni inventi fuerint, ad ſacerdotium promoveri. Illi vero, qui poſt ſuſceptum ſacerdotii vel diaconatus honorem adulteras potius quam uxores accepiſſe probantur, niſi eas dimiſerint, & dignam egerint pœnitentiam, ab officio & beneficio eccleſiaſtico fiant penitus alieni. Prohibemus etiam, ne aliquis epiſcopus, niſi in quatuor temporibus, juxta ſanctorum patrum conſtitutionem, aliquem ad ſacros ordines promovere præſumat: ſolus enim Romanus pontifex dominicis diebus ſubdiaconos ordinare poteſt. Cum autem epiſcopus ordinationem fecerit, non niſi unum ordinem a ſubdiacono & A ſupra conferre præſumat. Ordinatus autem in ſubdiaconum, ad minus per annum in eodem officio deſerviat, & diaconus ſimiliter faciat. Quicumque autem epiſcopus contra hoc venire præſumpſerit, tamdiu a conferendis ordinibus abſtineat, donec a Romano pontifice miſericordiam conſequatur.

### *III. De diviſione, & adminiſtratione oblationum.*

Quoniam ſecundum gradus & ordines B perſonarum beneficia eccleſiaſtica in domo Domini, ſecundum ſanctorum patrum conſtitutionem diſtributa noſcuntur: decernimus, ut decimæ, ſeu oblationes fidelium, tam pro vivis, quam pro defunctis, in quatuor partes dividantur: quarum una ſit epiſcopi, alia eccleſiarum, tertia pauperum, quarta clericorum. Portionem quidem pauperum epiſcopus adminiſtret; portionem vero eccleſiarum archipresbyter conſervet, & ex mandato epiſcopi in uſibus eccleſiæ fideliter expendat. Quicumque autem cle- C ricorum contra hoc venire præſumpſerit, ſua portione privetur.

### *IV. De ſigillo confeſſionis.*

Diſtrictius inhibemus, ne aliquis ſacerdos filii ſui vel filiæ ſpiritalis privatam confeſſionem alicui revelare præſumat. Quod ſi facere convictus fuerit, officio & beneficio eccleſiaſtico perpetuo ſpolietur. Idem dicimus de quolibet clerico, qui de homicidio, adul- D terio, perjurio, falſo teſtimonio, publice accuſatus fuerit, & convictus.

### *V. De honore ſacerdotibus exhibendo.*

Cum terrenarum poteſtatum nunciis ſive miniſtris honor exhibeatur ab omnibus, multo magis miniſtris Dei honor a laicis exhibendus eſt, a quibus eis non ſolum divina celebrantur officia, verum etiam ſacrum baptiſma, & corpus Domini, & pœnitentia, & cetera eccleſiaſtica ſacramenta jugiter miniſtrantur. E Quapropter juxta decretum domini Innocentii papæ II. diſtrictius inhibemus, ne aliquis in perſonam epiſcopi, ſacerdotis, vel cujuslibet clerici, vel religioſi viri, violentas manus injicere præſumat. Quicumque autem hoc attentaverit, tamdiu excommunicatus maneat, donec de tanta præſumptione ſatisfacturus, apoſtolico ſe conſpectui repræſentet; vel ab ejus legato, præſtita congrua ſatisfactione, abſolutionis beneficium conſequatur. Similiter ſub excommunicatione prohibe-

bemus, ne aliquis laicus clericum ad peregrina judicia trahere præſumat, veluti candentis ferri, vel aquæ, vel cujuslibet alterius judicii. Non enim pertinet ad laicum, clericum judicare. Si autem clericus peccaverit, ab archiepiſcopo, vel epiſcopo, vel etiam prælato ſuo, aut Romano pontifice, ſi neceſſe fuerit, judicetur.

*VI. De gradu conſanguinitatis in contrahendis matrimoniis obſervando.*

Cum ſacroſancta Romana eccleſia, quæ mater eſt omnium eccleſiarum, & magiſtra, decreverit ut nullus Chriſtianus uſque ad ſeptimum conſanguinitatis gradum conjugium contrahere præſumat: grave nimis eſt, & divini dignum animadverſione judicii, quod in partibus Dalmatiæ ac Diocliæ a multis factum in veritate comperimus, ut homines Dei timorem non habentes, cum conſanguineis in quarto gradu & quinto, vel infra, contra ſanctorum patrum conſtitutionem conjugia contrahere non formident. Quapropter præſenti decreto ſtatuimus, ut quicumque in quarto gradu præſertim, vel infra, conjugium habere convincitur, niſi ad mandatum eccleſiæ ſatisfecerit, & a ſuæ conſanguinitatis inceſta conjunctione receſſerit, tamdiu maneat excommunicatus, & ab omnibus eccleſiæ ſacramentis ſeparatus, donec a nefaria copula ſeparetur, & ad mandatum eccleſiæ ſatisfaciat.

*VII. Ut clerici tonſuram teneant clericalem.*

Item præcipimus ut clerici raſuram & tonſuram teneant clericalem. Qui autem hoc non fecerit, ab epiſcopo diſtrictione canonica compellatur.

*VIII. Ut laici a rebus eccleſiaſticis abſtineant.*

Cum duæ ſint in terris poteſtates a Domino conſtitutæ, ſpiritualis videlicet & ſæcularis, & una de ſpiritualibus & eccleſiaſticis, altera de ſæcularibus habeat judicare: grave committit peccatum quicumque laicus vel eccleſias donare, vel eccleſiaſticas perſonas judicare præſumit. Quocirca præſenti decreto ſtatuimus, authoritate Dei omnipotentis, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & domini papæ Innocentii, ut quicumque clericus de manu laica eccleſiam vel eccleſiaſtica beneficia receperit, tam qui dederit, quam qui receperit, tamdiu vinculo excommunicationis teneatur aſtrictus, donec ad mandatum eccleſiæ ſatisfaciat: & quod contra ſacros canones factum fuerit, irritum habeatur & inane. Illos autem laicos, qui ante conſtitutionem iſtam eccleſias donaverunt, vel in eccleſiaſticas perſonas manus injecerunt violentas, volumus per epiſcopos tertio commoneri; &, niſi pœnitentiam egerint competentem, eadem ſententia teneantur aſtricti.

*IX. Excommunicantur theſaurorum eccleſiaſticorum detentores, & qui Latinos in ſervitute detinent.*

Excommunicamus omnes illos qui theſauros eccleſiarum injuſte detinent, donec reſtituant; & eos qui Latinos detinent in ſervitute, niſi recepta pecunia quam dederunt, eos priſtinæ reſtituant libertati.

*X. Excommunicantur illi qui uxores ſine judicio eccleſiæ dimittunt.*

Excommunicamus item illos omnes qui proprias dimiſerunt uxores, vel de cetero dimiſerint ſine judicio eccleſiæ, donec ad ipſas revertantur.

*XI. Ut nothi ad ſacros ordines non accedant.*

Prohibemus etiam ut filii presbyterorum, & qui de legitimo non ſunt nati matrimonio, ad ſacros ordines non accedant.

*XII. Ut nullus ante trigeſimum annum ad ſacerdotium promoveatur.*

Similiter prohibemus, ut nullus ordinetur in ſacerdotem, niſi trigeſimum expleverit annum.

## SUBSCRIPTIONES.

Ego frater Joannes domini papæ capellanus, apoſtolicæ ſedis legatus, ſcripſi & ſubſcripſi.
Ego frater Simon domini papæ ſubdiaconus, apoſtolicæ ſedis legatus, ſubſcripſi.
Ego Joannes Dioclienſis & Antibarenſis archiepiſcopus ſubſcripſi.
Ego Dominicus archipresbyter Arbanenſis ſubſcripſi.
Ego Petrus Scuarienſis epiſcopus ſubſcr.
Ego Joannes Polatinenſis epiſcopus ſubſcr.
Ego Petrus Arvaſtinenſis epiſcopus ſubſcr.
Ego Dominicus Soacinenſis epiſcopus ſubſcr.
Ego Natalis Dulcinenſis epiſcopus ſubſcr.
Ego Theodorus Sareanenſis epiſcopus ſubſcr.

PRIT-

# ☞ FRITIZLARIENSE CONCILIUM

In quo pro fide ſervanda ſupremis morientium voluntatibus Sanctio edita,

*A Gerardo Archiepiſcopo Moguntino circa exitum ſæculi XII. & ſequentis exordium habitum.*

Ex Suppl. Manſi T. II. p. 784. EXeunte ſæculo XII. & XIII. exordiente Moguntinæ cathedræ inſedebat Gerardus, ſub quo habitum Fritilzariæ provinciale concilium his verbis indicatur in ſynodo diœceſana anni 1549. ſub Sebaſtiano Moguntino archiepiſcopo legenda apud Lunig. Spicil. Eccleſ. pag. 129. A cap. XCVII. *Quamvis jam olim multis conciliis provincialibus, velut Fritizlarienſis domini Gerardi, & aliorum archiepiſcoporum Moguntinenſium ſuper teſtamentorum ordinatione cautum ſit, quibus omnino ſuum robur manere volumus, videmus tamen &c.* Nec plura de Concilio hoc comperi.

# ☞ RICHARDI REGIS ANGLIÆ STATUTUM

*Pro immunitate hominum ſacrorum.*

## COLLECTORIS PRÆMONITIO.

Ibid. p. 779. *STatutum iſtud Richardi, quod omnes fugit concil. Anglicanorum collectores, inſertum legi in epiſt. Innocentii III. ad Humbertum Cantuarienſem in regiſtro Innocentii vulgato a Baluzio lib. I. pag.* 220. *Innocentius enim ſtatutum illud in litteras ſuas integrum tranſtulit, dignumque cenſuit, quod Apoſtolica authoritate confirmaretur, quam ipſam confirmationem, & contentum in ea ſtatutum, hic exhibeo.* B

*INNOCENTIUS PAPA HUBERTO Cantuarienſi Archiepiſcopo.* C

MOnet nos apoſtolicæ ſedis, cui licet immeriti præſidemus, authoritas pro ſtatu omnium eccleſiarum provida circumſpectione ſatagere, & ne malignorum rapinis, vel moleſtiis exponantur, apoſtolicum ipſis patrocinium exhibere. Eapropter, venerabilis in Chriſto frater, tuis juſtis precibus & honeſtis gratam conniventiam impendentes, ſtatutum illud, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter R. illuſtris Anglorum rex ſuper libertate ac immunitate eccleſiarum & perſonarum ipſarum poſt redemptionem ſui provida deliberatione feciſſe dignoſcitur, ſicut in ſcripto ipſius regis exinde confecto plenius continetur, authoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti pagina communimus; & ad hujus rei perpetuam firmitatem, continentiam ipſius reſcripti de verbo ad verbum his duximus inſerendam. D

„ Richardus Dei gratia rex Angliæ, dux
„ Normanniæ, Aquitaniæ, comes Andegavenſis
„ archiepiſcopis, & epiſcopis, & univerſo clero
„ regni Angliæ, ſalutem. Gratias agimus affe-
„ ctuoſas univerſitati veſtræ pro eo quod de the-
„ ſauris, & ornamentis eccleſiaſticis, & facul-
„ tatibus veſtris ad corpus noſtrum redimendum
„ tam benigne nobis, & liberaliter ſubveniſtis,
„ & quod nobis in tanta neceſſitate res eccle-
„ ſiarum veſtrarum, & veſtras gratis exponere
„ voluiſtis. Ne igitur quod de mera liberalitate
„ a vobis actum eſt ad liberationem corporis
„ noſtri, & ineffabilem honorem & utilitatem
„ noſtram futuris temporibus trahatur in conſe-
„ quentiam, & ſanctæ matri eccleſiæ vel vobis
„ diſpendium pravæ importet conſuetudinis, ad
„ omnium volumus notitiam pervenire, quod
„ ea, quæ nobis in prædicto neceſſitatis articu-
„ lo contuliſtis, nec unquam ex debito, vel per
„ conſuetudinem exegimus, nec poſteris ſumus
„ temporibus exacturi, nec hac vel alia occa-
„ ſione volumus dignitatibus ſanctæ matris ec-
„ cleſiæ in aliquo vel ejus libertatibus obviare,
„ ſed pro omni poſſe noſtro, & ſcientia (Deo
„ volente) volumus omnem ejus immunitatem,
„ & univerſas ejus dignitates, & libertates (ut
„ dignum eſt) conſervare integras, & pro loco
„ & tempore, in quibus licuerit, augmentare.
„ Nulli ergo &c.

Datum Peruſii XV. Kal. Octobris.

# ☞ ANTIBARENSE CONCILIUM

IN DIOCLEA DALMATIÆ PROVINCIA,

*In cauſa epiſcopi Soacenſis de crimine homicidii accuſati.*

*Ab A. S. LL. anno* 1199. *habitum.*

Ibidem. *QUanquam ex collectione Labbeana notum eſt concilium quoddam Dalmatinum; hoc tamen quod ex epiſtolis Innocentii III. a Baluzio vulgatis lib.* 2. *epiſt.* 180. *expreſſi, concilium, aliud plane* E *ab illo reputandum eſt; cum ad id tantummodo coactum ab apoſtolicæ ſedis legatis videatur, ut de cauſa Soacenſis epiſcopi quem homicidii reum poſtulaverant, cognoſceretur. Ad totam vero hujus accuſa-*

ANNO CHRISTI 1199.

*ſationis ſeriem, totiuſque rei hujus diſcuſſinem noſcendam ſufficiunt ipſæ Innocentii litteræ, quas ideo hic damus.*

## INNOCENTIUS ANTIBARENSI ARCHIEPISCOPO.

CUM acceſſiſſet nuper ad apoſtolicam ſedem venerabilis frater noſter B. Soacenſis epiſcopus, ſuper eo, quod dicebatur de homicidii crimine infamatus, coram nobis, & fratribus noſtris miſericordiam ſedis apoſtolicæ ſuppliciter implorabat. Cum autem nobis de facti ſerie non conſtaret, de proceſſu ipſius a dilectis filiis Jo- B hanne capellano & Simone ſubdiacono noſtris, qui rei veritatem plenius cognoverunt, dum in partibus Diocliæ legationis officio fungerentur, inquiſivimus diligenter: ex quorum aſſertione tenuimus quod ingreſſi provinciam Dalmatiæ ſuperioris fuiſſent, a majore parte Cleri, & populi Soacenſis de reatu homicidii dictum invenerunt epiſcopum infamatum. Cum autem ad ipſius eccleſiam acceſſiſſent, in præſentia ejuſdem Cleri, & populi Soacenſis infra Miſſarum ſolennia quidam de civibus, S. nomine, libellum ipſis accuſationis porrexit, aſſerens ſe teſtibus probatu- C rum quod epiſcopus reus eſſet homicidii perpetrati. Epiſcopus vero per inſtrumentum purgationis oblatum, quo juraſſe cum duobus epiſcopis dicebatur ſe nec feciſſe homicidium illud nec fieri præcepiſſe, innocentiam ſuam oſtendere ſatagebat. Quod tam tua quam illorum epiſcoporum aſſertione qui compurgatores fuiſſe dicebantur, falſum penitus repererunt, cum nullum a compurgatoribus exhibitum fuerit juramentum. Unde cauſam ipſam, ut populi ſcandalum ſedaretur, duxerunt juris ordine pertractandam, & per receptionem teſtium productorum in Concilio apud Antibarum congregato, voluerunt per D confeſſionem ipſius intelligere plenius veritatem: cujus fuit tale reſponſum, quod nec fecerat neque præceperat fieri homicidium perpetratum, & tam accuſatores quam teſtes inimicos ſuos exiſtere capitales. Et cum homicidium illud a T., & J. Presbyteris aſſereret perpetratum, objectum fuit ei ab accuſatore prædicto quod præſcriptum T. in Presbyterum ordinarat, in quo ſe confeſſus eſt peccaviſſe. Verum cum dicti Legati pariter pertractarent ſuper his quæ coram eis fue- A rant actitata, die ſequenti mitram eis & anulum in tua & epiſcoporum præſentia, qui convenerant ad Concilium, reſignavit: quæ ab eiſdem poſt aliquot dies repetiit, aſſerens ſe ab hoc velle ad ſedem apoſtolicam proficiſci, cui & adverſariis pariter datis dimiſſionis, certus fuit a jam dictis Legatis terminus aſſignatus.

Ceterum inter alia quæ dictus Epiſcopus in noſtra & fratrum præſentia recognovit, confeſſus eſt & non negavit ſe præfatum T. in Presbyterum ordinaſſe, poſtquam ipſum reatum homicidii audierat & crediderat commiſiſſe; cujus factum, cum familiaris eſſet ipſius, non poterat B penitus ignorare. Cum ergo ſecundum Apoſtolum epiſcopus bonum teſtimonium debeat & ab his qui ſunt intus & ab his qui ſunt foris habere, qui ad curam poſitus aliorum, in ſe ipſo debet oſtendere qualiter alios in domo Domini oporteat converſari, nec perferens memorandi criminis labem, lucidam gerat ſacerdotii dignitatem; non attendentes, quod ſatius ſit Domino in inferiori miniſterio deſervire quam graduum ſublimitatem appetere cum ſcandalo aliorum, Epiſcopum ipſum monuimus diligenter ut poſtquam epiſcopalia inſignia reſi- C gnarat, citra pontificale faſtigium creatori ſuo devotum impenderet amodo famulatum. Quod in humilitatis ſpiritu & contrito animo viſus eſt acceptaſſe. Unde ipſius propoſitum dignis laudibus commendamus. Ceterum quoniam non ſine noſtro & Cleri poſſet opprobrio mendicare, cum de proviſione ipſius propter locorum incertitudinem deliberare provide non poſſemus, ad petitionem ipſius fraternitati tuæ duximus apoſtolicas litteras deſtinare, præcipiendo mandantes quatenus de Soacenſis epiſcopatus proventibus ei competenter in neceſſariis facias provideri, ne pro defectu temporalium rerum propoſitum ejus va- D leat impediri. Et quoniam quidam coram te propriis nominibus deſignandi, eum dicuntur rebus propriis contra juſtitiam ſpoliaſſe, alii vero manus in eum ſacrilegas injeciſſe; volumus, & mandamus ut ſi rem ita inveneris ſe habere, & primos ad ablata reddenda in integrum appellatione remota compellas, & alios excommunicatos publice nunties, & ſicut excommunicatos tandiu facias evitari, donec paſſo injuriam S. C. & c. t. t. l. a S. a. u. a.

Datum Laterani VII. Idus ſeptembris.

# CONCILIA DUO, DIVIONENSE ET VIENNENSE.

### A Petro Capuano cardinale ſedis Apoſtolicæ legato celebrata anno MCXCIX. de Philippi Auguſti illicitis nuptiis.

IN *geſtis Innocentii III. editis a Franciſco Boſqueto, qui poſtea virtutum maximarum & ſummæ eruditionis merito epiſcopus fuit, Luteveнſis primum, ac demum Monſpelienſis, concilium utrumque deſcribitur. Narraturque primum, ut Philippus Auguſtus Francorum Rex, pulſa legitima conjuge, aliam contra fas adſcivit. Tum:* Innocentius Cæleſtino ſuccedens ſtatim, per litteras ſuas, & per Pariſienſem epiſcopum, ſæpe dictum regem ſtuduit commonere, ut eam removeret a ſe, quam contra interdictum eccleſiæ ſuperduxerat; & recipere illam in gratiam conjugalem, quam legitime ductam, illegitime duxerat amovendam; E juris ei licentia non negata, quo minus facta reſtitutione poſtmodum audiretur, ſi quid duceret proponendum. Conteſtans eidem, quod quantumcumque ſibi moleſtum exiſteret, eum * aliquo moleſtare: quia tamen oportebat eum plus cæleſti, quam terreno deferre Regi, & ſine perſonarum acceptatione ſicut ratio poſtularet. Quia vero idem rex ſæpe commonitus noluit acquieſcere, ſæpe dicto legato per apoſtolica ſcripta præcepit, quatenus ſublato appellationis obſtaculo, totam terram ipſius eccleſiaſtico ſubjiceret interdicto: ut nullum in ea, præter baptiſmum parvulorum, & pœnitentiam morientium, divi-

* *Forte* aliquo modo moleſtari *Hard.*

ANNO CHRISTI 1199.

divinum celebraretur officium, ſi forſan ei vexatio tribueret intellectum.

Divionenſe. Congregato igitur apud Divionem, archiepiſcoporum, nec non abbatum, & aliorum multorum concilio, Rex præſentiens quod idem legatus vellet procedere contra ipſum, per nuncios ſuos fecit ad ſedem apoſtolicam appellari. Legatus vero, non ut appellationi deferret, ſed ut differret ad tempus, quatenus alibi mandatum apoſtolicum commodius adimpleret: tandem apud Viennam multis archiepiſcopis convocatis, inter quos quidam de regno Franciæ fuere præſentes, interdicti ſententiam promulgavit: mandans per litteras ſuas, quibus etiam tenorem apoſtolicarum inſeruit litterarum, univerſis eccleſiarum prælatis in terra regis Franciæ conſtitutis, ut eam & ipſi ſervarent, & facerent, per ſuas litteras obſervari. Quod ſi forſan epiſcoporum aliqui contra eam venire præſumerent, ſcirent ſe ab officio pontificali ſuſpenſos. Ceteris vero cujuſcunque dignitatis, vel ordinis, officiorum & beneficiorum adminiſtrationem penitus interdicit. Omnes autem ad feſtum Aſcenſionis Domini proxime tunc futurum de inobedientia reſponſuros, ad ſedem appellavit. Receptis igitur litteris quidam in auditu auris obedire cœperunt, ſicut canonici Senonenſes, Pariſienſes; epiſcopus Silvanectenſis, Sueſſionenſis, Ambianenſis, Atrebatenſis, & quidam alii ſententiam interdicti firmiter obſervantes. Alii vero diſtulerunt obſervare ſententiam, ſicut Remenſis Archiepiſcopus, Laudunenſis, Noviomenſis, Autiſſiodorenſis, Belvacenſis, Morinenſis, Meldenſis, Carnotenſis, Aurelianenſis; & alii forte perpauci; nuncios ſuos ad ſedem apoſtolicam deſtinantes, per quos quaſdam excuſationes licet frivolas prætendebant; ſed promittebant quod illis expoſitis, ſi demum placeret ſummo pontifici, ſententiam obſervarent. Cum igitur ſummus pontifex excuſationes illas evidentiſſimis rationibus improbaret: præcepit eiſdem ut & ipſi pariter obſervarent ſententiam interdicti: qui audito præcepto humiliter paruerunt. *Vide & quæ ſequuntur, quæ hic deſcribere longius foret.*

*Chronicon vero S. Benigni ad cyclos Paſchales*, Anno, *inquit*, MCC. Concilium apud Divionem in eccleſia iſta convocatum eſt a domino Petro Capuenſi S. Mariæ in via lata diacono cardinale Apoſtolicæ ſedis legato: & interfuerunt ibi Lugdunenſis, Remenſis, Biſuntinenſis, & Viennenſis archiepiſcopi, & cum eis 18. epiſcopi; & abbates, Cluniacenſis, Verzeliacenſis, S. Remigii Remenſis, S. Dionyſii Pariſienſis, & alii quamplures quorum numerum non expreſſimus: & duravit concilium a feſto Nicolai quod eſt menſe Decembri uſque ad ſeptem dies. Poſt paucos vero dies prædictus cardinalis apud Viennam particulare revocavit concilium, ubi promulgavit ſententiam a domino papa Innocentio datam in omni terra quæ ſubjacet & obedit regi Francorum: ita quod in eccleſiis nullum celebraretur officium divinum, præter babtiſma puerorum, & pœnitentiam morientium. Et duravit interdictum apud nos a tertia die poſt Purificationem B. Mariæ, uſque in vigilia exaltationis S. Crucis.

Corr. MCIC. Concilium Divionenſe. Viennenſe.

*Utrumque vero concilium confudit Rigordus in geſtis Philippi Auguſti ad annum MCXCIX. & Divionenſi uni tribuit omnia, quæ tum Divione, tum Viennæ geſta ſunt.* Eodem, *inquit*, anno, menſe Novembri, in feſto S. Nicolai convocatum eſt concilium apud Divionem a Petro cardinali, omnium epiſcoporum, abbatum, & priorum totius regni. Sed quia contra regem Franciæ, regnum ipſius ſub interdicto ponere moliebatur: a nunciis regis ad Romanam ſedem eſt appellatum. Tamen ipſe cardinalis, appellationi non deferens, in eodem loco adſtantibus epiſcopis univerſam ſententiam protulit: ſed uſque ad xx. dies poſt nativitatem Domini non eſſe publicandam præcepit. Tranſactis vero xx. diebus a nativitate: tota regis Francorum, interdicto ſubjacuit. Quo audito rex vehementer iratus quia epiſcopi ſui interdicto faciendo conſenſerant, ipſos epiſcopos a propriis ſedibus perturbavit, & canonicos eorum ſeu clericos, omnibus rebus ſuis expoliatos de terra ſua ejici præcepit, & bona eorum conficavit. Presbyteros etiam, qui in parochiis manebant, omnes ejecit, & bona eorum diripuit. Ad cumulum vero totius mali, Ingeburgem uxorem ſuam legitimam, reginam ſanctam, omnibus bonis moribus & virtutibus ornatam, omniumque ſuorum ſolatio deſtitutam, apud Stampas in caſtro ſuo reclusit. *Hæc Rigordus.*

*Guillelmus Armoricus, res in utroque concilio geſtas uni pariter Divionenſi tribuit.* At Petrus, *inquit*, Capuanus, convocato concilio apud Divionem oppidum Allobrogum regnum Franciæ interdixit. *Audierat Guillelmus, id quod erat, latam eſſe interdicti ſententiam, in Allobrogum urbe (nempe Vienna) Divione vero latam perſuaſerat Rigordus, cujus eſt breviator. Hinc Divionem in Allobrogibus conſtituit.*

*Gravius erravit monachus Aquicinctinus, dum Viennam trans Appeninum conſtituit.* Petrus, *inquit*, cardinalis pertranſiit Burgundiam: tranſcendit Apenninum montem: ſententiam, quam in Francia ex domini Papæ præcepto ferre debuerat: ibi dedit. *Addit.* Interdicti ſententiam epiſcopi quidam ferventiſſime obſervaverunt, Pariſienſis, Silvanectenſis, Ambianenſis, Atrebatenſis & alii, quorum non habemus notitiam. Hos papa Innocentius miris, per epiſtolas illis miſſas, effert laudibus: contemptores autem verbis terret minacibus.

*Rogerius Hovedenus hæc dum refert, Philippi conjugem, non Ingeburgem, ſed Botildam vocat. Januario menſe latam ſententiam aſſerit, confirmatam fuiſſe ab Innocentio Papa, exceptoſque eos qui ſuſceperant, vel ſuſciperent crucem peregrinationis Hieroſolymitanæ.*

## FORMA INTERDICTI.

Ex Martene Theſauro Anecdot. Tom. 4. P 147.

Domini PETRI Capuani Romanæ Eccleſiæ Cardinalis apoſtolicæ ſedis legati promulgata in Concilio Divionenſi per omnes eccleſias regni Francorum pro eo quod PHILIPPUS II. rex Francorum, relicta legitima uxore ſua Domina ENGELBURGI filia regis Daciæ, quam ſolemniter deſponſaverat & coronaverat ut reginam in urbe Ambianenſi, alteram reginam ſuperduxerat, nec dimittere volebat, pluries ammonitione præmiſſa & legitime per viros idoneos.

*Ex MS. Corbejenſi.*

OMnes eccleſiæ ſint clauſæ, nec aliquis admittatur in eis niſi ad parvulos baptizandos, nec aliquatenus aperiantur, niſi pro luminaribus accendendis, vel quando ſacerdos accipiet euchariſtiam & aquam benedictam ad opus infirmorum. Suſtinemus miſſam ſemel in hebdomada celebrari in die Veneris ſummo mane pro Euchariſtia ad opus infirmorum, admiſſo uno ſolo

ANNO CHRISTI 1199.

ſolo clerico qui ſacerdoti miniſtret. Prædicent ſacerdotes diebus Dominicis in atriis, & loco miſſæ diſſeminent Verbum Dei. Horas canonicas dicant extra eccleſias, non audientibus laicis: ſi dicant epiſtolam vel evangelium, caveant ne audiantur a laicis, nec in cimiterio ſupra terram vel infra permittant corpus ſepeliri. Dicant præterea laicis, quod ipſi graviter peccant, & excedunt tumulando corpora in terris etiam non benedicta, alienum ſibi officium in hac parte uſurpando. Prohibeant parochianis ſuis intrare eccleſias apertas in terra Domini regis, non benedicant peras peregrinorum niſi extra eccleſiam. In ſeptimana pænoſa non celebrent; ſed uſque in diem paſchæ celebrare differant, & tunc celebrent private, nullo admiſſo niſi uno clerico, ſicut ſuperius eſt expreſſum, nec communicet aliquis etiam in paſcha, niſi infirmus in periculo mortis. In eadem ſeptimana vel in ramis palmarum parochianis prædicent, ut die paſchæ mane conveniant ante eccleſiam, & dabitur eis licentia comedendi carnes, panem benedictum diei. Firmiter prohibentur mulieres in A eccleſia ad purificationem ne admittant, ſed eas moneant, ut die purificationis congregatis vicinis ſuis orent extra eccleſiam, nec intrent eccleſiam mulieres, quæ purificandæ erant, etiam ad levandos de ſacro fonte parvulos baptizandos, donec poſt interdictum intromittantur per ſacerdotem. Omni petenti dent pœnitentias in porticu eccleſiæ: ſi tum eccleſia non habuerit porticum, ſuſtinemus ut in limine proximioris portæ eccleſiæ quæ pro intemperie aeris & pluviæ aperiri poterit & non aliter dent pœnitentias, omnibus excluſis præter illum & illam quæ confitebitur, ita quod ſacerdos & B confitens poſſit audiri ab illis qui fuerint extra eccleſiam. Si tamen ſerenum fuerit tempus, dentur pœnitentiæ ante januas eccleſiæ clauſæ. Non ponantur extra eccleſiam vaſa cum aqua benedicta, nec clerici ferant aquam benedictam, cum omnia ſacramenta eccleſiaſtica præter illa duo quæ excepta ſunt, conſtet eſſe prohibita. Extremam unctionem, quæ maximum eſt ſacramentum, non licet dare.

## AD CONCILIUM DIVIONENSE, ET VIENNENSE

## *JOANNIS DOMINICI MANSI ADDITIO.*

Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 778.

IN tradendis rebus Conciliorum Divionenſis & Viennenſis duplici errore huc uſque peccatum eſt. Erraſſe ante Rigordum in vita Philippi Auguſti cenſet Labbeus, quod ſcilicet unius tantummodo Divionenſis concilii author ille meminerit, cum reipſa duo interceſſerint Divionenſe, & Viennenſe, teſte authore vitæ Innocentii III. apud eundem Labbeum. Rigordum tamen excuſare pronum eſt, cum aſſerat, non ambigue ſententiam quidem interdicti latam fuiſſe in Concilio Divionenſi, ejus tamen executionem ex indulgentia legati dilatam uſque ad viginti dies poſt natalem Domini diem. Conſtituta quidem die iterum epiſcopos conveniſſe apud Viennam, ut cenſuram executioni mandarent non meminit Rigordus, quod poſtremus iſte conventus non quidem novum eſſet Concilium, C ſed prioris Divione habiti, velut complementum & acceſſio. Hinc Viennenſes patres non quidem ſuo, ſed concilii Divionenſis nomine ſententiam hanc interdicti promulgarunt, ut legitur in titulo ejuſdem ſententiæ ex Martenii anecdotis tom. IV. pag. 147. in collectione Veneto-Labbeana recitatæ: *Forma interdicti domini Petri Capuani promulgata in Concilio Divionenſi &c.*

Diligentiam pariter accurati chronologi exigit annus, cui utrumque (ſi duo & non potius unicum per D longius temporis ſpatium prorogatum appellare malueris) Concilium illigandum eſt. Divionenſe enim recte anno 1199. aſſignatur; Viennenſe quod poſt viginti a nativitate Domini dies conve...., nonniſi ad ſequentem annum 1200. pertinet.

### *Ejuſdem annotatio altera de Concilio Divionenſi.*

ADdendum aliquid huic Concilio ſuccurrit ex epiſt. 35. Innocentii III. Regeſt. Lib. V. colt. Baluzii quæ Epiſtola data eſt ad Bitulic. Archiepiſc. Hujus hæc ſunt verba: *Accedentes nuper ad Apoſtolicam Sedem Burgenſes de Charitate contra venerabilem fratrem noſtrum Altiſſiodorenſem Epiſcopum querimoniam intenderunt aſſerentes, quod cum olim idem Epiſcopus in eos, tanquam ſuſpectos de hæreſi, excommunicationis ſententiam promulgaſſet ipſi tandem ad dilecti filii noſtri Petri tit. S. Marcelli Presbyteri Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legati præſentiam accedentes, juraverunt ſe mandatis Eccleſiæ parituros. Unde Cardinalis ipſe in concilio apud Divionem habito præſentibus multis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, eos tam ab excommunicatione, quam ab infamia prorſus abſolvit, & pœnitentiam eis competentem injunxit, quam ipſi poſtmodum humiliter compleverunt.* E

# CONCILIUM LONDONIENSE

## APUD WESTMONASTERIUM CONTRA PROHIBITIONEM

Gaufridi comitis de Eſſexia pro reformatione eccleſiæ Anglicanæ per Hubertum Cantuarienſem archiepiſcopum, celebratum anno Domini MCC. tempore Innocentii Papæ III.

*Extat apud Rogerum de Hoveden rerum Anglicanarum ſcriptorem, his verbis:* Eodem anno Hubertus Cantuarienſis archiepiſcopus generale celebravit concilium Londoniis apud Weſtmonaſterium, contra prohibitionem Gaufridi filii Petri comitis de Eſſexe, tunc temporis ſummi juſtitiarii Angliæ. In quo concilio idem archiepiſcopus ſubſcripta promulgavit decreta, ſtatuens ea a ſuis ſubjectis inviolabiliter obſervari.

### TITULI CAPITULORUM.

A

1. *Ut verba divini officii diſtincte proferantur.*
2. *Quod non liceat presbytero bis in die celebrare.*
3. *De baptiſmate vel confirmatione, ſi dubitetur.*
4. *De pœnitentia.*
5. *Quo modo archiepiſcopus, epiſcopus, & eorum officiales, debeant hoſpitari cum ſubjectis.*
6. *Ne quis ordinetur ſine certo titulo.*
7. *Quod non liceat excommunicationis ſententiam proferre, niſi canonica commonitio præcedat.*
8. *Nihil exigendum pro ſacramentis adminiſtrandis.*
9. *Ne decima minuatur occaſione mercedis ſervientium vel meſſorum.*
10. *Ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti ſocarias habeant.*
11. *Quales perſonæ debeant contrahere matrimonium.*
12. *Diffamatis publica fama indicatur purgatio.*
13. *Ut leproſi cœmeterium & propriam habeant capellam.*
14. *Ne aliquis, ſine epiſcopali auctoritate, eccleſiaſtica beneficia de manu laica recipiat.*

### DECRETA HUBERTI CANTUAR. ARCH.

#### I. *Ut verba divini officii diſtincte proferantur.*

Cum in divinis officiis non ſine periculo corporum & animarum erretur, ſalubri proviſione conſilii proſpeximus, ut a quolibet ſacerdote celebrante, verba Canonis rotunde dicantur, & diſtincte, nec ex feſtinatione retracta, D nec ex diuturnitate nimis protracta. Non eſt enim ibi diu immorandum propter inſurgentes cogitationes, * quæ, ut muſcæ morientes, perdunt ſuavitatem unguenti. Similiter & omnes horæ & omnia officia aperte & diſtincte dicantur, ita quod ex feſtinatione nimia non præcidantur, vel ſyncopentur. Quod ſi obſervatum non fuerit, ſacerdotes hoc non E obſervantes poſt trinam admonitionem uſque ad condignam ſatisfactionem ſuſpendantur. Salvo in omnibus ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ honore & privilegio.

* quia muſcæ.

#### II. *Quod non liceat presbytero bis in die celebrare.*

Non liceat presbytero bis in die celebrare, niſi neceſſitate urgente: & tunc idem cum in die bis celebrat, poſt primam celebrationem nil infundatur calici. Sane poſt primam celebrationem diligentiſſime abſorbeantur ſtillulæ de calice & digiti ſugantur, vel lingua lambantur, & laven- B tur, reſervata lotura in vaſe mundo ad id ſpecialiter deputato: quæ lotura ſumatur poſt ſecundam celebrationem. Hæc ita ſe habeant: niſi in prima celebratione adſit diaconus, vel alius miniſter honeſtus, qui loturam ſumere poſſit. His adjicimus, ut reponatur eucharistia in pixide munda & honeſta, & in pixide munda & honeſta deferatur ad ægrum linteo mundo ſuperpoſito, & lucerna præcedente ac cruce, niſi æger valde remo- C tus fuerit. Renovetur quoque hoſtia ipſa ſingulis dominicis diebus, habeaturque certitudo circa ipſam eucharistiam, ita quod non ſumat non conſecratam pro conſecrata. His adjiciendum decrevimus, ut ſecreto non detur communio eucharistiæ * impetenti, ſed publice & inſtanter petenti danda eſt, niſi publicum ſit ejus delictum. Salvo in omnibus, &c.

* Forte, impœnitenti, & mox, pœnitenti, ex Conſtitut. Ricardi Epiſcopi Sarum.

#### III. *De baptiſmate vel confirmatione, ſi dubitetur.*

De baptiſmate vel confirmatione ſi dubitetur, ſacrorum canonum ſtatuta ſequentes, ſtatuimus ut conferatur, quia non dicitur iteratum quod non ſcitur fuiſſe collatum. Ideoque baptizentur expoſiti, de quorum baptiſmo dubitatur; ſive inveniantur cum ſale, ſive ſine ſale. Adjicimus etiam, ut nullus teneatur ad confirmationem à patre vel matre, vel vitrico, vel noverca. Et ut non liceat diaconibus baptizare, vel pœnitentias

ANNO CHRISTI 1200. tias dare, niſi duplici neceſſitate, videlicet, quia ſacerdos non poteſt, vel abſens, vel ſtulte non vult, & mors imminet puero, vel ægro. Si vero in neceſſitate puer baptizetur a laico, quod fieri poteſt a patre vel a matre abſque matrimonii præjudicio, ſequentia immerſionem, non præcedentia, per ſacerdotem expleantur. Salvo in omnibus &c.

### IV. *De Pœnitentia.*

Cum pœnitentiæ, quæ eſt ſecunda tabula poſt naufragium, tanto major adhibenda ſit circumſpectio, quanto magis eſt neceſſaria poſt lapſum reparatio: nos ſacrorum canonum ſtatuta ſequentes, præcipimus ut ſacerdotes in pœnitentia diligenter attendant circumſtantias, quantitatem * ſcilicet perſonæ, & quantitatem delicti; tempus, locum, cauſam, moram in peccato factam, devotionem animi pœnitentis; & ut pœnitentia talis injungatur uxori, unde reddatur marito ſuo ſuſpecta de aliquo occulto & enormi peccato: idem de marito conſervetur. Nullus etiam ſacerdos poſt lapſum, antequam confiteatur, ad altare præſumat accedere celebraturus. Id adjicimus ad ſacerdotum cupiditatem reſecandam, ut Miſſæ non injungantur in pœnitentia his qui non fuerint ſacerdotes. Salvo in omnibus, &c.

* *Corr. qualitatem*

### V. *Quomodo archiepiſcopus, epiſcopus, & eorum officiales, debeant hoſpitari cum ſubjectis.*

*Concil. Lateran. ſub Alexand. III cap. 4. fere ad verbum.* Cum inter ea quæ ſtatuta ſunt a modernis patribus Lateranenſe concilium celeberrimum ſit, & omni modo conſervatione digniſſimum: nos ipſius inſtituta humiliter ac devote ſequentes, decernimus, ut archiepiſcopus parochias viſitans, quadrageſimum vel quinquageſimum evectionis numerum, epiſcopus, viceſimum vel triceſimum, nequaquam excedant: archidiaconus vero, quinque aut ſeptem; decani conſtituti ſub epiſcopis, duobus equis contenti exiſtant. Nec cum canibus venatoriis aut avibus proficiſcantur: ſed ita procedant, ut non quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti quærere videantur. Prohibemus etiam, ne ſubditos ſuos talliis & exactionibus epiſcopi gravare præſumant. Suſtinemus autem pro multis neceſſitatibus, quæ aliquoties ſuperveniunt, ut, ſi manifeſta & rationabilis cauſa extiterit, cum caritate modicum ab eis valeant auxilium poſtulare. *2. Cor. 12.* Cum enim dicit Apoſtolus: *Non debent filii theſaurizare parentibus, ſed parentes filiis*: multo longe a paterna pietate videtur, ſi præpoſiti ſubditis ſuis graves exiſtant, quos in cunctis neceſſitatibus paſtoris more debent fovere. Archidiaconi aut ſui decani nullas exactiones vel tallias in presbyteros ſeu clericos exercere præſumant. Sane, quod de ſupradicto numero evectionis ſecundum tolerantiam dictum eſt: in illis locis poterit obſervari, in quibus ampliores ſunt reditus, & eccleſiaſticæ facultates. In pauperibus autem locis tantam volumus teneri menſuram, ut ex acceſſu majorum minores non debeant gravari: ne ſub tali indulgentia illi qui paucioribus equis ut ſolebant hactenus, plurimam ſibi credant poteſtatem indultam. Spectat autem ad viſitationis officium, ea in primis quæ ad ſalutem animarum pertinent, cum omni diligentia procurare, & ut unaquæque eccleſia habeat calicem argenteum, & veſtimenta ſacerdotalia ſufficientia & honeſta, & libros neceſſarios, & utenſilia, & cetera, quæ ſpectant ad cultum & reverentiam ſacramenti. Sane ad præcidendum tam avaritiæ quam negligentiæ vitium, authoritate Toletani concilii ſubnixi, præcipimus ut viſitator, ab eccleſia, in viſitationis officium debito modo non exercet, procurationem aut procurationis redemptionem exigere non præſumat. Salvo, &c.

### VI. *Ne quis ordinetur ſine certo titulo.*

Illud etiam juxta tenorem Lateranenſis concilii firmiter obſervari præcipimus, *Idem Lateran. cap. 5.* ut ſi epiſcopus aliquem ſine titulo certo in diaconum vel presbyterum ordinaverit, tamdiu ei ſubminiſtret, donec ei in aliqua eccleſia convenientia ſtipendia militiæ clericali aſſignet: niſi forte talis, qui ordinatur, extiterit, qui de ſua vel paterna hæreditate ſubſidia vitæ poſſit habere. Idem in ſubdiaconi ordinatione ſtatuimus: adjungentes, ut ſi archidiaconus citra ſpeciale mandatum epiſcopi ſui aliquem prædictorum ordinationi præſentaverit, & is ad ejus præſentationem ordinatus fuerit, prædictæ pœnæ ſubjaceat. Salvo in omnibus, &c.

### VII. *Quod non liceat excommunicationis ſententiam proferre, niſi canonica commonitio præcedat.*

Rurſus Lateranenſis concilii ſtatuta ſequentes, *Idem cap. 6.* præcipimus, ut nec prælati, niſi canonica commonitione præmiſſa, ſuſpenſionis vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubjectos, niſi forte talis ſit culpa, quæ in ipſo genere ſuo excommunicationis pœnam inducat: nec ſubjecti contra diſciplinam eccleſiaſticam

ante

ANNO CHRISTI 1200.

ante ingreſſum cauſæ in vocem appellationis prorumpant. Si vero quiſquam pro ſua neceſſitate crediderit appellandum: competens ei ad proſequendam appellationem terminus præfigatur, infra quem ſi proſequi forte neglexerit, libere tunc epiſcopus authoritate ſua utatur. Si autem in quocumque negotio aliquis appellaverit, & eo qui appellatus fuerit veniente, qui appellaverit, venire neglexerit: ſi proprium quid habuerit, competentem illi recompenſationem faciat expenſarum; ut hoc ſaltem timore perterritus, in gravamen alterius non facile quis appellet. Præcipue vero in locis religioſis hoc volumus obſervari; ne monachi ſive quicumque religioſi, cum pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra regularem prælati ſui & capituli diſciplinam, appellare præſumant, ſed humiliter ac devote ſuſcipiant quod pro ſalute ſua eis fuerit injunctum. Ad reprimendam etiam multorum malitiam his duximus annectendum, ut ſingulis annis in genere ſolenniter excommunicentur ſortiarii, perjuri ſupra ſacramenta, incendiarii, fures, atrociores raptores. Ita ut qui ſcienter in diſpendium cujuslibet pejeraverint, non abſolvantur, nec eis pœnitentia ab aliquo injungatur, niſi ab epiſcopo diœceſano, vel ejus authoritate, præterquam in articulo mortis: & tunc eis injungatur, quod ex quo convaluerint, epiſcopum adeant, ab eo vel ejus authoritate pœnitentiam ſuſcepturi. Salvo in omnibus, &c.

*VIII. Nihil exigendum pro Sacramentis adminiſtrandis.*

Ib. c. 7. Sicut in Lateranenſi concilio ſalubriter a ſanctis patribus eſt proviſum, inhibemus, ne a perſonis eccleſiaſticis deducendis ad ſedem, vel ſacerdotibus, vel aliis clericis inſtituendis, aut ſepeliendis mortuis, aut benedicendis nubentibus, ſeu pro chriſmate, ſeu quibuslibet aliis ſacramentis, aliquid exigatur. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, portionem cum Giezi ſe noverit habiturum, cujus factum exactione turpi mulieris imitatur. His adjicimus, ne pro licentia celebrandi divina, a ſacerdotibus, vel docendi, a magiſtris, aliquid exigatur, & ſi ſolutum fuerit, repetatur. De ejuſdem etiam authoritate concilii prohibemus, ne novi cenſus ab epiſcopis, vel abbatibus, aliiſve, imponantur eccleſiis, nec veteres augeantur, nec partem redituum ſuis uſibus applicare præſumant: ſed libertatem, quam majores ſibi conſervari deſiderant, minoribus quoque ſuis bona voluntate conſervent. Si quis autem aliter egerit, irritum quod fecerit habeatur. Nulla inſuper eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia, vel eccleſiæ alicui tribuantur, vel promittantur, antequam vacent: ne deſiderare quis proximi ſui mortem videatur, in cujus locum beneficium ſe credit ſucceſſurum. Cum enim & in ipſis locis gentilium, legibus inveniatur prohibitum: turpe nimis eſt, & divini plenum animadverſione judicii, ſi in eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio locum habeat, quam & condemnare ipſi gentiles homines curaverunt. Salvo in omnibus, &c.

*IX. Ne decima minuatur occaſione mercedis ſervientium vel meſſorum.*

Cum Deo & ſacerdotibus Dei decimas dandas Abraham factis, & Jacob promiſſis inſinuent, & authoritas veteris & novi teſtamenti, nec non & ſanctorum patrum ſtatuta, declarent decimas de omnibus, quæ per annum renovantur, præſtandas; id inviolabiliter decernimus obſervandum, ita quod, occaſione mercedis ſervientium vel meſſorum, decima pars non minuatur, ſed potius integrum perſolvatur. Habeant etiam presbyteri poteſtatem ante autumnum excommunicandi omnes fraudatores decimarum ſuarum, & eoſdem ſecundum formam eccleſiaſticam abſolvendi. Huic adjicimus ſanctioni, ut de terris noviter excultis non alias dentur decimæ, quam eccleſiis parochialibus, infra quarum limites terræ illæ, de quibus decimæ proveniunt, excoluntur. Detentores vero decimarum, juxta Rotomagenſis concilii conſtitutum, ſi ſemel, ſecundo, & tertio commoniti, exceſſum ſuum non emendaverint, uſque ad ſatisfactionem condignam anathematis vinculo feriantur. Salvo in omnibus, &c.

*X. Ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti focarias habeant.*

Statuimus ut in eccleſia, cujus reditus annuus quantitatem trium marcarum non excedit, nullus inſtituatur, niſi qui in propria perſona ibidem voluerit deſervire. Statuta etiam Lateranenſis concilii Ibid. c. 11.
reverenter amplectentes, decernimus ut clerici in ſacris ordinibus conſtituti, ſi mulierculas in domibus ſuis ſub incontinentiæ voto * tenuerint (* al. non): aut abjiciant eas, & continenter vivant, aut ab officio & beneficio eccleſiaſtico fiant alieni. His etiam annectimus: ut clerici non interſint tabernis & publicis potationibus. Hinc etenim accidunt contentiones & rixæ, adeo quod laici quandoque clericos

eos verberantes incidant in canonem. Qui cum ad papam mittantur, non eſt æquum quod clerici, qui culpa ſua quodammodo tamen dedere delictum, maneant impuniti. Clerici etiam omnes habitum habeant clericalem, & tonſuram canonicam. Archidiaconi autem, & alii in dignitatibus conſtituti, & presbyteri, cappis manicatis utantur. Salvo in omnibus, *&c.*

*XI. Quales perſonæ debeant contrahere matrimonium.*

Vir non contrahat cum aliqua conſanguinea olim uxoris ſuæ; ſimiliter nec uxor cum aliquo conſanguineo quondam viri ſui. Et ſuſceptus in baptiſmo non contrahat cum filia baptizantis, vel ſuſcipientis, ante vel poſt genita. Nec contrahatur aliquod matrimonium ſine trina denunciatione publica in eccleſia, neque ſi fuerint perſonæ incognitæ. Sed nec copulentur aliquæ perſonæ matrimonio, niſi publice in facie eccleſiæ, & præſente ſacerdote: & ſi ſecus factum fuerit, non admittantur alicubi in eccleſia; niſi ſpeciali authoritate epiſcopi. Nulli etiam conjugatorum liceat, iter remotum peregrinationis arripere, niſi mutuo conſenſu publicato. Salvo in omnibus, *&c.*

*XII. Diffamatis publica fama indicatur purgatio.*

Diffamati fama publica, vel veriſimilibus indiciis ſuper crimine, de quo vinci non poſſunt, commoneantur ſemel, ſecundo, & tertio, ut confiteantur, & ſatisfaciant: ſi vero incorrecti in negatione perſtiterint, indicatur eis purgatio, & non occaſione pecuniæ captandæ differatur de die in diem, ſed ſtatim primo die, ſi parata fuerit, ſuſcipiatur, & canonicum numerum non excedat. Salvo, *&c.*

*XIII. Ut leproſi cæmeterium & propriam habeant capellam.*

Affectu pietatis inducti, concilii Lateranenſis etiam inſtitutione ſuffulti, decernimus, ut ubicumque tot leproſi ſimul fuerint congregati, qui eccleſiam cum cœmeterio ſibi conſtruere & proprio valeant gaudere presbytero, ſine contradictione aliqua habere permittantur. Caveant tamen ut injurioſi veteribus eccleſiis non exiſtant. Quod enim eis pro pietate conceditur, ad aliorum injuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de ortis nutrimentis animalium ſuorum

A decimas tribuere non cogantur. Salvo in omnibus, *&c.*

*XIV. Ne aliquis, ſine epiſcopali authoritate, eccleſiaſtica beneficia de manu laica recipiat.*

Lateranenſis concilii tenore perpenſo (*Ibid. c. 9.*) decernimus, ne fratres templi, vel hoſpitalis, ſive quicumque alii religioſi, eccleſias, vel decimas, vel alia beneficia eccleſiaſtica ſine epiſcopali authoritate de manu laica recipiant: dimiſſis etiam, B quas contra tenorem iſtum moderno tempore receperunt. Excommunicatos, & nominatim interdictos, tanquam ab omnibus aliis, juxta ſententiam epiſcoporum, ſtatuimus evitandos. In eccleſiis ſuis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, inſtituendos presbyteros epiſcopis præſentent: ut eis quidem de plebis cura reſpondeant, ipſis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Inſtitutos autem inconſultis epiſcopis non audeant removere. Si vero templarii ſive hoſpitalarii ad eccleſiam in- C terdictam venerint, non niſi ſemel in anno ad eccleſiaſticum admittantur officium, nec tunc ibi corpora ſepelient defunctorum interdictorum. De fraternitatibus autem hæc conſtituimus: ut, ſi non ſe prædictis fratribus omnino reddiderint, ſed in proprietatibus ſuis duxerint remanendum, propter hoc ab epiſcoporum ſententia nullatenus eximantur; ſed poteſtatem ſuam, ſicut in alios parochianos ſuos exerceant, cum de exceſſibus ſuis fuerint corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum eſt, ab aliis D quoque religioſis, qui præſumptione ſua epiſcoporum jura præripiunt, & contra canonicas eorum ſententias & tenorem privilegiorum ſuorum venire præſumunt, præcipimus obſervari. Si autem contra hoc ſtatutum venerint: & eccleſiæ, in quibus iſta præſumpſerint, ſubjiciantur interdicto, & quod egerint, ejuſdem auctoritate concilii irritum habeatur & vacuum. Monachi etiam ſub pretio non recipiantur in monaſterio, nec peculium habere permittantur, nec ſinguli per villas & oppida, ſive quaſcumque parochia- E les ponantur eccleſias: ſed in majore conventu, aut cum aliquibus fratribus maneant, nec ſoli inter ſæculares homines, ſpiritualium hoſtium * afflictum ex pectent, Salomone dicente: *Væ ſoli, quia, ſi ceciderit, non habebit ſublevantem.* (*Eccleſ. 4.*) Si quis autem exactus pro ſua receptione aliquid dederit, ad canonicos ordines non accedat: is autem qui acceperit, officii ſui privatione mulctetur. Si vero peculium habuerit, niſi ei ab abbate fuerit pro injun-

* conflictum

ANNO CHRISTI 1200.

injuncta adminiſtratione permiſſum, a communione removeatur altaris: & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat ſepulturam: quod etiam de diverſis religioſis præcipimus obſervari. Abbas autem, & qui diligenter iſta non curaverit, officii ſui jacturam ſe noverit incurſurum. Prioratus quoque, ſeu obedientiæ, pretii datione nulli tradantur: alioquin & dantes & accipientes a miniſterio fiant eccleſiaſtico alieni. Priores vero, cum in conventualibus eccleſiis fuerint conſtituti, niſi pro manifeſta cauſa & rationabili non mutentur: videlicet ſi dilapidatores fuerint, ſi incontinenter vixerint, aut tale aliquid egerint, pro quo amovendi merito videantur: aut alii etiam pro majoris neceſſitate officii fuerint transferendi. Et illud præterea dignum adjectione videtur, ne monachi, aut canonici nigri, vel moniales nigræ, cappis coloratis utantur, ſed tantum nigris: nec utantur coopertoriis, niſi nigris vel albis, cum pellibus agninis, vel catinis, vel vulpinis. Monachi etiam aut alii religioſi pileis non utantur: nec obtentu peregrinationis clauſtrum egrediantur. Decernimus etiam, ut in qualibet eccleſia monachorum, vel quorumlibet religioſorum, ſuis uſibus canonice appropriata, vicarius inſtituatur proviſione epiſcopi, honeſtam & ſufficientem ſuſtentationem de bonis eccleſiæ percepturus.

# CONCILIUM NIGELLENSE,

## AB OCTAVIANO, SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO,

Celebratum menſe Septembri, pridie nativitatis B. Mariæ, anno Dom. MCC. in quo interdictum Galliæ ſolutum, indictumque concilium Sueſſionenſe, ubi de regio matrimonio judicaretur.

*INterdicti ſententia, quam in Galliæ regnum tulerat Petrus Capuanus in concilio Viennenſi ſub finem anni MCXCIX. vim obtinere cœperat vigeſimo poſt Chriſti nativitatem die, hoc eſt, medio Januario anni MCC. Jam octavum menſem lugebat Gallia ſacrorum omnium expers: cum venit ſub initium Septembris Octavianus Oſtienſis & Velletrenſis epiſcopus, cardinalis, ſedis apoſtolicæ legatus: Galliamque religione triſtiſſima exolvit. De quo ſic Rogerus Hovedenus.* Eodem, *inquit*, anno MCC. Octavianus Oſtienſis epiſcopus, cardinalis, & apoſtolicæ ſedis legatus, venit in Franciam miſſus a latere domini Innocentii papæ ad cognoſcendum de divortio facto inter Philippum regem Franciæ, & Botildam reginam ſponſam ſuam, & ut ipſe in primis ante ingreſſum litis compelleret prædictum regem Franciæ dimittere adulteram ſuam Theutonicam, & reſumere ſponſam ſuam Botildam, & modo debito tractare. Factum eſt autem in vigilia nativitatis B. Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ, prædicto cardinali & archiepiſcopis, & epiſcopis, & clero Franciæ convenientibus apud S. Leodegarium in Nivele; Philippus rex Franciæ, & Botilda regina, & adultera ejus Theutonica, convenerunt illuc: & rex Franciæ admonitione præfati cardinalis, & conſilio ſuorum, dimiſit adulteram ſuam, & Botildam ſponſam ſuam recepit. Et ſtatim conqueſtus eſt de ea cardinalis, dicens, quod ipſe eam de jure habere ſibi in conjugem non debet, quia multum erant affines in conſanguinitate, & hoc probare modis omnibus præſto erat, & ideo petebat divortium inter eos fieri. Statuit ergo eis prædictus cardinalis ſpatium ſex menſium, & ſex hebdomadarum & ſex dierum, & ſex horarum, a vigilia illa nativitatis B. Mariæ ad deliberandum ſuper hoc, & locum placitandi ſtatuit eis apud * Seſſuns, electione reginæ Botildæ. Eodem die, ſcilicet in vigilia nativitatis S. Mariæ, poſtquam rex Franciæ adulteram ſuam dimiſerat, & Botildam ſponſam ſuam receperat: ſtatim relaxata eſt ſententia interdicti eccleſiarum de regno Franciæ, & pulſatis campanis facta eſt lætitia magna in clero & populo, quia interdictum illud jam duraverat pluſquam per triginta hebdomadas, & corpora defunctorum ſepulta erant extra villam per vicos & plateas.

* Soiſſons.

*Quibus autem conditionibus ſublatum ſit interdictum, diſtinctius explicant geſta Innocentii III. his verbis.* Octavianum Oſtienſem Epiſcopum legatum in Francia deſtinavit, talem ei formam præfigens, ut ante omnia ſatisfactionem plenariam de damnis & injuriis clericis irrogatis faceret exhiberi. Ita quod ii qui propter obedientiam & reverentiam apoſtolicæ ſedis graves perpeſſi fuerant contumelias, & jacturas, per apoſtolicam ſedem ſibi ſentirent & gauderent congrue ſatisfactum. Deinde ſuperinductam præciperet a regis conſortio tam localiter, quam carnaliter removeri; ut non ſolum a regis amplexibus, verum etiam a regni finibus faceret illam excludi, & præfatam reginam ab ipſo rege ſolenniter recipi, & regaliter pertractari; recepta publice juratoria cautione, quod eam ſine judicio eccleſiæ non dimitteret: & ſic relaxaret ſententiam interdicti, reſervata ſibi correctione illorum, qui ab initio non ſervaverant interdictum. Et ſi, poſt frequentes & diligentes admonitiones & exhortationes, idem rex præfatam reginam ſicut legitimam habere nollet uxorem, ſed mallet matrimonium accuſare: præcepit legato, ut pro termino peremptorio ad inchoandam cauſam ſpatium ſex menſium aſſignaret. Infra quod, ſi præfata vellet, commoneretur rex Danorum germanus ipſius, ut ad defenſionem ejuſdem viros prudentes cum advocatis, & teſtibus, & aliis quibuslibet neceſſariis, ſub apoſtolica, & regia ſecuritate dirigeret, competenti loco de libera voluntate partium aſſignato. *Quod ab Octaviano fuiſſe ſervatum, eadem acta deinde teſtantur.*

G. C. Legati adventum in Galliam memorat Rigordus ad annum MCCI. Non quod eo anno venerit; certum enim eſt ab eo ſublatum interdictum initio Septembris, octavo poſtquam promulgatum fuerat menſe ac proinde anno MCC. ut ex iis quæ ante dicta ſunt A conſtat. Sed cum narrandas haberet Rigordus res concilii Sueſſionenſis anno MCCI. ab Octaviano celebrati: ex occaſione adventum legati, & quædam quæ concilium antecefferant refert, licet ad annum præcedentem pertineant.

# CONCILIUM INCERTI LOCI.

Ex MS. Corbejenſi.

QUia non poteſt eccleſiis Dei melius conſuli, vel conſultius provideri, quam ſi circa rectores & miniſtros earum, ut idonei ſint, cura diligens habeatur, neceſſarium duximus his qui ad curam noſtram ſpecialiter pertinent, formam certam ſtatuendo præſcribere, quam & in ſe recte vivendo, ſi recte fuerint ordinati, & in eccleſia ſacramenta divina rite tractando; & etiam erga populum laudabiliter ſe ferendo debeant obſervare.

I.

*Contra illicite ordinatos.*

In primis igitur a miniſterio eccleſiæ & officii ſui executione eos cohibere volentes, prout condecet, qui ſecundum canones ab ordinibus C prohibiti, nihilominus ordines licet illicite ſuſceperunt, præcipimus quod ſacerdotes qui ſe noverunt ſervorum filios & præter dominorum ſuorum conſcientiam ordinatos, vel non de legitimo matrimonio natos, & abſque diſpenſatione epiſcoporum ſuorum promotos, vel qui fuerint advocati in cauſa ſanguinis, vel executores ſævorum præceptorum, aliquando in publicis amminiſtrationibus, vel homicidium perpetraverunt, vel bigami fuerunt, vel alias corruptarum mariti, vel qui excommunicati ordines ſuſceperunt, vel excommunicati ſive ſuſpenſi celebrari præſumſerunt, vel ſortilegium exercuerunt, & maxime dæmonibus immolando, non exequantur ſacerdotis officium, donec ſuper hoc ab eis fuerit D conſilium requiſitum.

II.

Idem dicimus de his qui ſimoniace vel furtive, vel per ſaltum, vel extra legitima tempora ordines ſuſceperunt.

III.

Idem de his qui ab epiſcopis hæreticis, ſchiſmaticis, vel nominatim excommunicatis, vel aliis epiſcopis ſunt ordinati præter ſuorum demandationem prælatorum.

IV.

Idem quoque dicimus de his qui interventores fuerint ſimoniacarum pactionum & labe illa infecti ordines nihilominus ſuſceperunt.

V.

*Sacerdotes & clerici caſte vivant.*

De aliis vero qui in ſuſceptione ordinum non peccaverunt, præcipiendo ſtatuimus, ut ſacerdotes & clerici, ſive beneficiati ſint ſive non, qui a vitio luxuriæ debent eſſe penitus alieni omnem libidinem fugiant & continenter & honeſte vivant, prout ad ſacrum eorum miniſterium noſcitur pertinere, nec in domibus propriis vel alienis publice concubinas, unde ſcandalum oriatur, tenere præſumant; ſed eas a ſe prorſus ex- B pellant & longius faciant amoveri, niſi velint ſimul officio & beneficio contra hoc agendo privari.

VI.

*Concubinæ ejiciendæ.*

Moneantur quoque concubinæ ut recedant ab ipſis, quæ niſi commonitæ recedant ab eiſdem, poſt trinam commonitionem (quoniam infamatur eccleſia) ab eccleſia expellantur, nec admittantur ad eccleſiaſtica ſacramenta, ſed ab altaribus legitimis ut infantes repellantur.

VII.

*Fœminæ clericis fugiendæ.*

Quia etiam volentibus conſervare continentiam non eſt tutum habitare cum fœminis, prohibemus ne ſacerdotes vel clerici beneficiati in domibus ſuis famulas habeant, de quibus debeat ſiniſtra ſuſpicio ſuboriri.

VIII.

*De peccantibus cum filia pœnitentiali.*

Cum autem ſacerdos, ſi peccaverit, peccare faciat populum Domini, & ideo debeat ab omni fornicatione immunda ſe continere, maxime a ſua pœnitentiali ſe contineat. Sciens quod in deteſtationem illius peccati dicitur in canone, ſic peccare pœnitentialem ſuam cognoſcentem, ſicut cognoſcentem a ſe baptizatam vel in baptiſmo ſuſceptam, pro quo peccato ſecundum canones quindecim annorum debetur pœnitentia, & poſtmodum detruſio in monaſterium.

IX.

*Clerici in conviviis ut ſe habeant.*

Inhibemus, ne ſacerdotes vel quilibet clerici tabernas frequentent, vel publicis potationibus, aut ſpectaculis, aut ubi turpia & inhoneſta cantantur interſint. Sed ſi ad convivia fuerint ab honeſtis perſonis invitati, ibi ſicut & ubique, ſobrie, modeſte, & honeſte ſe habeant; & poſt prandium ſobrie & cito recedant. Et ſi in eiſdem quibus intererunt conviviis inhoneſta vel turpia narrentur vel cantentur, ſi non poſſunt prohibere; ſaltem ita ſe gerant, ne videantur aurem vel animum adhibere; & quia non ſolum luxuriam, ſed & ſuperbiam quæ omnium malorum radix eſt, & a qua omnis perditio ſumſit initium, modis omnibus vitare debent & deteſtari, ſtatuentes adjungimus ut ipſi ſacerdotes & clerici quilibet habitum habeant ſuo ordini competentem. E

X.

*Eorum habitus & tonſura.*

Non manicas aut ſotulares habeant laqueatos vel roſtratos, nec ſacerdotes cappis utantur manicatis, nec ipſi ſacerdotes vel clerici comam nutriant; ſed ordinate circulariter & decenter tondeantur, & ita in omnibus ſe habeant, ne de ſuperbiæ vitio notari poſſint, qui aliis debent eſſe humilitatis exemplum.

XI.

*Avaritiam fugiant.*

Volentes quoq; ab eiſdem peſtem avaritiæ exſtirpare, prohibemus ne turpia lucra ſectentur, & ne aliquam negotiationis ſpeciem audeant exercere.

XII.

Nullus quoque veſtrorum, ſæcularem ammini-

ſtra-

ſtrationem exerceat, ex qua eum oporteat laicæ perſonæ actus ſui reddere rationem.

XIII.

*Non ſint advocati.*

Nec advocati ſint ſacerdotes vel clerici in foro ſæculari, niſi cauſas proprias, vel cauſas miſerabilium proſequantur perſonarum.

XIV.

*Nec vicinis noceant.*

Provideant autem ſacerdotes parrochias regentes, ne vicinis eccleſiis ſint damnoſi, recipiendo injuſte parrochianos eorum. Sint autem ſecundum reditus & facultates ſuas hoſpitales, & erga pauperes non avari.

XV.

*Confeſſio ante ſacrificium.*

Nullus etiam ſacerdos poſt lapſum, antequam ſacerdoti pœnitens confiteatur, ad altare præſumat accedere celebraturus, ſi copiam habuerit ſacerdotis.

XVI.

*Sacerdotum confeſſarii.*

Quilibet autem ſacerdos de conſenſu domini archiepiſcopi vel epiſcopi ſuum habeat confeſſorem, & in quolibet capitulo duo ſint confeſſores, quibus a domino archiepiſcopo vel epiſcopo conſtitutis, ejuſdem capituli ſacerdotes poſſint peccata confiteri. Si qua vero dubia fuerint, quæ per eos expediri nequeant; vel ſi quis de ſacerdotibus eis ob aliquam cauſam noluerit peccata ſua confiteri, ad principales pœnitentiarios domini archiepiſcopi vel epiſcopi recurrant. Si vero neutri eorum ſuum voluerit revelare peccatum, ad archiepiſcopum vel epiſcopum veniat, ut vel ei confiteatur, vel ab ipſo alius aſſignetur, cui velit & valeat confiteri.

XVII.

*De diligentia circa ſacramenta.*

Ad hæc, quia cum magna reverentia, devotione, & munditia tractanda ſunt eccleſiaſtica ſacramenta, & maxime ſacramentum redemtionis noſtræ, ſcilicet Corporis & Sanguinis Domini, ſtatuimus ut presbyteri circa ea quæ ad ſubſtantiam ſacramenti Corporis & Sanguinis Domini pertinent, ſint diligentes & intenti, proviſuri quod Euchariſtia in munda pyxide conſervetur, nec ultra VII. dies conſerventur hoſtiæ conſecratæ; ſed ſeptimana qualibet in die Dominica renoventur: ita quod poſt perceptionem Sanguinis Dominici reſervatæ hoſtiæ a miſſam celebrante ſumantur: habeaturque certitudo circa ipſam hoſtiam conſecratam, ut non ſumatur non conſecrata pro conſecratam, nec in celebratione miſſæ hoſtiam conſecratam pacem daturus ori ſuo ſacerdos admoveat, quia ante perceptionem, eam ore ſuo tangere non licebat. Si vero de patena, ſicut quidam faciunt, eam ſumat, poſt celebrationem miſſæ tam patenam quam calicem faciat a qua perfundi, vel ſolum calicem, ſi eam non ſumat de patena, habeatque ſacerdos juxta altare pannum mundiſſimum alio panno undique circumdatum, & honeſte ac decenter coopertum, ſicut habetur in quibuſdam eccleſiis, quo poſt ſumptionem ſacramenti ſalutaris digitos cum labiis tergat ablutos; & ſi os interius abluerit ſacerdos, non abjiciat ablutionem, ſed deglutiat ipſam.

XVIII.

*Duæ miſſæ uno die.*

Si vero ſacerdos neceſſe habeat bis in una die celebrare, quod niſi die Nativitatis & Reſurrectionis Dominicæ, vel quando corpus aliquod in eccleſia tumulandum, vel alia evidens neceſſitas urgeat, fieri prohibemus, poſt primam celebrationem, & ſanguinis ſumtionem, nihil infundatur calici quod a celebrante ſumatur; ſed tantum poſt celebrationem ſubſequentem. Poſt primam vero celebrationem diligentiſſime abſorbeantur ſtillæ de calice, & quod fuerit digitis in ca-

A lice ſuperfuſum, reſervetur in vaſe mundo ad id ſpecialiter deputato, & poſt ſecundæ miſſæ celebrationem, niſi forte in prima celebratione adſit diaconus vel alius miniſter honeſtus, qui loturam illam ſumere poſſit abſque conſcientiæ ſuæ læſione. In ſacramento autem Sanguinis Dominici major pars vini & modicum aquæ ponatur.

XIX.

*Euchariſtia ægris quomodo deferenda.*

His adjicimus, ut cum ad ægrum fuerit Euchariſtia deferenda, habeat ſacerdos aliam pyxidem mundam & honeſtam, in qua ſit burſa linea mundiſſima & honeſta, & in eâ deferat Corpus Dominicum ad ægrotos, linteo mundiſſimo ſuperpoſito, & lucerna præcedente, niſi æger valde remotus fuerit, & cruce ſimiliter, ſi fieri B poteſt, niſi forte crux fuerit apud ægrum; præcedente quoque tintinnabulo, ad cujus ſonitum excitetur devotio audientium. Habeat quoque ſacerdos ſemper ſecum orarium, quando cum Euchariſtia, ſicut diximus, vadit ad ægrum, & ſi æger remotus non fuerit, in ſuperpellicio ad ipſum accedat: habeatque vas argenteum vel ſtanneum, & ad hoc ſpecialiter deputatum, quod ſemper ſecum ad ægrum vadens deferat, ut in eo ægro dare valeat poſt ſuſceptam ab eo Euchariſtiam ſuorum loturam digitorum.

XX.

*Eccleſiæ ſit ſupellex honeſta.*

Ad hoc præcipimus, ut quælibet eccleſia habeat calicem argenteum cum aliis vaſis mundis decentibus & honeſtis, ſindonem mundam & C candidam amplitudinis congruentis, linteamina & alia ornamenta, quæ ad ſalutis officium ſpectant, honeſta, libros ad pſallendum & legendum idoneos, & ſacerdotalia ornamenta & veſtimenta ſufficientia pariter & honeſta, & qui miniſtrant ſacerdoti in altari, ſuperpelliciis induantur.

XXI.

*Canon.*

Præcipimus autem quod omnes habeant canonem miſſæ ſecundum conſuetudinem eccleſiæ correctum, & ut verba canonis in miſſa rotunde dicantur & diſtincte.

XXII.

*Horæ diſtincte dicendæ.*

Similiter & omnes horæ & omnia officia aperte & diſtincte dicantur: ita quod in feſtina-D tione nimia nec præſcindantur, nec ſyncopentur. Quod ſi obſervatum non fuerit; ſacerdotes hoc non obſervantes uſque ad condignam ſatisfactionem ſuſpendantur.

XXIII.

*Sacra ſupellex non vendenda.*

Ad hoc prohibemus, ne calices eccleſiarum vel vaſa altaris, ſeu veſtes vel libri eccleſiaſtici vel etiam tenementa eccleſiaſtica vendantur vel pignori obligentur, nec aliquo modo alienentur ab eccleſiis, niſi in caſibus conceſſis, & de licentia domini archiepiſcopi vel epiſcopi, forma canonica obſervata. Si vero ſecus actum fuerit, irritetur.

XXIV.

Eccleſiæ etiam vel altaria citra conſcientiam E domini archiepiſcopi vel epiſcopi vel officialis ſui ad firmam alicui non tradantur: nec laici eas vel quaſcumque decimas ad firmam aliquatenus teneant.

XXV.

*Penſiones.*

Statuimus etiam ut penſiones eccleſiarum veteres ſine aſſenſu noſtro non augeantur, nec novæ imponantur eiſdem. Si qui vero contra hoc ſtatutum egerint, penſiones in priorem ſtatum auctoritate noſtra noverint reducendas, & ſe propter hoc nihilominus pœna canonica puniendos.

## XXVI.

Sacerdotes ignoti non admittendi.

Ad hæc prohibemus diſtrictius, ne ſacerdotes ignoti, de quorum ordinatione non conſtat, ad divinorum celebrationem deſerviendo eccleſiis non admittantur, niſi de licentia noſtra, cum per litteras teſtimoniales vel teſtimonium virorum bonorum de eorum ordinatione fuerit ſufficienter fides facta.

## XXVII.

Capellani annuales.

Moneantur autem rectores eccleſiarum ne capellanos annuales ſine cauſa rationabili audeant amovere.

## XXVIII.

Excommunicati non admittendi.

Similiter prohibemus, ne excommunicatum aliquem vel interdictum parrochianum laicum in præjudicium proprii ſacerdotis vel ad ſepulturam B vel ad communionem Euchariſtiæ ſcienter aliquis ſacerdos admittat, & præcipue in ſolemnitate paſchali.

## XIX.

Pactio pro annualibus vetita.

Prohibemus etiam, ne annualibus vel triennalibus vel ſeptennalibus miſſarum faciendis laici vel clerici dare aliquid vel legare in teſtamento cogantur, & ne ſuper his aliqua pactio vel exactio vera vel ſub aliqua ſpecie palliata a ſacerdotibus vel aliis mediatoribus fiat & ne ſuperflua multitudine talium annualium ſe onerent ſacerdotes, ad quæ explenda honeſte ſufficere non poſſent, & propter quæ oporteat eos ſub certo pretio habere conductos ſacerdotes, vel ea aliis vendere facienda.

## XXX.

Confeſſio.

Prohibemus quoq; ne quis ſacerdos ſine mandato ſuperioris aut ejus qui in parrochia curam animarum habet, confeſſiones audiat, omiſſis propriis ſacerdotibus vel contemtis, niſi in articulo neceſſitatis

## XXXI.

Baptiſmus & pœnitentia a diacono

De baptiſmate vero & pœnitentia præcipimus, quod diaconi pœnitentias dare vel baptizare non præſumant, niſi in duplici neceſſitate, videlicet quia ſacerdos non poteſt, vel abſens eſt, vel ſtulte non vult, & mors imminet puero vel ægroto.

## XXXII.

Patrini.

Si vero inſtante mortis periculo puer baptizatur a laico, quod fieri poteſt in neceſſitate a patre vel a matre abſque matrimonii præjudicio, ſequentia immerſionem per ſacerdotem impleantur.

## XXXIII.

In baptiſmo vero maris duo mares & una fœmina ſuſcipiant baptizatum: a duabus vero fœminis, & uno mare fœmina ſuſcipiatur in baptiſmo.

## XXXIV.

Baptiſterium.

Baptiſterium autem habeatur in qualibet eccleſia baptiſmali lapideum vel aliud competens, quod decenter operiatur & reverenter conſervetur: ita quod in alios uſus non convertatur. Si vero puer qui creditur mortuus, domi fuerit cum feſtinatione, ut contingere ſolet, baptizatus; aqua propter reverentiam baptiſmi vel fundatur in ignem vel ad eccleſiam in baptiſterium deferatur.

## XXXV.

Baptiſmus ſub dubio.

Si vero contingat, pueros cum ſale expoſitos inveniri, baptizentur. Si vero ſine ſale expoſiti inveniantur, & utrum baptizati fuerint dubitetur, baptizentur: ita tamen quod ante prolationem iſtorum verborum, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, quæ ſola ſunt de ſubſtantia baptiſmi, & ſola debent A cum intentione baptizandi proferri; hæc a baptizante vero dicantur nominante baptizandum & dicente, *Ego non intendo te rebaptizare, ſed ſi baptizatus non es, ego baptizo te, &c.*

## XXXVI.

Confirmatio.

Similiter in confirmatione, ſi dubitetur, conferatur, quod dici non debet iteratum, quod neſcitur fuiſſe collatum.

## XXXVII.

Oratio dominica & ſymbolum

Quia quilibet chriſtianus adultus dominicam orationem, ſcilicet *Pater noſter*, & ſymbolum apoſtolorum, ſcilicet *Credo in Deum* ſcire debet, præcipimus quod quilibet ſacerdos parrochianos ſuos ut hoc addiſcant ſtudeant ammonere.

## XXXVIII.

Oratio in Eccleſia.

Commoneat etiam quilibet ſacerdos parrochianos ſuos, ut in eccleſia orationibus vacent, non clamoribus vel vanis proclamationibus.

## XXXIX.

Pueri ante annum confirmandi.

Fœminæ etiam moneantur, ut pueros ſuos caute alant, & juxta ſe de nocte non collocent teneros, ne opprimantur, & cum eis ad baptiſmum feſtinent & ad confirmationem. Quibus etiam publice proponatur in eccleſia, quod niſi infra annum puer fuerit confirmatus, tam pater quam mater poſt annum ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpendetur.

## XL.

Si quis autem cum ſit pubes non fuerit confirmatus, ipſe etiam cum patre & matre ab in- C greſſu eccleſiæ ſuſpendatur, donec confirmetur.

## XLI.

Inſtruat quilibet ſacerdos parrochianos ſuos formam verborum baptizandi, & quando ea dicere debent, ſcilicet in merſione pueri, & quid agere debeant in confirmatione & poſt confirmationem.

## XLII.

In pœnitentia quæ obſervanda

Præcipimus autem ſacrorum canonum ſtatuta ſequentes, ut ſacerdotes in pœnitentia danda diligenter attendant qualitatem, ſcilicet perſonæ, & quantitatem delicti, tempus, locum, cauſam, moram in peccato factam; devotionem animi pœnitentis, & ut pœnitentia talis uxori injunga- D tur, unde non reddatur marito ſuo ſuſpecta de aliquo occulto crimine & enormi. Idem de marito obſervetur.

## XLIII.

Non injungatur laicis in pœnitentia quod miſſas celebrari faciant pro ſuorum remiſſione peccatorum.

## XLIV.

Confeſſiones autem mulierum audiantur in propatulo, aliquantum ad viſum hominum, non quantum ad auditum.

## XLV.

Confeſſio quadrageſimalis, communio ter in anno.

Moneantur laici ſtatim in principio quadrageſimæ, vel pluries in anno cito poſt lapſum confiteri, & ut ter in anno, ſcilicet in Paſcha, E Natali, Pentecoſte communicent: prius tamen præparari per aliquantulam abſtinentiam de conſilio ſacerdotis faciendam per confeſſionem.

## XLVI.

In confeſſionibus vero non nimis perſpicaciter ſcrutentur plebem ſuam ſacerdotes. Non nimis facile aut negligenter pertranſeant. Moneantur autem laici, quod reverenter ſe habeant in conſecratione Euchariſtiæ; & flectent genua, maxime tempore quando poſt elevationem hoſtia ſacra dimittitur.

## XLVII.

Prohibemus autem, ne communio Euchariſtiæ de-

detur ſecreto impœnitenti, cum publice & in- A ſtanter petenti danda ſit, niſi publicum ſit ipſius pœnitentis delictum.

XLVIII.

*Decimæ*

Decimas autem de omnibus quæ per annum renovantur dandas decrevimus: ita ut occaſione mercedis ſervientium vel meſſorum eccleſiæ decima parte non fruſtrentur. Detentores vero decimarum ſi ſemel, ſecundo & tertio commoniti exceſſum ſuum non emendaverint, uſque ad ſatisfactionem congruam anathematis vinculo feriantur. Cum autem hi, qui decimas detinuerunt vel ſurripuerunt, ad pœnitentiam acceſſerint, non admittantur, niſi per ſe vel per manum ſacerdotis ei, cui decimæ debentur, ſatisfaciant competenter.

XLIX.

*Excommunicatio*

Excommunicatio non paſſim & abſque delectu fiat: ſed præmiſſa canonica admonitione. Singulis autem annis in tribus ſolemnibus feſtivitatibus, ſcilicet die Natalis, die Pentecoſtes, die Aſſumptionis B. Mariæ excommunicentur in genere ſolemniter ſortiarii, teſtes perjuri ſuper ſacroſancta, incendiarii, uſurarii, raptores publici, malitioſe impedientes executionem rationabilium teſtamentorum, & contumaces decimarum detentores: ita quod teſtes qui ſcienter pejerant ſuper ſacroſancta propter lucrum vel damnum aliorum nec eis aliqua pœnitentia injungatur, niſi ab archiepiſcopo vel epiſcopo vel ejus auctoritate, præter quam in mortis articulo; & tunc in- C jungatur eiſdem, ut ex quo convaluerint, adeant dominum archiepiſcopum vel epiſcopum, pœnitentiam ab eo accepturi.

L.

Inhibeatur etiam omnibus, ne in pignus, ubi nihil de ſorte minuitur retineant, poſtquam de fructibus ſortem ſuſceperunt, deductis expenſis.

LI.

*De eleemoſynarum collectione.*

Adhuc prohibemus ne ſine litteris noſtris ad fidelium eleemoſynas poſtulandas aliquis admittatur prædicator: nec, ſi cum litteris noſtris aliquis primitus adveniat ad prædicandum, admittatur, niſi litteræ noſtræ nomen ejus exprimant, & expreſſe contineant quod ei dederimus D licentiam prædicandi,

LII.

Negotium vero vel neceſſitatem pro qua advenerit bene poterit populo demonſtrare, licet prædicandi licentiam non habeat, dum tamen litteris noſtris, ut diximus, ſit munitus.

LIII.

Volumus autem ut ſacerdos eccleſiæ in qua prædicatur pecuniam collectam accipiat, & ſalvo cuſtodiat ſub duorum virorum teſtimonio fide dignorum, quo uſque de mandato noſtro vel officialis noſtri illi loco ad quem facta eſt collectio, conferatur.

LIV.

*Juſtitia ſine pactio facienda*

Prohibemus autem, ne pro juſtitia facienda E differenda, vel acceleranda aliquid accipiatur; & ne pro aliquo ſpirituali aliquid ex pactione promittatur, detur, vel accipiatur. Quod ſi fiat, tam dans, quam accipiens, ſententia excommunicationis ſe noverit innodatum.

LV.

*De matrimonio.*

Ad hæc prohibemus ne vir contrahat cum aliqua conſanguinea olim uxoris ſuæ. Similiter nec uxor cum aliquo conſanguineo quondam viri ſui, nec ſuſceptus in baptiſmo contrahat cum filia baptizantis vel ſuſcipientis ante vel poſt genita, nec contrahatur matrimonium inter perſonas in- A cognitas, nec ſine trina denunciatione in eccleſia publicata, nec clandeſtina contrahantur matrimonia; ſed publice in facie eccleſiæ & præſente ſacerdote. Si vero ſecus factum fuerit, non admittatur in eccleſia, niſi de ſpeciali auctoritate domini archiepiſcopi vel epiſcopi.

LVI.

Sacerdos autem qui contra ſtatuti hujus noſtri formam aliquos matrimonio copulaverit, vel ab omni officio ſuſpendatur, nec relaxetur, niſi de ſpeciali mandato noſtro.

LVII.

*Matrimonium clandeſtinum*

Prohibeat autem quilibet ſacerdos publice omnibus de parrochia ſua ne clanculo fidem præſtent de matrimonio contrahendo, ſed publice B coram teſtibus idoneis, qui fidem præſtitam valeant, ſi neceſſe fuerit, comprobare, proponatque eis præmonendo quod ſibi præcaveant: quia ſi talem fidem carnalis copula ſubſequatur, eccleſia pro matrimonio hoc habebit, & faciet tanquam matrimonium obſervari.

LVIII.

Diffamati fama publica vel veriſimilibus indiciis ſuper crimine aliquo, de quo vinci non poſſunt, moneantur ſemel, ſecundo & tertio, ut confiteantur & ſatisfaciant. Si vero incorrecti in negatione perſtiterint, indicatur eis purgatio, quæ occaſione captandæ pecuniæ de die in diem nullatenus differatur; ſed ſtatim primo die, ſi parata fuerit, recipiatur, & canonicum numerum non excedat.

LIX.

Archidiaconus ſeu officialis vel decanus contra hoc ſtatutum veniens ſe noverit ab officio ſuſpendendum, nec ſine ſpeciali auctoritate domini archiepiſcopi vel epiſcopi relaxandum.

LX.

*Incluſi*

Moneat quoque quilibet ſacerdos incluſum, ſi habeat in parrochia ſua, ne mulierculam aliquam recipiat in hoſpitio de nocte.

LXI.

*Mercata diebus dominicis prohibita*

Prohibeat autem quilibet ſacerdos parrochianis ſuis ſub interminatione anathematis, ne diebus dominicis mercata frequentent, dimiſſis eccleſiis ſuis, apud quas debent convenire, maxime diebus illis, & orationi intendere, ac officium eccleſiaſticum & verbum Dei audire Hoc faciant aliquo die in ſeptimana, niſi rariſſime cum magnæ fiunt feſtinationes feriarum.

LXII.

*De mulieribus prægnantibus*

Commoneat ſacerdos quilibet mulieres prægnantes parrochiæ ſuæ, ut cum tempus partus ſui ſibi inſtare intelligunt, ſibi provideant, quod aquam promtam habeant & paratam, & hoc propter imminens pueri periculum: & loquantur cum ſacerdote de confeſſione, ne ſubito præoccupatæ non poſſint, cum voluerint habere copiam ſacerdotis.

LXIII.

*Ludi in cimiteriis.*

Ad hæc prohibemus ne choreæ vel turpes & inhoneſti ludi qui ad laſciviam invitent, in cimiteriis vel eccleſiis agantur, & ne ibi tractentur cauſæ ſæculares ex conſuetudine, & maxime tales in quibus agatur de judicio ſanguinis.

LXIV.

Prohibemus quoque ne denunciatus ſcotallorum fiat in eccleſiis, vel per ſacerdotem extra.

CON-

# CONCILIUM INCERTI LOCI.

Ex MS. Corbejenſi.

I.

De baptiſmo.

Baptiſmus cum reverentia & honore celebretur, & cum magna cautela maxime in diſtinctione verborum & prolatione, in quibus tota virtus conſiſtit ſacramenti & ſalus puerorum, ſcilicet *N. ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Et in Romano ſub hac eadem forma doceant frequenter laicos debere baptizare pueros in neceſſitate, etiam mulieres, patrem & matrem pueri, in ſumma neceſſitate.

II.

Pro baptiſmo nihil omnino exigatur, ſcilicet ſi quid offertur, gratis accipiatur. Fontes ſub ſera clauſi cuſtodiantur propter ſortilegia. Chriſma & ſanctum oleum ſub clave ſerventur. Semper ſacerdos interroget diligenter laicum diſcrete & modo debito baptizaſſe & formam verborum in Romano integre protuliſſe approbet factum: ſin autem rebaptizet puerum. Ad elevandum puerum de fonte tres ad plus recipiantur: quod enim amplius eſt, a malo eſt.

III.

De Confirmatione. *F. Confirmationem.

Sacerdotes frequenter moneant populum ad * commotionem puerorum. Poſt baptiſmum enim debet ſuſcipi ſacramentum confirmationis. Quod ſi confirmandus adultus fuerit, confiteatur prius & poſtea confirmetur. Sæpe dicatur laicis ne exſpectent diu ad confirmandum adventum epiſcopi: ſed ducant pueros ad eum ubi adeſſe audierint prope, & quod poſſint nomina mutari pueris, ſi velint, in confirmatione.

IV.

Nullus ſacerdos confirmare aut conſecrare virgines præſumſerit: ſolius eſt epiſcopi confirmare, virgines conſecrare, eccleſias dedicare, ordines dare.

V.

Altaria.

Summa reverentia & honor maximus ſacris altaribus exhibeatur, & maxime ubi ſacroſanctum Corpus Domini ſervatur, & miſſa celebratur.

VI.

Altaris linteamina.

Linteamina altaris & indumenta ſæpe abluantur ad reverentiam & præſentiam Salvatoris noſtri & totius curiæ cæleſtis, quæ cum eo præſens adeſt quotiens miſſa celebratur.

VII.

Calices unde infirmi communicantur decorentur, & mundi cuſtodiantur, ut devotius communicent infirmi.

VIII.

Ampullæ vini & aquæ & cetera in miniſterio altaris munda & integra habeantur. Similiter & ampullæ chriſmatis & olei ſancti.

IX.

De communione infirmorum.

Non permittant ſacerdotes, diacones deferre infirmis ſanctum Corpus Domini, niſi in neceſſitate, cum ſacerdos abſens fuerit; ſed ſacerdotes cum magna reverentia ferant & celebritate, in pixide eburnea bene clauſa propter caſum, & cum lucerna præcedente, cantantes VII. pſalmos pœnitentiales cum letania pro infirmo in eundo & redeundo. Quod ſi via longa fuerit, addant

A

xv. pſalmos & alias orationes. Sic enim debitum perſolvunt infirmo, & audientes invitant ad exhibendam Deo reverentiam & orationem.

X.

Frequenter moneantur laici, ut ubicunque viderint deferri Corpus Chriſti, ſtatim genua flectant tanquam Domino & Creatori ſuo, & junctis manibus, quouſque tranſierit, orent.

XI.

In pulchriori parte altaris cum ſumma diligentia & honeſtate ſub clave ſi fieri poteſt ſanctum Corpus Domini cuſtodiatur.

XII.

Nulli clerico permittatur ſervire altari niſi in ſuperpellicio aut cappa clauſa.

B

XIII.

De miſſis.

Nullus bis in die miſſam audeat celebrare, aut cum duplici introitu, niſi in magna neceſſitate.

XIV.

Nullus antequam matutinas dixerit canonicas & primam, præſumat ſine aliqua neceſſitate celebrare miſſam.

XV.

Horæ B. Mariæ.

Ad horas beatæ Mariæ ſemper dicatur verſus, ſcilicet *Maria mater gratiæ*, & cantentur in eccleſia cum nota & devotione, non inſurgendo & calciando.

C

XVI.

De Confeſſione.

Sacerdotes circa confeſſionem maximam adhibeant curam & cautelam, ſcilicet ut diligenter inquirant peccata uſitata ſigillatim, inuſitata autem non niſi a longe per aliquam circumſtantiam, ſic tamen ut expertis detur materia confitendi.

XVII.

Ad audiendam confeſſionem communiorem locum in eccleſia ſibi eligant ſacerdotes, ut communiter ab omnibus videri poſſint, & non in locis abditis aut extra eccleſiam nullus recipiat D confeſſiones, niſi in magna neceſſitate vel infirmitate.

XVIII.

In confeſſione habeat ſacerdos vultum humilem & oculos ad terram, nec faciem reſpiciat confitentis maxime mulieris, cauſa debitæ honeſtatis. Compatienter audiat quæ dixerit in ſpiritu lenitatis, & ei pro poſſe ſuo pluribus modis perſuadeat ut confiteatur integre, aliter enim dicat nil valere.

XIX.

Caſus reſervati.

Sacerdotes majora reſervent majori in confeſ- E ſione, ſicut homicidia, ſacrilegia, peccata contra naturam, inceſtus & ſtupra virginum, injectiones manuum in parentes, vota fracta, & hujuſmodi. Sunt autem tria in quibus nullus habet poteſtatem abſolvendi, niſi dominus papa vel ejus vicarius, ſcilicet injectio manuum in clericos vel quoſcumque religioſos, incendia, ſimonia. Nihilominus tamen talium rei remittendi ſunt ad epiſcopum.

XX.

Audita confeſſione ſemper confeſſor interroget confitentem, ſi velit abſtinere ab omni mortali, aliter

aliter enim non abſolvat, nec injungat pœni- A tentiam, ne inde confidat, ſed moneat ut interim agat quidquid boni poteſt, ut Deus cor illius illuſtret ad pœnitentiam.

XXI.

Pœnitentia qualis injungenda.

Injungendis parvis pœnitentiis ſibi caveant ſacerdotes: ſecundum enim quantitatem culpæ & poſſibilitatem confitentis debet eſſe quantitas pœnitentiæ: alioquin quod minus eſt, requiretur ab eis in futuro.

XXII.

Uſura, rapina, fraude ſibi caveant ſacerdotes, ne alias injungant pœnitentias, ſcilicet miſſarum, eleemoſynarum, & hujuſmodi, priuſquam reddiderint. Non enim dimittitur tale peccatum, niſi reſtituatur ablatum.

XXIII.

Nullus miſſas quas injunxerit celebret, ſcilicet tricenarium nec annuale, & pro vivis nullum fiat tricenarium vel annuale.

XXIV.

Frequenter moneant presbyteri ad confeſſionem, & præcipue ab initio quadrageſimæ inſtanter præcipiant venire generaliter ad confeſſionem.

XXV.

In confeſſione caveant ſibi confeſſores, ne inquirant nomina perſonarum cum quibus peccaverint confitentes, ſed circumſtantias tantum & qualitates.

XXVI.

Nullus ira vel odio vel etiam metu mortis in aliquo audeat revelare confeſſionem ſigno vel verbo generaliter vel ſpecialiter, ut dicendo: ego ſcio quales eſtis, & ſi revelaverit, abſque miſericordia debet degradari.

XXVII.

Jejunia præcepta.

Omnes presbyteri præcipiant inſtituta jejunia ſervari, ut jejunium quadrageſimæ, quatuor temporum, vigiliarum, ſextæ feriæ abſque omni peccato: ex debito enim tenemur facere talia jejunia.

XXVIII.

De matrimonio.

Matrimonium cum honore & reverentia celebretur, & in facie eccleſiæ, non cum riſu & joco ſe, ne contemnatur: & anteqnam fiat ſemper in tribus dominicis aut tribus feſtivis diebus a ſe diſtantibus, quaſi tribus edictis, perquirat ſacerdos a populo ſub pœna excommunicationis de legitimitate ſponſi & ſponſæ qui debent conjungi, & ante fidem datam de contrahendo, & ante hæc tria edicta nullus audeat matrimonium celebrare.

XXIX.

Prohibeant frequenter laicis presbyteri, ne dent ſibi fidem mutuo de contrahendo, niſi coram ſacerdote, & in loco celebri, ſed ante januas eccleſiæ & coram pluribus. Semper in nuptiis prohibeantur ſortilegia fieri, malefici quoque, & celantes conſanguinitatem, & alia impedimenta matrimonii. Votum, ordinem, conſanguinitatem, affinitatem, diſparem cultum, compaternitatem, quæ tantum quatuor a matrimonio excludit perſonas, compatrem, commatrem, filiolum & fratrem, & ſororem ſuam ſpiritualem, ſcilicet filium & filiam patrini.

XXX.

Nullus ſacerdos in caſu dubio audeat perficere matrimonium inconſulto epiſcopo; ſed ad eum ſemper referat omnes matrimonii dubietates.

XXXI.

Prohibetur diſtricte ſub pœna ſuſpenſionis, ne ullus ſacerdos aut capellanus exigat aliquid ante benedictionem nuptialem, ſive pro teſtimonio ferendo, ſive pro matrimonio celebrando, occaſione ferculorum quæ debentur pro nuptiis. Celebrato autem matrimonio, recipiat fercula ſua, & exigat ſi fuerit neceſſe. Prohibeant ſacerdotes in eccleſia publice ſub excommunicatione ne alter conjugum tranſeat ad religionem, aut recipiatur, niſi per epiſcopum aut archidiaconum.

XXXII.

De Extrema Unctione

Cum reverentia deferatur oleum ſanctum ad infirmos, & eos ungant ſacerdotes cum magno B honore & orationum celebritate, quæ ad hoc ſunt ordinatæ: & nihil inde penitus exigatur, ſive a paupere, ſive a divite: ſed ſi quid gratis datum fuerit, gratis accipiatur.

XXXIII.

Ad ſacramentum extremæ unctionis moneant ſæpe populum ſacerdotes non tantum divites & ſenes: ſed pauperes & juvenes, omnes maxime * IIII. annis & ſupra, & ad omnes communiter ſeparatos & conjugatos, ſi fuerit neceſſe.

* F. XIIII

XXXIV.

Doceant frequenter ſacerdotes populum, hoc ſacramentum poſſe licite iterari, & ſæpe recipi, ſcilicet in qualibet magna infirmitate unde me- C tus mortis eſt; & poſt ſuſceptum, licite reverti ad opus conjugale eum qui convaluerit ab infirmitate.

XXXV.

Rituale.

Librum qui dicitur manuale habeant ſinguli presbyteri parochiales, ubi continetur ordo ſervitii extremæ unctionis, catechiſmi, & baptiſmi & hujuſmodi. Habeant etiam ſingulis canones pœnitentiales, & ordinarium officiorum eccleſiæ ſecundum uſum qui obſervatur in majori eccleſia.

XXXVI.

Prohibetur ſacerdotibus, ne teſtamenta ſua ordinent per manum laicalem: & ipſi frequenter D prohibeant laicis, ne ſua teſtamenta faciant ſine præſentia ſacerdotis.

XXXVII.

Eccleſiæ reditus.

Præcipitur ſacerdotibus, ut omnes reditus & poſſeſſiones eccleſiæ ſcribant in miſſalibus ſuis; & prohibetur penitus presbyteris & parrochianis, ne de his quæ ſunt eccleſiæ aut presbyteri alienent ab eccleſia, niſi per conſilium epiſcopi vel archidiaconi.

XXXVIII.

Prohibetur diſtricte ne pro interragio corpus ſepeliri deferatur, ſed poſt ſepulturam ſi quid datum fuerit in eleemoſynam recipiatur.

XXXIX.

Quicumq[illegible] de novo ædificaverit in cimiterio E excommu[illegible]entur.

De excommunicatis.

Tribus [illegible] vocetur excommunicandus, & n[illegible] [illegible]titiam ſe obtulerit; & fidem [illegible]lerit q[illegible] [illegible]t ad diem ſibi aſſignatam, & diem [illegible] nunciaverit, excommunicetur; & e[illegible] nullo modo abſolvatur, niſi a ma[illegible]ore, præt[illegible]quam in articulo mortis: & t[illegible] [illegible]tione quod ſtabit judicio Ec[illegible]

Presbyteri ſuper [illegible] vocationibus faciendis credant his [illegible] ſed ſuper excommunication[illegible] non credent ſine litteris. Sententias [illegible], latas diſtri-

ſtricte ſervent : ut ſententiæ citius deficiant, nemini parcente timore aut amore.

XLI.

Mortuæ in partu ſcindantur, ſi infans credatur vivere, ſi bene conſtiterit de earum morte.

XLII.

Sacerdotes audito parrochianorum ſuorum obitu, ſtatim abſolvant eos cum pſalmis pro defunctis & collecta.

XLIII.

Reſignationes.

Item prohibetur, ne fiant reſignationes eccleſiarum in manu abbatum vel quorumlibet patronorum; ſed in manu epiſcopi vel prælati ſui.

XLIV.

De prædicatoribus.

Non permittant prædicatores celebrare ſuper arcas, nec pulſare campanas per vicos, nec loqui in eccleſia, nec præſentare reliquias, ſed tantum deferant brevia, & ſacerdotes pro eis loquantur.

XLV.

Exhortentur populum ſæpe presbyteri ad diſcendum dominicam orationem, & *Credo in Deum*, & ſalutationem beatæ Virginis.

XLVI.

Moneant ſæpe populum & maxime mulieres ne faciant vota ſua, niſi cum magna deliberatione, & aſſenſu virorum & ſacerdotum.

XLVII.

Mulieres non teneant ſacerdotes.

Nullus ſacerdos vel capellanus teneat in domo ſua aliqua occaſione mulierem, niſi ſit mater aut ſoror.

XLVIII.

Ludi ſacerdotibus prohibiti.

Prohibetur penitus univerſis ſacerdotibus ludere cum deciis, & intereſſe ſpectaculis, vel choreis aſſidere, intrare tabernas cauſa potandi : & ſine amictu & comite clerico & laico intrare domos alienas, aut diſcurrere per vicos & plateas, & ne habeant cappas * alatas & veſtes inordinatas omnino prohibentur.

* id eſt, Manicatas.

XLIX.

Nullus clericus vel regularis recipiat decimam de manu laici, niſi per manum epiſcopi.

L.

Nullus clericus fidejubeat Judæo vel fœneratori, nec obliget pro pignore aliquo modo ornamenta eccleſiæ vel libros Judæo.

LI.

Nullus recipiatur ad prædicandum, niſi ſit authentica perſona, vel ab epiſcopo vel archidiacono miſſus.

LII.

Nullus clericus faciat jusjurandum patronis, antequam fuerit epiſcopo præſentatus.

LIII.

Chriſmalia puerorum baptizatorum, & faſciæ confirmatorum crementur, vel abſcondantur in terra in eccleſia vel in atrio, & cineres ſimiliter.

LIV.

Si de veſtimentis ſacerdotalibus & linteis altaris aliquid inveteratum, vel diſruptum fuerit, vel præciſum fuerit, ſimiliter fiat : quia non licet de prædictis aliquid in uſus ſæculares converti.

LV.

De chriſmate & oleo ſancto.

Si de chriſmate vel de oleo ſancto in terra vel ſuper lapidem vel ſuper lignum ceciderit, locus radatur & reponatur ſub fontibus vel in piſcina. Si ſuper pannum ceciderit, abſcindatur pannus, & ſub fontibus reponatur.

LVI.

Singulis annis in ſabbato paſchæ mundentur vaſa chriſmatis & olei ſacri; & ſi fractum vas fuerit, reponantur fracturæ & reſiduum chriſmatis & olei ſancti ſub fontibus vel in piſcina.

LVII.

Providcant ſacerdotes ne infundant in calice vinum niſi purum & defecatum. Si autem poſt perceptionem remanſerit aliquid fecis, diligenter abluant vino & aqua, donec totum abſorbeatur.

LVIII.

Terſoria calicum, ſi fuerint inveterata & offuſcata, crementur in piſcina, & apponantur nova & munda.

LIX.

De defectibus in celebrando.

Si in calice aliquid immundum lapſum fuerit ante conſecrationem, ſcilicet capillus muſca, aranea, vel aliquid quod nauſeam provocet; refundatur in piſcinam & infundatur novum vinum & nova aqua, & reincipiatur canon a ſacerdote. Si autem poſt conſecrationem, impleat officium : tamen non abſorbeat ea quæ nauſeam provocant; ſed abluat diligenter in calice & abſorbeat loturam, capillum, muſcam, & araneam cremet in piſcina.

LX.

Si ſacerdos oblitus fuerit miniſtrare panem & vinum vel aquam vel alterum eorum; quando compertus fuerit, ea quæ miniſtraverit reponat, & de novo miniſtret ea quæ oportet & reincipiat canonem a capite, quia non licet verba canonis bis dicere ſuper appoſita.

LXI.

Si ſuper linteamina aliquid vini vel aquæ ſtillaverit, extrahatur ab altari humectatio: ut non remaneat ſuper altare ad conſecrationem, donec deficcatum fuerit.

LXII.

Si poſt conſecrationem aliquid de calice ſtillaverit ſuper corporalia vel alia linteamina altaris; corporalia & illud quod humectatum fuerit abſcindantur & etiam lapis altaris diligenter radatur, & omnia abſciſſa in ſacrario reponantur. Sacerdos cui hoc acciderit gravi pœnitentiæ ſubdatur, & omnes miniſtri qui interfuerint & omnes circumſtantes quibus notum fuerit, correctioni ſubjaceant ad arbitrium ſui ordinarii.

CON-

# CONCILIUM SUESSIONENSE,

## MENSE MARTIO ANN. DOM. MCCI.

Ab Octaviano & Joanne legatis apoſtolicis celebratum, de matrimonio Philippi Auguſti cum Ingeburge.

*ELapſo ſex menſium ſpatio quod a legato aſſignatum ſuperiore concilio vidimus, Sueſſionenſe concilium habitum eſt. De quo ſic Rigordus.* Convocatum eſt Concilium Sueſſionis ab Octaviano, & Joanne de S. Paulo presbytero cardinali, apoſtolicæ ſedis legatis. Cui interfuit Philippus rex cum archiepiſcopis, epiſcopis, & totius regni principibus, menſe Aprili, ubi tractatum fuit per xv. dies de matrimonio Ingeburgis reginæ confirmando, vel ſeparando. Poſt varias & multas diſputationes juriſperitorum, rex longa mora tædio affectus, relictis ibi cardinalibus & epiſcopis, cum Ingeburge uxore ſua ſummo mane ipſis inſalutatis receſſit: mandans illis per nuncios ſuos, quod uxorem ſuam ſecum ducebat ſicut ſuam, nec ſeparari tunc ab ea volebat. Quo audito ſolutum eſt concilium, ſtupefactis cardinalibus & epiſcopis, qui ad divortium faciendum convenerant. Et tunc Joannes de S. Paulo cum nimia erubeſcentia penitus receſſit. Octavianus autem in Francia remanſit. Et ſic Philippus hac vice manus Romanorum evaſit. *Eadem fere, ſed minus copioſe narrantur in geſtis Innocentii.*

*Rogerius vero multo amplius & explicatius. Cum enim Rigordus, & Innocentii geſta, concilium ab Octaviano & Joanne legatis habitum dicant, perinde quaſi uterque ſemper adfuiſſet: ipſe docet Octavianum initio ſolum interfuiſſe ante Joannis adventum.* Eodem, *inquit*, anno MCCI. in medio quadrageſimæ, menſe Martio, Philippus rex Franciæ, & Botilda regina uxor ejus, convenerunt cum partibus ſuis apud Seſſuns coram Octaviano Oſtienſi epiſcopo, a domino papa Innocentio, judice delegato. Ex parte autem prædictæ reginæ interfuerunt ibi epiſcopi, & alii honeſti viri, & diſcreti, miſſi a Cnut rege Dacorum * fratre prædictæ reginæ: & ante ingreſſum litis petierunt a rege Franciæ ſecuritatem libere reſpondendi, & allegandi, & a terra ſua recedendi. Et his conceſſis, rex Franciæ conſtanter petebat divortium fieri inter ipſum, & Botildam ſponſam ſuam, dicendo, quod ita aſfines erant in conſanguinitatis linea, quod eam de jure non deberet cognoſcere. Ad hoc reſponderunt nuncii regis Dacorum: Nos cognovimus, audivimus, & vidimus, quod cum venerabiles viri nuncii veſtri, quos excellentia veſtra miſit ad dominum noſtrum Cnut regem Dacorum, pro matrimonio contrahendo inter vos, & Botildam ſororem ſuam, eſſent in præſentia illius, & proponerent, quod deſiderio deſideraſtis ducere vobis in uxorem Botildam regiæ ſtirpis egregiam puellam, ſororem ſuam, & eam conſtanter petiſſent vobis tranſmitti: dominus noſter Cnut rex Dacorum, hoſtium ſuorum magnificus triumphator, cui nemo impune reſiſtit, communicato magnatum regni ſui conſilio, dignum judicavit petitionem veſtram exaudiri. Juraverunt ergo prædicti nuncii veſtri in animam veſtram, juraveruntque in animas ſuas, quod vos præfatam Botildam, ſtatim ex quo ipſa fines regni veſtri intraret, eam vobis deſponſari, & in reginam coronari faceretis, & eam ſicut reginam & ſponſam veſtram honorifice tractaretis, quamdiu vos duo vixeritis. Et ſuper hoc miſiſtis domino noſtro regi Dacorum chartam veſtram, quam hic præ manibus habemus: habemus etiam chartas magnatum veſtrorum qui hoc idem juraverunt. Et quia vos ſecus, quam magnates veſtri juraverunt, præfatam Botildam reginam ſponſam veſtram tractaſtis: nos appellamus eos de perjurio, & fide læſa coram domino papa: appellamus etiam ad dominum papam a judice illo domino Octaviano Oſtienſi epiſcopo, qui nobis ſuſpectus eſt, utpote qui conſanguineus veſter eſt, ut dicit, & cauſam veſtram nimio favore proſequitur. Similiter & ipſa Botilda regina appellavit pro ſe ipſa a judice illo ad dominum papam. Octavianus igitur Oſtienſis epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, audiens quod appellatum eſſet ab eo ad ſummum Pontificem, dixit ad nuncios regis Dacorum: Expectate donec collega meus, quem aſſociavit mihi dominus papa, veniat, qui in proximo venturus eſt, & quod ab eo judicatum fuerit, recipite. Illi autem abierunt, dicentes, appellavimus. Poſt triduum venit ille alius legatus, de cujus ſanctitate & juſtitia dominus papa plenam habebat fiduciam: & ſedens pro tribunali, nullam invenit cauſam, quare divortium fieret inter Philippum regem Francorum, & Botildam reginam ſponſam ſuam. Et cum ille ſuper hoc vellet dare diffinitivam ſententiam contra regem Franciæ: rex Franciæ inde præmunitus, ante ſententiæ pronunciationem abiit, & duxit ſecum Botildam reginam uxorem ſuam, & poſuit eam in arctiori cuſtodia.

*Explicatius etiam nonnulla Monachus Aquicinctinus, dum & quamdiu Octavianus ſolus præfuerit, & quando venerit Joannes, & alia quædam docet ab aliis prætermiſſa.* Mediante, *inquit*, menſe Martio, Octavianus cardinalis, archiepiſcopi, & epiſcopi, cum Philippo rege Francorum, in urbe Sueſſionica, cum innumera cleri & populi multitudine conveniunt, ut de regis & reginæ divortio, certum & juſtum, juxta Innocentii papæ præceptum, agitarent judicium. Sed quia Joannes card. S. Pauli monachus noſtri ordinis, nondum advenerat, cui hæc cauſa principaliter ab Apoſtolico commiſſa fuerat, colloquium prolatatur uſque ad adventum ejus. Qui adveniens, menſe Majo, cum magno, in prædicta Sueſſionenſi urbe, a rege, archiepiſcopis, & epiſcopis, in eccleſia Ss. mart. Gervaſii & Protaſii, excipitur gaudio: cui oblata ſunt munera a rege, ſed ille juſtus manus ſuas excuſſit ab ejus munere. Ad colloquium conveniunt: rex vallatus & armatus multitudine advocatorum, qui cauſam ſuam pro ſuo velle perorarent, acceſſit: regina vero ſola, proh dolor! nullum præter Deum habens advocatum venit. Cumq; in tanta multitu-

* *Corr.* Dacorum.

ANNO CHRISTI 1201.

titudine nullus eſſet, qui pro ea, metu regis, A litigaret: quidam ignotus pauper clericus, ſurgens e medio, cum licentia regis & cardinalium, cauſam reginæ ita litteratiſſime dilucidavit *, ut ipſi regi & cardinalibus, omnibuſque epiſcopis fieret admirationi. Qui poſt, nec ante, in eadem civitate, a nullo dicitur viſus fuiſſe. Rex vero non exſpectato, ſecundum decreta ſanctorum patrum, eccleſiaſtico judicio, receſſit a colloquio. Cardinales etiam & epiſcopi reverſi ſunt ad propria, cauſſa nondum terminata.

*G. C.* Aprili abitum narrat hoc concilium Rigordus: Rogerius vero & Monachus Aquicinctinus, Martio: melius, ſi concilii ſpectes initia: indictum enim eſt poſt ſex menſes quam habitum eſt Nigellenſe, quod initio Septemb. celebratum eſt. Deinde quadrageſimæ tempore habitum ait Rogerius. At hoc anno ad Aprilem uſque quadrageſima non pervenit, cum paſcha inciderit in diem Martii xxv. Quod de ignoto clerico narrat Aquicinctinus, conſentit cum geſtis Innocentii in quibus ſic habetur: *Et licet rex plures & majores advocatos haberet, non tamen defuit, qui propter Deum verbum faceret intrepidus pro regina.* Neque contra pugnat Rogerius, dum ait adfuiſſe epiſcopos, alioſque, miſſos a Canuto Danorum rege, qui reginæ cauſam tuerentur. Illi enim diſceſſerant ante Joannis adventum, coram quo ignotum illum clericum reginæ cauſam egiſſe refert Aquicinctinus.

ANNO CHRISTI 1201.

# CONCILIUM PARISIENSE,

## IN QUO EURAUDUS HÆRETICUS CONDEMNATUR.

ANNO Domini MCCI. *inquit Robertus S. Mariani Monachus*, Euraudus miles, quem Henricus Nivernenſis comes, terræ ſuæ præfecerat, vir in rebus ſæculi verſatus admodum, oppreſſorque minorum, hæreſis illius, quam Bulgarorum vocant, coram legato arguitur, & dies ei præfigitur de objecta hæreſi publice ſe purgandi. Legatus Pariſiis concilium convocat, in quo aſſidentibus cum legato archiepiſcopis, & epiſcopis regni, Pariſienſibuſque magiſtris, Euraudus ſtatuitur: & multis contra eum teſtimoniis teſtibuſque productis, maximeque Hugone Autiſſiodorenſi præſule urgentius inſiſtente, hæreticus eſſe convincitur, & expleta judicii diffinitione puniendus traditur poteſtati. Attamen ut diſpenſationis ſuæ redderet rationem, redditur interim comiti Nivernenſi. Dehinc Nivernis adducitur, & in conſpectu omnium quibus ob illata gravamina exoſum ſe fecerat, flammis exuritur. *Ejuſdem Pariſienſis concilii, & in eo condemnati militis, mentionem facit Petrus Vallis cernenſis, hiſtoriæ Albigenſium, cap. 3.*

# CONCILIUM PERTHUSANUM

## IN SCOTIA PRO ECCLESIASTICORUM MORIBUS REFORMANDIS.

ANNO Domini MCCI. *Thomas Dempſterus lib. XVI. hiſtor. Scot. ad hunc annum.* Joannes, *inquit*, S. R. E. cardinalis S. Stephani de Monte Cœlio, legatus a latere per Scotiam & Hiberniam, indicto Perthum concilio dierum quatuor, mores eccleſiaſticorum reformavit. Tum in Hiberniam ex officio legationis conceſſit. *Hæc Dempſterus, qui addit Radulſum abbatem ordinis Ciſterſienſis, ac deinde Dunenſem epiſcopum, ſcripſiſſe acta concilii Pertuſani.*

# PERTHUSANUM IN SCOTIA CONCILIUM

*A Joanne Card. A. S. L.*

*Anno 1201. habitum.*

Ex Supp. Manſi T. II. p. 98,

*QUamquam Perthuſanum concilium Collectores non fugit, vix tamen aliquid ultra ejus nomen ſciverunt. Actorum portionem quandam hic trado ex noviſſima Britannicorum conciliorum editione acceptam.*

### CHARTA CONFIRMATIONIS JOHANNIS CARDINALIS

*In Scotia, & Hibernia legati de Eccleſiis Monachorum de Chelcho infra epiſcopatus ſancti Andreæ & Glaſguenſis.*

Affert Wilk. t. I p. 508 ex Chart. eccl. Glaſguen & de Chalcou. in bibliot. Edenbruden.

JOhannes titulo S. Stephani in Cœlio monte miſeratione divina presbyter cardinalis, Apoſtolicæ ſedis in Scotia, & Hibernia legatus, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis litteras iſtas viſuris, vel audituris, ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra, quod anno MCCI. incarnationis dominicæ, cum legationis officio ex præcepto domini Innocentii papæ in Scotia, & Hibernia fungeremur, in concilio a nobis apud Perth in Scotia celebrato, die S. Nicolai, in præſentia noſtra ita convenit inter dominos ſancti Andreæ & Glaſguen. epiſcopos, & abbates, & monachos de Chelcho, de omnibus eccleſiis, quas habent iidem monachi tam in epiſcopatu ſancti Andreæ, quam Glaſguen. nominatos in charta domini Rogeri epiſcopi ſancti Andreæ, & charta bonæ memoriæ Jocelini, Glaſguen. epiſcopi, ad uſus proprios monachorum, ſcilicet, quod iidem monachi præſtabunt cle-

ANNO CHRISTI 1221.

clericos vel ſacerdotes idoneos epiſcopis ad omnes A eccleſias illas, qui erunt vicarii perpetui, & ſuſcipient curam animarum de manu epiſcopi, & reſpondebunt epiſcopis de epiſcopalibus, de procurationibus vero ſecundum quod continetur in Lateranenſi concilio. Ita quod ſi epiſcopus vel archidiaconus, vel decanus viſitet parochiam ſuam, eccleſia, quæ tanti eſt, quod poſſit ſufficere rationabiliter ad procurationem ipſis faciendam, faciat. Aliæ, quæ pauperiores ſunt, conjugantur, duæ ſcilicet, vel tres, vel quatuor, vel quot ſine gravamine poſſunt ſufficere ad procurationem ſemel in anno, B ſi epiſcopus, archidiaconus, vel decanus viſitationem ſuam fecerit. Salvis tenuris & vicariis illorum qui nunc in quibuſdam eccleſiis, ipſorum monachorum ſunt vicarii perpetui, & per epiſcopum inſtituti. Cedentibus autem, vel decedentibus clericis, vel ſacerdotibus, qui in ipſis eccleſiis miniſtrant, illi, quos abbas, vel monachi præſentabunt, recipientur ab epiſcopis, niſi epiſcopi rationabilem cauſam oſtenderint, quare non ſint recipiendi. De ſuſtentatione autem ipſis clericis, vel ſacerdotibus aſſignanda erit in proviſione & voluntate abbatis & monachorum, ita tamen quod nullus ſit defectus C de epiſcopalibus, & quod clericus, vel ſacerdos præſentatus concedat, ſe eſſe bene pacatum. Et ſi forte aliquis evenerit * defectus de illis, quæ rationabiliter tenentur eſſe in eccleſia, vel de epiſcopalibus ſecundum conſtitutionem Lateranenſis concilii, epiſcopi authoritate epiſcopali clericos per eccleſiam compellent ad defectum ſupplendum in illis eccleſiis. In epiſcopatu Glaſguenſi excipitur * eccleſia ſancti Jacobi de Rokesburc cum pertinentibus ſuis, quæ libera eſt, & quieta a ſynodalibus & auxiliis, & hoſpitiis, & conredus. In illa tamen ſicut in aliis eccleſiis ipſorum monachorum erit vicarius perpetuus. Ut autem hæc conventio firma & inconcuſſa futuris temporibus inter eccleſias ſancti Andreæ & Glaſguen. & monaſterium Chelchoenſe, epiſcopos, & abbatem, & monachos prædictarum eccle- B ſiarum inperpetuum inviolabiliter obſervetur, nos eam ſigilli noſtri impreſſione duximus roborandam. Regorus etiam epiſcopus S. Andreæ, & Willelmus, Glaſguenſis epiſcopus, & O. abbas de Chelcho, ſigilla ſua ad conventionem illam confirmandam appoſuerunt. Teſtibus Johanne Aberdonenſe epiſcopo, Johanne Dunkeldenſe epiſcopo, Richardo Moravienſe epiſcopo; Henrico Guidone, Nigello de Abbirbroth, de Lundoris, de Kilwinning abbatibus; Radulpho, Willielmo, Radulpho, de Melros & Edinburc, & de Jeadwrud abbatibus; Herberto decano Glaſgu. * magiſtro Will. de C Line, magiſtro Iſaac, clericis ſancti Andreæ, Symon de Quincy, magiſtro Michaele, magiſtro Petro, & Radulpho, clericis domini Glaſguenſis epiſcopi, & multis aliis.

* Chart. Chalceni. adjectus evenerit.

* Ibid. ex [illegible] eccleſia de Rokesburc, quæ libera [illegible] conredus. In illa tamen, ſicut in aliis eccleſiis eorum monachorum, erunt vicarii perpetui.

* Ibid. Magiſtro [illegible] Radulpho [illegible] & aliis.

# COMPOSITIO

*Facta inter epiſcopos ſancti Andreæ & Glaſguenſem, & abbatem & conventum de Chelcho.*

JOhannes miſeratione divina titulo ſancti Stephani in Cælio monte presbyter cardinalis, apoſtolicæ ſedis legatus, venerabilibus in Chriſto fratribus, epiſcopis, abbatibus, prioribus, & univerſis eccleſiarum prælatis per regnum Scotiæ conſtitutis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in ſalutis authore. Eorum nos decet utilitati, & quieti ampliori cura, & ſollicitudine providere, qui pro inſigniis devotionis ſuæ, majori ſunt privilegio, & libertate donati. Hinc eſt quod cum monaſterium de Chelcho ſpecialiter beati Petri juris exiſtat, & ad Romanam eccleſiam nullo pertineat mediante; illud, ſicut juſtum eſt, ab æmulorum ſuorum inſidiis volumus communire, ne, quod abſit, dictum monaſterium & res ejus in aliquo patiantur contra juſtitiam detrimentum. Cum igitur congregato concilio authoritate noſtra in partibus Scoticanis controverſia quædam, quæ inter abbatem, & fratres ejuſdem loci, & venerabiles ſancti Andreæ, & Glaſguen. epiſcopos ſuborta fuerat ſuper inſtitutionibus eccleſiarum, per amicabilem compoſitionem fuerit ſtudio noſtro mediante ſopita, compoſitionem ipſam rationabiliter factam, ſicut in eorum authenticis plenius continetur, ſigillo noſtro ſignatis, authoritate legationis, qua fungimur, confirmamus. Adjicimus autem, ut cedentibus vel decedentibus vicariis in eccleſiis, quas monachi Chelchoenſes in proprios uſus habere noſcuntur, per chartas epiſcoporum, ſuper quibus ſunt apoſtolicis privilegiis communiti, liceat eis vicarios perpetuos infra tempus in Lateranenſi concilio conſtitutum, epiſcopis præſentare. Quod ſi epiſcopi malitioſe vel pro ſuæ voluntatis arbitrio noluerint ad eccleſias admittere clericos vel ſacerdotes, ab ipſis monachis præſentatos, cum forte eos minus idoneos aſſeverant, in arbitrio trium bonorum virorum communiter electorum E erit vicarios illos præſentatos, ſi idonei fuerint, approbare, &, ſi minus idonei, reprobare. Interim vero liceat dictis monachis eccleſias, earum proventus & obventiones in manus proprias retinere, donec ad dictas eccleſias aliquis idoneus admittatur; ita tamen, quod medio illo tempore ſæpe dictis eccleſiis, ſicut condecet, in divinis officiis honeſte miniſtretur. Ut autem hæc noſtræ conceſſionis, & confirmationis pagina futuris temporibus dicto monaſterio Chelchoen. valeat, & inconcuſſa ſervetur, ad cautelam ejuſdem monaſterii præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus communiri.

ANNO CHRISTI 1201.

# CONCILIUM IN SCOTIA CELEBRATUM

## De initio celebritatis dominicæ habitum anno Domini MCCI

A *Cauſam concilii hoc de re in Scotia celebrati dediſſe videntur ea quæ de dominici diei obſervatione deſcribit Rogerus anno* 1201. *his verbis*: Eodem anno Euſtachius abbas de Flay rediit in Angliam, & prædicans in ea verbum Domini de civitate in civitatem, & de loco in locum, prohibuit ne quis forum rerum venalium in diebus dominicis exerceret. Dicebat enim, quod hoc mandatum ſubſcriptum de obſervatione diei dominicæ venit de cœlo.

*De obſervatione diei dominicæ.*

B Mandatum ſanctum dominicæ diei, quod de cœlo venit in Jeruſalem, & inventum eſt ſuper altare ſancti Simeonis, quod eſt in Golgotha, ubi Chriſtus crucifixus eſt pro peccatis Mundi, & mandavit Dominus hanc epiſtolam, quæ apprehenſa eſt ſuper altari ſancti Simeonis, quam per tres dies & tres noctes homines aſpicientes corruerunt in terram, rogantes Dei miſericordiam: & poſt horam tertiam erexit ſe patriarcha, & Akarias archiepiſcopus, & expanderunt inſulam, & ſanctam acceperunt epiſtolam Dei. Quam cum accepiſſent, invenerunt ſuperſcriptum iſtud: „ Ego Dominus, qui præcepi C vobis ut obſervaretis diem ſanctum dominicum, & non cuſtodiſtis eum, & de peccatis veſtris non pœnituiſtis, ſicut dixi per evangelium meum: *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt*. (Mar. 4) Feci autem prædicare vobis pœnitentiam vitæ, & non credidiſtis, & miſi ſuper vos paganos, qui effuderunt ſanguinem veſtrum in terra, nec tamen crediditis: & quia ſanctum diem dominicum non cuſtodiſtis, per paucos dies habuiſtis famem: ſed cito dedi vobis ſaturitatem, & poſtea pejus feciſtis. Volo iterum ut nemo ab hora nona ſabbati uſque ad Solem ſurgentem diei lunæ aliquid operetur, niſi quod bonum ſit. Quod ſi quis fecerit, cum pœnitentia emendet, & ſi huic mandato non obedieritis, Amen dico vobis, & juro vobis per ſedem meam, & thronum meum, & cherubim, qui cuſtodiunt ſanctam ſedem meam, quia non mandabo vobis aliquid per aliam epiſtolam: ſed aperiam cœlos, & pro pluvia pluam ſuper vos lapides, & ligna, & aquam calidam per noctes, ut nemo præcavere poſſit, quin deſtruam omnes malos homines. Hoc dico vobis: Morte moriemini propter diem ſanctum dominicum, & alias feſtivitates ſanctorum meorum, quas non cuſtodiſtis. Mittam vobis beſtias habentes capita leonum, capillos mulierum, caudas camelorum, & ita erunt famelicæ, quod carnes veſtras devorabunt: & vos deſiderabitis fugere ad ſepulcrum mortuorum, & abſcondere vos propter metum beſtiarum: & tollam lumen Solis ab oculis veſtris, & mittam ſuper vos tenebras, ut occidatis vos invicem non videntes, & auferam a vobis faciem meam, & non faciam vobiſcum miſericordiam. Incendam enim corpora veſtra, & corda, & omnium illorum qui non cuſtodiunt diem ſanctum dominicum. Audite vocem meam, ne pereatis in terra propter diem ſanctum dominicum. Recedite a malo, & pœnitentiam agite de malis veſtris. Quod ſi non feceritis, quaſi Sodoma & Gomorrha peribitis. Nunc ſcitote quod ſalvi eſtis per orationem ſanctiſſimæ genitricis meæ Mariæ, & ſanctorum angelorum meorum, qui orant pro vobis quotidie. Dedi vobis triticum & vinum abundanter, & inde non obediſtis mihi. Nam viduæ & orphani clamant ad vos quotidie, quibus nullam facitis miſericordiam. Pagani habent miſericordiam, vos autem non habetis. Arbores quæ fructificant, ſiccari faciam pro veſtris peccatis: flumina & fontes non dabunt aquam. Dedi vobis legem in monte Sinai, quam non cuſtodiſtis. Dedi per me legem, quam non obſervaſtis. Pro vobis natus fui in Mundo, & feſtivitatem meam neſciviſtis. Pravi homines diem dominicum reſurrectionis meæ non cuſtodiſtis. Juro vobis per dextram meam, niſi dominicum diem & feſtivitates ſanctorum meorum cuſtodieritis, mittam vobis paganas gentes, ut occidant vos. Tollitis tamen res alterius, & de hoc nullam conſiderationem habetis. Propter hoc mittam ſuper vos beſtias pejores, quæ devorent mulierum veſtrarum mamillas. Maledicam illis qui in die dominica aliquid mali operati fuerint. Maledicam illis qui injuſte agunt verſus fratres ſuos. Maledicam illis qui male pauperes & orphanos judicant, quos terra portat. Me autem derelinquitis, & principem hujus ſæculi ſequimini. Audite vocem meam, & habebitis miſericordiam bonam. Vos autem non ceſſatis ab operibus malis, nec ab operibus diaboli, quia facitis perjuria & adulteria. Ideo circumdabunt vos gentes, & devorabunt, ut beſtiæ. "

D Pervenit igitur dominus Euſtachius abbas de Flay Eboracum, & a Gaufrido Eboracenſi archiepiſcopo, & clero, & populo civitatis, honorifice ſuſceptus, prædicavit verbum Domini, & de tranſgreſſione dominicæ diei & aliarum feſtivitatum dedit populo pœnitentiam & abſolutionem ſub tali conditione, quod ipſi de cetero debitam impenderent dominicæ diei & aliis ſanctorum feſtivitatibus reverentiam, non faciendo in eis quidquam operis ſervilis, nec in diebus dominicis exercerent forum rerum venalium, ſed bonis operibus, & orationibus devote inſiſterent. (Verba hæc Rogerii ſunt.) E Hæc ſervanda conſtituit ab hora nona ſabbati uſque ad ortum ſolis in die lunæ. Populus autem Deo devotus ad prædicationem illius voverunt Deo, quod de cetero in diebus dominicis nequicquam emerent, nec venderent, niſi forte cibum & potum prætereuntibus. Voverunt etiam quod de ſingulis quinque ſolidatis rerum, quaſcumque venderent, darent unum quadrantem ad lumen eccleſiæ emendum, & ad ſepulturam indigentium. Et ad hoc colligendum ſtatuit prædictus abbas, in ſingulis eccleſiis parochialibus fieri truncum concavum ſub cuſtodia duorum vel trium fidelium hominum, ubi populus jactaret prænominatum æs. Statuit etiam præfatus abbas, quod diſcus eleemoſynarius habere-

ANNO CHRISTI 1201.

beretur quotidie in menſa divitum: in quo partem ciborum ſuorum mitterent ad opus indigentium, qui non præparaverunt ſibi. Prohibuit autem idem abbas, ne quis in eccleſiis vel atriis earum venderet vel emeret quidquam, aut placitaret. His ergo & aliis ſancti hujus viri monitis inimicus humani generis invidens, miſit in cor regis & principum tenebrarum, quod ipſi præceperunt, ut omnes qui prædictas traditiones cuſtodirent, & maxime omnes qui in diebus dominicis forum rerum venalium dejecerant, ad regium examen ſatisfacturi de obſervantia diei dominicæ ducerentur. Sed Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cui obediendum eſt magis quam hominibus, qui nativitate & reſurrectione ſua, & adventu ſuo, & miſſione Spiritus ſancti in diſcipulos ſuos ſibi hunc diem, quem dominicum vocamus, illuſtravit, & celeberrimum dedicavit, virtutis ſuæ miracula ſuſcitavit, & in quoſdam dominicæ diei tranſgreſſores manifeſtavit ſic.

Quodam ſabbato poſt nonam quidam carpentarius in Beverlaco, contra ſalubria uxoris ſuæ monita clavum ligneum faciens, corruit in terram percuſſus paralyſi. Et quædam textrix poſt horam nonam in ſabbato, cum ad pertexendum partem telæ anxia inſiſteret, cadens in terram paralyſi obmutuit. Et apud Naſtertun villam magiſtri Rogeri Arundel, quidam homo fecit ſibi panem ſubcinericium die ſabbati poſt nonam, & inde comedit, & partem reſervavit ſibi uſque mane, quem cum die dominica fregiſſet, exivit ſanguis: & qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium ejus. Et apud Wateſeld, quodam ſabbato, cum molendinarius poſt nonam operam daret, ut bladum ſuum moleret, ſubito exivit loco farinæ tantus impetus ſanguinis, quod vas ſuppoſitum pene impleretur ſanguine, & rota molendini ſtetit immobilis contra vehementem impulſum aquæ: & qui viderunt, mirati ſunt, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo. Item in Lincolniſiria paraverat quædam mulier paſtam: quam deferens ad furnum poſt horam nonam ſabbati, miſit eam in furnum calidiſſimum: & cum eam extraheret, invenit crudam; & iterum miſit eam in furnum valde calidum, & in craſtino, & in die lunæ, cum æſtimaret ſe inveniſſe panes coctos, invenit paſtam crudam.

Item in eadem provincia, cum quædam mulier paſtam ſuam præparaſſet, volens eam ad furnum portare, dixit ei vir ſuus: Sabbatum eſt, & hora nona jam præteriit, dimitte uſque ad diem lunæ. Mulier autem obediens viro ſuo fecit ſicut præceperat: & involuit paſtam linteaminibus mundis, & in craſtino, cum viſitaret paſtam ſuam, ne propter fermentum impoſitum vas excederet, invenit panes inde divino nutu factos, & bene coctos ſine igne materiali. Hæc eſt mutatio dexteræ Excelſi. Et quamvis omnipotens Dominus, his & aliis potentiæ ſuæ miraculis, populum ad obſervationem diei dominicæ invitaret: tamen populus plus timens regiam & humanam poteſtatem, quam Divinam, pluſque timens illos qui corpus occidunt, & quod ultra faciant non habent, quam illum, qui poſtquam corpus occiderit, animam poteſt mittere in gehennam; & plus timens terrena amittere, quam cœleſtia, & tranſitoria quam æterna, proh dolor! ut canis ad vomitum, reverſus eſt ad forum rerum venalium exercendum in diebus dominicis. Hæc ille.

*G. C.* Cur hoc cœleſtis epiſtolæ figmentum in conciliorum collectionem Binius intruſerit, & concilium cur appellaverit, non video.

ANNO CHRISTI 1204.

# CONCILIUM MELDENSE,

## PRO PACE INTER FRANCORUM ANGLORUMQUE REGES

Conſtituenda a Joanne abbate Caſemarii Ciſtercienſis Ordinis ſedis Apoſtolicæ legato Anno MCCIV. celebratum.

*Anno Domini MCCIV. conqueſtus erat Innocentio III. papæ Joannes rex Anglorum, ui occupatum a Philippo Auguſto Francorum rege Pictavienſem comitatum: & violatum fœdus juramento ſancitum, quo regionem illam in feudum acceperat. Pontifex Joannem abbatem Caſemarii Ciſterc. Ord. legatum apoſtolicum in Galliam miſit, ut ea de re cognoſceret. Quod intelligimus ex Innocentii III. litteris ad Galliarum epiſcopos, quarum hoc exemplum.*

*Archiepiſcopis & Epiſcopis per Galliam conſtitutis.*

Ex 1. collectione ab Antonio Auguſtino edita, lib. 1. tit. 1. c. 3. & extra de judic. c. 13.

Novit ille, qui nihil ignorat, qui ſcrutator eſt cordium, an conſcius ſecretorum, quod cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Philippum regem Francorum illuſtrem, de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta diligimus, & ad honorem & profectum & incrementum ipſius efficaciter aſpiramus: exaltationem regni Francorum, ſublimationem apoſtolicæ ſedis reputantes: cum hoc regnum benedictum a Deo, ſemper in ipſius devotione permanſerit, & ab ejus devotione nullo unquam, ſicut credimus, ſit tempore diſceſſurum: quia, licet interdum hinc inde fiant immiſſiones per angelos malos, nos tamen, qui ſatanæ non ignoramus aſtutias, circumventiones ipſius ſtudebimus evitare: credentes, quod idem rex illius ſeduci ſe fallaciis non permittet. Non ergo putet aliquis, quod juriſdictionem aut poteſtatem ipſius minuere aut perturbare velimus: cum ipſe juriſdictionem noſtram & poteſtatem non debeat aut velit etiam coarctare. Cumque juriſdictionem propriam non ſufficiamus explere, cur alienam uſurpare velimus? Sed cum Dominus dicat in Evangelio: *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corrige eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic eccleſiæ: ſi autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.* Et rex Angliæ, ſicut aſſerit, ſit paratus ſufficienter oſtendere, quod rex Francorum peccat in eum, & ipſe circa eum in correctione proceſſit ſecundum regulam evangelicam, & tandem, quia nullo modo profecit

ANNO CHRISTI 1204.

fecit, dicit eccleſiæ: quomodo nos, qui ſumus ad regimen univerſalis eccleſiæ ſuperna diſpoſitione vocati, mandatum divinum poſſumus non exaudire, ut non procedamus ſecundum formam ipſius? niſi forſan ipſe coram nobis, vel delegato noſtro, ſufficientem in contrarium rationem oſtendat. Non enim intendimus judicare de feudo, cujus ad ipſum ſpectat judicium, niſi forte juri communi per ſpeciale privilegium, vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit detractum; ſed decernere de peccato, cujus ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura, quam in quolibet * poſſumus & debemus.

* al. in quemlibet exercere.

Non igitur injurioſum ſibi debet regia dignitas reputare, ſi ſuper hoc, apoſtolico judicio ſe committat: cum Valentinianus inclitus imperator Mediolanenſis ſuffraganeis eccleſiæ dixiſſe legatur: „ Talem in pontificali ſede conſtituere procurate, cui & nos, qui gubernamus imperium, „ ſincere noſtra capita ſubmittamus; & ejus monita, dum tanquam homines deliquerimus, ſuſcipiamus neceſſario velut medicamenta curantis. „ * Ut illud humiliter omittamus, quod Theodoſius ſtatuit, & Carolus innovavit, de cujus genere rex ipſe noſcitur deſcendiſſe: „ Quicumque „ videlicet; litem habens, ſive poſſeſſor, ſive petitor fuerit, vel initio litis, vel decurſis temporum curriculis, ſive cum negotium peroratur, „ ſive cum jam cœperit promi ſententia, ſi judicium elegerit ſacroſanctæ ſedis antiſtitis, illico „ ſine aliqua dubitatione, etiamſi pars alia refragatur * ad epiſcoporum judicium cum ſermone „ litigantium dirigatur. Cum non humanæ conſtitutioni, ſed divinæ legi potius innitamur: quia poteſtas noſtra non eſt ex homine, ſed ex Deo. Nullus enim, qui ſit ſanæ mentis, ignorat quin ad officium noſtrum ſpectet de quocumque mortali peccato corripere quemlibet Chriſtianum, & ſi correptionem contempſerit, ipſum per diſtrictionem eccleſiaſticam coercere. Quod enim debeamus corripere, & poſſimus, ex utriuſque patet pagina teſtamenti, cum clamet Dominus per prophetam: *Clama, ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum*. Et ſubjungat ibidem: *Niſi annunciaveris impio impietatem ſuam, ipſe in iniquitate quam operatus eſt, morietur: ſanguinem autem ejus de manu tua requiram*. Apoſtolus quoque nos monet: *Corripe inquietos*. Et alibi dicit idem: *Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina*. Quod autem poſſumus & debeamus coercere, patet ex eo quod inquit Dominus ad prophetam, qui fuit de ſacerdotibus Anathot: *Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, ut evellas, & deſtruas, diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes*. Conſtat vero quod evellendum, deſtruendum, & diſperdendum eſt mortale peccatum. Præterea cum Dominus claves regni cælorum Petro tradidit, dixit ei: *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis*. Verum nullus dubitat, quin omnis mortaliter peccans, apud Dominum ſit ligatus. Ut ergo Petrus Divinum judicium imitetur, ligare debet & in terris, quos ligatos eſſe conſtat in cælis. Sed forſan dicetur, quod aliter cum regibus, & aliter cum aliis eſt agendum. Ceterum ſcriptum novimus in lege divina: *Ita magnum judicabis ut parvum: nec erit apud te acceptio perſonarum*: quam B. Jacobus intervenire teſtatur, *ſi dixeris ei qui indutus eſt veſte præclara: Tu ſede hic bene; pauperi autem dicas. Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum*. Et licet hoc modo procedere valeamus ſuper quolibet criminali peccato, ut peccatorem revocemus ab errore ad veritatem, & a vitio ad virtutem: præcipue tamen cum contra pacem peccavit, quod eſt vinculum charitatis. Et infra: *Numquid apud nos debet eſſe pondus & pondus, menſura & menſura, quorum utrumque eſt abominabile apud Deum?* Poſtremo cum inter reges ipſos formata ſint pacis fœdera, & utrinque præſtito juramento firmata; quæ tamen ſervata uſque ad præfixum terminum non fuerunt: nunquid non poterimus de juramenti religione cognoſcere, quod ad judicium eccleſiæ non eſt dubium pertinere, ut rupta pacis fœdera reformentur?

Hiſtor. tripart. l. 7. c. 8.

* al. nec illud humiliter omittimus. Cod. Th. lib. 16. de epiſcopali judicio c. 1. & Quicumque. Capitular. Car. M. l. 6. c. 281.

* al. ad epiſcopum.

Iſ. 58.

Ezech. 3.

1. Theſſ. 5.

2. Tim. 4.

Jerem. 1.

Matth. 16.

Prov. 20.

Jac. 2.

Ne igitur tantam diſcordiam videamur ſub diſſimulatione fovere, diſſimulare religioſorum locorum excidium, ſtragem negligere populi chriſtiani: dilecto filio abbati Caſemarii dedimus in præceptis, ut niſi rex ipſe, vel ſolidam pacem cum prædicto rege reformet, vel treugas ineat competentes, vel ſaltem humiliter patiatur, ut idem abbas, & venerabilis frater noſter archiepiſcopus Bituricenſis, de plano cognoſcant, utrum juſta ſit querimonia, quam contra eum propoſuit coram eccleſia rex Anglorum, vel ejus exceptio ſit legitima, quam contra eum per ſuas nobis duxit litteras exprimendam: juxta formam ſibi datam a nobis, procedere non omittat. Ideoque univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus, quatenus, poſtquam idem abbas ſuper hoc mandatum fuerit apoſtolicum executus, ſententiam ejus, immo noſtram verius, recipiatis humiliter: & vos ipſi ſervetis, & faciatis ab aliis ſervari; ſcituri, quod ſi ſecus egeritis, inobedientiam graviter puniemus.

*Pontificiis mandatis ut pareret Joannes legatus, concilium Meldenſe convocavit: in quo quid ſit geſtum, quid ſcriptum ad pontificem, quid ab eo decretum, ex ejus ad Galliarum epiſcopos litteris intellige.*

*Archiepiſcopis & epiſcopis per Galliam conſtitutis.*

Ad noſtram noveritis audientiam perveniſſe, quod cum dilectus filius abbas Caſemarii, nuncius noſter, vos Meldis ad colloquium convocaſſet, exhibitis litteris quæ vobis pro reformanda pace inter cariſſimos in Chriſto filios noſtros Philippum Francorum, & Joannem Anglorum, reges illuſtres, a ſede apoſtolica mittebantur, habito concilio, reſpondiſtis: quod cum prædictus rex Angliæ, juxta noſtrarum conſtantiam litterarum, minime proceſſiſſet, vos propter perplexitates multas, & magnas, quas imminere verebamini eccleſiæ Gallicanæ, nos conſulere decreviſtis; & ne interim præfatus abbas procederet, ad noſtram audientiam appellaſtis, certum appellationi terminum præfigentes, ad quam proſequendam, data fide in manu ejuſdem abbatis, vos per pacis oſculum adſtrinxiſtis: ita quod poſt terminum eſſet ab officio pontificali ſuſpenſus, ſi quis appellationem ipſam in termino proſequi non curaret, præſentibus nunciis regis veſtri, qui hoc ipſum vobiſcum pariter approbarunt. Utrum autem præfatus abbas exegerit hujuſmodi cautionem, an vos ſpontanee obtuliſtis ignoramus. Commendamus tamen in illo zelum, ſi gratis recepit oblatum; & in vobis devotionem, ſi ſpontaneam obtuliſtis. Verum quia fidem, & obedientiam veſtram, nos & prædeceſſores noſtri ſu-

ANNO CHRISTI 1204

ſumus frequenter experti: ut oſtendamus affectum, quem non ſolum ad vos, & eccleſias Gallicanas, verum etiam ad ipſum regem, & regnum Francorum habemus: nolumus vos hoc titulo tenere ligatos: ſed appellationem interpoſitam proſequamini, prout regno, & ſacerdotio noveritis expedire: quia nos ita volumus ſacerdotii jura integra conſervare, ut etiam regni jura cuſtodiamus illæſa.

Datum Laterani ſeptimo Idus Auguſti.

*Quid deinde actum fuerit, diſcimus ex Anonymi narratiuncula, quam poſt Innocentii III. epiſtolas ſuper negotio terræ ſanctæ, edidit Franciſcus Ducheſne Tomo V. hiſtoricorum Franc. pag.* 809. *ſub hac inſcriptione:* De guerra Franciæ & Angliæ regum: *qua, & concilium & concilii eventus deſcribitur his verbis:* Hic (*Innocentius III.*) ad reformandum pacem, vel componendum treugam inter Philippum regem Francorum, & Joannem regem Anglorum, abbatem Caſemarii deſtinavit: qui cum ad hoc per annum integrum laboraſſet, de Francia ad Angliam: & de Anglia ad Franciam diſcurrendo: videns tandem ſe non poſſe proficere, convocavit archiepiſcoporum, & epiſcoporum, & abbatum concilium, in quo præfatus rex Franciæ, per eoſdem archiepiſcopos, epiſcopos, & abbates, fecit ab eo ad ſedem Apoſtolicam appellari. Quorum appella- A tioni noluit ipſe deferre, niſi juraſſent quod in termino, quem eis præfigeret, appellationem ipſam in propriis proſequerentur perſonis. Sed ſummus pontifex ab hujuſmodi juramento illos abſolvit, indulgens eis de ſpeciali gratia, ut aliquem ex parte omnium ad proſequendum appellationem venirent. Venerunt igitur in termino conſtituto Senonenſis, & Bituricenſis archiepiſcopi; Pariſienſis, Meldenſis, Catalaunenſis, & Nivernenſis epiſcopi; & multi honorabiles clerici, procuratores omnium aliorum, quibus diutius expectantibus, prænominatus rex Angliæ pro ſe deſtinavit neminem, negligens proſequi cauſam ſuam. Ex qua negligentia quantum ei damni provenerit, ſatis patet: cum in brevi tem- B pore totam Normanniam, & Andegaviam, & Aquitaniam perdiderit pene totam. Prædicti vero archiepiſcopi, & epiſcopi poſt expectationem diutinam, in publico conciſtorio ſub verbo veritatis tanquam pontifices ſunt profeſſi, quod ipſi non appellaverant ad mandatum apoſtolicum eludendum; ſed quia ſua intereſſe credebant, maxime cum crederent, in hac parte ſuum regem juſtam cauſam habere. Sed ſi nec iſtud ſufficeret, & in aliquo eſſent domino papæ ſuſpecti: purgationem canonicam offerebant, quam eis domnus papa C remiſit.

ANNO CHRISTI 12....

# CONCILIUM ANTIOCHENUM

A Petro Cardinali tituli S. Marcelli circa hæc tempora habitum.

IN libro 2. epiſtolarum Innocentii III. extant n. 240. 241. epiſtolæ Leonis Armeniæ regis, quibus ad ipſummet Innocentium tanquam ad ſupremum judicem ſe appellaſſe teſtatur pro Rupino nepote ſuo de ſententia uti inique lata a Concilio Antiocheno, per quam Comes Tripo- D litanus declarabatur legitimus hæres Principatus Antiocheni, & excluſus ipſe Rupinus, ad quem jure hæreditario videbatur ſpectare. In eo concilio interdicto eccleſiaſtico Petrum Cardinalem Apoſtolicæ ſedis legatum illigaſſe Armenos ex prætatis litteris habemus.

# AD CONCILIUM ANTIOCHENUM

*Anno, ut fertur,* 1205. *habitum.*

## ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex Suppl. Manſi T. II. pag. 787.

COncilium iſtud Antiochenum a Petro cardinali legato celebratum, ut interdicti ſententiam in Armenos infligeret anno 1203. habitum fuiſſe, arbitror. Etenim coactum oportet poſtquam Petrus venit in Syriam; quod non prius anno 1203. contigiſſe cenſeo, cum Innocentius litteris ad Soffridum cardinalem legatum datis anno illo, die IV. Id. Auguſti ſcribat, Petrum illum, quo tempore Soffridi ejuſdem litteræ pontifici redditæ fuerunt, *navem transfre-* E *taturum* intraſſe. Sed neque poſt annum 1204. differri poteſt, cum celebratum fuerit quo tempore ambo legati cardinales Soffridus, & Petrus in Syria agebant; anno vero 1204. exeunte uterque Conſtantinopolim adivit, nec exinde Soffridus ultra rediit in Syriam. Cum vero ſatis multa agitata fuerint poſtquam deſiit concilium illud, ex quo turbæ excitæ ſunt plurimæ, hinc ad annum potius 1203. quam ad annum 1204. referendum puto.

CON-

# CONCILIUM LAMBETHENSE.

## SEU CONSTITUTIONES PROVINCIALES

### Stephani Langton. Cantuar. Archiepiſcopi editæ apud Lambyth.

*I. De modo dandi mortuarium.*

1. STatum felicis recordationis & prædeceſſoris noſtri de mortuariis editum, quod nonnulli minus ſano pervertunt intellectu, præſentis concilii approbatione duximus declarandum. Satagebat autem prædeceſſor ſaluti conſulere animarum, eo quod conſiderabat laicos modouſque * texus ſubditos ſuos, quandoque per ignorantiam, nonnunquam vero per negligentiam, & injuſtam decimarum & oblationum ſuarum detentionem, graviter deliquiſſe. Et quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, prudenter attendentes, ſalubriter ſtatuit, quod pro recompenſatione decimarum taliter ſubtractarum, licet ſuo ſtatuto cauſam non inſeruit, ſecundum melius animal defuncti eccleſiæ damnum paſſæ debuit applicari. Quia autem hujus occaſione ſtatuti inter rectores eccleſiarum & parochianos ſuos lites, quas extingui cupimus, frequentius oriuntur: illud duximus ſynodali interpretatione declarandum, quod ſi decedens tria tantummodo & plura cujuſcumque generis in bonis ſuis (a) habuerit, optimo cui de jure fuerit debitum reſervato, eccleſiæ ſuæ a qua ſacramenta recepit, dum viveret, ſine dolo, fraude, & contradictione qualibet, pro recompenſatione ſubtractionis decimarum tam perſonalium, (b) nec non oblationum, melius animal poſt optimum, reſervetur. Quod ſi duo tantum (c) in bonis decedentis extiterint animalia, de manſuetudine eccleſiæ exactio quælibet nomine mortuarii remittatur. Hoc autem adjiciendum ſtatuendo duximus: quod ſi materfamilias, viro ſuo ſuperſtite, obierit, ad præſtationem mortuarii minime coerceatur, non teneatur, vel obligetur. Quod ſi poſt obitum mariti in domo & familiæ regimine vidua per annum ſupervixerit juxta formam ſuperius ſcriptam, ad mortuarium obligatur. Hac autem noſtra conſtitutione, vel interpretatione, conſuetudine laudabili ſuper mortuariis in noſtra diœceſi attentius obſervata, nolumus præjudicium generari, quin ſi, decedens hujuſmodi animalium numerum non habuerit * præſtatione mortuarii, conſuetudo eccleſiaſtica obſervetur. Ad ſolutiones autem debiti mortuarii, contradictiores, & rebelles, volumus per locorum ordinarios, cenſura eccleſiaſtica coarctari.

* utriuſque

* Forte, pro præſtatione Harduinus.

*II. Ne ſcotallæ, ſeu potationes fiant, & de pœnis facientium.*

PRohibitionem ſcotallarum ſeu ſcotallarum, & aliarum (d) potationum pro communi ſalute animarum & corporum, introductarum, provida approbatione proſequentes, rectoribus, vicariis, & aliis capellanis parochialibus præcipimus ſub obedientiæ debito firmiter injungendo, quod parochianis ſuis crebra exhortatione diligenter indicant, ne prohibitionis hujuſmodi temerarii violatores exiſtant. Alioquin quos in hac parte culpabiles invenerint, ab ingreſſu eccleſiæ & ſacramenti canonice tamdiu ſuſpenſos eſſe denuncient, donec aliis pœnis ceſſantibus ad pœnitentiarium noſtrum acceſſerint, quod ab eo tranſgreſſione hujuſmodi pœnitentiæ nomine injunctum fuerit, humiliter recepturi: (e) & prout dederit Deus, imprimetur, ac expietur. Communes autem potationes declaramus, quoties virorum multitudo numerum denarium exceſſerit, ejuſdem domicilii potationis gratia immoratur. Viatores vero (f) & peregrinos, & in nundinis ac mercatis convenientes, quamvis in tabernis convenerint, ſub iſta prohibitione nolumus comprehendi. Communes potationes quas ſcotallas (g) mutato nomine caritatis, appellant, deteſtantes: hujuſmodi potationum authores & publice convenientes ad eaſdem, excommunicatos præcipimus publice & ſolenniter denunciari, donec ſuper hoc ſatisfecerint competenter, & abſolutionis beneficium meruerint obtinere.

*III. Quando licet in die bis celebrare.*

BIs in die Miſſam nullus celebrare præſumat, niſi in diebus nativitatis & reſurrectionis dominicæ; & quando corpus in propria eccleſia fuerit duntaxat tumulandum. Et tunc in prima Miſſa, ablutio digitorum vel calicis a celebrante non ſumatur. Qui contra fecerit, ab officio ſe noverit ſuſpenſnm, niſi forte canonica neceſſitate ſit compulſus: quam ſic duximus declarandam, & limitandam (h) ſi in feſtis IX. lectionum, vel in quadrageſima, vel in quatuor temporibus, vel ſponſalia fieri oporteat, vel ſubveniendo ſocio infirmo, (i) vel pro eccleſiæ ſuæ negotio, vel propria neceſſitate, manifeſte abſente.

SYNO-

(a) Dantur variantes ex Cod. apud VVilkins... habuerint animalia optime puta Domino cui de conſuetudine d betur, quæ in Anglia vocatur Merietum & cui &c.
(b) Tam perſonalium, quam Prædialium oblationum ad liberationem animæ ſuæ melius.
(c) Deeſt in bonis. (d) potationem communionem pro ſalute.
(e) recepturi prout Deus dederit, expedietur. (f) Violatores peregrinos.
(g) & mutato nomine. (h) ſi in quadrageſima in feſto IX. Lectionum.
(i) deeſt pro Eccleſiæ ſuæ negotio. Manſi.

ANNO CHRISTI 1204.

## ☞ SYNODUS CAMINENSIS

### SUB SIGEWINO IV. EPISCOPO

### anno Chriſti MCCIV.

*Diſcrimen in admittendis ad menſam Eucbariſticam publicis peccatoribus, & perſonis boneſtis.*

*Hartzhre Concil. Germ. t. 3. p. 483.*

SIgewinus, ſeu Sugervinus, quem nonnulli Sigiſmundum vocant, vir optimus, & religioſus, non ſolum ipſæ prædicationis officio crebe-A rime functus eſt, more prædeceſſorum, Ottonis, & Adelberti, ſed & clericorum vitia magis magiſque irrepentia vehementer, & publice coarguit.

Statuendo in Diœceſi (*Statuto ſynodali promulgato*) ne meretrices die Paſchatis ad ſacram ſynaxim admitterentur, ſed die veneris tantum: ut inter honeſtas, & turpes perſonas diſcrimen aliquod conſtitueretur.

Hoc caſtitatis, & honeſtatis diſcrimen uſque ad Epiſcopum Wilhelmum ſtricte obſervatum fuit.

ANNO CHRISTI 1206.

# CONCILIUM RADINGENSE,

## IN ANGLIA A JOANNE FERENTINO

### ſedis Apoſtol. legato celebratum.

ANno MCCVI. *ait Mattheus Pariſius*, Joannes Forentinus ſedis apoſtolicæ legatus, veniens in Angliam, eamque perluſtrans, magnam pecuniæ ſummam congeſſit: & tandem apud Radingum, in craſtino S. Lucæ Evangeliſtæ, concilium celebravit. Quo facto *eum Anglia diſceſ-*B *ſiſſe ait*. *Eadem narrat Matthæus Weſtmonaſterienſis*.

G. C. Hæc ubi retulit Spondanus ad hunc annum mox ſapientiſſime ſubjicit: *Suſpecta omnino eſt accuſatio in hominibus parum in pontificem æquis, ob ſimultates, quæ poſtea inter ipſum & Joannem regem interceſſerunt*.

ANNO CHRISTI 1207.

# CONCILIUM IN PROVINCIA NARBONENSI,

### Incerto loco celebratum anno MCCVII. pro convertendis Albigenſibus.

*COncilii hujus mentionem faciunt geſta S. Dominici, quorum hic locus a Vincentio Bellovacenſi, ſpeculi biſtor. lib. XXIX. cap. XCIII. refertur ſub annum MCCVII.* Miſſi ſunt ab Innocentio papa, XII. abbates Ciſtercienſis ordinis cum uno apoſtolicæ ſedis legato in terram Albigenſium, ut fidem catholicam prædicantes, hæretica venena pro viribus expulſarent. Qui convocato archiepiſcoporum, & epiſcoporum, aliorumque in partibus illis eccleſiæ prælatorum concilio, conquirebant inter ſe quonam modo commodius id, cujus gratia venerant, executioni mandarent. Illis autem ſuper hac deliberatione ſollicitis, venerabilis Didacus Oxomenſis epiſcopus ſupervenit: cum honore autem ſuſcipitur, conſulitur, & fides ejus conſiliis adhibetur. Hoc autem fuit ejus, ſpiritu divino ſuggerente, conſilium: ut abjecta pompa ſuperflui apparatus, quam equidem ſatis incongrue, qui ad Chriſtum pauperem prædicandum advenerant, in expenſis, ac æquitatibus, ac veſtibus, & varia ſuppellectili præferebant, veram atque evangelicam in ſe prætenderent paupertatem, & fidem Chriſti non verbis tantum & labiis perſonarent, ſed rebus, & manibus demonſtrarent: atque hoc modo animas, quas hæretici falſa virtute ac pietatis imagine deludebant, ipſi vera ſanctitatis ac religionis exhibitione poſſent ad fidei veritatem revoca-C re. Faventque omnes ejus conſilio, & juxta verbum ejus ſe facere pollicentur. Ipſe vero primus dictis ſuis facta compenſans, cœpit facere quæ aliis ſuadebat: ſtatimque miſit ſuos Oxomam cum equitaturis, & ſupellectili, & diverſo quem ſecum tulerat apparatu. Retinuit tamen ſibi paucos ex clericis, & fratrem Dominicum, ſcilicet ſuæ Oxomenſis eccleſiæ ſuperiorem, qui extunc cœpit frater Dominicus, & non ſuperior appellari: remiſſiſque ad loca ſua temporalium ſarcinis, cœperunt ſinguli Evangelicam paupertatem amplecti; pedites diſcurrere, ac ſtrenue fidem Chriſti verbo & opere prædicare, habentes ſuper D ſe quaſi totius negotii ducem epiſcopum Oxomenſem.

*Arnaldo abbate Ciſterc.*

G. C. Abbatum ordinis Ciſtercienſis cum Didaco Oxomenſi epiſcopo, & S. Dominico, adverſus Albigenſes prædicantium, meminerunt quoque Robertus monachus Autiſſiodorenſis, Petrus Vallis cernenſis, Guillelmus de Padio Laurentii, & alii: ſed concilii & congregatorum epiſcoporum, nemo præter authorem geſtorum S. Dominici Anno MCCVII. recte id a E Vincentio tributum eſſe diſcimus ex Roberto monacho, qui abbates illos cum aliis ejuſdem ordinis, hoc anno menſe Martio Ciſtercio egreſſos eſſe docet circiter triginta. Abbates erant duodecim, ac præterea Arnaldus abbas Ciſtercienſis, legatus apoſtolicus, qui ceteris præerat: unde & nonnunquam tredecim numerantur.

# ☞ CONCILIUM MONTIS PESSULANI

*Contra Albigenſes Anno forte 1205. habitum.*

Ex Suppl. Manſi to. II. pag. 788. An. forte 1205.

LAbbeus in ſua conciliorum collectione anno 1207. aſſignat concilium contra Albigenſes in provincia Narbonenſi, ſed loco incerto celebratum. Nomen loci huius nunc tandem innotuit, ex quo P. P. Bollandiani ad diem IV. auguſti vitam S. Dominici a Jordano ejus diſcipulo ſcriptam e tenebris eruerunt. Ita enim legas ibidem cap. I. num. 15. & 16. *Eo tempore dominus Innocentius papa duodecim abbates Ordinis Ciſtercienſis cum uno legato contra hæreticos Albiginorum ad prædicandum fidem direxerat; qui celebrato cum archiepiſcopis, & epiſcopis, aliiſque illius terræ prælatis concilio &c. Interim dum ſic conſiliarentur ad invicem, accidit præmemoratum Oxomenſem epiſcopum* ( Didacum, cui S. Dominicus ſocius acceſſerat ) *per Montem Peſſulanum iter agere, ubi concilium agebatur*. En igitur certum concilii locum. Sed de anno, quo illud habitum fuit, unde pariter, & prædicatio S. Dominici, illuſtris Ordinis Prædicatorum inſtitutoris cœpit, difficilis controverſia eſt. Vincentius quidem Bellovacenſis ſæculi hujus ſcriptor cum Nangio annum 1207. deſignat. Sed eorum ſententia ſuſtineri vix poteſt; etenim, teſte eodem B. Jordano, Didacus Oxomenſis epiſcopus poſt concilium iſtud prædicationem pro reducendis ad fidem Albigenſibus cæpit, & in ea *duobus annis permanſit, quibus expletis* rediit Oxomium, & poſt paucos dies obiit. Obitus ejus annus 1207. ex ipſo ejus epitaphio eruitur. *Hic jacet Didacus Azebes epiſcopus Oxomenſis. Obiit Æra MCCXLV.* ideſt anno 1207. Refertur illud a Tamaio in Martyrologio Hiſpano ad diem VI. februarii, quem emortualem ejus fuiſſe aſſerit. Si ex anno 1207. demas biennium, ſupereſt annus 1205. concilio aſſignandus. Sed P. Eccardus in ſua Bibliot. PP. Prædic. tom. I. p. 8. cenſet annum hic exprimi juxta ſtylum veterem, quo annus a martio incipit; unde annus æræ 1245. ſtylo veteri cum Februario menſe conjunctus, eſt ſtylo novo annus æræ 1246. & Chriſti 1208. Sed an. 1207. Didacum reipſa patriam jam repetiiſſe colligo ex inſtrumento donationis cujuſdam factæ a Berengario archiep. Narbonenſi in gratiam monaſterii Pruliani, in quo Virgines Deo ſacras collegerunt Didacus, & S. Dominicus, teſte Bernardo Guidonis in libro fundationum Conventuum Ordin. Præd. ubi inſtrumentum illud refert. Extat liber ille in Collectione Veter. Monum. Martenii tom. VI. col. 437. in quo & inſtrumentum conſignatur anno 1207. die XV. Kal. Maii. In eo vero archiepiſcopus nonnulla largitur ſanctimonialibus Pruliani *noviter converſis monitis, & exemplis fratris Dominici Oxomenſis, & ſociorum ejus*. Nulla hic mentio de epiſcopo Didaco, qui monaſterii illius potiſſimus author extitit, cujus ſilentii nulla idonea ratio excogitari poteſt, quam, quod epiſcopus provinciam jam deſeruiſſet, totamque illius curam in S. Dominicum tranſtuliſſet. Anno igitur 1207. nondum media ſui parte evoluto Didacus jam redierat in patriam, cujus proinde reditum ut omnes admittunt ſi ſtatim obitus conſequutus fuit, deceſſiſſe illum anno 1207. ſtatuamus oportet concilium vero anno 1205. optime aſſignatur.

# ☞ ARDREATINUM IN SARDINIA.

*A Ricco Calaritano archiepiſcopo, in cauſa cenſus cujuſdam a monachis non ſoluti*

*Anno 1205. habitum.*

Manſi p. 789. An. 1205. Extat ap. Gattol. Hiſt. Caſſ. t. I. par. I. p. 427.

RIcus Dei gratia Kallaritanus archiepiſcopus cunctis Dei fidelibus, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem perpetuam.

Cum prioratus de Nurchi deberet Turritano archiepiſcopo pro eccleſia S. Mariæ de Chennor ſolvere viginti Piſanæ monetæ, & pro eccleſia S. Jorgii de Barache unam libram argenti, tam in conſecratione novi archiepiſcopi, quam in adventu legati Romanæ eccleſiæ cenſuali jure præbere, & monachi illi per aliquod tempus dictum cenſum negligerent exhibere, & ad inſtantiam domini B. Turritani archiepiſcopi cauſa ipſa fine debito terminand mihi a domino papa commiſſa fuiſſet; in Turritana eccleſia conſtitutus partibus coram me convocatis, cum dictus archiepiſcopus in litis initio reſtitutionem cenſus requireret, & monachi prædicti quoddam inſtrumentum bonæ memor. Alberti, quondam Turritani archiepiſcopi de relaxatione cenſus oſtenderent, & archiepiſcopus non minus reſtitutionem cenſus, quo injuſte fuerat expoliatus, inſtanter repeteret; monachi prædicti de jam dicto cenſu, tam non ſoluto, quam & ſolvendo ſe in ſæpe dicti archiepiſcopi poteſtate omnibus modis dederunt, & ipſe archiepiſcopus, tanquam vir religioſus, & pius, ad preces noſtras, & aliorum bonorum virorum omnem negligentiam tunc uſque factam ſuper ſolutionem cenſus pro reverentia Dei, & Caſſinenſis eccleſiæ relaxavit, & in futurum dictos viginti ſolidos remiſit in perpetuum. De dicta libra argenti dixit & ſtatuit, ut certis temporibus, ſcilicet, ut prius fuerat, & ſupra ſcriptum eſt, Turritano archiepiſcopo ſemper, & pacifice perſolvatur; quam indulgentiam dicti monachi valde libenter, & cum plena gratiarum actione receperunt, & ut nulla poſſit, quod factum erat, deleri memoria, hujus conventionis factæ ſeriem me ſcribere rogaverunt, & proprio ſigillo munire. Hæc acta ſunt in eccleſia S. Mariæ de Ardrea, ubi pro concilio convenerамus. Teſtes domnus Gregorius * Autthenſis * I. Othanenſ epiſcopus, qui hujus concordiæ auctor extitit principa-

CIRCA A. CHRISTI 1207.

cipalis, & domnus Joannes archipresbyter S. Gavini, & domnus Jorgius Scarpa prior S. Gavini, & D. Raffael, & Jantus Merla. Anno Domi- A nicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo quinto, indictione ſeptima, tertio nonas Maii

# SYNODUS APUD PERTHUM IN SCOTIA.

*Anno 1206. habita.*

Ex Suppl. Manſi T. II. p. 250. An. 1205. Extat ap. Wilk. t. I. p. 514.

MEnſe aprili anno 1206. concilium nationale Scoticum, quod in charta originali vocatur ſynodus generalis, apud Perthum celebra- B batur. Conſtat hoc ex charta penes vicecomitem de Arbuthnot.

# LONDONIENSE ET OXONIENSE CONCILIA.

*In quo pro decernendo regi pecuniarum ſubſidio*

*Anno 1207. coacta.*

Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 790. An. 1207. Ex Wilk. t. I. p. 515.

REx Joannes poſt reditum ſuum a transmarinis, convocatis epiſcopis, abbatibus & prioribus, comitibus & baronibus, & magnatibus regni, celebravit concilium Londini in octavis circumciſionis, ibique convenit epiſcopos & abbates, ut permitterent perſonas & beneficiatos eccleſiarum dare regi certam ſummam redituum ſuorum. In quod cum non conſentirent prælati eccleſiarum, data eſt dilatio uſque ad ſequens concilium celebrandum Oxoniæ in octavis puri- C ficationis beatæ Mariæ; ibique congregata infinita multitudine prælatorum eccleſiæ & magnatum regni, exegit ab epiſcopis & abbatibus, quod prius exegerat ab eis. Sed conſilio inito, omnes tam Cantuarienſis, quam Eboracenſis metropolitæ unanimiter reſponderunt, Anglicanam eccleſiam nullo modo ſuſtinere poſſe, quod ab omnibus ſæculis prius fuit inauditum. Rex ergo, ſaniori uſus conſilio, exactionem illam penitus relaxavit.

# CONCILIUM APUD VALLEM GUIDONIS

*In quo pro ſervandis diligenter rebus eccleſiaſticis ſtatuta condita ſunt*

*Anno 1207. vel 1208. habitum.*

Ibid. p. 791.

ANno 1207. vel forte ſequenti ab epiſcopis Turonenſis provinciæ habitum fuiſſe concilium apud Vallem Guidonis (qui modo locus appellatur Laval in Cenomanenſi diœceſi) diſco, non quidem a collectoribus, quorum diligentiam fugit; ſed ex actis concilii Salmurienſis a Petro de Lambale Turonenſi archiepiſcopo anno 1253. legendis apud Labbeum to. XIV. col. 136. edit. Venet. Canone enim IV. ejus concilii ſtatutum eſt, ut rerum, & bonorum eccleſiaſticorum catalogus in archivis cuſtodiatur, D prout *in Concilio apud Vallem Guidonis a felicis recordationis Gaufrido prædeceſſore noſtro provida fuit diſpenſatione ſtatutum.* Gaufridus hoc anno Turonenſis archiepiſcopus renunciatus, anno ſequenti 1208. deceſſit, ut intra hoc biennium concilium illud, de quo ſilent omnes, ſtatui oporteat. Ad iſtud forte Concilium referendum eſt pariter ſtatutum aliud de ſupplendo in cœnobiis antiquo monachorum numero, quod ab eodem Gaufrido ſancitum fuiſſe in canone XIX. ejuſdem Salmurienſis concilii legimus.

ANNO CHRISTI 1208.

# AD S. SEVERUM IN CAPITE VASCONIÆ CONCILIUM

*Anno 1208. habitum.*

*Sententia Navarri epiſcopi Conſeranenſis, & apoſtolicæ ſedis legati, lata in concilio provinciali anno MCCVIII. apud S. Severum in capite Vaſconiæ celebrato, adverſus ejuſdem villæ burgenſes.*

*Ex ſchedis Stephani Dulaura Ord. S. Ben.*

Ibid. An. 1208. Extat apud Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 91.

QUoniam labenti inhæremus, & omnia temporalia ad occaſum veniunt ſucceſſive: fidelium charitati præſentium & futurorum luce clarius innoteſcat, quod homines ſancti Severi de Vaſconia in diœceſi Adurenſi, conqueſti ſunt E de abbate & conventu ejuſdem loci; mihi Navarro Coſeranenſi epiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato; attentius ſupplicantes, ut ad eundem locum accederem, & cauſam eorum fine debito terminarem. Quorum precibus acquieſcens, veni ad

ANNO CHRISTI 1208.

☞ ad locum ſuperius nominatum, & poſt multa
verba hinc inde prolata, ad ultimum partes con-
venerunt, ut homines ſancti Severi coram nobis
de querimoniis abbati & conventui reſponderent,
inviolabiliter ſervaturi quidquid nos per ſenten-
tiam diceremus. Hoc utique viginti de meliori-
bus totius villæ pro ſe & reliquo populo com-
muniter juraverunt: & hoc idem ut ſimiliter ab-
bas & conventus coram nobis de omnibus que-
rimoniis hominibus reſponderent, & ſententiam
noſtram inviolabiliter obſervarent. Abbas ad no-
ſtrum libitum firmavit, ut decebat. Quapropter,
& ut de communi bono totius provinciæ termi-
naretur, maturiori uſi conſilio, ibidem celebra-
vimus provinciale concilium. Homines vero ſta-
tim ab eo, quod firmaverant, voluerunt aliqua-
tenus deviare. Tandem epiſcoporum conſilio ad
viam regiam revertentes. illi iidem viginti pro
ſe ac reliquo populo, ſub religione ſui juramen-
ti, ſolemniter promiſerunt, ut quidquid ego Na-
varrus Coſeranenſis epiſcopus, apoſtolicæ ſedis
legatus, ſuper prædictis querimoniis per arbitrium
definirem, ipſi modis omnibus obſervarent; vel
quinque millia ſolidorum morlanorum ſolverent
mulctati. Abbas etiam compr miſit ſimiliter ſi-
mula obſervare. Igitur in præſentia noſtra conſtitu-
ti, propoſuerunt homines in hunc modum, vi-
delicet quod abbas & monachi vendebant in exe-
quiis mortuorum, cruces, thuribula, locum ubi
defunctus ponebatur, indumenta ſacerdotalia,
pulſationem campanarum, locum etiam in clau-
ſtro vel cœmeterio ad corpora tumulanda, be-
nedictionem in nuptiis, & ſignaculum parvulo-
rum. Dicebant inſuper, quod quamdam partem
villæ claudere tenebantur. Abbas quidem & mo-
nachi de ſæpe dictis hominibus hujuſmodi queri-
monias in medium protulerunt: videlicet quod
contra prohibitionem eorum capellani, quemdam
hominem mortuum extraxerunt de domo, & ſe-
pelierunt eum in cœmeterio, ac deinde poſt
camdem prohibitionem, auctoritate diœceſani
epiſcopi confirmatam, in malitia perſtiterint uſ-
que ad undecim corpora in eodem cœmeterio
per violentiam tumulantes. In eodem quoque
cœmeterio tumbas lapideas conſtruxerunt, quas
jure hereditario non probabant amodo poſſidere.
Poſtea in contemtum univerſalis eccleſiæ horri-
bilius erigentes calcaneum, in loco publico pin-
naculum conſtruxerunt, ibidem campanas & cym-
balas ſuſpendentes, quas ad matutinas & ſingu-
las horas diei pulſare, contemnentes matrem ec-
cleſiam, præſumpſerunt. Populus inſuper ad eun-
dem locum conveniebat, matutinarum & alia-
rum horarum officia a quibuſdam laicis auditu-
rus; ibidem, novo & inaudito modo, horas mi-
nus catholicas celebrant. Unam de campanis
contra eccleſiam ſæpe dicto abbati abſtulerunt &
monachis, occaſione cujuſdam dominæ, cui jus
decimarum illius eccleſiæ, unde campana fuerat,
competere aſſerebant, & in eodem facto violen-
tas manus in quemdam monachum injecerunt.
Portas itaque fregerunt eccleſiæ. Oblationes in
diebus Lunæ per violentiam aſſumentes, paupe-
ribus tribuebant. In januis eccleſiæ offerentes die-
bus dominicis & feſtivis, quidquid offerebatur da-
bant pauperibus minus juſte. Baptizaverunt par-
vulos ſuos in parochia aliena, cum capellanus
præſto eſſet libentiſſime in porta eccleſia bapti-
zare. Conſtituerunt, quod mulieres tempore præ-
gnationis, & ipſi in miſſis mortuorum, & nu-
ptiarum, more ſolito non offerrent. Et quia una
offerre poſtea auſa fuerit, quidam dehoneſtavit
eam, verba plena convitiis inferendo. Decimas,
A & primitias de omni re acquiſita licite non ſol-
vebant. Extraneos inſuper atrocius affligentes, ut
nihil penitus monachis venderetur prohibuerunt
omnibus publice per præconem. Abbatis præco-
nem obmuteſcere facientes, alium qui quotidie
præconaretur, auctoritate conſulum & populi
creaverunt. Claves etiam villæ, quas abbas jure
dominii penes ſe tenebat, auferre ei per violen-
tiam præſumpſerunt: Cum monaſterium ſilvam
haberet, quæ vulgo dicitur Bedat, clamavit præ-
co ut omnes pariter, cauſa ſecandi arbores, &
ad ſilvam irent, quod adimplentes celeriter cum
ſecuribus..... & aliis ferreis inſtrumentis, ligna
& arbores ſuccidentes, cum jumentis nemus com-
muniter intraverunt. Poſſeſſiones etiam ruſtico-
B rum & villanorum ſancti Severi emptionis titulo
& pignoris ſibi vendicant violenter. Quid plura?
Volentes monaſterium privari omni dominio,
leges conſuetudinarias condiderunt, quas ſi quis
tranſgreditur, certa punitur ſumma pecuniæ.
Quarumdam conſiarriatum occaſione, conjura-
tiones faciunt manifeſte. Jus quoddam, quod
vulgo dicitur Lezna, de quibuſdam, quæ extra
villam in foro, pacis tempore vendebantur, &
pedagium ſalis, ferri & piſcium, negant, pari-
ter retinentes. Pro clauſura in januis villæ quaſ-
dam conchas ad tempus abbas conceſſerat; ſed
ipſi replicant, quod pro clauſura villæ eſſent in
perpetuum, ac ideo eas ſibi vendicant & uſur-
pant. Cum monaſterium donatione fundatoris
C aquas habeat ab antiquo, ipſi novo piſcandi ge-
nere, & ubicumque volunt, retia immittere in
capturam non verentur. Homines monaſterii
cenſuales, qui propter guerras, vel etiam ſponte
villas deſerunt, ex quo villam intraverunt, bur-
genſes reputant; & multoties eos qui remanſe-
runt in villulis, vexant indebite & prædantur.
In eadem villa propria auctoritate collectas fa-
ciunt, in quibus quaſdam domos monaſterii, &
ſervientes abbatis & monachorum, computant,
& damnificant ut vicinos. Ad ultimum, quem-
dam hominem abbatis & monaſterii occiderunt.
Omnia ſuperius prælibata fuerunt propoſita co-
ram epiſcopis, abbatibus, & aliis bonis viris,
qui ob hoc a nobis fuerunt convocati. Quorum
D conſilio voluimus dare ſententiam, cui jam,
excepto Adurenſi, receſſiſſent omnes epiſcopi.
Sed homines villæ proceſſum noſtrum impedien-
tes, ex certa ſcientia, ut videbatur, addiderunt
aliqua in hunc modum. Petrus de Gavared con-
queſtus eſt, quod de conſilio abbatis & mona-
chorum ejuſdem loci, molendinum ejus quon-
dam fuerat deſtructum. Conqueſtus eſt ſimiliter
quidam alius, quod quemdam conſanguineum
ſuum monachaverunt pro molendino quodam,
quod ſibi jure hæreditario competere contende-
bat: Conquerebat etiam tota vicinia, quod ab-
bas apud Miremontem ad expeditionem eos ad-
duxerat, & inde Petrus *de Mauleon* & alii vicini
damna plurima populo inferentes, eos quotidie
E infeſtabant.

His igitur rite peractis, primum capitula quæ
coram epiſcopis fuerunt propoſita atque diligen-
tiſſime ventilata, Deum ſolum præ oculis ha-
bentes, diffinimus tali modo. Abbas & conven-
tus nihil ex pacto ulterius requirant pro omni-
bus ſpiritualibus ſuperius memoratis; ſed oſten-
datur hominibus locus cimiterii: licet enim com-
mune ſit omnibus, qui eccleſiaſtica indigent ſe-
pultura, in abbatis tamen eſt cuſtodia conſtitu-
tum. Conſuetudines a prædeceſſoribus erga ec-
cleſiaſtica uſu approbatas, ſcilicet in donationi-
bus relictis, & oblationibus, decernimus eos co-

ANNO CHRISTI 1208.

gi per cenſuram eccleſiaſticam obſervare. De parte ville dicimus quod eam non tenetur claudere abbas, nec monachi, ut iidem confirentur homines. . . . . conchas conceſſerit, de quibus conchis dicimus, ut ſecundum arbitrium per quaſcumque manus hominum villæ abbas voluerit, clauſuræ villæ vel annuatim vel in perpetuum aſſignentur. Super querimonias abbatis & monachorum, dicimus quod pro mortuo, quem homines villæ de eccleſia extrahentes in cimiterio poſuerunt, duplici pœna ſacrilegii puniantur, & mortuus ad eccleſiam reportetur, & iterum in cimiterio ſepeliatur. Alii mortui, quia excommunicati mortui ſunt, a cimiterio projiciantur: pro quorum quolibet pœnam ſacrilegii ſolvant homines, & pro quolibet tumulo, quem contra prohibitionem abbatis, vel monachorum, in cimiterio conſtruxerunt, pro pinnaculi erectione, & campanis, celebrationeque norarum, de jure ad multas pœnas ſacrilegii tenentur, quas miſericorditer relaxamus. Injungentes, ut infra annos, id eſt diſcretionis, omnes a minimo uſque ad maximum jurent communiter, ne de cetero tale quid vel ſimile attentent; pinnaculum ſine mora & dilatione aliqua deſtruatur; campanæ dentur eccleſiæ, vel deleantur; ea excepta quæ monachis fuit ablata, quibus ſine mora reſtituetur. Et pro violentia manuum injectione in monachum, ac quia januas eccleſiæ confregerunt, & oblationes acceperunt per violentiam, ad pœnam ſacrilegii teneantur. Pueros, quos fecerunt alibi baptizare, reportent ad eccleſiam, cum conſuetis oblationibus, & illas quas in januis eccleſiæ receperunt pauperibus largientes, reſtituant monachis & abbati. Violentiam quam fecerunt oblationes in eccleſia capientes; de cetero non attentent, & pro parvulis alibi baptizatis ad pœnam eccleſiaſticam, ſcilicet ſeptem ſolidos, & dimidium teneantur. Quia mandaverunt uxoribus, & aliis hominibus quod non offerrent, ut conſueverant, quilibet reddat legem eccleſiæ, & ſic vitium corrigatur, ut manifeſtum ſit jus eccleſiæ non perire. De decimis & primitiis dicimus quod de omnibus licite acquiſitis integre perſolvantur. Quod niſi fecerint, utraque poteſtate, videlicet eccleſiaſtica, & civili, eas reddere compellantur. Quia præconem auctoritate propria conſtituerunt, ſecundum leges ad confiſcationem tenentur rerum & corporum; ſed quia tantum eos punire noluimus, pro qualibet clamatione quam preco fecerit, ad legem conſuetam, id eſt ad mulctam & emendam, quælibet de populo teneatur. Quicumque nemus intraverit, legem ſolvat ſimiliter conſuetam. Pro quolibet roſſino & qualibet ſecuri & arbore inciſa eamdem nihilominus perſolventes. Quia claves villæ abbati per violentiam abſtulerunt, licet ad confiſcationem omnium tenerentur: tamen quod factum gerere nolumus, ab illa die qua abſtulerunt ei claves, pro qualibet die quilibet de populo legem conſuetam abbati monachis ſolvat. De jure quod Lezna dicitur, quod in die mercati nihil vendatur in villa penitus de illis quæ in foro vendi ſolent, unde abbas illud jus accipit. Quod ſi forte contingeret, abbas Leznam accipiat, & pro injuria damnum inſuper conſuetum. Conjuratione quæ nomine confratinarum vel alio modo factæ ſunt, penitus deleantur & contra voluntatem abbatis nullo modo fiant de cetero. Si forte fierent, teneantur ad damnum, & conjuratio deſtruatur. Collectæ vero ab abbatis nuncio ſemper fiant; quod ſi non fieret, quilibet de populo conſuetum damnum ſolvat. In quibus utique collectis domus quæ in horis abbatis ſunt, & ſervientes abbatis, vel monachorum, qui tamen eorum panem comedunt nullam præbeant portionem, niſi forte domos vel alia bona in villa habeant, quibus juſtum ſit & idoneum partem dare. De terris ruſticorum & villicanorum, quos ſine conſenſu abbatis in pignus accipiunt, vel emunt, decernimus quod cetero non fiat; quod ſi fieret, hujuſmodi contractus decernimus irritandos. Super pedagio ferri, talis, & piſcium, abbas curiam convocet, & quod curia dixerit, faciat obſervari. De aliis Leznis & pedagiis dicimus quod, ſicut quiete habuit, poſſideat nunc & ſemper. Quocumque modo homines monaſterii cenſuales villam intraverint, ſic intra villam abbas plenum jus in illis habeat, ac ſi in villulis permanerent. Si vero aliquis ruſticorum a villa voluerit pervenire, ut ibi uxorem recipiat; ſi a burgenſibus requiratur abbas non deneget, niſi forte manſus vacuus remaneat. De damno illato hominibus monaſterii, qui habitant in villulis, dicimus quod illi, de quibus conqueritur abbas, damnum reſtituant, & legem dent nihilominus conſuetam, vel jurent quod non fecerint, ſi voluerint ſubterfugere prælibata. De homicidio, ſi forte a conſanguineis vel amicis defuncti aliquis perſonaliter impetatur, abbas juſtitiam faciat ſicut oportet. De piſcibus capiendis, dicimus quod infra terminos de quibus ſupra molendinorum vel etiam infra opus protenditur, nulla extendant retia, nec alio modo piſces capiant; ſed extra terminos modum non ponimus nec menſuram. Quia prohibitum fuit, ne monachis victualia venderentur, duodecim jurati principales jurent, quod de mandato eorum, vel conſilio non emanavit; etſi jurare noluerint, quilibet eorum, & etiam omnes alii abbati & monachis legem ſolvant. Hæc, inquam, auctoritate epiſcoporum & concilii ſunt peracta: ſed ea quæ poſt diſceſſum concilii homines, ut ſuperius, addiderunt, aliorum conſilio terminavimus, ſecundum quod credimus, ut decebat. De priori molendino non cognoſcimus, quod domus vel collegium teneatur. Sed ſi de aliquo perſonaliter querimonia proponatur, abbas ſibi faciat juſtitiam competentem. De ſecundo molendino, quia in vita monachi poſſederunt illud in patientia, dicimus quod in pace poſſideant nunc & ſemper. Querimoniam abbatis de quodam homine, & querimoniam populi de Miremonte, & de alienatis monaſterii poſſeſſionibus ab abbate, vel monachis, fruſtratorias judicamus. Quædam capitalia uſque modo dicere diſtulimus, quæ nunc aperire decrevimus; videlicet quod claves portarum villæ ſub cuſtodia abbatis ſint nunc & ſemper. Præconem villæ abbas eligat & conſtituat. Juſtitiæ & placita in manu abbatis & coram eo, vel ſuo præpoſito diffiniantur. Mandata & prohibitiones ex parte abbatis factæ non violentur. Conſtitutiones, collectæ, talliæ, conſilio & arbitrio abbatis ſemper fiant. Et ut hæc & prælibata cautius & inviolabiliter obſerventur, ſigillo noſtro proprio corroboravimus. Hæc omnia per me Navarrum diffinitive per ſententiam promulgata fuerunt apud S. Severum in clauſtro, anno milleſimo ducenteſimo octavo ab incarnatione Domini idibus Octobris.

GAL-

# GALLONIS S. R. E. CARDINALIS CONSTITUTIONES.

Index capitulorum. A

I. *Ne cum clericis & ſacerdotibus mulieres commorentur.*
II. *Ne pro ſacris aliquid exigatur.*
III. *De veſtibus ſacerdotum.*
IV. *De veſtibus archipresbyterorum, archidiaconorum, præpoſitorum.*
V. *De veſtibus monachorum.*
VI. *Ne clerici & monachi fœnus & negotiationem inhoneſtam exerceant.*
VII. *Ut prælati ſupradicta obſervent, & faciant obſervari.*
VIII. *Ut cum magiſtris & ſcholaribus agatur indulgentius.*
IX. *Ut iidem, ſi ſæpius admoniti, reſipiſcere noluerint, excommunicentur.* B
X. *Ut magiſtri prædicta diligenter exequantur.*

## CAPITULA.

### *I. Ne cum clericis & ſacerdotibus mulieres commorentur.*

IN nomine Domini, nos Gallo, miſeratione divina ſanctæ Mariæ in porticu diaconus cardinalis, apoſtolicæ ſedis legatus, excommunicamus omnes ſacerdotes & clericos quoſcunque, qui poſt C legitimam admonitionem focarias vel mulieres alias, de quibus mala ſuſpicio ſuboriri poſſit, in domibus propriis, vel alibi, unde populus vel eccleſia ſcandalizetur, duxerint retinendas; niſi ſint clerici qui in minoribus ordinibus legitime contraxiſſe probentur, qui cum uxoribus eccleſiaſtica non debent beneficia retinere. Moneantur quoque, ne matres vel uxores, aliaſque conjunctas perſonas ſecum habeant: cum quibus etſi nihil D ſævi criminis fœdus naturale exiſtimari permittat, tamen frequenter, ſuggerente diabolo, cum talibus noſcitur fuiſſe facinus perpetratum.

### *II. Ne pro ſacris aliquid exigatur.*

Prohibemus etiam ſub eadem excommunicatione, ne ſacerdotes vel clerici, occaſione alicujus conſuetudinis, pro baptiſmo, ſepultura, benedictione, aliiſve ſacramentis eccleſiaſticis, aliquid exigere E vel extorquere præſumant. Sed ea liberaliter & ſine difficultate ſtudeant canonice miniſtrare. Moneantur tamen laici diligenter, ne quod pro reverentia ſacramentorum devotio fidelium introduxit, ex avaritia velint aliquatenus revocare.

### *III. De veſtibus ſacerdotum.*

Item & prohibemus, ne ſacerdotes de cetero cappis manicatis utantur: & ne conſtituti in ſacris ordinibus manicas conſutitias, ſotulares roſtratos, veſteſque rubri coloris habeant, diſtrictione conſimili prohibemus.

### *IV. De veſtibus archipresbyterorum, archidiaconorum, præpoſitorum.*

Decanis quoque, archipresbyteris, & archidiaconibus, ne veſtes rubri coloris, vel virides habere præſumant: & ſpecialiter archidiaconibus & præpoſitis qui habent curam animarum, ne cappas foratas habeant manicatas.

### *V. De veſtibus monachorum.*

Monachi etiam ut cappis ſumptuoſis & non nigris de cetero non utantur, ſub eadem pœna duximus inhibendum.

### *VI. Ne clerici & monachi fœnus & negotiationem inhoneſtam exerceant.*

Inhibemus etiam omnibus tam clericis quam monachis ſub excommunicationis vinculo, ne fœnus exerceant: & ne aliquam negotiationem exerceant inhoneſtam, prohibentur indiſtincte.

### *VII. Ut prælati ſupradicta obſervent, & faciant obſervari.*

Ut autem ab omnibus, in tonſura, habitu, & converſatione, honeſtas eccleſiaſtica conſervetur: diſtricte præcipimus univerſis prælatis, ſub atteſtatione divini judicii; firmiter injungentes, ut omnia ſupradicta obſervent, &, quantum in ipſis fuerit, faciant a ſubditis, monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam inviolabiliter obſervari.

### *VIII. Ut cum magiſtris & ſcholaribus agatur indulgentius.*

Volentes autem, quantum cum Deo & honeſte poſſumus, magiſtris & ſcholaribus deferre: eatenus erga ipſos rigorem, ſi quis eſt noſtræ conſtitutionis, duximus temperandum, ut antequam periculum excommunicationis incurratur, ad-

ANNO CHRISTI 1208.

admonitio generaliter fiat per magiſtros, & comminatio excommunicationis in tranſgreſſores. Quibus præmiſſis, ſi qui forte contumaces & rebelles extiterint; iterum & nominatim ſub eadem comminatione & in ſcholis moneantur, indulta nihilominus ad ſatisfaciendum dilatione competenti.

*IX. Ut iidem, ſi ſæpius admoniti, reſipiſcere noluerint, excommunicentur.*

Quod ſi forte nec taliter reſipiſcere voluerint, ex tunc per cancellarium, qui pro tempore fuerit, excommunicati denuncientur; & tamdiu ab omnibus evitentur, donec ſatisfecerint competenter, & ab epiſcopo, ſi fuerit præſens, vel eo abſente, ab abbate S. Victoris, cum forma eccleſiæ fuerint abſoluti.

*X. Ut magiſtri prædicta diligenter exequantur.*

Præcipimus autem magiſtris in virtute Spiritus ſancti, ut prædicta omnia, excepto tamen neceſſitatis excuſabilis articulo, diligentius exequantur: ne per negligentiam vel malitiam aliquorum, noſtræ conſtitutionis authoritas contemnatur.

### Notæ Gabr. Cossartii S. J.

Quis iſte ſit Gallo cardinalis ſatis ipſe declarat. *Nos*, inquit, *Galo miſeratione divina, S. Mariæ in porticu diaconus cardinalis*. At quæ illius ætas? *Anno MCCVIII.* ait Rigordus, *Innocentius papa III. miſit legatum in Franciam Gual. tituli S. Mariæ in porticu, diaconum cardinalem*. Idem utrobique Gallonis nomen, (nam & Gallo, & Gualo, & Guala dicitur,) eadem cardinalis dignitas, idem ordo diaconi, idem titulus S. Mariæ in porticu. Qui vero has conſtitutiones ediderunt primi, cum Gallonem non alium noſſent, niſi eum qui epiſcopus Pariſienſis, Paſchalis papæ tempore, præcedente ſæculo fuerat: hunc & cardinalem, & harum acthorem conſtitutionum dixerunt. Adeo perſuaſi erant, ex omnibus ætatibus, nulli alteri nomen Galloni fuiſſe. Animadvertere autem debuerant, nullum eſſe vel in tabulario S. Mariæ Pariſienſis, vel alibi uſpiam monumentum, quod epiſcopo illi Pariſienſi cardinalis dignitatem tribuat. Immo extat in magno paſtorali eccleſiæ Pariſienſis epiſtola Paſchalis papæ II. a nobis edita tomo ſuperiori ad hunc Gallonem, quem Pariſienſem tantum epiſcopum appellat, minime vero cardinalem. Data eſt autem hæc epiſtola IX. Kal. Februarii anno MCXIV. hoc eſt menſe uno ante Gallonis epiſcopi obitum, qui contigit VII. Kal. Mart. anni ejuſdem.

Scio a Ciacconio Pariſienſem hunc Gallonem, inter cardinales a Paſchale II. creatos recenſeri. At nullo alio argumento ab iis affirmatum ſcio, niſi quod ex falſo harum conſtitutionum titulo petitum eſt. Fruſtra opponitur epiſtola XXXVIII. Hildeberti epiſcopi Cenomanenſis, qui Gallonis Pariſienſis epiſcopi æqualis erat. Neque enim inſcripta eſt, ut volunt, Galloni legato; ſed *Engoliſmenſi epiſcopo* G. (hoc eſt, Girardo) *legato*. Satin diſerte? Cui non notus ille in Galliis ſub Paſchali II. legatus? Gallo iſte Pariſienſis, legatione functus eſt in Polonia, cum adhuc eſſet Bellovacenſis epiſcopus; in Gallia, minime. At neque legati apoſtolici omnes, cardinales fuere: ut ex infinitis exemplis conſtat.

Quod autem legitur in Martyrologio S. Victoris Pariſienſis: *II. Kal. Junii obiit domnus Gallo cardinalis frater noſter*: neque de Pariſienſi epiſcopo intelligi poteſt, qui VII. Kal. Mart. vita functus eſt, ut fertur in obituario S. Quintini, cujus abbas fuit, antequam Bellovacenſis primum eſſet, ac deinde Pariſienſis epiſcopus: & Galloni cardinali, qui Innocentii III. tempore legatus in Gallia fuit, apprime convenit. Hunc enim fratrem ſuum appellant Victorini, quia ſicut ipſi, canonicus regularis ex S. Auguſtini diſciplina fuit, ut teſtantur Ciacconius, Panvinius, & Pennottus. Certe inſigne cœnobium S. Andreæ, magnis dotatum opibus, canonicis regularibus S. Auguſtini extruxit: primumque abbatem Thomam, ex Victorina domo evocavit. De quo vide Pennottum in hiſtoria clericorum regularium.

## ADDITIONES WILLELMI PARISIENSIS EPISCOPI,

Ex Hard. Concil. Tom. 6.

Ad Conſtitutiones Gallonis.

### TITULI CAPITULORUM.


I. *De tonſura clericorum.*
II. *Ne ſacerdotes frequentent mercata.*
III. *Ne faciant comeſſationes.*
IV. *Ne exerceant officium advocationis, niſi in certis caſibus.*
V. *Ne bis celebrent, niſi in neceſſitate, nec mortuorum corpora detineant ſuper terram.*
VI. *Ut bis in anno confiteantur confeſſoribus deputatis.*
VII. *Ut nomina confitentium deferant ad epiſcopum.*
VIII. *Ut moneant omnes, quod veniant ad confeſſionem ante Paſcha floridum.*
IX. *De publicis pœnitentibus.*
X. *De reſtitutione facienda ante teſtamentum.*
XI. *De iis qui abſuerint ab eccleſia tribus Dominicis continuis.*
XII. *De eleemoſynis & legatis ad fabricam eccleſiæ procurandis.*
XIII. *De matrimoniis clandeſtinis.*
XIV. *De commodationibus carrucarum.*
XV. *Ut in elevatione corporis Chriſti campana pulſetur.*
XVI. *Ut qui matrimonium contrahunt, prius peccata confiteantur.*


### CAPITULA.

I.

*De tonſura clericorum.*

PRæcipitur presbyteris, ut clericos, cujuſcumque ſint ordinis, in parochia ſua commorantes, moneant, quod tonſuram congruentem, & honeſtum habeant habitum, juxta canones: & ſi aliqui in hoc inobedientes, vel rebelles fuerint, monitione præmiſſa ab ingreſſu eccleſiæ arceantur. Quod ſi aliquis de hujuſmodi præſumptoribus tantæ ſit poteſtatis, quod ſine ſcandalo, a presbytero, prædicto modo coerceri non poſſit epiſcopo nuncietur.

II.

*Ne ſacerdotes frequentent mercata.*

Prohibetur ſacerdotibus, ne mercata frequentent, ſed ſi ex aliqua cauſa neceſſaria eos ad mercata ire oportuerit, in habitu honeſto incedant, & quam breviorem potuerunt ibi moram faciant.

III.

*Ne faciant commeſſationes.*

In mercatis non faciant commeſſationes, nec etiam alibi.

IV.

ANNO CHRISTI 1204.

IV. A

*Ne exerceant officium advocationis, niſi in certis caſibus.*

Prohibetur ſacerdotibus, ne officium advocationis exercere præſumant, niſi forte in cauſa eccleſiæ ſuæ, vel pro miſerabilibus perſonis, pupillis, & viduis, parochianis ſuis, quibus honeſte deeſſe non poſſunt: & hoc abſque pretii receptione, præter expenſas moderatas.

V.

*Ne bis celebrent, niſi in neceſſitate, nec mortuorum corpora detineant ſuper terram.* B

Presbyteri uno die Miſſas duas non celebrent, niſi in neceſſitate: nec detineant corpora mortuorum ſuper terram, occaſione pecuniæ extorquendæ.

VI.

*Ut bis in anno confiteantur confeſſoribus deputatis.*

Præcipitur ſacerdotibus, quod bis in anno ad minus, videlicet in Adventu Domini, & in Quadrageſima, peccata ſua confiteantur confeſſoribus per ſingulos decanatus conſtitutis.

VII.

*Ut nomina confitentium deferant ad epiſcopum.* C

Confeſſores, nomina confitentium ſcribant, & ad epiſcopum ad ſynodum deferant.

VIII.

*Ut moneant omnes, quod veniant ad confeſſionem ante Paſcha floridum.*

Presbyteri parochianos ſuos moneant, & frequenter in eccleſiis ſuis denuncient, quod omnes, ſaltem patres familias & matres, ad confeſſionem veniant ante Paſcha floridum: & qui in hoc negligentes fuerint, in pœnam, uſque poſt octavam Paſchæ, ad confeſſionem non admittantur: ſed uſque ad illud tempus a carnibus jejunabunt, ſicut in Quadrageſima. D

IX.

*De publicis pœnitentibus.*

Presbyteri parochianos ſuos ſolemniter pœnitentes, faciant venire in capite jejunii ad eccleſiam cathedralem, ut per epiſcopum ſolemniter ab eccleſia ejiciantur, & ſimiliter in die Jovis proxima ante Paſcha, ut per epiſcopum eccleſiæ reconcilientur.

X.

*De reſtitutione facienda ante teſtamentum.*

Presbyteri injungant parochianis ſuis confitentibus, quod omnia ablata, antequam teſtamentum vel legata faciant, plene reſtituant.

XI.

*De iis, qui abſuerint ab eccleſia tribus Dominicis continuis.*

Præcipitur quod presbyteri, parochianos ſuos, qui tribus Dominicis continuis ſe ab eccleſia ſua abſentaverint, ſine cauſa juſta & neceſſaria, interdicant, & ad epiſcopum mittant interdictos. Militibus diſcurentibus defertur.

XII.

*De eleemoſynis & legatis ad fabricam eccleſiæ procurandis.*

Præcipitur ſacerdotibus, quod diligenter & ſolliciti ſint in monendo parochianos ſuos de eleemoſynis & legatis ad fabricam eccleſiæ beatæ Mariæ faciendis: & legata fideliter quærant, & reſervent. Scribant etiam nomina eorum qui legaverint, & ad epiſcopum ad ſynodum afferant: & ſic eis appareat, qui fuerint in hoc diligentes & negligentes.

XIII.

*De matrimoniis clandeſtinis.*

Presbyteri de eccleſiis frequenter denuncient, eos qui matrimonia clandeſtina contrahunt, & qui eis faciendis aſſiſtunt, eſſe excommunicatos.

XIV.

*De commodationibus carrucarum.*

Præcipitur, quod commodationes carrucarum, quæ fiunt in feſtivis diebus quibus fieri ſolent per ſacerdotem, fiant, ne in hoc inter commodantes interveniat confuſio.

XV.

*Ut in elevatione corporis Chriſti campana pulſetur.*

Præcipitur, quod in celebratione Miſſarum, quando Corpus Chriſti elevatur, in ipſa elevatione, vel paulo ante, campana pulſetur, ſicut alias fuit ſtatutum: ut ſic mentes fidelium ad orationem excitentur.

XVI.

*Ut qui matrimonium contrahunt, prius peccata confiteantur.*

Presbyteri injungant parochianis ſuis, quod quando matrimonium inter aliquos erit contrahendum, illi qui debent contrahere, confiteantur ob reverentiam ſacramenti peccata ſua presbyteris ſuis, priuſquam fidem præbeant de contrahendo, vel ſaltem antequam contrahant per verba de præſenti. Presbyteri vero tunc ſolliciti ſint de inquirendo, maxime ſuper impedimentis matrimonii.

ANNO CHRISTI 1209.

# CONCILIUM MONTILIENSE,

## IN PROVINCIA NARBONENSI,

In quo Milo Apoſt. ſed. legatus Raymundum comitem Toloſanum Albigenſium fautorem pœnitentiæ ſubjecit, anno Domini MCCIX.

*Raymundus comes Toloſanus, Albigenſium fautor, jam ſæpius excommunicatus, cum & ditionem ſuam cuivis occupanti a pontifice conceſſam cerneret, & ſacri belli Albigenſibus indicti ingentem apparatum formidaret, miſſetque epiſcopos duos, Fulconem Toloſanum, & Navarrum Conſeranenſem, ad Innocentium legatos eſſe, ut ejus opem expoſcerent: ſuos ipſe ſimulata pœnitentia oratores ad eum miſit, rogaturos ut de latere ſuo aliquem mitteret, cui ſe per omnia futurum obſequentem ſpondebat:* E *nam Arnaldum Ciſtercii abbatem legatum apoſtolicum ſeveriorem ſibi ad illam diem fuiſſe. Sperabat mittendum aliquem faciliore virum ingenio, quem circumvenire poſſet. Miſit autem pontifex Milonem, unum de collateralibus ſuis clericis, ut ait Petrus monachus, ſimulque Theodoſium canonicum Genuenſem;* Cap. 9. *ambo ſcientia eximios, intrepidos, incorruptos. Milo cum Ciſtercienſi abbate congreſſus, & de ejus conſilio, uti juſſus erat, omnia gerens,* cum collega ſuo Magiſtro Theodoſio, in-

ANNO CHRISTI 1209.

Cap. 11.

*inquit Petrus historiæ Albigenſium author*, ad par- A tes Provinciæ perrexit: venienſque ad quoddam caſtrum quod Montilum nuncupatur, convocavit archiepiſcopos, & epiſcopos quamplures: qui cum ad eum veniſſent, quæſivit ab eis diligenter, qualiter procedendum eſſet in negotio pacis & fidei, præcipue in facto comitis Toloſani. Voluit etiam, ut ſinguli prælati, ſuper certis capitulis, de quibus eum abbas inſtruxerat Ciſtercienſis, ſua ei traderent conſilia ſcripta & ſigillata. Factum eſt ut præcepit, & quod auditu eſt mirabile, omnia tam abbatis Ciſtercienſis, quam prælatorum conſilia, ſine diſſenſione aliqua convenerunt. A Domino factum eſt iſtud. Poſt hæc miſit M. Milo ad comitem Toloſanum, mandans ei, ut ad diem quam ſibi præfi- B gebat, veniret ad ipſum apud Valentiam civitatem. Venit comes ad diem illum, & ſicut fallax & ſævus, lubricus & perjurus, promiſit legato videlicet M. Miloni, licet in dolo, quod ſuam faceret in omnibus voluntatem. Legatus autem, utpote vir cautus & prudens, prælatorum uſus conſilio, voluit & præcepit, ut comes Tholoſanus traderet ei pro ſecuritate de terra quam tenebat in Provincia, caſtra ſeptem. Voluit etiam, ut conſules Avenionenſis & Nemauſenſis civitatum, & villæ S. Georgii, jurarent ei, quod ſi comes Toloſanus mandato ipſius legati venire præſumeret ex adverſo, non tenerentur ei hominii ſui fœderis fidelitate aſtricti. Comitatus inſuper * Ingruenſis, S. R. E. caderet in com- C miſſum. Comes vero Toloſanus, quamvis dolens & invitus, neceſſitate compulſus, omnia quæ legatus mandaverat, adimplere promiſit. Statim vir totius bonitatis M. Theodiſius, de mandato legati venit in partes Provinciæ, ut ſeptem caſtra de quibus ſupra tetigimus, reciperet, & ea occuparet ex parte S. R. E. & muniret.

* Corr. Melgorienſis.

Cap. 12.

His omnibus rite peractis, deſcendit legatus ad Villam S. Ægidii, reconciliaturus ibi comitem Toloſanum: modus autem reconciliationis & abſolutionis talis fuit. Adductus eſt comes nudus ante fores eccleſiæ B. Ægidii, ibique coram legato, archiepiſcopis & epiſcopis qui ad hoc convenerant pluſquam viginti, juravit ſuper corpus Chriſti, & ſanctorum reliquias, quæ ante fo- D res eccleſiæ expoſitæ cum magna veneratione, & in multa copia a prælatis tenebantur, quod mandatis S. R. E. in ominibus obediret. Mox legatus ſtolam ad collum comitis poni fecit, ipſumque comitem per ſtolam arripiens, abſolutum cum verberibus in eccleſiam introduxit. *Hactenus Petrus monachus Vallis-ſarnenſis. Ex Caſtelli libro 2. hiſtoria comitum Toloſanorum inſtrumenta quædam ſubjicio eodem ſpectantia.*

*Juramentum Raymundi comitis.*

Hæc eſt forma juramenti facta a Raymundo comite Toloſano apud S. Ægidium, in manu domini Milonis. In nomine Domini, anno pon- E tificatus domni Innocentii papæ tertii, duodecimo, XIV. Kal. Julii. Ego Raimundus dux Narbonenſis, comes Toloſæ, Marchio Provinciæ, ſacroſanctis reliquiis, Euchariſtia, & ligno crucis dominicæ compoſitis ſupra ſancta Dei evangelia corporaliter manu tacta, juro quod ſuper ſingulis & univerſis capitulis, pro quibus a domno Papa, vel ejus legato, vel aliis, ipſo jure fui vel ſum excommunicatus, ſtabo mandatis, in primis domni papæ, ac veſtris magiſter Milon domni papæ notari, apoſtolicæ ſedis legate. Ita videlicet, ut quicquid per ſe vel litteras ſuas nuncius vel legatus mihi præceperit, ſuper univerſis capitulis quibus excommunicatus fui, vel ſum, bona fide, ſine fraude ac malo ingenio adimplebo, ſuper illis præcipue capitulis quæ hic nomino: videlicet quod pacem aliis jurantibus, dicor noluiſſe jurare: item quod juramenta quæ feci ſuper expulſione hæreticorum vel eis credentium non ſervaſſe dicor: item quod hæreticos dicor ſemper foviſſe, eiſdemque faviſſe: item quod de fide ſuſpectus habeor: item quod Ruptarios ſive Mainadas tenui: item quod dies quadraginta feſtorum & temporum, qui ſecuritate gaudere debent, dicor violaſſe: item quod adverſariis meis, qui ſe juſtitiæ offerebant, pacemque juraverant, dicor noluiſſe juſtitiam exhibere: item quod Judæis publica commiſſi officia: item quod monaſterii S. Guilielmi, & aliarum eccleſiarum, poſſeſſiones & eccleſias injuſte detineo: item quod incaſtellavi eccleſias, & incaſtellatas detineo: item quod indebita pedagia vel guidagia colligo, vel colligere facio: item quod Carpentoratenſem epiſcopum a propria ſede depuli: item de interfectione ſanctæ memoriæ Petri de Caſtro-novo ſuſpectus habeor, pro eo maxime, quod interfectores ipſius in magna familiaritate recepi: item quod Vaſionenſem epiſcopum & ejus clericos cepi, & palatium ejuſdem epiſcopi & domos canonicorum deſtruxi, & caſtrum Vaſionenſe per violentiam abſtuli: item in religioſas perſonas manus injeciſſe. Super his & aliis, ſi qua poterunt inveniri, prædicto modo juravi, & alios jurare feci, & ſeptem caſtrorum dedi cautiones, quorum nomina ſunt hæc, Fiaci, Epeda, Balme, Roquamaura, Caſtrum Mornacii, Fanjaux in Argentea Montferrati. Si autem ea quæ ſupra dixi capitula, & alia quæ injuncta mihi fuerint in perpetuum, bona fide non ſervavero: volo & concedo, ut ſeptem ſupradicta caſtra * cadant in commiſſum Romanæ eccleſiæ, & jus quod habeo in comitatu Melgolienſi, ad Romanam eccleſiam pleniſſime revertatur. Volo etiam & concedo, ut * perſona me excommunicet, & terra ſupponatur eccleſiaſtico interdicto, & conjuratores mei, tam conſules, quam alii, & ſucceſſores eorum, ex hoc ipſo abſoluti a fidelitate, jure, ac ſervitio, quibus mihi tenentur, ratione eccleſiæ pro feudis & juribus quæ habeo in civitatibus & caſtris de quibus erant, tam conſules quam illi qui jurarunt, fidelitatem facere teneantur, pariter & ſignare. Item ſub eodem juramento & eadem pœna ſtratas publicas ſecure ſervabo. Eiſdem pœnis ſubjacere volo ſi prædicta omnia non ſervavero, vel aliquod prædictorum.

* Forte, cedant. Hard.

* Forte, perſonaliter. Harduinus.

*Præcepta Raymundo comiti Toloſano a Milone legato facta.*

In nomine Domini. Ego Milo domni papæ notarius, apoſtolicæ ſedis legatus, præcipio tibi domno Raymundo comiti Toloſano ſub debito præſtito juramento, & ſub forma ejuſdem juramenti adjecta, ut domnum epiſcopum Carpentoratenſem, tam in civitate quam extra, in pleno jure reſtituas, & damnis datis tam de rebus quam de fructibus eidem epiſcopo reſervandis fidejuſſores præſtes idoneos, & univerſos cives Carpentoratenſes a juramento quod citra terminum tibi vel alii tuo nomine præſtiterunt*, abſolvas omnino, & indictionem quam tibi feciſti fieri, mihi, vel cui dixero facias aſſignari. Item præcipio tibi ſub eadem pœna, ut dictum epiſcopum, præpoſitum, & canonicos Vaſionenſes, tam in caſtris, quam in aliis, pleno jure reſti-

ANNO CHRISTI 1209.

tuas, & de damnis datis, ædificiis deſtructis, & A rebus aliis & fructibus reſarciendis, eiſdem fidejuſſores præſtes idoneos: caſtrum Vaſionenſe mihi vel cui dixero facias aſſignari. Item ſub eadem pœna tibi præcipio, ut Aragonenſes, Ruptarios, Cotarellos, Buſculones, Mainadas, vel quocumque alio nomine cenſeantur, de tota terra tua & poſſe tuo prorſus expellas: nec in alienam terram eos immitas vel concedas, nec eorum auxilio tempore ullo utaris. Item ſub eadem pœna tibi præcipio, ut univerſos * in tota terra tua & ab omni adminiſtratione publica vel privata prorſus amoveas, nec unquam eos ad ipſam vel aliam reſtituas, vel alios Judæos ad aliquam adminiſtrationem adſumas, nec eorum conſilio ullo tempore contra Chriſtianos utaris. B Item ſub eodem juramento & eadem pœna tibi præcipio, ut ſtratas publicas ſecuras obſerves. Salvis iis, quæ vel dominus papa, vel ego vel alius de mandato ipſius, eodem tempore, vel diverſis, tibi duxerit in poſterum injungenda.

* deeſt, Judæos. Vide Concil. Avenion. hujus anni cap. 2.

*Hæc ſunt præcepta facta domino comiti Toloſano poſtquam fuit abſolutus.*

Deeſt in codice MS. primum folium. In ſecundo hæc ſuperſunt.

Item præcipio, ut hæreticos, quos diœceſani epiſcopi, vel alii eccleſiarum rectores, hæreticos, C receptatores, vel fautores eorum, tibi vel tuis bajulis nominabunt, tanquam hæreticos habeas. Item præcipio, ut pacem a legatis ſtatutam, vel deinceps ſtatuendam, jures & ſignes inviolabiliter ſervari: & ipſius pacis ſtatuta univerſos homines tuos tenere, & jurare pacem facias, & ſecundum ſtatuta pacis ſervare. Item præcipio, ut ſeptem caſtra, quæ mihi ratione eccleſiæ tradidiſti, eorum aliquod non auferas per te vel per aliam quandam perſonam; ablata, cum toto poſſe tuo ad recuperandum illud viriliter labores, ſtatim illud priſtinæ cuſtodiæ reſtituas. Hæc omnia tibi præcipio perpetuo obſervanda, & ſi quæ alia ſtatuta prædictis capitulis vel aliis, pro quibus excommunicatus fuiſti, dominus D papa vel ejus legatus duxerit in poſterum adjungenda.

*Juramentum comitum & baronum.*

In nomine Domini, pontificatus domni Innocentii anno XII. XIV. Kal. Julii. Nos G. de Baucio, & Hugo filius ejus, Raymundus nepos noſter, Dragonetus, G. Arnaldus, Raymundus Dagot, Ricardus de Champo, Bertrandus de Laudinio, & Guilielmus filius meus, Bernardus de Aduſia, & P. Bernardus filius meus, & Raymundus de Uſetia, & filius meus decanus .. & Roſtrandus de Poſcariis, & R. Gaucelinus de Lanello, & Pontius Gamelini, juramus tibi ma- E giſtro Miloni domni papæ notario, apoſtolicæ ſedis legato, coram ſancta Euchariſtia, & cruce Dominica, & ſanctorum reliquiis, ſupra ſancta Evangelia corporaliter manu tacta: quod ſtabimus omnibus mandatis eccleſiæ, vel tuis, vel alicujus nuncii ſeu legati domni papæ, ſuper iſtis capitulis quæ inferius exprimuntur, vel ſuper abjuratione etiam Mainaturum perpetua. Item ſuper Judæis ab omni adminiſtratione ſeu officio perpetuo amovendis, & ullo nunquam tempore reſtituendis, vel aliis Judæis ad aliquam adminiſtrationem aſſumendis. Item ſuper pedagiis, & quidagiis dimittendis, & nunquam ullo tempore reſtituendis. Item ſuper pace vel treuga juxta mandatum tuum, vel alterius domni papæ legati, inſtituenda pariter & ſervanda. Item ſuper eccleſiis incaſtellatis demoliendis & penitus dimittendis, & nullo unquam tempore incaſtellandis. Item ſuper damnis per vos datis eccleſiis, & aliis perſonis ſeu laicis ſeu clericis, reſarciendis. Item quod de nobis querentibus juſtitiam exhibebimus. Hæc omnia ſicut ſupra ſtatuta ſunt, & in omnibus ſupra ſtatutis articulis, & aliis qui fortitan emerſerint, & in *** tibi dandis, pro poſſe noſtro fideliter * adimplevimus: ſimiliter ſub eodem juramento ſtratas publicas ſervabimus, & eos quos epiſcopi noſtri hæreticos nominabunt, & receptatores, & fautores, animadverſione debita puniemus.

* Forte, adimplebimus. Harduinus

*Juramentum conſulum Avenionenſium.*

In nomine Domini, anno pontificatus domni Innocentii papæ tertii XII. XIV. Kal. Julii. Nos conſules Avenionenſes de conſenſu & voluntate domini R. comitis Toloſani, præciſe juramus ſuper ſancta Dei evangelia manu tacta, tibi magiſtro Miloni domni papæ notario, ſedis Apoſtolicæ legato, quod bona fide, & ſine fraude & malo ingenio, conſulemus & operam dabimus pro poſſe noſtro, quod dictus dominus comes tam per ſe, quam per ſucceſſores ſuos, ſuper his omnibus pro quibus fuit excommunicatus, quæ ſupra expoſuit in forma quam ipſe antequam abſolveretur, juravit, pareat omnibus mandatis eccleſiæ, & quod ea in perpetuum ſervet: ita quod ſi quod illorum non fecerit, vel contra quod illorum venerit manifeſte, nos ei nullum conſilium, vel auxilium, ſeu obſequium per nos vel homines ſeu amicos noſtros aliquatenus ei pendemus: ſcientes, ex hoc ipſo dicti comitis delicto, abſolutos nos eſſe a fidelitate, ſi qua, vel ſervitio, illi ullo modo tenebamur; immo quouſque plene paruerit, faciemus contra ipſum pro poſſe noſtro quidquid Romana eccleſia, vel ejus nuncius, ſive legatus, nobis mandet faciendum, non obſtante fidelitate, vel jure aliquo, vel ſervitio, ſi quo ipſi ullo modo tenebamur: a quo etiam tam tu quam dictus comes nos abſolviſtis, ſi forte ipſe, ut dictum eſt, contra præcepta quæ facta ſunt vel fuerint ei, venerit manifeſte: tunc etiam pro jure ſive ſervitio, ſi quod in villis vel caſtris noſtri conſulatus, & ipſa civitate habere dignoſcitur, fidelitatem Romanæ eccleſiæ faciemus, ipſam eidem fidelitatem & perpetuo ſervaturi. Item ſtratas publicas ſecuras ſervabimus, & faciemus per totum noſtrum diſtractum inviolabiliter obſervari. Item guidagia vel pedagia, vel exactiones aliquas a tranſeuntibus per ſtratas, vel etiam per flumina nullatenus accipiemus: niſi quæ vel quas antiquorum regum vel imperatorum conceſſione conſtiterit nos habere. Item eccleſias omnes, & domos religioſas in noſtro diſtractu, tam in civitate, quam extra, in plena ſervabimus libertate: neque ab eis exactiones aliquas ſeu tallias exigemus, & defunctis eorum epiſcopo vel aliis rectoribus, epiſcopia vel domos eorum nullomodo expoliabimus, nec adminiſtrationi earum ſeu cuſtodiæ, occaſione alicujus conſuetudinis, vel aliqua alia, niſi forte rogati ab epiſcopo vel capitulo, nos immiſcebimus: ſed omnia, ſine diminutione aliqua, defunctorum ſucceſſoribus reſerventur. Et electioni epiſcopi, vel alterius rectoris eccleſiæ, faciendæ per nos, vel per quamcumque aliam perſonam, nos nullatenus immiſce-

ANNO CHRISTI 1209.

ſcebimus, nec aliquam violentiam faciemus, vel A impedimentum præſtabimus, quo minus electio canonice ac libere celebretur. Item pacem ſeu treugam, ſicut nobis injunctum fuerit, bona fide ſervabimus. Item ſi epiſcopus, vel capitulum, vel alia perſona eccleſiaſtica, nobis aliquos hæreticos nominaverit, vel per noſmetipſos cognoſcere poterimus aliquos hæreſim prædicare, vel facere conventicula aliqua: ipſos perſequemur, ſecundum legitimas ſanctiones, & eorum bona omnia infiſcabimus. Hæc omnia ſingulis annis per manus epiſcopi noſtri faciemus conſulibus noſtris jurare. Si quis autem hoc jurare noluerit, B ipſum tanquam hæreticum habebimus manifeſtum: nec ejus judicium ſive authoritas, vigorem in aliquo ſortietur.

*In eadem forma idem jurarunt conſules Montiſpeſſulani.*

*Immunitas eccleſiis & domibus religioſis quinque provinciarum a Raymundo comite Toloſano ibidem conceſſa.*

Ego R. comes Toloſanus, dux Narbonæ, marchio Provinciæ, pro animæ meæ remedio, & progenitorum meorum, omnibus eccleſiis & C domibus religioſis provinciarum Viennenſis. Arelatenſis, Narbonenſis, Burdigalenſis, & Bituricenſium, immunitatem concedo. Ita quod videlicet Albergarias, procurationes, vel exactiones quaſcumque, ſeu tallias, nullo unquam tempore per me vel per alios requiram in eis; & requirentes ſeu poſtulantes pro poſſe meo fideliter coercebo: defunctis etiam eorum epiſcopis, vel rectoribus aliis, ipſos*vel domos eorum per me vel per alium nullo modo ſpoliabo. Nec adminiſtrationi earum ſeu cuſtodiæ, occaſione alicujus conſuetudinis, vel aliqua alia, me ullatenus D immiſcebo: ſed omnia ſine aliqua diminutione, defunctorum ſucceſſoribus teneantur. Electioni etiam epiſcopi, vel alterius rectoris eccleſiæ, faciendæ per me, vel per quamcumque perſonam, me nullatenus immiſcebo: nec aliquam violentiam faciam, vel impedimentum præſtabo, quo minus electio canonice fiat ac libere celebretur.

Præterea poſſeſſiones omnes & jura eccleſiarum, ſi qua injuſte detineo, eis reſtituto pleno jure. Inſuper promitto, quod omnia jura eccleſiarum, & domorum religioſarum, ſicut decet catholicum principem, in præfatis provinciis, totis viribus protegam & defendam. Si quis autem contra præfatam immunitatem & libertatem, a me indultam eccleſiis & aliis domibus religioſis, venire præſumpſerit: ipſum pro poſſe meo viriliter coercebo. Iſtam autem conceſſionem & promiſſionem feci apud S. Ægidium anno * pontificatus domni Innocenti tertii. XIII. Kalend. Julii, ad mandatum & exhortationem M. Milonis domni papæ notarii, apoſtolicæ ſedis legati.

* *adde* XII.

## Observatio Gabr. Coss. S. J.

Concilium hoc Spondanus & Raynaldus Baronii continuatores, & alii, anno MCCVIII. attribuerunt. At ſequenti celebratum eſſe conſtat ex illo ipſo, quem authorem ſequuntur, Petro Valli ſarnenſi. Ait enim, Raymundum a legato abſolutum eſſe in villa S. Ægidii, cum cruce ſignati proxime venturi eſſent. Abſolutus eſt autem XIV. Kal. Julii, ut ex inſtrumentis modo deſcriptis apparet. At facer exercitus poſt octo circiter dies, Lugdunum convenit, ſcilicet ut ait Petrus, circa feſtum Joannis Baptiſtæ anno MCCIX. C quem in annum alia chronica conſentiunt. Accedit quod primus eorum labor, excidium Bitterenſe fuerit: quod eo anno die S. Magdalenæ factum eſſe conſtat. Diſſentit liber inſcriptus. *Præclara Gallorum facinora*, anno MCCVIII. illud tribuens. Sed revincitur, & chronicorum omnium conſenſu, & vetere illo diſticho.

*Anno milleno duccnteno que noveno.*
*In Magdalena ruit urbs Bitteris amæna.*

Ex eo forſan erroris occaſio, quod Valli-ſarnenſis, poſt narrata quæ Montilii & in villa S. Ægidii geſta ſunt, caput XIV. ab his orditur verbis: *Anno igitur* D *ab Incarnatione Dominici MCCIX. circa feſtum S. Joannis Baptiſtæ, cruce ſignati Lugdunum convenerunt.* Quod perſuadere potuit, cetera quæ prius commemorata ſunt, ad annum antecedentem pertinere. At non eſt ita. Nam paulo ante narrat legatum, poſt Raymundi abſolutionem, Lugdunum petiiſſe, ut cruce ſignatis, qui proxime venturi erant, occurreret: quod ejuſdem eſſe anni manifeſtum eſt. Non igitur initium anni deſignare, ſed rem cumprimis memorabilem, anno atque die adſcriptis, inſignire voluit.

# ☞ AD MONTILIENSE CONCILIUM ADDITIO.

Ex Supp. Manſi T.II. p. 798.

„ IN Montilienſi concilio ad obſequium ec- E
„ cleſiæ ſaltem in ſpeciem rediiſſe Toloſa-
„ num comitem cum fautoribus ſuis narravit
„ Labbeus, apud quem legas pariter expreſſam
„ juratam formulam, qua ſe eccleſiæ obſtrinxe-
„ re Raymundus, factioni ejus addicti princi-
„ pes, item & conſules Avenionenſes. Quæ pa-
„ riter injuncta ſunt Toloſano a Milone Apo-
„ ſtolicæ Sedis Legato idem Labbeus adjecit,
„ nec omiſit ea quæ de conceſſo ab eodem co-
„ mite pleno jure eccleſiis quinque provinciarum
„ in veteri charta reperit. Repetenda hic ex
„ me ſuperſunt *præcepta facta baronibus* Toloſa-
„ ni factioſis a Milone A. S. L. quæ ut dare
„ poſſem, fecit Martene Anecdot. to. I. pag.
„ 815 ex quo hic opportune ſubjungo. Addo
„ juratas formulas aliorum principum, quæ
„ cum deſint apud Labbeum ſuppleanturque a
„ Baluzio in collectione epiſtolarum Inno. III.
„ tom. 2. pag. 367. res ipſa ut hic darentur
„ poſtulabat.

## PRÆCEPTA FACTA BARONIBUS

*A domino Milone ſedis apoſtolicæ legato.*

IN nomine Domini, anno pontificatus domni Innocentii papæ III. duodecimo, XIV. calendas Julii, ego Milo domni papæ notarius, apoſtolicæ ſedis Legatus, vobis baronibus, videlicet Guillelmo de Baucio, Hugoni de Baucio, R. de Baucio, Dragoneto, Guillelmo Alnaudi, R. Dagot, Ricano de Caranpno, Br. de Lauduno, G. de Lauduno, A. de Anduſia, P. Buremundi, R. de Uletia, & decano filio veſtro, R. de Paſqueriis, R. Gancelini, ſub debito præſtiti

ANNO CHRISTI 1209.

☞ ſtiti juramenti præcipio, ut mainadas nullo un- A
quam tempore habeatis.
Item ut Judæos ab omni adminiſtratione pu-
blica & privata removeatis omnino, & nullo
umquam tempore eos ad eamdem vel ad aliam
reſtituatis, nec alios Judæos ad adminiſtratio-
nem aliquam aſſumatis, nec eorum conſilio con-
tra chriſtianos utamini.
Item, ut eccleſias incaſtellatas ad arbitrium
diœceſanorum epiſcoporum diruatis; vel etiam
reſervetis, ſi quas duxerint reſervandas, quæ
diœceſanis epiſcopis vel aliis eccleſiarum præla-
tis, ad quas pertinere noſcuntur, tradantur, &
ab eis perpetuo poſſideantur.
Item præcipio, ut eccleſias & domos religio-
ſas in libertate plenaria conſervetis, videlicet B
quod albergarias, procurationes & exactiones
quaſcumque nullatenus exigatis vel percipiatis;
ſed omnia ſine diminutione ſervetis, & defun-
ctis earum epiſcopis vel aliis rectoribus, ipſas
nullatenus ſpolietis, nec adminiſtrationi earum
ſeu cuſtodiæ, occaſione alicujus conſuetudinis vel
aliqua alia, eorum ſucceſſoribus reſerventur, &
electioni epiſcopi vel alterius rectoris eccleſiæ
faciendæ per vos vel per quamcumque aliam
perſonam nullatenus admiſceatis, nec umquam
violentiam faciatis, vel aliquod impedimentum
præſtetis, quominus electio libere & canonice
celebretur.
Item præcipio, ut pedagiorum & quidagiorum
exactiones penitus dimittatis, niſi quas regum C
vel imperatorum conceſſione probaveritis vos ha-
bere, nec dimiſſa pedagia, ſeu quidagia denuo
reſumatis.
Item præcipio, ut pacem ſeu treugam ſe-
cundum quod vobis injunctum fuerit, obſer-
vetis.
Item præcipio, ut de vobis conquerentibus,
ſecundum meum vel alterius legati vel judi-
cis delegati ſeu ordinarii arbitrium, juſtitiam
faciatis.
Item præcipio, ut eos quos epiſcopi hæreticos
nominabunt receptatores vel fautores eorum hæ-
reticos habeatis.

## FORMA JURAMENTI

*Baronum, Civitatum, aliorumque locorum domino papæ danda.*

IN nomine Domini. Anno pontificatus domi-
ni Innocentii papæ III. duodecimo, XIV.
Kal. Julii.
Nos conſules villæ ſancti Ægidii de conſenſu
& voluntate domini Raymundi comitis Toloſa-
ni præciſe juramus ſuper ſancta Dei evangelia
manu tacta tibi magiſtro Miloni domini papæ
notario, apoſtolicæ ſedis legato, quod bona
fide, ſine omni malo ingenio, & ſine omni
fraude, conſulemus & operam dabimus, pro
poſſe noſtro, quod dictus dominus comes tam
per ſe, quam per ſucceſſores ſuos ſuper iis omni-
bus, pro quibus fuit excommunicatus, quæ vi-
delicet exponuntur in forma, ſecundum quam
ipſe antequam abſolveretur juravit, pareat omni-
bus mandatis eccleſiæ, & quod ea in perpetuum
ſervet; ita ut ſi quod illorum non fecerit vel
contravenerit manifeſte, nos ei nullum conſilium
vel auxilium ſeu obſequium per nos vel per ho-
mines ſive amicos noſtros aliquatenus impende-
mus, ſcientes ex hoc ipſo dicti comitis delicto
abſolutos nos eſſe a fidelitate, ſi qua vel ſervi-
tio illi ullo modo tenebamur. Immo quouſque
A plene paruerit, faciemus contra ipſum pro poſſe
noſtro quidquid Romana eccleſia, vel ejus nun-
tius, ſive legatus nobis mandaverit faciendum;
non obſtante fidelitate vel jure aliquo vel ſervi-
tio, ſi quo ipſi ullo modo tenebamur; a quo
tam tu, quam dictus comes nos abſolviſtis &
abſolvitis, ſi forte ipſe, ut dictum eſt, contra
præcepta quæ ſibi facta ſunt vel fuerint, venerit
manifeſte. Tunc etiam pro jure ſive ſervitio, ſi
quod in villis noſtri conſulatus & eccleſiæ ſan-
cti Ægidii, ſcilicet in villa de Seura & de Sta-
gello & de ſancta Columba & de Speriano &
de toto territorio Camarrinnani, & in aliis, ſi
qua ſunt, quæ ipſa villa S. Ægidii habere di-
noſcitur, fidelitatem Romanæ eccleſiæ faciemus,
B ipſam eidem fideliter & perpetuo ſervaturi. Item
ſtratas publicas ſecuras ſervabimus, & faciemus
per totum noſtrum diſtrictum inviolabiliter ob-
ſervari. Item pedagia ſeu quidagia vel exactio-
nes aliquas a tranſeuntibus per ſtratas vel etiam
per flumina nullatenus accipiemus, niſi quæ vel
quas antiqua Regum vel Imperatorum con-
ceſſione conſtiterit nos habere. Item eccle-
ſias omnes & domos religioſas in noſtro di-
ſtrictu tam in villa quam extra in plenaria
ſervabimus libertate, videlicet quod ab eis
exactiones aliquas ſeu tallias nullatenus exige-
mus, & defunctis earum abbate vel aliis rectori-
bus, ipſas vel domos earum nullo modo ſpolia-
bimus, nec adminiſtrationi earum, ſeu cuſtodiæ
C occaſione alicujus conſuetudinis vel aliqua alia,
niſi forte rogati ab abbate vel capitulo, nos im-
miſcebimus; ſed omnia ſine diminutione aliqua
defunctorum ſucceſſoribus reſerventur, & electio-
ni abbatis vel alterius rectoris eccleſiæ faciendæ
per nos vel per quamcumque aliam perſonam
nos nullatenus immiſcebimus, nec aliquam vio-
lentiam faciemus vel impedimentum præſtabimus,
quo minus electio canonice ac libere celebretur.
Item pacem ſeu treugam, ſicut nobis injunctum
fuerit, bona fide obſervabimus. Item ſi abbas
vel capitulum vel alia perſona eccleſiaſtica no-
bis aliquos hæreticos nominaverit vel credentes,
vel per noſmetipſos cognoſcere poterimus aliquos
hæreſim prædicare vel facere conventicula ali-
D qua, ipſos perſequemur ſecundum legitimas ſan-
ctiones, & eorum bona inficabimus. Hæc au-
tem omnia ſingulis annis per manus abbatis no-
ſtri ſucceſſores noſtros jurare faciemus. Si quis
autem hæc jurare noluerit, ipſum tamquam hæ-
reticum habebimus manifeſtum, nec ejus judi-
cium ſive auctoritas vigorem in aliquo ſor-
tiatur.
Ego Willelmus de Balcio princeps Auraſicen-
ſis pro animæ remedio & progenitorum meorum
omnibus eccleſiis & domibus religioſis ſitis in
meo diſtrictu immunitatem ſecundum ſtatuta ca-
nonum & pleniſſimam libertatem concedo; ita
videlicet quod albergarias, procurationes, vel
exactiones quaſcunque ſeu tallias nullo unquam
E tempore per me vel per alios requiram in eis,
& requirentes ſive poſtulantes pro poſſe meo
fideliter coercebo. Defunctis etiam earum epi-
ſcopis vel rectoribus aliis, ipſas vel domos ea-
rum per me vel per alium nullo modo ſpolia-
bo, nec adminiſtrationi earum ſeu cuſtodiæ oc-
caſione alicujus conſuetudinis vel aliqua alia me
ullatenus immiſcebo, ſed ſine diminutione ali-
qua defunctorum ſucceſſoribus reſerventur. Ele-
ctioni etiam epiſcopi vel alterius rectoris eccle-
ſiæ faciendæ per me vel per quamcumque aliam
perſonam me nullatenus immiſcebo, nec aliquam
violentiam faciam vel impedimentum præſtabo
quo

ANNO CHRISTI 1209.

quo minus electio canonice ac libere celebretur. Præterea poſſeſſiones & jura eccleſiarum, ſi qua injuſte detineo, eis reſtituo pleno jure. Inſuper promitto, quod omnia jura eccleſiarum & domorum religioſarum, ſicut decet catholicum principem, in præfato meo diſtrictu totis viribus protegam & defendam. Si quis autem contra præfatam immunitatem & libertatem a me indultam eccleſiis & aliis domibus religioſis venire præſumpſerit, ipſum pro poſſe meo viriliter coercebo. Iſtam autem conceſſionem & promiſſionem feci apud ſanctum Ægidium anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo, XIII. Kal. Julii, ad mandatum & exhortationem magiſtri Milonis domini papæ notarii apoſtolicæ ſedis legati.

*In nomine Domini. Anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo, XIII. Kal. Julii.*

Nos Conſules Nemauſenſes de conſenſu & voluntate domini Raymundi comitis Toloſani præciſe juramus ſuper ſancta Dei evangelia manu tacta tibi magiſtro Miloni domini papæ notario A. S. L. quod bona fide, ſine omni malo ingenio, & ſine omni fraude, conſulemus & operam dabimus pro poſſe noſtro, quod dictus dominus comes tam per ſe quam per ſucceſſores ſuos ſuper iis omnibus pro quibus fuit excommunicatus, quæ videlicet exponuntur in forma ſecundum quam ipſe antequam abſolveretur juravit, pareat omnibus mandatis eccleſiæ, & quod ea in perpetuum ſervet, ita ut ſi quod illorum non fecerit vel contra venerit manifeſte, nos ei nullum conſilium, vel auxilium, ſeu obſequium per nos vel per homines ſeu amicos noſtros aliquatenus impendemus, ſcientes ex hoc ipſo dicti comitis delicto abſolutos nos eſſe a fidelitate ſi qua vel ſervitio illi ullo modo tenebamur. Immo quouſque plene paruerit, faciemus contra ipſum pro poſſe noſtro quidquid Romana eccleſia vel ejus nuntius ſive legatus nobis mandaverit faciendum, non obſtante fidelitate vel jure aliquo vel ſervitio, ſi quo ipſi ullo modo tenebamur, a quo tam tu quam dictus comes nos abſolviſtis & abſolvitis, ſi forte ipſe, ut dictum eſt, contra præcepta quæ ſibi facta ſunt vel fuerint venerit manifeſte. *Reliqua prout in præcedenti formula.*

*In nomine Domini. Anno duodecimo pontificatus domini Innocentii papæ III. VII. Kal. Julii.*

Nos conſules & conſiliarii Auraſicenſes de conſenſu & voluntate domini Willelmi de Baucio principis noſtri præciſæ juramus ſuper ſancta Dei evangelia manu tacta tibi magiſtro Miloni domini papæ notario, apoſtolicæ ſedis legato, quod bona fide, ſine omni malo ingenio, & ſine omni fraude conſulemus & operam dabimus pro poſſe noſtro, quod Raymundus comes Toloſanus tam per ſe, quam per ſucceſſores ſuos ſuper iis omnibus pro quibus excommunicatus fuit, quæ videlicet exponuntur in forma ſecundum quam ipſe antequam abſolveretur juravit, pareat omnibus mandatis eccleſiæ, & quod ea in perpetuum ſervet, ita ut ſi quod illorum non fecerit vel contra venerit manifeſte, nos ei nullum conſilium vel auxilium ſeu obſequium per nos vel per homines vel amicos noſtros aliquatenus impendemus, immo quouſque paruerit plene, faciemus contra ipſum pro poſſe noſtro quicquid Romana eccleſia vel ejus nuntius vel legatus nobis mandaverit faciendum. Item ſtratas publicas &c. *Ut in reliquis formulis.*

*In nomine Domini. Anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo, VI. Non. Julii.*

Ego Artaudus de Roſilo juro tibi magiſtro Miloni domini papæ notario, apoſtolicæ ſedis legato, quod quicquid dominus papa vel tu ſeu nuntius alius vel legatus ejus mihi de pedagiis ſeu guidagiis tam in terra quam in aquis dimittendis præceperit, bona fide obſervabo. Similiter ſtratas publicas ſecuras ſervabo. Item pacem ſeu treguam, ſecundum quod mihi injunctum fuerit, jurabo & tenebo. Item hæreticos vel credentes pro poſſe meo perſequar, & eorum bona ubi potero occupabo; Judæos ab adminiſtratione publica vel privata penitus in meo removebo diſtrictu, nec illos vel alios unquam ad aliquam adminiſtrationem aſſumam. Eccleſias incaſtellatas ſecundum mandatum diœceſani epiſcopi deſtruam, vel ei reſtituam, nec aliquas de cetero incaſtellabo vel incaſtellatas retinebo. Eccleſias in plena libertate ſervabo. Et confiteor quod pro his omnibus obſervandis & aliis, ſi qua mihi præcepta fuerint, ut dictum eſt; caſtrum meum de Roſilon vobis nomine Romanæ eccleſiæ tradidi, quod neque vobis neque cuſtodibus ejuſdem caſtri per me vel per aliam quamcumque perſonam auferam vel auferri faciam, immo ſi ab aliquo fuerit ablatum, pro poſſe meo ad recuperandum illud & reſtituendum vobis vel cuſtodibus qui pro tempore fuerint dabo operam bona fide. Volo etiam ut idem caſtrum meis ſumptibus cuſtodiatur. Hæc omnia, ſicut ſupra ſcripta ſunt, bona fide obſervabo. Sic Deus me adjuvet, & hæc ſancta Dei evangelia.

*In nomine Domini. Anno duodecimo pontificatus domini Innocentii papæ III. VI. Non. Julii.*

Nos epiſcopus, decanus, vicarius, & ceteri canonici Valentini præciſe juramus ſuper ſancta Dei evangelia tibi magiſtro Miloni domini papæ notario, apoſtolicæ ſedis legato, quod ſi Raymundus comes Toloſanus tam per ſe quam per ſucceſſores ſuos ſuper iis omnibus pro quibus fuit excommunicatus, quæ videlicet exponuntur in forma ſecundum quam ipſi antequam abſolveretur juravit, non paruerit omnibus mandatis eccleſiæ, vel ea in perpetuum non ſervaverit, vel contra ipſa vel aliquod illorum venerit manifeſte, ei nullum conſilium vel auxilium ſeu obſequium per nos vel per amicos ſeu homines noſtros aliquatenus impendemus; immo quouſque plene paruerit, faciemus contra ipſum pro poſſe noſtro quicquid Romana eccleſia vel ejus nuntius ſive legatus nobis mandaverit faciendum. Item ſtratas publicas ſecuras ſervabimus & faciemus per totum noſtrum diſtrictum inviolabiliter obſervari. Item pedagia ſeu guidagia vel exactiones aliquas a tranſeuntibus per ſtratas vel etiam per flumina nullatenus accipiemus, niſi quæ vel quas antiqua regum vel imperatorum conceſſione conſtiterit nos habere. Item pacem ſeu treguam, ſicut nobis a legato vel nuntio Romanæ eccleſiæ injunctum fuerit,

bona

ANNO CHRISTI 1209.

bona fide obſervabimus, & faciemus noſtros ho- A
mines obſervare pariter & jurare. Item hæreti-
cos & credentes ſeu receptores & fautores eo-
rum, prout poterimus, perſequemur, eorum bo-
na omnia, ubi poteſtatem habebimus, infiſcan-
tes. Et hæc omnia facimus univerſos cives no-
ſtros & alios homines jurare, & faciemus tam
eos quam ſucceſſores eorum in poſterum, prout
melius poterimus, obſervare.

*In nomine Domini. Anno ab incarnatione Domini MCCIX. IV. Idus Junii.*

Ego Milo domini papæ notarius A. S. L. vo-
bis G. Aidemari & Lamberto dominis de Mon-
tilio ſub debito præſtiti juramenti præcipio, ut B
pedagia ſeu guidagia in toto veſtro diſtrictu tam
in terra quam in aquis nullo unquam tempore
accipiatis, niſi quæ antiqua regum vel impera-
torum conceſſione probaveritis vos habere. Item
præcipio ut pacem & treguam, ſecundum quod
vobis injunctum fuerit, obſervetis, & faciatis a
veſtris hominibus obſervari pariter & jurare.
Item præcipio ut de vobis conquerentibus, ſe-
cundum meum vel alterius legati vel judicis de-
legati ſeu ordinarii arbitrium, juſtitiam faciatis.
Item præcipio ut ſtratas publicas ſecuras ſerve-
tis, & cruce ſignatos, tam in eundo quam in
redeundo, pro poſſe veſtro ab omnibus defenda-
tis. Item præcipio, ut eos quos epiſcopi vel alii
clerici vobis hæreticos nominabunt, & recepta- C
tores vel fautores ſeu credentes eorum tamquam
hæreticos & puniatis per bonorum infiſcationem
& alias ſecundum legitimas ſanctiones. Item præ-
cipio, ut eccleſias & domos religioſas in liber-
tate plenaria conſervetis, videlicet quod in eis
albergarias, procurationes, vel exactiones quaſ-
cumque ſeu tallias nullatenus exigatis vel perci-
piatis, & defunctis earum rectoribus, ipſas nullo
modo ſpolietis, nec adminiſtrationi earum ſeu
cuſtodiæ occaſione alicujus conſuetudinis vel alias
vos immiſceatis; ſed omnia ſine diminutione ali-
qua defunctorum ſucceſſoribuſque reſerventur, &
electioni rectoris eccleſiæ faciendæ per vos vel
per quamcumque aliam perſonam vos nullatenus
immiſceatis, nec aliquam violentiam faciatis vel D
impedimentum præſtetis, quo minus electio ca-
nonice ac libere celebretur. Item præcipio ut
Judæos ab adminiſtratione publica vel privata re-
moveatis omnino, & nullo unquam tempore eos
ad eamdem vel ad aliam reſtituatis, nec alios
Judæos ad adminiſtrationem aliquam aſſumatis,
nec eorum conſilio contra Chriſtianos utamini.
Item præcipio, ut eccleſias incaſtellatas ad ar-
bitrium diœceſanorum epiſcoporum diruatis, vel
etiam reſervetis, ſi quas duxerint reſervandas;
quas ipſi diœceſanis epiſcopis tradatis, vel aliis
eccleſiarum prælatis, ad quos pertinere noſcun-
tur, ut perpetuo poſſideantur ab eis. Item præ-
cipio, ut ſi comes Toloſanus tam per ſe, quam
per hæredes ſuos contra præcepta, quæ ſibi fa- E
cta ſunt vel fient in poſterum, ſuper iis omni-
bus pro quibus fuit excommunicatus, quæ vide-
licet exponuntur in forma, ſecundum quam ip-
ſe antequam abſolveretur juravit, venerit mani-
feſte, vos nullum conſilium vel auxilium ſeu ob-
ſequium per vos vel per veſtros homines ſeu ami-
cos ei aliquatenus impendatis; immo quouſque
plene paruerit, faciatis contra ipſum pro poſſe
veſtro quicquid Romana eccleſia vel ejus nuntius
ſive legatus mandaverit faciendum. Item præci-
pio, ut per vos vel veſtros homines vel aliam
quamcunque perſonam conſilium vel opem non

A detis, ut munitiones veſtræ, quas modo facio
per Vivarienſem epiſcopum nomine Romanæ ec-
cleſiæ cuſtodiri, eidem vel cuſtodibus ejus vel
aliis qui pro tempore fuerint auferantur; & ſi
forte aliquo caſu eis ablatæ fuerint, modis om-
nibus, quibus poteritis, laborabitis, ut recuperen-
tur & reſtituantur eiſdem. Item præcipio ut ho-
mines de Montilio faciatis Vivarienſi epiſcopo
fidelitatem pro cuſtodia munitionum ſecundum
voluntatem ipſius jurare, & pro expenſis quas in
munitionibus veſtris Montilii cuſtodiendis fecerit,
cum eas a vobis petierit, ſecundum ſuum arbi-
trium ei, etiam antequam factæ fuerint, ſi vo-
luerit, ſatisfaciatis. Item præcipio, ut ſi forte
per vos vel hæredes veſtros contra ſupradicta vel
B aliquod prædictorum aliquando veneritis manife-
ſte, jus omne quod habet eccleſia Romana in
Montilio & ejus pertinentiis in ipſius poteſtate
ſine contradictione aliqua penitus dimittatis; ita
quod dominus papa per ſe vel legatum ſuum diſ-
ponat & faciat de caſtro illo ſicut decreverit fa-
ciendum. Similiter tibi G. Aidemari præci-
pio, ut ſi forte, ut dictum eſt, per te
vel hæredes tuos contra ſupradicta veneris ma-
nifeſte, jus omne quod habes in caſtro de Ro-
chamaura Vivarenſi epiſcopo, qui pro tempore
fuerit, penitus ſine aliqua quæſtione dimittas,
ſicut tu ipſe, quando mihi juraſti, te ad hoc
obligaſti ſpontanea voluntate.

C *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ejuſdem incarnationis MCCIX. Kal. Auguſti, anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo.*

Nos conſules Montiſpeſſulani juramus ſuper
ſancta Dei evangelia manu tacta tibi magiſtro
Miloni domini papæ notario A. S. L. de man-
dato & auctoritate tua, quod bona fide ſine om-
ni malo ingenio, & ſine fraude, conſulemus &
operam dabimus pro poſſe noſtro, quod domi-
nus Raymundus comes Toloſanus tam per ſe
quam per hæredes ſuos ſuper iis omnibus pro
quibus fuit excommunicatus, quæ videlicet ex-
ponuntur in forma ſecundum quam ipſe ante-
D quam abſolveretur juravit, pareat omnibus man-
datis eccleſiæ, & quod ea in perpetuum ſervet,
ita ut ſi quod illorum non fuerit, vel contra-
venerit manifeſte, nos ei nullum conſilium vel
auxilium ſeu obſequium per nos vel per homi-
nes ſive amicos noſtros aliquatenus impendemus;
immo quouſque plene paruerit, faciemus contra
ipſum pro poſſe noſtro quicquid Romana eccle-
ſia vel ejus nuntius ſive legatus nobis manda-
verit faciendum. Item ſtratas publicas per to-
tum noſtrum epiſcopatum ſecuras ſervabimus &
faciemus inviolabiliter obſervari. Item &c. *ut
in reliquis formulis. In fine ſcribitur.* Hæc om-
nia ſucceſſores noſtros ſingulis annis faciemus
jurare. Si quis autem hæc jurare noluerit, ipſum
E hæreticum habebimus manifeſtum, nec ejus ju-
dicium ſive auctoritas vigorem in aliquo ſortia-
tur. Et ego ſupra memoratus Milo domini pa-
pæ notarius apoſtolicæ ſedis legatus auctoritate
legationis, qua fungor; ad prædicta exequenda
vobis prædictis conſulibus & ſucceſſoribus veſtris
poteſtatem & auctoritatem concedo. Hæc om-
nia pro poſſe ſuo bona fide & ſine aliquo ma-
lo ingenio corporaliter juraverunt ſe obſervatu-
ros B. Caput de bove, Deodatus de Rocennaco,
P. de Biſanchis, Regordus, P. Belliani, & G.
de Planterio conſules. Et hoc idem ſimpliciter
juravit ſe tenere pro ſeipſo, I. Luciani Montis
peſſu

ANNO CHRISTI 1209.

peſſulani bajulus. Actum eſt hoc in eccleſia ſanctæ Crucis in præſentia domini Willelmi Magalonenſis epiſcopi, B. præpoſiti, B. de Melca ſacriſtæ, B. de Agrifolio, P. de Lunello, I. de Montelauro archidiaconi, B. de Maurino ſacerdotis, Michaelis de Sauzeto diaconi, Berengarii Lamberti, I. de Latis, P. de Montelauro cauſidicorum, & Vigenis Laurentii notarii publici, qui rogatus hæc ſcripſit.

*In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, Anno ejuſdem Incarnationis MCCIX. III. Kal. Auguſti, anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo.*

Nos conſules civitatis Arelatenſis juramus ſuper ſancta Dei evangelia manu tacta tibi magiſtro Miloni domini papæ notario apoſtolicæ ſedis legato de mandato & auctoritate tua, quod bona fide, ſine omni malo ingenio, & ſine fraude, conſulemus & operam dabimus, pro poſſe noſtro, quod dominus R. comes Toloſanus tam per ſe, quam per hæredes ſuos ſuper iis, pro quibus fuit excommunicatus; quæ videlicet exprimuntur in forma ſecundum quam ipſe antequam abſolvetur juravit, pareat omnibus man datis eccleſiæ, & quod ea in perpetuum ſervet; ita ut ſi quod illòrum non fecerit vel contravenerit manifeſte, nos ei nullum conſilium vel auxilium ſeu obſequium per nos vel per homines ſive amicos noſtros aliquatenus impendemus; immo quouſque plene paruerit, faciemus contra ipſum pro poſſe noſtro quicquid Romana eccleſia vel ejus nuntius ſive legatus nobis mandaverit faciendum. Item ſtratas publicas, *ut in aliis formulis. In fine legitur*. Hoc autem nos dicimus facturos ſi ab eccleſiaſtico judice certiorati fuerimus. Hæc omnia ſingulis annis ſucceſſores noſtros faciemus jurare. Si quis autem hæc jurare noluerit, ipſum tamquam hæreticum habebimus manifeſtum, nec ejus judicium ſive auctoritas vigorem in aliquo ſortiatur. Et ego ſupra memoratus Milo domini papæ notarius A. S. L. auctoritate legationis, qua fungor, ad prædicta exequenda vobis prædictis conſulibus & ſucceſſoribus veſtris poteſtatem & auctoritatem concedo. Hæc omnia pro poſſe ſub bona fide & ſine aliquo malo ingenio corporaliter juraverunt ſe obſervaturos B. Roniarda, R. Petrus de ſuper Rhodano, Cabritus, B. Ferreoli, R. de Farnaria, R. Garmerus, conſules. Et hoc idem juraverunt ſimpliciter ſe tenere pro poſſe ſuo cives Arelat. infraſcripti, ſcilicet Ugo de Arenis Cepo, P. de Leone, R. Berrenus, B. Scopha, P. Bonus, D. de Nemauſo, M. Gervaſius, P. de Thoro, P. Raymundi, U. de Thoro. Actum eſt hoc in palatio domini archiepiſcopi ſuper portam S. Stephani, in præſentia S. præpoſiti Arelatenſis eccleſiæ, Ber. ſacriſtæ, Theodoſii canonici Januenſis. & P. Fortis notarii Arelatenſis, qui rogatus hæc ſcripſit.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ejuſdem incarnationis MCCIX. IV. Non. Auguſti anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo.*

Nos conſules & omnes homines Argentariæ juramus ſuper ſancta Dei evangelia manu tacta vobis Burno Vivarienſi epiſcopo & G. Bodi, ad hoc ſpecialiter delegatis a domino Milone domini papæ notario, A. S. L. de mandato & auctoritate ipſius legati quod bona fide, ſine omni malo ingenio, & ſine fraude, conſulemus & operam dabimus pro poſſe noſtro, quod dominus R. comes Toloſanus tam per ſe quam per hæredes ſuos ſuper iis omnibus, pro quibus fuit excommunicatus, quæ videlicet exponuntur in forma ſecundum quam ipſe antequam abſolveretur juravit, pareat omnibus mandatis eccleſiæ, & quod ea in perpetuum ſervet, ita ut ſi quod illorum non fecerit vel contravenerit manifeſte, nos ei nullum conſilium vel auxilium ſeu obſequium per nos vel per amicos noſtros aliquatenus impendemus; immo quouſque plene paruerit, faciemus contra ipſum pro poſſe noſtro quicquid Romana eccleſia vel ejus nuntius ſive legatus nobis mandaverit faciendum. Item ſtratas publicas per totum Vivarienſem epiſcopatum ſecuras ſervabimus & faciemus inviolabiliter obſervari. Item eccleſias omnes & domos religioſas in Vivarienſi epiſcopatu tam in civitate Vivarienſi quam extra in plenaria conſervabimus libertate, videlicet quod ab eis exactiones aliquas ſeu tallias nullatenus exigemus, & defunctis earum rectoribus, ipſas vel domos earum nullo modo ſpoliabimus, nec adminiſtrationi earum ſeu cuſtodiæ occaſione alicujus conſuetudinis vel aliqua alia, niſi forte rogati ab epiſcopo vel capitulo, nos immiſcebimus; ſed omnia ſine diminutione aliqua defunctorum ſucceſſoribus reſerventur, & electioni epiſcopi vel alterius rectoris eccleſiæ faciendæ per nos vel per quacumque aliam perſonam nullatenus immiſcebimus, nec aliquam violentiam faciemus vel impedimentum præſtabimus quo minus electio canonice ac libere celebretur. Item pacem ſeu treuguam, ſicut nobis per eccleſiam Romanam vel ejus legatum ſeu nuntium injunctum fuerit, bona fide obſervabimus, & faciemus per epiſcopatum Vivarienſem pro poſſe noſtro in perpetuum obſervari. Item ſi epiſcopus vel capitulum Vivarienſe vel alia perſona eccleſiaſtica nobis aliquos hæreticos in epiſcopatu Vivarienſi nominaverit, vel credentes, vel per noſmetipſos cognoſcere poterimus aliquos hæreſim vel facere conventicula illicita, ipſos perſequemur ſecundum legitimas ſanctiones, & eorum bona omnia pro poſſe noſtro infiſcabimus. Item Judæos ab omni adminiſtratione publica vel privata omnino removebimus, & nullo unquam tempore eoſdem vel alios ad eandem adminiſtrationem vel aliam aſſumemus, nec eorum conſilio contra Chriſtianos utemur, nec in domibus ſuis Chriſtianos vel Chriſtianas ad ſervitium eorum permittemus habere; & ſi contra hanc prohibitionem habuerint vel tenuerint, tam Judæorum quam Chriſtianorum morantium cum eis bona omnia infiſcabimus. Item etiam eccleſias incaſtellatas Vivarienſis epiſcopatus ad arbitrium diœceſani noſtri epiſcopi vel aliorum prælatorum, ad quos pertinere noſcuntur, penitus diruemus, vel etiam reſervabimus ſi quas duxerint reſervandas; quas ipſi epiſcopo vel aliis prælatis trademus, ut perpetuo poſſideantur ab eis. Item de nobis conquerentibus ſecundum arbitrium magiſtri Milonis domini papæ notarii A. S. L. vel tuum, domine Vivarienſis epiſcope, vel alterius legati ſeu judicis ordinarii vel delegati juſtitiam faciemus. Item ſi quis de Vivarienſi epiſcopatu propter ſuos exceſſus excommunicatus fuerit, & commonitus ab eccleſiaſtico judice non ſatisfecerit infra menſem, ei centum ſolidos Podienſes auferemus; immo quolibet menſe, in quo excommunicatus permanſerit, ei ſummam auferemus præfatam; ſi vero ſolvendo non fuerit, eum ſub banno ponemus. Hoc autem

nos

nos dicimus facturos ſi ab eccleſiaſtico judice A certiorati fuerimus. Hæc omnia ſingulis annis ſucceſſores noſtros conſules faciemus jurare. Si quis autem hæc jurare noluerit, eum tamquam hæreticum habebimus manifeſtum, nec eis judicium ſive auctoritas vigorem in aliquo ſortiatur. Et nos B. Vivarienſis epiſcopus & G. Todi vobis ex parte domini legati ſupradicti ad prædicta omnia exequenda auctoritatem & poteſtatem concedimus vobis prædictis conſulibus & toti populo Argentariæ. Hæc omnia pro poſſe noſtro nos obſervaturos juramus in animam noſtram & in animam totius populi. Ego W. Garns, R. Beſceda, Ber. Roquerius, Argentariæ conſules; P. Mazel, S. Maſcals, R. Chairicus. Bern. Dalbiges, Ermengaus, R. de Riberia, R. Salgues, B Ber de Fitac, W. Eſteves, P. Faber, & totus populus Argentariæ.

Nos Ugo & R. nepos ejus de Baucio promittimus vobis domino Miloni domini papæ notatio A. S. L. ſub debito juramenti, quod vobis apud ſanctum Ægidium præſtitimus quod quam cito per vos vel nuntium veſtrum fuerimus requiſiti, caſtrum de Alantone vobis vel cui mandaveritis aſſignari omni occaſione poſtpoſita faciemus, & ex nunc idem caſtrum profitemur nos veſtro nomine poſſidere. Volumus etiam ut idem caſtrum noſtris cuſtodiatur expenſis.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ejuſdem incarnationis MCCIX. II. Non. Septembris anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo.*

Ego G. de Fabrano Dei gratia comes Forncalcarienſis juro ſuper ſancta Dei evangelia manu tacta tibi magiſtro Miloni domini papæ notario A. S. L. quod ſtratas publicas per totum meum diſtrictum ſecuras ſervabo & faciam inviolabiliter obſervari. Item pedagia &c. *ut in reliquis formulis. In fine legitur.*

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ejuſdem incarnationis MCCIX. IV. Idus Septembris, anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo.*

Nos conſules & cives Cavellicenſes juramus ſuper ſancta Dei evangelia manu tacta tibi magiſtro Miloni domini papæ notario A. S. L. de mandato & auctoritate tua, quod bona fide, ſine malo omni ingenio, & ſine fraude, conſulemus & operam dabimus pro poſſe noſtro, quod dominus R. comes Toloſanus &c. *ſicut in reliquis formulis juramenti.*

# CONCILIUM AVENIONENSE

## AB HUGONE REGIENSI ARCHIEPISCOPO,

Et Theodoſio, ſedis apoſtolicæ legatis, celebratum anno Domini MCCIX.

### TITULI CAPITUM. C


I. *Ut epiſcopi frequentius vel prædicent, vel faciant prædicari.*

II. *Ut hæretici exterminentur ac puniantur; Judæi omni adminiſtratione priventur.*

III. *Ut uſurarii excommunicentur.*

IV. *Ut Judæi reſtituant uſuras: ne publice, aut diebus feſtis laborent, aut diebus abſtinentiæ veſcantur carnibus.*

V. *Ut decimæ ab omnibus perſolvantur.*

VI. *Ut vectigalia niſi legitima non exigantur.*

VII. *Ut eccleſiæ, & eccleſiaſticæ perſonæ, ſint a vectigalibus immunes.* D

VIII. *Ut electionibus ſacris laici non ſe immiſceant, neque viceſimam partem redditituum ab eccleſiis, eccleſiaſticis perſonis, religioſis domibus extorqueant.*

IX. *Ut eccleſiæ non muniantur propugnaculis, niſi ad repellendos paganos.*

X. *Ut ad pacem ſervandam etiam inviti cogantur.*

XI. *Ut judices eccleſiaſtici jus diligentius unicuique reddant.*

XII. *Ut faciliores non ſint in relaxanda excommunicationis aut interdicti ſententia.*

XIII. *Ut perjuri, & qui per ſex menſes in excommunicatione permanſerint, ad ſedem apoſtolicam abſolvendi mittantur.*

XIV. *Ut patroni intra ſex menſes vacantis eccleſiæ, idoneum præſentent.*

XV. *Ut religioſi profeſſi proprietatem habere non ſinantur.*

XVI. *Ut raptores & violatores pacis, anathemati ſubjiciantur; alioquin epiſcopus injuriam reſarciat damnum paſſis.*

XVII. *Ut in ſanctorum vigiliis ſaltationes non fiant, & cantilenæ non audiantur.*

XVIII. *Ut clerici cum regulares, tum ſæculares, habitu ſint honeſto & decenti.*

XIX. *Ut clerici, cum epiſcopus juſſerit, ad ſacros ordines promoveantur; & ne advocationis officio fungantur.*

XX. *Pœnæ decretæ in conſanguineos eorum, qui Petrum de Caſtro-novo, & Gaufredo interjecerunt.*

XXI. *Ut archiepiſcopi, & epiſcopi has conſtitutiones obſervari faciant.*


### PRÆFATIO.

In nomine Domini, anno Incarnationis ejuſdem milleſimo ducenteſimo nono, pontificatus domni Innocentii papæ III. anno XII. octavo Id. Septembris. Hæc quæ ſequuntur, ſtatuta fuerunt apud Avenionem in concilio generali ſub Hugone Regienſi epiſcopo, & Milone domni papæ notario, apoſtolicæ ſedis legatis, præſentibus Viennenſi, Arelatenſi, Ebredunenſi, & Aquenſi Archiepiſcopis, & epiſcopis viginti numero, necnon & multis abbatibus, & aliis eccleſiarum re- E ctoribus. Cum in Provinciæ partibus refrigeſcente charitate adeo abundaverit malitia, quod ferè omnes indigenæ in profundum venerit vitiorum: ut præſentibus & futuris temporibus Provincialium malitiis occurratur, innovare antiquos & novos etiam canones ſancta ſynodus promulgare decrevit: ea potiſſimum ratione inducta, quod morbis inſuetis adhibere convenit excogi-

tata

tata remedia, & antidota inuſueta; & vulnera quæ levia fomenta non ſentiunt, mordicativis ſeu vexativis remediis curari decet.

## CAPUT I.

*I. Ut epiſcopi frequentius vel prædicent, vel faciant prædicari.*

Quia igitur propter formidandam & puniendam negligentiam prælatorum, qui exiſtentes mercenarii potius quam paſtores, ſe murum pro domo Iſrael non opponunt, nec populis ſuæ gubernationi commiſſis evangelizant evangelicam diſciplinam, in his partibus diverſæ ac damnatiſſimæ hæreſes pullularunt: præſentis comprobatione concilii duximus ſtatuendum, ut in ſua diœceſi quilibet epiſcopus frequentius & diligentius ſolito fidem prædicet orthodoxam; & cum expedierit, per alias honeſtas & diſcretas perſonas faciat prædicari. In eo tamen & diligens & cautus prædicator exiſtat, ut adulteria, fornicationes, perjuria, uſuras, odia, aggreſſiones, & cetera mortalia vitia adeo verbo deteſtetur & opere, quod exinde honeſtas, pax, patientia, & juſtitia, & ceteræ inſerantur virtutes.

*II. Ut hæretici exterminentur ac puniantur; Judæi omni adminiſtratione priventur.*

Quia omnes non obediunt in Evangelio, ad ſupplementum gladii ſpiritualis, materialis auxilium ſæpius ab eccleſia imploratur: decernimus, quod quilibet epiſcopus cives ſuos, comites, caſtellanos, milites, & alios parochianos ſuos, de quibus viderit expedire, per cenſuram eccleſiaſticam, ſi opus fuerit, jurare compellat, ſicut illi de Montepeſſulano juraverunt, præcipue circa exterminandos hæreticos excommunicatos, perdurantes in ſua pertinacia peculiariter puniendos: Judæos a publica ſeu privata adminiſtratione privandos, & quod nunquam ad ſuum miniſterium in domibus propriis permittantur habere Chriſtianos. Et in eo præſertim dicti nobiles & alii adſtringantur, quod coram ſuo judice, ſive ſit ordinarius ſeu delegatus, de ſe conquirentibus exhibeant juſtitiæ complementum. Et ut plenius epiſcopus exterminare valeat de ſua diœceſi hæreticam pravitatem: in ſingulis parochiis ſuis tam in civitate, quam extra, ſacerdotem unum, & duos vel tres bonæ opinionis laicos, vel plures ſi opus fuerit, juramenti religione adſtringat; quod ſi quos ibi repererint hæreticos, credentes, fautores, vel receptatores eorum, ipſi epiſcopo, & conſulibus civitatum, & dominis locorum, ſeu bajulis eorumdem, cum omni ſtudeant feſtinantia intimare, ut eos puniant ſecundum canonicas & legitimas ſanctiones, nihilominus bona ipſorum omnia confiſcantes. Si autem in ho obſequio divino præfati conſules, & alii, ab epiſcopis requiſiti, fuerint negligentes, vel etiam contemptores: ipſorum perſonæ excommunicentur ſpecialiter, & terræ interdicto eccleſiaſtico ſupponantur. Et ut ipſis efficacius det vexatio intellectum: ſi qua caſtra, vel poſſeſſiones, tales ab eccleſia noſcuntur habere: propter ingratitudinem & indevotionem ſuam, ad ipſam redeant pleno jure. Illud præcipue non duximus dimittendum, quod defenſores, receptatores, & hæreticorum fautores, cum ipſis hæreticis pari volumus pœna feriri.

*III. Ut uſurarii excommunicentur.*

Licet ad exſtirpandum uſurarum vitium utriuſque conveniat pagina teſtamenti, & nihilominus ſuper hoc canonica plurima emanaverint inſtituta; quia tamen prætermiſſis aliis negotiis, multi quaſi licite uſuras exercent, ad deteſtationem vitii memorati, aliquid duximus apponendum: ut videlicet feſtivis diebus & ſolemnibus, & maxime cum ſynodus celebratur, uſurarii omnes, ſive ſuo, ſive alieno nomine crimen illud exerceant, generaliter excommunicationis vinculo innodentur. Si vero fuerint publici, aut de crimine illo convicti: ſi poſt trinam admonitionem ſatisfacere noluerint, nominatim eadem feriantur cenſura, & inſuper infligantur eiſdem pœnæ contra uſurarios in Lateranenſi concilio conſtitutæ: ſcilicet, ut eorum non recipiantur oblationes, nec, ſi in illo peccato deceſſerint, eccleſiaſticam habeant ſepulturam.

*IV. Ut Judæi reſtituant uſuras: ne publice aut diebus feſtis laborent, ut in diebus abſtinentiæ veſcantur carnibus.*

De Judæis uſurariis illud ſtatuit concilium, ut per excommunicationis ſententiam in Chriſtianos, qui eis in commerciis, ſeu alio modo participaverint, ab uſurarum exactionibus compeſcantur; & ſecundum conſtitutionem domni Innocentii papæ III. ad remittendas eaſdem compellantur. (extra, de uſuris, c. 11.) Quibus etiam prohibemus, & jubemus, per epiſcopos pœna ſimili prohiberi, ne diebus Dominicis & ſolemnibus publice laborare præſumant; nec carnibus, abſtinentiæ diebus, veſcantur.

ANNO CHRISTI 1209.

*V. Ut decimæ ab omnibus perſolvantur.*

Ad notitiam hujus ſanctæ ſynodi multiplici querela pervenit, quod laici, & ceteræ perſonæ, quæ de mandato Dominico ad præſtationem decimarum & primitiarum tenentur, eas in grave animarum ſuarum præjudicium non dandas penitus contendunt, in erroris ſui favorem alii diſſuetudinem, alii præſcriptionem temporis allegantes. Cum igitur decimæ ac primitiæ adeo debitæ ſint, ut ſine voluntate eorum quibus debentur, abſque mortali peccato non valeant retineri: volumus, & præcipimus, ut tam laici, quam aliæ perſonæ, de bonis omnibus ſibi collatis a Deo, non deductis expenſis, ad ſolutionem ipſarum per eccleſiaſticam cenſuram compellantur, præſcriptione aliqua, titulo, ſeu conſuetudine, non obſtante. Prohibemus inſuper, ne epiſcopus, aut alia perſona eccleſiaſtica, alicui laico collectionem decimarum perpetuo concedat habendam; nec laici, ſi eis conceſſum fuerit, ex hujuſmodi conceſſione aliquod jus ſibi valeant vendicare. Ad hæc Vallem de Tretis, quæ ut acephala in nullius diœceſi aſſeritur inſtituta, domino epiſcopo Regienſi apoſtolicæ ſedis legato ad cuſtodiam decernimus ſpecialiter aſſignandam, qui ſpirituali, & etiam ſi oportuerit materiali gladio, expellat ex ipſa hæreticam pravitatem, & fidelibus, qui fuerint ibi pro tempore, ſicut debuerint, eccleſiaſtica miniſtret ſacramenta, donec ſummus pontifex aliud de ipſa dixerit exponendum. Salvis privilegiis Romanorum pontificum.

*VI. Ut vectigalia niſi legitima non exigantur.*

Onera importabilia, & deprimentes faſciculos, quantum cum Deo poſſumus, attenuare volentes: jubemus ut tam eccleſiaſticæ perſonæ, quam ſæculares, a pedagiis, quidagiis, ſalinariis, & aliis indebitis exactionibus, per excommunicationis ſententiam in perſonas, & interdictum terrarum, penitus deſiſtere compellantur: niſi forte regum, vel imperatorum conceſſione probaverint ſe habere. Prohibemus inſuper, ut nullus propter pedagia, vel alias indebitas exactiones, excommunicatus ab epiſcopo, vel alia perſona eccleſiaſtica, reconcilietur eccleſiæ, niſi quidquid a tempore latæ ſententiæ probabitur extorſiſſe, cum integritate reſtituat, & diſtribuat ſecundum reconciliantis arbitrium.

*VII. Ut eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ ſint a vectigalibus immunes.*

ANNO CHRISTI 1209.

Cum eccleſia Dei, & eccleſiaſticæ perſonæ beneficium in domo Domini habeant, ſive ſint expertes illius quæ ſe ſecundum canonica & civilia jura ab angariis & parangariis, & prorſus ab omnibus indebitis exactionibus cenſentur immunes, a laicis, divina reverentia & timore abjectis, ancillatæ, & ſub tributo importabili conſtitutæ: ſub anathematis diſtrictione modis omnibus prohibemus, ut albergarias, procurationes, exactiones, ſeu tallias aliquas ab ipſis de cetero laici exigant, vel extorquere præſumant: immo tam eccleſias & domos religioſas, quam & nominatas perſonas, in pleniſſima libertate conſervent. Ita videlicet, quod epiſcopis, vel aliis earum rectoribus defunctis, ipſas nullo modo audeant ſpoliare, nec ſe adminiſtrationi earum, ſeu cuſtodiæ, niſi forte rogati ab epiſcopo, vel capitulo, occaſione alicujus conſuetudinis, ſeu aliqua alia, immiſcere: ſed omnia cum integritate quolibet defunctorum ſucceſſoribus reſerventur.

manuum [illegible] aliquid

*VIII. Ut electionibus ſacris laici non ſe immiſceant, neve viceſimam partem redditaum ab eccleſiis, eccleſiaſticis perſonis, religioſis domibus extorqueant.*

Inhibemus ne electioni epiſcopi, vel alterius rectoris eccleſiæ faciendæ, per ſe, vel per quamcumque aliam perſonam, ſe immiſceant, vel violentiam faciant, vel impedimentum adhibeant, quo minus electio canonice ac libere celebretur. Illud autem tanquam abominabile ac præpoſterum, diſtrictione qualibet prohibemus: ne videlicet ab eccleſiis ſeu religioſis domibus ab eccleſiaſticis perſonis, ſicut in quibuſdam locis hucuſque præſumptum audivimus, viceſimam partem annuorum redituum in poſterum ratione murorum, vel aliqua occaſione, laici extorquere contendant.

*IX. Ut eccleſiæ non incaſtellentur, niſi ad repellendos paganos.*

Propter abominationes quas vidimus & intelligimus ab illis, qui eccleſias incaſtellando, domos Domini convertunt in ſpeluncam latronum, aliquid ſeverius conſtituimus contra hujuſmodi præſumptores: ſub anathematis pœna diſtrictiſſime inhibentes, ne quis ulterius, niſi forte ad repellendam inſtantiam paganorum, aliquam eccleſiam incaſtellare præſu-

ANNO CHRISTI 1209.

ſumat & attentet; immo incaſtellatas, videlicet totam incaſtellaturam, & quidquid infra cimiterium ædificatum eſt, ad arbitrium diœceſanorum epiſcoporum quam celerius poterunt ad diruendum jubemus, præter illam vel illas quas ad tuitionem parochianorum epiſcopis viſum fuerit reſervari: quæ perpetuo poſſideantur ab eis, vel aliis perſonis eccleſiaſticis teneantur. Si forte aliquis temerarius & violentus detentor, eccleſiam incaſtellatam ad mandatum ſui epiſcopi noluit diruere, vel ei noluerit tradere poſſidendam: nominatim excommunicationis vinculo percellatur, & interdicti ſententia ſupponatur tota terra ipſius.

*X. Ut ad pacem ſervandam etiam inviti cogantur.*

Sicut peccatis exigentibus multo tempore ſumus experti, propter guerram, ſeu baronum & civitatum diſcordiam, tam perſonæ quam terræ ipſorum, in exterminium & direptionem trahuntur. Ad cujus jacturæ remedium, pacem & concordiam etiam invitis prædicari & ſeminari oportet. Jubemus ergo, ut cives, & civitatum rectores, comites, barones, caſtellani, milites, & alii, qui ab epiſcopis ad hoc idonei videbuntur, ad pacem ſeu treugam faciendam pariter & ſervandam, necnon & ut ſtratæ publicæ ſerventur ſecure, ab epiſcopis, ſi forte fuerint difficiles, per eccleſiaſticam diſtrictionem cogantur: & interim, quouſque pacem juraverint, ſint a pacis beneficio alieni. Et quoniam triplex funiculus difficilius rumpitur: præcipimus, ut ad pacem faciendam firmiter & ſervandam, epiſcopi ſibi mutuum auxilium ſtudeant exhibere, ſicut in capitulo felicis recordationis domni Alexandri papæ tertii plenius continetur. Quia vero per Aragones, Brabanzones, Baſclones, Ruptarios, ſeu quocunque alio nomine cenſeantur, multotiens diſcordia & perturbatio & rapina generantur in terris: de ipſis ad memoriam revocamus, quod ab eodem dicto Alexandro contra ipſos noſcitur conſtitutum, ut videlicet, ſicut hæretici, &...... ante alios excommunicentur, & ab omnibus fidelibus expugnentur ubique locorum. Qui autem illos tenuerit, aut in terra ſua eſſe permiſerit, cenſura ſimili percellatur.

*XI. Ut judices eccleſiaſtici jus diligentius unicuique reddant.*

Inter ceteras querelass quæ ad hanc ſynodum perlatæ fuerunt, illam ſeverius puniendam & corrigendam cenſemus: videlicet, quod archiepiſcopi, epiſcopi, & eccleſiarum prælati, ſive ordinarii ſint, ſive judices delegati, tepidi ſunt nimium &, remiſſi ad juſtitiam coram ſe querelantibus faciendam. Propter quod quanta poſſumus & convenit ratione cenſemus, ut cauſas, quæ in conſpectu ipſorum propoſitæ fuerint, quam diligentius & feſtinantius poterunt, ſtudeant terminare: cogantque ſubditos ſuos in judicio ſervare illud idem.

*XII. Ut faciliores non ſint in relaxanda excommunicationis aut interdicti ſententia.*

Intelleximus etiam, quod ſententias tam excommunicationis, quam interdicti, ſine congrua ſatisfactione relaxant. In quo caſu illam diſtrictionem præcipimus inviolabiliter obſervari, quam domnus Innocentius papa III. in quadam ſua decretali noſcitur expreſſiſſe: hoc eſt, ut ſi quis quia datum damnum noluit emendare, fuerit excommunicationis vinculo aſtrictus, præter juratoriam cautionem, ante faciat de damno dato emendam, quam ejus ſententia relaxetur. Si vero excommunicationis ſententia feratur in aliquem, qui citatus ad judicium venire contempſit: ad eam relaxandam ſufficit, ſi, quod juri pareat, præſtiterit juramentum. Et quia interdum hujuſmodi judices a malo non revocat amor Dei, nec eccleſiaſtica diſciplina: negligentes & contemptores hujuſmodi ad reſtituendum damnum paſſis duximus condemnandos.

*XIII. Ut perjuri, & qui per ſex menſes in excommunicatione permanſerint, ad ſedem apoſtolicam abſolvendi mittantur.*

Contra publice perjuros, ſeu convictos de perjurio, & eos qui pertinaciter in excommunicatione per ſex menſes permanſerint, pro eo quod faciles ſunt homines ad perjuria, & ad cenſuram eccleſiaſticam contemnendam, ſpecialem & novum canonem promulgamus: ſcilicet, ut nulli epiſcoporum liceat hujuſmodi anathematizatos abſolvere, ſed ad ſedem apoſtolicam, ſicut ſacrilegi & incendiarii, abſolvendi mittantur. Perjuris vero, * propter aliam ſatisfactionem, dictam ſedem in præſentia viſitare injungatur. Si forte clerici fuerint, in utroque caſu ab officio & beneficio eccleſiaſtico repellantur: ad quorum neutrum reſtitui valeant, niſi per ſummum pontificem, vel ipſius legatum.

* *Forte, præter. Harduinus.*

*XIV. Ut patroni infra ſex menſes vacantis eccleſiæ idoneum præſentent.*

Quorumdam monachorum, & aliorum, ſive ſint religioſæ, ſive aliæ quæcunque perſonæ, proviſio indiſcreta, qui eccleſias ad præſentationem ipſorum pertinentes, ex certa ſcientia quandoque faciunt ultra tempus a canone indultum vacare, nos Lateranenſem conſtitutionem innovare compellit: in qua noſcitur conſtitutum, quod niſi a monachis, & aliis perſonis, infra ſex menſes, ad vacantes eccleſias epiſcopis idoneæ fuerint perſonæ præſentatæ, poſtmodum appellatione remota, liceat in illis ordinare rectores, qui præeſſe noverint & prodeſſe: ita tamen, quod ex hoc nullum patronis in poſterum præjudicium generetur.

*XV. Ut religioſi profeſſi, proprietatem habere non ſinantur.*

Ad hæc, epiſcopis, abbatibus, præpoſitis, & ceteris religioſis, prioribus, conventus inſinuat ſynodalis, & ſub atteſtationt divini judicii diſtricte injungit, ut ſubditis ſuis profeſſi licentiam habendæ proprietatis non tribuant, cum etiam hoc Romano pontifici non liceat, ſicut domnus Innocentius papa tertius, in quadam ſna conſtitutione teſtatur.

*XVI. Ut raptores, & violatores pacis, anathemati ſubjiciantur: alioquin epiſcopus reſarciat injuriam damnum paſſis.*

Ut raptorum, violatorum pacis, & eorum, qui in ſtratis publicis aggreſſuram committunt, necnon qui captos homines ad redemptionem compellunt, nimium greſſanti malitiæ occurratur: antiqua innovantes ſtatuta, decernimus, ut in quacumque diœceſi præfatas iniquitates dicti malefactores deprehenſi fuerint exercere, ab epiſcopo illius loci anathematis diſtrictioni ſubdantur: ipſum alii circumadjacentes epiſcopi, quouſque paſſis injuriam plene ſatisfactum fuerit, teneantur viriliter adjuvare, ſententiam quam in delinquentem tulerit obſervantes, & auxilium ei manu militari etiam, ſi opus fuerit, impendentes. Quod ſi quis epiſcoporum contempſerit, ad reſarciendum damnum paſſis injuriam teneatur.

*XVII. Ut in ſanctorum vigiliis ſaltationes indecoræ non fiant in eccleſiis, & cantilenæ amatoriæ ibidem non dicantur.*

Statuimus, ut in ſanctorum vigiliis in eccleſiis hiſtoricæ ſaltationes, obſcœni mo-

A tus, ſeu choreæ non fiant, nec dicantur amatoria carmina, vel cantilenæ ibidem; ex quibus præter id quod aliquotiens auditorum animi ad immunditiam provocantur, obtutus & auditus quorumlibet ſpectantium polluuntur.



*XVIII. Ut clerici tum regulares, tum ſaculares, habitu ſint honeſto & decenti.*

Pro eo quod clerici, & qui religioni adſtringuntur ex voto, & etiam ſæculares, nec opere, nec habitu profeſſionem
B ſuam oſtendunt, immo, quod dolentes & inviti dicimus, adeo diſſoluti ſunt, & multipliciter immunditiis & exceſſibus implicantur. quod ſicut laicus ſic & ſacerdos: laicis quibus ipſi ſunt ſignum poſiti ad ſagittam, eorum corrumpuntur exemplo, & quos in omnibus actionibus ſuis ad honeſtatem prævenire deberent & vitam, tanquam cæci cæcos eos in foveam trahunt, & ad gehennam præcedunt. Circa religioſos igitur ſervandum jubemus, ut in quacumque ſint dignitate aut ordine conſtituti, habitum
C & tonſuram & in aliis ſuæ profeſſioni habeant congruentem. Quibus firmiter inhibemus, ne panno de ſtamine forti, aut alio colorato, vel ſumptuoſo, ſeu aliquo ſerico, in futurum utantur. Cappas ſimiliter coloratas, manicatas prohibemus eiſdem. Circa ſæculares quoque illud firmiter præcipimus obſervandum: ut amodo, maxime in ſacris ordinibus conſtituti, convenientem coronam habeant, & clauſa deferant indumenta; nec rubeis; aut viridibus, ſeu aliquibus
D ſericis, in poſterum uti præſumant: ſed honeſtatem clericorum quæ in decretali felicis memoriæ Gregorii evidentius exprimitur, ſervent.

*XIX. Ut clerici, cum epiſcopus juſſerit, ad ſacros ordines promoveantur: & ne advocationis officio fungantur.*

Jubemus inſuper tam præpoſitos, quam alios clericos, ad exhortationem, vel ad mandatum ſui epiſcopi, ſine difficultate qualibet ad ſacros ordines promo-
E veri. Præterea in ſacris ordinibus conſtituti, qui ſtipendiis eccleſiæ ſuſtentantur, coram judicibus ſæcularibus officium advocationis non ſumant contra canonica inſtituta; nec deteſtabiles conſpirationes faciant de cetero, ſeu conjurationes, in quacunque ſint eccleſiæ profeſſione aut ordine conſtituti. Quicumque autem conſtitutionis hujus propria temeritate ſe conſtituerint tranſgreſſores, a ſuis epiſcopis canonice puniantur.

ANNO CHRISTI 1209.

*XX. Pœnæ decreta in conſanguineos eorum, qui Petrum de Caſtro novo, & Gaufredum interfecerunt.*

Miſerabilem & lacrymoſam interfectionem ſanctæ memoriæ Petri de Caſtronovo, apoſtolicæ ſedis legati, ad memoriam reducentes; & atrox facinus necis magiſtri Gaufredi canonici Gebennenſis, piæ & religioſæ converſationis & vitæ, his temporibus nequiter perpetratum; & aliorum plurimorum religioſorum virorum, quos non ſufficimus ad præſens, B nec expedit enarrare: tanti facinoris frequentia, & atrocitate commoti, ultione qua poſſumus proſequentes, ſacri approbatione concilii duximus ſtatuendum: ut nullus de parentela illorum, qui præfatos clericos occiderunt, uſque ad tertiam lineæ cujuſcumque generationem, eccleſiaſticum beneficium conſequatur. Immo ſi qua forſitan ſunt adepti, tamdiu ſuis beneficiis ſpolientur & officiis, donec per Romanum pontificem fuerint reſtituti. Statuimus etiam, ut ſi qui ſimile facinus commiſerint in futurum, circa ipſorum conſanguineos ſimilis cenſura ſervetur. Quem rigorem circa illos tantum volumus obſervari, qui de perpetrata iniquitate, apud bonos & graves fuerint infamati.

*XXI. Ut archiepiſcopi, & epiſcopi has conſtitutiones obſervari faciant.*

Archiepiſcopis, & epiſcopis, ſub atteſtatione divini judicii diſtricte jubemus, ut omnes ſupraſcriptas conſtitutiones pro ſua poſſibilitate bona fide obſervent, & faciant ab omnibus ſubditis ſuis inviolabiliter obſervari.

## AD CONCILIA AVENIONENSIA DUO

*Ab Hugone Regienſi epiſcopo & Milone A. S. L.*

*Anno* 1209. *habita.*

## ADNOTATIO CRITICA ET ADDITIO.

Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 810.

Concilia Avenionenſia duo, tota licet anti C quitate invita; Labbeus vel potius Coſſartius ex conjectura diſtinxit. Horum alteri tribuit canones XXI. ibi apud eum legendos; in alio vero anathemati traditum Raymundum Toloſanum cenſet. Hanc ejus conjecturam falſi convincit, quod modo daturus ſum, additamentum, demonſtrans prius illud concilium anni 1209. anathematis ſententiam in Raymundum tuliſſe; ex quo conficitur, alteri Avenionenſi concilio quod ille anno 1210. pro ferenda in comitem ſententia aſſignat, nihil agendum ſupereſſe. Eſt vero additamentum illud ſynodica concilii Avenionenſis ad pontificem Innocentium III. nomine utriuſque legati apoſtolici, Hugonis Regienſis & Milonis ſcripta, quam repeto ex Baluzii col D lectione epiſtolarum Innocentii III. tom. pag. 366. cui epiſtolam alteram adjungo tunc pariter, ſed privato nomine, ab eodem Milone A. S. L. ad pontificem ſcriptam, & a Baluzio ibidem vulgatam, in qua res in eodem concilio actas illi expouit.

### DOMINO PAPÆ.

*Sanctiſſimo patri ac domino Innocentio Dei gratiæ ſummo Pontifici, Hugo Regenſis epiſcopus, & Milo humilis ſervus ejus, voluntarium debitæ ſervitutis obſequium.* E

Cum nuper apud civitatem Avinionenſem pro ſtatu provinciæ cum multis archiepiſcopis & epiſcopis & aliis eccleſiarum prælatis eſſemus in concilio congregati, de conſilio & aſſenſu reverendi patris Abbatis Ciſtercienſis, & ſacri approbatione concilii comitem Toloſanum anathematis vinculo innodavimus, & totam ipſius terram eccleſiaſtico ſuppoſuimus interdicto, pro eo quod idem comes venerabiles patres Carpentoratem & Vaſionenſem epiſcopos cum ſuis clericis non reſtituit pleno jure, ſicut ego Milo ei præceperam ſub religione præſtiti juramenti & pœna in ipſo juramento adjecta; pro eo etiam quod hæreticos & credentes de terra ſua non expulit, neo eos ad arbitrium tradidit ſignatorum, eccleſiis quoque & religioſis domibus ac perſonis miſerabilibus juſtitiam, ſicut ei præceptum fuerat, non exhibuit, nec ad reſpondendum de ſe conquerentibus aliquos conſtituit reſponſales; ſimiliter incaſtellatas eccleſias ad diœceſanorum epiſcoporum arbitrium non deſtruxit, & pedagia ſeu exactiones indebitas non dimiſit. Hanc autem ſententiam ita duximus moderandam, quod ſi comes ipſe uſque ad proximum feſtum omnium ſanctorum ad præſentiam noſtram acceſſerit, & ſuper prædictis ſatisfecerit competenter, non ſit hac excommunicatione ligatus; alioquin tam ipſe quam terra ipſius, ut ſupra diximus, & excommunicationis & interdicti ſententia teneatur. Quia igitur, ſancte pater, veridica multorum relatione didicimus, quod comes ipſe ad ſedem eſt apoſtolicam acceſſurus, ut interceſſione illuſtris regis Ottonis, regis quoque Franciæ, ac plurium aliorum, de quorum dilectione ſe jactat, terræ ſuæ, quæ tota pene in manibus veſtris conſiſtit, reſtitutionem obtineat, & ſic eſſet noviſſimus error longe priore deterior, totius negotii veritatem veſtræ ſanctitatis auribus duximus declarandam; ut ſi forſan idem comes ad vos, ſicut ſperatur, acceſſerit, in ſucceſſore Petri petræ, quæ Chriſtus eſt, inveniat firmitatem, indubitanter ſcientes, quod per Dei ac veſtram gra-

ANNO CHRISTI 1209.

gratiam taliter eſt ligatus, quod deinceps recalcitrare non poterit, nec veſtris ſanctis juſſionibus obviare; niſi forſan, quod Deus avertat, quod circa ipſum factum eſt aliquorum inſtantia diſſolvatur. Roncellinum quoque ſancti Victoris Maſſilienſis monachum apoſtatam & perjurum in eodem concilio anathematizavimus & maledиximus, non ſolum propter quandam nobilem, quam traduxit, ſed propter alias cauſas multiplices, quas, cum ſint notoriæ, ſupervacuum credimus enarrare. Hugonem etiam ſervum caſtaldum ipſius Roncelini ſeu bajulum excommunicavimus nominatim, & omnes qui ei, ſicut ipſius caſtaldo vel bajulo de cætero reſponderent. Multos alios quoque nobiles & burgenſes Maſſilienſes ſententia eadem ligavimus, qui dictum Roncelinum in ſua iniquitate defendunt. Civitatem Maſſilienſem ſimiliter ac totam aliam terram Roncelini prædicti eccleſiaſtico ſuppoſuimus interdicto, pro eo quod eundem Roncelinum de monaſterio per violentiam extraxerunt, & ipſum in ſua malitia & pertinacia manutenuerunt, huc uſque ejus dominium tanto tempore ſuſtinentes. Item pro eo quod violentiam quam hominibus Montiſpeſſulani & peregrinis tam in rebus quam in perſonis idem fecerat Roncelinus, non prohibuerunt, cum poſſent. Pro eo etiam quod ea quæ ſtatuta fuerant apud ſanctum Ægidium pro quiete ac ſtatu totius provinciæ noluerunt ſicut aliæ civitates & caſtra jurare. Præfatus etiam dominus abbas de conſilio omnium prælatorum eccleſiæ, qui fuerant in exercitu congregati, conſules & conſiliarios Toloſanos excommunicationis ſententia innodavit, & totam civitatem eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, pro eo quod hæreticos & credentes, quorum ibi eſt maxima multitudo, noluerunt cum rebus ſuis ad arbitrium tradere ſignatorum. Hæc ideo, pater ſancte, veſtris auribus duximus intimanda, ut ſi forſan aliqui prædictorum ad præſentiam veſtram miſerint vel acceſſerint, de his quæ acta ſunt circa eos ſciatis plenius veritatem.

## LITTERÆ MAGISTRI MILONIS
*Miſſæ ad dominum papam.*

*Sanctiſſimo patri & domino Innocentio Dei gratia ſummo pontifici, Milo humilis ſervus ejus voluntarium debitæ ſervitutis obſequium.*

POſtquam cum exercitu ſignatorum a Lugduno per provinciam uſque ad Montempeſſulanum proceſſi, reverendo patri Ciſtercienſi abbati & principibus viſum fuit plurimum expedire quod ad terram nobilium virorum comitum provinciæ & Furcalcarienſis, partim pro reformanda concordia inter eos, partim pro collecta facienda per eccleſias ad opus & ſubſidium exercitus Jeſu Chriſti, celeriter remearem. Cumque Arelatenſem civitatem veniſſem oculata fide perſpexi quod alias fama intellexeram * nuntiare. Videlicet quod vir nobilis Willelmus Porcelleti munitionem quamdam fortiſſimam ſuper duabus eccleſiis & in cimiterio ipſarum conſtructam in inſula quadam juxta ripam Rhodani, non longe ab eadem civitate, in perniciem tranſeuntium poſſidebat, domoſque Domini converterat in ſpeluncas latronum. Innumera enim maleficia, rapinæ ſcilicet, exactiones indebitæ, furta, & ceteræ abominationes committebantur in ea, & timebantur nihilominus in futurum committi. Propter quod me cum circumſtantibus civitatibus continuo ad ipſam deſtruendam accinxi. Et quia timuit dictus nobilis ne terra ipſius tota in exterminium & direptionem veniret, non expectata manu militari, quamvis invitus, præfatam munitionem mihi tradidit ſubvertendam. Ea igitur funditus demolita, continuo Maſſiliam properavi, civeſque Maſſilienſes diligenter admonui pacem & alia, quæ circum adjacentia loca juraverant, jurarent & ipſi, & præcipue de facto Roncelini, in quo multum eccleſiam Dei ſcandalizaverant, ſatisfacerent competenter. In quorum nullo preces meas ſeu mandatum exaudire curarunt, excuſationes in peccatis ſuis frivolas, ſcilicet Roncelini abſentiam, allegantes; &, quod non ſine verecundia multa & rubore ſuſtinui, mihi publice, licet falſo, in faciem objecerunt quod cum Romana eccleſia ei communicaſſet in multis, non tamquam apoſtatam ſeu excommunicatum ipſum vitare debebant. Exinde per Aquenſem civitatem Avinionem revertens, præfatum comitem Fulcalcarienſem vocavi, eum diligenter inducens, ut, ſicut comes Toloſanus, ceteri barones & civitates, ſe ad obſervantiam pacis & eorum quæ ſtatuta fuerunt apud S. Ægidium obligaret. Ad quod, licet a principio difficilis multum extiterit, poſtmodum tamen, ſecundum voluntatem meam & conſilium archiepiſcoporum & epiſcoporum qui apud Avinionem ad concilium fuerant congregati, ad obſervandum quæcunque volui præcipere tam ſuam quam multorum commilitum ſuorum juratoriam mihi & inſuper trium caſtrorum pignorativam exhibuit cautionem, quæ caſtra quibuſdam diſcretis perſonis eccleſiaſticis nomine veſtro cuſtodienda commiſi. Circa vero comitem provinciæ ac terram ipſius, pro eo quod in Siciliam cum ſorore profectus fuerat, quæ ſtabilienda fuerant ſtabilire nequivi. Ad communem tamen utilitatem & quietem totius provinciæ multa in præfato concilio ſtatuta fuerunt; & prædictus Roncellinus præcipue, tamquam apoſtata & perjurus, cum omnibus fautoribus ſuis & complicibus fuit nominatim anathematis vinculo innodatus, totaque civitas Maſſilienſis & terra ipſius eccleſiaſtico diſtrictiſſime interdicto ſubjecta. Præfati quoque domini Ciſtercienſis abbatis fuit conſilium & voluntas ut formam juramenti baronum, civitatum, aliorumque locorum, ſicut in authenticis, quæ penes me habeo, continetur, vobis ſeriatim tranſmitterem, ponendam, ſi veſtræ ſanctitati videbitur, in regeſtis. Quæ forma ab originalibus ſumpta & diligenter correcta in quaterno, meo ſigillo ſignato, quam attulit lator præſentium, plenius continetur. Quia igitur, ſancte pater, ad hoc res per Dei gratiam jam devenit, ut in tota provincia ſit ſumma pax & tranquillitas reformata, dummodo facile non ſolvantur quæ multa ſunt deliberatione ſtatuta, beatitudinem veſtram humili ſupplicatione depoſco, quatinus ſi forſitan, ſicut a multis creditur, Toloſanus comes, pacis juſtitiæ inimicus, ad præſentiam veſtram acceſſerit pro recuperandis caſtris, quæ mihi veſtro nomine aſſignavit, quod ſe jactat poſſe facile obtinere, non vos moveat ejus lingua ſolis mendaciis & contumeliis erudita; ſed, ſicut meruit, de die in diem manus eccleſiæ ſentiat graviores. Cum enim ſuper quindecim ad minus capitulis præter alias juratoriam ab eo receperim cautionem, fere in omnibus manifeſtiſſime dejeravit; in his præcipue quæ in aliis litteris continentur factis nomine domini Regenſis & meo. Unde a jure quod habet in civitate Melgorii cecidit manifeſte, & ſeptem munitiſſima caſtra quæ de ſuis habeo in commiſſum Romanæ eccleſiæ ceciderunt. Avinionenſes quoque, Nemauſen-

* nuntiante

ANNO CHRISTI 1209.

ſenſes, & homines ſancti Ægidii, ſicut in forma juramenti quod mihi veſtro nomine præſtiterunt, plenius continetur, de omni jure quod in civitatibus illis habet hominium Romanæ eccleſiæ parati ſunt exhibere. Verum, ſicut in præſatis habetur litteris, adhuc uſque ad proximum feſtum omnium Sanctorum expectabitur; in quo, ſi non venerit ſatisfacturus de omnibus, contra ipſum tam ſpiritualiter quam temporaliter procedetur. Caſtra ſiquidem quæ de ſuis habeo, adeo ſunt artificio & natura loci munita, ut cum auxilio civitatum, locorum etiam & baronum, qui eccleſiæ multa ſunt devotione ac juramento aſtricti, facillimum ſit ipſum exterminare de terra quam ſua vita turpiſſima diutius maculavit. Ad hæc, in eo quod Romana eccleſia tenet, caſtra, ullatenus ipſe non læditur; immo per hoc & his diebus extremum evaſit ſupplicium, & illeſa remanſit alia terra ſua. Comes quoque Fulcalcarienſis multique alii barones & nobiles, qui mihi multa caſtra munitiſſima reddiderunt, non ſolum ea non non repetunt, ſed offerunt alia inceſſanter, quoniam id tranquillitati provinciæ admodum expedire cognoſcunt. Si autem, quod Deus avertat, idem Toloſanus comes ſine alia ſatisfactione recuperaverit ſua caſtra, quicquid factum eſt contra hæreticos & pro pace ac quiete provinciæ ſtabilitum, prorſus ad nihilum redigetur, & mei uſeſſet nihil inchoatum fuiſſe, quam relinquere taliter inchoata. Parcat mihi veſtra benignitas, ſancte pater, ſi prolixius, vel aliter quam debuerim, forſan ſcripſi. Nam ex abundantia cordis os loquitur; & zelum bonum habeo, qui utinam ſcientia ſit conditus. Licet enim tam comes ipſe, quam præfatus nobilis, cujus adeo munitionem deſtruxi, quod pro centum milibus ſolidorum in ſtatum priſtinum reparari non poſſet, occulte mihi exitium machinetur, ſicut multorum certa relatione cognovi, nihil me tamen ab eo quod cœpi poterit revocare, quamvis uterque mortem fuerit machinatus legati. * Nam & comes ſemper poſtea interfectorem ipſius familiarem habuit & amicum, cum eſſet antea inimicus; & Willelmum Procelleti germanum interfectoris ejuſdem poſtea ſemper habuit commenſalem.

* Petri de Caſtronovo.

ANNO CHRISTI 1210.

# GNESNÆ IN POLONIA CONCILIUM

*Quo anathema dictum eſt in epiſcopum, & decanum eccleſiæ Poſnanienſis*

*Anno* 1210. *circiter habitum.*

Ex Suppl. Manſi to. II. pag. 813.

An. 1210. Regiſt. lib. XIV.

INnocentius papa III. in epiſtola regiſt. lib. XIV. dat. anno XIV. pontificatus ſui die XIV. Kal. aug. ideſt Chriſti 1211. ad Henricum Gneſnenſem archiepiſcopum hæc de concilio provinciali Gneſnenſi ſcribit. *Cum enim tu* (Philippo) *quondam epiſcopo &... Decano Poſnanienſibus in plena ſynodo vinculo excommunicationis aſtrinxeris, iidem canonici diutius communicaverunt eidem: quanquam ipſis non licuerit ignorare ſententiam in provinciali concilio ſolemniter promulgatam.* Hæc tantum de concilio iſto ſcimus.

# CONVENTUS AD RAVENICAM.

*In quo de bonis Eccleſiaſticis a laicis poſſeſſis reſtituendis actum & conventum eſt,*

*Anno* 1210. *habitus.*

Ibid. An. 1210.

QUod conventum hunc laicorum & eccleſiarum præſulum inter eccleſiæ Dei concilia adſciverim, fecit & conventus ipſius celebritas, & cauſæ plane eccleſiaſticæ tractatio. Latini, qui non diu ante Conſtantinopolitanum imperium occupaverant, una cum civili principatu loca pariter eccleſiaſtica plura ſibi retinebant. Grave id viſum eccleſiarum expoliatarum præſulibus, querelaſque ea de re ſuas ad imperatorem detulerunt. Sed tanta erat occupantium potentia, ut agere pro authoritate nec ſummo principi liceret. Quamobrem ut componendæ pacis ratio aliqua iniretur, viſum eſt ſolemnem conventum ex principibus eccleſiaſticis laiciſque indicere, in quo partibus auditis conventum eſt in ſententiam, quam ſtatim recitabo, acceptam ex epiſtola Honorii papæ III. ea de re ſcripta & vulgata a Baluzio in Collect. epiſtolar. Innocentii III. to. 2. lib. XVI. pag. 835. In his litteris compoſitæ litis conventiones in publicas tabulas relatæ continentur. Sed principes fidem ſuam minime tunc liberarunt, cujus pervicaciæ ſuæ merito a judicibus ab Innocentio III. deſtinatis anathematis ſententiam retulerunt. Tum appellatum eſt ad pontificem; & pontifex cauſæ cognitionem diſtulit ad legatum ſuum eo ſtatim mittendum, ut ex epiſt. Innocentii 98. regiſt. lib. 16. diſcimus. Quid inde acciderit, indicat Honorius papa III. in ea epiſtola, cujus ſuperius memini. Surdis auribus reſtitutionem rerum occupatarum occinuerunt legati. Iterum ergo obſtrepitum eſt anathematum fulmine, quo fragore territi laici principes confugerunt ad Honorium III. Innocentii ſucceſſorem, a quo illæ propoſitæ ſunt pacis conditiones in iiſdem Honorii litteris legendæ. Ubi ſita jaceat Ravenica, locus habiti conventus, nullibi me legiſſe recolo; forte tamen locus erat in principatu Achajæ, ut ex litteris indicatis Honorii papæ colligitur.

TA-

## TABULÆ CONVENTIONIS

*Inter eccleſiarum & imperii CPtani principes.*

IN nomine Domini. Amen. Ad honorem Dei
& ſanctæ matris eccleſiæ, & domini papæ
Innocentii III. Hoc eſt pactum ſive conventio
ſuper univerſis eccleſiis poſitis ſive ſitis vel fun-
datis in Theſſalonica uſque Corinthum, quod
intervenit inter dominum Thomam Dei gratia
Conſtantinopolitanæ eccleſiæ patriarcham & ar-
chiepiſcopos. Athenienſem, Lariſſenſem, Neo-
patrenſem, & epiſcopos infra ponendos, & ba-
rones inferius propriis nominibus declarandos.
Renuntiaverunt quidem domini Nameus Roſ-
fredus comeſtabulus regni Theſſalonici, Otto
de Roccha dominus Athenarum, Guido mar-
chio, Ravanus dominus inſulæ Nigripontis,
Raynerius de Traval, Albertinus de Canoſa,
Thomas de Stromoncort, comes Bertuldus, Ni-
colaus de ſancto Omer, Guillelmus de Blanel,
Guillelmus de Arſa pro ſe & hominibus ſuis &
fidelibus & vaſſallis, in manibus ſupradicti do-
mini patriarchæ recipientis pro eccleſia nomine
domini papæ & ſuo, & archiepiſcoporum &
epiſcoporum infra dictos terminos poſitorum &
eccleſiarum cunctarum, omnes eccleſias & mo-
naſteria, poſſeſſiones, redditus, mobilia, & im-
mobilia bona, & univerſa jura eccleſiæ Dei,
volentes & firmiſſime promittentes dictas eccle-
ſias & monaſteria cum omnibus rebus ſuis habi-
tis & habendis, & perſonas in eis poſitas & po-
nendas, & clauſtra eccleſiarum, & ſervientes,
& ſervos, & ancillas & homines, & univerſa
ſuppellectilia & bona libera & abſoluta per ſe
ſucceſſoreſque ſuos, homines, milites, vaſſallos,
fideles, ſervientes, & ſervos in perpetuum per-
manere ab omnibus angariis & parangariis, tal-
lis, ſervitiis, & ſervitutibus univerſis, excepto
acroſtico tantum, quod eis debent cuncti ſive
Latini ſive Græci tam in dignitatibus quam in
minoribus officiis & ordinibus conſtituti propter
terras quas tenent ab ipſis, ſi quas tenent vel
tenuerunt, quod tempore captionis civitatis re-
giæ Conſtantinopolitanæ ſolvebatur a Græcis, &
nihil aliud debent, & nihil aliud præfati baro-
nes per ſe, ſucceſſores ſuos, vaſſallos, homines,
fideles, ſervientes & ſervos, ſibi in prædictis ec-
cleſiis ſive monaſteriis vendicare, nihilque in po-
ſterum uſurpare; ſed ſi qui ex prædictis clericis
tam prælatis quam ceteris eccleſias vel monaſte-
ria deſtruere voluerint, debent, quantum eis li-
cuerit, repugnare decenter & turbare ne com-
pleant quod nequiter conceperunt. Si qui vero
fuerint de clericis Latinis vel Græcis, ſive mo-
nachis, papatibus vel calogeris, in dignitatibus
vel minoribus ordinibus, vel officiis conſtituti,
qui dictorum baronum terras detineant & labo-
rent, & acroſticum ſolvere noluerint, termino

A inter eos ſtatuto, niſi ſolverint quod tenentur,
poteſtatem habeant nominati barones accipiendi
de bonis eorum tantum quod eorum debitum,
& nihil amplius, perſolvatur; ſed in cunctis ab-
ſoluti & liberi quantum ad perſonas & res ip-
ſorum & eccleſiarum quæ ſuperabundant debi-
tum perpetuo in poſterum perſeverent. Hæredes
quoque ſive filios clericorum ſive papatum &
uxores eorum non capiant vel detineant vel fa-
ciant detineri vel capi quandiu ad mobilia eo-
rum ſeras poterint extendere manus, ſive de eo-
rum mobilibus eis poterit ſuper debiti quantitate
ſatisfieri competenter. Filii quoque laicorum
B Græcorum ſive clericorum ſeu papatum in baro-
num ſervitio juxta morem ſolitum perſeverent,
niſi per archiepiſcopos vel epiſcopos vel de eo-
rum licentia fuerint ordinati. Poſt ordinatio-
nem vero eodem privilegio gaudeant quo fun-
guntur clerici in obedientia Rom. eccl. conſti-
tuti. Si qui vero papatum vel monachocum Græ-
corum baronum detinuerint & laboraverint ter-
ras quæ ad eccleſiarum vel monaſteriorum non
pertineant jura, eodem modo prædictis reſpon-
deant dominis quo fecerint laici qui eorum ter-
ras detineant & laborant. Alioquin ſi prefati
barones contra jamdicta venerint, vel aliquod
C præmiſſorum, poſt admonitionem per ſuos ex-
communicentur prælatos, & tamdiu in excom-
municatione perſiſtant quandiu de damnis & in-
juriis canonice ſatisfecerint irrogatis. Ut autem
præmiſſis fides plenior habeatur, de voluntate &
conſenſu & auctoritate dominorum Thomæ pa-
triarchæ & imperatoris Henrici Coſtantinopol.
& archiepiſcoporum & omnium baronum in
præſenti chartula poſitorum appenſa ſigilla con-
ſiſtunt. Salvis in omnibus domini papæ auctori-
tate, reverentia, & honore, Acta ſunt hæc
apud Ravenicam anno Domini MCCX. indi-
D ctione XIII. præſentibus archiepiſcopis & epiſco-
pis, & electis, & clericis & militibus, videlicet
Heraclienſi, Athenienſi, Lariſſenſi, Neopatrenſi
archiepiſcopis, Avallonenſi, Fermopilenſi, Da-
valienſi, Zaratorienſi, Citrenſi electis, de quo-
rum conſenſu & voluntate & auctoritate ſunt
præmiſſa peracta, & præſentibus cantore Leo-
nardo, Jacobo presbytero, Henrico magiſtro,
Bonifacio canonico eccleſiæ ſanctæ Sophiæ de
Conſtantinopoli, & priore Cruciferorum Bono-
niæ, archidiacono Thebano, decano Davalienſi,
domino Arduino & Arnuldo capellanis impera-
toris præfati, & præſentibus Guiffredo Mareſ-
E calco totius imperii Romaniæ, & Rolandino de
Canoſa, & Rainorio de Gumbulla, & Guillel-
mo de Sarz, & Bonuz de ſancto ſepulchro, &
Gerandino de Gummula, & Jacobo de Aſſeſ-
ſo, & Hugone de Settenguen, Albuin de Plun-
ges, & Philippo de Montis, & aliis pluribus.
Hæc autem completa ſunt menſe Maji die ſe-
cundo intrante.

CON-

# CONCILIUM PARISIENSE

## ADVERSUS ALMARICI HÆRESIN ET SECTATORES,

### Et libros quoſdam Ariſtotelis atque aliorum, anno Domini MCCIX.

### I. DE ALMARICI HÆRESI, ejuſque ſectatoribus damnatis.

RIgordus ad annum MCCIX. Fuit, *inquit*, in eadem ſacra facultate (*Pariſienſi*) ſtudens quidam clericus Almaricus nomine, de territorio Carnotenſi, villa quæ Bena dicitur, oriundus. Qui cum in arte logica peritus eſſet, & ſcholas de arte illa & de aliis artibus liberalibus diu rexiſſet, tranſtulit ſe ad ſacram paginam excolendam. Semper tamen ſuum per ſe modum docendi & diſcendi habuit, & opinionem privatam, & judicium quaſi ſectum & ab aliis ſeparatum. Unde & in ipſa theologia auſus eſt conſtanter aſſeverare, quod quilibet Chriſtianus teneatur credere ſe eſſe membrum Chriſti, nec aliquem poſſe ſalvari qui hoc non crederet, non minus quam ſi non crederet Chriſtum eſſe natum & paſſum, vel alios fidei articulos: inter quos articulos ipſe hoc ipſum audacter audebat dicere annumerandum eſſe.

Cum igitur hoc ei ab omnibus catholicis univerſaliter contradiceretur, de neceſſitate acceſſit ad ſummum pontificem: qui audita ejus propoſitione & univerſitatis ſcholarium contradictione, ſententiavit contra ipſum. Redit ergo Pariſios, & compellitur ab univerſitate confiteri, ore, quod in contrarium prædictæ opinioni ſuæ ſentiret: ore dico, quia corde nunquam diſſenſit. Tædio ergo & indignatione affectus, ut dicitur, ægrotavit, & lecto incumbens deceſſit in brevi, & ſepultus eſt juxta monaſterium S. Martini de Campis.

Poſt mortem ejus ſurrexerunt quidam venenoſa ejus doctrina infecti, qui eo ſubtilius pluſquam oportet ſapere ſapientes, ad exſuſſlandum Chriſtum, & ad evacuandum novi teſtamenti ſacramenta, novos & inauditos errores & inventiones diabolicas confinxerunt. Inter alios eorum errores impudenter aſtruere nitebantur, quod poteſtas patris duravit, quandiu viguit lex Moſaica. Et quia ſcriptum eſt: *Novis ſupervenientibus abjicientur vetera*: poſtquam Chriſtus venit, aboleverunt omnia teſtamenti veteris ſacramenta, & viguit nova lex uſque ad illud tempus. In hoc ergo tempore dicebant, teſtamenti novi ſacramenta finem habere, & tempus ſancti Spiritus incœpiſſe, quo dicebant Confeſſionem, Baptiſmum, Euchariſtiam, & alia ſine quibus ſalus haberi non poteſt, locum de cetero non habere, ſed unumquemque tantum per gratiam Spiritus ſancti interius ſine actu aliquo exteriori inſpiratam ſalvari poſſe. Caritatis virtutem ſic ampliabant: ut id quod alias peccatum eſſet, ſi in virtute fieret caritatis, dicerent jam non eſſe peccatum. Unde & ſtupra, & adulteria, & alias corporis voluptates in caritatis nomine committebant: mulieribus, cum quibus peccabant, & ſimplicibus quos decipiebant, impunitatem peccati promittentes: Deum tantummodo bonum & non juſtum, prædicantes.

Levit. 26.

Fama hujuſmodi pervenit occulte ad viros venerabiles Petrum Pariſienſem epiſcopum, & fratrem Garinum regis Philippi conſiliarium: qui miſſo clam magiſtro Rad.* de Nemurcio clerico, diligenter inquiri fecerunt hujus ſectæ viros. Idem Rad. articuloſus & aſtutus, & vere catholicus, ſic miſſus, fingebat ſe eſſe imitabili modo de ſecta eorum cum ad ſingulos veniebat: & illi revelabant ei ſecreta ſua, tanquam ſuæ ſectæ participi, ut putabant. Et ita hujus ſectæ plures ſacerdotes, clerici, & laici, ac mulieres, diutius latentes, prout Domino placuit, tandem detecti, & capti, & Pariſios adducti, & in concilio ibidem congregato convicti & condemnati, & ab ordinibus in quibus erant degradati, traditi fuerunt curiæ Philippi regis: qui tanquam rex Chriſtianiſſimus & catholicus, vocatis apparitoribus fecit omnes cremari: & cremati ſunt Pariſiis extra portam in loco qui nuncupatur Campellus. Mulieribus autem, & aliis ſimplicibus, qui per majores corrupti fuerant & decepti, pepercerunt. Prædictum autem hæreſiarcham Almaricum, quia plane conſtitit ſectam illam ab eo originem habuiſſe, licet in pace eccleſiæ, ut putabatur, ſepultus fuiſſet, ab univerſo concilio etiam poſt mortem excommunicatus fuit & condemnatus, & a cimeterio ſacro ejectus, & oſſa ac cinis ejus per ſterquilinia ſunt diſperſa: Benedictus Deus per omnia. *Eadem Vincentius Bellovac. ſpecul. hiſtor. lib.* XXIX. *cap.* CVII. *ex Rigordo deſcribit ad verbum: niſi quod paulo contractius. Robertus monachus Autiſſiodorenſis idem refert in chronico: ſed anno* MCCX. *ait eſſe geſta. Ea tantum ex eo decerpam quæ ad Rigordum addit.* Erant, *inquit*, numero quatuordecim, quorum erant aliqui ſacerdotes animarum curam habentes; quibus fecerat favorem apud populum ſpecies honeſtatis, & vitæ gravitas ſuperducta. *Et infra*: Decem traduntur incendio, reliqui quatuor murali reclusione damnantur.

* Radulfo

*Cæſarius vero Heiſterbachienſis, eorumdem æqualis temporum, libro* V. *dialogorum cap.* XXII. *horum hæreticorum prodit nomina, & qui ex iis igni damnati ſint, qui minime.* Eorum, *inquit*, nomina ſunt hæc: Willelmus Pictavienſis ſubdiaconus, qui legerat Pariſiis de artibus, & tribus annis ſtuduerat in Theologia; Bernardus ſubdiaconus: Willelmus aurifex, propheta eorum; Stephanus ſacerdos de veteri Curbuelo; Stephanus de cella; Joannes ſacerdos de Uncinis. Iſti omnes in theologia ſtuduerant, excepto Bernardo. Dudo ſpecialis clericus magiſtri Elmerici ſacerdotis, qui fere decem annis in theologia ſtuduerat; Elmangus acolytus, & Odo diaconus; magiſter Garinus qui conventaverat Pariſiis de artibus, & hic ſacerdos audierat theologiam a magiſtro Stephano archiepiſcopo Cantuarienſi; Ulricus ſacerdos de Lucri, qui ſexagenarius ſtuduerat in theologia tempore multo; Petrus de ſancto Clodovaldo ſacerdos, & ſexagenarius, qui etiam audierat theologiam; Stephanus diaconus de veteri Curbuelo. *Et infra*: Quatuor ex eis fuerunt examinati, ſed non combuſti, videlicet magiſter Garinus, Ulricus ſacerdos, Stephanus diaconus

ANNO CHRISTI 1209.

conus, qui perpetuo recluſi ſunt carcere. Petrus A vero antequam caperetur, præ timore monachus effectus eſt.

*De illorum erroribus, & quomodo ſint detecti, plenius idem & explicatius, quam Rigordus, loquitur.* Dicebant, *inquit*, non aliter eſſe corpus Chriſti in pane altaris, quam in alio pane, & in qualibet re: ſicque Deum locutum fuiſſe in Ovidio, ſicut in Auguſtino. Negabant reſurrectionem corporum, dicentes nihil eſſe paradiſum, neque infernum: ſed qui haberet cogitationem Dei in ſe, quam ipſi habebant, habere in ſe paradiſum; qui vero mortale peccatum, habere infernum in ſe, ſicut dentem putridum in ore. Altaria ſanctis ſtatui, & ſacras imagines thurificari, idololatriam eſſe dicebant. Eos B qui oſſa martyrum deoſculabantur, ſubſannabant. Maximam etiam blaſphemiam auſi ſunt dicere in Spiritum ſanctum, a quo omnis munditia eſt & ſanctitas. Si aliquis eſt in Spiritu ſancto, ajebant, & faciat fornicationem, aut aliqua alia pollutione polluatur: non eſt ei peccatum, quia ille Spiritus, qui eſt Deus, omnino ſeparatus a carne, non poteſt peccare: quandiu ille Spiritus qui eſt Deus, eſt in eo, ille operatur omnia in omnibus. Unde concedebant, quod unuſquiſque eorum eſſet Chriſtus & Spiritus ſanctus. *Et paulo poſt.* Quorum perfidia hoc ordine detecta eſt.

Prædictus Wilhelmus aurifaber venit ad magiſtrum Rodulphum de Namuntico, dicens ſe C eſſe miſſum a domino: & hos infidelitatis articulos ei propoſuit. Pater ſub quibuſdam formis operatus eſt in veteri teſtamento, ſcilicet legalibus; & Filius ſimiliter ſub quibuſdam formis, ut in ſacramento altaris, & baptiſmi, & aliis. Sicut ceciderunt formæ legales in primo Chriſti adventu, ita nunc cadent omnes formæ, quibus Filius operatus eſt, & ceſſabunt ſacramenta, quia perſona Spiritus ſancti clare manifeſtabit ſe in quibus incarnabitur, & principaliter per ſeptem viros loquetur, quorum unus ipſe Wilhelmus erat. Ipſe prophetabat, quod infra quinque annos iſtæ quatuor plagæ evenire deberent: D prima ſuper populum, qui fame conſumetur; ſecunda erit gladius, quo ſe principes interficient; tertia in qua terra aperietur, & deglutiet Burgenſes; in quarta deſcendet ignis ſuper prælatos eccleſiæ, qui ſunt membra Antichriſti. Dicebat enim quia papa eſſet Antichriſtus, & Roma Babylon; & ipſe ſedet in monte Oliveti, id eſt, in pinguedine poteſtatis. Jam tredecim elapſi ſunt anni, & nihil horum contigit, quæ pſeudo ille propheta futura infra quinquennium prædixerat. Et ut favorem ſibi captaret Philippi regis Franciæ, etiam hoc adjecit: regi Francorum ſubjicientur omnia regna, & filio ejus, qui erit in tempore Spiritus ſancti, & non morietur; & dabuntur duodecim panes regi Fran- E corum, id eſt, ſcientia ſcripturarum & poteſtas.

His auditis, magiſter Rudolphus interrogavit, ſi aliquos haberet ſocios, quibus iſta fuiſſent revelata. Qui cum reſpondiſſet, habeo multos, ſupradictos viros nominans: perpendens vir prudens imminens periculum eccleſiæ, ſe ſolum ad inveſtigandam eorum nequitiam, eoſque convincendos non poſſe ſufficere, ex quadam ſimulatione dicebat ſibi eſſe revelatum a Spiritu ſancto de quodam ſacerdote, qui cum eo prædicare deberet ſectam eorum. Et ut famam ſuam ſervaret illæſam, nunciavit hæc omnia abbati S. Victoris, & magiſtro Ruperto, & fratri Thomæ: cum quibus adiit epiſcopum Pariſienſem, & tres magiſtros legentes de theologia: videlicet decanum Saleburgienſem, & magiſtrum Rupertum de Koren, & magiſtrum Stephanum; omnia hæc eis inſinuantes. Qui territi valde, injunxerunt prædicto Rudolpho in remiſſionem peccatorum ſuorum, & alteri ſacerdoti, ut ſe fingerent eſſe de illorum conſortio, donec ſententias omnium audiviſſent, & plenius omnes articulos incredulitatis eorum exploraſſent.

Magiſter vero Rudolphus & ſacerdos ſocius ejus, in executione hujus laboris, cum ipſis hæreticis circumierunt epiſcopatum Pariſienſem, Lingonenſem, Trecenſem, & archiepiſcopatum Senonenſem, in tribus menſibus, & quampluriınes de eorum ſecta invenerunt. Ut itaque ipſi hæretici plene de ipſo magiſtro Rudolpho confiderent, quandoque vultu elevato ſe ſpiritu in cœlum raptum ſimulabat, & poſtea aliqua ſe vidiſſe dicebat, quæ in conventiculis eorum narrabat: & publice eorum fidem de die in diem ſe prædicaturum ſpopondit. Tandem reverſi ad epiſcopum, viſa & audita narraverunt.

Quo audito epiſcopus prædictus per provinciam pro eis miſit, eo quod non eſſent in civitate, excepto uno Bernardo. Qui cum eſſent in cuſtodia epiſcopi, congregati ſunt ad eorum examinationem vicini epiſcopi, & magiſtri theologi. Propoſita ſunt eis ſupradicta capitula, quæ quidam ex eis in præſentia omnium atteſtabantur; quidam vero cum reſilire vellent, & ſe convinci viderent, cum ceteris ſtabant in eadem pervicacia, nec negabant. Tanta audita perverſitate, conſilio epiſcoporum & theologorum ducti ſunt in campum, & coram univerſo clero & populo degradati, & in adventu regis, qui tunc præſens non erat, exuſti.

## II. De libris Ariſtotelis ibidem damnatis.

In diebus illis, *inquit Rigordus*, legebatur Pariſiis libelli quidam ab Ariſtotele, ut dicebantur, compoſiti, qui docebant metaphyſicam, delati de novo a Coſtantinopoli, & a græco in latinum tranſlati. Qui quoniam non ſolum prædictæ hæreſi ſententiis ſubtilibus occaſionem præbebant, immo & aliis nondum inventis præbere poterant: juſſi ſunt omnes comburi, & ſub pœna excommunicationis cautum eſt in eodem concilio, ne quis de cetero eos ſcribere, legere præſumeret, vel quocumque modo habere.

*Robertus Autiſſiodorenſis monachus*: Librorum, *inquit*, Ariſtotelis, qui de naturali philoſophia inſcripti ſunt, ante paucos annos Pariſiis cœperunt lectitari: interdicta eſt lectio tribus annis, quia ex ipſis errorum ſemina viderentur exorta.

*Cæſarius vero*: Eodem, *inquit*, tempore præceptum eſt Pariſiis, ne quis infra triennium legeret libros naturales.

## III. De libris aliis ibidem damnatis.

Libri magiſtri David, *ait eodem loco Cæſarius*, & libri gallici de theologia perpetuo damnati ſunt & exuſti. Sicque per Dei gratiam hæreſis tota exuſta eſt.

## Nota Gabr. Coſſartii S. J.

Metaphyſicam Ariſtotelis damnatam ait Rigordus, phyſicam Robertus & Cæſarius: quibus ſuffragatur Gregorius IX. in Bulla ad Magiſtros & ſcholares Pariſien

*Extat in magno pastorali eccleſiæ Pariſ.*

ANNO CHRISTI 1209.

...riſienſes, data anno V. ejus Pontificatus, hoc eſt anno Chriſti MCCXXXI. *Libris illis naturalibus*, inquit, *qui in concilio provinciali ex certa ſcientia prohibiti fuere Pariſiis, non utantur, quouſque examinati fuerint & ab omni errorum ſuſpicione purgati*. Quid vero ſi & metaphyſica & phyſica ſimul damnatæ tunc fuerunt? Certe R. Legatus apoſtolicus, qui anno A MCCXV. hoc eſt annis ſex poſt hoc concilium, Pariſienſem academiam reformavit: *Non legantur*, inquit, *libri Ariſtotelis de metaphyſica, & de naturali philoſophia*.

Ad triennium damnatos eſſe hos libros Robertus & Cæſarius teſtantur; Rigordus vero iis interdictum aſſerit, ſine ullo temporis limite.

# STATUTA THEODORICI.

## EPISCOPI ULTRAIECTINI EDITA

### Anno MCCIX.

*Jus captivorum Eccleſiaſticorum. Pœna violentium.*

SI capiatur Prælatus, vel Canonicus, vel ſocius chori, vel aliquis Clericus de familia Prælati, vel Canonici, Epiſcopus qui nunc eſt vel pro tempore fuerit, ipſum liberabit, ſi potuerit aliquo modo, ſi non dixerit quod eum liberare non poſſit, & hoc ſub juramento, quod in primo ſuo introitu præſtabit, comprehenditur, Eccleſia credet ei, & ex tunc Eccleſia reſumet divina, & depoſitis crucibus & compulſatione legetur maledictio. Si vero capiatur in terra Hollandiæ vel Geldriæ ab ipſis Comitibus vel ab aliquo commorante in terra ipſorum, ſi detineatur Eccleſia quatuordecim diebus ceſſabit a die notificationis; interea monebitur Comes ut captivum liberum remittat cum emenda competente.

Quod ſi non fecerit, terra ipſius, quæ eſt in noſtra ditione ſita, ab Epiſcopo & Archidiacono ponetur ſub interdicto, & Eccleſia reſumet divina, & obſervabit formam maledictionis ſupradictam, & Epiſcopus per totam diœceſim ſuam faciet illum denunciari excommunicatum.

*De læſis Eccleſiaſticis.*

Si vero aliqua prædictarum perſonarum lædatur in perſona a laico, & enormis fuerit læſio manifeſta, Eccleſia ceſſabit donec denunciatus fuerit malefactor, ſicut hactenus eſt obſervatum. Si levis fuerit injuria & non manifeſta, non ceſſabit Eccleſia, ſed vocabunt injuriatores, ſi ſe expurgare voluerint, audiatur eorum expurgatio, niſi actor poſſit probare in contrarium per duos teſtes idoneos.

*De bonis eorum raptis. Pœna raptorum.*

Si bona alicujus Eccleſiæ vel perſonæ Eccleſiaſticæ ad Eccleſiam ſpectantia a laico rapiantur, vel per violentiam detineantur, moneatur ut infra quatuordecim dies reſtituat & impedimentum removeat.

Quod ſi non fecerit, Epiſcopus & Archidiaconus loci ipſum excommunicabunt, & excommunicatum denunciabunt abſque citatione: & ſi in excommunicatione perſeveraverit per ſex hebdomadas, eccleſia in qua moratur, ponetur ſub interdicto, & ſi nec ſic reſipuerit, in omnibus Eccleſiis ipſius Decanatus accenſis candelis denunciabitur excommunicatus; quod ſi idem in malitia ſua nihilominus perſeveraverit, Dominus, in cujus terra moratur, monebitur ut infra menſem ad reſtitutionem compellat; alioquin Dominus ille ponetur ſub interdicto.

*De alterius beneficii invaſoribus, item locationem impedientibus.*

Si Prior vel Canonicus ſubtrahat, vel detineat præbendam fratrum, vel impediat quo minus bona Eccleſiæ debito more locentur, excommunicetur per hebdomadarium ad mandatum Decani vel majoris de Capitulo, ſi Decanus præſens non fuerit, & reditus ipſius ſubtrahantur. Et ſi ad annum in malitia ſua perſeveraverit & ad unitatem redire noluerit, ipſo jure ſit dignitate ſua vel præbenda privatus. Si a laico impediatur, de eo obſervetur quod a raptore vel detentore ſuperius expreſſum.

*De pactionariis non ſolventibus, pœna item.*

Si Pactionarii Eccleſiarum ſtatuto tempore non ſolverint, ſive ſint in anno in annum, ſive ſint perpetui, excommunicentur, publice excommunicati denuncientur, & ſi in malitia ſua perſeverarint, niſi juſtitiarius monitus infra menſem de bonis ſuis eccleſiæ ſatisfecerit, eccleſia, in qua moratur, ab Epiſcopo & Archidiacono loci eccleſiaſtico ponetur ſub interdicto.

*Quid ſi Epiſcopus ipſe eccleſiæ injurius?*

Si Epiſcopus vel ſuus juſtitiarius injuriam eccleſiæ fecerit occupando vel alio modo invadendo bona quæ hactenus habuit in quieta poſſeſſione, monebitur ut infra 14. dies reſtituat vel reſtitui faciat; quod ſi non fecerit, ceſſet eccleſiæ, & ſi per hoc ad reſtitutionem duci non poſſit, eccleſia læſa communibus expenſis coram Papa vel Archiepiſcopo ſuam injuriam proſequetur.

*De impetrantibus beneficia injuſte.*

Si aliquis qualiſcunque vel undecunque contra libertatem vel conſuetudinem Trajectenſis Eccleſiæ hactenus obſervatam aliquod beneficium petierit vel obtinere voluerit, communibus expenſis univerſalis Eccleſiæ inſiſtat eidem, & ſi aliquis in ſuum hoſpitium collegerit, vel auxilio aſtiterit, poſtquam eccleſiæ innotuerit, ipſo jure a perceptione ipſius beneficii ſit ſuſpenſus donec reſipuerit, & eccleſiæ univerſali quinque libras perſolverit, cum corporali diſciplina coram univerſali ſuſcipienda eccleſia, ſi vero aliquis ſuſpectus fuerit, & ab eccleſia, cui gravamen incumbit, coram univerſali eccleſia de hoc impeti-

ANNO CHRISTI 1209.

petitus fuerit, cum duobus fratribus ſui capituli A ſe expurgabit, vel pro reo habebitur.

*De Canonicis rebellibus.*

Si aliquis Canonicus penitus fuerit inobediens, ſuſpendatur per Decanum a beneficio & per Capitulum; & ſi monitus tribus vicibus infra annum incorrigibilis permanſerit, beneficium abjudicetur ei per Decanum & Capitulum.

*De Canonicis ſine teſtamento morientibus.*

Si Canonicus inteſtatus diſceſſerit, capitulum diſponat de omnibus bonis ſuis, quæ a Capitulo tenet, niſi forte fidei Commiſſarios acceperit co- B ram Capitulo vel alias ſub bono teſtimonio.

*Prælatorum & Canonicorum juſta.*

Mortuo Prælato vel Canonico in morte ſive in die ſignificetur Campanariis omnium eccleſiarum, ut audito ſigno eccleſiæ, in qua mortuus eſt, compulſatio fiat in omnibus eccleſiis. Idem fiat cum effertur vel ſepelitur; hoc etiam fiat in ſeptimo & trigeſimo & in anniverſario primo. Fideicommiſſarii dent cuilibet campanario duodecim denarios.

Candela. Candelæ in vigiliis exequiarum quatuor ponentur, & in Miſſa quatuor. Candela plus non habeat quam libram ceræ, aliæ novem ſint de C tribus libris.

Pſalterium. Omnes conveniant ad Pſalterium, qui ſani ſunt, infirmi mittant pro ſe. Qui ſanus eſt & non venerit, Camerarius accipiet duodecim denarios de præbenda ſua & faciat legi pſalterium: ſi infirmus non miſerit nuncium, ſimili pœna puniatur.

Omnes remaneant donec ſepulcrum ſit clauſum: de qualibet eccleſia habeatur legenda & ſtola, & per cuſtodes eccleſiarum procuretur.

*Collecta pro defunctis.*

Quivis Canonicus infra trigeſimum legat vel D legi faciat pro anima defuncti pſalterium, & collecta in miſſa defunctorum, & vigiliis, & in matutinis dicatur per trigeſimum in qualibet eccleſia.

Omnes conveniant ad ſeptimum, trigeſimum, & anniverſarium primum.

*Non fiat Compulſatio in Conventualibus eccleſiis.*

Compulſatio non fiat pro laico in Conventualibus eccleſiis, niſi cum effertur.

Conventualis eccleſia non ibit ad domum laici ad funus, ſed ſi eccleſia invitata fuerit ſicut hactenus conſueta eſt, ad eccleſiam ubi ſepeliendus eſt convenient, & ad ſepta cœmeterii occurrent.

*Juſta Scholarium.*

Si Scholaris vel famulus Prælati vel Canonici moritur, in platea ad capellam deferetur vel ad domum clauſtralem, & ibi eccleſia occurret.

Si Epiſcopus gravatus fuerit, eccleſia ei aſſiſtet auxilio, & conſilio & in expenſis.

*De fugientibus ad eccleſiam.*

Si aliquis in periculis conſtitutus, vel timore mortis ad eccleſiam vel immunitatem confugerit, eccleſia ipſum defendet, donec ei ſecurus conductus fuerit præſtitus exeundi. Si per violentiam fuerit extractus, publice in omnibus eccleſiis denunciabitur excommunicatus, & pœna triginta marcarum puniatur: nec Epiſcopus malefactorem abſolvat, niſi ſatisfactum fuerit eccleſiæ univerſali. Publicum vero latronem & nocturnum agrorum populatorem, & qui ſcelus committit ea intentione ut ab eccleſia defendatur, aliàs non commiſſurus, & eum, qui delinquit in eccleſia, eccleſia non defendet.

*De tumultuantibus in eccleſia.*

Si quis auſu temerario intrare eccleſiam voluerit, & ſi diſſenſiones vel bella exinde movere contenderit, excommunicetur publice, & ab Epiſcopo per ſecularem potentiam ejiciatur. Similiter & adjutores ipſorum ſive ſint clerici ſive ſint laici excommunicentur, & pœna triginta marcarum puniantur. Et ſi Epiſcopus ipſos ejicere neglexerit, eccleſia ceſſabit donec ejecti fuerint, & eccleſiæ ſatisfactum.

*De duobus beneficiis in eadem Eccleſia.*

Nullus in una eccleſia duo vel plura habeat beneficia.

Nec epiſcopus ſcholaſtriam vel cuſtodiam alicui conferat, niſi Canonico ipſius eccleſiæ.

Canonici, qui ſunt in perceptione, in expenſis ſuis vel alterius non ſint, niſi in domibus clauſtralibus.

Poſtquam Canonicus electus fuerit & in perceptione fuerit, eccleſiam parochialem non regat.

*De tonſuris & coronis congruentibus.*

Canonici tonſuras & coronas habeant congruentes. Quicunque recuſaverit, per ſubtractionem ſui beneficii ad hoc faciendum compellatur.

ANNO CHRISTI 1210.

# CONCILIUM AVENIONENSE,

In quo Milo apoſtolicæ ſedis legatus Toloſanos excommunicavit: item ſub conditionem comitem Toloſanum, anno Domini MCCX.

Cap. 33. INterea, *inquit Petrus Vallis-Sarnenſis*, magiſter Milo, qui, ſicut ſupra dictum eſt, in terra Provinciæ, legatione pro pacis & fidei negotio fungebatur, convocavit apud Avenionenſem provinciam concilium prælatorum. In quo E concilio excommunicati fuerunt & expoſiti cives Toloſani, pro eo quod ea quæ legato & crueeſignatis promiſerant de expulſione hæreticorum, contempſerant adimplere. Comes etiam Toloſanus in prædicto concilio excommunicatus fuit ſub

ANNO CHRISTI 1210.

ſub conditione tamen, ſi abjurata pedagia de A ullo accipere attentaret.

*G. C.* Avenionenſe concilium anno ſuperiore celebratum eſt, ſed non eadem in cauſa ab Hugone Regienſi, & Milone legatis: neque enim in eo mentio de excommunicatione Toloſanorum, nec comitis Toloſani. Quæ geſta eſſe hoc anno patet ex Valliſarnenſi, qui cum cap. 14. narrationem ſuam conſignet anno MCCIX circa feſtum S. Joannis Bapt. pergit deinde anni ejuſdem res geſtas, adſcriptis nonnumquam diebus perſequi; ut cap. 16. feſto S. Magdalenæ; cap. 32. feſto S. Michaelis; ac denique feſtum dominicæ nativitatis. Hinc cap. 33. cum rerum aliarum mentionem facit, tum hujus concilii, quod circa initium anni oportet habitum eſſe: cum ante obſidionem Minervæ, quam anno MCCX. captam eſſe conſtat ex Valliſarnenſi cap. 37. & aliis ſcriptoribus, *in præterita hyeme apud Montempeſſulanum deceſſerit magiſter Milo*, ut author eſt idem, cap. 39.

# HÆ SUNT HÆRESES

Pro quibus quidam ſacerdotes & clerici Pariſiis igne examinati & conſumpti ſunt; quia inventa eſt in illis iniquitas.

*Ex MS. Viconienſi.*

Ex Marteno Theſ. Anecd. to. 4. p. 163.

IN hunc modum detrahebant creatori qui creaturæ erant. B Auctoritas ſancta ſic loquitur, opera Trinitatis inſeparabilia. Hi econtra Pater a principio operatus eſt ſine Filio & Spiritu Sancto uſque ad ejuſdem Filii Incarnationem.

Item auctoritas, ſolus Filius incarnatus. Hi econtra, Pater in Abraham incarnatus, Filius in MARIA, Spiritus Sanctus in nobis quotidie incarnatur.

Item auctoritas, omnia ſub ſole vanitas. Hi econtra, omnia unum, quia quicquid eſt, eſt Deus. Unde quidam eorum nomine Bernardus auſus eſt affirmare, ſe nec poſſe cremari incendio, nec alio torqueri ſupplicio, in quantum erat, quia in eo quod erat, ſe Deum dicebat.

C Tum Deus viſibilibus erat indutus inſtrumentis, quibus videri poterat a creaturis, & accidentibus corrumpi poterat extrinſecis. Hoc ſi quidem errore decepti, corpus Chriſti ante verborum prolationem viſibilibus panis accidentibus ſubeſſe conati ſunt affirmare, cum econtra dicat auctoritas, accedit verbum ad elementum & fit ſacramentum. Quod ſic expoſuerunt: id quod ibi fuerat prius formis viſibilibus prolatione verborum ſubeſſe oſtenditur.

Item Filius incarnatus, id eſt viſibili formæ ſubjectus, nec aliter illum hominem eſſe Deum, quam unum ex eis cognoſcere voluerunt.

Item Spiritus ſanctus in eis incarnatus, ut dixerunt, eis omnia revelabat, & hæc revelatio D nihil aliud erat quam mortuorum reſurrectio. Inde ſemetipſos jam reſuſcitatos aſſerebant, fidem & ſpem ab eorum cordibus excludebant, ſe ſoli ſcientiæ mentientes ſubjacere.

Item de meritis præſumentes, gratiæ derogantes, mentiti ſunt bonorum baptiſmatis non egere parvulos ex eorum ſanguinibus propagatos, ſi ſuæ conditionis mulieribus carnali poſſent copula commiſceri.

Item Filius uſque nunc operatus eſt, ſed Spiritus ſanctus ex hoc nunc uſque ad Mundi con- E ſummationem inchoat operari. Hujus opinionis hominum quatuor ſacerdotes, duo diaconi, tres ſubdiaconi comprobantur extitiſſe, qui XVIII. Kalendas Decembris juxta S. Honorati baſilicam degradati, XII. Kalendas menſis nominati infelici martyrio a ſæculo migraverunt. Horum cauſa quoſdam libros etiam ipſis ſapientibus cognovimus interdictos.

## PRÆCEPTA PHILIPPI REGIS FRANCORUM.

*Ad laicas poteſtates ſuper modo captionis & retentionis clericorum.*

PHilippus Dei gratia Francorum rex univerſis majoribus & juratis communiarum ad quos præſentes litteræ pervenerint ſalutem & dilectionem.

Quoniam moleſtum eſt nobis & graviter ſuſtinemus, quod vos damna & gravamina ſæpius incurritis, clericos eo modo quod non debetis capiendo, vobis mandantes præcipimus & firmiter inhibemus, ne de cetero aliquem clericum, de quo manifeſtum ſit quod ſit clericus capiatis vel arreſtetis, neque incarceretis, niſi cum inveneritis ad præſens foreſactum multri, homicidii, adulterii, raptus, vel alicujus magni criminis hujuſmodi, vel ſanguinis effuſi per braculum, vel per lapidem, vel per arma moluta, vel niſi eum deprehenderitis, extra horam in domo alicujus, qui ei domum ſuam prohibuit coram bonis teſtibus. Si autem ad aliquid hujuſmodi foriſfactorum præſentialiter & de die captus fuerit aliquis de quo certum ſit quod clericus ſit, ſtatim reddatis eum judici eccleſiaſtico, ſub quo erit ad faciendum de eo id quod ſecundum quantitatem & qualitatem foriſfacti fuerit faciendum. Si vero de nocte captus fuerit, & eadem nocte a judice eccleſiaſtico requiratur, ſi hora eſt qua poſſit reddi, eum reddatis per bonum teſtimonium. Si vero cum eadem nocte non reddideritis, quia erit forſitan extra horam; ipſum non mittatis cum latronibus, vel aliis malefactoribus; ſed per ſe in cuſtodia honeſta uſque ad craſtinum ſervetis, & mane antequam requiratur, eum reddatis eccleſiaſtico judici ſub quo erit. Cum vero aliquis, de quo non erit certum quod ſit clericus quando requiſitus fuerit, & conſtiterit eum eſſe clericum, reddatur ut prædictum eſt. Idem per omnia de omnibus religioſis perſonis volumus & præcipimus obſervari. Actum Compendii anno Domini MCCX. menſe Majo.

DE-

## DECRETA (a) MAGISTRI PETRI DE CORBOLIO

Senonenſis archiepiſcopi, Pariſienſis epiſcopi & aliorum epiſcoporum Pariſiis congregatorum ſuper hæreticis comburendis & libris non catholicis penitus deſtruendis.

CORpus magiſtri Amaurici extrahatur a cimiterio, & projiciatur in terram non benedictam, & idem excommunicetur per omnes eccleſias totius provinciæ. Bernardus, Guillelmus de Arria aurifaber, Stephanus presbyter de veteri Corbolio, Stephanus presbyter de Cella, Johannes presbyter de *Occines*, magiſter Willelmus Pictavienſis, Dudo ſacerdos, Dominicus de Triangulo, Odo & Elinans clerici de S. Clodoardo. Iſti degradentur penitus ſeculari curiæ relinquendi. Urricus presbyter de Lauriaco, & Petrus de S. Clodoardo modo monachus S. Dionyſii, Guarinus presbyter de Corbolio, Stephanus clericus degradentur perpetuo carceri mancipandi. Quaternuli magiſtri David de Dinant, infra natale epiſcopo Pariſienſi afferantur & comburantur, nec libri Aſtriſtotelis de naturali philoſophia, nec Commenta legantur Pariſiis publice vel ſecreto. Et hoc ſub pœna excommunicationis inhibemus. Apud quem invenientur quaternuli magiſtri David a natali Domini in antea, pro hæretico habebitur. De libris theologicis ſcriptis in Romano præcipimus quod epiſcopis diœceſanis tradantur, & *Credo in Deum* & *Pater noſter* in Romano præter vitas ſanctorum. Et hoc infra Purificationem, quia apud quem invenientur pro hæretico habebitur.

# CONCILIUM IN VILLA SANCTI ÆGIDII,

## AB HUGONE EPISCOPO REGIENSI, ET THEODISIO,

Legatis apoſtolicis, celebratum anno Domini MCCX.

IN QUO RAYMUNDUS COMES TOLOSANUS ITERUM EXCOMMUNICATUS.

R*Epetenda nobis concilii hujus memoria ex Petro Vallisſarnenſi, cujus hæc verba*. Circa idem tempus (*anno ſcilicet MCCX.*) comes Toloſanus, qui, ſicut ſupradictum eſt, acceſſerat ad dominum papam, redierat a curia Romana. Cap. 39 Dominus autem papa, ſicut ſuperius tetigimus, mandabat epiſcopo Regienſi & M. Theodiſio, ut præfato comiti indiceret purgationem ſuper duobus maxime criminibus, ſuper morte videlicet F. P. de Caſtronovo apoſtolicæ ſedis legati, & ſuper crimine hæreſeos. Magiſter vero Theodiſius intravit Toloſam, dum eſſent noſtri in obſidione Minervæ. *Et infra*: Habuit ſecretum colloquium cum abbate Ciſtercienſi, ſuper admittenda purgatione comitis Toloſani. M. vero Theodiſius, utpote circumſpectus & providus, de negotio Dei valde ſollicitus, ad hoc omnimodis aſpirabat, ut poſſet de jure repellere ab indicenda ei purgatione comitem memoratum. Videbat enim quod ſi admitteret eum ad purgationem, & ipſe per aliquas falſitates & dolos poſſet ſe purgare, deſtrueretur eccleſia in partibus illis, periret fides & devotio Chriſtiana.

Dum igitur ſuper his omnibus ſollicitus eſſet, & ſecum tentaret, aperuit Dominus viam: modum inſinuans quo poſſet negare purgationem comiti ſæpe dicto. Habuit recurſum ad litteras domini papæ, in quibus ſummus pontifex inter alia dicebat. Volumus ut comes Toloſanus impleat mandata noſtra. Multa quippe mandata facta fuerant comiti Toloſano; utpote de expulſione hæreticorum de terra ſua, de dimittendis novis pedagiis, & plura alia, quæ omnia adimplere contempſit. Igitur M. Theodiſius cum ſocio ſuo, epiſcopo ſcilicet Regienſi, ne viderentur gravare vel injuriari comiti Toloſano: præfixerunt ipſi comiti diem admittendæ purgationis ipſius apud villam Sancti Ægidii.

Igitur convocatis in villa S. Ægidii ab epiſcopo Regienſi, M. Theodiſio, archiepiſcopis, & epiſcopis, & aliis pluribus eccleſiarum prælatis: comes etiam affuit Toloſanus, conaturus ſi poſſet, quoquomodo purgare ſe de morte legati, & crimine hæreſeos. M. vero Theodiſius de conſilio prælatorum dixit comiti: quod non admitteretur purgatio ipſius, eo quod juxta mandatum ſummi pontificis, eorum quæ ſibi mandata fuerant, & quæ ſe impleturum multotiens juraverat, nihil impleſſet. Dicebat ſiquidem magiſter, quod veriſimile erat, immo manifeſtiſſimum, quod comes qui quidem juramenta non tenuerat de mandatis levioribus adimplendis, ſuper purgatione ſua de tam enormibus criminibus, utpote morte legati ac crimine hæreſeos, facillime, immo libentiſſime, per ſe & ſuos complices pejeraret, ideoque ipſum comitem nullo modo admittendum eſſe dicebat ad purgationem ſuper tantis criminibus, niſi prius mandata impleviſſet levia. Quod audiens comes Toloſanus, ex innata ſibi nequitia cœpit flere. Magiſter vero ſciens, quod lacrymæ, non erant lacrymæ devotionis & pœnitentiæ, ſed nequitiæ & doloris, dixit comiti: *In diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt*. Statim communi conſilio & aſſenſu prælatorum, propter multas & multum rationabiles cauſas, iterum excommunicatus fuit in eo loco comes nequiſſimus Toloſanus, & omnes fautores & adjutores ejuſdem.

*G. C.* Excommunicationem hic a legatis latam approbavit Innocentius papa per litteras anno ſequenti ad Arelatenſem epiſcopum & ejus ſuffraganeos datas: *Unde*, inquit, *cum in ipſum a venerabili F. N: epiſcopo Uticenſi & dilecto filio .... Ciſtercienſi abbate, apoſtolicæ ſedis legatis, de multorum prælatorum conſilio ſententia promulgata fuerit ob ejuſdem contumaciam manifeſtam: per apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus*

(a) Hæc decreta præcedere debere Præcepta Philippi regis nonnullis forte videbuntur. Verum hic ordinem ſequimur MS. codicis Viconienſis, qui ea præponit: idque, ut exiſtimamus, quod litteras ſuas Philippus rex dederit occaſione captorum hæreticorum de quibus hic agitur, antequam epiſcopi Pariſiis congregati ſententiam in eos ferrent.

ANNO CHRISTI 1210.

*tenus eandem ſententiam rationabiliter promulgatam, publicari per veſtras diœceſes faciatis, & appellatione remota, per cenſuram eccleſiaſticam, uſque ad ſatisfactionem condignam firmiter obſervari. Datum Lateran. XVII. Kal. Maji. Pontif. noſtri anno XIV.* In legatorum autem deſcribendis nominibus errorem irrepſiſſe opor- A tet. Nam ab epiſcopo Regienſi & Theodiſio latam eſſe illam excommunicationis ſententiam non ex Petro monacho tantum diſcimus, ſed etiam utriuſque ad Innocentium epiſtola, quæ hujus concilii res geſtæ referuntur. Operæ pretium erit eam videre. Nos eam in concilio Vaurenſi ad annum 1213. exhibebimus.

# CONVENTUS NARBONENSIS

In quo a Legatis apoſtolicis tribus cum rege Aragonum, comite Montisfortis, & Comite Toloſano, de comitum Toloſani & Fuxenſis rebus eſt actum, anno Domini MCCX.

Cap. 41. *Anno Domini MCCX. habitum hunc conventum eſſe, patet ex ſerie narrationis Petri Vallisſarnenſis, cujus hæc ſunt verba:* Non poſt multos dies, convenerunt apud Narbonam rex Aragonenſis, comes Montisfortis, comes etiam Toloſanus, inter ſe colloquium habituri. Huic colloquio affuerunt Uticenſis epiſcopus, & venerabilis abbas Ciſtercii, qui præcipue poſt Deum, Jeſu Chriſti negotium promovebat. Iſte Uticenſis epiſcopus, Raimundus nomine, a multis diebus ardenter negotium fidei diligebat, & quantum poterat promovebat, & illis diebus ſuper eodem negotio cum abbate Ciſtercienſi legationis officio fungebatur. Affuit & prædicto colloquio magiſter Theodiſius, de quo ſuperius facta eſt mentio, & multi alii viri ſapientes & boni. Tractatum fuit in prædicto colloquio de comite Toloſæ: & facta fuiſſet ei magna gratia & copioſa miſericordia, ſi idem comes ſanis conſiliis acquieſcere voluiſſet. Volebat ſiquidem abbas Ciſtercii Apoſtolicæ ſedis legatus, quod comes Toloſanus, dummodo hæreticos de terra ſua expelleret, omnes dominicaturas & proprietates ſuas haberet integras & illæſas. Illa etiam jura quæ habebat in caſtris aliorum hæreticorum, quæ de feudo ejus erant, quæ idem comes dicebat eſſe ad minus quinquaginta, volebat præfatus legatus, ut quarta vel etiam tertia pars cederet in proprietatem comitis ſupradicti. Sprevit ſupradictus comes illam magnam gratiam, Deo utique in poſterum eccleſiæ ſuæ providente: & ita omni beneficio & gratia reddidit ſe indignum. Tractatum fuit præterea in prædicto colloquio de pace reformanda inter eccleſiam & ſuum immaniſſimum perſecutorem, comitem videlicet Fuxenſem. Ordinatum etiam fuit ad preces regis Aragonum, quod ſi comes ille juraret mandatum eccleſiæ ſe facturum, juraret etiam B quod cruce-ſignatos, præcipue comitem Montisfortis, de cetero nullatenus impugnaret, comes noſter redderet ei illud quod jam habebat de terra ipſius; præter caſtrum quoddam quod Appamiæ nuncupatur. Caſtrum ſiquidem nullomodo recuperare debebat propter multas cauſas quæ inferius exprimentur. Sed Deus æternus qui abſconditorum eſt cognitor, qui novit omnia antequam fiant, nolens tot & tantas immaniſſimi hoſtis ſui crudelitates remanere impunitas, ſcienſque quanta mala de hac compoſitione contingerent in futurum, alto ſuo incomprehenſibili judicio induravit cor comitis Feuxenſis, ita C quod noluit recipere pacem iſtam: Deo utique eccleſiam ſuam miſericorditer viſitante, ut dum hoſtis pacem recipere recuſaret, futuræ deinde turbationis ſuæ ipſe jam confirmativam ſententiam in ſe daret. Nec prætereundum, quod rex Aragonum a quo comes Feuxi tenebat pro parte maxima terram ſuam, in caſtro Feuxi poſuit cuſtodes milites ſuos: & coram epiſcopo Uticenſi & abbate Ciſtercienſi promiſit, quod per terram illam nullum malum inferretur Chriſtianitati. Juravit etiam idem rex coram dictis legatis, quod ſi comes Feuxi unquam a communione D ſanctæ eccleſiæ vellet recedere, & a familiaritate & amicitia & ſervitio comitis Montis-fortis, rex ipſe ad primam ſæpedictorum legatorum vel comitis noſtri requiſitionem, in manus ipſius comitis noſtri traderet caſtrum Feuxi. Super hoc dedit rex comiti noſtro litteras ſuas patentes, conventionem iſtam plenius continentes: & ego qui litteras vidi: tenui, & diligenter inſpexi, teſtimonium perhibeo veritati. Sed quia male poſtea rex ſervavit quod promiſit, & quantum exinde noſtris reddiderit ſe infamem, luce clarius innoteſcit.

# CONCILIUM ROMANUM

## QUO OTTO IMPERATOR QUARTUS

Per Innocentium papam imperio depoſitus eſt anno Domini MCCX.

*Acta concilii breviſſime Palmerius in chronico his verbis deſcribit:* Otto Romæ ab Innocentio coronatus, ſtatim cum Romanis pugnans Urbe pellitur, & contra pontificis voluntatem plura oppida in Apulia capit, Siciliam quoque ſuæ ditioni adjecit. Quapropter eodem anno, habito Romæ concilio, imperio deponitur. *Eadem Nauclerus anno* 1212. Pontifex Romanus, *inquit*, monitum prius imperatorem per litteras & nuntios, deinde ut rebellem apoſtolicæ ſedi, E & inobedientem, anathemate primum, deinde in pertinacia perſeverantem, in concilio præſulum, quod Romæ tum Innocentius celebrabat, ab imperio depoſitum percuſſit & pronunciavit. *Hæc Nauclerus.*

Otto imperator, omnium hominum erga ſedem apoſtolicam ingratiſſimus, ſtatim quam diadema imperii ab Innocentio papa anno Chriſti milleſimo ducenteſimo nono, quinto Idus Octobris conſecutus fuiſſet, in Tuſcia hærens, anno ſe-

ANNO CHRISTI 1210.

ſequente flagrans odio Friderici regis Siciliæ, qui erat nepos Philippi ducis, ſimulque æſtuans cupiditate regni Siciliani, aliorumque bonorum ad eccleſiam Romanam ſpectantium, omni conatu egit, ut Fridericum ſub eo prætextu, quaſi is imperium ambiendo pacem imperii turbaret, e regno Siciliæ, quod erat eccleſiæ feudum, expelleret; eoque per vim potiretur.

Innocentius papa epiſtola centeſima octuageſima octava, & centeſima octuageſima nona, Ottoni reſcripſit, ſe neque Friderico neque ulli alii fauturum vel auxiliaturum juxta pacta inter utrumque conventa: verum cum regnum Siciliæ ſit feudum eccleſiæ, non poſſe intermitti, quem paterno affectu Otto a ſe moneatur, ut a regni Siciliæ invaſione abſtineret, & contra jura & patrimonium eccleſiæ, prout jurato promiſerat, modis quibus poſſet omnibus tueretur ac defenderet; alioquin futurum ut anathematis gladio feriretur.

Hanc paternam admonitionem pontificis Otto imperator ægre ferens, litteriſque acerrimis mentis ingratitudinæ indiciis præmiſſis, contra juramentum pontifici præſtitum, Tuſciam & Marchiam peragrando, Faliſcos & Flaminiam ſubigendo, Apuliæ, Siciliæ, & Capuæ urbes obſidendo, ceteraſque terras ad ſancti Petri patrimonium pertinentes invadendo, quaſi furiis agitatus, omnia pacta, etiam jurata, de juribus eccleſiæ defendendis, de pace inter Philippum Franciæ & Fridericum Siciliæ reges componenda ſacrilege violavit.

Quare cum illum fruſtra ſæpius admonuiſſet, & frequenter anathematis gladium eidem comminatus fuiſſet: tandem evaginatum in contumacis verticem exeruit, vibravit, impegit, & per ſententiam hanc ſynodalem hoſtem eccleſiæ declaravit, paludamentoque imperiali exutum imperio privavit: eoque per Suffridum Moguntinum archiepiſcopum denunciato, electores imperii, Francofordiæ decimotertio die Decembris congregati Fridericum regem Siciliæ eidem in imperio ſubrogarunt. Qua occaſione fautores Ottonis, circa feſtum Michaelis totum epiſcopatum Moguntinum invadentes, incendio ac rapinis eccleſias, monaſteria, villas, ac cuncta quævis obvia devaſtantes, totam fere terram deſolaverunt. *Chronicon Hirſaugienſe, & Uſpergenſe.*

# CONCILIUM ARELATENSE.

A Theodiſio S. A. L. celebratum an. MCCX. In quo, Raymundo comiti Toloſano conditiones oblatæ, quibus reconciliaretur cum eccleſia, & ab eo rejectæ.

Ex Coſſartii append. Tom. XI.

*Qui comitis Raymundi geſta ſcripſit vulgari Tectoſagum idiomate, author eſt, teſte Guilelmo Catello in hiſtoria comitum Toloſanorum, Raymundum, poſt concilium in villa S. Ægidii habitum, ſtatim eſſe revocatum a legato Theodiſio, diemque dictam Arelate, ubi quid de ipſo ſtatuendum eſſet, interim in deliberationem adductum eſt: paruiſſe Raymundum, & Arelatem veniſſe: oblatas fuiſſe conditiones, quibus cum eccleſia reconciliaretur: ſed, quia ſeveriores erant, oblatas privatim ab uno e patribus, totius concilii nomine, nec promulgatas. His autem capitibus conditiones illas comprehenſas fuiſſe.*

I. Comes Raymundus arma ponet, eoſque dimittet, qui ſuppetias ipſi venerunt, ne uno quidem retento.

II. Eccleſiæ obſequens erit, omneſque impenſas & jacturas reſarciet: eique, quamdiu vivet, abſque ulla contradictione ſubjectus erit.

III. In tota ejus ditione nemo niſi duobus carnium generibus veſcetur.

IV. Idem expellet ejicietque omnes hæreticos, eorumque fœderatos, ab omni ſua ditione.

V. Idem tradet Legato & comiti Montisfortis, omnes & ſingulos qui ab eo indicati fuerint, ut de iis ad arbitrium ſtatuant: idque ante annum vertentem.

VI. Nemo in ejus ditione, ſive nobilis ille ſit, ſive ſecus, veſtimenta ulla geſtabit pretioſa, ſed tantum cappas nigras & viles.

VII. Caſtella omnia arceſque munitas ſuæ ditionis, deſtrui & ſolo æquari faciet, ne nulla ex iis relicta.

VIII. Nullus ex ſuis, licet nobilis, habitabit in ulla urbe vel arce, ſed extra, rure, quaſi ruſticani eſſent.

IX. In tota ejus terra, nulla tributa ſolventur, præter antiqua & legitima quæ ſolvi & exigi ſolebant.

X. Unuſquiſque qui familiæ caput eſt, quotannis denarios quatuor Toloſanos perſolvat legato, vel iis per quos exigi legatos juſſerit.

XI. Decimis de fundis ſuis reſtitui faciet, & emolumenta omnia quæ inde homines ſui perceperint.

XII. Cum legatus per comitis terras & ditiones equitabit, neque ipſe, neque ullus ex ejus comitibus, ſive magnus; ſive parvus, ſolvent quidquam de ſuo, & impenſas nullas facient. Nihil ab eis exigetur: nihil iis contradicetur.

XIII. Cum prædicta omnia Raymundus comes perfecerit, trans mare ibit ad bellum contra infideles Turcas, idque in ordine S. Joannis: neque huc unquam redibit, niſi fuerit ipſi a legato præſcriptum.

XIV. Poſtquam prædictis omnibus ſatisfecerit, ditiones omnes ſuæ, quandocumque ipſi libuerit, ab eodem legato & comite Montisfortis illi reſtituentur.

*Has conditiones (ait idem author) Raymundus comes riſu excepit: cumque illas oſtendiſſet regi Arragonum, qui cum in eadem urbe verſabatur: ad eum Rex; Habes, inquit. Offenſus itaque Raymundus, inſalutato legato diſceſſit: Toloſatibus conditiones ſibi propoſitas exhibuit, quibus cum viderentur iniquiores, de communi conſilio ſtatuerunt opem comiti ſuo ferendam, pereundumque potius, quam ſinendum, ut tam indigne haberetur. Eadem capita per ceteras ditionis ſuæ urbes cum circumtuliſſet, idem omnes ac Toloſa ſtatuerunt.*

G. C. Quod vero ait author idem, idcirco vocatum eſſe Raymundum ad Arelatenſe concilium, quia nihil definitum in villa S. Ægidii fuerat, ob difficultatem negotii: falſum eſſe conſtat, tum ex verbis hiſtoriæ Albigenſium, quæ retulimus p. 54. tum ex legatorum ad Innocentium III. epiſtola, quam vide in Vaurenſi concilio ad annum MCCXIII.

KEL-

ANNO CHRISTI 1211.

## KELMOELLOCENSE CONCILIUM IN IRLANDIA

In quo lis quædam inter canonicos Ymelicenſes coram Caſellenſi archiepiſcopo agitata.

*Anno* 1210. *vel* 1211. *habitum*.

Ex ſuppl. Manſi to. II. pag. 818.

LOcus iſte, modo obſcurus, ſitus erat in Irlandia in ditione Caſellenſis archiepiſcopi; ibi vero concilium circa annum 1210. convenisse didicimus ex his verbis Innocentii III. papæ in collectione epiſtolarum ejus Baluziana lib. XIII. epiſt. 195. *Ex litteris tam ſupradicti archiepiſcopi* (Caſellenſis) *quam capituli eccleſiæ Ymelicenſis* (Kmeleis urbs modo everſa) *accepimus, quod cum tam ſuper electione ac ordinatione* (in epiſcopum Ymelicenſe) *ſæpe dicti W. quam etiam ſuper quibuſdam ejus exceſſibus in concilio apud Kelmoelloco celebrato coram præfato archiepiſcopo inter dictum W. & canonicos quæſtio ſuborta fuiſſet, & demum ab utraque parte ad noſtram audientiam appellatum &c.* Hæc tantum de concilio, omnibus conciliorum collectoribus huc uſque ignoto.

## NORTHAMPTONENSE IN ANGLIA CONCILIUM.

Quo Joannes Angliæ rex a communione eccleſiæ exors declaratur,

ANNO MCCXI. HABITUM.

Ibid.

Q*Uæ turbæ Anglicanam eccleſiam per hos annos agitarunt, ex hiſtoria eccleſiaſtica notæ ſunt. Joannes rex Stephanum Cantuariæ archiepiſcopum electum agnoſcere recuſabat. Ea de cauſa interdicti cenſuræ Anglia ſubjecta eſt. Tunc habitum eſt concilium, de quo Wilkins ex annal. Margan. ad hunc annum ita diſſerit.*

Quidam ex capellanis domini papæ legatus venit in Angliam, & a regiis cuſtoditus, legationem ſuam eſt executus. Denique coacto concilio apud Nonthampton, præſente rege Joanne & proceribus Angliæ, cum idem rex eccleſiæ ſatiſfacere nollet, coram omni concilio & in faciem ſuam a legato, viro virtutis, conſtanter excommunicatus denunciatur. Plures etiam minæ ex ore domini papæ per legatum intentantur, quæ omnia rex pro nihilo duxit. Auctor annalium Waverlejenſium hoc concilium ad annum ſequentem refert, & plura de colloquio & mutuis minis regis & legatorum papæ habet in Annal.

ANNO CHRISTI 1212.

# CONCILIUM PARISIENSE,

## A ROBERTO DE CORCEONE, CARDINALE,

Legato apoſtolico celebratum, pro reſtituenda eccleſiaſtica diſciplina, anno Domini MCCXII.

### PRÆFATIO.

CUm ex injuncto noſtræ legationis officio teneamur quæ ſunt plantanda plantare, & extirpare quæ viderimus extirpanda, ad hoc ut fructum faciamus, & fructus noſter maneat ad informationem Eccleſiæ, auctoritate Domini Papæ & noſtra, cum aſſenſu præſentis Concilii, communicato virorum prudentum & religioſorum conſilio, conſtitutiones quæ ſequuntur, duximus promulgandas: Incipientes a ſubditis tanquam a pavimento domus Dei vario lapide ſtrato, ut per medios quaſi per parietem gradientes, ad epiſcopale faſtigium quaſi tectum pertingamus.

### STATUTORUM CONCILII PARS PRIMA.

Ad clericos ſæculares.

### TITULI CAPITUM.

1. *De vita & honeſtate clericorum.*
2. *Ut qui horarum principio vel fini interſunt, in medio ſe abſentantes, non recipiant portionem.*
3. *Ne beneficiati habeant canes aut aves ad venandum; & in equis phaleras inhoneſtas.*
4. *Ut qui ſunt in ſacris ordinibus pariter & beneficiati, focarias non habeant.*
5. *Ut quilibet clericus prælato ſuo obediat, eidemque confiteatur.*
6. *De clericis advocationem exercentibus: & advocatis qui beneficiati non ſunt.*
7. *De clericis qui juramentum fecerint de non commodando, mutuando, & fidejubendo.*
8. *Ne admittantur quæſtuarii prædicatores.*
9. *Ne Sacerdotes ignoti admittantur ad celebrandum ſine idoneo teſtimonio.*
10. *Ne excommunicatus, interdictus, ignotus, vel alienus parochianus laicus, ad ſepulturam, vel ad communionem admittatur.*
11. *De pactione vel exactione pro Miſſis; deque ſacerdotibus, qui eorum multitudine onerati, vel conductitios alios ſacerdotes habent, vel ſiccas Miſſas faciunt.*
12. *Ne ad firmam accipiant, vel dent eccleſias, neve confeſſiones audiant alienorum.*

13. *Ne ſectio beneficiorum fiat.*
14. *Ne decanatus rurales pro pretio conferantur.*
15. *Ne archidiaconus pretium exigat pro redemptione procurationum ab eccleſiis quas non viſitat.*
16. *Ne in domibus clericorum, religioſorum, &c. fiant inhoneſtæ comeſſationes, ludi talerum, & alia indigna.*
17. *Ut capitula conventualium eccleſiarum prælatum extra eligant, ſi in ſuo collegio non reperiant dignum.*
18. *Quomodo conferenda a capitulo beneficia, & electiones in eccleſiis facienda.*
19. *Ne plura habeant beneficia quibus cura ſit animarum.*
20. *Ne beneficia ſint hæreditaria, & ne pro danda licentia docendi, aliquid exigatur.*

## CAPUT I.

*De vita & honeſtate clericorum.*

Et quoniam *ex uſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſenſatus: & amictus corporis, & riſus dentium, & inceſſus hominis, enunciant de illo*: præſentis concilii auctoritate inhibemus, ne clerici tonſuram habeant ſimilem laicali, ſed rotundam & circularem, & irreprehenſibilem. Præcipimus etiam, ut ſint in habitu, & geſtu, & converſatione honeſta, abſtinentes ſe a confabulationibus frequentibus vel vitioſis in eccleſia & in choro, & a ſuperflua deambulatione & mora extra chorum dum horæ cantantur, vel Miſſa celebratur, per quæ divinum officium impediatur vel ſcandalum generetur. Nec ſine juſta cauſa, maxime in majoribus ſolemnitatibus, poſt evangelium a choro exeant ante finem Miſſæ. Si quis autem contra hanc conſtitutionem noſtram venire præſumpſerit, ſi monitus a prælato ſe non correxerit, beneficii ſui ſuſpenſione mulctetur. Quod ſi adhuc contumax extiterit, a ſuperiore excommunicetur.

*II. Ut qui horarum principio vel fini interſunt, in medio ſe abſentantes, non recipiant portionem.*

Quia vero in quibuſdam eccleſiis conſuetudo reprehenſibilis inolevit, ſcilicet quod quinam canonici & clerici in horis anniverſariis, pro quibus aliquid percipi debet, principio vel fini interſunt, in medio ſe abſentantes, ut inde portionem recipiant: talem conſuetudinem reprobantes, ſtatuimus & diſtricte præcipimus decanis eccleſiarum, & his ad quos horum correctio pertinet, ut prædictam conſuetudinem vitio cupiditatis & negligentiæ inductam exſtirpare procurent, increpando delinquentes, & ſubtrahendo eis alias debitam portionem.

*III. Ne beneficiati habeant canes aut aves ad venandum, & in equis phaleras inhoneſtas.*

Prohibemus etiam univerſis clericis beneficiatis, ne canes aut aves habeant ad venandum vel aucupandum, aut venationi ſive aucupationi inſerviant. Et ne habeant in equis phaleras inhoneſtas, aut ſellas ihhoneſte depictas, ſed unius coloris tantum, non ad inſtar vanitatis ſæcularium hominum; cum ex his Deus tentari videatur, & honeſtas eccleſiæ deformetur. Hujus autem conſtitutionis tranſgreſſores, poſtquam a prælatis ſuis moniti ſe non correxerint, pœna prædicta decernimus percellendos.

*IV. Ut qui ſunt in ſacris ordinibus, pariter & beneficiati, ſocarias non habeant.*

Inhibemus etiam diſtrictius, ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti, etiamſi beneficiati non fuerint, in propriis domibus, vel in alienis, publice ſocarias habeant, unde ſcandalum oriatur. Quod ſi aliqui contra hujus conſtitutionis tenorem venire præſumpſerint, & ad admonitionem prælati ſui ſocarias non dimiſerint & a ſe prorſus non expulerint: elapſis quadraginta diebus a prima die monitionis, noverint ſe excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Idem etiam de beneficiatis duximus ſtatuendnm, adjicientes quod poſt tempus prædictæ admonitionis, ab officio & beneficio ſe noverint eſſe ſuſpenſos, nec abſolvantur, vel ad beneficia reſtituantur, niſi gravi ab epiſcopis ſuis injuncta pœna.

*V. Ut quilibet clericus prælato ſuo obediat, eidemque confiteatur.*

Præcipimus etiam, ut quilibet clericus prælato ſuo debitam obedientiam exhibeat, & eidem prælato ſuo, & non alii confiteatur, niſi de conſenſu ſui prælati, vel ab eo licentia expetita. Hujus vero mandati tranſgreſſores, pœnæ prædictæ de habitu clericorum volumus ſubjacere.

*VI. De clericis advocatione exercentibus: & advocatis qui clerici non ſunt.*

Præterea inhibemus arctius, ne canonicus aliquis, vel alius clericus ſufficiens habens beneficium eccleſiaſticum, pactione interveniente advocationem exerceat, nec cauſas penitus deſperatas ſcienter aſſumat, nec eas malitioſe protrahat, vel earum proceſſum debitum per malitiam impediat, nec in contumelias partis adverſæ

veriæ prorumpat. Sed ſuſcepta negotia A fideliter & diligenter exerceat ſecundum veritatem, & nullum jus falſum allegans, erga judices ſe habens reverenter pariter & modeſte. Inſuper idem diſtrictius inhibemus, & ſub excommunicationis inferendæ pœna præcipimus, decanis & aliis perſonis habentibus eccleſiaſticam dignitatem. Inhibemus etiam, ne advocati beneficia eccleſiaſtica non habentes, immoderata ſalaria exigere aut extorquere præſumant. Quod ſi quis contra hæc improbe venire præſumpſerit, niſi monitus a prælato deſtiterit; ſi benefi- B ciatus eſt, beneficio privetur; alioquin excommunicetur.

*VII. De clericis qui juramentum fecerint de non commodando, mutuando, fidejubendo.*

Inſuper prohibemus, ne clericus aliquis vel perſona eccleſiaſtica juramentum faciat de non commodando libros, vel domos, vel alias res, vel de non mutuando, ſive de non fidejubendo pro aliis, & ne excommunicatio ſuper hujuſmodi fiat: & ſi qua facta eſt, eam authori- C tate apoſtolica & noſtra relaxamus, & diſtricte præcipimus non ſervari. Si quis vero hujus prohibitionis noſtræ contemptor extiterit: ſi monitus ſe non correxerit, & beneficiatus fuerit, a beneficio ſuſpendatur; alioquin excommunicetur.

*VIII. Ne admittantur quæſtuarii prædicatores.*

Diſtricte quoque prohibemus, ne quis ſit quæſtuarius vel conductitius prædicator: nec talibus officium prædicationis D committatur, nec ad prædicandum admittantur, ſive reliquias portent, ſive ſine his accedant; niſi ex juſta cauſa, & cum litteris ſui diœceſani. Nec prædicatio alicujus provinciæ eis, vel quibuſdam aliis, committatur ad firmam. Tranſgreſſoribus hujus conſtitutionis pœna ſupradictæ ſimili percellendis.

*IX. Ne ſacerdotes ignoti admittantur ad celebrandum ſine idoneo teſtimonio.*

Ad hæc inhibemus diſtrictius, ne ſa- E cerdotes ignoti, de quorum ordinatione non conſtat, ad divinorum celebrationem admittantur, ſine litteris teſtimonialibus, vel teſtimonio bonorum virorum: & eos qui contra hæc venerint decernimus puniendos arbitrio prælatorum.

*X. Ne excommunicatus, interdictus, ignotus, vel alienus parochianus laicus, ad ſepulturam, vel ad communionem admittatur.*

Similiter prohibemus, ne excommunicatum aliquem, vel interdictum, vel penitus ignotum, vel alienum parochianum laicum, in præjudicium primi ſacerdotis, vel ad ſepulturam, vel ad communionem euchariſtiæ ſcienter aliquis ſacerdos admittat, præcipue in ſolennitate paſchali. Tranſgreſſores vero, ſi qui fuerint, pœnæ prædictæ de quæſtuariis ſubjacebunt.

*XI. De pactione vel exactione pro Miſſis: deque ſacerdotibus qui eorum multitudine onerati, vel conductitios alios ſacerdotes habent, vel ſiccas Miſſas faciant.*

Præterea a viris eccleſiaſticis monſtrum avaritiæ extirpare volentes, authoritate legationis noſtræ in virtute Spiritus ſancti prohibemus, ne pro annalibus, vel triennalibus, vel ſeptennalibus Miſſarum faciendis, laici vel alii dare aliquid vel legare cogantur in teſtamento: & ne ſuper his aliqua pactio vel exactio, vel ſub aliqua ſpecie palliata, a ſacerdotibus vel aliis mediatoribus fiat: & ne ſuperflua multitudine talium annalium ſe onorent ſacerdotes, ad quæ explenda honeſte ſufficere non poſſint, & propter quæ ipſos oporteat habere conductitios ſacerdotes, vel alia eis vendere facienda. Nec, ut a prædictis ſe exonerent, ſiccas Miſſas faciant pro defunctis, ſub eadem diſtrictione prohibemus, ne ſacramenta eccleſiaſtica vel ſacramentalia ullo modo vendantur, ſicut in concilio Lateranenſi eſt inſtitutum.

*XII. Ne ad firmam accipiant vel dent eccleſias, neve confeſſiones audiant alienorum.*

Authoritate quoque prædicta firmiter inhibemus, ne qui proprias eccleſias habent, alienas eccleſias ad firmam recipiant: & ne, ſuis dimiſſis, in alienis eccleſiis capellani exiſtant, aut proprias dent ad firmam: ſed per ſe ipſos curam exerceant, niſi forte eos abeſſe ex juſta cauſa oporteat, & de licentia ſuperioris. Et ne quis ſacerdos ſine mandato ſuperioris, aut ejus qui in aliqua parochia curam animarum gerit, confeſſiones recipiat, omiſſis propriis ſacerdotibus, vel contemptis, niſi in articulo neceſſitatis. Tranſgreſſores autem pœna prædicta de quæſtuariis ſtatuimus percellendos.

*XIII. Ne ſectio beneficiorum fiat.*

Præterea adhærentes Concilio Turonenſi, ſectionem beneficiorum eccleſiaſticorum & diviſionem præbendarum fieri prohibemus, decernentes irritum & inane, ſi quid contra hoc fuerit attentatum.

*XIV. Ne decanatus rurales pro pretio conferantur.*

Inhibemus etiam ne decanatus rurales ad tempus vel in perpetuum pro pecunia vel aliquo pretio alicui conferantur, ſicut ſtatutum eſt in concilio Lateranenſi & Turonenſi. Eos qui contra hæc venerint decernentes, præter pœnas in conciliis comprehenſas, juxta prælatorum arbitrium gravi pœna plectendos.

*XV. Ne archidiaconus pretium exigat pro redemptione procurationum ab eccleſiis quas non viſitat.*

Firmiter etiam inhibemus juxta concilium Toletanum, ne quis archidiaconus exigat procurationem aut pretium pro redemptione procurationum ab eccleſiis quas perſonaliter non viſitat, & quibus debitum viſitationis officium non impendit. Si quis autem contra hoc venire tentaverit: ſi monitus non deſtiterit, prædictas procurationes ſibi ſubtrahi præcipimus, ut in eo puniatur in quo deliquerit. Si vero nec per hoc correctus fuerit, excommunicetur.

*XVI. Ne in domibus clericorum & religioſorum, &c. fiant inhoneſtæ comeſſationes, ludi talorum, & alia indigna.*

Ceterum inhibemus ne in domibus clericorum, vel religioſorum in clauſtris, vel in atriis eccleſiarum, vel in aliis locis ubicumque vinum vendi contingit, religioſi illi qui præſunt, inhoneſtas comeſſationes vel ludos talorum fieri permittant, vel conventionem ribaldorum ibi recipiant. Item ne in locis ſitis extra clauſtra, ſua authoritate idem fieri faciant: firmiter prohibemus. Tranſgreſſoribus pœna prædicta contra quæſtuarios plectendis.

*XVII. Ut capitula conventualium eccleſiarum prælatum extra eligant, ſi in ſuo collegio non reperiant dignum.*

Præterea capitulis conventualium eccleſiarum diſtricte præcipimus, ut cum electionem prælati facere debent, ſi in ſuo collegio idoneum non invenerint, extra eligant, & promoveant in prælatum: nec unquam prohibeant, ne tractatus fiat de aliena perſona.

*XVIII. Quomodo conferenda a capitulo beneficia, & electiones in eccleſiis facienda.*

Inſuper ſtatuimus & præcipimus firmiter obſervandum, quod quando beneficia eccleſiaſtica vacant, quæ ſunt a capitulo conferenda, vel electiones fiunt in aliquibus eccleſiis, publice præfigatur prima quæ ad notitiam abſentum poſſit pervenire: ad quem diem abſentes & præcipue reſidentes commode valeant convenire: qua die illi qui conveniunt in capitulo poteſtatem habeant de prædictis diſponendi & ſtatuendi quod eccleſiæ videbitur expedire. Alias quod ab eis ſuper hoc pactum fuerit, decernimus irritum & inane.

*XIX. Ne plura habeantur beneficia quibus cura ſit animarum.*

Ad hæc prædicta authoritate decernimus, ut ſi quis prælatus perſonatum, cui annexa eſt cura animarum..... tam dans quam accipiens ſe noverit excommunicationis vinculo innodandum. Sed & ſecundam electionem decernimus non tenere. Inſuper ſtatuimus quod ſi quis in diverſis eccleſiis ſive in eadem plures habuerit...... ſive curam animarum in pluribus eccleſiis, uno illorum beneficiorum quod maluerit infra duos menſes dimiſſo, altero ſit contentus: alioquin omnes patronatus amittat, & aliis perſonis idoneis, ab his ad quos collatio pertinet, conferantur.

*XX. Ne beneficia ſint hæreditaria: & ne pro danda licentia docendi, aliquid exigatur.*

Inhibemus etiam, ne quis aliquod beneficium eccleſiaſticum ſibi hæreditario jure vendicet, nec eodem jure a quoquam alii conferatur. Et ne quis pro danda licentia docendi, vel pro ſcholarum regimine conferendo, ante vel poſt aliquid exigere vel extorquere præſumat. Si quis autem contra hanc conſtitutionem venire, vel in fraudem ejus quicquam facere præſumpſerit: ſi monitus a prælato ſuo non emendaverit, a beneficio eccleſiaſtico ſuſpendatur. Alioquin ſi contumax fuerit, excommunicetur.

STA-

## STATUTORUM CONC. PARISIENSIS

### PARS SECUNDA.

Ad viros regulares.

NUnc ad viros regulares & ad religioſas perſonas, quaſi ad domus Dei parietem tranſeamus: qui quanto arctius ſe divinis obſequiis manciparunt, * tanto ab inquinamentis hujus mundi abdicare tenentur.

* Forte tanto ſe magis ab Sc. H.

### TITULI CAPITUM PARTIS SECUNDÆ.


1. *De ingreſſu ſimoniaco in religionem & de proprietate.*
2. *Ne aliquis recipiatur infra* 18. *annum.*
3. *Ut ſuſpecta oſtiola, & diverſoria, obſtruantur.*
4. *Ut infirmorum habeatur diligens cura, & eleemoſynæ faciendæ.*
5. *Ut religioſi ſint hoſpitales: & ne fraus circa eleemoſynas fiat.*
6. *Ut nullus occaſione nationis tantum, modo ſit idoneus, ab ingreſſu religionis repellatur.*
7. *Ne uſurarii, vel excommunicati, ad religionem, ſepulturam, aut ſacramenta recipiantur.*
8. *Ut qui uni cœnobio alligatus eſt, in alterum non recipiatur.*
9. *Ne religioſi utantur chirothecis albis, calceamentis ſæcularibus, & aliis minus decentibus: nec extra refectorium comeſſentur.*
10. *De multis religioſæ diſciplinæ capitibus.*
11. *Ut religioſo iter agenti neceſſaria provideantur, ne cogatur mendicare.*
12. *Ut ſubditi humiliter obediant, & prælati diſcrete ac provide imperent.*
13. *Ne abbates præpoſituras ſuas dent monachis ad firmam.*
14. *Ut qui abjecto religionis habitu in ſæculo vivit, excommunicetur a ſacerdotibus locorum.*
15. *De excommunicatis, vel interdictis, religionem ingredientibus.*
16. *Ne monachi per eccleſias ſinguli ponantur, & ſoli.*
17. *Ne quis duos prioratus, ſeu obedientias, uſurpet.*
18. *Clerici vel monachi, qui conjurationem fecerint, gradu excidant.*
19. *De religioſo advocationem exercente.*
20. *Ut regulares, qui extra clauſtra juriſprudentiæ & medicinæ dant operam; niſi infra duos menſes redeant, ſint excommunicati.*
21. *Ne bini jaceant in lecto.*
22. *Ut numerus monachorum non minuatur.*
23. *Ne religioſi juramentum faciant de non commodando libros.*
24. *Ut qui ſeditiones movent ut mittantur in cellas arctius in clauſtro permaneant.*
25. *Quod qui merces ſuas vendunt ad terminum, & carius propter ipſum terminum, uſurariorum culpa obligentur.*
26. *Ne clerico, vel laico, liceat prioratus tenere ad vitam.*
27. *Ne ab ingreſſuris clauſtrum, paſtus, vel veſtimentum exigantur.*


A

## CAPUT I.

*De ingreſſu ſimoniaco in religionem, & de proprietate.*

De ingreſſu itaque monachorum ſimoniaco licet habeamus ſpeciale mandatum domini papæ ad archiepiſcopos & epiſcopos per totum regnum Franciæ, quod in hoc articulo bene ſufficere poteſt: tamen cum monachi & viri religioſi non tantum rebus mundanis, ſed propriis voluntatibus renunciaverint, id præcipue B cupimus ſtatuendum, quod in regula B. Auguſtini & B. Benedicti conſtat eſſe ſtatutum: quod nullus omnino regularis proprium habere præſumat. Priores tamen & adminiſtrationem habentes, de generali licentia prælatorum ſuorum, ad communem uſum habere poſſunt ea quæ pertinent ad ſuam adminiſtrationem. Clauſtralis quoque aliquid modicum poteſt ad uſum ſuum habere: ita tamen, ſi prælatus ſuus ei ſpecialiter dederit, vel conceſſerit.

C *II. Ne aliquis recipiatur infra* 18. *annum.*

Juxta ætatem recipiendorum ad religionem, cujuſcunque fuerint ordinis, diſtricte prohibemus, ne aliquis recipiatur infra octavum decimum annum.

*III. Ut ſuſpecta oſtiola & diverſoria obſtruantur.*

De ſuſpectis oſtiolis & diverſoriis, ſive in abbatiis, ſive in prioratibus, ſive D in quibuſdam locis ubi religioſi converſantur, ne qua occaſio diabolo detur, diſtricte præcipimus, ut omnino obſtruantur per epiſcopos locorum.

*IV. Ut infirmorum habeatur diligens cura, & eleemoſynæ faciendæ.*

Cum ad opera miſericordiæ indigentibus exhibenda, non ſolum regulares, verum & ſæculares ex præcepto Domini teneantur: religioſis maxime præcipimus, ut curam infirmantium & debilium operam adhibeant diligentem, & reditus aſ- E ſignati eleemoſynæ nullo modo imminuantur, vel aliis uſibus deputentur, & ſubtracti reſtituantur. Idem de infirmariis duximus ſtatuendum. Ita quod ſecundum loci facultates juxta uniuſcujuſque debilitatem vel infirmitatem omnia eis neceſſaria provideantur.

*V. Ut religioſi ſint hoſpitales: & ne fraus circa eleemoſynas fiat.*

In hoſpitalitate quoque exhibenda, non

non tantum potentibus & familiaribus, ſed pauperibus & magis indigentibus, ſecundum uniuſcujuſque conditionem & loci facultatem, præcipimus, ut in neceſſariis adhibendis curam adhibeant. Præcipimus etiam, ut eleemoſynæ pauperibus deputatæ ſecundum uniuſcujuſque domus conſtitutionem, ſive in cibariis, ſive in veteribus indumentis, vel calceamentis, nullatenus eis ſubtrahantur, ut cauſa familiaritatis illicitæ aliis conferantur. Sed ſi qui circa hujus diſtributionem fraudem feciſſe convicti fuerint: quaſi imitatores Judæ, qui ea quæ mittebantur in loculos Domini ad opus pauperum, fraudulenter aſportabat, a prælatis ſuis graviter puniantur.

*VI. Ut nullus occaſione nationis tantum, modo ſit idoneus, ab ingreſſu religionis repellatur.*

Act. 10. Cum Apoſtolorum princeps dicat: *In omni gente, qui timet Deum & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi*: diſtricte præcipimus, ut remota omni acceptione perſonarum, nullus occaſione nationis tantum, dummodo alias honeſtus fuerit, & eccleſiæ credatur eſſe utilis, ab ingreſſu religionis repellatur.

*VII. Ne uſurarii, vel excommunicati, ad religionem, ſepulturam, & ſacramenta recipiantur.*

Uſque adeo quorumdam invaluit etiam religioſorum cupiditas, ut manifeſtos uſurarios & alios excommunicatos, ſeu nominatim interdictos, ad religionem, vel ſepulturam, vel alia ſacramenta, irrequiſita ſui prælati licentia, recipere præſumant: propter quod multæ eccleſiæ non modicum damnificantur. Quod de cetero diſtricte fieri prohibemus: & ſi factum fuerit, ad damna reſarcienda illæ eccleſiæ compellantur. Et ſi uſurarios acceperint, uſuras illas a quibus extortæ fuerint reſtaurent: vel ſi inventi non fuerint, dentur pauperibus per epiſcopos locorum.

*VIII. Ut qui uni cœnobio alligatus eſt, in alterum non recipiatur.*

Cum quidam monachi vel religioſi igne cupiditatis adeo ſint inflammati, ut in variis cœnobiis varias fraternitates venari non erubeſcant, ut hoc prætextu promoveantur ipſi vel aliqui ſuorum ad aliquem prioratum, vel aliam quamcumque adminiſtrationem: præcipimus, ut nullus, ex quo alicui loco religioſo vinculo profeſſionis fuerit obligatus, recipiatur in aliud cœnobium religioſum niſi vehementius præſumatur, quod ſincera devotione illud requirat, vel hoc ipſum fiat cum licentia abbatis.

*IX. Ne religioſi utantur chirothecis albis, calceamentis ſæcularibus, & aliis minus decentibus. Extra refectorium ne, comeſſentur.*

Cum non tantum a malo; ſed ab omni ſpecie mali abſtinere nos omnes oporteat, & maxime religioſos, ne inordinatus eorum habitus vel geſtus poſſit offendere oculos intuentium ſæcularium, unde religioni plurimum detrahatur: inhibemus diſtricte illis authoritate apoſtolica, ne chirothecis albis de corio quibus uti ſolent ſæculares, & quæ ſunt quaſi ſignum laſciviæ, utantur; vel calceamentis ſæcularibus, puta hoſellis, vel calceis nimis ſtrictis & peracutis, vel pileis quæ vulgo dicuntur de coton, vel opertoriis pretioſis, puta variis, vel griſeis, vel de ciragrillis, vel de cuniculis, vel de venetis. Pannis etiam non utantur niſi nigris vel albis, & non ſumptuoſis, aut ſellis pictis, vel diſcoloribus, ſuis vel alienis. Inſuper ſingulares comeſſationes extra refectorium ſine licentia abbatis; vel prioris, abſente abbate; vel ſuperioris, abſente utroque.

*X. De multis religioſæ diſciplinæ capitibus.*

Cubicula extra dormitorium, niſi illis quibus permittitur propter officium ſuum, ſecundum ſtatutum ordinis, litem in capitulo, rumorem in clauſtro, ingreſſum mulierum per loca ſuſpecta, ludos illicitos, puta talorum, ſcaccorum, alearum, & hujuſmodi, aucupia, venationes, & illicita juramenta, eis omnino prohibemus. In monaſterio quoque, dormitorio, clauſtro, & refectorio, & aliis locis, ſecundum ſtatuta ordinis, ſilentium diſtricte præcipimus firmiter obſervari. Si circa horum obſervantiam prælati eorum manifeſte negligentes fuerint, & nimis remiſſi: puniantur pœna inferius præfixa contra abbates & abbatiſſas manifeſte remiſſas.

*XI. Ut religioſo iter agenti neceſſaria provideantur: ne cogatur mendicare.*

Quotieſcumque monachus, vel regularis canonicus egreditur e domo ſua, puta de licentia ſui abbatis, vel prælati: præcipimus diſtricte, ut in equitatura & expenſis ſibi & ſocietati ſuæ neceſſariis ei a prælato ſuo, competenter provideatur, ne in opprobrium Domini & ordinis aliunde mendicare cogatur.

XII.

*XII. Ut ſubditi humiliter obediant, & prælati diſcreto ac provide imperent.*

1. Reg. 15. Quia *melior eſt obedientia quam victima*; quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur: ſummopere cavendam eſt ſubditis, ne vitium inobedientiæ incurrant, ſed prælatis ſuis in his quæ ſecundum Deum ſunt, & ſtatuta ſui ordinis, humiliter obediant & devote. Prælatis quoque nihilominus in periculo animarum ſuarum injungimus, ut in exercendo ſui magiſtratus officio proprios motus, ſcilicet rancorem & odia, vel affectiones carnales non ſequantur; ſed adeo diſcrete & rovide in præcipiendo, ut ſub prætextu debitæ ſibi obedientiæ ſubditos ſuos nullatenus ſcandalizent: quod quandoque contigiſſe cognovimus, ut & vel honeſti de abbatiis ſuis exire cogerentur.

*XIII. Ne abbates præpoſituras ſuas dent monachis ad firmam.*

Conſuetudo deteſtabilis in quibuſdam cœnobiis inolevit, ſcilicet quod abbates præpoſituras ſuas quibuſdam monachis ſuis reſidentiam clauſtri quoquomodo eludere cupientibus, ſub certa forma pecuniæ dent ad firmam, & ab ipſis monachis recipiant inde fidejuſſores perſonas ſæculares. Ex quo non modica ſequuntur incommoda & ſcandala; quia ſi aliquid excreſcit ſupra firmam, monachus illud quaſi proprium ſuum retinet. In quo etiam materiam babet inordinate vivendi. Si autem reditus præpoſituræ non ſuffecerint ad firmam, quærit per fas & nefas unde poſſit abbati ſatisfacere quodammodo. Quod ne de cetero fiat, abbatibus ſub pœna ſuſpenſionis officii ſui inhibemus.

*XIV. Ut qui abjecto religionis habitu, in ſæculo vivit, excommunicetur a ſacerdotibus locorum.*

Quoniam quidam apoſtatæ ſalutis ſuæ immemores, abjecto Dei timore, de ordine ſuo egredi ſine licentia prælatorum ſuorum, & in ſæculo ſæculariter converſari, abjecto religionis habitu, non verentur: præcipimus, ut quoties hæc ad notitiam prælatorum pervenerint, ubicumque invenerint tales, dummodo eis de veritate canonice conſtiterit, excommunicentur a ſacerdotibus locorum; & tanquam excommunicati, ab omnibus evitentur.

*XV. De excommunicatis, vel interdictis, religionem ingredientibus.*

Interea de ingreſſuris religionem conſtituimus, quod ſi ſint excommunicati, vel interdicti, vel alia irregularitate vel obligatione alia præpediti, id primo abbati indicent; & ſi eſt caſus de quo ab eo poſſint ſolvi, abſolvantur: ſin autem, ad majorem abſolvendi remittantur. At ſi per negligentiam vel ignorantiam recepti fuerint tales, & poſtea per confeſſionem vel alio modo de veritate abbati conſtiterit, abſolvantur ab abbate. De eo tamen quod celaverunt, gravis eis pœnitentia injungatur. Et ſi talis eſt caſus, in quo non poſſunt abſolvi ab abbate: abbas bona fide apud eum qui habet poteſtatem abſolvendi, beneficium abſolutionis procuret.

*XVI. Ne monachi per eccleſias ſinguli ponantur, & ſoli.*

Cum in concilio Lateranenſi conſtet eſſe ſtatutum, ne monachi per villas & oppida, ſeu etiam per eccleſias parochiales, ſinguli ponantur, & non ſoli inter ſæculares homines ſpiritualium hoſtium conflictum expectent: præcipimus quod nullus tam reverendi concilii ſtatutum in hoc caſu tranſgredi præſumat. Quod ſi per negligentiam abbatis vel alterius prælati fuerit attentatum: per ſollicitudinem diœceſani epiſcopi quam citius emendetur. Concil. Later. III. c. 10.

*XVII. Ne quis duos prioratus ſeu obedientias uſurpet.*

Cum ſingulos prælatos locis quibus præſunt debitam oporteat reſidentiam & ſollicitudinem impendere, quod etiam circa ſæculares in Lateranenſi concilio eſt ſtatutum: grave nimis & indecens, quod quidam religioſi duos prioratus ſeu obedientias ſibi præſumant uſurpare. Quibus timendum potius fuerat, ne, dum ad utrumque feſtinant, neutrum peragant. Unde conſtituimus, ut quicumque contra hoc ſtatutum venire præſumpſerit, in condemnationem ſuæ cupiditatis utroque privetur, ipſo jure. Ibid. c. 13.

*XVIII. Ut clerici, vel monachi, qui conjurationem fecerint, gradu excidant.*

A longe retroactis temporibus, conſtitutum eſt in Chalcedonenſi concilio, quod unum eſt de quatuor principalibus, ut clerici ſui monachi, quicunque conjurationum vel conſpirationum, cujuſmodi Conc. Chalc. c. 18.

ANNO CHRISTI [illegible]

di publicis etiam legibus inhibitum, incurrerint, cadant a proprio gradu. Et nos tam ſancti concilii veſtigia ſequentes, id ipſum maxime de religioſis qui faciunt partes & conſpirationes in capitulis, vel pro prælato, vel contra prælatum, vel pro quocumque privato commodo, decernimus obſervandum.

*XIX. De religioſo advocationem exercente.*

Si quis religioſorum, advocationis officio, zelo cupiditatis, functus fuerit, in cauſa ad ſuam domum vel aliam religioſam non pertinente, & maxime ſine licentia ſui abbatis: ipſo jure proprium ſciat impoſitum ſibi ſilentium.

*XX. Ut regulares qui extra clauſtra juriſprudentiæ & medicinæ dant operam, niſi infra duos menſes redeant, ſint excommunicati.*

Append. ad conc. Later. III. par. 17. c. 2.

Cum quidam regularium, ut verbis concilii Lateranenſis utamur, ſub obtentu languentium fratrum conſulendi corporibus, & eccleſiaſtica negotia fidelius pertractandi, ad leges mundanas legendas, & confectiones phyſicas ponderandas, ut juriſprudentiæ & medicinæ dent operam, de clauſtris ſuis exire non formident, & ex eo ipſo deficiant in interioribus, quando ſe putant aliis in exterioribus providere: ipſius concilii veſtigiis inhærentes, præcipimus, ut niſi infra duorum menſium ſpatium ad clauſtrum ſuum redierint, non obſtante abbatis ſui licentia, quam dare non potuit, ſint excommunicati, & ab omnibus evitentur, & in nulla cauſa, ſi patrocinium præſtare voluerint, admittantur.

*XXI. Ne bini jaceant in lecto.*

In contemptum regulæ B. Benedicti, nullatenus permittendum eſt ab abbate, quod monachi vel canonici regulares bini jaceant in uno lecto, ſed ſinguli in ſuis lectis, ſinguli veſtiti ſecundum ſtatuta ordinis. Cum etiam de clericis ſæcularibus qui laborant incontinentia contra naturam, *propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ*, & quinque civitates igne combuſſit, ſit ſtatutum in concilio Lateranenſi, ut ſi deprehenſi fuerint, dejiciantur a clero, vel ad agendam pœnitentiam in monaſterio detrudantur: multo magis circa religioſos qui iter perfectionis aggreſſi ſunt, hanc juris ſeveritatem duximus obſervandam.

Eph. 5.

*XXII. Ut numerus monachorum non minuatur.*

Cum cultum Domini non oporteat imminuere, ſed ad imitationem B. David pro viribus adaugere: indignum nimis eſt, quod in quibuſdam prioratibus numerus monachorum ibidem Deo ſervientium diminuitur vel adnihilatur, cum ipſæ facultates eccleſiæ non ſint imminutæ aut diminutæ. Unde ſtatuimus, ut ſi abbates vel priores hoc facere præſumpſerint, per ſollicitudinem diœceſani epiſcopi numerus Deo ſervientium loco ſuo reſtauretur.

*XXIII. Ne religioſi juramentum faciant de non commodando libros.*

Interdicimus inter alia viris religioſis, ne emittant juramentum de non commodando libros ſuos indigentibus, cum commodare inter præcipua miſericordiæ opera computetur. Sed adhibita conſideratione diligenti, alii in domo ad opus fratrum retineantur, alii ſecundum providentiam abbatis, cum indemnitate domus, indigentibus commodentur. Et amodo nullus liber ſub anathemate teneatur: & omnia prædicta anathemata abſolvimus.

*XXIV. Ut qui ſeditiones movent, ut mittantur in cellas, arctius in clauſtro permaneant.*

De perturbationibus pacis in clauſtro, quorum quidam dicuntur movere ſeditiones, ut mittantur ad cellas: conſtituimus, ut ſi abbati innotuerit, vel ex præcipua eorum conſuetudine, vel alio modo hoc eos vitio laborare, diutius & arctius in clauſtro permaneant, ne ex fraude ſua videantur commodum reportare.

*XXV. Quod qui merces ſuas vendunt ad terminum, & carius propter ipſum terminum, uſurariorum culpa obligentur.*

Omnes tam ſæculares, quam regulares, ſive clericos, ſive laicos, qui merces ſuas vendunt ad terminum, ut propter ipſum terminum eas carius vendant: tam pœna quam culpa uſurariorum apud Deum & homines decernimus obligatos.

*XXVI. Ne clerico vel laico liceat prioratus tenere ad vitam.*

Prioratus autem nulli clerico vel laico liceat emere ad vitam ſuam: nec in fraude hujus conſtitutionis aliquid faciat præ-

ANNO CHRISTI 1212.

præcipue cum dicat apoſtolus: *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos*: & in clerico, temporis quæſtus debeat reputari: niſi cauſa meliorationis, vel pro urgenti debito, cum aſſenſu diœceſani alicui conferantur. Laicis vero nullo modo dentur. 1. Theſ. 5.

*XXVII. Ne ab ingreſſuris clauſtrum paſtus vel veſtimentum exigantur.*

Præcipimus etiam ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſuris clauſtrum, vel paſtus vel veſtimentum exigantur, neque denarii, neque aliud in fraudem prædictorum, ita quod propter hoc non repellantur.

## STATUTORUM CONC. PARISIENSIS

PARS TERTIA.

* Ad moniales.

*Tamen poſtrema capita XII. ſpectant viros regulares.

### TITULI CAPITUM.

1. *Ne circa moniales verſentur clerici, & ſervientes ſuſpecti.*
2. *Ut ſingulæ jaceant in lectis.*
3. *Ne egrediantur ad viſitandos parentes, niſi cum cuſtodibus boni teſtimonii, & ad breve tempus.*
4. *Choreas ne ducant: quod nec ſecularibus quidem licet.*
5. *De vita & honeſtate, ac paupertate monialium.*
6. *Ut de bonis monaſterii in commune eis neceſſaria ſubminiſtrentur*
7. *Ut confeſſores iis provideantur diſcreti & honeſti*
8. *Ut abbatiſſæ negligentes puniantur.*
9. *De iis qui manent in domibus leproſorum & hoſpitalibus, ut infirmis & peregrinis miniſtrent.*
10. *De abbatibus negligentibus circa obſervantiam & ne ſint vocati judices, &c.*
11. *De iiſdem, ſi vitam reprobam manifeſte duxerint.*
12. *De iiſdem, ſi excedant in numero equitaturarum; & ſi habeant in familia vel ſocietate juvenes laſcivos.*
13. *Ne bona eccleſiæ ſuæ dent cognatis.*
14. *Ut juvenculæ, & ſuſpectæ non recipiantur in domibus religioſorum: ut non amoveant obedientiarios pro conſanguineis introducendis: ut reddantur rationes accepti & expenſi.*
15. *Ne abbates vel priores magna negotia contrahant, & magnam pecuniæ ſummam mutuo accipiant, ſine conſilio ſeniorum.*
16. *Ne ſint immiſericordes fratribus pœnitentibus, & ne vendant obedientias.*
17. *De his qui proponunt aliquid in capitulo ad correctionem domus.*
18. *Non ſinant aliquos in villis vel cellis inordinate vivere.*
19. *Ne in cameris inordinate comedant.*
20. *Ne quis exeat cauſa eundi ad ſcholas, ſed in clauſtro addiſcat.*
21. *Ne capellanos habeant minus religioſos.*

## CAPUT I.

*I. Ne circa moniales verſentur clerici & ſervientes ſuſpecti.*

Quanto infirmior eſt ſexus muliebris, tanto monialium prælati, circa earum cuſtodiam, majorem debent adhibere ſollicitudinem & cautelam. Unde conſtituimus & diſtricte præcipimus, quod epiſcopi diligenter inveſtigent & procurent, ne circa mulieres tales, converſentur clerici vel ſervientes, qui merito debeant haberi ſuſpecti. Et ut non patiantur clericos ſæculares cum juvenibus in monaſterio vel in clauſtro & officinis, maxime in locis ſuſpectis, inanes habere confabulationes. *Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava.* Sed nec earum parentes habeant ad eas ſecretum acceſſum ſine teſtimonio ſeniorum, & omni ſuſpicione carentium mulierum, quæ videlicet cum parentibus earum ſciant, ſi forte parentes earum non ſunt. 1. Cor. 15.

*II. Ut ſingulæ jaceant in lectis.*

Singulæ jaceant in lectis ſuis, non binæ.

*III. Ne egrediantur ad viſitandos parentes, niſi cum cuſtodibus boni teſtimonii, & ad breve tempus.*

Si quando de licentia abbatiſſæ vel priorlſſæ, juſta cauſa interveniente, exierint de clauſtris ad viſitandos parentes ſuos: ſine cuſtodibus boni teſtimonii non educantur, & infra breve tempus ad clauſtrum redeant, ne in ſæculo diutius converſentur. *Qui etenim tangit picem, inquinabitur ab ea.* Eccli. 13.

*IV. Choreas ne ducant: quod nec ſecularibus quidem licet.*

Choreas in clauſtro nullatenus ducant, ſed nec etiam in alio loco: quod nec etiam ſæcularibus licere credimus. Teſte enim Gregorio, melius eſt die dominico arare, vel fodere, quam choreas ducere.

*V. De vita & honeſtate, ac paupertate monialium.*

Quæcumqne dicta ſunt de monachis, de habitu & geſtu honeſto, de indumentis & calceamentis & coopertoriis religioni congruentibus, de non habendis propriis: de monialibus ſecundum ſtatum ſuum repetita intelliguntur.

*VI. Ut de bonis monaſterii eis in communi neceſſaria ſubminiſtrentur.*

Illud etiam inhoneſtum omnino judicamus, ut propter victum & veſtitum ſingulis modica ſumma pecuniæ aſſignetur, & adeo inſufficiens, ut aliunde cogantur, & forte ex ignominioſa negotiatione, ſibi neceſſaria mendicare. Quod potius volumus & præcipiendo mandamus, ut de bonis monaſterii ſecundum facultatum exigentiam in communi eis neceſſaria miniſtrentur. Si autem facultates eccleſiæ ad hoc non ſufficiant, numerus ibidem Deo deſervientium per epiſcopalem ſollicitudinem ad eam mediocritatem reducatur, ut ibi remanentes poſſint competenter vivere de communi.

*VII. Ut confeſſores iis provideantur diſcreti & honeſti.*

Inter cetera autem illud omittendum non eſt, quod abbatiſſæ & capellani earum prohibent ipſis monialibus, ne aliis quam ipſis confiteantur: ne forte ſi venerint peccata earum in notitiam bonorum ſacerdotum, debita ultione plectantur. Cum autem dicat Auguſtinus: Qui vult confiteri peccata ſua, quærat ſacerdotem qui ſciat ligare & ſolvere, & talem, coram quo magis erubeſcat. Nam ipſa erubeſcentia maxima pars eſt pœnitentiæ; ne cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab eo qui miſericorditer monet & petit, ne ambo in foveam cadant. Ideo diſtricte ſub divini obteſtatione judicii præcipimus, ut epiſcopi & diœceſani curam adhibeant diligentem de ſalute animarum ipſarum, & confeſſores eis provideant diſcretos & honeſtos, & omni exceptione majores: ne ſanguis ipſarum in die diſtricti judicii de manibus eorum requiratur.

*VIII. Ut abbatiſſæ negligentes puniantur.*

Abbatiſſæ & prioriſſæ ſi negligentes ſint & remiſſæ manifeſte nimis circa obſervantiam ordinis, & correctionem ſubditorum vel ſubditarum, ab officio ſuſpendantur. Et ſi poſt admonitionem ſuperioris ſe non correxerint, ab officio ſuo penitus deponantur.

*IX. De iis qui manent in domibus leproſorum & hoſpitalibus, ut infirmis & peregrinis miniſtrent.*

De domibus leproſorum & hoſpitalibus infirmorum, & peregrinorum, ſalubri A conſilio ſtatuimus: ut ſi facultates loci patiantur quod ibidem manentes poſſint vivere de communi, competens eis regula ſtatuatur, cujus ſubſtantia in tribus articulis maxime continetur: ſcilicet ut proprio renuncient, continentiæ votum emittant, & prælato ſuo obedientiam fidelem & devotam promittant, & habitu religioſo non ſæculari utantur. Cum autem pauci ſani poſſint multis infirmis competentius miniſtrare: illud omnino indignum eſt, ut numerus ſanorum ibidem manentium excedat numerum B infirmorum aut peregrinorum. Bona etenim ibidem ex devotione fidelium collata, non ſunt ſanorum uſibus deputata, ſed potius infirmorum. Nec etiam eſt id ſub ſilentio prætereundum, quod quidam ſani viri & mulieres, & matrimonii vinculo copulati, quandoque transferunt ſe ad tales domos, ut ſub obtentu religionis poſſint juriſdictionem & poteſtatem eludere ſæcularium dominorum. qui tamen in domo religionis manentes, non minus, immo magis ſæculariter & C delicate vivunt, & operibus carnis vacant, quam antea vacare conſueverant. Unde ſtatuimus, ut in habitu religionis religioſe vivant, vel de domibus ejiciantur: ita tamen quod bona domui collata ſecum non aſportent, ne de fraude ſua commodum reportare videantur.

*X. De abbatibus negligentibus circa obſervantiam: & ne ſint advocati judices,* &c.

Item conſtituimus, ut abbates & priores & præpoſiti religioſorum, ſi fuerint D manifeſte remiſſi & negligentes circa obſervantiam ordinis & correctionem ſubditorum, non promoveantur ad dignitates & majora officia: & non ſint judices, vel advocati, vel teſtes, vel aſſeſſores, vel ad alia pubblica officia admittantur: & ſi poſt admonitionem ſuperioris ſe non correxerint, ab officio abbatis, vel prioratus, vel præpoſituræ deponantur.

*XI. De iiſdem, ſi vitam reprobam manifeſte duxerint.*

E Si vitam reprobam manifeſte duxerint, idem conſtituimus obſervandum.

*XII. De iiſdem, ſi excedant in numero equitaturarum, & ſi habeant in familia vel ſocietate juvenes laſcivos.*

Idem etiam conſtituimus, ſi habuerint dextrarios, & equitaverint, vel manifeſte vel publice in numero equitaturarum excedant conſuetudinem ſecundum ſa-

facultatem & dignitatem monaſterii ſui. Et ſi juvenes nimis laſcivos & ſuſpectos in familia ſive in ſocietate ſua manifeſte habuerint, & ex conſuetudine, idem ſtatuimus.

*XIII. Ne bona eccleſiæ ſuæ dent cognatis.*

Idem conſtituimus, ſi dederint cognatis ſuis bona eccleſiæ ſuæ, niſi pauperibus, & ut pauperibus: vel circa hoc aliquid in fraudem fecerint. Niſi forſan aliquando & raro & moderate ſecundum facultatem monaſterii darent: ita quod non redundet in gravamen eccleſiæ: & nihilominus admoneantur quod non faciant. Sub eadem pœna interdicimus, ne de proprietate monaſterii reditum vel proventum aſſignent cognatis.

*XIV. Ut juvenculæ & ſuſpectæ non recipiantur in domibus religioſorum: ut non amoveant obedientiarios pro conſanguineis introducendis: ut reddantur rationes accepti & expenſi.*

Inſuper conſtituimus quod non recipiantur juvenculæ vel mulieres ſuſpectæ in domibus religioſorum virorum, niſi habeant ſeparatas manſiones & remotas a viris. Si contra fecerint, coerceantur per epiſcopos locorum. Et ut non amoveant priores vel obedientiarios pro conſanguineis introducendis, niſi pro manifeſta utilitate eccleſiæ: pro pretio, nullomodo. Si contra fecerint, eidem pœnæ ſubjaceant. Et ut ad minus bis in anno cunctis ad hoc ſtatutis temporibus omnes obedientiarii & priores ſuper receptis & expenſis reddant rationem abbati: & abbas nihilominus utrobique ſibi adhibitis ſenioribus & diſcretioribus monaſterii ſeptem ad minus, electis a majori parte capituli. Si non fecerint, ab adminiſtratione ſint ſuſpenſi; ſi ſuſpenſi adminiſtraverint, per ſuperiorem deponantur.

*XV. Ne abbates vel priores magna negotia contractent, & magnam pecuniæ ſummam mutuo accipiant, ſine conſilio ſeniorum.*

Monemus abbates vel priores, ut non contractent magna negotia, nec magnam pecuniæ ſummam mutuo accipiant, ſine conſilio habito cum ſenioribus, ad minus ſeptem, ad hoc per capitulum vel majorem partem electis. Si contra fecerint, ſicut in præmiſſo capitulo, puniantur.

*XVI. Ne ſint immiſericordes fratribus pœnitentibus, & ne vendant obedientias.*

Moneantur etiam, & in virtute obedientiæ præcipiatur eis, ut non ſint immiſericordes fratribus pœnitentibus, & in humilitate reverti volentibus, ſalva ordinis diſciplina: nec onera importabilia imponant debilibus. Et ut abbates, vel priores, vel capitula, non vendant, vel conferant obedientias fratribus vel aliis, hoc expreſſo quod ad vitam ſuam debeant tenere. Si contra fecerint proximo promiſſam pœnam ſuſtineant.

*XVII. De his qui proponunt aliquid in capitulo ad correctionem domus.*

Item abbates, vel priores, ne inconſulto capitulo vel majori parte capituli, feſtinanter comminentur, vel aliquid faciant vel ſtatuant contra illum qui aliquid propoſuit in capitulo, de his quæ pertinent ad correctionem domus, vel priorum: & ſi contra fecerint, factum eorum irritum ſit, & nihilominus per ſuperiores puniantur.

*XVIII. Non ſinant aliquos in villis, vel cellis, inordinate vivere.*

Item ne abbates, vel priores, morari ſuſtineant aliquos in villis vel obedientiis ita inordinate, ut obliviſcantur ordinis, vel deſueſcant, niſi pro debilitate vel aliqua manifeſta cauſa. Quod ſi fecerint, per ſuperiorem emendetur.

*XIX. Ne in cameris ſuis inordinate comedant.*

Prohibemus etiam, ne in cameris ſuis inordinate vel temporibus indebitis comedant, niſi manifeſta & juſta cauſa intervenerit. Si contra fecerint, publice imponatur eis pœnitentia in capitulo ita ut pœna abſtinentiæ reſpondeat hujus tranſgreſſionis exceſſui.

*XX. Ne quis exeat cauſa eundi ad ſcholas, ſed in clauſtro addiſcat.*

Prohibemus etiam, ne quis, poſtquam intrat clauſtrum cauſa religionis, exeat cauſa eundi ad ſcholas, ſed in clauſtro, ſi voluerit, addiſcat. Et qui modo ſunt in ſcholis, intra duos menſes ad clauſtrum redeant.

*XXI. Ne capellanos habeant minus religioſos.*

Moneantur etiam in virtute obedientiæ

tiæ, ne capellanos ſeu minus religioſos, A vel ſocios minus maturos ætate vel moribus ſecum habeant.

## STATUTORUM CONC. PARISIENSIS

### PARS QUARTA.

Ad archiepiſcopum & epiſcopos.

POſt tractatum habitum de clericis & viris religioſis, ad eos qui excellentem locum & dignitatis apicem obtinent, & per quos ſtructura templi dominici roboratur, & quaſi per tecti cacumina a noxiis defenditur, nos transferamus: B qui ornatu morum ceteris præcellere debent, ſicut prominent dignitate.

### TITULI CAPITUM.

1. *De vita & honeſtate prælatorum.*
2. *Ne in lectis audiant matutinas, &c.*
3. *Ut in magnis ſolemnitatibus celebrent, prædicent, vel faciant prædicari.*
4. *Ne ſint venatores: pellibus pretioſis non utantur, alea abſtineant.*
5. *Ut in menſa eorum fiat ſacra lectio.*
6. *Ut habeant provisos eleemoſynarios: ſint hoſpitales: pauperes audiant: confeſſionibus audiendis vacent: ipſi confiteantur.*
7. *Ut reſideant in eccleſiis: maxime in ſolemnitatibus, & in Quadrageſima.*
8. *Ut profeſſionem in conſecratione factam bis in anno legi faciant.*
9. *Quales in evectionibus & procurationibus eſſe debeant.*
10. *Quales habeant ſocios, & qualem familiam.*
11. *Quales eorum miniſtri eſſe debeant, & quales officiales.*
12. *Ne ſint ſimoniaci.*
13. *Ne pecuniam accipiant pro ſigillo, & aliis quæ enumerantur.*
14. *In conferendis beneficiis, in ferendis cenſuris, & quibuſdam aliis, quales eſſe debeant.*
15. *De monomachiis, & judiciis peregrinis.*
16. *Ut a feſtis fatuorum abſtineant.*
17. *Ut Synodum quotannis celebrent: dent ſacramentum confirmationis: exceſſus ſubditorum corrigant.*
18. *Choreas mulierum in cœmeteriis: opera fabrilia diebus dominicis, illicita matrimonia, ne permittant.*
19. *Ut teſtamenta non ſuſtineant infirmari.*
20. *Ut flagitium nec nominandum exſtirpent.*
21. *Quomodo puniendi ſint, qui illud admiſerint, vel qui in eo corrigendo negligentes fuerint.*

### CAPUT I.

*De vita & honeſtat. prælatorum.*

Statuimus itaque, ut prælati habeant coronas ſufficienter latas, & tonſura eorum ſit orbiculariter rotunda. Sic mitræ reſpondeat, ut capilli eam indecenter non excedant. Et ut habitum habeant regularem in longitudine, latitudine, & colore. Geſtus eorum ſit in facie maturus, in inceſſu temperatus, in verbis modeſtus: ita ut juramenta terribilia & turpia non ſolum in uſu non habeant, immo nec etiam coram ſe fieri ſuſtineant: quia per hoc eorum authoritas deformatur.

*II. Ne in lectis audiant matutinas, &c.*

Statuimus etiam ne dum fuerint ſani & incolumes, in lectis jacentes audiant matutinas: & ne dum coram eis divina officia celebrentur, ſæcularibus negotiis vel confabulationibus occupentur.

*III. Ut in magnis ſolemnitatibus celebrent, prædicent, vel faciant prædicare.*

Statuimus etiam, ut in magnis ſolemnitatibus ipſi per ſe Divina celebrent, & verbum Dei prædicent, vel ſaltem faciant prædicare.

*IV. Ne ſint venatores: pellibus pretioſis non utantur: alea abſtineant.*

Prohibemus etiam, ne venatione ſilvatice, C ſive aucupio, vel aucellatione, in perſonis propriis utantur. Pellitas etiam . . . in palliis non utantur: pelles quoque de erminiis caudatis omnibus eccleſiaſticis perſonis prohibemus. Omnes ludos ad talos & aleas eis firmiter interdicimus.

*V. Ut in menſa eorum fiat ſacra lectio.*

Statuimus etiam, ut in menſa, ſaltem in principio & in fine, coram eis ſacra lectio recitetur: & ne in menſa D hiſtriones, vel mimos, vel eorum audiant inſtrumenta.

*VI. Ut habeant providos eleemoſynarios: ſint hoſpitales: pauperes audiant: confeſſionibus audiendis vacent: ipſi confiteantur.*

Statuimus etiam, ut ſinguli prælati providos & honeſtos eleemoſynarios habeant: ipſi etiam prælati ſint juxta apoſtolum hoſpitales: & ut horis competentibus ad exhibendam juſtitiam & audiendos pauperes publice ſe præſentent. E Et in propria perſona frequenter interſint confeſſionibus audiendis, & pœnitentiis injungendis. Ipſi etiam per diſcretos profeſſores proprias cicatrices frequenter obducant.

*VII. Ut reſideant in eccleſiis: maxime in ſolemnitatibus & quadrageſima.*

In eccleſiis etiam cathedralibus frequenter reſidentes eſſe procurent, præter-

ſertim in majoribus ſolemnitatibus, & in tempore quadrageſimali.

*VIII. Ut profeſſionem in conſecratione factam bis in anno legi faciant.*

Statuimus etiam, ut formam profeſſionis quam in ſua conſecratione fecerint, ſaltem bis in anno, ſcilicet ſemel in ſynodo, & ſemel in capitulo, publice legi faciant.

*IX. Quales in evectionibus & procurationibus eſſe debeant.*

Diligenter ſuperfluitatem ſociorum & præcipue evectionum caveant. Quando procurationes recipiunt, ne ſibi ſubditos gravent: nec in propriis expenſis ſint parci, & prodigi in alienis.

*X. Quales habeant ſocios, & qualem familiam.*

Statuimus etiam, ut prælati ſocios habeant integræ opinionis & famæ, habitu compoſitos, ætate grandævos, fide claros, & competentibus ſcientiis eruditos, & cubicularios honeſtos, qui juxta canones ſint teſtes vitæ ipſorum, & ſuorum conſcii ſecretorum. Familiam habeant frugi, humilem, non ſuperfluam, ſed moderatam: ne exactiones indebitas faciant his qui debent epiſcopos dominos ſuos procurare.

*XI. Quales eorum miniſtri eſſe debent: quales officiales.*

Camerarius, buticularius, panetarius, cocus, mareſcallus, janitor, ſeneſchallus, vel eorum ſervientes, pecuniam, vel aliam rem quam ſolent quaſi pro conſuetudine accipere, de cetero inhoneſte non extorqueant, nec ſtultos, vel infatuatos ſecum habeant, qui fabulam & deriſum populi eos ad deriſum moveant, vel cachinnum. Janitores liberales & diſcretos habeant, & non venaliter pro loco & tempore recipiendos recipiant, & præcipue ab ordinandis nihil prorſus exigant. Officiales fideles habeant, & prudentes, ſine perſonarum acceptione gratis juſtitiam exhibentes.

*XII. Ne ſint ſimoniaci.*

Quandoquidem gratia, ſed non gratis data, gratia non eſt, ſimoniam generaliter & uniformiter prohibemus: videlicet in ordinum & beneficiorum collatione, in eccleſiarum dedicatione, in virginum benedictione, in illicita ſervientium ſeu creditorum, ſeu quorumcumque remuneratione, in ſpiritualibus pro ſervitio temporali, & in aliis variis articulis ſimoniæ: ſalvis honeſtis & licitis conſuetudinibus eccleſiaſticorum.

*XIII. Ne pecuniam accipiant pro ſigillo, & aliis, quæ enumerantur.*

Prohibemus etiam ne prælati, vel eorum miniſtri, ratione ſigilli aliquid exigant pro juſtitia ſimplici exhibenda; neque pro juſtitia facienda, vel acceleranda. Neque pro redemptione procurationum, quæ eis ratione viſitationis debentur, aliquid exigant, ubi nec per ſe, nec per alios viſitationes faciunt. Nec defunctos excommunicatos, in quibus ſigna pœnitentiæ non comparuerint, pro pecunia ſepeliant, vel abſolvant. Et ne cum focariis, ſacerdotibus, vel clericis, pecunialiter componant: & ne beneficiatis ordinandis propter pecuniam, quominus ordinentur, indulgeant.

*XIV. In concedendis beneficiis, in ferendis cenſuris, & in aliis quibuſdam, quales eſſe debeant.*

Statuimus etiam, ne beneficia eccleſiaſtica, vel dignitates, vel curæ animarum, minoribus, vel indignis, contra ſacros canones concedantur: & ne præcipitanter excommunicent, interdicant, vel ſuſpendant, vel ſententient, vel relaxent: & ne ab excommunicatis pœna tantum pecuniaria exigatur, nulla pœna ſpirituali inflicta: & ne quid exigatur pro redemptione edictorum illorum quæ debent per tres dies ſolemnes fieri ante deſponſationem: & ne quis ad beneficium non vacans inſtalletur: & ne clerici qui minus noti fuerint in litteratura & moribus, ſine examinatione ad ſacros ordines ſublimentur.

*XV. De monomachiis & judiciis peregrinis.*

Ne monomachiæ, vel judicia peregrina, in ſacris locis, vel cœmeteriis, vel epiſcoporum præſentia fiant.

*XVI. Ut a feſtis ſollorum abſtineant.*

A feſtis vero ſollorum, ubi baculus accipitur, omnino abſtineatur. Idem fortius monachis & monialibus prohibemus.

*XVII. Ut ſynodum quotannis celebrent: dent ſacramentum confirmationis: exceſſus ſubditorum corrigant.*

Præterea ſtatuimus, ut in ſingulis epiſco-

ANNO CHRISTI 1111.

ſcopatibus, ſaltem ſemel in anno, ſynodus celebretur: & ut pro loco & tempore ſint prælati parati ad ſacramentum confirmationis liberaliter indigentibus imponendum: & ut exceſſus ſubditorum ſuorum, canonicorum, & clericorum, & virorum religioſorum, nullius odio, gratia, vel timore diſſimulent. Et ſi ſe non correxerint, non patiantur tranſire ullatenus impunitos.

*XVIII. Choreas mulierum in cœmeteriis, opera fabrilia diebus dominicis, illicita matrimonia ne permittant.*

Prohibemus etiam, ne choreas mulierum in cœmeteriis, vel in locis ſacris, obtentu alicujus conſuetudinis deduci permittant: nec ſuſtineant opera ſervilia ſeu fabrilia, ſicut arantium, & opera ſimilia, quæ & ipſis facientibus interdicimus, diebus dominicis exerceri. Et ne ullo modo permittant illicita matrimonia contrahi, & maxime in gradibus a canonibus interdictis.

*XIX. Ut teſtamenta non ſuſtineant infirmari.*

Statuimus etiam, ut legitima teſtamenta morientium, & voluntates ultimas defunctorum, nullo modo ſuſtineant infirmari.

*XX. Ut flagitium nec nominandum exſtirpent.*

Inſuper ſpecialiter & diſtricte prohibemus illud nec nominandum flagitium: quod ſummi principis monetam falſificat, & naturæ reverentiam dehoneſtat: ad quod exſtirpandum etiam ſecundum jura civilia leges inſurgere & jura jubentur armari, ut rei tanti ſceleris ultore gladio finiantur. Et quanto ſceleſtius eſt peccatum, tanto diſtrictius in virtute ſancti Spiritus prælatis præcipimus, ne illud alicubi pullulare ſuſtineant; ſed ubicumque deprehenderint, evellant, deſtruant, & exſtirpent.

*XXI. Quomodo puniendi, qui illud admiſerint, vel qui in eo corrigendo negligentes fuerint.*

Et ex authoritate Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium ſanctorum Dei, & præſentis concilii, ſtatuimus: ut qui de cetero, a quindecim annis ſupra, tale cujuſmodi commiſiſſe fuerint deprehenſi, ſecundum Lateranenſe concilium puniantur. (Lateran. III. c. 11) Et ſi canonici conventualium eccleſiarum in hujuſmodi deprehenſi fuerint, & in eorum correctione decanus & capitulum negligentes extiterint, per epiſcopos locorum arctius puniantur. Quod ſi infatuati fuerint, canonica eis purgatio indicatur in præſentia epiſcopi, decani & capituli. In qua ſi defecerint, ab officio & beneficio ſuſpendantur. Hoc autem ſub pœna ſuſpenſionis epiſcopis præcipimus exequendum.

## ☞ AD CONCILIUM PARISIENSE

*A Roberto de Corceone Card. A. S. L.*

*Anno 1212. celebratum.*

### ADDITIO.

*Ex MS. Aquicinctenſi.*

(Ex Suppl. Manſi T. II pag. 81. Ex Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 97.)

IN *Mſ. Aquicinctenſi habetur illud concilium cum titulo.* Incipiunt inſtitutiones domini papæ & magiſtri Roberti cardinalis. *Et in prima quidem parte capitis 19. lacuna ita repleri debet.* Adhuc autem auctoritate prædicta decernimus, ut ſi quis beneficium, cui annexa eſt cura animarum, ſciens & prudens alicui clerico habenti in alia eccleſia perſonatum vel beneficium, cui annexa eſt cura animarum; * tam dans quam accipiens ſe noverint excommunicationis vinculo innodandos. Sed & ſecundam collationem decernimus non tenere. Inſuper ſtatuimus quod ſi quis in diverſis eccleſiis ſive in eadem plures habuerit perſonatus, quibus animarum cura ſit annexa, & uterque ſit ſufficiens, uno illorum, quem maluerit, infra duos menſes dimiſſo, altero ſit contentus; alioquin omnes perſonatus amittat &c.

* deeſt aliquid.

*Poſt quod ſtatutum ſequitur.*

I.

CUm multa oriantur ſcandala & opprobria, *quæ nocent* eccleſiæ libertati, de eo quod perverſa conſuetudine quorumdam, eorum filii ad interventum pecuniæ vel alio turpi modo ſuccedunt in præbendis & parochiis ipſorum; au-

auctoritate, qua fungimur, ſtatuimus ut ſibi privetur beneficiis ſic impetratis.

ANNO CHRISTI

*Poſt cap. XX.*

## II.

Si prælatus vel quæcumque perſona emerit prioratum continentem decimas vel parochias, vel alia bona ſpiritualia, cum hæc de jure vendi non poſſint, denuntiamus talem contractum illicitum penitus irritandum. Et ſi ceperit talem prioratum ad vitam ſuam pro certa pecunia cauſa meliorationis, & non illum melioraverit, ſed potius in deteriorem ſtatum redeuxerit; ſoluta ſumma pecuniæ, quam pro illo tradidit, reſti- B tuat priſtinæ dignitati.

## III.

Statuimus præterea, ut quicumque officialis infamatus fuerit ſuper venditione juſtitiæ vel cujuſcumque ſacramenti, ab illo officio removeatur ab epiſcopo. Epiſcopus autem, ſi eum amovere neglexerit, canonice puniatur.

## IV.

Item, ſtatuimus ut nulli habenti curam parochialem liceat ſæculares ſcientias addiſcere, ex quibus nullatenus poſſit ſubditorum ſuorum C ſaluti prodeſſe. Immo ſi a prælato ſuo licentiam adeundi ſcholas obtinuerit, nihil niſi veram litteram aut ſacram paginam ad informationem parochianorum ſuorum addiſcat. Si enim de ſcholis ſuis omnibus quiſquilias ſæcularis ſcientiæ attulerit, & nullos flores de pratis cæleſtis philoſophiæ, ſecundum evangelium, tamquam infatuatus rejiciatur, & ab omnibus conculcetur.

## V.

Item ſtatuimus contra prælatos & patronos, ne intuitu mutui, aut indebiti ſervitii a feneratoribus accepti, ad præbendas vel eccleſias filios D vel nepotes feneratorum admittant.

## VI.

Si abbas, vel prior, vel patronus aliquis indignum præſentat epiſcopo pro cura paſtorali obtinenda, ſtatuimus ut talis præſentator & receptor canonica pœna lata contra illos, qui opus Dei faciunt fraudulenter, puniantur.

## VII.

Si quis autem prælatus beneficium non vacans, contra concilium Lateranenſe * alicui contulerit, in eo puniatur, in quo deliquit, ſcilicet, ut illa vice careat auctoritate conferendi tale beneficium, quod indigne præſumpſit conferre, & major, cui data eſt poteſtas, auctoritatem habeat conferendi illud. E

* Later III. Can. VIII.

## VIII.

Si abbas, vel prior, vel alius prælatus conceſſerit beneficium non vacans, & ſuper hoc det ei litteras patentes, vel certas penſiones decernimus illam penſionem non tenere & penſiones illas non debere perſolvi. Quod ſi actum fuerit, A irritetur, & in pœnam ipſorum concedimus, quod epiſcopus loci conferat beneficium illud cum vacaverit.

## IX.

Nullus quæſtuarius vel conductitius prædicator pro hoſpitali vel pro alia domo admittatur ad prædicandum aliquo modo, propter enormia ſcandala quæ ſeminant hujuſmodi pſeudoprædicatores; tamen nuntii fideles canonici vel capellani cathedralis eccleſiæ boni teſtimonii, vel boni presbyteri, parochiales ſcilicet, ad arbitrium archiep. vel epiſcopi loci, vel eorum quorum intereſt, pro hoſpitali & aliis cauſis pietatis admit- B tantur pro acquirendis eleemoſynis ad uſus pauperum, vel reparationem eccleſiarum, nec talis adminiſtrator, qui ſuper arcas & aſſeres miſſam celebret in contemptum Dominici Sacramenti.

## X.

Item ſtatuimus ſub pœna ſuſpenſionis, ne aliquis ſacerdos aut in nundinis aut alibi biſaciet, * aut triſaciet miſſas contra canonicas ſanctiones.

* Biſaciare eſt duas miſſas ſub uno canone dicere, triſaciare vero tres. Vide ſi lubet lib. 1. de antiquis eccleſiæ Ritibus c. 3. ar. 1. n. 10.

## XI.

Cum multæ parochiales eccleſiæ propter ino- C piam ſacerdotum debito ſervitio defraudentur, ſtatuimus ut auctoritate legationis noſtræ, & ſub pœna excommunicationis præcipimus, quatenus a patronis & ab aliis, quorum intereſt, tam competenter provideatur ſacerdoti, ut divina ibidem poſſit honeſte celebrare. Competens autem judicamus ſecundum interpretationem domini papæ factam. Si autem aliquæ eccleſiæ, quæ olim opulentæ, ab aliquo fuerint reſectæ, niſi canonice factum fuerit, id irritum judicamus, & beneficia eccleſiarum redintegrari pleniſſime præcipimus, & ne de cetero fiat, ſub pœna excommunicationis inhibemus.

## XII.

D Nullus ſacerdos ſæcularis vel religioſus, vel alius clericus ab epiſcopo admittatur ad curam animarum, niſi præmiſſa canonica examinatione. Unde ſi epiſcopo præſentetur ſacerdos, qui ſit quaſi truncus, neſciens idioma illius parochiæ, ad quam præſentatur, talis non recipiatur. Et epiſcopus, ſi dignus præſentetur, non differat illum recipere bona fide, & talis ſit ætatis qui fuerit præſentatus, qualem determinat concilium Lateranenſe, * & in brevi poſſit & debeat ordinari.

* Later. III. can. III

## XIII.

E Cum quidam canonici juraverint, quod reſidentiam facerent in diverſis eccleſiis, ſtatuimus ut compellantur ad alterius reſignationem, & in altera debitam facientes reſidentiam, una illarum ſint contenti.

## XIV.

Statuimus ut de novalibus laici nullo modo decimam percipiant, immo eam ſine aliqua diminutione eccleſiæ perſolvant.

XV.

ANNO CHRISTI ****.

A

## XV.

Si quis habens parochiam in aliqua eccleſia præbendetur; ad alterius beneficii reſignationem, cujus voluerit, compellatur.

## XVI.

De canonicis & clericis tenentibus parochias & præbendas, in inferioribus ordinibus conſtitutis, & nihilominus matrimonio copulati, ſtatuimus, & ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis prohibemus, ne ſic uxorati in ſcandalum populi miniſtrent altari. Decrevimus etiam eos privandos beneficio eccleſiaſtico, illis dimiſſis in B matrimonio, eo quod nullatenus debent arare in bove & aſino.

## XVII.

Si quis uxoratus clericus in inferioribus ordinibus conſtitutus, teneat præpoſituras & baillivas eccleſiæ, in qua non poteſt de jure, obſtante matrimonio, deſervire; cum illa bona, quæ tenet de eccleſia, non poſſint ad laicos uſus tranſire, ſtatuimus ſub pœna excommunicationis, quod tales, quod tenent, eccleſiæ penitus reſtituant.

## XVIII.

Si quis in ſacris ordinibus conſtitutus de facto contraxerit matrimonio, ab omni officio & beneficio ſuſpendatur, & non poſſit abſolvi, niſi per dominum papam.

## XIX.

Sacerdotes qui ex negligentia vel avaritia noluerunt habere libros ad matutinas per ſingulas ferias decantandas; immo tota ſeptimana, omiſſis canonicis horis & matutinis, miſſam celebrant; ſtatuimus, & ſub pœna ſuſpenſionis præcipimus, ut libros ad hoc deputatos, aliis expenſis omiſſis, adquirant, & ſecundum canonicas ſanctiones horas matutinales & alias canonicas decantent.

## XX.

Item ſecundum canonicas ſanctiones ſub pœna excommunicationis præcipimus, quod ſi quis clericus infamatus fuerit, quod illud beneficium per ſimoniam adquiſierit: ſi defecerit in purgatione, vel alias canonice ſuper hoc convictus fuerit, a beneficio & officio ſic adquiſito ſuſpendatur.

## XXI.

Statuimus ut cum contigerit aliquam præbendam in eccleſia vacare, ſtatim dignæ perſonæ, ne perdat ſervitium, ſecundum inſtituta canonica conferatur, ut illa prava aboleatur conſuetudo, qua quædam eccleſiæ ſolent tot vacantes præbendas a collatione tamdiu ſuſpendere, ut unuſquiſque ex communi aſſenſu nepoti vel conſanguineo ſub quocumque parvo vel indigno poſſit ad arbitrium ſuæ voluntatis mendicare. *

* vendicare

## XXII.

Inhibemus, ne quis clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, in ſotularibus habeat roſtra, & ne palliolo de cendallo inhoneſte amictus, ſaltem per plateas incedat.

## XXIII.

Item, ne quis clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, niſi forte quem paupertas attenuat, in ſupertunicali, ſine cappa vel mantello per vicos civitatis incedat.

*Expliciunt inſtitutiones in Clericis.*

## INCIPIUNT DECRETA

*De regularibus & monachis.*

CAp. 8. *poſt hæc verba*, Recipiatur in aliud cœnobium religionis, *additur*: Salva regula B. Benedicti & privilegio domini papæ.

*Poſt caput IX.*

Quia multa ſcandala & enormia contingunt ex crapula quorumdam monachorum, ante carniprivium per tres ſeptimanas vel per menſem ſe C delicatis carnibus & exquiſitis ſallamentis ſeſe ingurgitantium; ſtatuimus ſub pœna excommunicationis, ne a modo talibus intendant commeſſationibus, ſed ſicut in aliis temporibus monaſticæ vitæ & ordinationi religioſæ ſe conforment.

*Cap. XXVI. ita legitur.*

Prioratum etiam nulli clerico vel laico liceat ad vitam emere, nec ad terminum, nec in fraudem iſtius conſtitutionis aliquid facere præſumat, cum dicat Apoſtolus, *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos*, & in clerico tale lucrum turpis quæſtus reputari debeat; generaliter vero nec cleri- D cis nec laicis prioratus vel domus religioſæ ullo modo dentur ad firmam.

*Poſt caput XXVII.*

Conſtituimus etiam ut abbates & priores & præpoſiti religioſorum, ſi fuerint manifeſte remiſſi & negligentes circa obſervantiam ordinis, & correptionem ſubditorum, non promoveantur ad dignitates ſeu majora officia: & ſi poſt admonitionem ſuperioris ſe non correxerint, ab officio quod eſt abbatis, vel prioratus, vel præpoſituræ deponantur. Si vitam reprobam manifeſte duxerint, id conſtituimus obſervandum.

Item, cum abbates & monachi & viri reli- E gioſi præ aliis omnibus ſignum humilitatis debeant habere; ne a modo dextrarios equitare præſumant prohibemus diſtricte. Non etiam frequenter & manifeſte excedant in ſumtibus, nec juvenes evidenter nimis laſcivos & ſuſpectos in familia ſua habeant.

## DE PRÆLATIS INSTITUTIONES.

*Sequentes conſtitutiones in concilio Pariſienſi quartam partem faciunt, hic vero tertiam.*

ANNO CHRISTI

*Poſt caput IX. additur.*

Nullas exactiones ſuper ſacerdotes vel abbatias vel clericos alios facere præſumentes.

*Poſt caput XVII.*

Item, ſi prælatus aliquis in officio ſuo doloſe vel negligenter manifeſte ſe habuerit, ita quod ſit veriſimile, quod bonus vir ita ſe non haberet; ad majorem adminiſtrationem non promoveatur de cetero.

*Cap. XIX. additur.*

Ad quæ facienda ſacerdotes proprios præcipimus advocari.

*Poſt caput XX.*

Si autem prælati aut canonici aut quæcumque aliæ perſonæ in hoc ſummæ infamationis vitium poſt Remenſe concilium inciderint, ipſo facto, tamquam ſi in clericum manus violentas injecerint, ſciant ſe excommunicationis & tanto arctiori vinculo ſe noverint innodatos, quanto hoc vitium quod fit contra formam & figuram Jeſu Chr. flagitioſius noſcantur incurriſſe, juxta illud Auguſtini ſuper Geneſim: *Fere dimiſit Dominus incarnari, quia prævidit hoc tam pernicioſum flagitium patrandum in forma quam ſumpſit de Virgine glorioſa*. E tales non abſolvantur niſi a papa.

*Poſt caput XXI.*

Si vero magiſtri puerorum & alii qui ſuper hoc manifeſte ſuſpecti & infamati ſunt, de cetero incidant in hoc vitium, ipſo facto ſciant ſe excommunicatos.

Hoc autem & cetera ſupradicta ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis epiſcopis præcipimus.

## INSTITUTIONES DE MONIALIBUS.

*In concilio Pariſienſi non quarto ſed tertio loco ponuntur.*

*Cap. II. additur.*

Et ſint lampades ardentes tota nocte in dormitorio.

*Cap. V. additur.*

Ante ſeptennium nulla de cetero recipiatur.

*Omittitur vero cap. IX. X. XI. XII. XIII. XV. & ſeq.*

## PARS V. DE USURARIIS ET RAPTORIBUS.

### I.

Statuimus quod nullus ſimoniacus vel fœnerator, vel raptor poſſit condere teſtamentum, vel legare aliquid uxori ſuæ, vel filiis, aut filiabus, vel nepotibus, aut monaſteriis, aut quibuſcumque perſonis, cum offerre aliquid de rapina nihil aliud ſit quam immolare filium in conſpe-

A ctu patris, & cum ex præcepto Domini nulli liceat offerre pretium carnis aut proſtibuli ſuper altare Domini.

### II.

Statuimus ſub pœna excommunicationis, ne nutrix Chriſtiana nutriat filium Judæi, & ne Chriſtianæ obſtetrices interſint puerperio Judæarum, nec alii Chriſtiani eis ſerviant, ne per ſuperficialem legis ſuæ probabilitatem, quam pravè exponendo prætendunt, ſervientes Chriſtianos ſecum commorantes in ſuæ incredulitatis inducant baratrum.

B

### III.

Statuimus ſub pœna excommunicationis, ne quis clericus nundinarius vel alius fęneratori ſerviat, aut computationes uſurarum aut venditiones uſurarii ad terminum vel contractus ejus uſurarios de nundinis ad nundinas ſcribat, & quod nullus advocatus cauſam uſurarii vel hæreſis defendat. Cum ſubmonitus deſiſtere noluerit, primo ab officio & beneficio ſuſpendatur, deinde excommunicetur.

### IV.

Statuimus de ſpeciali mandato domini papæ in C remedium uſurariorum volentium converti ab uſuris, ut ea quæ per uſuram adquiſierunt vel rapinam, in manus ſui prælati, legati, vel miſſi, corde & ore reſignent, ut ipſe Deum habens præ oculis, de illicite adquiſitis ex quo poſita ſunt in ordinatione ſua, conſideratis diligenter omnibus penes ipſum circumſtantiis, ordinet ſecundum Deum quæ viderit ordinanda: ut ſi indigeat, ſi plures parvulos habeat, ſi crucem accipiat, ſi valetudinarius exiſtat, cum eo licite diſponere valeat, dando ei auctoritate eccleſiæ, cujus vice in hac parte fungitur, quæ viderit ſecundum ſtatum ejus expedire, vel militibus, aut monaſteriis, aut quibuſcumque perſonis de eis conquerentibus, a quibus fęnerator uſuras acD cepit, reſtituat. Prædictus prælatus mediator inter fęneratores & ſpoliatos partem uſurarum ab eo raptarum, ſecundum quod Deus ei inſpiraverit, dummodo ſpoliatus ſicut fenerator in arbitrium prælati ſe abſolute poſuerit, reſtituat. Si autem per iſta ſana & dulcia conſilia feneratores ſe magis contra eccleſiam obduraverint, & converti ab uſura noluerint aliquo modo, immo, eam & ſtatum ſuum in ea pertinaciter defenderint, nolentes audire aut prælatum ſolum, aut eum cum teſtibus, aut eccleſiam, tunc ferro eſt utendum ad reſecandum talia putrida membra, ne totum corpus ſcandalizent, & ne per eos ſincera pars trahatur, ſicut fit per hæreticos, quibus hi obdurati ſunt deteriores.

### V.

Omnibus prælatis in virtute Spiritus Sancti & ſub interminatione diſtricti judicii præcipimus, ut ad extirpandam infectionem totius eccleſiæ, videlicet uſuram quocumque modo aut manifeſtam, aut aliqua ſimulatione palliatam inquiſitiones faciant canonicas & legitimas de his qui ſuper hoc fuerint infamati, non habito reſpectu ad mundanum timorem, vel amorem, vel gratiam, vel odium. Sub pœna igitur excommunicationis & in remedium pœnitentiæ minoribus paro-

ANNO CHRISTI 1212

parochianis injungant, & ſi neceſſe fuerint, ſpe-
cialiter per cenſuram eccleſiaſticam compellant,
ut ſuper his veritati teſtimonium perhibeant.
Nomina autem illorum, de quibus ſic eis per
teſtes conſtiterit, quod ſint uſurarii, in matri-
cula ſcribantur, & ſi poſt trinam admonitionem
ſactam publice & nominatim, tamquam nolen-
tes audire ſolum prælatum, vel ipſum cum te-
ſtibus, vel eccleſiam, tamquam ethnici & pu-
blicani coram omnibus denuntientur excommu-
nicati, pulſatis campanis, extinctis candelis, ſin-
gulis Dominicis diebus & feſtivis excommunicen-
tur, nec eis liceat appellare, & omnia eccleſia-
ſtica ſacramenta eis denegentur; oblationes eo-
rum nullatenus recipiantur, & cum in fine vitæ
ſuæ ad ammonitionem prælatorum ſuorum no-
luerint deſiſtere, vel uſuras reſtituere pro poſſe
ſuo recuſaverint, præcipimus ne quis ſacerdos vel
monaſterium eleemoſynam ejus, vel eum ad ſe-
pulturam in morte recipiat, immo de ipſis con-
ſilio prudentium duximus ſic ſtatuendum, ut do-
minus terræ burſam & totam ejus poſſeſſio-
nem per uſuram adquiſitam ſaiſiat, ut ordinet
de ea arbitrio eccleſiæ, & canes civitatis carnem
eorum turpiter ab eccleſie foribus ejectam cor-
rodant, & dæmones eorum animas impœniten-
tes divino judicio aſportent.

## VI.

Sub eadem diſtrictione præcipimus, quod poſt-
quam fenerator nominatim fuerit excommunica-
tus, omnes ei ſervientes, præter perſonas exce-
ptas a canone Gregorii & iſtius Innocentii, ex-
communicationis ſimili vinculo innodentur.

## VII.

Si qui ſacerdotes, vel abbates, vel quæcum-
que perſonæ religioſæ hujuſmodi feneratores poſt
denunciationem in eccleſiis factam, ad oblatio-
nem, aut ſepulturam, vel habitum religionis ſi-
ne ſufficienti ſatisfactione ſpoliatis exhibitæ, ſcien-
ter receperint, ipſo facto ſe noverint excommu-
nicatos, & ab officio & beneficio ſuſpenſos, &
non poſſint abſolvi, niſi a ſummo pontifice.

## VIII.

Cum ex inſita antiqui hoſtis malitia ſint a
feneratoribus & exactoribus fere in ſingulis urbi-
bus & oppidis & villis totius regni Franciæ per-
tinaciſſime ſynagogæ conſtitutæ, quas vulgariter
communias vocant: quæ diabolica inſtituta, eccle-
ſiaſticis inſtitutis contraria penitus in converſio-
nem * totius eccleſiaſticæ juriſdictionis adinvene-
rint, præcipimus ſub interminatione diſtricti ju-
dicii, ne quis occultatione conqueſtionis factæ
coram epiſcopo, de uſura vel aliis criminibus il-
latis a prædictis feneratoribus, compellantur ſu-
ſtinere pœnas ſtatutas a prædictis ſynagogis, quas
in defenſione ſuæ uſuræ, & ſubverſione totius
eccleſiæ ſtatuerunt. Eſt autem hæc una pœna,
quod ſi quis conqueratur epiſcopo de uſuris vel
indebitis exactionibus, tot a cavillationibus ac-
cuſatur erga dominum terræ, quod ſtatim ad
interventum magnæ ſummæ pecuniæ datæ do-
mino terræ ab ipſo capiatur, & captus tandem
in carcere detineatur, quoad uſque deſtiterit a
cauſa propoſita coram epiſcopo contra fenerato-
rem. Alia eſt pœna eorum, quod ſi quis coram
epiſcopo proponat querelam de aliquo tali fene-
ratore, ſtatim judicio ſynagogæ, id eſt commu-

* ſubverſionem.

A niæ, & nihilominus pœna XL. librarum punia-
tur, & aliæ multæ pœnæ infligantur eidem.
Unde ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicatio-
nis ſtatuimus, quod nullus advocatus ſciens &
prudens defendat tales ſynagogas contra eccleſias
vel epiſcopos, cum jura eccleſiaſtica nihil in
his, quantum in ſe eſt, pro quæſtu enervare
videantur.

ANNO CHRISTI 1212.

## IX.

Generaliter autem omnibus principibus, baro-
nibus, vel quibuſcumque juſtitiariis ſæcularibus
& ſub pœna excommunicationis diſtricte inhibe-
mus, ne aliquid ſtatuant vel præcipiant manife-
B ſte vel occulte, quominus fideles quicumque ve-
nire audeant ad eccleſiam, juſtitiam & ibi ple-
num jus accipere vel facere, quominus audeant
dare vel offerre eccleſiæ vel ſacerdoti vel ad alios
pios uſus, eleemoſynas, oblationes, & alia quæ
ſolent facere more conſueto vel ex debito, vel
ſecundum quod Deus eis inſpiraverit: indubitan-
ter ſcituri, quod ſi hoc fecerint & pertinaces ex-
titerint, cum illud hæreſim ſapiat, ne tamquam
hæretici puniantur, poterunt ſibi timere.

## X.

Cum uxor feneratoris agit cauſam ſpoliato-
rum, vivat parce de iis quæ miniſtrat ei vir ſuus
C de ſpoliis uſuræ, non quia ipſe poſſit ei dare,
cum non ſint ſuæ, ſed quia ipſa advocatrix eſt
ſpoliatorum pro melioranda eorum cauſa, emol-
liendo cor viri ſui, & inducendo virum ſuum
ad faciendam condignam reſtitutionem ſic abla-
torum. Si autem invenerit cor viri ſui impœni-
tens & incorrigibile, & ſe nihil erga ipſum per-
ficere poſſe pro facienda debita reſtitutione; tunc
tenetur modis omnibus quærere ſeparationem
menſæ ejus & convivii, ſed numquam thori, ut
prius mendicet ab amicis vel aliis quo veſcatur
& veſtiatur, quam hujuſmodi tam morticino &
quaſi idolotito fœdæ uſuræ contra Deum paſca-
tur. Et ſi ad tantam devenerit valitudinem, ut
ſit tota decrepita vel leproſa, aut ab omnibus
D deſerta, ut nullus ei velit panem porrigere, in
ingruentis mortis articulo; in tanta neceſſitate
poteſt ſumere cibum a viro ſuo, non animo ra-
piendi ſicut vir, ſed animo reſtituendi, cum
Deus conceſſerit ei opportunitatem. Hoc idem
præcipimus filiis & filiabus, & nepotibus fœne-
ratorum, quam cito paternis alis volitare inci-
piunt, ſicut cum pulli corvorum ſunt implumes,
& ſolo rore cœli, non morticino paſcuntur: ita
a malitia paterna judicantur immunes, cum
adeo pueriles ſint quod animum non habent con-
ſentiendi.

## ITEM DE USURARIIS

## I.

E Cum fœneratores & maligni eccleſiæ perſecu-
tores ubique erigant ſynagogas malignantium,
contradictionibus ſuis contra Deum & eccleſiam
propoſitis, ipſi de novo erexerunt novas ſcholas
filiorum ſuorum & doctrinas illorum contra vera
rudimenta ſcholarum, facientes eos informari ad
ſcribenda debita patrum ſuorum per uſuram ad-
quiſita: ideoque ſtatuimus, ut a modo non li-
ceat illis hæc artificia ſcribendi, ſed veram do-
ctrinam addiſcere, cum nulli liceat locupletari
jactura alterius.

II.

A cum integritate. Qui non reddiderint: excommunicentur.

## II.

Statuimus, quod ſi quis vaſſallus, vel filius ejus, vel quæcumque perſona ſubjecta principi per violentiam ceperit clericum vel bona ipſius, vel cruce ſignatum, vel aliquam perſonam religioſam vel bona eccleſiæ: ſi raptor poſt primam & ſecundam admonitionem ſatisfacere noluerit, excommunicationis vinculo innodetur; & ſi princeps ſub cujus dominio noſcitur permanere, mo- B nitus noluerit compellere eum ad ſatisfactionem, prout debet, vel ſi manum auxiliatricem ei ad hujuſmodi maleficia perpetranda exhibuerit, ſimili coercionis vinculo conſtringatur.

## III.

Dicimus de parte raptoris, quod ſi filium ſuum poſt ammonitionem factam receperit, nec pro ipſo emendaverit, excommunicationis vinculo innodetur.

### *De ſtratis publicis.*

## I.

Si qui clerici aut laici publicas ſtratas per ſe vel per alios frangant, & bona tranſeuntium rapiant, & ipſos in carcere detineant, ſi moniti a tali malitia non deſiſtant, vel ſuos deſiſtere faciant, ſimili ſententia percellantur.

## II.

Statuimus etiam quod cum villa aliqua ſubji- D citur interdicto, non relaxetur interdictum, nec excommunicatio ſine aſſenſu epiſcopi, donec ſatisfactum ſit ſacerdoti de ſuis damnis quæ paſſus eſt ratione interdicti.

## III.

Cum nulla inſtitutio principis poſſit infringere ſtatuta novi & veteris teſtamenti, aut inſtituta canonum, præcipimus ut in omni cauſa liceat E cuilibet fideli inducere teſtes fideles contra Judæum & infideles.

### *De Templariis & Hoſpitalariis.*

Statuimus ut Templarii & Hoſpitalarii canonici in eccleſiis ſuis idoneos conſtituant capellanos, qui curam habeant animarum in eiſdem, & ſub excommunicatione inhibemus, ne formam privilegiorum ſuorum excedant.

### *De decimis ſolvendis.*

In decimis reddatur eccleſiis decima portio cum integritate. Qui non reddiderint: excommunicentur.

### *De ſortilegis.*

Pithoniſſas, & ſortilegas, & earum fautores & receptatores, & ad ipſas currentes excommunicamus.

### *De meretricibus.*

Inhibemus etiam ne publicæ meretrices, quarum cohabitatio ex frequenti uſu ad nocendum efficacior peſtis eſt, intra civitatem vel oppida permittantur habitare, immo potius juxta leproſorum conſuetudinem ſequeſtrentur. Quod ſi præmonitæ ſecedere noluerint, per excommunicationis ſententiam percellantur.

### *De leproſis.*

De domibus, *extat in concil. Pariſ. part. 3. cap. 9.*

C *Emendationes etiam non ſpernendas canonum quorumdam Concilii hujus dedit Cl. Dubois in tom. II. pag. 253. hiſtoriæ eccleſiæ Pariſienſis, quod ſane volumen alterum poſt authoris funus anno 1710. Lutetiæ prodiit. Accepiſſe vero illas ex M. S. codice vir ille doctus teſtatur.* „ *En ejus verba:* In prima parte, capitulo X. *primi ſacerdotis*, lege „ *proprii*. Capitulo XVI. poſt hæc verba: *cum* „ *aliis locis*, adde, *religioſis*. Cap. XVII. poſt „ hæc verba: *extra eligant*, adde *vel inquirant* „ *idoneam perſonam. Quod ſi in Capitulo perſona* „ *idonea & utilis inveniatur, ipſam eligant*. Cap. D „ XVIII *vel electiones fiunt*, lege, *ſunt, in ali-* „ *quibus eccleſiis*, adde, *faciendæ; ſive ardua vel* „ *majora negotia peragenda, dies in Capitulo pu-* „ *blice præfigatur una, quæ &c.* Ibidem: *conve-* „ *niunt*, lege *convenerint*. Cap. XIX Poſt *cura* „ *animarum*, ſic lacunam imple: *ſciens conferat* „ *alicui Clerico habenti in alia eccleſia prioratum,* „ *cui ſimiliter annexa eſt cura animarum*. Ibidem „ poſt hæc, *plures habuerit*, adde, *perſonatus*. „ Ibidem *patronatus*, lege, *perſonatus*. In parte E „ 2. Cap. XII. *Sed adeo diſcrete, & provide*, „ lege, *ſed adeo diſcreti ſint, & providi*. Ibidem „ *ut & vel honeſti*, lege, *ut etiam viri honeſti* „ Cap. XVIII. dele *& cujuſmodi*, & lege *crimen*. „ In parte 3. Cap. 1. lege, *ſed nec earum pa-* „ *rentes familiarem habeant ad eas & ſecretum &c.* „ Ibidem poſt, *mulierum*, ſic lege, *qui enim cum* „ *parentibus earum ſunt*. Cap. XII poſt hæc ver- „ ba *monaſterii ſui*; adde, *& ſi etiam manifeſte*, „ *& frequenter excedant in ſumptibus, juvenes &c.* „ In parte 4. Cap. IV. *Pellitas etiam*, ſic cor- „ rige. *pellibus etiam variis, in palliis &c.* Cap. „ XX *finiantur* lege, *feriantur*. Cap. XXI *in-* „ *fatuati*, lege, *infamati*.

# CONVENTUS APAMIENSIS
## EPISCOPORUM ET PROCERUM

Ad Simonis Monfortii ditionem bonis moribus ac legibus temperandam. Menſe Novembris MCCXII.

ANno incarnationis Dominicæ MCCXII. *inquit Petrus Valliſſarn. in hiſt. Albig.* menſe Novembris, convocavit nobilis comes Montisfortis epiſcopos & nobiles terræ ſuæ, apud caſtrum Apamiarum, celebraturus colloquium generale. Cauſa autem colloquii huius iſta fuit, ut comes noſter, in terra quam acquiſierat, ſanctaque R. E. ſubjugaverat, inſtitui faceret bonos mores, hæretica ſpurcitia procul pulſa, quæ totam corruperat terram illam, bonæ, tam de cultu religionis Chriſtianæ, quam etiam de temporali pace & quiete, conſuetudines plantarentur. Terra ſiquidem illa, ab antiquis diebus, deprædationibus patuerat & rapinis: opprimebat quippe potens impotentem, fortior minus fortem. Voluit igitur comes nobilis, cunctas conſuetudines, fixoſque limites terræ dominis ponere, quos transgredi non liceret: quatenus etiam milites de ſuis certis & rectis redditibus recte viverent; minor etiam populus ſub alis dominorum poſſet vivere, immoderatis exactionibus non gravatus. Ad quas conſuetudines ſtatuendas, electi fuerunt viri duodecim, qui ſuper ſacroſancta evangelia juraverunt, quod pro poſſe ſuo tales conſuetudines ponerent, per quas Eccleſia ſua libertate gauderet, tota etiam terra in ſtatu firmaretur meliori. De illis autem duodecim electoribus, quatuor fuerunt eccleſiaſtici, duo ſcilicet epiſcopi, Toloſanus & Conſoranenſis, unus templarius, unuſque hoſpitalarius, quatuor præterea Francigenæ milites, quatuor etiam indigenæ, duo milites, & duo burgenſes, per quos dictæ conſuetudines, ſatis competenter poſitæ & firmatæ. Ut autem conſuetudines illæ inviolabiliter ſervarentur: antequam proferrentur in medium, nobilis comes, omneſque milites ſui, ſuper quatuor evangelia juraverunt, quod ſupra memoratas conſuetudines nunquam præſumerent violare. Ut etiam majorem obtinerent firmitatem, redactæ ſunt in ſcriptum, ſigillo etiam comitis & omnium epiſcoporum, qui ibi plures erant, firmatæ & munitæ.

# AD CONVENTUM APAMIENSEM

*Quo leges ad ſubditorum mores componendos a Simone Monfortio cum epiſcopis conditæ.*

*Anno 1212. habitum.*

## ADDITIO.

Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 818.

*SImon Monfortius, celebre in expeditionibus contra Albigenſes, nomen, ditionem ſuam quam hæreſi inquinatam & moribus depravatam acceperat, reformaturus ac repurgaturus, ad Apameam, oppidum in ditione Toloſana* ( ut arbitror ) *conventum ex eccleſiaſticis laicisque inſtituit, ut ex Valliſarnenſi refert Labbeus tom. XIII. pag.* 842. *Ven. edit. Leges in eo conventu directa, quas apud Labbeum fruſtra quæras, ex Martene Anecdot. tom. I. pag.* 832. *hic ſuppleo.*

### CONSUETUDINES,

*Quas dominus comes Montis fortis ſtabilivit apud * Pamias.*

* f. Apamias. Ex MS. Illuſtriſs. Marchion. Dubois.

HÆ ſunt conſuetudines & omnia privilegia eccleſiarum & domorum religioſarum a jure canonico & humano conceſſa, & libertates earumdem ab omnibus & ubicumque ſerventur & cuſtodiantur

I.

Eccleſias a laicis incaſtellari prohibemus, & in ſervitutem redigi, immo & incaſtellatas dirui præcipimus, vel ſervari arbitrio epiſcoporum; ſed in caſtris & in villis aliorum dominorum epiſcopi non poſſint retinere tales munitiones.

II.

Item, omnes primitiæ ſine difficultate aliqua reddantur eccleſiis, ſicut conſueverunt reddi in partibus iſtis, & omnes decimæ reddantur, ſicut ſcriptum eſt, & præcipitur a papa.

III.

Item, nullus clericus tallietur occaſione hereditatis, ſi quam habuerit, niſi eſſet mercator, aut uſurarius, & idem de paupere vidua

IV.

Item, in dominicis diebus nullum fiat forum venale de cetero; & ſi inventum fuerit inſtitutum, in aliam diem ad arbitrium domini terræ & communitatis mutetur

V

Item, quicumque in quolibet crimine vel alio modo clericum ceperit, etiamſi non haberet niſi coro-

ANNO CHRISTI ....

coronam, reddatur epiſcopo, vel archidiacono, aut mandato ſuo ſine dilatione. Quod ſi renuerit, ſtatim excommunicetur, & a domino ſuperiore reddere compellatur.

VI.

Item, nulli baronum, aut militum cogant dare talliam homines eccleſiarum & domorum religioſarum, illos ſcilicet homines, quos ex donatione & ex conceſſione regum & principum, & aliorum dominorum terrarum, vel alio juſto modo liberos poſſederunt uſque ad tempora iſta, ſed ſint liberi ab omni exactione illorum, in quorum terris vel villis morantur; ſi vero eorum poſſeſſio per malitiam hæreticorum, & aliorum malorum principum in hac parte interrupta fuerit, & hac de cauſa dubitatio exorta fuerit, ſine omni dilatione veritas inquiratur, aut probatio admittatur ſine diffugio: & ſi violentia interveniſſe vere fuerit inventa, ex tunc ab omni exactione & tallia abſtineant domini caſtrorum, aut villarum, in quibus habitant.

VII.

Item, parochiani cogantur venire ad eccleſiam dominicis & feſtivis diebus, in quibus ceſſatur ab operibus, & ibidem miſſam & prædicationem ex integro audire: ita quod ſi in his diebus feſtivis, dominus, vel domina cujuslibet domus ad eccleſiam non venerint, & in villa præſentes fuerint nulla præpediti infirmitate, aut alia cauſa rationabili, perſolvent ſex denarios Turonenſis monetæ, quorum medietas erit domini villæ, & alia medietas per medium ſacerdotis & eccleſiæ.

VIII.

Item, in omnibus villis in quibus non ſunt eccleſiæ, & extant domus hæreticorum, detur domus una quæ aptior erit ad faciendam eccleſiam, & alia detur ſacerdoti ad habitandum. Si vero eccleſia ibi fuerit, & ſacerdos domum non haboerit, detur domus una in perpetuum presbytero, quæ vicinior erit eccleſiæ.

IX.

Item, quicumque de cetero dimittet in terram ſuam hæreticum morari, ſive per pecuniam, ſive propter quamcumque aliam cauſam, & fuerit inde confeſſus & convictus, ob hanc ſolam cauſam amittet in perpetuum omnem terram ſuam, & corpus ſuum erit in manu domini ad redimendum pro voluntate ſua.

X.

Item, cuilibet, ſive militi, ſive ruſtico, licitum erit delegare in eleemoſinam de hereditate propria uſque ad quintam partem, ad conſuetudinem & uſum Franciæ circa Pariſius, ſalvis tamen baroniis & fortiis, & jure alieno, & ſalvo integro ſervitio ſuperioris domini, quod debet habere dominus in reliqua terra, quæ remanet pro hereditate heredibus.

XI.

Item, in juſtitiis exhibendis, aut judiciis exercendis nulla exactio fiat a partibus ſub prætextu alicujus conſuetudinis, aut occaſione advocatorum aut aſſeſſorum, ſed gratis omnino exhibeatur juſtitia hujuſmodi, & pauperi non habenti advocatus detur ad omnia.

XII.

Item, nullus credens hæreticus, licet ſit reconciliatus, fiat præpoſitus, aut bajulus, aut aſſeſſor, in judicio teſtis, aut advocatus. Et idem prorſus ſit de Judæo, excepto hoc quod Judæus poterit contra Judæum teſtimonium ferre.

XIII.

Nullus hæreticus veſtitus & reconciliatus habeat licentiam remeandi in villam, in qua converſabatur in illa perverſa parte, ſed extra villam illam poterit converſari, ubi comes permiſerit.

XIV.

Item, clerici, & quilibet viri religioſi, & peregrini, & milites liberi & immunes ab omni exactione pedagii, tranſeant per totam terram noſtram, niſi eſſent mercatores.

XV.

Item, barones Franciæ, & milites, tenentur ſervire comiti, quando, & ubicumque habebit guerram contra perſonam quamlibet, ratione hujus terræ acquiſitæ, vel acquirendæ in hac terra, & hoc cum numero militum ad opus quorum comes dedit terram ſuam & reditus: ita tamen quod ſi reditus ex integro ſecundum promiſſum fuerint aſſignati ſufficienter, tunc cum promiſſo numero militum tenebuntur ſervire baro, aut miles ſic aſſignatus, quamdiu habebit guerram dominus comes pro hac terra acquirenda, vel acquiſita, ſicut eſt dictum. Ille autem miles, cui non eſſet plenarie facta aſſignatio, ſecundum pactionem, non teneretur ſervire cum integro numero militum ad ſerviendum. Verum ſi comes * in neceſſitate ſua, aut terræ ſuæ; ſed pro voluntate vellet juvare aliquem, aut aliquos in guerra, ſive vicinos, ſive remotos, milites ſui prædicti non tenentur eum ſequi in hoc, aut eidem ſervire per ſe, vel per alios, niſi hoc fecerint pro amore & beneplacito ſuo.

* ſ. non neceſſitate

XVI.

Item, milites Francigenæ qui debent ſervitium domino comiti, tenentur ei ſervire cum millibus Francigenis, nec poſſunt in loco militum Francigenarum ponere milites iſtius terræ in ſervitio ſuo uſque ad viginti annos: ſed ex tunc cum talibus militibus idoneis, quos in terra invenire poterit, quilibet ſerviet ei.

XVII.

Item, milites licentiati a comite, in Francia non debent morari ſine cauſa rationabili amplius, niſi uſque ad terminum ſibi præfixum a comite: & tamen comes tenetur eos expectare poſt terminum elapſum, ſalvo ſervitio ſuo uſque quatuor menſes; ſed ex tunc ſine omni reclamatione poterit terram eorum in manu ſua recipere communi, & inde facere libere voluntates ſuas; niſi poterint oſtendere comiti plenarie ſufficientem cauſam, aut inevitabilem, quare citius non potuerint venire.

XVIII.

ANNO CHRISTI 1212.

XVIII.

Item, omnes barones, milites & alii domini in terra comitis tenentur reddere caſtra & fortias comiti, ſine dilatione & conditione aliqua, irato & pacato ad voluntatem ſuam; ſcilicet quotieſcumque voluerit illas fortias & caſtra quæ tenent ab eo, & ipſe comes tamquam bonus dominus in illo ſtatu & valore, in quo receperit, tenetur reddere eiſdem ſine diminutione & damno, peractis negotiis ſuis.

XIX.

Item, ad bellum campale, ſive nominatum, vel ad ſuccurrendum comiti, ſi fuerit obſeſſus, vel arcebatur, tenentur omnes ire communiter, barones, milites, majores, minores qui fuerint citati. Quod ſi baro, miles, vel alius dominus terræ in hac ſumma neceſſitate comprobatus fuerit non veniſſe ad commune, auxilium daturus, niſi ſufficienti cauſa poſſet excuſari, terra quam tenet a comite, erit in manu & voluntate comitis. Alii autem minores, ſcilicet burgenſes, rurales, & agricolæ tenentur ire in ſupradictis articulis, ſi citati rationabiliter fuerint, de qualibet domo duo meliores, ſi ibi fuerint: ſi autem in domo non fuerit niſi unus, ille idem tenebitur ire. Qui autem non ierit, & ſuper hoc comprobatus fuerit, niſi ſufficienti cauſa poſſit excuſari, bona mobilia erunt in manu & voluntate comitis & domini, ſub quo manebit per medium.

XX.

Item, barones, milites, & alii domini terrarum, qui debent ſervitium comiti, ſi citati ad quindenam non venerint ad locum præfixum a comite ad exercitum ita quod infra quindenam iter arripuerit, ſexta pars redituum ſingulorum unius anni; ſcilicet terræ illius quam tenent a comite, erunt pro emenda in manu & voluntate comitis, niſi cauſa ſufficienti poterit excuſari. Si vero venerit, ſed non cum debito numero militum, pro quolibet milite qui deerit, dabit duplicia ſtipendia, quamdiu ibidem ſine debito numero militum fuerint. Hæc eadem pœna erit baronibus & militibus indigenis, ſi comiti debitum ſervitium non reddiderint.

XXI.

Item, nullus in terra comitis, quæ ſubeſt ditioni ac poteſtati ſuæ, attentet firmare de novo, aut reædificare caſtrum vel fortiam quæ diruta ſunt ſine aſſenſu comitis.

XXII.

Item, milites indigenæ qui fuerint catholici, & huc uſque in fide catholica perſeveraverint, tenentur præſtare ſervitium dominis ſuis, ſive comiti, ſive aliis, quod debebant, antequam cruce ſignati veniſſent dominis propriis indigenis. Illi autem, qui fuerint credentes hæreticorum, tenebuntur ſervire comiti & baronibus ad arbitrium ipſorum.

XXIII.

Item, nulli judicentur credentes fuiſſe hæreti-
A corum, aut fuiſſe hæretici, niſi teſtimonio epiſcoporum & ſacerdotum.

XXIV.

Item, nullus baro, aut miles, aut quilibet alius dominus, cui comes dederit terram in partibus iſtis, poterit exigere ultra menſuram talliæ ſtatutam & confirmatam litteris eorumdem dominorum & comitis, ſive nomine talliæ, ſive quæſtus, ſive nomine bonitatis, vel cujuſcumque alterius cauſæ, ſalvis tamen cenſu & aliis reditibus vinearum, domorum, & aliarum rerum & juſtitiis. Hæc enim tallia pro omni alia tallia, ſive quæſtu, ſive demanda eſt inſtituta & com-
B menſurata, ultra quam non liceat aliquid exigi, aut extorqueri amplius ab aliquo. Quod ſi quiſquam ultra exigere comprobatus fuerit, & clamor fuerit comiti, tenebitur ad villam & dominum villæ, in qua hoc factum fuerit, mittere, & per eumdem compellitur dominus conſtituere & authenticare quod ultra chartam ſuam exegerit, & cogitur chartam ſuam ſervare.

XXV.

Item, licitum erit omnibus, hominibus qui poſſunt talliari tranſire a dominio unius ac dominium alterius pro voluntate ſua: ita tamen quod illi, qui dicuntur liberi, cum omnibus mo-
C bilibus ſuis poterunt tranſire ſine aliqua contradictione ad dominium alterius, relicta hereditate & hoſtiſia priori domino ſuo, cum omnibus iis quæ tenent ab aliis. Alii vero qui dicuntur homines proprii ſervi, poterunt ſimiliter tranſire libere ad dominium alterius, non ſolum relicta hereditate & hoſtiſia, ſed mobilibus priori domino ſuo: ita quod prior dominus, occaſione mobilium aut quæſtæ, vel alterius rei, poſtquam relicto dominio remanſerunt ſub dominio alterius, nihil amplius poterit exigere ab eo ubicumque fuerit: ita tamen quod non poterunt tranſire in dominio clericorum, aut eccleſiarum, quouſque in hoc conſenſerint, & ſuper hoc litteras ſuas dederint comiti, aut baroni.

D

XXVI.

Item, nullus homo mittatur in carcerem, aut retineatur captus, quamdiu poterit ſufficienter plegios dare quod ſtabit juri.

XXVII.

Item, nullus dominus recipiat plegios, aut cautionem ab hominibus ſuis, ne cum voluerint, recedere poſſint a dominio ſub ſua forma ſcripta.

XXVIII.

E

Item, ſecundum conſuetudinem antiquam terrarum & villarum, recipient ab hominibus ſuis jornalia in operibus ſuis, & ſecundum conſuetudinem antiquam dent eis ad comedendum.

XXIX.

Item, ſi homines principum & dominorum indigenarum, in hac terra ſuper talliis & exactionibus nimis aggravati fuerint & conqueſti comiti, comes debebit convenire dominos & milites, ut ſuper talliis & exactionibus menſuram ſer-

ANNO CHRISTI 1212.

ſervent competentem & rationabilem; & ſi neceſſe fuerit, poterit eos compellere ad hoc conſervandum, ne eorum ſubditi nimis aggraventur, propter nimiam malitiam dominorum ſuorum.

## XXX.

Item, in nemoribus, aquis, & paſcuis habeant uſuarium ſuum homines villarum, ſicut habuerunt a triginta annis uſque huc, & ſi contentio inde orta fuerit inter populum & dominum, qui in poſſeſſione eſt, remaneat in eadem, donec inquiſita fuerit veritas per juramenta antiquorum, qui ſunt in eadem terra, vel alio modo.

## XXXI.

Item, nullus capiatur pro debito domini ſui, niſi plegius fuerit, aut debitor.

## XXXII.

Item, nullus baro, ſeu miles, ſeu burgenſis, ſeu ruralis audeat pignorare, vel capere res alterius per violentiam; nec ille cui injuria facta fuerit, audeat ſe vindicare ſine licentia ſuperioris; ſed referat clamorem ad ſuperiorem. Si autem contra hoc feciſſe convictus fuerit, aut confeſſus fuerit; ille quid prius receperit, alterius dabit pro emenda domino ſuperiori; ſi baro fuerit, viginti libras; ſi miles, decem; ſi burgenſis, centum ſolidos; ſi ruralis, viginti ſolidos; & inſuper ad mandatum domini reddet totum quod ceperit injuriam paſſo, & pro damno, ſi quod habuerit, plenarie ſatisfaciet ei. Qui autem ſe vindicaverit, eodem modo prorſus emendavit ſuperiori; & inſuper illi de quo ſe vindicavit, faciet emendam quadraginta ſolidorum, facta reſtitutione ablatorum & damni: hoc tamen excepto, quod cuilibet licet incontinenti vim vi repellere.

## XXXIII.

Item, nulli barones, milites, burgenſes, ſeu rurales audeant aliquo modo ſe colligare, mediante fide, ſeu ſacramento, aut conjurationem aliquam facere, etiam ſub prætextu confratriæ, aut alterius boni, niſi de voluntate & aſſenſu domini. Quod ſi aliqui fuerint comprobati conjuraſſe contra dominum, erunt tam ipſi, quam res eorum, in manu & voluntate domini. Si vero conjurati fuerint, licet non contra dominum, tamen in aliorum damnum: ſi inde fuerint convicti, aut confeſſi, dabunt ſinguli decem libras, ſi fuerint barones; ſi ſimplices milites, centum ſolidos; ſi burgenſes, ſexaginta ſolidos; ſi rurales, viginti ſolidos. Excipiuntur autem ab hujuſmodi pœna negotiatores: aut peregrini, qui jurant pro ſocietate ſibi ſervanda.

## XXXIV.

Item, quicumque in terra comitis poterit capere hoſtes fidei & ſuos, & non ceperit, & poterit inde comprobari, aut convinci, terra ſua erit incurſa, & corpus ſuum in manu & miſericordia comitis. Hoc ipſum fiet de illo, qui cum viderit tales, & noluerit proclamare & ſequi eos ſecundum mores terræ bona fide

## XXXIV.

Item, quicumque conducet de cetero victualia, aut res alias quaslibet, aut quoſcumque homines, ſine licentia comitis Tholoſani, vel ad quoslibet alios hoſtes Chriſti, & ſuper hoc convicti fuerint, aut confeſſi, perdent hereditatem in perpetuum cum aliis bonis ſuis, ob hanc ſolam cauſam. Si autem ſerviens aliquis, aut bajulus, ſine licentia domini ſui fecerit hoc ipſum, amittet omnia bona ſua, & corpus ſuum erit in manu & miſericordia comitis. Omnes autem res captæ & homines in hujuſmodi conductum illius erunt ſine diminutione, aut reclamatione, qui capient eos.

## XXXVI.

Item, quod tutela & cura orphanorum in manu illius, qui propinquior invenitur, uſque ad ſexdecim annos; & ſi nullus propinquitatis inveniatur, erunt in manu domini de quo movet feudum uſque ad eumdem terminum, comes, vel alius dominus poterit dare pro recompenſatione alicujus aſſignationis promiſſæ. In decimo ſexto autem anno reddetur terra ex integro orphanis hujuſmodi, & tunc tenebuntur perſolvere ſervitium domino ſuo. Et illud capitulum pertinet ad eos tantum, quibus dominus comes dedit terram in partibus iſtis.

## XXXVII.

Item, piſtores, ſecundum modum & menſuram, ſive pondus a domino ſuo datum eis, panem faciant & vendant. Et ſi hoc non ſervaverint, quotieſcumque contra hoc fecerint, panem totum amittant, & idem fiat de tabernariis.

## XXXVIII.

Item, meretrices publicæ ponantur extra muros in omnibus villis.

## XXXIX.

Item, pedagia quæ a principibus & aliis dominis ſunt inſtituta a triginta-quatuor annis & circa, tollantur abſque dilatione aliqua

## XL.

Item, cenſus reddantur dominis ſtatutis terminis in domibus ſuis, quotieſcumque tranſierint ſtatutum terminum, pro ſingulis terminis tranſactis perſolvent dominis pro emenda quinque ſolidos. Quod ſi tres annos permiſerit tranſire abſque ſolutione cenſus, dominus poterit dare abſque ulla reclamatione terram ejus alteri, vel vendere; ſi in manu ſua eam retinuerit, tenebitur reddere, ſi pro ſingulis terminis tranſactis perſolvatur, ſicut dictum eſt, quinque ſolidis pœna.

## XLI

Item, poſſeſſiones cenſuales non dentur, vel vendantur cum diminutione domini ſuperis.

## XLII.

Item, barones, milites, burgenſes, & rurales ſuccedant heredes in hereditatem ſuis ſecundum morem & uſum Franciæ circa Pariſius.

XLIII

ANNO CHRISTI 1212.

XLIII.

Item, maritagia mulierum revertantur ad heredes ipſorum, ut poſſint inde contendere * teſtamentum, ſi voluerint.

* l. condere

XLIV.

Item, nullæ viduæ, magnates, aut heredes, mulieres nobiles hadentes munitiones in caſtro audeant nubere infra decem annos, ſine licentia comitis pro voluntate ſua indigenis iſtius terræ, ſed Francigenis, quibus voluerint, poterunt nubere, non requiſita licentia comitis, vel alterius; ſed termino elapſo, poterunt nubere communiter

XLV.

Item, omnes uxores proditorum & hoſtium comitis, licet catholicæ fuerint, eo vivente, terram exibunt comitis, ne aliqua ſuſpicio habeatur de eis, & habebunt terras & reditus maritagii ſui, præſtito tamen ſacramento, quod nullam inde faciant portionem maritis ſuis, quamdiu permanſerint in guerra contra chriſtianitatem & comitem.

XLVI

Item, quælibet domus inhabitata terræ comitis acquiſitæ perſolvat tres denarios Melgorienſes annuatim domino papæ & ſanctæ eccleſiæ Romanæ, in ſignum & in perpetuam memoriam, quod per ipſius auxilium contra hæreticos acquiſita fuit comiti, & ejus ſucceſſoribus conceſſa in perpetuum. Terminus autem erit ejuſmodi colligendi ab initio quadrageſimæ uſque ad Paſcha.

XLVII.

Item, nullus baro, ſive miles, vel quilibet alius dominus in terra noſtra recipiat in curia ſua duellum pro aliqua cauſa, niſi pro proditione, vel latrocinio, vel pro rapina, vel pro perjurio.

XLVIII.

Item, nullus baro, aut miles, vel dominus, faciat tallias in terra ſua, donec menſura poſita fuerit in talliis, ſecundum quod conſtitutum eſt in colloquio domini comitis & baronum apud Apamiam.

XLIX.

Item, nullus baro, ſive miles, ſive ſerviens, intrabit modo caſtrum quod ſuum erat tempore hæreticorum, ſi comes eum, aut aliquis, cui omnes dederit. *

* Deeſt aliquid

L.

Hæ ſunt conſuetudines, quas dominus comes debet ſervare inter ſe & barones Franciæ, & alios, quibus dedit terram, tam inter barones & milites, quam inter burgenſes, & rurales in partibus iſtis. Succedant heredes & hereditatibus ſuis, ſecundum morem & uſum Franciæ circa Pariſius.

LI.

Item, in placitis, judiciis, dotibus, feudis, portionibus terrarum, comes tenetur ſervare baronibus ſuis de Francia, & aliis in quibus dederit terram in partibus iſtis eumdem uſum & eamdem conſuetudinem, quæ ſervatur in Francia circa Pariſius.

Actum apud Pamiam in palatio noſtro, anno Incarnationis Domini MCCXII. prima die Decembris.

ANNO CHRISTI 1213.

# CONCILIUM VAURENSE,

## IN CAUSA PETRI ARRAGONUM REGIS

### Comitem Toloſanum protegentis, celebratum anno Domini MCCXIII.

G. C. Bzovii verbis res in hoc concilio geſtas Binius enarraverat: ego Petri Valliſſarnenſis, e quo Bzovius totum hauſerat, verba profero litteraſque & inſtrumenta ipſa, tum ex Petro eodem, tum aliunde conquiſita.

Cap. 66.

Circa feſtum dominicæ apparitionis (*ait Petrus Valliſarnenſis*) rex Arragonum Petrus, qui negotio fidei plurimum invidebat, venit Toloſam: & fecit ibi milites, excommunicatis & hæreticis communicando. Mandavitque rex archiepiſcopo Narbonenſi apoſtolicæ ſedis legato, & comiti noſtro, quod volebat habere colloquium cum eis, & de pace & de compoſitione inter comitem noſtrum & hoſtes fidei tentare. Igitur aſſignata fuit communi aſſenſu dies & locus inter Toloſam & Vaurum, ubi colloquium celebrari deberet. Cum igitur veniſſemus ad locum concilii, rex cœpit rogare archiepiſcopum Narbonenſem & epiſcopos, de reſtituendis terris comitibus Toloſano, Convenarum, & Fuxenſi, & Gaſtoni de Bearno. Archiepiſcopus autem Narbonenſis reſpondit regi, ut omnes petitiones ſuas redigeret in ſcriptum, & ſcriptas & ſigillatas mitteret epiſcopis apud Vaurum. Rex vero Arragonenſis, poſtquam applauſum magnum fecerat comiti noſtro, & fratri & filiis ejus, rogavit ipſum comitem, ut octo diebus deſiſteret a male faciendo inimicis ſuis. Cui nobiliſſimus & urbaniſſimus reſpondit: Non deſiſtam, inquit, a male faciendo, ſed ob reverentiam veſtram ceſſabo his octo diebus a bene faciendo. Similiter autem & rex promiſit ex parte hoſtium noſtrorum, quod ipſo tempore colloquii non facerent noſtris malum. Sed ipſi infideliſſimi, cum ſcirent noſtros conveniſſe ad colloquium, licet nos per regem feciſſent ſecuros, diſcurrere cœperunt per terram noſtram verſus Carcaſſonam, & multa mala

mala facientes, plurimos etiam occiderunt. Die tertio poſtquam receſſit rex a loco colloquii, & intravit Toloſam, ſcripſit petitiones ſuas ad archiepiſcopos & epiſcopos noſtros, in hæc verba:

*Petitiones regis Arragonenſium ad prælatos in concilio apud Vaurum congregatos.*

„ Quoniam ſacroſancta mater eccleſia non ſolum verba, ſed verbera quoque docetur habere, devotus eccleſiæ filius P. Deo miſerante rex Arragonenſis, pro comite Toloſano, ad ſinum ejuſdem matris eccleſiæ cupiens redire, a ſanctitate veſtra petit humiliter, & rogat inſtanter, quatenus faciendo ſatisfactionem perſonalem pro exceſſibus quibuſcumque, prout ipſi eccleſiæ viſum fuerit expedire, ac pro damnis & injuriis illatis diverſis eccleſiis & prælatis, ſatisfaciendo id quod clementia matris eccleſiæ ipſi comiti duxerit injungendum, reſtituatur clementer & miſericorditer ad poſſeſſiones ſuas, & alia quæ amiſit. Quod ſi forte in perſona comitis nollet eccleſia ipſius regis petitionem audire: petit & rogat hoc idem pro filio, ita tamen quod puer nihilominus ſatisfaciat perſonaliter pro exceſſibus, vel in frontaria Sarracenorum, cum militibus eundo in ſubſidium Chriſtianorum, vel in partibus transmarinis, ſecundum quod eccleſia melius arbitrabitur expedire: & infans in terra ſua, in tam diligenti cuſtodia, & tam fideli cura, ad honorem Dei & S. R. E. habeatur, uſque quo de bonitate ſua ſigna compareant manifeſta.

„ Et quoniam comes Convenarum, nec fuit unquam hæreticus, nec eorum ſuſceptor, ſed potius impugnator, & ideo terram dicitur amiſiſſe, quod aſtiterit conſobrino & domino ſuo, comiti Toloſano: petit idem rex & rogat pro eo, ſicut pro vaſſallo ſuo, ut reſtituatur ad terram ſuam, ſatisfaciendo quoque ad arbitrium eccleſiæ, ſi eum apparuerit in aliquo deliquiſſe.

„ Item, comes Fuxenſis, cum nec ſit, nec fuerit hæreticus, pro eo memoratus rex petit, & rogat ſicut pro conſanguineo ſuo cariſſimo, cui ſine verecundia in jure ſic deeſſe non poteſt, quatenus pro reverentia ipſius & gratia reſtituatur ad ſua, ſatisfaciendo nihilominus eccleſiæ in his & pro his, quibus clementiæ matris eccleſiæ eum apparuerit deliquiſſe.

„ Item, pro Gaſtone de Bearno vaſſallo ſuo petit ſæpe dictus rex & rogat affectuoſe, quatenus reſtituatur ad ſuam terram, & fidelitates vaſſallorum ſuorum: maxime cum paratus ſit parere, & ad arbitrium eccleſiæ ſatisfacere coram judicibus non ſuſpectis, ſi nobis cauſam ipſius audire & expedire non licet.

„ In omnibus tamen præmiſſis, duxit memoratus rex, miſericordiam potius quam judicium invocandum, mittens ad clementiam veſtram clericos & barones ſuos ſuper præmiſſis, ratum habiturus, quicquid a vobis cum eis fuerit ordinatum. Supplicans ut talem dignemini habere circumſpectionem & diligentiam in hoc facto, ut in negotio Chriſtianitatis in partibus Hiſpaniæ, ad honorem Dei, & ſanctæ matris eccleſiæ dilatationem, prædictorum baronum & comitis Montisfortis ſubſidium poſſit habere. Datum Toloſæ XVII. Kal. Februarii.

Reſponſio Concilii.

*ILLUSTRI ET DILECTO IN CHRISTO P. Dei gratia regi Arragonum, comiti Barchilonenſium, concilium apud Vaurum ſalutem & ſinceram in domino dilectionem.*

„ Petitiones & preces vidimus, quas pro Toloſano & ejus filio, & Fuxenſi, & Convenarum comitibus, & nobili viro Gaſtone de Bearno, veſtra regalis ſerenitas deſtinavit: in quibus etiam litteris, inter cetera eccleſiæ filium dicitis vos devotum. Super quo, Domino Jeſu Chriſto, ac regali veſtræ celſitudini, gratiarum referimus actiones: & in cunctis, quibus ſecundum Deum poſſemus, propter illam mutuam dilectionem, qua vos ſancta Romana mater eccleſia, ſicut intelligimus, amplectitur, & vos ipſam, necnon & ob reverentiam excellentiæ veſtræ regalis, admitteremus affectuoſius preces veſtras. Super eo quod pro comite Toloſæ petitis & rogatis: hoc duximus ſerenitati regiæ reſpondendum: quod tam cauſa comitis, quam filii, quæ pendet ex facto patris, authoritate ſuperioris eſt a nobis exempta, cum idem comes Toloſæ, Regienſi epiſcopo & magiſtro Theodiſio, a domno papa, negotium ſuum fecerit ſub certa forma committi. Unde ſicut credimus, memoriter retinetis, quot & quantas gratias dicto comiti poſt multos exceſſus ipſius, dominus papa fecit: nec non & quam gratiam, ad interceſſionem veſtram & preces, venerabilis Narbonenſis archiepiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus, tunc abbas Ciſtercii, apud Narbonam & Montempeſſulanum eidem comiti faciebat, biennio, ſi bene meminimus, jam tranſacto. Volebat ſiquidem idem legatus, omnes dominicaturas & proprietates, eidem comiti remanere integras & illæſas: & ut illa jura quæ habebat in caſtris aliorum hæreticorum, quæ de feodo ejus erant, ſine alberga, ſine quiſta, ſine cavalgata, eidem integra remanerent. De illis præterea caſtris, quæ erant aliorum hæreticorum, quæ de feodo ejus non erant, quæ idem comes dicebat eſſe quinquaginta, volebat præfatus legatus, ut quartalis & tertia pars eorum caderet in proprietatem comitis ſupradicti. Spreta vero comes illa magna gratia domni papæ, ac prædicti legati, & eccleſiæ Dei, veniens directe contra omnia juramenta, quæ olim præſtiterat in manibus legatorum, & addens iniquitatem iniquitati, crimina criminibus, mala malis, eccleſiam Dei & chriſtianitatem, fidem & pacem, cum hæreticis & ruptariis impugnavit & damnificavit, adeo ut omni gratia & beneficio reddiderit ſe indignum.

„ Quod autem pro comite petitis Convenarum, taliter ſuper hoc duximus reſpondendum. Pro certo intelleximus, quod cum poſt exceſſus ſuos multiplices, & juramenti tranſgreſſionem, fœdus cum hæreticis & eorum fautoribus contraxiſſet, & ipſam eccleſiam, licet nunquam in aliquo læſus eſſet, cum eiſdem peſtilentibus impugnaſſet, licet poſtmodum diligenter fuerit admonitus ut ceſſaret a cœptis, & rediens ad cor, tandem reconciliaretur eccleſiaſticæ unitati: nihilominus idem comes in ſua nequitia extitit excommunicationis & anathematis vinculo alligatus: de quo etiam, ut dicitur, comes Toloſæ aſſere-

„ ſerere conſuevit, quod ipſe comes Convenarum, cum ad guerram impulit & induxit. Unde idem comes, author per hoc guerræ & malorum, quæ eccleſiæ multipliciter pervenerunt, extitit. Verumtamen ſi talem ſe exhibuerit, ut abſolutionis beneficium mereatur, poſtmodum cum fuerit abſolutus, & habuerit poteſtatem ſtandi judicio, ſi de aliquo quereletur, eccleſia ei juſtitiam non negabit.

„ Petit præterea regia celſitudo, pro comite Fuxenſi. Ad quod taliter reſpondemus: quod conſtat de ipſo, quod hæreticorum extitit a longo tempore receptator, prætertim cum non ſit dubium, quin credentes hæreticorum, hæretici ſint dicendi: qui etiam poſt multiplices exceſſus ſuos, poſt præſtita juramenta, poſt obligationes tam perſonarum quam rerum, poſt injectionem manuum in clericos, & detruſionem eorum in carcerem, pro quibus cauſis & multis aliis, anathematis mucrone percuſſus: poſt illam etiam gratiam, quam idem legatus ad interceſſionem veſtram, olim ipſi comiti faciebat, cruentam cædem exercuit in ſignatos, tam laicos, quam clericos, qui in paupertate & ſimplicitate ſua, contra Vauri hæreticos in Dei ſervitium ambulabant. Qualis autem & quanta erat illa gratia, bene recolit, ſicut credimus, regia celſitudo: ad cujus preces cum eodem comite compoſitionem faciebat dictus legatus. Sed quod non fuit facta illa compoſitio, per ipſum comitem ſtetit. Extant enim litteræ ad dominum comitem Montisfortis regali ſigillo munitæ, talem clauſulam continentes. Dicimus etiam vobis, quod ſi comes Fuxenſis noluerit ſtare placito illi, & vos poſtea non audieritis preces noſtras pro eo, non erimus inde vobis dipacati: verumtamen ſi dederit operam, ut abſolutionis beneficium conſequatur, & poſtmodum, cum abſolutionis fuerit gratiam conſequutus, de aliquo querelетur, juſtitiam ei eccleſia non negabit.

„ Poſtulatis inſuper & rogatis, pro Gaſtone de Bearno, ut reſtitueretur ad terram ſuam, & ad fidelitates vaſſallorum ſuorum: ſuper quo vobis taliter reſpondemus. Ut alia multa, immo potius infinita, quæ in ipſum Gaſtonem dicuntur, ad præſens ſilentio tranſeamus: confœderatus tamen hæreticis & receptatoribus ſeu defenſoribus eorum contra eccleſiam & ſignatos, eſt eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum manifeſtiſſimus perſecutor. Venit in auxilium Toloſanorum ad obſidionem Caſtri Novi: interfectorem Fr. P. de Caſtro Novo apoſtolicæ ſedis legati habet ſecum: ruptarios diu tenuit atque tenet: in anno præterito, ruptarios in cathedralem eccleſiam Oleronis induxit, ubi amputato fune de quo pendebat pixis continens corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti, in terram decidit: & quod nefas eſt dicere, ipſum corpus Dominicum eſt per terram expanſum. Tranſgreſſus juramenta, manus in clericos violentas injecit.

„ Pro quibus & aliis cauſis pluribus, quas ad præſens tacemus, idem Gaſto, excommunicationis & anathematis eſt nexibus innodatus. Verumtamen ſi ſatisfecerit eccleſiæ, prout debet, & abſolutionis beneficium conſequatur, & conqueſtus fuerit de aliquo: audietur de jure ſuo. Aliter ſiquidem, pro prædictis ſic excommunicatis, clariſſime princeps, veſtram regiam majeſtatem intercedere non deceret, nec nos pro talibus & in talibus audemus aliter reſpondere. Ad hæc, ſerenitatem veſtram regalem monemus & hortamur in Domino, quatenus ad memoriam revocare dignemini [illegible] orem quem vobis fecit ſedes apoſtolica, & illum, quem in præſentiarum illuſtr. regi Siciliæ ſororio veſtro facit, quid etiam [illegible] no papæ in veſtra promiſiſtis unctione, & quid vobis ſedes apoſtolica dederit in mandatis. Oramus ut Deus ad honorem ſuum, & S. R. E. per multa tempora vos conſervet. Quod ſi per hanc noſtram reſponſionem, veſtræ regiæ majeſtati non fuerit ſatisfactum: nos ob reverentiam veſtram & gratiam, domno papæ curabimus intimare. Datum Vauri XV. Kal. Februarii.

Audiens rex Arragonum reſponſiones prælatorum noſtrorum, videnſque petitiones quas fecerat, penitus refutatas, affectumque ſuum non poſſe perduci ad effectum, alium circumventionis modum invenit. Miſit itaque nuncios ad prælatos, mandans & rogans, quatenus inducerent comitem Montisfortis ad hoc, ut comiti Toloſano, ceteriſque fidei Chriſtianæ inimicis, treugas daret uſque ad futurum proximum Pentecoſten, vel ſaltem uſque in Paſcha. Quod audientes prælati noſtri, animadvertenteſque quod rex ob nihil aliud peteret hoc, niſi ut hoc audiretur in Francia, ſicque devotio tepeſceret ſignatorum: petitionem iſtam, ſicut primas fecerant, refutarunt. Quia vero longum eſſet enarrare omnia per ordinem, quæ rex ille mandavit, & noſtri ei reſpondenda duxerunt: iſtud breviter dicamus, quod hæc fuit tota intentio dicti regis, laborare videlicet, ut comes Toloſæ, & alii religionis Chriſtianæ inimici ſui, reſtituerentur ad terras ſuas, vel ſaltem ipſis treugæ darentur a noſtris, ob intentionem ſuperius memoratam. Noſtri vero viri providi & conſtantes, nec terras reddere, nec treugas concedere voluerunt.

Videns rex quod nihil proficere potuiſſet, in grave diſpendium famæ ſuæ pariter & honoris: appoſuit quod excommunicatos & terras eorum quas adhuc tenebant, in ſua protectione reciperet. Et ut ſuam nequitiam aliquantulum palliaret, ſedem apoſtolicam appellavit: prælati autem noſtri, huic appellationi, quia multiplicibus ex cauſis frivola erat & invalida, minime detulerunt: ſed archiepiſcopus Narbonenſis apoſtolicæ ſedis legatus miſit litteras in hunc modum.

*ILLUSTRISSIMO DOMINO PETRO Dei gratia regi Arragonenſi, frater A. divina miſeratione Narbonenſis archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, ſalutem in caritate animi, & viſceribus Jeſu Chriſti,*

„ INtelleximus non ſine turbatione multa, ac amaritudine animi, quod civitatem Toloſæ, ac caſtrum Montis Albani, & terras propter crimen hæreſeos ac alia multa ac nefanda facinora, traditas ſathanæ, ac ab omni communione matris eccleſiæ ſeparatas, & cruce-ſignatis authoritate Dei, cujus nomen in his graviter blaſphematur, expoſitas, diſponitis in protectione & cuſtodia veſtra recipere, ac eas contra Chriſti exercitum defenſare. Cum igitur hæc, ſi vera ſint, (quod Deus avertat) non ſolum in ſalutis veſtræ diſpendium, ſed in honoris regii, ac opinionis veſtræ & famæ poſſint cedere detrimentum: nos qui ſalutem veſtram, & gloriam & honorem zelamus, totis viſceribus caritatis, celſitudinem

ANNO CHRISTI 1211.

„ nem regiam rogamus, conſulimus, monemus, A „ & hortamur in Domino, & in potentia virtutis hujus, & parte redemptoris noſtri Jeſu „ Chriſti, ac ſanctiſſimi ejus vicarii domini noſtri ſummi pont. authoritate legationis qua „ fungimur, inhibemus, & modis quibus poſſumus obteſtamur, ne per vos, vel per alios, „ terras recipiatis, vel defendatis prædictas. „ Optamus autem, quatenus tam vobis quam & „ ipſis, taliter dignemini providere, ne communicando excommunicatis & maledictis hæreticis & fautoribus eorumdem, labem excommunicationis incurrere vos contingat. Unum autem non volumus ſerenitatem veſtram latere, „ quod ſi quos de veſtris, in defenſionem prædictæ terræ duxeritis relinquendos: cum omnes B „ excommunicati ſint ipſo jure, vos denunciari „ excommunicatos, tanquam defenſores hæreticorum, publice faciemus.

„ Rex Arragonenſis in nullo reſipiſcens, ſed „ quæ male propoſuerat, pejus adimplens, hæreticos omnes & excommunicatos, comites „ Toloſanum videlicet, Convenarum, & Fuxenſem, Gaſtonem de Bearno, omneſque milites „ Toloſanos, & Carcaſſonenſes, qui pro hæreſi „ exhæredati Toloſam confugerant, cives etiam „ Toloſanos in ſua protectione ſuſcepit, & ab „ ipſis juramentum recepit. Civitatem etiam Toloſanam quæ eſt proprie de dominio regis Franciæ, & totum illud terræ, quod illi adhuc tenebant, in ſua cuſtodia recipere præſumpſit. C *Et infra:* Videntes igitur noſtri, quod rex detineret eos nunciis, litteris, & etiam appellationibus ſuperfluis, & nihilominus tempore colloquii & treugarum, noſtros ab excommunicatis, quorum cauſam fovebat, permitteret apertiſſime & ſæpiſſime infeſtari: a Vauro receſſerunt. Verumtamen antequam recederent, ſcripſerunt D. papæ de communi negotio eccleſiæ, & de præfato colloquio in hunc modum.

*Sanctiſſimo patri in Chriſto, ac beatiſſimo domino ſuo Innocentio Dei gratia ſummo pontifici, devoti & humiles ſervi ejus, archiepiſcopi, epiſcopi, & alii eccleſiarum prælati, apud Vaurum pro ſanctæ fidei negotio congregati, cum omni affectione longum vitæ ſpatium, & ſalutis.* D

„ Ad agendas paternitatis veſtræ ſolicitudini „ dignas grates, cum nec lingua, nec calamus „ nobis ſufficiant, retributorem omnium bonorum exoramus, ut noſtrum in hac parte ſuppleat defectum, & abunde vobis retribuat omne „ bonum, quod nobis, & noſtris, aliiſque partium noſtrarum eccleſiis tribuiſtis. Cum enim „ in partibus iſtis peſtis hæretica antiquitus ſeminata, noſtris partibus uſque adeo ſuccreviſſet, quod cultus divinus ibidem haberetur „ omnino in opprobrium & deriſum; & in clerum & bona eccleſiaſtica, hinc hæretici, inibi ruptarii graſſarentur, & tam princeps, „ quam populus, in reprobum ſenſum datus, a „ fidei rectitudine deviavit * ut per veſtros exer- E citus ſignatorum, quos ad emundandas ſpurcitias peſtis hujus, ſapientiſſime deſtinaſtis, & „ Chriſtianiſſimum eorum principem, comitem „ Montis-fortis, intrepidum omnino athletam „ & invictum Dominici prælii bellatorem, eccleſia quæ tam miſerabiliter ibi * corruperat, „ caput inibi cœperit revellare; & in parte maxima deſtructis adverſitatibus & erroribus univerſis, terra dudum a cultoribus horum dogmatum * conculta, demum Divino cultui aſſueſcat. Reſtant vero adhuc reliquiæ dictæ peſtis, Toloſa videlicet civitas, cum caſtris ali-

„ quot: ubi, tanquam ſordes in ſentinam cadentes, reſiduum pravitatis hæreticæ ſe collegit. Quorum princeps, comes ſcilicet Toloſæ, „ qui ab antiquis temporibus ſicut multoties jam „ audiſtis, hæreticorum & fautor extitit & defenſor, & pro viribus quæ ſibi remanſerunt, „ impugnat eccleſiam, & quoad poteſt, pro fidei „ hoſtibus, ejus cultoribus ſe opponit. Ex quo „ enim rediit a ſanctitatis veſtræ præſentia cum „ mandatis, in quibus ultra omnem meritorum „ exigentiam ſuorum, egeratis miſericorditer cum „ eodem: introivit, ſicut manifeſtiſſime videtur, angelus ſathanæ in cor ejus, & gratiæ „ veſtræ beneficiorum ingratus, de his quæ coram vobis promiſerat, nihil implevit: immo „ pedagia ſæpius abjurata vehementer adauxit, „ & ad omnes quos ſcivit noſtros & eccleſiæ „ adverſarios ſe convertit. Sane per Othonem „ Dei & eccleſiæ inimicum, opinatus contra „ ipſam eccleſiam vires aſſumere, ſub ipſius confidentia manifeſte, ſicut aſſeritur, minabatur „ quod eccleſiam de finibus ſuis, & clerum radicitus extirparet: hæreticos & ruptarios, quos „ multoties abjuraverat, ex tunc ferventius ſolito fovere ſtuduit & tenere. Cum enim catholicorum exercitus obſideret Vaurum, ubi „ ſedes erat ſathanæ, & quaſi hujus erroris hæretici provincia, ipſe in ſubſidium perverſorum, miſit milites & clientes, & in caſtro „ ſuo quod Caſſer appellatur, fuerunt inventi „ & combuſti a cruce-ſignatis pluſquam quinquaginta hæretici, præter credentium eorum „ multitudinem copioſam. Invocavit etiam contra Dei exercitum, Savaricum inimicum eccleſiæ, regis Angliæ ſeneſcallum, cum quo „ Chriſti pugilem prædictum comitem Montis-fortis, apud Caſtrum novum Arrii obſidere præſumpſit. Sed Chriſti dextera faciente, cito fuit „ ejus præſumptio in confuſionem converſa: ita „ quod pauci catholici infinitam Arrianorum, „ multitudinem effugarunt. Prædictorum autem „ Othonis & regis Angliæ confidentia defraudatus, ut qui baculo arundineo nitebatur: cogitavit iniquitatem abominabilem, & ad regem Marrochitarum nuncios deſtinavit, ſubſidium ejus, non ſolum in terræ noſtræ, ſed „ totius Chriſtianitatis exitium implorando, ſed „ conatum ipſius Divina pietas impedivit. Epiſcopum Agennenſem a ſede propria expellendo, bonis omnibus ſpoliavit, & abbatem de „ Moſaico cepit, & abbatem Montis Albani fere per unum annum tenuit, captivatum. Ruptarii quoque ipſius & complices, peregrinos „ clericos & laicos innumerabiles, variis tormentis affecerunt, & nonnullos detinent, ac diutius tenuere captivos. In his omnibus, non „ averſus eſt furor ejus, ſed adhuc manus ejus „ extenta: ita ut fiat quotidie ſemetipſo deterior, & omnia mala quæ poteſt per ſe ipſum, „ & filium; & complices ſuos Fuxenſem & Convenarum comites, & Gaſtonem de Bearno, „ viros ſceleratiſſimos & perverſos, contra Dei „ eccleſiam operetur. Cum autem ultione Divina, & cenſura eccleſiaſtica, memoratus athleta fidei, comes Chriſtianiſſimus, terras ipſorum, tanquam hoſtium Dei, & eccleſiæ, ſancto & juſto occupavit prœlio fere totas: ipſi „ adhuc in ſua perſiſtentes malitia, & humiliari ſub potenti Dei manu contemnentes, nuper ad regem Arragonum recurrerunt, per „ quem forte intendunt veſtram circumveniri „ clementiam, & eccleſiam ſuggillare. Adduxerunt enim eum Toloſam nobiſcum, qui de „ man-

ANNO CHRISTI 1211.

* *deeſt factum eſt, aut aliquid ſimile.*

* *Forte, corruerat. H.*

* *Forte, conculcata. H.*

ANNO CHRISTI 1213.

mandato legati & delegatorum noſtrorum apud Vaurum conveneramus, colloquium habiturum: qui, quæ aut qualia propoſuit, & quæ nos ei duxerimus reſpondenda, ex reſcriptis quæ vobis ſigillata mittimus, plenius cognoſcetis. Omnes igitur unanimiter & concorditer hæc præmiſſa ſanctitati veſtræ intimamus, liberantes animas noſtras, ne per defectum ſignificandi in negotio fidei, de contingentibus aliquid omittatur. Pro certo namque ſciatis, quod ſi terra quæ dictis tyrannis, cum tanta juſtitia, & multa chriſtianorum effuſione ſanguinis, eſt ablata, ipſis aut hæredibus eorum reſtituatur, non ſolum fieret noviſſimus error pejor priore, ſed exinde excidium clero & eccleſiæ inæſtimabile immineret. Ad hæc quoniam enormitates abominabiles, & alia ſcelera prædictorum, per ſingula præſenti paginæ non credimus annotanda: ne librum texere videremur, quædam in ore nunciorum poſuimus, quæ ſanctis auribus veſtris, poterunt viva voce referri.

Nuncii, qui detulerunt litteras iſtas ad D. papam, fuerunt hi: venerabilis Convenarum epiſcopus, abbas de Claraco, archidiaconus Pariſienſis Guillelmus, M. Theodiſius, & clericus quidam qui diu fuerat corrector litterarum in curia D. papæ, & dicebatur Petrus Marci: Priuſquam autem venirent ad curiam dicti viri providi & diſcreti, rex Arragonum per nuncios ſuos circumvenire intendebat ſimplicitatem apoſtolicam.

*Vere hoc a Valiſſarnenſi dictum eſſe probant hæ Innocentii litteræ.*

*Archiepiſcopo Narbonenſi apoſtolicæ ſedis legato, & epiſcopo Regenſi, & magiſtro T. canonico Januenſi.*

„ Et ſi reſecandæ ſunt putridæ carnes, ne ad partes ſinceras corruptionis contagium extendatur: ſic tamen caute debet ac provide manus medentis apponi, ut abſcindantur ea cautela corrupta, quod ſincera per improvidentiam non lædantur. Accepimus ſane per litteras & nuncios cariſſimi in Chriſto filii noſtri P. illuſtris regis Arragonum, quod poſtquam adverſus Provinciales hæreticos mandatum apoſtolicum emanavit, cruce ſignatis terram ingredientibus vicecomitis Biterrenſis, eidem ipſius regis ſubſidium imploranti, tanquam Domini ſpecialiter dexteram ſubtraxit auxilii, & omnis conſilii remedium denegavit: & ne ſuper hoc eccleſiæ propoſitum impediret, elegit tunc quibuſdam deeſſe catholicis, ne adeſſe commixtis hæreticis videretur. Unde vicecomes prædictus terram perdidit auxilio deſtitutus, ad ultimum miſerabiliter interfectus. Tu autem, frater archiepiſcope, ac nobilis vir * S. de Monteforti, cruce-ſignatos in terram Toloſani comitis inducentes, non ſolum loca in quibus habitabant hæretici, occupaſtis; ſed ad illas nihilominus terras, quæ ſuper hæreſi nulla notabantur infamia, manus avidas extendiſtis: & cum ab hominibus terrarum illarum fidelitatis exegeritis juramenta, & terras ſuſtineatis inhabitare prædictas, hæreticos illos exiſtere veriſimile non videtur. Dicebant præterea nuncii ſupradicti, quod ſic indifferenter aliena contra juſtitiam minus provide uſurpaſtis, quod vix remanſerit comiti memorato caſtrum Montiſ-Albani, & civitas Toloſana. Interea vero, quæ idem rex ſic aſſeruit occupata, expreſſis vocabulis deſignavit, terram quam claræ memoriæ rex Angliæ in dotem ſuæ ſororis comiti dederat ſupradicto. Item terras comitis Fuxenſis, comitis Convenarum, & Gaſtonis Bearnenſis. Deduxit etiam ſpecialiter in querelam, quod tu, frater archiepiſcope, ac nobilis memoratus, licet jam dicti tres comites vaſſalli regis ejuſdem exiſterent, ab hominibus terrarum quas iidem amiſerant, petebatis, ut juramentum fidelitatis ex ipſis terris alii exhiberent. Adjecit etiam, quod eum de prælio Sarracenorum obtenta victoria redeuntem comes adiit ſupradictus, & expoſitis ei damnis per cruce-ſignatos illatis, imputabat ſuorum merito peccatorum, quod ſatisfactionem ejus non admittebat eccleſiæ, cum paratus exiſteret facere quæcumque ſibi poſſibilia mandaremus. Et ne ſolus tantæ confuſionis ferret opprobrium, terram, filium, & uxorem ſororem regis ipſius, relinquebat eidem, ut eos ſi vellet defenderet, vel permitteret exulare. Sed quia ex hoc confuſio ſibi non minima immineret, & pœna ſuos tenere deberet actores, nec ultra extendi vindicta, quam inveniatur in excedente delictum: humiliter ſupplicabat, Toloſanum comitatum filio memorati comitis reſervari, qui nec unquam venit, nec veniet, Deo dante, in hæreticæ peſtis errorem. Promiſit præterea, quod tam filium comitis, quam etiam comitatum, in ſua tenebit, quamdiu nobis placuerit, poteſtate, ut circa fidem plenius inſtrui, & moribus faciat melius informari, & Arragonen. totam terram jam dictam committet, ut hæreticæ contagionis ſordibus penitus expurgatam, ad cultum plene reducat fidei orthodoxæ: ſecuritate oblata ſuper iis omnibus obſervandis, quam ſedes apoſtolica decerneret exhibendam. De comite quoque ſubjunxit, quod paratus eſt agere pœnitentiam de commiſſis, qualem decreverimus injungendam: ſive quod partes adeat tranſmarinas, ſive quod ſit in Hiſpania circa frontariam contra gentis perfidiam Sarracenæ. Ceterum quia negotium arduum eſt, & multa in eo fuit deliberatione proceſſum, ac per Dei gratiam ſatis eſt proſperatum: ne de levi, quod abſit, deperire valeret, quod multis laboribus eſt patratum, in ipſo non debet ſine gravi cautela & maturitate procedi. Quocirca mandamus quatenus in loco ſecuro & apto, archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, comitum, baronum, conſulum, & rectorum, & aliorum virorum prudentum, quos ad hoc neceſſarios, & idoneos eſſe videritis, concilio * convocato, & propoſitis coram eis quæ rex proponit & offert, odio, timore, gratia, & amore carnalibus omnino poſtpoſitis, quæ ſuper præmiſſis provida & deliberata fuerint in communi, & in quo convenerint omnes, vel pars conſilii ſanioris nobis fideliter reſcribatis, ut intellecto veſtro conſilio ſtatuamus quæ ſecundum Deum viderimus ſtatuenda: cum videatur proculdubio expedire, ut hoc modo, vel alio, dictæ terræ de rectore idoneo conſulatur.“

Dat. Later. xv. Kal. Februar. pontific. noſtri xv.

*Pergit Valliſſarnenſis*: Et per ſuggeſtionem falſitatis & veritatis ſuppreſſionem impetraverat litteras, in quibus dominus papa, præcipiebat comiti Montis-fortis, quatenus comitibus Convenarum, & Fuxi, & Gaſtoni de Bearno redderet terras ſuas.

* Simon

* Apud Vaurum.

*Has*

ANNO CHRISTI 1213.

*Has litteras cum Petrus Vallisſarnenſis non repræſentet, earum exemplum hic deſcribere non erit alienum.*

*Exemplar litterarum Innocentii III. ad Simeonem comitem Montisfortis.*

Regeſt. XV. epiſt. 113.

Ex parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri P. illuſtris Arragonum regis per nuncios ejus fuit propoſitum coram nobis, quod tu convertens in catholicos manus tuas, quibus ſuffeciſſe debuerat in homines hæreticæ pravitatis extendi, per cruce-ſignatorum exercitum ad effuſionem juſti ſanguinis, & innocentium injuriam provocatum, terras vaſſallorum regis ipſius, videlicet comitis Fuxenſis, comitis Convenarum, & Gaſtonis Bearnen. in ejus grave præjudicium occupaſti; licet in eis nec hæretici aliqui habitarent, nec habitatores earum ſuper hæreticæ peſtis errore infamia conſperſiſſent. Aſſerebant præterea nuncii regis præfati, quod cum ab hominibus terrarum illarum fidelitatis exegeris juramenta, & terras patiaris inhabitare prædictas, eos eſſe catholicos tacite confiteris, ut hæreticorum abneges te fautorem; vel hæreticos te fovere quodammodo reſpondes, ſi legitime occupaſſe terram illorum alleges. Formabant nihilominus ex eo querimoniam ſpecialem, quod dum rex ſervitio Jeſu Chriſti contra Sarracenos inſiſteret, & effuſioni ſuum & ſuorum ſanguinem exponeret pro reverentia fidei Chriſtianæ, tu bona vaſſallorum ejuſdem ut propria uſurpabas, eoque fortius ad depreſſionem inſtabas illorum, quo minus poterat eis ex opem ſuæ protectionis impendere, vires ſuas expendens contra Sarracenæ gentis perfidiam in auxilium populi chriſtiani. Et cum adhuc rex idem artes ſuas contra Sarracenos intendat armare, ut adverſus eos, Deo duce, tanto efficacius poſſit inſurgere, quanto majori quoad alios quiete gaudebit: in pace ſibi reſtitui per ſedem apoſtolicam, quæ vaſſallorum ejus exciterant, poſtulabat. Nolentes igitur ipſum ſuo jure fraudari, nec jam dictum ejus propoſitum impediri, nobilitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem regi & vaſſallis ejus terras reſtituas ſupradictas, ne ad tuum ſpecialem, non generalem catholicæ fidei laboraſſe profectum, per retentionem illicitam videaris.

Datum Laterani XVI. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno XV.

*Ejuſdem ad eundem.*

Regeſt. XV. epiſt. 111.

Cum ad mandatum ſedis apoſtolicæ cariſſimus in Chriſto filius noſter P. illuſtris rex Arragonum in feudum tibi conceſſerit Carcaſſonam, quam ab eo vicecomes tenuerat Biterrenſis: poſtulabat, ut ea ſibi faceres, quæ dictus vice comes ei ſuiſque prædeceſſoribus facere conſueverat, & debebat. Quia vero intentionis noſtræ non extitit, quod ei de jure ſuo per talem feudatarium aliquid deperiret, nec te ſubtrahere debes illius oneribus, in cujus, quod feudum ipſum, ſucceſſiſti commodum & honorem; cum poſſeſſionum onera mutari de levi non conſueverint mutationibus poſſeſſorum, quia res cum onere ſuo tranſit: per apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus ea dicto regi facere non recuſes, ad quæ memoratus vice-comes tenebatur eidem. Quoniam quantumcumque te in Domino diligamus: ſic tibi, nec volumus, nec debemus adeſſe, ut ipſi regi deeſſe in ſua juſtitia videamur.

Datum Lateran. XVIII. Kal. Februarii, pont. noſtri anno XV.

*Pergit Petrus Valliſſarnenſis*: Scripſit etiam archiepiſcopo Naibonenti alias litteras, in quibus D. papa indulgentiam quam fecerat proficiſcentibus contra hæreticos Albigenſes, videbatur revocare.

*Hanc quoque epiſtolam tibi exhibemus.*

*Archiepiſcopo Narbonenſi apoſtolicæ ſedis legato.*

Regeſt. XV. epiſt. 113.

Cum jam captis vulpeculis demolientibus vineam Domini ſabaoth, in Provincia quam virus infecerat hæreticæ pravitatis, & inſtantia bellicæ cladis, ſatis per Dei gratiam ſit negotium fidei proſperatum: quia cauſa nunc magis urgens occurrit, expedit ut ad illam manus Chriſtiani populi convertatur. Accepimus ſiquidem quod rex Sarracenorum partes ſuas armat ad prælium, nitens eo fortius in fidei Chriſtianæ cultores inſurgere, quo lapſo graviore ſuccubuit ſub populo Chriſtiano, immo ſub Chriſto cauſam ſuam propitio nobis judicio judicante. Terra etiam quæ funiculus eſt hæreditatis Dominicæ cum auxilio multum indigeat, expetit & expectat ſuffragia populi Chriſtiani. Quia vero frequenter, & quidem frequentius, vires collectæ proficiunt, in quibus ſparſæ de levi deficerent: ut Chriſtianorum generali ac ſpeciali negotio contra Sarracenæ gentis perfidiam tanto efficacius intendamus, quanto minus erimus aliis occupati; fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus habito cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro P. illuſtri rege Arragonum, & tam comitibus, quam baronibus aliiſque viris prudentibus, quos ad hoc noveris neceſſarios, de pace ac treugis ſollicito & diligenti tractatu per pacis fœdera, vel treugarum, firma ſecuritate vallata ſtudeas diligenter toti Providentiæ providere: ſicque per indulgentias ſedis apoſtolicæ, quæ adverſus hæreticos emanarunt, Chriſtianum populum non convoces aut fatiges, niſi forte a ſede apoſtolica ſuper hoc mandatum ſuſciperes ſpeciale. Tu, denique, frater archiepiſcope, ſuper te ipſo, &c.

Datum Laterani decimo octavo Kal. Februarii, pont. noſtri anno XV.

*Alia eſt uſus arte rex Arragonum, qua pontificis gratiam captaret, ſeque ſanctæ ſedi addictiſſimum perſuaderet. Anno ſuperiore a comitibus Toloſano, Fuxenſi, & Convenarum, & Gaſtone Bearnenſi, ſyngraphas exegerat, quibus pollicebantur, interpoſita jurisjurandi religione, ſe per omnia ſanctæ ſedi parituros; & ſe ditioneſque omnes ſuas regis poteſtati tradebant, ut ſi opus eſſet, cogi ab eo poſſent ad obediendum. Hoc prius pontifici rex ſignificaverat, ut intelligimus ex Innocentii epiſtola ad archiepiſcopum Narbonenſem, & epiſcopum Regienſem, ac Theodiſium, legatos: & idem iterum inculcavit hoc anno, mittique ad Innocentium juramentorum inſtrumenta juſſit per Tarraconenſem epiſcopum. Ea cum archiepiſcopi litteris hic deſcribo, ex Catelli hiſtoria comitum Toloſanorum.*

*SANCTISSIMO PATRI ET DOMINO Innocentio Dei gratia ſummo pontifici, Raymundus per eandem Tarraconenſis archiepiſcopus, & epiſcopi, & abbates, qui ſecum præſentes fuerunt, ſumma cum devotione ſubjectionem & debitum famulatum.*

Sanctitati veſtræ notum facimus, dominum regem Arragonum, cum Toloſam acceſſit, ut co-

ANNO CHRISTI 1213.

comites Toloſanum & Fuxenſem, & Convenarum, & Gaſtonem de Bearno, ad beneplacitum & mandatum veſtrum libere & abſolute recipiendum induceret, & pro viribus fideliter adimplendum: ad abundantem cautelam, ſecuritatem in ſcriptis redactam ab eiſdem recepit in hunc modum.

*Juramentum Raymundi comitis Toloſani, & Raymundi ejus filii.*

„ Ego Raymundus Dei gratia comes Toloſæ, dux Narbonæ, marchio Provinciæ, & ego R. filius ejus gratuita voluntate, non coacti, nec vi, nec dolo inducti, mittimus perſonaliter nos ipſos, & Toloſam civitatem, & ſuburbium, & villam Montis Albani cum omnibus eorum pertinentiis, terminis, ſive adjacentiis, & totam aliam terram noſtram, quam habemus & habere debemus, cum militibus & hominibus, ſingulis & univerſis, nunc vel in futurum habitantibus, & ad ultimum cum omnibus viribus, & rationibus, quæ ad nos ubique pertinent, vel pertinere debent aliquo jure, ſive aliqua ratione, in manu & poſſe vobis * domno P. Dei gratia regi Arragonenſi, & comiti Barch. & eis qui de voluntate veſtra, vel mandato, vices veſtras obtinuerint, mittimus, inquam, in poſſe veſtrum, ac poteſtatem prædictam, terram totam, ſicut dictum eſt, & aliam, quam Deo præſtante recuperabimus. Tradentes vobis etiam, & in vos, eoſque qui locum veſtrum tenuerint, transferentes corporalem poſſeſſionem locorum omnium, & jura omnia, ſeu rationes, cum plena juriſdictione, ac poteſtate: tali modo quod tam in perſonis noſtris, quam iis omnibus nominatis, voluntati domni papæ & mandato poſſitis obtemperare, & ſatisfacere, & cogere cum effectu nos, ſi forte proni & acclives ad mandatum ejus proſequendum, quod Deus avertat, noluerimus adeſſe: promittens vobis bona fide, quod tam ea, quæ domnus papa, vel vos pro eo nobis mandaveritis, pro poſſe noſtro faciemus, & adimplebimus ſine dolo & fraude. Hæc omnia, quemadmodum ſuperius ſcripta ſunt, attendemus, & obſervabimus bona fide, & ſine malo ingenio pro poſſe noſtro, & contra non veniemus per nos, vel per aliam quamcumque perſonam, vel venire contra faciemus, nec aliquid contra machinabimus. Quæ omnia prædicta, per Deum, & hæc ſacroſancta evangelia corporaliter a nobis tacta, juramus. Mandamus præterea capitulo, & univerſitati Toloſæ urbis, & ſuburbii, ut vobis domno P. regi prædicto faciant fidelitatem, & ſacramentum ad omnia ſupradicta exequenda, adimplenda, & fideliter obſervanda. Hoc fuit ita appoſitum v. die Januarii in exitu, feria I. * Ph. rege Francorum regnante, & eodem Raymundo Toloſano comite, & Fulcone epiſcopo, anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo duodecimo.

* Barchilonenſi.

* Philippo Auguſto

*Juramentum conſulum Toloſanorum.*

„ Nos conſules Toloſæ urbis & ſuburbii, Bertrandus &c. de voluntate expreſſa & mandato domini R. Dei gratia Toloſæ comitis, ducis Narbonæ, marchionis Provinciæ, & R. filii ejus, de communi conſenſu univerſitatis Toloſæ, promittimus vobis domino P. Dei gratia regi Arragon. & comiti Barchinonenſi quod, ad omnia tenenda & habenda, & plenarie exequenda, & potenter poſſidenda, quæ dominus R. comes Toloſæ, & R. ejus filius vobis promiſerunt, quemadmodum in ſuperiori inſtrumento ab eis vobis facto plenius continetur, curam dabimus & operam, & diligentiam, quam poterimus, adhibebimus, ut tam de perſonis ſuis, quam de honoribus ſuis, quos nunc habent, vel habere debent, vel Deo præſtante recuperabunt, poſſitis ſatisfacere voluntati, & mandato domni papæ, & vobis in iis, quæ eiſdem domnus papa decreverit injungenda. Promittimus bona fide, ac ſine dolo & fraude, auxilium, conſilium, & opem, quantam poterimus & juvamen, & ad omnia adimplenda omnimodam fidelitatem vobis, & eis qui locum veſtrum tenuerint, promittimus etiam vobis nos ſinguli, & univerſi prænominati conſules, & tota Toloſæ univerſitas, quod in iis omnibus quæ ex parte domni papæ, & S.R.E. nobis mandaveritis vos, vel illi qui vices veſtras tenuerint, voluntati domni papæ ſtemus in omnibus, & per omnia, & arbitrio ſeu cognitioni unuſquiſque per ſe, & contra non veniemus aliqua ratione. Hæc omnia ſuperius ſcripta attendemus, & obſervabimus, ac complebimus bona fide, & contra aliquid non machinabimus per nos, vel per aliam quamcumque perſonam. Sic nos Deus adjuvet, & hæc ſacroſancta evangelia a nobis ſingulis jurejurando corporaliter tacta. Et ad hujus negotii fidem pleniorem, hanc paginam, ſigillorum comitis & filii ejus, & capituli Toloſæ, authoritate roboramus. Hoc fuit ita poſitum v. die Januarii, in exitu, feria I. Ph. rege Francorum regnante, & eodem R. Toloſano comite, & Fulcone epiſcopo, anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo duodecimo.

*Profeſſio comitis Fuxenſis.*

„ In Dei nomine cunctis pateat, quod nos Raymundus Rogerii, Dei gratia comes Fuxenſis, & Rogerius Bernardi filius ejus, ad honorem Dei, & ſanctæ matris eccleſiæ, & domni Innocentii, qui ſacroſanctæ Romanæ ſedis obtinet præſulatum, ponimus & mittimus perſonas noſtras, & univerſa caſtra noſtra & munitiones, & fortia, & caumas, ſcilicet caſtrum de Fuxo, de Monte-Galardi, de Monte Olivio, de Caſtro pendenti, de Tarraſcon. de Aiſnaſco, de Ravato, de Miramonte, de Mereglos, de Cenacto, de Ugenacco, de Vico, de Monte Regali, de Caſtro Virdun. de Ludat, de Unacco, & de Hauf, & univerſas caumas, de Solobria, de Subitan, de Onolacco, de Verdun, de Agnavis, & de Heliato, & montana, & valles, & omnem aliam terram noſtram, quæ ad nos & noſtros quocumque jure, vel cauſa pertinet, aut pertinere debet, aut poteſt, in manu, & poteſtate veſtri domini noſtri regis Arragonum, & comitis Barch. ut ea omnia plenarie & potenter teneatis, & poſſideatis. Eo tamen pacti tenore appoſito, & forma, ut per detentionem prædictorum bonorum, & noſtrarum perſonarum, poſſitis compellere & urgere nos ad omnia illa exequenda, & obſervanda, quæ dominus papa, & ſacroſancta Romana eccleſia, de perſonis noſtris & rebus decreverit ſtatuenda. Sub periculo ergo commiſſionis, & pœ-

ANNO CHRISTI 1213.

pœna omnium prædictorum caſtrorum, & totius terræ noſtræ, vobis ſtipulantibus per ſolemnem ſtipulationem bona fide promittimus, quod omnia quæ domnus papa, nobis de perſonis, aut de terra injunxerit, fideliter curabimus adimplere, & in perpetuum modis omnibus obſervare. Et quod ita totum adimpleamus, & contra non veniamus, vel aliqua arte, vel ingenio, vel ab aliqua perſona veniri ſuſtineamus, de omnibus concedentes vobis poteſtatem plenariam, per Deum, & hæc ſancta evangelia corporaliter tacta, ſponte juramus. Cognoſcentes per idem ſacramentum vobis pridem nos eandem potentiam conceſſiſſe. Et ad majorem hujus facti evidentiam, hanc paginam noſtri ſigilli præſentia communimus. Actum eſt hoc, & ita conceſſum apud Toloſam VI. Kal. Februarii, anno Dominicæ Incarnationis MCCXII. Bernardus de Ugenavo prædicti domini comitis Fuxen. notarius exiſtens hanc * circumſcripſit, & ſigillo ejuſdem corroboravit.

* Forte deeſt paginam H.

*Profeſſio comitis Convenarum.*

In Dei nomine. Cunctis ſit manifeſtum, quod nos Bernardus comes Convenarum, & Bernardus filius ejus, ad honorem Dei & ſanctæ matris eccleſiæ, & domni Innocentii, qui ſacroſanctæ Romanæ ſedis obtinet præſulatum, ponimus & mittimus perſonas noſtras in manu & poteſtate domini noſtri P. Dei gratia regis Arragonenſis & comitis Barch. cognoſcentes & veraciter confitentes, nos quidem tradidiſſe terram noſtram vobis & militi veſtro, nomine P. de Aſcalano ſpeciali nuncio a vobis ad hoc miſſo, ut eam plenarie teneatis & potenter poſſideatis: eo tenore appoſito, & forma, ut per detentionem perſonarum noſtrarum, & terræ noſtræ, poſſitis compellere & urgere nos ad illa omnia exequenda & obſervanda, quæ domnus papa & ſacroſancta Romana eccleſia de perſonis noſtris & rebus decreverit ſtatuenda. Sub periculo ergo commiſſionis & pœna totius terræ noſtræ, vobis ſtipulantibus per ſolemnem ſtipulationem, bona fide promittimus, quod omnia quæ domnus papa nobis de perſonis aut terra noſtra injunxerit, fideliter curabimus adimplere, & in perpetuum modis omnibus obſervare: & quod ita totum adimpleamus, & contra non veniamus, vel aliqua arte aut ingenio ab aliqua perſona veniri ſuſtineamus, de omnibus concedentes vobis poteſtatem plenariam, per Deum, & ſancta evangelia corporaliter tacta, ſponte juramus: & ad majorem hujus facti evidentiam, hanc paginam noſtri ſigilli præſentia confirmamus. Hæc acta ſunt apud Toloſam VI. Kal. Februarii, anno Dominicæ Incarnationis MCCXII.

*Profeſſio Gaſtonis de Bearno.*

In Chriſti nomine. Sit notum cunctis, quod ego Gaſto Dei gratia vicecomes Bearnenſis, & comes Bigorræ, ad honorem Dei, & ſanctæ matris eccleſiæ, & domni Innocentii, qui ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſedis obtinet præſulatum, pono & mitto perſonam meam, & caſtra de Lurda, de Olerone, de Montanerio, de Miramon, de Cadelo, & omnem aliam terram, quam habeo, & habere debeo, vel ad me, vel meos pertinet, aut pertinere de-

A bet & poteſt aliqua ratione, aliquo jure, vel cauſa, & illam totam quam habere & recuperare potero Deo dante, in manu & poteſtate veſtri domini mei P. Dei gratia regis Arragoniæ, & comitis Barch. ut ea omnia plenarie & potenter teneatis, & poſſideatis: eo pacti tenore appoſito, & forma, ut per detentionem prædictorum bonorum & meæ perſonæ poſſitis compellere & urgere me ad omnia illa exequenda, & obſervanda, quæ domnus papa, & ſacroſancta R. E. de perſona mea & rebus decreverit ſtatuenda. Sub periculo ergo commiſſionis, & pœna omnium prædictorum caſtrorum, & totius terræ, vobis ſtipulantibus per ſolemnem ſtipulationem bona fide promitto, B quod omnia quæ papa mihi de perſona aut terra mea injunxerit, curabo fideliter adimplere, & in perpetuum modis omnibus obſervare: & quod ita totum adimpleam, & contra non veniam, vel aliqua arte, vel ingenio, ab aliqua perſona veniri ſuſtineam, de omnibus concedens vobis poteſtatem plenariam, per Deum, & hæc ſancta evangelia corporaliter tacta, ſponte juro: & ad majorem hujus facti firmitatem hanc, paginam mei ſigilli authoritate confirmo.

Actum eſt hoc apud Toloſam VI. Kal. Febr. anno Dominicæ Incarnationis MCCXII.

Et quoniam viſum eſt domino regi, ejuſque curiæ, ipſa originalia penes ſe potius retinere, C quam incertis fortunæ caſibus committere: ad pedes ſanctitatis veſtræ eorum mittit ſcripta ſigillis noſtris communita, verbo ad verbum fideliter ſumpta, nullo vel addito, diminuto, vel in aliquo immutato.

Hoc autem tranſcriptum factum fuit apud Perpinianum fideliter II. Kal. April. ab Incarnatione Domini MCCXIII.

*His aliiſque artibus, praeoccupatum, minuſque ſibi æquum pontificis animum repererunt oratores a Vaurenſi concilio miſſi. Sed præſtat Petrum Valliſſarnenſem, audire.* Venientes igitur, *inquit*, nuncii noſtri ad curiam Romanam, D. papam invenerunt aliquantulum durum, eo quod nimis credulus fuiſſet falſis ſuggeſtionibus nunciorum re- D gis Arragonenſium: ſed poſtea veritate comperta per nuncios noſtros, quicquid fecerat ad regis nunciorum ſuggeſtionem, revocavit in irritum, & ipſi regi miſit litteras in hæc verba.

*Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Petro illuſtri regi Arragonenſium.*

IS in cujus manu ſunt omnium corda regum, inſpiret tibi humiliter exoratus, ut prudenter attendens, quod juxta mandatum apoſtolicum, nos oportet arguere, obſecrare, increpare, noſtras increpationes, quas paterna affectione in te depromimus, devotione recipias filiali, & ſic obtemperes ſalubribus monitis & E conſiliis, & correctionem apoſtolicam recipiendo, demonſtres te in his, etiam affectum habuiſſe ſincerum, in quibus abſque dubio noſceris per effectum deliquiſſe. Sane ad totius fere mundi notitiam jam pervenit, nec ſerenitatem tuam credimus ignorare, aut etiam diffiteri, quod inter ceteros principes Chriſtianos, te ſpecialiter ſtuduimus honorare, per quod & potentia tibi accrevit & fama. Et utinam cum his & prudentia & devotio pariter accreviſſent: quod licet nobis gratum exiſteret, tibi tamen amplius expediret. Verum in hoc, nec tibi providiſſe dignoſceris,

ANNO CHRISTI 1213.

ris, nec nobis ut decuit detuliſſe: quia cum Toloſani cives, tanquam putrida membra, ſint præciſi excommunicationis mucrone, & ipſa civitas ſuppoſita ſit interdicto; pro eo quod quidam eorum manifeſti ſunt hæretici, plures vero credentes, fautores & receptatores eorum & defenſores: adeo ut alii quoque quos Chriſti exercitus, immo verius ipſe Chriſtus, quem contra ſeipſos ſuis adinventionibus provocarant, a ſuis fecit tabernaculis emigrare, ad Toloſanam quaſi quandam ſentinam erroris confugerint civitatem: ut divini timoris oblitus, quaſi prævalere valeas contra Dominum, vel avertere manum ejus contra eos exigentibus ſuis culpis extentam, ipſos in defenſionem ſub ſpecie pietatis impietatem exercens, in ſcandalum populi Chriſtiani & propriæ famæ diſpendium, recepiſti. Nuper igitur auditis quæ venerabilis frater noſter Segobienſis epiſcopus, ac dilectus filius Columbus, nuncii tui, ac nuncii legatorum noſtrorum & comitis Montisfortis, in præſentia noſtra proponere voluerunt, & litteris hinc inde directis plenius intellectis: habito cum fratribus tractatu ac conſilio diligenti, volentes honori tuo quantum ad famam, ſaluti quantum ad animam, indemnitati quantum ad terram, paterna ſollicitudine præcavere: ſerenitati tuæ in virtute Spiritus ſancti ſub obtentu divinæ ac apoſtolicæ gratiæ providimus injungendum, ut prænominatos deſeras Toloſanos, non obſtante promiſſione vel obligatione quacumque præſtita, in eluſionem eccleſiaſticæ diſciplinæ, ipſis, quandiu tales extiterint, non impenſurus conſilium, auxilium, vel favorem. Si vero iidem ad eccleſiæ redire deſiderant unitatem, prout fuit a dictis nunciis tuis propoſitum coram nobis: nos venerabili fratri noſtro Fulconi Toloſano epiſcopo, viro integræ opinionis & vitæ, qui teſtimonium habet non ſolum ab his qui intus, ſed ab his etiam qui ſunt foris, noſtris damus litteris in mandatis, ut adjunctis ſibi duobus, eos qui voluerint de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta redire, ſufficienti ab eis cautione recepta, reconciliet eccleſiaſticæ unitati: illos vero quos in erroris ſui tenebris perſiſtentes, idem epiſcopus de labe notaverit hæreticæ pravitatis, exterminari faciat a civitate jam dicta, & bona eorum omnia confiſcari, ita quod nullo unquam tempore recipiantur in ipſa: niſi forte divinitus inſpirati, ſe veros fidei orthodoxæ Chriſtianos, exhibitione bonorum operum demonſtrarent. Et ſic ipſa civitas reconciliata pariter & purgata, ſub apoſtolicæ ſedis protectione conſiſtat, non moleſtanda de cetero a comite prædicto, vel aliis catholicis, ſed defendenda potius & fovenda. Miramur inſuper & movemur, quod pro terra nobilium veſtrorum comitis Fuxenſis, & Convenarum, & Gaſtonis de Bearno reſtituenda ſibi, apoſtolicum, per nuncios tuos ſuppreſſa veritate mendacium exprimentes, ſubripi feciſti mandatum: cum propter multa & magna eorum flagitia ob hæreticorum favorem, quos manifeſte defendunt, excommunicationis ſint vinculo innodati: unde cum mandatum pro talibus ſic obtentum non teneat, illud tanquam ſubreptum penitus revocamus. Si vero iidem eccleſiaſticæ unitati reconciliari deſiderant, prout dicunt, venerabili fratri noſtro Narbonenſi archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato, noſtris damus litteris in mandatis, ut recipiens ab ipſis non ſolum juratoriam cautionem, cum ſua ſint jam juramenta tranſgreſſi, ſed & aliam quam * viderint expedire, beneficium abſolutionis impendat. Et iis rite præmiſſis quaſi veræ devotionis indiciis, legatum de latere noſtro, virum honeſtum, providum, & conſtantem ad partes illas curabimus deſtinare, qui non declinans ad dextram vel ad ſiniſtram, ſed incedens regia via, ſemper quæ recte facta invenerit, approbet & confirmet, errata corrigat & emendet, & tam nobilibus antedictis, quam aliis conquerentibus exhiberi faciat juſtitiæ complementum. Interim ergo inter te & terram tuam, & dictum comitem Montisfortis, volumus & mandamus firmas treugas fieri & ſervari. Mandantes nihilominus comiti antedicto, ut pro terra quam a te tenet, reverenter exhibeat quod exhibere tenetur. Illud autem excellentiam tuam volumus non latere, quod ſi Toloſani & nobiles ſupradicti adhuc quoque in errore ſuo duxerint perſiſtendum, nos per indulgentias innovatas, crucesignatos & fideles alios excitamus, ut ad extirpandam peſtem hanc, divino freti auxilio, inſurgentes tam contra ipſos, quam contra quoslibet alios receptatores & defenſores ipſorum, qui plus ipſis hæreticis ſunt nocivi, procedant in nomine Domini Sabaoth. Monemus igitur ſerenitatem tuam, rogamus & obſecramus in Domino, quatinus, quæ præmiſimus, prompto animo, quantum ad te pertinet, exequaris: pro certo ſciturus, quod ſi aliter (quod non credimus) duceres faciendum, præter indignationem Dominicam, quam ex hoc contra te proculdubio evocares, grave & irreparabile poſſes incurrere detrimentum. Nec nos quantumcumque diligamus perſonam, tibi contra fidei Chriſtianæ negotium poſſemus parcere vel deferre. Quantum enim tibi immineret periculum, ſi Deo & eccleſiæ, præſertim in cauſa fidei, te opponeres, ut conſummationem ſancti operis impedires: non ſolum vetera, ſed etiam moderna poſſunt te exempla movere. Datum Laterani XII. Kal. Junii, pontif. noſtri anno XVI.

* *Forte, viderit. H.*

*Hic* conſummatum prælatorum concilium apud Vaurum *admonet Petrus noſter, qui tamen ea prætermiſit, quæ ad Raymundi comitis purgationem attinent: quam ut epiſcopus Regienſis ac Theodiſius legati apoſtolici reciperent, ſi rite purgare ſe poſſet, iterum pontifex mandaverat. Prius enim id præceperat anno MCCX. quo ſucceſſu, jam expoſitum eſt in concilio quod eo anno in villa S. Ægidii eſt celebratum. Deinde autem id denuo iiſdem legatis hoc anno commiſit: qui, ut rei erat momenti ſummi, conſuluerunt patres Vauri congregatos quid agendum ſibi eſſet. Concilii ſententia fuit, quæ & ſcripto conſignata præſentibus legatis tradita eſt: non eſſe comitem ad purgationem admittendum. Conſilium hoc, ceteraque modo a me narrata, ſubjecta epiſtola continentur.*

*Sanctiſſimo Patri & benigniſſimo domino Innocentio Dei gratia ſummo pontifici, Hugo ſola Dei permiſſione Regienſis epiſcopus, & Theodiſius canonicus Januenſis, humiles ſervi ejus, cum longitudine dierum & vita perenni ad oſcula pedum ſeipſos.*

SAnctitati veſtræ inſinuatione præſentium innoteſcat, quod de facto comitis Toloſani, quod olim inſufficientiæ noſtræ providentia veſtra commiſit, proceſſimus in hunc modum. Sa- Regeſt. XVI. epiſt. 39.

ne

ANNO CHRISTI 1213.

ne prius apud S. Ægidium infra tres menſes ſecundum tenorem apoſtolici reſcripti concilium habuimus archiepiſcoporum, & epiſcoporum, & aliorum prælatorum eccleſiæ, baronum etiam & aliorum, quorum præſentiam novimus opportunam. Ante omnia per litteras noſtras comiti memorato mandantes, ut hæreticos & rotarios de terra ſua expelleret, alia etiam mandata impleret humiliter, ad quæ tenebatur adſtrictus pluribus juramentis: ne ſi forte mandata illa implere negligeret, purgationi ſuæ impedimentum præſtaret. Cumque vocatus veniſſet ad concilium, & per operis evidentiam manifeſte nobis & toti concilio conſtitiſſet, quod mandata quæ de hæreticis & rotariis expellendis, & aliis cauſis multis & negotiis, diverſis temporibus, a diverſis legatis, & præcipue a bonæ memoriæ magiſtro Milone, ſibi facta fuerunt, non impleverat, nec implebat: conſilium fuit omnium, & communis deliberatio, ipſum non debere tunc temporis ad purgationem admitti. Non enim veriſimile videbatur, quod in tantis criminibus, videlicet ſuper hæreſi & nece legati bene juraret, qui totiens in minoribus cauſis & articulis ſua fuerat juramenta tranſgreſſus. Injunctum itaque ſibi fuit a prælatis, qui convenerant ad colloquium, & a nobis, ut hæreticos & rotarios de ſuo diſtrictu expelleret, & alia nihilominus impleret humiliter & devote, de quibus conſtabat, ipſum juramentis plurimis obligatum fuiſſe: quatenus cum in iis & aliis ſe dignum feciſſet, requiſiti ab ipſo circa perſonam ejus, apoſtolicum exequeremur mandatum. At ille recedens a nobis, non ſolum non implevit, quæ mandavimus: verum datos in reprobum ſenſum ex toto, & oblitus multam gratiam & miſericordiam, quam ultra ſuorum exigentiam meritorum apud apoſtolicam ſedem invenit, cœpit iniquitati iniquitatem apponere, ac præteritis abominationibus & criminibus committere graviora; propter quæ a legatis de communi conſilio prælatorum multotiens fuit anathematis mucrone percuſſus, & expoſita terra ejus. Nec credat apoſtolica circumſpectio, nos in exequendo mandato veſtro extitiſſe aliquatenus deſides, vel remiſſos. Sæpiſſime enim dictum comitem ex parte veſtra citavimus, & ad præſentiam noſtram venire contempſit. Nec venerabilibus patribus Carpentoractenſi & Vaiſonenſi epiſcopis, & clericis eorum, quibus uſque ad ſummam fere mille marcharum per me Regenſem, & bonæ memoriæ magiſtrum Milonem, ſub pœna excommunicationis quondam fuerat condemnatus, & aliis eccleſiaſticis & miſerabilibus perſonis, quas exhæredaverat, voluit ſatisfacere coram nobis. Quæ omnia per venerabilem patrem Nemauſen. epiſcopum, tunc S. Ruffi abbatem, & litteras noſtras, & per me Theodiſium, qui poſtmodum ad pedes veſtros acceſſi, benignitati veſtræ curavimus diligentiſſime intimare. Poſtquam autem a beatitudine veſtra hoc anno recepimus ſuper eodem negotio iterum mandatum: licet a comite ipſo nunquam fuerimus requiſiti, apud Avinion. civitatem in Provincia continuo vocavimus eccleſiarum prælatos, quorum conſilio & deliberatione mandatum veſtrum tutius exequi valeremus. Verum ego Theodiſius graviſſima infirmitate præventus, & multi ex prælatis, quia generalis corruptio aeris ibi erat, nequivimus colloquio intereſſe: ſicque factum eſt, ut neceſſario negotium differretur. Deinde quando tempus habuimus opportunum, venerabiles patres, Narbonenſis apoſtolicæ ſedis legatus, & Burdegal. archiepiſcopi, multi & præterea epiſcopi, & alii eccleſiarum prælati, juxta Toloſam apud Vaurum ad citationem noſtram ad concilium convenerunt: a quibus prout tenebamur in tanto negotio conſilium requiſivimus diligenter. Ipſi vero poſt multam deliberationem, & diligentem tractatum, conſilium ſuum nobis in ſcriptis dederunt, quatuor, nomine omnium, ſigillatum ſigillis, ſicut de verbo ad verbum inferius plenius continetur.

„ In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Hoc eſt conſilium, quod dominus Narbonenſis archiepiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus, & alii eccleſiarum prælati, qui fuerunt in concilio apud Vaurum, dederunt Regen. epiſcopo, & magiſtro Theodiſio canonico Januenſi, judicibus delegatis a domno papa ſuper negotio comitis Toloſani. Conſuluerunt enim iis, quod comes Toloſanus, propter multiplices cauſas & rationes, non debebat ab eis ad purgationem admitti, tam ſuper crimine hæreticæ pravitatis, quam ſuper nece legati. Conſtat enim, & notorium eſt, quod de expellendis hæreticis & rotariis de terra ſua, & aliis multis articulis, multotiens præſtitit juramenta in manibus legatorum, quorum nullum ſervavit. Immo poſtquam ab apoſtolica ſede rediit, apud quam multam miſericordiam & gratiam invenit ultra ſuorum exigentiam meritorum, iniquitatem iniquitati apponens, adauxit pedagia, impugnavit eccleſiam, & pacem cum rotariis & hæreticis inceſſanter impugnat, receptavit hæreticos, fovit & fovet, & quanta potuit, & poteſt, virtute defendit. Mille inſuper & ultra de cruce-ſignatis clericis & laicis, rotarii ejus & complices occiderunt. Præterea abbatem de Monte-Albano fere per annum captum detinuit, abbatem de Moyſiaco cepit, epiſcopum Agennenſem de propria ſede cum rotariis ejecit, & civitate ſua, & aliis bonis omnibus ſpoliavit, & damnificavit eum in valentia quindecim millia ſolidorum. Adeo præterea infamatus fuit & eſt de hæreſi a longis retro temporibus apud bonos & graves, quod invincibiliter præſumitur contra ipſum. Propter iſtas & alias plurimas enormitates & manifeſtos exceſſus ipſius, quæ longum eſt enarrare, dixerunt prælati, & concorditer reſponderunt, quod adeo ſe fecit indignum, ut ei fieri copia Evangeliorum non deberet a legatis, vel judicibus delegatis: & etiam quia tali excommunicationis genere, propter ea quæ dicta ſunt, tenetur adſtrictus, quod ab eis ſine ſpeciali mandato domini papæ non poteſt abſolvi. Placuit enim toti concilio, ut præſens ſcriptum ſigillis dicti domini Narbonenſis archiepiſcopi, & Albienſis, Toloſani, & Convenarum epiſcoporum, ſuo & aliorum nomine ſignaretur.

Et quia non poteramus ad purgationem injungendam comiti procedere, juxta concilium prælatorum, per litteras noſtras bis proteſtati fuimus comiti ſæpe dicto, quod per ipſum ſtabat, & impedimentum præſtiterat, ne factum ipſius poſſet ulterius habere progreſſum, abſque ſummi pontificis licentia ſpeciali. Profecto præter alias iniquitates & abominationes ipſius, abbatem de Monte-Albano fere per annum tenuerat vinculis mancipatum: necnon de ſede propria bonis omnibus ſpoliatum ejecerat epiſcopum Agennen. Ipſe tamen nobis poſtea per quemdam notarium ſuas litteras deſtinavit, in qui-

ANNO CHRISTI 1213.

quibus miſericordiam potius, quam judicium implorabat: poſtulans a nobis, ut vel mitteremus Toloſam ad ipſum, aut ei aſſignaremus locum alium competentem. Quibus diligenter in ſcriptis reſcripſimus, quod in cauſa ejus propter rationes præfatas procedere nullatenus poteramus, & idcirco noluimus eum gravare, vel etiam nos ipſos, inutiliter laboribus & expenſis. Volentes igitur fines mandati diligentiſſime cuſtodire, meram & plenam veritatem, ſcilicet totius facti ſeriem & proceſſum, beatitudini veſtræ breviter intimamus: cui ſoli Dominus imponendi finem tantis cladibus, pleniſſimam ſcientiam, & poteſtatem conceſſit. Eccleſiæ ſuæ Omnipotens præſidentiam veſtram in longitudinem dierum conſervet.

*Eamdem in ſententiam ipſi Vaurenſis concilii patres, eas ad Innocentium litteras dederunt, quas ſupra deſcripſimus. Dederunt & ſuas ejuſdem argumenti epiſcopi Provinciæ: item & epiſcopi Aquitaniæ tres, Burdegalenſis, Vaſatenſis, Petragoricenſis. Suas item ſingulares, tum Biterrenſis epiſcopus, tum Aquenſis. Quæ ſunt Regeſt. XVI. epiſtola 40. 42. 44. 45.*

*Audita Vaurenſis concilii ſententia, ſcripſerunt ad comitem Toloſanum legati, indignum ipſum eſſe qui abſolveretur. Litterarum exemplum ſubjicio.*

*NOBILI VIRO R. COMITI TOLOSANO, Hugo Dei gratia Regenſis epiſcopus, & magiſter Theodiſius canonicus Januenſis, ſpiritum conſilii ſanioris.*

Regeſt. xvi. epiſt. 46.

NUper litteras veſtras per quemdam militem, quambonum nomine, recepimus, in quibus licet contineretur expreſſe, quod parati eratis mandatis noſtris humiliter obedire; vos tamen neque mandatis domini papæ ſecundum tenorem reſcripti, quod olim obtinuiſtis ab ipſo, neque mandatis quæ vobis fecimus in concilio apud S. Ægidium, neque inſuper mandatis & A monitis legatorum & eccleſiæ, quæ vobis apud Narbonam & Montempeſſulanum poſtmodum facta fuerunt, obediſtis in aliquo, vel etiam obeditis: ſicut per evidentiam operis manifeſte apparet. Sane poſtquam receſſiſtis a nobis, abjurata pedagia in veſtræ famæ ac animæ præjudicium multipliciter adauxiſtis: & ut in paucis multa breviter concludamus, fere nihil ex iis quæ diverſis temporibus in manibus legatorum juraſtis, & præcipue tempore bonæ memoriæ magiſtri Milonis, prout ſatis manifeſtum eſt, curaviſtis implere: immo quod dolentes & inviti dicimus, rotarios & hæreticos contra fidem B & eccleſiam, & pacem etiam, tenuiſtis poſtmodum & tenetis. A quibus, & aliis complicibus veſtris, mille ſignati & ultra, clerici & laici, in graviſſimam creatoris injuriam & contemptum occiſi fuerunt. Iniquitatem etiam iniquitati addentes, abbatem de Monte-Albano longo tempore tenuiſtis in vinculis: venerabilem patrem Agennen. epiſcopum civitate ſua, & bonis aliis ſpoliatum, cum rotariis veſtris a ſede propria ejeciſtis. Ad nos etiam aliquando, authoritate domni papæ citati, contempſiſtis venire: nec ſuper negotio veſtro, quod nobis a ſummo pontifice poſtulaſtis committi, fuimus aliquando requiſiti a vobis. Quamvis enim ſciveritis nos per octo dies feciſſe moram propter C factum veſtrum iis temporibus in concilio apud Vaurum: ad nos neque litteras veſtras direxiſtis, neque nuncium ſpecialem. Propter igitur ſupradicta & alia multa, adeo vos feciſtis indignos, quod in negotio veſtro ad purgationem ſecundum mandatum domni papæ procedere non valemus: prout fuit coram nobis a toto concilio definitum. Ideoque vobis per præſentes litteras proteſtamur, quod hæc omnia per proprium nuncium litteris noſtris domino papæ curabimus diligentiſſime intimare, ut ipſe circa perſonam veſtram, & factum, ſecundum quod ſuæ beneplacitum fuerit ſanctitati, procedat.

## ☞ AD CONCILIUM VAURENSE

*In cauſa Petri Arragonum regis comitis Toloſani fautoris,*

*Anno 1213. habitum*

## ADDITIO ET EMENDATIONES.

Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 538.

PRæter epiſtolam ſynodicam ad pontificem Innocentium III. ab omnibus ſimul Patribus Vaurenſibus ſcriptam, non dubito quin in eodem concilio & a privatis aliis epiſcopis aliæ pariter datæ ſint ad eumdem ea pariter commendantes, quæ omnes ſimul in ſynodica ſignificaverant. Ex his quaſdam evulgavit Baluzius in Collectione epiſtolarum Innocentii III. tom. 2. pag. 765. quas, utpote ad concilium iſtud utcumque ſpectantes, hic dandas cenſui. Addam & ſynodicam ipſam Vaurenſium & acta cætera concilii ex eodem Baluzio accepta. Quamquam enim extant in Labbeo; adeo tamen fœde corrupta ſunt & luxata, ut reproductionem efflagitent. Et ipſam pariter debeo Baluzio ibidem, cujus editionem ſi quis cum editione Labbeana conferre voluerit, intelliget profecto Labbeanis hiſce multum deeſſe ad perfectionem, quippe quæ ſæpe luxata ſit, integris periodis manca, ut non raro alium ſenſum reddat. Fac periculum D in ſcheda petitionum regis Arragonenſis ad conc. Petit rex ignoſci comiti Toloſano; *quod ſi forte, addit pro perſona comitis nollet eccleſia petitionem audire, petit & rogat idem pro filio; ita quod pater nihilominus ſatisfaciat perſonaliter pro exceſſibus ſuis &c.* Ita legit Baluzius, & quidem optime; ſanam hanc lectionem ita vitiat editio Labbeana; *ita tamen quod puer nihilominus ſatisfaciat perſonaliter pro exceſſibus &c.* Hinc cætera diſcas, ſimulque intelligas quanti E futuræ ſit momenti ad hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſinceritatem, novam editionem auctorem concilii Vaurenſis ad Baluzianam reformationem exigere. Dabitur ergo hic ſcheda petitionum regis Aragoniæ cum reſponſo ad ſingulas illas a concilio reddito. Addam ſynodicam concilii ad Innocentium III.; ſicut & privatas alias litteras a patribus quibuſdam eidem concilio præſentibus ad pontificem datas, quæ nunc primo in collectionem conciliorum veniunt. Quo vero intel-

intelligant lectores, ſæpe diſcrimen inter novam ex Baluzio editionem a veteri Labbeana, variantia omnia mutato charactere diſtinguenda curavi.



## PETITIONES REGIS ARRAGONENSIS

*In concilio apud Vaurum.*

QUoniam ſancta mater eccleſia non ſolum verbera ſed, *ubera* quoque docetur habere, devotus eccleſiæ filius Petrus Dei miſeratione rex Arragonenſis pro comite Toloſano ad ſinum ejuſdem matris eccleſiæ *cupiente* redire, a ſanctitate veſtra petit humiliter & rogat inſtanter quatenus faciendo ſatisfactionem perſonalem pro exceſſibus *quamcumque* ipſi eccleſiæ viſum fuerit expedire, ac pro damnis & injuriis illatis diverſis eccleſiis & prælatis ſatisfaciendo ſecundum quod clementia matris eccleſiæ ipſi comiti duxerit injungendum, reſtituatur clementer & miſericorditer ad poſſeſſiones ſuas & alia quæ amiſit. Quod ſi forte pro perſona comitis nollet eccleſia ipſius regis petitionem audire, petit & rogat hoc idem pro filio, ita tamen *quod pater* nihilominus ſatisfaciat perſonaliter pro exceſſibus ſuis, vel in frontaria Sarracenorum eundo in ſubſidium Chriſtianorum cum militibus ſuis, vel in partibus tranſmarinis, ſecundum quod eccleſia melius arbitrabitur expedire, & infans de terra ſua in tam fideli cura & tam diligenti cuſtodia ad honorem Dei & ſanctæ matris eccleſiæ habeatur uſquequo de bonitate ſua ſigna compareant manifeſta.

Et quoniam comes Convenarum nec fuit unquam hæreticus, nec eorum ſuſceptor, ſed potius impugnator, & ideo terram dicitur amiſiſſe, quia aſtitit conſobrino & domino ſuo comiti Toloſano, petit idem rex & rogat pro eo quod ſicut pro vaſſallo ſuo, ut reſtituatur ad terram ſuam, ſatisfaciendo quoque ad arbitrium eccleſiæ, ſi apparuerit eum in aliquo deliquiſſe.

Item *cum* comes Fuxenſis nec hæreticus *fuerit* nec ſit, pro eo memoratus rex petit & rogat ſicut pro ſanguineo ſuo cariſſimo *& vaſſallo*, cui ſine verecundia in jure ſuo deeſſe non poteſt, quatenus pro reverentia ipſius & gratia reſtituatur ad ſua, ſatisfaciendo nihilominus ad arbitrium eccleſiæ in iis & pro iis ſuper quibus clementiæ matris eccleſiæ eumdem apparuerit deliquiſſe.

Item pro Gaſtone de Bearno vaſſallo ſuo petit ſæpedictus rex & rogat affectuoſe, quatenus reſtituatur ad terram ſuam & fidelitates vaſſallorum ſuorum; maxime cum paratus ſit *juri* parere, & ad arbitrium ſanctæ matris eccleſiæ ſatisfacere coram judicibus non ſuſpectis, ſi *vobis* cauſam ipſius audire, & expedire non licet.

In omnibus tamen præmiſſis duxit memoratus rex miſericordiam potius quam judicium invocandum, mittens ad clementiam veſtram *epiſcopos*, clericos, & barones ſuos ſuper præmiſſis, ratum habiturus quicquid a vobis cum eis fuerit ordinatum; ſupplicans ut talem habere dignemini circumſpectionem & diligentiam in hoc facto, ut in negotio Chriſtianitatis in partibus Hiſpaniæ ad honorem Dei & ſanctæ eccleſiæ dilatationem prædictorum baronum & comitis Montisfortis ſubſidium poſſit habere.

Datum Toloſæ XVII. Kalend. Februarii.

*Reſponſum Prælatorum in Concilio apud Vaurum.*

ILluſtri & dilecto in Chriſto Petro Dei gratia regi Arragonum, comiti Barchinonenſium, concilium apud Vaurum, ſalutem & ſinceram in Domino dilectionem. Petitiones & preces vidimus, quas pro Toloſano & ejus filio, & Fuxenſi & Convenarum comitibus, & nobili viro Gaſtone de Bearno veſtra regalis ſerenitas deſtinavit; in quibus etiam litteris inter cetera eccleſiæ filium dicitis vos devotum. Super quo *multiplices* Domino Jeſu Chriſto ac regali veſtræ celſitudini gratiarum referimus actiones, & in cunctis in quibus ſecundum Deum poſſemus, propter illam mutuam dilectionem, quas vos ſancta Romana eccleſia mater, ſicut intelligimus, amplectitur, & vos ipſam, necnon & ob reverentiam excellentiæ veſtræ regalis admitteremus affectuoſius preces veſtras. Super eo quod pro comite Toloſano & ejus filio petitis & rogatis, hoc duximus ſerenitati regiæ reſpondendum. Quod tamen cauſa comitis quam cauſa filii, quæ pendet ex facto patris, auctoritate ſuperioris extat nobis exempta; cum idem comes Toloſanus venerabili fratri Regenſi epiſcopo & magiſtro *Thediſio* a domino papa negotium ſuum fecerit ſub certa forma committi. Unde ſicut credimus, memoriter retinetis quot & quantas gratias dicto comiti poſt multos exceſſus ipſius dominus papa fecit, necnon & quam gratiam ad interceſſionem veſtram & preces venerabilis pater Narbonenſis archiepiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus, tunc abbas Ciſtercienſis, apud Narbonam & Montempeſſulanum eidem comiti faciebat biennio, ſi bene meminimus, jam tranſacto. Volebat ſiquidem idem legatus omnes dominicaturas & proprietates eidem comiti remanere integras & illæſas, & ut illa jura quæ habebat in caſtris aliorum hæreticorum, quæ de feudo ejus erant, ſive alberga, ſive quiſta, ſive cavalgata, eidem integra remanerent. De illis præterea caſtris quæ erant aliorum hæreticorum, quæ de feudo ejus non erant, quæ idem comes dicebat eſſe ad minus quingenta, volebat præfatus legatus ut quarta vel etiam tertia pars eorum cederet in proprietatem comitis ſupradicti. Spreta vero idem comes illa magna gratia domini papæ ac prædicti legati & eccleſiæ Dei, veniens directo contra omnia juramenta quæ olim præſtiterat in manibus legatorum, & addens iniquitatem iniquitati, crimina criminibus, mala malis, eccleſiam Dei & chriſtianitatem, fidem & pacem cum hæreticis & *rotariis & aliis peſtilentibus fortius* impugnavit & damnificavit, adeo ut omni gratia & beneficio reddiderit ſe indignum. Quod autem petitis & rogatis pro comite Convenarum, taliter ſuper hoc duximus reſpondendum. Pro certo intelleximus, quod cum poſt exceſſus ſuos multiplices & juramenti tranſgreſſionem, fœdus cum hæreticis & eorum fautoribus contraxiſſet, & ipſam eccleſiam, *tamquam in aliquo* læſus eſſet, cum eiſdem peſtilentibus impugnaſſet, licet poſtmodum fuerit *diligenter* admonitus, ut ceſſaret a cœptis, & rediens ad cor, reconciliaretur tandem eccleſiaſticæ unitati; nihilominus idem comes in ſua nequitia extitit *& exiſtit* excommunicationis & anathematis vinculo *innodatus*; de quo etiam, ut dicitur, comes Toloſanus aſſerere conſuevit, quod eum ipſe comes Convenarum ad guerram impulit & induxit. Unde idem comes auctor cuſti-

ANNO CHRISTI 1213.

*extitit* per hoc guerræ & malorum quæ inde eccleſiæ multipliciter provenerunt & exiſtit. Veruntamen ſi taliter ſe exhibuerit ut abſolutionis beneficium mereatur, poſtmodum, cum fuerit abſolutus & habuerit *perſonam* ſtandi in judicio, ſi de aliquo quereletur, eccleſia ei juſtitiam non negabit. Petiit præterea & rogavit pro comite Fuxenſi regia celſitudo. Ad quod taliter reſpondemus, quod conſtat de ipſo, quod hæreticorum extitit a longo tempore receptator, *& in præſentiarum etiam receptator eſt eorum & defenſor*; præſertim cum non ſit dubium quin credentes hæreticorum hæretici ſint dicendi: qui etiam poſt multiplices exceſſus ſuos *& graviſſimos, poſt dirutionem & ſpoliationem eccleſiarum*, poſt præſtita *corporaliter* juramenta & obligationes tam perſonarum quam rerum, poſt injectionem manuum in clericos & deſtructionem eorum in carcerem, pro quibus cauſis & multis aliis *excommunicationis* & anathematis eſt mucrone percuſſus, poſt illam etiam gratiam, quam idem legatus ad interceſſionem & preces veſtras olim ipſi comiti faciebat, cruentam cædem exercuit in ſignatos tam clericos quam laicos, qui in paupertate & ſimplicitate ſua in Dei ſervitium contra Vauri hæreticos ambulabant. Qualis autem & quanta erat illa gratia, bene recolit, ſicut credimus, *veſtra* regia celſitudo, ad cujus *interceſſionem* & preces cum eodem comite compoſitionem legatus faciebat; ſed quod non fuit facta illa compoſitio, per comitem ipſum ſtetit. Extant *etiam* litteræ veſtræ ad dominum comitem Montisfortis, regali ſigillo munitæ, talem *ſuper illa gratia* clauſulam continentes. *Dicimus etiam vobis quod ſi comes ſæpedictus noluerit ſtare placito illi, & vos poſtea non audiveritis preces noſtras quas pro eo faciemus, non erimus inde ultra diſpacati.* Veruntamen ſi dederit operam ut abſolutionis beneficium conſequatur; ſi poſtmodum, cum abſolutionis fuerit gratiam conſecutus, de aliquo quereletur, juſtitiam ei eccleſia non negabit. Poſtulaſtis inſuper & rogaſtis pro Gaſtone de Bearno ut reſtitueretur ad terram ſuam & ad fidelitates vaſſallorum ſuorum. Super quo vobis taliter reſpondemus, ut alia multa, immo potius infinita, quæ in ipſum Gaſtonem dicuntur, ad præſens, ſilentio tranſeamus, confœderatus *eſt* *cum* hæreticis & receptatoribus ſeu defenſoribus eorumdem contra eccleſiam & ſignatos. Eſt eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum maniſeſtiſſimus *& graviſſimus* perſecutor. Venit ad obſidionem Caſtrinovi in auxilium Toloſani & *Fuxenſis comitum contra eos qui de mandato domini papæ inſequebantur hæreticos & fautores eorum*. Interfectorem *ſanctæ memoriæ* fratris Petri de Caſtronovo apoſtolicæ ſedis legati habuit ſecum, *rotarios* diu tenuit atque tenet; in anno præterito *rotarios ſuos* in cathedralem eccleſiam *Oloronis* induxit; ubi amputato fune, de quo pendebat pyxis continens corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti, in terram cecidit, &, quod nefas eſt dicere, ipſum corpus Domini eſt per terram *expanſum*. *Rotarius quidam in irriſionem & contumeliam ordinis clericalis ſe induit pontificalibus ornamentis, pontificem cantantem miſſam repræſentare intendens; qui etiam dicitur prædicaſſe ibidem, & oblationes rotariorum recepiſſe*. Tranſgreſſus quoque juramenta, manus in clericos violentas injecit. Pro quibus & aliis cauſis pluribus, quas ad præſens tacemus, ibidem Gaſto excommunicationis eſt & anathematis nexibus innodatus. Veruntamen ſi ſatisfecerit eccleſiæ, prout debet, & abſolutionis beneficium conſequatur, *poſtmodum, cum fuerit abſolutus*, & conqueſtus fuerit de aliquo, audietur de jure ſuo. Aliter ſiquidem pro prædictis ſic excommunicatis, cariſſime princeps, veſtram regiam majeſtatem intercedere non deceret, nec nos pro talibus & in talibus auderemus aliter reſpondere. Ad hæc, ſerenitatem veſtram regalem monemus in Domino & hortamur quatenus ad memoriam dignemini revocare honorem, quem vobis apoſtolica ſedes fecit, & illum quem in præſentiarum illuſtri regi Siciliæ ſororio veſtro facit; quid etiam domino papæ in veſtra promiſiſtis unctione, & quid apoſtolica ſedes vobis dederit in mandatis. Oramus ut Deus ad honorem ſuum & ſanctæ Romanæ eccleſiæ per multa tempora vos conſervet. Quod ſi per hanc noſtram reſponſionem veſtræ regiæ majeſtati non fuerit ſatiſfactum, nos ob reverentiam veſtram & gratiam *factum* domino papæ curabimus intimare. Datum Vauri XV. Kal. Februarii.

## SYNODICA CONCILII AD PONTIFICEM.

SAntiſſimo in Chriſto patri ac beatiſſimo domino ſuo Innocentio Dei gratia ſummo pontifici, devoti & humiles ſervi ejus archiepiſcopi, epiſcopi, & alii eccleſiarum prælati *in concilio* apud Vaurum pro ſanctæ fidei congregati negotio, cum omni affectione longum vitæ ſpatium & ſalutem. Ad agendas paternitatis veſtræ ſollicitudini dignas grates cum nec lingua nec calamus nobis ſufficiat, retributorem omnium bonorum exoramus, ut noſtrum in hac parte ſuppleat defectum, & abunde vobis retribuat omne bonum, quod nobis & noſtris aliiſque partium noſtratum eccleſiis tribuiſtis. Cum enim in partibus ipſis peſtis hæretica *ibi* antiquitus ſeminata noſtris *temporibus* uſque adeo ſuccreviſſet, quod cultus divinus ibidem haberetur omnino in obbrobrium & deriſum, & in clerum & bona eccleſiaſtica hinc hæretici, inde *rotarii* graſſarentur, & tam princeps quam populus in reprobum ſenſum *dati* a fidei rectitudine *deviarent*, *tandem vigilantiæ veſtræ ſollicitudine faciente ita nos ex altis oriens miſericordia viſitavit*, ut per *ſanctos* exercitus ſignatorum, quo ad emundandas ſpurcitias peſtis *hujuſmodi* ſapientiſſime *deputatis*, & Chriſtianiſſimum eorum principem comitem Montisfortis, intrepidum *Chriſti* athletam, & invictum Dominici prælii bellatorem eccleſia, quæ tam miſerabiliter *corruerat*, caput *inceperit* relevare, & in parte maxima *jam* deſtructis adverſitatibus & erroribus univerſis, terra dudum a cultoribus *falſorum* dogmatum conculcata, nunc divino cultui *laudabiliter* aſſueſcat. Reſtant vero adhuc reliquiæ dictæ peſtis, *Toloſana* videlicet civitas, cum caſtris aliquot, ubi tamquam ſordes in ſentinam cadentes reſiduum pravitatis hæreticæ ſe collegit: quorum princeps, comes ſcilicet Toloſanus, qui ab antiquis temporibus, ſicut multotiens jam audiſtis, hæreticorum & fautor extitit & defenſor, pro viribus quæ ſibi remanſerunt impugnat eccle-

ANNO CHRISTI 1213.

cleſiam, & quoad poteſt, pro fidei hoſtibus, ejus cultoribus ſe opponit. Ex quo enim a ſanctitatis veſtræ rediit præſentia cum mandatis in quibus ultra omnem ſuorum exigentiam meritorum egeratis miſericorditer cum eodem, introivit, ſicut manifeſte videtur, angelus Sathanæ in cor ejus, & gratiæ veſtræ beneficiorum ingratus, de iis quæ coram vobis promiſerat nihil implevit. Immo prædagia ſæpius abjurata vehementer adauxit, &, *ac ſi mandatorum ipſorum beneficio renuntiaſſe intenderet*, ad omnes, quos ſcivit, *veſtros*, & eccleſiæ Dei adverſarios ſe convertit. Sane per Ottonem, Dei & eccleſiæ inimicum, opinatus contra ipſam eccleſiam vires aſſumere ſub ipſius confidentia, manifeſte, ſicut aſſeritur, minabatur, quod eccleſiam de finibus ſuis, & clerum radicibus extirparet, hæreticos & *rotarios*, quos multotiens abjuraverat, ex tunc ferventius ſolito fovere ſtuduit & tenere. Cum enim catholicorum exercitus obſideret Vaurum, ubi ſedes erat Sathanæ *atque* erroris hæretici primatia, ipſe in ſubſidium perverſorum miſit milites & clientes, & in caſtro ſuo, quod *Caſſeri* appellatur, fuerunt inventi & combuſti a cruceſignatis pluſquam quinquaginta hæretici *de veſtitis*, præter credentium eorum multitudinem copioſam. Invocavit etiam contra Dei exercitum Savaricum regis Angliæ *inimici eccleſiæ* ſeneſcallum, cum quo Chriſti pugilem prædictum comitem Montisfortis apud Caſtrum novum Arrii obſidere præſumpſit; ſed, Chriſti dextra faciente, cito fuit ejus præſumptio in confuſionem converſa, ita ut pauci catholici infinitam Arrianorum multitudinem effugarent. Prædictorum autem Ottonis & regis confidentia defraudatus, ut qui baculo arundineo nitebatur, cogitavit iniquitatem abominabilem & catholicis auribus deteſtandam, & ad regem Marrochitanum ſuos nuntios deſtinavit, ſubſidium ejus, non ſolum in terræ noſtræ, ſed totius Chriſtianitatis *excidium*, implorando. Sed conatum *ejus & damnabilem intentionem ſuperna* pietas impedivit. Epiſcopum Agennenſem a ſede propria expellendo, bonis omnibus ſpoliavit. Abbatem de *Moiſſiaco* cepit, & abbatem Montiſalbani fere per annum tenuit captivatum. *Rotarii* quoque ipſius & complices peregrinos clericos & laicos innumerabiles variis affecere *martyriis*, & nonnullos detinent ac diutius tenuere captivos. In omnibus iis non eſt averſus furor ejus, ſed adhuc manus ejus extenta; ita ut fiat cottidie ſemetipſo deterior, & omnia mala, quæ poteſt, per ſe ipſum & filium ac complices ſuos Fuxenſem & Convenarum comites & Gaſtonem de Bearno, viros ſceleratiſſimos & perverſos, contra Dei eccleſiam operetur. Cum autem ultione divina & cenſura eccleſiaſtica memoratus athleta fidei, comes Chriſtianiſſimus *Montisfortis*, terram ipſorum tamquam hoſtium Dei & eccleſiæ ſancto & juſto prælio occupaverit fere totam, ipſi adhuc perſiſtentes in ſua malitia, & humiliare ſe ſub potenti manu Dei contemnentes, nuper ad regem Arragonenſem recurrerunt, per quem forte intendunt veſtram circumvenire clementiam & eccleſiam ſuggillare. Adduxerunt enim ipſum Toloſam nobiſcum, qui de mandato legati & delegatorum *veſtrorum* apud Vaurum conveneramus, colloquium habiturum. Qui quæ ac qualia propoſuerit, & quæ nos ei duxerimus reſpondenda, ex reſcriptis, quæ vobis ſigillata mittuntur, plenius cognoſcetis. *Mittitur etiam ſanctitati veſtræ conſilium quod delegatis veſtris ſuper facto comitis Toloſani tribuimus requiſiti.* Omnes igitur unanimiter & concorditer hæc præmiſſa ſanctitati veſtræ intimamus, liberantes animas noſtras, ne per defectum ſignificandi in negotio fidei de contingentibus aliquid omittatur. *Demum vero pro animabus noſtris ac commiſſarum nobis eccleſiarum ſubſtantiis veſtræ miſericordiæ ſupplicanter expoſcimus per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, ut liberationis & pacis, immo vitæ noſtræ negotium, quod in parte maxima jam feliciter promoviſtis, cum manifeſta juſtitia & potentia ſit in promptu, feliciori fine dignemini conſummare, ponentes ad radicem arboris damnoſæ ſecurim, & eam, ne noceat ultra, perpetuo ſuccidentes.* Pro certo namque ſciatis quod ſi terra, quæ dictis tyrannis cum tanta juſtitia & multa Chriſtianorum effuſione ſanguinis eſt ablata, ipſis aut eorum hæredibus reſtituatur, *præter ſcandalum fidelium, qui hoc negotium promoverunt*, non ſolum fieret noviſſimus error pejor priore; ſed excidium exinde clero & eccleſiæ inæſtimabile immineret. Ad hæc, quoniam enormitates, *blaſphemias*, abominationes, & alia ſcelera; prædictorum per ſingula præſenti paginæ non credidimus adnotanda, ne librum texere videremur, quædam in ore nuntiorum poſuimus, quæ ſanctis auribus veſtris poterunt viva voce referre,

## EPISTOLÆ EPISCOPORUM QUORUMDAM AD PONTIFICEM DE FACTO COMITIS TOLOSANI.

SAntiſſimo in Chriſto patri ac beatiſſimo domino Innocentio Dei gratia ſummo pontifici, devoti & humiles ſervi ejus, Wilelmus Burdegalenſis, Vaſatenſis & Petragoricenſis epiſcopi, cum omni affectione vitæ ſpatium & ſalutem. Ad agendas paternitatis veſtræ ſollicitudini dignas grates cum nec lingua nec calamus nobis ſufficiat, retributorem bonorum omnium exoramus, ut noſtrum ſuppleat in hac parte defectum, & abunde vobis retribuat omne bonum quod in Narbonenſi & Auxitanenſi provinciis, & etiam in partibus noſtris tam eccleſiis quam eccleſiarum prælatis paterna miſericordia tribuiſtis. Cum enim in dictis partibus peſtis hæreticæ pravitatis jam adeo pullulaſſet, quod eiſdem corruptis penitus, partes affines affectura morbo ſimili videbatur. Cumque rotariorum violentia, principibus omnibus ejuſdem terræ conſentientibus & hoc idem facientibus, eccleſiam fidemque catholicam omnemque religionem Chriſtiani nominis impugnaret, veſtræ providæ diſcretioni placuit has incommoditates ſapienti conſilio refrenare, quia fidelium ſignatorum & comitis Montisfortis mediante labore, mandatum veſtrum in parte maxima tam hæreticos quam rotarios de ſedibus ſuis ejecit; ita quod divinus cultus & pax eccleſiaſtica videntur in dictis partibus reflorere, nec jam aliud reſtat niſi illud quod per ſanctitatem veſtram feliciter eſt inceptum, per eandem felicius conſummetur. Quocirca paternæ ſanctitati cum omni devotionis affectu duximus ſupplicandum, quatenus ad extirpandas reliquias Peſtium prædictarum dignemini ſalubre conſilium adhibere; ita quod flores pacis, qui jam videntur oriri, in hoc quod in iſto negotio eſt inceptum, ad conſummationem fructus faciant expectatos. Si vero quod abſit, opus tam laudabiliter inceptum cum manifeſta juſtitia & potentia ſic in promptu imperfectum relinqueretur, non ſolum foret noviſſimus error pejor priore, ſed excidium exinde clero & ec-

ANNO CHRISTI 1213.

cleſiæ irrecuperabile immineret. Bene & diu valeat ſanctitas veſtra.

Sanctiſſimo in Chriſto patri ac domino ſuo reverendiſſimo Innocentio Dei gratia ſummo pontifici Bertrandus dictus epiſcopus Biterrenſis, ſervus ejus humiliſſimus & fidelis, cum ſanctiſſimorum pedum oſculo ſalutem & vitam. Cum ineffabili Dei clementia veſtræque miniſterio ſanctitatis terra noſtra ac aliæ circumpoſitæ, in quibus diabolus peccatis populi exigentibus tantam ſibi potentiam uſurparat, ut omnem in eis rectitudinem pervertiſſet, & per miniſtros ipſius ſponſa Chriſti opprobriis, blaſphemiis, & quæcumque poſſint excogitari afficeretur injuriis, & omnis divinus cultus eſſet in opprobrium & deriſum, in lucem pacis ac fidei tam feliciter cœperint reſpirare ut errorum & aliarum perverſitatum auctoribus jam pro parte maxima exturbatis, vexilla ibi eccleſiæ ſint erecta, & ad divini cultus augmentum pax & ſecuritas habeatur, remanſit adhuc ibi magna quædam errorum omniumque vitiorum ſentina, Toloſa videlicet civitas, & alia quædam loca. in quibus totius pravitatis hæreticæ reliquiarum ſpurcitia ſe collegit, quæ niſi fuerit per longanimitatem veſtræ ſanctæ ſollicitudinis avulſa funditus & radicitus extirpata, genimina proculdubio, viperarum & ſpuria vitulamina iterum pullulabunt, & longe deteriorem priore morbum facient redivivum. Nos igitur, beatiſſime pater, quos tamquam propius poſitos magis negotium illud tangit, ſanctiſſimam pietatem veſtram rogamus, fuſiſque votivis lacrymis exoramus in viſceribus Jeſu Chriſti, quatenus noſtro aliorumque prælatorum jugulis & eccleſiarum ſubſtantiis, quibus comitis Toloſani & filii ejus, ſi reſurgerent, gladius inexorabiliter immineret, miſericorditer proſpicientes in poſterum, negotio pacis & fidei, quod jam prudenter ac potenter hactenus promoviſtis, finem perfectum & ſtabilem imponatis. De infidelitate namque dicti comitis & immanitate quam per ſatellitem ſuum exercuit in legatum, ſuper quo per ratihabitionem & honorem & beneficia quæ ipſi occiſori exhibuit convincitur manifeſte, ſatis poteſt veſtræ ſanctitati conſtare. Provideat quoque veſtra paternitas ne rex Aragonenſis, qui, ut ſalva reverentia unctionis loquamur, factus videtur filius infidelis, & præſumptuoſe ſe jactat, quod dicto comiti & complicibus ejus hæreticis, rotariis, ſacrilegis, homicidis, & omnium flagitiorum generibus irretitis reſtitutionis terrarum ſuarum & gratiæ veſtræ beneficium obtinebit, ad veſtram præſentiam eos ducens, aliquatenus vos circumveniat. Profecto namque, ſi dicta civitas, quæ nidus hæreticorum exiſtit & extitit ab antiquo, ita quod, ſicut legitur, ob cauſam ſimilem fuit olim everſa funditus & etiam exarata, remanſerit peſtilentibus memoratis, adhuc flamma egredietur de ipſa, quæ partes noſtras & alias circumpoſitas pejus ſolito profligabit.

Sanctiſſimo patri & domino ſuo Innocentio Dei gratia ſummo pontifici Bermundus ſola Dei miſeratione miniſter Aquenſis humilis, ſalutem, & ſeipſum ad pedes. Compendioſa narratione beatitudini veſtræ duximus intimandum, quod reformatio pacis & eccleſiæ ac alia bona quæ per ſollicitudinem veſtram in partibus noſtris dignatus eſt Dominus operari nulla poſſent ratione ſecundum inferiores cauſas durare in poſterum, ſi forte Toloſanus comes aut filius ejus peccatis noſtris exigentibus terram quovis ingenio recuperaret amiſſam. Ideoque ſanctitati veſtræ humiliter ſupplicamus, quatenus ſuper hoc taliter & tam caute dignemini providere, ſi placet, quod noviſſimus error non ſit pejor priore. Conſervet Dominus ſanctitatem veſtram eccleſiæ ſanctæ ſuæ.

## BITURICENSE CONCILIUM

*Quo Burdegalenſis archiepiſcopus non venit vocatus*

*Anno* 1213. *habitum*.

Ex Manſi Suppl. t. II. p. 842.

DE hoc Bituricenſi concilio nihil ſcimus, niſi quod ſcribit Innocentius papa III. in epiſtola ad Bituricenſem archiepiſcopum regiſtri lib. XV. epiſtola 130. data Signiæ die V. id. Julii anno pontificatus XV. Narrat in ea pontifex certiorem ſe factum eſſe, quod Burdegalenſis archiepiſcopus ad concilium a Bituricenſi archiepiſcopo jure primatiæ invitatus venire neglexerit, cujus pervicaciæ reus *ſuſpenſionis ab officio metropoliticæ dignitatis* pœnam incurrit. Id merito factum agnoſcit pontifex, quamquam ſperare ſe ſignificet acturum illum ſore reſtituendum, ſi iterum ad concilium alterum vocatus paruerit. Nec de concilio hoc plura.

## CONCILIUM AD S. ALBANUM IN ANGLIA

*In cauſa pacis inter regem & eccleſiam*,

*Anno* 1213. *habitum*.

Ibid. Extat ap. Wilkins Conc. Brit. t. II.

DE *eo ſic agit Matt. Paris.* Stephanus archiepiſcopus Cantuar. 17. Calend. Auguſti regem Johannem ducens in eccleſiam Wintonien. miſſam celebravit. In craſtino autem miſit rex litteras ad omnes vicecomites regni Angliæ præcipiens, ut de ſingulis dominicorum ſuorum villis, quatuor legales homines cum præpoſito apud ſanctum Albanum pridie nonas Auguſti facerent convenire; ut per illos & alios miniſtros ſuos, de damnis ſingulorum epiſcoporum & ablati cer-

ANNO CHRISTI 1213.

certitudinem inquireret, & quid ſingulis debere-A tur.... Dum hæc agerentur, interfuerunt concilio apud ſanctum Albanum Galfridus, filius Petri, & epiſcopus Wintonienſis, cum archiepiſcopo & epiſcopis, & magnatibus regni, ubi cunctis pace regis denunciata, ex ejuſdem regis parte firmiter præceptum eſt, quatenus leges Henrici avi ſui ab omnibus in regno cuſtodirentur, & omnes leges iniquæ penitus enervarentur. *Hæc ipſe.*

# CONCILIUM AD MURELLUM,

## AB ARNALDO ARCHIEPISC. NARBON. APOST. SEDIS LEGATO

Convocatum ann. MCCXIII. ut placando Arragonum regi provideretur.

ANNO Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCXIII. (*inquit Petrus Valliſſarnenſis hiſt. Albig. c. 71.*) IV. Id. Septemb. feria 3. poſt Nativitatem B. Mariæ, rex Arragonum Petrus, congregatis comitibus Toloſano, Convenarum, & Fuxi, & copioſo exercitu Aragonenſium & Toloſanorum, Murellum obſedit. Erat autem caſtrum Murelli ſitum ſuper Garonam fluvium prope Toloſam, ad tres leugas verſus Vaſconiam. *De Murello ab iis obſeſſo, de iiſdem victis, deque epiſcopis a legato apoſtolico hac occaſione congregatis, amplam iidem epiſcopi ſcripſerunt epiſtolam ad univerſos Chriſti fideles: quam, quia ſynodica eſt, minime a nobis prætermittendam duximus. Eam & monachus Valliſſarnenſis, cap. 73. & Matthæus Pariſius in hiſtor. referunt.*

*Littera Synodica epiſcoporum concilii.*

Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus, qui ſanctam eccleſiam bona diligunt voluntate. Deus fortis & potens, Deus potens in prælio, quinta feria infra octavas nativitatis B. Mariæ Virginis, ſanctæ conceſſit eccleſiæ, devictis miraculoſe inimicis fidei Chriſtianæ, victoriam glorioſam, & triumphum glorioſum in hunc modum. Poſt correctionem affectuoſiſſimam, zelo paternæ pietatis a ſummo pontifice diligentiſſime regi factam Arragonenſi, inhibitionemque diſtrictiſſimam, ne inimicis fidei præſtaret auxilium, conſilium, vel favorem, ſed ab eiſ-D dem recederet indilate, & treugas haberet firmiſſimas cum comite Montisfortis; quibuſdam etiam litteris, quas ejuſdem regis nuncii per falſiſſimam ſuggeſtionem contra comitem Montisfortis impetrarat de terris reddendis comitibus Fuxenſi, Convenarum, & Gaſtoni de Bearno, poſt veritatis cognitionem caſſatis a domno papa, & tanquam nullius valoris penitus revocatis: idem rex correctionem patris ſanctiſſimi non devotione recipiens filiali, ſed tranſiiſſet contra mandatum apoſtolicum ſuperbe recalcitrans, quaſi cor habens durius induratum, licet venerabiles patres, Narbonenſis archiepiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus, & Toloſanus epiſcopus, ſibi litteras & mandatum ſummi pontificis tranſ-E miſiſſent, mala quæ pridem conceperat, voluit poſtmodum parturire: quia in terram quæ per virtutem Dei, auxilio ſignatorum, contra hæreticos & eorum defenſores fuerat acquiſita, intravit cum exercitu, eamque contra mandatum apoſtolicum ſubjugare, ac prædictis inimicis reddere attentavit, parte ejus jam ſibi aliquantulum ſubjugata, cum pars multa reſidui, ob ipſius ſecuritatem apoſtatare intenderet, & ſe ad apoſtatandum jam pararet. Congregatis inſimul comitibus Toloſæ, Fuxi, & Convenarum, & To-B loſanorum exercitu magno valde, feria tertia poſt nativitatem B. Mariæ, Murelli caſtrum obſedit. Quo audito patrum venerabilium, archiepiſcoporum, epiſcoporum, & abbatum, quos venerabilis pater Narbonenſis archiepiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus propter ſanctum negotium fecerat congregari, qui ut de dicto negotio & de pace tractarent, diligenter advenerant, in Chriſto unanimes & devoti. Simon comes Montisfortis habens ſecum quoſdam nobiles & potentes cruce-ſignatos, qui nuperrime de Francia venerant ipſi & Chriſti negotio in ſuccurſum, ſuamque familiam, quæ in Chriſti negotio diu ſecum laboraverat, iter arripuit ad caſtrum obſeſſum viriliter ſuccurrendum. Et dum die Mar-C tis infra octavas ſupradictas veniſſet ille Chriſti exercitus ad quoddam caſtrum quod dicitur Saverdunum, venerabilis epiſcopus Toloſæ, cui commiſſa erat a ſummo pontifice Toloſanorum reconciliatio, licet de reconciliatione ter vel quater monuiſſet, cujus admonitionibus licet ſalubribus acquieſcere poſtponebant, reſpondentes ſuper hoc nullatenus reſpondere: ad dictos regem & Toloſanos in obſidione Murelli aſſiſtentes ſuas miſit litteras, ſignificans eis quod epiſcopi memorati veniebant, ut de pace & concordia diligenter tractarent, & petebat ſibi dari ducatum ſecurum. In craſtino autem, prima die Mercurii ſubſequente, quia rex ſic urgebat, ſupradictus exercitus exiit Saverduno, feſtinans ad ſuccurſum Murelli celeriter advenire. Dicti vero epiſcopi memorati propoſuerant apud quoddam caſtrum quod dicitur Alta-ripa, quod medium inter Saverdunum & Murellum, diſtatque ab utroque duabus leucis, ut ibi miſſum nuncium expectarent. Qui nuncius rediens ex parte regis reſpondit, quod ex quo epiſcopi cum exercitu veniebant, non daret eis ducatum: ipſi quidem alio modo non poterant ire ſine manifeſto periculo propter guerram. Cum epiſcopi & Chriſti exercitus Murellum accederent, ex parte civium Toloſanorum, prior hoſpitalis Toloſæ ad epiſcopum Toloſanum miſſus venit, ferens eorum litteras in quibus continebatur, quod modis omnibus parati erant domni papæ, & ipſius epiſcopi facere voluntatem. Quod quidem eis bonum fuiſſet, ſi compenſaſſent verius facta dictis. Eidem vero priori ſtatim remiſſo ab epiſcopo reſpondit rex, quod ducatum epiſcopo non præberet; ſed ſi vellet ire Toloſam, ut cum Toloſanis loqueretur, eum concederet illuc ire, & hoc deriſorie fuit dictum. Ad quod epiſcopus: Non decet, inquit, ſervum civitatem intrare, de qua Dominus ſuus exul eſt ejectus: nec ego, cum corpus Chriſti de civitate illa ejectum fuerit, illuc revertar, donec Deus meus & dominus meus revertatur. Verumtamen dicti epi-

ANNO CHRISTI 1213.

epiſcopi cum exercitu Murellum intraverunt die Mercurii ſuperius memorata : qui ſollicitudine non pigra, duos viros religioſos ad regem & cives Toloſanos deſtinarunt, qui a rege tale habuere reſponſum, quod propter quatuor ribaldos quos epiſcopi ſecum adduxerant, petebant colloquium habere cum ipſo. Et hæc dixit in deriſum & contemptum ſignatorum. Toloſani vero prædictis nunciis reſponderunt, quod in craſtino ſuper hoc reſponderent, & hac de cauſa eos uſque in craſtinum tenuerunt. In craſtino autem prima die Jovis reſponderunt, quod ipſi regi Arragonenſi erant confœderati, & nihil facerent niſi regis in omnibus voluntatem. Quod cum redeuntes mane ipſa die Jovis nuncii retuliſſent, epiſcopi & abbates diſcalciatis pedibus ire propoſuerunt ad regem. Et cum quendam religioſum mitterent ad nunciandum regi adventum ipſorum in hunc modum patefactis januis, cum comes Montisfortis ac cruce-ſignati eſſent inermes, pro eo quod de pace epiſcopi & abbates inſimul loquebantur; hoſtes Dei ſuperbe ac fraudulenter armati vicum ſubintrare cum impetu attentarunt : ſed per Dei gratiam a ſuo fuerunt deſiderio defraudati. Quorum ſuperbiam comes & cruce ſignati videntes, cum ſine periculo & damno maximo ulterius differre non poſſent, per cordis contritionem & oris confeſſionem, utpote viri cultores fidei Chriſtianæ, mundati ſalubriter a peccatis, armis ſuis ſe viriliter accinxerunt, venienteſque ad ſæpe dictum Toloſæ epiſcopum, qui authoritate domini Narbonenſis epiſcopi apoſtolicæ ſedis legati, legationis officio fungebatur, exeundi licentiam contra hoſtes fidei humiliter petierunt, qua, quia negotium erat in arcto conſtitutum, neceſſitatis articulo compellente, conceſſa, pro eo quod ipſam domum in qua epiſcopi morabantur, ipſi hoſtes erectis jam machinis aliiſque bellicis inſtrumentis feſtinabant protinus impugnare, baliſtarum quarellis, jaculis atque lanceis emiſſis hoſtiliter circumquaque : Chriſti milites, reverendi ligni Dominici ſignaculo cum inſigniis pontificalibus conſignati, in nomine ſanctæ Trinitatis tribus aciebus diſpoſitis exierunt. Hoſtes vero e contrario multas habentes acies, & multum magnas, ſuis jam muniti armis tentoria ſunt egreſſi. Quos licet multos milites & populum multum nimis, clientes Chriſti de ipſius auxilio confidentes, & licet eorum reſpectu pauciſſimi magnam eorum multitudinem non verentes, armati ex alto, viriliter ſunt aggreſſi. Statim virtus Altiſſimi per manus ſervorum ſuorum hoſtes ſuos confregit & comminuit in momento. Terga enim vertentes in fugam, facti ſunt tanquam pulvis ante faciem venti, & angelus Domini perſequens eos erat : hi turpiter fugientes turpi fuga mortis periculum evaſerunt, alii vitantes gladios aquæ periculo perierunt, quamplures vero fuerunt in ore gladii devorati. De illuſtri rege Arragonenſi, qui cum interfectis occubuit, plurimum eſt dolendum, quia princeps tam potens & nobilis, qui ſi vellet, poſſet & deberet eccleſiæ ſanctæ utilis multum eſſe, nunc Chriſti adjunctus hoſtibus, Chriſti amicos & ſanctam eccleſiam improbe perturbabat. Ceterum cum victores a cæde & perſecutione hoſtium revertentur cum victoria glorioſa : ſæpe dictus Toloſanus epiſcopus, Toloſanorum ſtragi & miſeriæ caritative & miſerabiliter compatiens, corde pio, eos qui de ſtragis reſiduo adhuc intra ſua tentoria morabatur, ſalvare cupiens ne perirent, ut ſaltem tantorum flagellorum verbere caſtigati, citum periculum evadentes, converterentur ad Dominum & viverent, in fide catholica permanſuri : miſſa eis per quemdam religioſum virum cuculla qua indutus erat, mandavit eis, quod nunc demum arma ſua & ſuam deponerent feritatem, & inermes venirent ad ipſum, ut eos ſalvaret de morte. Qui adhuc quoque in ſua perſeverantes malitia, & ſe qui jam victi erant, viciſſe Chriſti populum autumantes, non ſolum parere ſui epiſcopi ammonitionibus contempſerunt, verum etiam ablata cuculla ipſum nuncium auſterius verberarunt : poſt quos Chriſti militia recurſum faciens, circa ſua diffugientes tentoria interemerunt. Certus hoſtium interfectorum tam nobilium quam aliorum numerus præ multitudine nullatenus ſciri poteſt : de militibus autem Chriſti unus ſolus interemptus eſt in conflictu & pauciſſimi ſervientes. Omnis igitur populus Chriſtianus, pro Chriſtianorum victoria, mente pia & toto cordis affectu gratias agat Chriſto, qui per paucos fideles infidelium multitudinem innumerabilem ſuperavit, & ſanctam eccleſiam ſuam de hoſtibus ſuis conceſſit fideliter triumphare. Ipſi honor & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen. Nos Toloſanus, Nemauſenſis, Uticenſis, Lodovenſis, Biterrenſis, Agatenſis, & Convenarum epiſcopi, & de Claraco, Villa magna, & S. Tiberii abbates, qui mandato venerabilis patris Narbonenſis archiepiſcopi apoſtolicæ ſedis legati veneramus, & de pace ac concordia tractare cum ſumma diligentia ſummoque ſtudio nitebamur, præſcripta omnia, ſicut quæ vidimus & audivimus, eſſe veriſſima in verbo Dei perhibemus, conſignantes ea noſtrorum munimine ſigillorum, utpote reſervari digna in memoriam ſempiternam. Datum Murelli in craſtino victoriæ glorioſæ, ſcilicet ſexta feria intra octavas nativitatis B. Mariæ, anno Domini MCCXIII.

ANNO CHRISTI 1214.

# CONCILIUM DUNSTAPLIENSE

## A STEPHANO LANGTON ARCHIEPISCOP. CANTUAR.

Celebratum in octavis Epiphaniæ, ubi appellatio interponitur per archiepiſcop. & ceteros a legato ad papam.

*Matth. Paris. in ann. 1214.*

ANno Domini milleſimo ducenteſimo decimo quarto, rex Anglorum Joannes ad Natale curiam ſuam tenuit apud Windleshores, ubi multa magnatum ſuorum multitudini feſtiva diſtribuit indumenta. Deinde poſt octavas Epiphaniæ convenerunt apud Duneſtapliam Stephanus Cantuar. archiepiſc. cum ſuis ſuffraganeis, ut de negotiis eccleſiæ Anglicanæ tractarent ibidem. Moleſte enim ſupra modum ferebant, quod legatus ſupradictus, ut prædiximus, illis inconſultis,

ANNO CHRISTI 1214.

tis, regiis favens voluntatibus, in eccleſiis vacantibus prælatos minus ſufficientes poſuerat, intruſione magis quam electione canonica. Tandem cum hinc inde varia ſorte tractaſſent, archiepiſc. Cantuar. duos clericos, apud Burtonam ſuper flumen Trente, ubi tunc legatus erat, miſit: qui eidem ex parte domini Cantuarienſis, interpoſita appellatione prohibuerunt, ne contra dignitatem ſuam, ad quam ordinatio eccleſiarum ſuæ diœceſis de jure ſpectabat, prælatos in eccleſiis vacantibus inſtituere præſumeret. Legatus autem appellationi factæ non deferens, miſit aſſenſu regio Pandulphum jam ſæpe dictum, ad curiam Romanam, ut archiepiſc. & epiſcoporum propoſitum irritaret. Quo cum perveniſſet, famam archiepiſc. Cantuar. in conſpectu ſummi pontificis non mediocriter denigravit: regemque Anglorum tantis ibidem extulit laudum præconiis, aſſerens ſe regem tam humilem tamque modeſtum eatenus non vidiſſe, ut in oculis domini papæ idem rex gratiam admirabilem obtineret. Reſtitit autem Pandulpho ibidem magiſter Simon de Langueruna, frater archiepiſc. Cantuar. Sed quoniam charta regis auro bullata, domino papæ de ſubjectione & tributo regni Angliæ & Hiberniæ, a prædicto Pandulpho nuper delata fuerat: magiſter Simon in ſuis contradictionibus non potuit exaudiri. Aſſerebat præterea Pandulphus memoratus, in præſentia domini papæ, archiepiſc. & epiſcopos in exactione, & ablatorum reſtitutione tempore interdicti, nimis eſſe rigidos & avaros: quodque ipſum regem & regni libertates plus æquo deprimebant. Et ſic propoſitum archiepiſcop. & epiſcopor. ad tempus accepit dilationem.

# CONCILIUM MAGISTRI ROBERTI

## DE CORCON LEGATI

Ex Beſſin Concil. Rotomag. Prov. p. 110.

Apud Rotomagum celebratum, præſentibus Archiepiſcopo Rotomagenſi R. cum ſuis Suffraganeis, & aliis prælatis Normanniæ, anno MCCXIV.

*De diſciplina eccleſiaſtica.*

*Ex Mſ. cod. S. Michaelis in periculo maris.*

### OBSERVATIO PRÆVIA.

Idem fere Concilium hoc cum Pariſienſi anni 1212. Pleraque tamen ex noſtro in Pariſienſi emendantur, ſupplentur lacunæ, & 14. capitula ad calcem ſuperadduntur. In noſtro Michaelino codice Pars I. de Clericis. II. De Monachis & Monialibus. III. De Epiſcopis. Et congruentiori quidem ordine quam in editione Labbeana, in qua pars tertia de Monialibus, poſt 27. patris ſecundæ cap. diſtinguitur; tametſi a cap. 41. ad 54. ſingula monachos & Abbates, nullatenus vero Moniales ſpectent. Celebrati hujuſce Concilii annum deſignaſſe videtur vetus S. Trinitatis de monte Rotom. Mſ. chronicon, in hæc verba. *Anno Domini MCCXIV. Robertus de Corcione Legatus Apoſtolicus, celebrato Concilio, primum Remis, deinde Pariſiis, Rotomagi venit: factoque ſermone ad Clerum & populum ſuper Crucis charactere in auxilium terræ Jeroſolymitanæ capiendo, cujus occaſione legationis officio fungebatur, infinita multitudo Crucem cepit.* Tunc profecto cum Normanniæ Prælatis Concilium iſtud celebravit.

### PRÆFATIO.

Cum ex injuncto noſtræ legationis officio teneamur quæ ſunt plantanda plantare, & extirpare quæ viderimus extirpanda, ad hoc ut fructum faciamus, & fructus noſter maneat ad informationem Eccleſiæ, auctoritate Domini Papæ & noſtra cum aſſenſu Concilii præſentis, communicato prudentum virorum & religioſorum conſilio, conſtitutiones quæ ſequuntur duximus promulgandas: Incipientes a ſubditis tanquam a pavimento domus Dei vario lapide ſtrato, ut per medios quaſi per parietem gradientes, ad epiſcopale faſtigium quaſi tectum pertingamus.

### STATUTORUM CONCILII PARS PRIMA.

Ad clericos ſæculares.

### TITULI CAPITUM.


1. *De vita & honeſtate clericorum.*
2. *Ut qui horarum principio & fini interſunt, in medio ſe abſentantes, non recipiant portionem.*
3. *Ne beneficiati habeant canes aut aves ad venandum; & in equis phaleras inhoneſtas.*
4. *Ut in ſacris ordinibus conſtituti, pariter & beneficiati, focarias non habeant.*
5. *Ut quilibet clericus prælato ſuo obediat, eidemque confiteatur.*
6. *De clericis advocationem exercentibus.*
7. *De Decanis, & in dignitate conſtitutis, & advocatis qui beneficiati non ſunt.*
8. *De clericis qui juramentum fecerint de non commodando, mutuando, & fidejubendo.*
9. *Ne admittantur quæſtuarii prædicatores.*
10. *Ne Sacerdotes ignoti admittantur ad celebrandum ſine idoneo teſtimonio.*
11. *Ne excommunicatus, interdictus, ignotus, vel alienus parochianus laicus, ad ſepulturam, vel ad communionem admittatur.*
12. *De pactione vel exactione pro Miſſis; deque ſacerdotibus, qui earum multitudine onerati, vel conductitios alios ſacerdotes habent, vel ſiccas Miſſas faciunt.*
13. *Ne Sacramenta, vel Sacramentalia vendantur.*
14. *Ne ad firmam accipiant, vel dent eccleſias, neve confeſſiones audiant alienorum.*
15. *Ne ſectio beneficiorum fiat.*
16. *Ne decanatus rurales pro pretio conferantur.*
17. *Ut capitula conventualium eccleſiarum prælatum extra eligant, ſi in ſuo collegio non reperiant dignum.*
18. *Quomodo conferenda a capitulo beneficia, & electiones in eccleſiis faciendæ.*

ANNO CHRISTI 1214.

19. *Ne archidiaconus pretium exigat pro redemptione procurationum ab eccleſiis quas non viſitat.* A

20. *Ne in domibus clericorum, religioſorum, &c. fiant inhoneſtæ comeſſationes, ludi talorum, & alia indigna.*

21. *Ne plura habeant beneficia quibus cura ſit animarum annexa.*

22. *Nec etiam quæ ſunt in eadem eccleſia ſimul teneantur ab eodem.*

23. *Ne beneficia jure hereditario teneantur: & ne pro danda licentia docendi aliquid exigatur.*

## CAPUT I.

*De vita & honeſtate Clericorum.*

Ecc. 19. 26. QUoniam ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſenſatus: & amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de eo; præſentis Concilii auctoritate prohibemus, ne clerici tonſuram habeant ſimilem laicali, ſed rotundam & circularem & irreprehenſibilem. Præcipimus etiam ut ſint in habitu, & geſtu, & converſatione honeſta, abſtinentes ſe a confabulationibus frequentibus vel vitioſis in eccleſia & in choro, & ſuperflua deambulatione, & mora extra chorum donec horæ cantantur vel Miſſa celebratur, per quæ divinum officium impediatur, vel ſcandalum generetur. C Nec ſine juſta cauſa, maxime in ſolemnitatibus majoribus, poſt evangelium a choro exeant ante finem Miſſæ. Si quis autem contra hanc conſtitutionem venire præſumpſerit; ſi monitus a prælato ſuo non deſtiterit, beneficii ſui ſuſpenſione mulctetur. Si adhuc contumax extiterit, a ſuperiore excommunicetur.

*II. Ut qui horarum principio vel fini interſunt, in medio ſe abſentantes, non recipiant portionem.*

Quia vero in quibuſdam eccleſiis conſuetudo reprehenſibilis inolevit, ſcilicet quod quidam canonici & clerici in horis anniverſariis pro quibus aliquid debet percipi, principio vel fini D interſunt, in medio ſe abſentantes, ut inde portionem percipiant. Talem conſuetudinem reprobantes, ſtatuimus & diſtricte præcipimus decanis eccleſiarum, & iis ad quos horum correctio pertinet, ut prædictam conſuetudinem vitio cupiditatis & negligentiæ inductam exſtirpare procurent, increpando delinquentes, & ſubtrahendo eis alias debitam portionem.

*III. Ne beneficiati habeant canes aut aves ad venandum, & in equis phaleras inhoneſtas.*

Prohibemus etiam univerſis clericis beneficiatis ne canes aut aves habeant ad venandum, aut venationi aut aucupationi inſerviant: & E ne habeant in equis phaleras inhoneſtas, aut ſellas inhoneſte depictas, ſed unius coloris tantum, non ad inſtar vanitatis ſæcularium hominum.

EDIT. LABB. ADDIT CONSEQUENTER.

*Cum ex his Deus tentari videatur, & honeſtas eccleſiæ deformetur. Hujus autem conſtitutionis trangreſſores, poſtquam a prælatis ſuis moniti ſe non correxerint, pœna prædicta decernimus percellendos.*

*IV. Ut in ſacris ordinibus conſtituti, pariter & beneficiati, focarias non habeant.*

Inhibemus etiam diſtrictius ne clericis in ſacris ordinibus conſtituti, etſi beneficiati non fuerint, in propriis domibus vel alienis publice focarias habeant unde ſcandalum oriatur. Quod ſi aliqui contra hujus conſtitutionis tenorem venire præſumpſerint; & ad ammonitionem ſui prælati eaſdem focarias non dimiſerint, & a ſe prorſus non expulerint: elapſis quadraginta diebus a prima die monitionis, noverint ſe excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Idem etiam de beneficiatis duximus ſtatuendum: adjicientes quod poſt tempus monitionis prædictæ ab officio & beneficio ſe noverint eſſe ſuſpenſos: nec abſolvantur, nec ad beneficia reſtituantur, niſi eis gravi ab Epiſcopis injuncta pœnitentia.

*V. Ut quilibet clericus prælato ſuo obediat, eidemque confiteatur.*

Præcipimus etiam ut quilibet clericus ſuo prælato debitam reverentiam exhibeat, & eidem prælato ſuo, & non alii confiteatur, niſi de conſenſu ſui prælati, vel ab eo licentia expetita: hujuſmodi vero mandati tranſgreſſores pœnæ prædictæ de habitu clericorum volumus ſubjacere.

*VI. De clericis advocationem exercentibus.*

Prohibemus etiam arctius, ne canonicus, vel aliquis clericus ſufficiens habens beneficium eccleſiaſticum, pactione interveniente, advocationem exerceat, nec cauſas penitus deſperatas ſcienter aſſumat, nec eas malitioſe protrahat, vel earum debitum proceſſum per malitiam impediat, nec in contumeliam partis adverſæ prorumpat; ſed ſuſcepta negotia fideliter & diligenter ſecundum veritatem exerceat, nullum jus falſum allegans, & erga judices ſe habens reverenter, pariter & modeſte.

*VII. De Decanis, & in dignitate conſtitutis, & advocatis qui beneficiati non ſunt.*

Inſuper diſtrictius id prohibemus, & ſub excommunicationis inferendæ pœna præcipimus decanis & aliis perſonis habentibus eccleſiaſticam dignitatem. Inhibemus etiam ne advocati eccleſiaſtica beneficia non habentes immoderata ſalaria exigere vel extorquere præſumant. Quod ſi quis contra hæc improbe venire præſumpſerit; niſi monitus a prælato ſuo deſtiterit, ſi beneficiatus eſt, beneficio privetur, alioquin excommunicetur.

*VIII. De clericis qui juramentum fecerint de non commodando, mutuando, fidejubendo.*

Inſuper inhibemus ne clericus aliquis vel perſona eccleſiaſtica juramentum faciat de non commodando libros, vel domos, aut res alias, vel

de

ANNO CHRISTI 1214.

de non mutuando, ſive de non fidejubendo pro A aliis; & ne excommunicatio fiat ſuper hujuſmodi, & ſi qua facta eſt, eam (a) auctoritate Concilii relaxamus, & diſtricte præcipimus (b) obſervari. Si quis vero hujus prohibitionis noſtræ contemptor exſtiterit: ſi monitus non correxerit, & beneficiatus fuerit, a beneficio ſuſpendatur, alioquin excommunicetur.

*IX. Ne admittantur quæſtuarii prædicatores.*

Diſtricte quoque inhibemus, ne quis ſit conductitius vel quæſtuarius prædicator, nec talibus officium prædicationis committatur, nec ad prædicandum tales admittantur, ſive reliquias portent, ſive ſine eis accedant, niſi ex juſta cauſa, & cum litteris ſui diœceſani. Nec prædicatio alicujus provinciæ vel parrochiæ ei vel alii tanquam ad firmam concedatur. Tranſgreſſoribus hujus conſtitutionis pœna ſimili ſupradictæ percellendis.

*X. Ne Sacerdotes ignoti admittantur ad celebrandum ſine idoneo teſtimonio.*

Adhuc inhibemus diſtrictius ne Sacerdotes ignoti, de quorum ordinatione non conſtat, ad divinorum celebrationem admittantur ſine litteris C teſtimonialibus vel teſtimonio bonorum virorum: & eos qui contra hoc venerint, decernimus puniendos arbitrio prælatorum.

*XI. Ne excommunicatus, interdictus, ignotus, vel alienus parochianus laicus, ad ſepulturam, vel ad communionem admittatur.*

Similiter prohibemus ne excommunicatum aliquem, vel penitus ignotum, vel alienum parochianum laicum, in præjudicium proprii Sacerdotis, vel ad ſepulturam, vel ad communionem euchariſtiæ, ſcienter aliquis Sacerdos admittat, præcipue in ſolemnitate paſchali: tranſgreſſores D vero, ſi qui fuerint, pœnæ prædictæ de quæſtuariis ſubjaceant.

*XII. De pactione vel exactione pro Miſſis, deque Sacerdotibus, qui earum multitudine onerati, vel conductitios alios Sacerdotes habent, vel ſiccas Miſſas faciunt.*

Prætera a viris eccleſiaſticis vitium avaritiæ extirpare volentes, auctoritate legationis noſtræ, & in virtute Spiritus ſancti prohibemus ne pro annualibus, vel tricennalibus, vel ſeptennalibus Miſſarum faciendis, laici vel alii in teſtamento E dare aliquid vel legare cogantur; & ne ſuper his aliqua pactio vel exactio vetita, vel ſub aliqua ſpecie palliata, a ſacerdotibus vel aliis mediatoribus fiat: & ne ſuperflua multitudine talium annualium ſe onerent Sacerdotes, ad quæ explenda honeſte ſufficere non poſſunt, & propter quæ oporteat ipſos habere conductitios Sacerdotes, vel ea aliis vendere facienda: nec ut a prædictis ſe exonerent ſacerdotes ſuas Miſſas faciant pro defunctis.

*XIII. Ne ſacramenta vel ſacramentalia vendantur.*

Sub eadem diſtrictione prohibemus, ne ſacramenta eccleſiaſtica, vel ſacramentalia ullo modo vendant ſicut in Lateranenſi Concilio * eſt ſtatutum. * Lateran. II. c. 24.

*XIV. Ne ad firmam accipiant, vel dent eccleſias, neve confeſſiones audiant alienorum.*

Auctoritate autem prædicta firmiter inhibemus, ne qui proprias habent eccleſias, alienas eccle- B ſias ad firmam accipiant; & ne, ſuis dimiſſis, in alienis eccleſiis ſacerdotes vel capellani exiſtant, aut proprias dent ad firmam; ſed per ſeipſos curam exerceant, niſi forte eos abeſſe oporteat ex juſta cauſa, & de licentia ſuperioris. Et ne quis ſacerdos ſine mandato ſuperioris, aut ejus qui in parochia aliqua curam habet animarum, confeſſiones recipiat, omiſſis propriis ſacerdotibus vel contemptis, niſi articulo neceſſitatis. Tranſgreſſores autem pœna prædicta de quæſtuariis percellendos ſtatuimus.

*XV. Ne ſectio beneficiorum fiat.*

Præterea adhærentes Concilio (c) Lateranenſi & Turonenſi, ſectionem beneficiorum, & diviſionem præbendarum fieri prohibemus: decernentes irritum & inane, ſi quid contra hæc fuerit attentatum.

*XVI. Ne decanatus rurales pro pretio conferantur.*

Inhibemus etiam ne decanatus rurales ad tempus vel in perpetuum pro pecunia vel aliquo pretio conferantur alicui, ſicut ſtatutum eſt in Conciliis Lateranenſi & Turonenſi: eos qui contra hoc venerint decernentes, præter pœnas in Conciliis comprehenſas, juxta prælatorum arbitrium, gravi pœna puniendos.

*XVII. Ut capitula conventualium eccleſiarum prælatum extra eligant, ſi in ſuo collegio non reperiant dignum.*

Præterea capitulis conventualium eccleſiarum diſtricte præcipimus, ut cum electionem prælati facere debent, ſi in ſuo collegio idoneus non inveniatur, extra eligant vel requirant idoneam perſonam. Quod ſi in capitulo idonea perſona & utilis inveniatur, ipſam eligant & promoveant in prælatum: nec unquam prohibeant ne tractatus fiat de extranea perſona.

*XVIII. Quomodo conferenda a capitulo beneficia, & electiones in eccleſiis facienda.*

Inſuper ſtatuimus & præcipimus firmiter obſervandum, quando beneficia eccleſiaſtica vacant, quæ ſunt a capitulis conferenda, vel electiones (d) ſunt in aliquibus faciendæ eccleſiis, ſive ardua vel majora negotia peragenda, competens dies

(a) Edit. auctoritate Apoſtolica & noſtra. (b) Præcipimus non ſervari.
(c) Edit. deeſt *Lateranenſi*.
(d) Sic in edit. detruncatum exhibetur & mendoſum, *vel electiones ſiunt in aliquibus eccleſiis, publice præfigatur prima quæ ad notitiam abſentium poſſit pervenire: ad quam diem, &c.*

dies in capitulo præfigatur; ita quod ad poti-tiam abſentium poſſit pervenire, ad quem diem abſentes, & maxime reſidentes commode valeant convenire: qua die illi qui convenerunt in ca-tulo habeant poteſtatem de prædictis diſponendi, & ſtatuendi quod eccleſiæ videbitur expedire. Alias quod ab eis ſuper hoc factum fuerit, de-crevimus irritum & inane.

*XIX. Ne archidiaconus pretium exigat pro redemptione procurationum ab eccleſiis quas non viſitat.*

Firmiter etiam inhibemus juxta Concilium Toletanum, ne quis archidiaconus procurationes exigat aut pretium pro redemptione procuratio-num ab eccleſiis quas perſonaliter non viſitat & in quibus debitum viſitationis officium non im-pendit. Si quis autem contra hoc venire præ-ſumpſerit, ſi monitus non deſtiterit, prædictas procurationes ſibi ſubtrahi præcipimus, ut in eo puniatur in quo deliquit: ſi vero non per hoc correctus fuerit, excommunicetur.

*XX. Ne in domibus clericorum & religioſorum, &c. fiant inhoneſtæ comeſſationes, ludi talorum, & alia indigna.*

Ceterum inhibemus ne in domibus clericorum, vel religioſorum in clauſtris, vel in atriis eccle-ſiarum, vel in aliis locis religioſis, in quibus vinum quandoque vendi contingit, illi qui præ-ſunt, inhoneſtas comeſſationes vel ludos talorum fieri permittant, vel conventionem ribaldorum ibidem recipiant. Item ne in locis extra clau-ſtra ſua auctoritate idem faciant firmiter prohi-bemus. Tranſgreſſoribus pœna proxime prædicta contra quæſtuarios puniendis.

*XXI. Ne plura habeantur beneficia, quibus cura ſit animarum.*

Adhuc prædicta auctoritate decernimus, ut ſi quis prælatus perſonatum, cui annexa eſt cura animarum (a) ſciens & prudens conferat alicui clerico habenti in alia eccleſia perſonatum cui annexa eſt ſimiliter cura animarum; tam dans quam accipiens ſe noverint excommunicationis vinculo innodatos: ſed & ſecundam collationem decernimus non tenere.

*XXII. Nec etiam quæ ſunt in eadem eccleſia, ſimul teneantur.*

Inſuper ſtatuimus, ſi quis in diverſis eccle-ſiis, ſive in eadem, plures habuerit (b) perſo-natus, ſive curam animarum in pluribus ec-cleſiis: uno illorum, quem maluerit, infra duos menſes dimiſſo, altero ſit contentus. Alio-quin omnes perſonatus amittat, & aliis perſo-nis idoneis ab aliis ad quos collatio pertinet conferantur.

*XXIII. Ne beneficia jure hæreditario teneantur. & ne pro danda licentia docendi aliquid exigatur.*

Inhibemus etiam, ne quis aliquod eccleſiaſti-cum beneficium ſibi jure hæreditario vendicet, nec eodem jure a quoquam alicui conferatur. Et ne quis pro danda licentia docendi, vel ſcho-larum regimine conferendo, ante vel poſt ali-quid exigere vel extorquere præſumat. Si quis autem contra hanc conſtitutionem venire, vel in fraude ejus quicquam præſumat: ſi monitus a prælato ſuo non emendaverit, eccleſiaſtico be-neficio ſuſpendatur. Alioquin, ſi contumax fue-rit, excommunicetur.

## STATUTORUM CONCILII ROTOMAG.

### PARS SECUNDA.

### Ad Perſonas Regulares.

NUnc ad viros regulares, vel ad religioſas perſonas quaſi ad domum (c) Dei tran-ſeamus qui quanto ſe arctius divinis obſequiis manciparunt, tanto ab inquinamento hujus mun-di ſe ſtudioſius abdicare tenentur.

### TITULI CAPITUM PARTIS SECUNDÆ.

1. *De ingreſſu ſimoniaco in religionem & de proprietate.*
2. *Ne aliquis recipiatur infra decimum octavum annum.*
3. *Ut ſuſpecta oſtiola, & diverſoria, obſtruantur.*
4. *Ut infirmorum habeatur diligens cura: & eleemoſynæ fiant.*
5. *Ut hoſpitalitas teneatur.*
6. *Ne fraus circa eleemoſynas fiat.*
7. *Ut nullus occaſione nationis tantum, modo ſit idoneus, ab ingreſſu religionis repellatur.*
8. *Ne uſurarii, vel excommunicati, ad religionem, ſepulturam, aut ſacramenta recipiantur.*
9. *Ut qui uni cœnobio alligatus eſt, in aliis non recipiatur in fratrem.*
10. *Ne religioſi utantur chirothecis albis, calceamentis ſecularibus, & aliis minus decentibus: nec extra refectorium comeſſentur.*
11. *De multis religioſæ diſciplinæ capitibus.*
12. *Ut religioſo iter agenti omnia provideantur, ne cogatur mendicare.*
13. *Ut ſubditi humiliter obediant.*
14. *Prælati diſcrete ac provide imperent.*
15. *Ne abbates præpoſituras dent monachis ad firmam.*
16. *Ut qui abjecto religionis habitu in ſæculo vivit excommunicetur a ſacerdotibus locorum.*
17. *De excommunicatis, vel interdictis, religionem ingredientibus.*
18. *Ne monachi per eccleſias, vel villas, ſinguli ponantur.*
19. *Ne quis duos prioratus, vel obedientias, uſurpet.*
20. *Clerici vel monachi, qui conjurationem fecerint, gradu excidant.*
21. *De religioſo advocationem exercente.*
22. *Ut regulares, qui extra clauſtra juriſprudentiæ & medicinæ dant operam; niſi infra duos menſes redeant, ſint excommunicati.*
23. *Ne bini jaceant in lectis.*
24. *De incontinentia contra naturam.*
25. *Ut numerus monachorum non minuatur.*

26. *Ne*

(a) Hinc ſuppletur lacuna editionis.
(b) Suppletur iterum lacuna edit.
(c) Edit. *quaſi ad domus Dei parietem.*

ANNO CHRISTI 1214.

26. *Ne religioſi juramentum faciant de non commodandis libris.*

27. *Ut qui ſeditiones movent ut mittantur in cellas, arctius in clauſtro permaneant.*

28. *Quod qui merces ſuas vendunt ad terminum, & carius propter ipſum terminum, uſurariorum culpa obligentur.*

29. *Ne clericis, vel laicis, liceat prioratus tenere ad vitam.*

30. *Ne ab ingreſſuris clauſtrum, paſtus, vel veſtimentum exigantur.*

HINC TERTIA PARS IN EDIT.

31. *Ne circa moniales verſentur clerici, vel ſervientes ſuſpecti, vel alii.*

32. *Ut ſingulæ jaceant in lectis.*

33. *Ne egrediantur ad viſitandos parentes, niſi cum cuſtodibus boni teſtimonii, & ad breve tempus.*

34. *Choreas ne ducant: quod ne ſecularibus quidem licet.*

35. *De vita & honeſtate, ac paupertate monialium.*

36. *Ut de bonis monaſterii in commune eis neceſſaria miniſtrentur.*

37. *Ut confeſſarii ipſis provideantur diſcreti, & honeſti.*

38. *Ut abbatiſſæ negligentes puniantur.*

39. *De iis qui manent in domibus leproſorum, & hoſpitalibus, ut infirmis & peregrinis miniſtrent.*

40. *Ne a multitudine ſervientium facultates pauperibus deputatæ abſorbeantur, & qui in ſervientes non recipiendi.*

41. *De abbatibus negligentibus circa obſervantiam & ne ſint judices, &c.*

42. *De iiſdem, ſi vitam reprobam duxerint.*

43. *Ne excedant in equitaturis, & ſumptibus: & ne habeant in familia vel ſocietate juvenes laſcivos.*

44. *Ne bona eccleſiæ ſuæ dent cognatis.*

45. *Ne juvenculæ, vel ſuſpectæ mulieres recipiantur in domibus religioſorum.*

46. *Ut non amoveant priores, pro cognatis collocandis.*

47. *Ut obedientiarii, priores, ac etiam abbates, rationes reddant, ſaltem bis in anno.*

48. *Ne abbates vel priores magna negotia contrectent, & magnam pecuniæ ſummam mutuo accipiant, ſine conſilio ſeniorum.*

49. *Ne ſint immiſericordes pœnitentibus.*

50. *Ne vendantur obedientiæ, vel ex pacto ad vitam conferantur.*

51. *Ne ſinant aliquos in villis vel cellis inordinate vivere.*

52. *De his qui proponunt aliquid in capitulo ad correctionem domus.*

53. *Ne in cameris inordinate comedant.*

54. *Ne quis exeat cauſa eundi ad ſcholas, ſed in clauſtro addiſcat.*

55. *Ne capellanos habeant minus religioſos.*

## CAPUT I.

*De ingreſſu Simoniaco in religionem, & de proprietate.*

DE ingreſſu itaque monachorum ſimoniaco, licet habeamus ſpeciale mandatum Domini Papæ * ad Archiepiſcopos & Epiſcopos per totum regnum Franciæ, quod in hoc articulo bene ſufficere poteſt: tamen cum omnes monachi, & viri religioſi, non tantum rebus mundanis, ſed etiam propriis voluntatibus renunciaverint, ideo præcipue duximus ſtatuendum, quod in regula beati Benedicti, ſeu beati Auguſtini conſtat eſſe conſtitutum; ſcilicet quod nullus omnino regularis proprium habere præſumat. Priores tamen adminiſtrationem habentes, de generali licentia prælatorum ſuorum, ad communem uſum ea habere poſſunt quæ pertinent ad ſuam adminiſtrationem. Clauſtralis quoque aliquid modicum poteſt ad uſum ſuum habere, ita tamen ſi prælatus ſuus ei dederit aut conceſſerit.

Innoc. III.

### II. *Ne aliquis recipiatur infra 18. annum.*

Circa ætatem recipiendorum ad religionem, cujuſcumque fuerint ordinis, diſtricte prohibemus ne aliquis recipiatur infra decimum octavum annum.

### III. *Ut ſuſpecta oſtiola, & diverſoria obſtruantur.*

De ſuſpectis oſtiolis & diverſoriis, ſive in abbatiis, ſive in prioratibus, ſive in quibuſcumque * locis ubi religioſi converſantur, ne qua actio diabolo detur, diſtricte præcipimus ut omnino obſtruantur per Epiſcopos locorum.

* Edit. minus bene quibuſdam

### IV. *Ut infirmorum habeatur diligens cura, & eleemoſynæ fiant.*

Cum ad opera miſericordiæ indigentibus exhibenda, non ſolum regulares, verum etiam ſeculares ex præcepto Domini teneantur: maxime religioſis præcipimus, ut circa curam infirmorum & debilium operam adhibeant diligentem; & redditus aſſignati eis nullo modo minuantur, vel aliis uſibus deputentur, & ſubtracti reſtituantur. Idem de Infirmariis duximus ſtatuendum, ita quod ſecundum loci facultates juxta uniuſcujuſque debilitatem vel infirmitatem omnia eis neceſſaria provideantur.

### V. *Ut hoſpitalitas teneatur.*

In hoſpitalitate quoque exhibenda, non tantum potentibus & familiaribus, ſed pauperibus & magis indigentibus, ſecundum uniuſcuiuſque conditionem & loci facultatem, præcipimus ut in neceſſariis exhibendis curam adhibeant diligentem.

### VI. *Ne fraus circa eleemoſynas fiat.*

Præcipimus ut eleemoſynæ pauperibus deputatæ ſecundum uniuſcujuſque domus conſuetudinem, ſive in cibariis, ſive in veteribus indumentis, nullatenus eis ſubtrahantur, ut cauſa familiaritatis illicitæ aliis conferantur. Sed ſi qui circa hujuſmodi diſtributionem fraudem feciſſe convicti fuerint, quaſi imitatores Judæ, qui ea quæ mittebantur in loculum Domini ad opus pauperum, aſportabat fraudulenter, a prælatis ſuis graviter puniantur.

### VII. *Ut nullus occaſione nationis tantum, modo ſit idoneus, ab ingreſſu religionis repellatur.*

Cum Apoſtolorum princeps dicat: *In omni gente qui timet Deum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi*: diſtricte præcipimus, ut, remota omni

Act. 10. v. 35.

omni acceptione perſonarum, nullus occaſione A nationis tantum, dummodo alias honeſtus fuerit, & eccleſiæ credatur eſſe utilis, ab ingreſſu repellatur religionis.

VIII. *Ne uſurarii, vel excommunicati, ad religionem, ſepulturam, aut ſacramenta recipiantur.*

Uſque adeo quorumdam invaluit etiam religioſorum cupiditas, ut manifeſtos uſurarios, & etiam excommunicatos, ſeu nominatim interdictos, ad religionem, vel ſepulturam, vel alia ſacramenta, non requiſita ſui prælati licentia, recipere præſumant, propter quod multæ eccleſiæ non modice damnificantur. Quod de cetero B fieri prohibemus: & ſi factum fuerit, ad damna reſarcienda illi eccleſiæ compellantur, & uſuras illas eis ex quibus extortæ fuerint reſtaurent; vel ſi inventi non fuerint, dentur pauperibus per Epiſcopos locorum.

IX. *Ut qui uno cœnobio alligatus eſt, in aliis non recipiatur in fratrem.*

Cum quidam monachi vel religioſi igne cupiditatis adeo accenſi ſint vel inflammati, ut in variis cœnobiis varias fraternitates venari non erubeſcant, ut hoc prætextu promoveantur ipſi vel aliqui ſuorum ad aliquem prioratum, vel C aliam quamcumque adminiſtrationem: præcipimus ut nullus, ex quo in aliquo loco religioſo vinculo religionis obligatus fuerit, recipiatur in aliud cœnobium religioſum, niſi vehementer præſumatur quod ſincera devotione illud requirat; & hoc ipſum cum licentia ſui abbatis.

X. *Ne religioſi utantur chirothecis albis, calceamentis ſecularibus, & aliis minus decentibus; nec extra refectorium comeſſentur.*

Cum non tantum a malo, ſed ab omni ſpecie mali nos abſtinere oporteat, & maxime religioſos, ne inordinatus eorum habitus vel geſtus poſſit offendere oculos intuentium ſæcula- D rium, unde religioni plurimum detrahatur: inhibemus diſtricte eis auctoritate apoſtolica, ne chirothecis albis de corio, de quibus uti ſolent ſæculares, & quæ ſunt quaſi ſignum laſciviæ, utantur; vel calciamentis ſæcularibus, hoſellis*, vel calceis nimis ſtrictis, vel peracutis; vel pileis qui dicuntur de cotun*; vel cooperatoriis pretioſis. Pannis etiam non utantur niſi nigris, vel albis, & non ſumptuoſis; non ſellis pictis vel diſcoloribus, ſuis vel alienis. Inſuper comeſſationes ſingulares extra refectorium ſine licentia ſui abbatis, vel prioris abſente abbate, vel ſubprioris, abſente utroque.

* Gallice Houſeaux.
* Edit. de Cotor.

XI. *De multis religioſæ diſciplinæ capitibus.* E

Cubiculum extra dormitorium, niſi illis quibus permittitur propter officium ſuum ſecundum ſtatutum ordinis, lites in capitulo, rumores in clauſtro, ingreſſum mulierum per loca ſuſpecta, ludos illicitos, puta talorum, ſcacorum, alearum, & hujuſmodi, venationes, & illicita juramenta, illis prohibemus. In monaſterio quoque, clauſtro, dormitorio, & refectorio, & in aliis locis, ſecundum ſtatutum ordinis, ſilentium diſtricte præcipimus obſervari. Si circa horum obſervantiam prælati eorum negligentes fuerint manifeſte, & nimis remiſſi: puniantur juxta præmiſſa contra abbates & abbatiſſas nimis remiſſas.

XII. *Ut religioſo iter agenti omnia provideantur, ne cogatur mendicare.*

Quotieſcumque monachus, vel regularis canonicus egreditur de domo ſua per licentiam ſui abbatis vel prælati: præcipimus diſtricte eis ut in equitatura & expenſis ſibi & ſocietati ſuæ neceſſaria a prælato ſuo competenter provideantur, ne in opprobrium domus & ordinis aliunde mendicare cogantur.

XIII. *Ut ſubditi humiliter obediant.*

Quia *melior eſt obedientia quam victimæ*: & per victimas aliena caro, per obedientiam vero propria voluntas mactatur: ſummopere cavendum eſt ſubditis ne vitium inobedientiæ incurrant; ſed prælatis ſuis in iis quæ ſecundum Deum ſunt, ſecundum ſtatutum ordinis ſui, obediant humiliter & devote. 1. Reg. 15.

XIV. *Prælati diſcrete ac provide imperent.*

Prælatis quoque in periculo animarum ſuarum nihilominus injungimus ut in exercendo ſui magiſtratus officio, proprios motus, ſcilicet rancores vel odia, vel affectiones carnales non ſequantur; ſed adeo diſcreti ſint & providi in præcipiendo, ut ſub prætextu debitæ ſibi obedientiæ ſubditos ſuos nullatenus ſcandalizent: quia quandoque contigiſſe cognovimus ut & viri honeſti de abbatiis ſuis exire cogerentur.

XV. *Ne abbates præpoſituras dent monachis ad firmam.*

Conſuetudo deteſtabilis in quibuſdam eccleſiis & cœnobiis inolevit, ſcilicet quod abbates præpoſituras ſuas quibuſdam monachis ſuis reſidentiam clauſtri quoquomodo eludere cupientibus, ſub certa ſumma pecuniæ dant ad firmam, & ab ipſis monachis recipiunt iidem fidejuſſores perſonas ſæculares. Ex quo non modica ſequuntur incommoda & ſcandala: quia ſi quid excreverit ultra firmam, monachus id quaſi ſuum proprium retinet, in quo materiam habet inordinate vivendi: ſi autem præpoſituræ redditus non ſufficiant ad firmam, quærit per fas & nefas unde poſſit abbati ſatisfacere quocumque modo. Quod de cetero ne fiat, abbatibus ſub pœna ſuſpenſionis officii inhibemus.

XVI. *Ut qui abjecto religionis habitu, in ſæculo vivit, excommunicetur a ſacerdotibus locorum.*

Quoniam quidam apoſtatæ, ſalutis ſuæ immemores, abjecto Dei timore, de ordine ſuo egredi ſine licentia prælatorum ſuorum, & in ſæculo converſari, abjecto religionis habitu, non verentur; Præcipimus ut quotiens hæc ad notitiam prælatorum pervenerint, ubicumque invenerint tales, dummodo eis de veritate canonice conſtiterit, a ſacerdotibus locorum excommunicentur, & tanquam excommunicati evitentur.

XVII.

ANNO CHRISTI 1214.

A

### XVII. *De excommunicatis, vel interdictis, religionem ingredientibus.*

Inter cetera de ingreſſuris religionem præcipimus, quod ſi ſint excommunicati, vel interdicti, vel aliqua irregularitate, vel obligatione aliqua præpediti, id prius abbati indicent; & ſi eſt caſus de quo ab eo abſolvi poſſint, primo abſolvantur: ſin autem, ad majorem abſolvendi remittantur. Et ſi per negligentiam vel ignorantiam recepti fuerint tales, & poſtea per confeſſionem, vel alio modo abbati de veritate conſtiterit, abſolvantur ab abbate: de eo tamen quod celaverint, gravis eis pœnitentia injungatur. Et ſi talis eſt caſus de quo abſolvi non poſſint ab abbate; abbas bona fide, apud eum qui habet poteſtatem abſolvendi, procuret beneficium abſolutionis.

### XVIII. *Ne monachi per eccleſias ſinguli ponantur.*

Cum in concilio Lateranenſi * conſtet eſſe ſtatutum ne monachi per villas & oppida, ſeu etiam eccleſias parochiales ſinguli ponantur, & ne ſoli inter homines ſæculares ſpiritualium hoſtium conflictum expectent: præcipimus ut nullus tam reverendi Concilii ſtatutum in hoc caſu tranſgredi præſumat. Quod ſi per negligentiam abbatis vel alterius prælati fuerit attentatum; per ſollicitudinem diœceſani Epiſcopi quantocius emendetur.

* III. Can. X.

### XIX. *Ne quis duos prioratus vel obedientias uſurpet.*

Cum ſingulos prælatos locis quibus præſunt debitam oporteat reſidentiam & ſollicitudinem impendere, quod etiam circa regulares in Concilio Lateranenſi * eſt ſtatutum: grave nimis eſt & indecens quod quidam religioſi duos prioratus vel obedientias ſibi præſumant uſurpare, quibus timendum potius fuerat, ne dum ad utramque feſtinant, neutram bene peragant. Unde ſtatuimus ut ſi quis contra hoc venire præſumpſerit, in condemnationem ſuæ cupiditatis, utroque privetur ipſo jure.

* III. Can. 11.

### XX. *Clerici, vel monachi, qui conjurationem fecerint, gradu excidant.*

A longe retroactis temporibus eſt ſtatutum in Concilio Chalcedonenſi, * quod unum eſt de quatuor principalibus, ut clerici, ſive monachi, quicumque conjurationes (*a*) ſive conſpirationes, publicis etiam legibus inhibitas, incurrerint, cadant a proprio gradu. Et nos ſacri Concilii veſtigia ſequentes, idipſum maxime de religioſis qui faciunt partes & conſpirationes in capitulis, vel pro prælato, vel contra prælatum, vel quocumque privato commodo, decernimus obſervandum.

* C. 18.

### XXI. *De religioſo advocationem exercente.*

Si quis religioſorum advocationis officio zelo cupiditatis functus fuerit in cauſa ad domum ſuam, vel ad aliam religioſam non pertinente, & maxime ſine licentia ſui abbatis: ipſo jure perpetuum (*b*) ſibi ſilentium ſciat impoſitum.

### XXII. *Ut regulares, qui extra cauſam jurisprudentiæ & medicinæ dant, operam, niſi infra duos menſes redeant, ſint excommunicati.*

B Cum quidam (*c*) religioſorum, ut verbis Concilii Lateranenſis * utamur, ſub obtentu (*d*) languentium conſulendi corporibus, & eccleſiaſtica negotia fidelius pertractandi, ad leges mundanas legendas, vel phyſicas confectiones ponderandas, (*e*) de clauſtris ſuis exire non formident; & eo ipſo deficiant interioribus, quo ſe putant in exterioribus aliis providere. Ipſius Concilii veſtigiis inhærentes, præcipimus ut niſi (*f*) per duos menſes ad clauſtrum ſuum redierint; non obſtante abbatis licentia, quam dare non potuit, ſicut excommunicati ab omnibus evitentur, & in nulla cauſa, ſi patrocinium præſtare voluerint, audiantur.

* II. Can. 5

C

### XXIII. *Ne bini jaceant in lecto.*

In contemptum regulæ B. Benedicti, ſeu B. Auguſtini, nullatenus eſt permittendum ab abbate quod monachi, vel canonici regulares, bini jaceant in uno lecto, ſed ſinguli in ſuis lectis, veſtiti juxta ſtatutum ordinis.

### XXIV. *De incontinentia contra naturam.*

Cum etiam de clericis ſæcularibus, qui laborant incontinentia contra naturam, *propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ*, & quinque civitates igne combuſſit, ſicut ſtatutum eſt in Concilio Lateranenſi, * ut ſi deprehenſi fuerint, dejiciantur a Clero, vel ad agendam pœnitentiam detrudantur in monaſterio: multo magis inter viros religioſos, qui ſunt iter perfectionis aggreſſi, hanc juris ſeveritatem decernimus obſervandam.

D

Eph. 5. v. 6.

* III. Can. 11.

### XXV. *Ut numerus monachorum non minuatur.*

E Cum cultum Dei non oporteat minuere, ſed ad imitationem beati David pro viribus adaugere: indignum nimis eſt quod in quibuſdam prioratibus numerus monachorum ibidem deſervientium diminuitur, vel adnihilatur, cum ipſæ facultates eccleſiæ non ſint diminutæ. Inde ſtatuimus, ut ſi abbates vel priores hoc facere præſumpſerint: per ſollicitudinem diœceſani Epiſcopi numerus monachorum ibidem Deo deſervientium reſtauretur.

### XXVI. *Ne religioſi juramentum faciant de non commodandis libris.*

Interdicimus inter alia viris religioſis ne emittant

(a) Edit. mendoſe, *conjurationum vel conſpirationum cujuſmodi .... inhibitum*.
(b) Edit. *proprium*. (c) Edit. *regularium*. (d) Edit. add. *fratrum medendi*.
(e) Edit. add. *ut jurisprudentiæ & medicinæ dent operam*.
(f) Edit. *Infra duorum menſium ſpatium*.

ANNO CHRISTI 1214.

tant juramentum de non commodandis libris indigentibus, cum commodare inter præcipua opera reputetur miſericordiæ. Quocirca, adhibita conſideratione diligenti, alii ad opus fratrum in domo retineantur, alii ſecundum providentiam abbatis, cum indemnitate domus, indigentibus commodentur: & amodo nullus liber ſub anathemate teneatur, & omnes a prædicto anathemate abſolvimus.

XXVII. *Ut qui ſeditiones movent ut mittantur in cellas, arctius in clauſtro permaneant.*

De perturbatoribus pacis in clauſtro, quorum quidam dicuntur movere ſeditiones ut mittantur ad cellas: id conſtituimus ut ſi abbati innotuerit ex (*a*) prava eorum conſuetudine, vel alio modo, eos hoc vitio laborare, diutius & arctius in clauſtro remaneant, nec ex fraude videantur commodum reportare.

XXVIII. *Quod qui merces ſuas vendunt ad terminum, & carius propter ipſum terminum, uſurariorum culpa obligentur.*

Omnes tam ſæculares quam regulares, ſive clericos, ſive laicos, qui merces ſuas vendunt ad terminos, ut propter ipſos terminos carius vendant, tam culpa quam pœna uſurariorum apud Deum & homines decernimus obligatos.

XXIX. *Ne clericis vel laicis liceat prioratus tenere ad vitam.*

Prioratus autem nulli clerico vel laico liceat ad vitam ſuam tenere: nec in fraudem hujus conſtitutionis aliquid fiat, præcipue cum dicat apoſtolus, *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos*: & in clerico (*b*) turpis quæſtus reputari debeat: & niſi cauſa meliorationis, vel pro urgente debito, cum conſenſu diœceſani Epiſcopi conferantur: laicis vero nullo modo dentur. 1. Theſſal. v.

XXX. *Ne ab ingreſſuris clauſtrum paſtus vel veſtimentum exigantur.*

Præcipimus etiam ſub pœna ſuſpenſionis ne ab ingreſſuris clauſtrum vel paſtus vel veſtimentum, neque denarii, nec aliud, in fraudem prædictorum exigatur, ita quod nullo modo propter hoc repellantur.

MONITUM.

Hic in editione ſtatuitur pars tertia, de monialibus. Sed ad finem Mſ. codicis ſequentia una ſerie exhibemus: & de facto plura non ad moniales ſolum, ſed etiam ad monachos & abbates ſpectant.

XXXI. *Ne circa moniales verſentur clerici, vel ſervientes ſuſpecti, vel alii.*

Quanto infirmior eſt ſexus muliebris, tanto monialium prælatos circa earum cuſtodiam decet adhibere ſollicitudinem & cautelam. Unde conſtituimus & diſtricte præcipimus, quod Epiſcopi diligenter inveſtigent, & procurent ne circa moniales tales clerici ſervientes converſentur, qui merito debeant haberi ſuſpecti, & non patiantur clericos (*c*) tales ſcolares cum juvenibus in monaſterio vel in clauſtris, vel officinis, & maxime in locis ſuſpectis, inanes habere confabulationes: *corrumpunt enim bonos mores colloquia prava*. Sed nec earum parentes & familiares habeant ad eas ſecretum acceſſum ſine teſtimonio ſeniorum & omni ſuſpicione carentium mulierum: qui enim cum parentibus earum ſunt, parentes earum forte non ſunt. 1. Cor. 15. v. 33.

XXXII. *Ut ſingulæ jaceant in lectis.*

Singulæ jaceant in lectis ſuis, non binæ.

XXXIII. *Ne egrediantur ad viſitandos parentes niſi cum cuſtodibus boni teſtimonii, & ad breve tempus.*

Quod ſi quando ex licentia abbatiſſæ vel prioriſſæ, juſta cauſa interveniente, exierint de clauſtris ad viſitandos parentes ſuos, ſine cuſtodibus boni teſtimonii non educantur; & infra breve tempus ad clauſtrum ſuum redeant, nec in ſæculo diutius converſentur. *Qui enim picem tangit, coinquinabitur ab ea.* Eccli. 13. v. 1.

XXXIV. *Choreas ne ducant; quod ne ſæcularibus quidem licet.*

Choreas in clauſtro nullatenus ducant, ſed nec alio loco. Nec etiam ſæcularibus licere credimus, teſte Gregorio, *Melius eſt in die Dominico terram arare, vel fodere, quam choreas ducere.*

XXXV. *De vita & honeſtate, ac paupertate monialium.*

Quæcumque dicta ſunt de monachis, de habitu & geſtu honeſto, de indumentis & calciamentis & coopertoriis religioni congruentibus, de non habendis propriis; de monialibus ſecundum ſtatutum ordinis dicta intelligantur.

XXXVI. *Ut de bonis Monaſterii in commune eis neceſſaria miniſtrentur.*

Illud autem indignum judicamus ut propter victum ſingulis modica ſumma pecuniæ, & adeo inſufficiens, ut aliunde cogantur, & forte ex ignominioſa negotiatione, neceſſaria mendicare. Quare potius volumus & præcipiendo mandamus, ut de bonis monaſterii ſecundum facultatum exigentiam, eis in communi neceſſaria miniſtrentur. Si enim facultates eccleſiæ ad hæc non ſufficiant, numerus ibidem Deo ſervientium per epiſcopalem ſollicitudinem ad eam mediocritatem reducatur, ut ibi remanentes poſſint vivere de communi.

XXXVII. *Ut confeſſarii iis provideantur diſcreti & honeſti.*

Inter cetera autem illud omittendum non eſt, quod abbatiſſæ & capellani earum (*d*) (qui forte ſecretorum malorum conſcii ſunt) prohibent ipſis monialibus ne aliis quam ipſis confiteantur, ne ſi forte venerint peccata eorum in notitiam

(a) Edit. *ex præcipua*.
(b) Edit. mendoſe, *temporis quæſtus*.
(c) Edit. *clericos ſæculares*.
(d) Edit. deſunt ſequentia verba.

ANNO CHRISTI 1214.

tiam bonorum ſacerdotum, debita ultione plectantur. Cum autem dicat Auguſtinus: Qui vult confiteri peccata ſua, quærat ſacerdotem qui ſciat ligare & ſolvere, & talem coram quo magis erubeſcat: nam ipſa erubeſcentia maxima pars eſt pœnitentiæ: ne cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab eo qui miſericorditer petit, & monet ne ambo in foveam cadant. Ideo diſtricte præcipimus ſub divini atteſtatione judicii ut Epiſcopi diœceſani curam adhibeant diligentem de ſalute animarum ipſarum, & confeſſores ipſis provideant diſcretos & honeſtos, & omni exceptione majores, ne ſanguis ipſarum in die diſtricti judicii de manibus eorum requiratur.

A

XXXVIII. *Ut abbatiſſæ negligentes puniantur.*

Abbatiſſæ & prioriſſæ, ſi negligentes ſint maniſeſte, & nimis remiſſæ circa obſervantiam ordinis, & correctionem ſubditorum & ſubditarum, ab officio ſuſpendantur: & ſi poſt ammonitionem ſuperioris ſe non correxerint, ab officio ſuo penitus deponantur.

XXXIX. *De iis qui manent in domibus leproſorum, & hoſpitalibus, ut infirmis & peregrinis miniſtrent.*

De domibus leproſorum, & hoſpitalibus infirmorum, & peregrinorum, ſalubri conſilio ſtatuimus, ut ſi loci facultates patiuntur quod ibidem morantes poſſint competenter vivere de communi, competens eis vivendi regula ſtatuatur, cujus ſubſtantia in tribus articulis maxime continetur; ſcilicet ut proprio renuntient, continentiæ votum emittant, & ſuo prælato obedientiam fidelem & devotam promittant, & habitu religioſo, non ſæculari utantur.

XL. *Ne a multitudine ſervientium facultates pauperibus deputatæ abſorbeantur; & qui in ſervientes non recipiendi.*

Cum autem pauci ſani multis infirmis poſſint competenter miniſtrare; illud omnino indignum eſt, ut numerus ſanorum ibidem manentium excedat numerum infirmorum aut peregrinorum: bona enim ex devotione fidelium domui collata, non ſunt uſibus ſanorum deputata, ſed potius infirmorum. Nec etiam illud prætereundum eſt ſub ſilentio, quod quidam ſani, viri & mulieres matrimoniali vinculo copulati, quandoque transferunt ſe ad tales domos, ut ſub obtentu religionis poſſint juriſdictionem & poteſtatem elidere ſæcularium dominorum: qui tamen in domo religionis manentes, non minus, imo magis ſæculariter & delicate vivunt, & operibus carnis vacant quam umquam vacare conſueverunt. Unde ſtatuimus ut in habitu religionis religioſe vivant, vel de domibus ejiciantur: ita tamen quod bona domui collata ſecum non aſportent, ne de fraude ſua videatur commodum reportare.

XLI. *De abbatibus negligentibus circa obſervantiam; & ne ſint judices, &c.*

Conſtituimus ut abbates, & priores, & præpoſiti religioſorum, ſi fuerint negligentes, & maniſeſte remiſſi circa obſervantiam ordinis, & correctionem ſubditorum, non promoveantur ad dignitates ſeu majora officia. Et non ſint judices, vel advocati, vel teſtes, vel aſſeſſores, vel ad alia publica officia admittantur. Et ſi poſt ammonitionem majoris ſe non correxerint, ab officio abbatis, vel prioris, vel præpoſituræ, deponantur.

B

XLII. *De iiſdem, ſi vitam reprobam duxerint.*

Si vitam maniſeſte reprobam duxerint, idem ſtatuimus obſervandum.

XLIII. *De iiſdem ſi excedant in equitaturis & ſumptibus; & ne habeant in familia vel ſocietate juvenes laſcivos.*

Idem etiam conſtituimus, ſi habeant dextrarios, & equitaverint maniſeſte, & in numero equitaturarum excedant conſuetudinem ſecundum facultates & dignitatem monaſterii ſui: (a) & ſi etiam maniſeſte & frequenter excedant in ſumptibus. Et ſi evidenter juvenes nimis laſcivos (b) vel ſumptuoſos in familia ſua ſive in ſocietate ſua habeant maniſeſte & conſuetudinarie: idem ſtatuimus.

C

XLIV. *Ne bona eccleſiæ ſuæ dent cognatis.*

Idem conſtituimus, ſi dederint cognatis ſuis bona eccleſiæ, niſi pauperibus (c); vel contra hæc aliquid in fraudem fecerint, niſi forſitan aliquando & raro, & moderate ſecundum facultates monaſterii darent, ita quod non redundaret in gravamen eccleſiæ: nihilominus admoneantur quod non faciant. Sub eadem pœna interdicimus ne de proprietate eccleſiæ redditum vel proventum aſſignent cognatis.

D

XLV. *Ne juvenculæ, vel ſuſpectæ mulieres recipiantur in domibus religioſorum.*

Inſuper conſtituimus, ut non recipiantur juvenculæ, vel mulieres ſuſpectæ in domibus religioſorum virorum, niſi habeant ſeparatas manſiones, & remotas a viris: ſi contra fecerint, coerceantur per Epiſcopos locorum.

XLVI. *Ut non amoveant priores pro cognatis collocandis.*

E

Etiam non amoveant priores vel obedientiarios pro conſanguineis illuc introducendis, niſi pro maniſeſta utilitate eccleſiæ: pro pretio, nullo modo. Si contra fecerint, eidem pœnæ ſubjaceant.

XLVII

(a) Edit. hæc deſunt. (b) Edit. & ſuſpectos.
(c) Eddit. add. & ut pauperibus.

ANNO CHRISTI 1214.

XLVII. *Ut obedientiarii, priores ac etiam abbas, rationes reddant, ſaltem bis in anno.*

Et ut ad minus bis in anno, (a) certis ad hoc ſtatutis temporibus, omnes obedientiarii, & priores ſuper receptis & expenſis, reddant rationem abbati; & abbas nihilominus utrobique adhibitis ſibi ſenioribus & diſcretioribus ſeptem ad minus, a majori parte capituli electis. Quod ſi non fecerint; ab adminiſtratione ſint ſuſpenſi: & ſi ſuſpenſi adminiſtraverint, per ſuperiores deponantur.

XLVIII. *Ne abbates, vel priores magna negotia contractent; & magnam pecuniæ ſummam mutuo accipiant, ſine conſilio ſeniorum* B

Interdicimus ut abbates & priores non contractent majora negotia, nec magnam pecuniæ ſummam mutuo accipiant, ſine conſilio habito cum ſenioribus ad minus ſeptem, ad hoc per capitulum, vel majorem partem capituli electis. Si contra fecerint: ſicut in præmiſſo capitulo puniantur.

XLIX. *Ne ſint immiſericordes pœnitentibus.*

Moneantur etiam, & in virtute obedientiæ præcipiatur eis, ne ſint immiſericordes fratribus pœnitentibus, & in humilitate reverti volentibus, C ſalva ordinis diſciplina: ne onera importabilia imponant debilibus.

L. *Ne vendantur obedientiæ, vel ex pacto ad vitam conferantur.*

Et ut abbates, & priores, & capitula, non vendant, vel conferant obedientias fratribus, vel aliis, hoc expreſſo quod ad vitam ſuam debeant tenere. Quod ſi fecerint: proxime præmiſſam pœnam ſuſtineant.

LI. *Non ſinant aliquos in villis, vel cellis inordinate vivere.* D

Item, ne abbates, vel priores ſuſtineant morari aliquos in villis, vel obedientiis inordinate, ut obliviſcantur ordinis ſui, vel deſueſcant, niſi pro debilitate, vel aliqua cauſa manifeſta. Quod ſi fecerint, per ſuperiorem emendentur.

LII. *De his qui proponunt aliquid in capitulo ad correctionem domus.*

E Item, ne abbates & priores, inconſulto capitulo, vel majori parte capituli, feſtinent comminari, vel aliquid faciant vel ſtatuant contra illum qui propoſuerit aliquid in capitulo de iis quæ pertinent ad correctionem domus, vel (b) perſonarum: Si contra fecerint, eorum factum irritum ſit, & nihilominus per ſuperiores puniantur.

LIII. *Ne in cameris ſuis inordinate comedant.*

Prohibemus ne in cameris inordinate, vel temporibus indebitis comedant, niſi manifeſta & juſta cauſa intervenerit. Si contra fecerint, publice imponatur eis pœnitentia in capitulo, ita ut pœna abſtinentiæ reſpondeat hujus tranſgreſſionis exceſſui.

LIV. *Ne quis exeat cauſa eundi ad ſcholas, ſed in clauſtro addiſcat.*

Prohibemus etiam, ne quiſquam, poſtquam clauſtrum intravit cauſa religionis, exeat cauſa eundi ad ſcholas, ſed in clauſtro, ſi voluerit, addiſcat. Et qui modo ſunt in ſcholis, intra duos menſes ad clauſtrum redeant.

LV. *Ne capellanos habeant minus religioſos.*

Moneantur etiam in virtute obedientiæ, ne capellanos, ſeu minus religioſos, vel (c) ſecretarios minus maturos ætate vel moribus, ſecum habeant.

## STATUTORUM CONCILII ROTOMAGENSIS

## PARS TERTIA.

### *AD ARCHIEPISCOPUM ET EPISCOPOS.*

Poſt tractatum habitum de clericis, & viris religioſis, ad eos qui locum excellentem, & dignitatis obtinent apicem, & per quos ſtructura templi dominici roboratur, & quaſi per tecti cacumina a noxiis defenditur, nos transferamus: qui ornatu morum ceteris præcellere debent, ſicut præeminent dignitate.

## TITULI CAPITUM.

1. *De vita & honeſtate prælatorum.*
2. *Ne in lectis audiant matutinas, &c.*
3. *Ut in magnis ſolemnitatibus celebrent, prædicent, vel faciant prædicari.*
4. *Ne ſint venatores: pellibus pretioſis non utantur, alea abſtineant.*
5. *In menſa eorum ſacra lectio fiat. & quæ ibi vitanda.*
6. *Ut habeant providos eleemoſynarios: ſint hoſpitales: pauperes audiant: confeſſionibus audiendis vacent: ipſi confiteantur.*
7. *Ut reſideant in eccleſiis: maxime in ſolemnitatibus, & in Quadrageſima.*
8. *Ut profeſſionem in conſecratione factam bis in anno legi faciant.*
9. *Quales in evectionibus & procurationibus eſſe debeant.*
10. *Quales ſocios, & qualem familiam habere.*
11. *Quales eorum miniſtri eſſe debeant, & quales officiales.*
12. *Ne ſint ſimoniaci.*
13. *Ne pecuniam accipiant pro ſigillo, & aliis quæ enumerantur.*
14. *In concedendis beneficiis, in ferendis cenſuris, & quibuſdam aliis, quales eſſe debeant.*
15. *De monomachiis, & judiciis peregrinis.*
16. *Ut a feſtis ſtultorum abſtineant.*
17. *Suprascripta regularibus fortius inhibentur.*
18. *Ut Synodum quotannis celebrent: dent ſacramen-*

(a) Edit. mendoſe, *cunctis*.
(b) Edit. *vel priorum*.
(c) Edit. *ſocios*.

*mentum confirctationis : exceſſus ſubditorum cor-* A *rigant.*

19. *Choreas mulierum in cœmeteriis : opera ſervilia diebus dominicis : & illicita matrimonia, ne permittant.*
20. *Ut teſtamenta non ſuſtineant infirmari.*
21. *Ut flagitium nec nominandum exſtirpent.*
22. *Quomodo puniendi qui illud admiſerint, vel qui in eo corrigendo negligentes fuerint.*

## CAPITULA EX MS. ADDITA.

23. *De candelis pro penſione non dandis.*
24. *De non præſentandis ad eccleſias infra viginti quatuor annos.*
25. *Taxatio vicariarum.*
26. *Ut vicario duodecim libræ ſuppleantur ab iis qui decimas poſſident.*
27. *Si non in propria perſona deſerviant, vicarios conſtituere teneantur.*
28. *Si decedat vicarius vivente perſona, non requiratur patroni aſſenſus.*
29. *Præſentati non præſtent juramentum patronis priuſquam ab Epiſcopo fuerint inſtituti.*
30. *Ne decimæ laicis tradantur ad firmam.*
31. *Libros & ornamenta eccleſiis qui conſerant.*
32. *De laicis qui impediunt juriſdictionem eccleſiaſticam.*
33. *Clerici, vel monachi, rebus ſuis ſpoliati, ad laicos judices recurrere minime compellantur.*
34. *Ne res ab eccleſiis per triginta vel quadraginta annos poſſeſſa, coram laicis recognoſcantur.*
35. *Idem ſervetur de legatis.*
36. *De teſtamentis uſurariorum, ut ſi pœnituerint, & ſatisfecerint ante mortem, teneantur.*

## CAPUT I.

*De vita & honeſtate prælatorum.*

STatuimus ergo ut prælati habeant coronas ſufficienter latas, & tonſura eorum ſit orbiculariter rotunda : ſic mitræ reſpondeat, ut capilli eam indecenter non excedant. Et ut habeant habitum regularem in longitudine, latitudine, & colore. Geſtus eorum ſit in facie maturus, in inceſſu temperatus, in verbis modeſtus. Ut juramenta terribilia & turpia non ſolum in uſu non habeant, immo nec coram ſe fieri ſuſtineant, quia multum per hoc eorum auctoritas deformatur.

II. *Ne in lectis audiant matutinas, &c.*

Statuimus, etiam ne, dum fuerint ſani & incolumes, in lectis jacentes audiant matutinas: & ne, dum coram eis officia divina celebrantur, in ſæcularibus negotiis, & confabulationibus occupentur.

III. *Ut in magnis ſolemnitatibus celebrent, prædicent, vel faciant prædicari.*

Statuimus etiam, ut in magnis ſolemnitatibus ipſi per ſe divina officia celebrent, & verbum Dei prædicent, vel ſaltem faciant prædicari.

IV. *Ne ſint venatores : pellibus pretioſis non utantur alea abſtineant.*

Prohibemus etiam ne venatione ſilvatica, ſive aucupio, vel aucellatione in propriis perſonis utantur. (a) Pelles quoque de herminis caudatis omnibus perſonis eccleſiaſticis prohibemus: pellibus etiam variis in palliis non utantur. Omnes ludos ad talos, & ad aleas, firmiter inhibemus.

V. *Ut in menſa eorum fiat ſacra lectio : & quæ ibi vitanda.*

B Statuimus etiam ut in menſa, ſaltem in principio & in fine, ſacra lectio recitetur: & in menſa hiſtriones, vel mimos, nec eorum inſtrumenta audiant.

VI. *Ut habeant providos eleemoſynarios : ſint hoſpitales : pauperes audiant : confeſſionibus audiendis vacent : ipſi confiteantur.*

Statuimus etiam ut ſinguli prælati providos & honeſtos eleemoſinarios habeant. Ipſi prælati juxta Apoſtolum hoſpitales ſint. Et ut horis competentibus, ad juſtitiam exhibendam, & audiendos pauperes, publice ſe præſentent. In propriis perſonis frequenter interſint confeſſionibus C audiendis & pœnitentiis injungendis. Ipſi etiam per diſcretos confeſſores proprias cicatrices frequenter obducant.

VII. *Ut reſideant in eccleſiis : maxime in ſolemnitatibus, & in Quadrageſima.*

In eccleſiis etiam cathedralibus frequenter reſidentes eſſe procurent; præſertim in majoribus ſolemnitatibus & tempore quadrageſimali.

VIII. *Ut profeſſionem in conſecratione factam bis in anno legi faciant.*

Statuimus etiam ut formam profeſſionis quam D in ſua conſecratione fecerunt, ſaltem bis in anno, ſcilicet ſemel & in Synodo, & ſemel in capitulo legi faciant & publice & diligenter,

IX. *Quales in evectionibus, & procurationibus eſſe debeant.*

Superfluitatem ſociorum, & præcipue evectionum, caveant quando procurationes recipiunt, ne ſibi ſubditos gravent : ne in propriis expenſis parci ſint, & in alienis prodigi.

X. *Quales habeant ſocios & qualem familiam.*

E Statuimus etiam ut habeant prælati ſocios integræ opinionis & famæ, habitu compoſitos, ætate grandævos, fide claros, & ſcientiis competentibus eruditos, & cubicularios honeſtos, qui juxta canones ſint teſtes vitæ eorum, & ſuorum conſcii ſecretorum. Familiam habeant humilem, non ſuperfluam, ſed moderatam : nec exactiones faciant indebitas iis qui debent Epiſcopos vel dominos ſuos procurare.

XI.

(a) Edit. *Pellita etiam ... in palliis non utantur; pelles quoque de erminiis, &c.* Sic ſuppletur lacuna

A

XI. *Quales eorum miniſtri eſſe debeant, quales officiales.*

Camerarius, (a) panetarius, cocus, mareſcallus, janitor, ſeneſcallus, vel eorum ſervientes, pecuniam, vel aliam rem quam ſolent percipere quaſi pro conſuetudine inhoneſte non extorqueant: nec ſtultos, vel infatuatos ſecum habeant, qui (b) in fabulam & deriſum populis, eos ad riſum moveant vel cachinnum. Janitores liberales & diſcretos habeant, & non venaliter pro loco & tempore recipiant recipiendos; & præcipue ab ordinandis nihil prorſus accipiant vel exigant. Officiales fideles habeant & prudentes, ſine perſonarum acceptione gratis juſtitiam exhibentes. B

XII. *Ne ſint ſimoniaci.*

Quandoquidem gratia, ſi non gratis datur, gratia non eſt, ſimoniam generaliter & uniformiter prohibemus: videlicet in ordinatione clericorum, & beneficiorum collatione, in eccleſiarum dedicatione, virginum benedictione, in illicita ſervientium, ſive creditorum, vel quorumcumque remuneratione in ſpiritualibus pro ſervitio temporali, & in aliis variis articulis ſimoniæ: ſalvis honeſtis & licitis conſuetudinibus eccleſiarum prælatis. C

XIII. *Ne pecunias accipiant pro ſigillo, & aliis quæ enumerantur.*

Prohibemus etiam ne prælati, vel eorum miniſtri, ratione ſigilli aliquid exigant pro juſtitia ſimplici facienda, neque pro exhibenda, vel acceleranda: neque pro redemptione procurationis, quæ eis ratione viſitationis debetur, aliquid exigant, ubi neque per ſe neque per alios viſitationes faciunt. Neque defunctos excommunicatos, in quibus pœnitentiæ ſigna non apparuerunt, pro pecunia abſolvant vel ſepeliant. Et ne cum focariis, ſacerdotibus, vel clericis D pecunialiter componant: ne beneficiatis ordinandis, propter pecuniam quominus ordinentur indulgeant.

XIV. *In concedendis beneficiis, in ferendis cenſuris, & in aliis quibuſdam quales eſſe debeant.*

Statuimus etiam ne beneficia eccleſiaſtica, vel dignitates, vel curæ animarum, minoribus vel indignis conferantur contra ſacros (c) ordines. Et ne præcipitanter excommunicent, interdicant, vel ſuſpendant, vel ſententient, vel relaxent: & ne ab excommunicatis pœna tantum pecuniaria exigatur, nulla pœna ſpirituali inflicta: & ne quid exigatur pro redemptione edictorum quæ debent per tres dies ſolemnes fieri ante deſponſationem: & ne quis ad beneficium non vacans inſtalletur: & clerici, qui minus noti fuerint in litteratura vel moribus, ſine examinatione ad ſacros ordines ſublimentur.

A

XV. *De monomachiis, & judiciis peregrinis.*

Ne monomachia, vel judicia peregrina, in ſacris locis, vel in Epiſcoporum fiant præſentia.

XVI. *Ut a feſtis follorum abſtineant.*

A feſtis follorum (d) ne accipiatur baculus, omnino abſtineant.

XVII. *Supradicta regularibus fortius inhibentur.*

Item monachis fortius & monialibus prohibemus prædicta.

B

XVIII. *Ut ſynodum quotannis celebrent: dent ſacramentum Confirmationis: exceſſus ſubditorum corrigant.*

Statuimus etiam ut in ſingulis Epiſcopatibus ſaltem ſemel in anno ſynodum celebrent. Pro loco & tempore ſint Epiſcopi parati ad ſacramentum Confirmationis liberaliter indigentibus (e) impendendum. Et ut exceſſus ſubditorum ſuorum, canonicorum, clericorum, & religioſorum virorum, nullius odio, gratia, vel timore diſſimulent: & ſi ſe non correxerint, nullatenus patiantur tranſire impunitos.

C

XIX. *Choreas mulierum in cœmeteriis: opera ſervilia diebus dominicis: & illicita matrimonia, ne permittant.*

Prohibemus etiam ne choreas mulierum in cœmeteriis, vel locis ſacris, obtentu alicujus conſuetudinis deduci permittant. Ne ſuſtineant opera ſervilia, vel fabrilia, ſicut arantium opera, & ſimilia, quæ & ipſis facientibus interdicimus, diebus dominicis exerceri. Et ne ullo modo permittant illicita matrimonia contrahi, & maxime in gradibus a canonibus interdictis.

D

XX. *Ut teſtamenta non ſuſtineant infirmari.*

Statuimus etiam ut legitima teſtamenta morientium, & voluntates ultimas defunctorum, nullo modo ſuſtineant infirmari.

XXI. *Ut flagitium nec nominandum exſtirpent.*

Inſuper ſtatuimus illud ſpecialiter & diſtricte, ne non nominandum flagitium, quod ſummi E principis monetam falſificat, & naturæ reverentiam dehoneſtat; ad quod exſtirpandum etiam jura civilia & leges inſurgere, & jura jubentur armari; ut rei tanti ſceleris, ultore gladio feriantur: & quanto ſceleratius eſt peccatum, tanto diſtrictius ſub virtute Spiritus ſancti præcipimus prælatis ne illud alicubi pullulare ſuſtineant, ſed ubicumque deprehenderint, evellant, deſtruant, & exſtirpent.

XXII.

(a) Edit. add. *buticularius*. (b) Edit. omittit mendoſe, *in*.
(c) Edit. mel. *canones*.
(d) Edit. *ubi baculus accipitur*. Vid. Joan. Abrinc. de officiis eccleſ. pag. 205.
(e) Edit. minus bene, *imponendum*.

ANNO CHRISTI 1214.

XXII. *Quomodo puniendi, qui illud admiſerint, vel qui in eo corrigendo negligentes fuerint.*

Ex auctoritate Dei Patris & Filii & Spiritus ſancti, & Apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium ſanctorum Dei, & præſentis Concilii, ſtatuimus ut omnes qui de cetero (a) a chriſtianis ſuper aliquo tale crimen commiſiſſe deprehenſi fuerint; ſecundum Lateranenſe Concilium puniatur. Et ſi canonici conventualium eccleſiarum in hujuſmodi deprehenſi fuerint; & decanus & Capitulum in eorum correctione negligentes extiterint: per Epiſcopos locorum (b) acriter puniantur. Quod ſi (c) infamati fuerint, canonica eis purgatio indicatur (d): in qua ſi defecerint, ab officio & beneficio ſuſpendantur. Hoc autem ſub pœna ſuſpenſionis Epiſcopis præcipimus.

*Hic deſinit editio Labbeana. In Mſ. quæ ſequuntur, conſequenter & eadem ſerie exhibentur.*

XXIII. *De candelis pro penſione non dandis.*

Audivimus quod in eccleſiis penſiones de duabus candelis, quandoque de tribus impertiantur. Ideo conſtituimus ut hujuſmodi penſiones tollantur, & de cetero non fiant.

XXIV. *De non præſentandis ad eccleſias infra viginti quatuor annos.*

Item inhibemus ne abbates, priores, milites, & alii patroni eccleſiarum, aliquem clericum præſentent ad eccleſias qui non habeat viginti quatuor annos ad minus, vel circiter, & qui ad recipiendum non ſint idonei. Et ſi de cetero tales qui minoris ſunt ætatis in præſentando præſentaverint, elapſis tribus menſibus, ad Archiepiſcopum vel Epiſcopum loci pertineat inſtitutio: ſalvo jure præſentandi prædictis patronis in poſterum reſervato. Prælati vero nullo modo recipiant ad quorumlibet petitionem niſi tales qui in propriis perſonis deſerviant; & ſi presbyteri non ſint, cito velint aut valeant in presbyteros ordinari.

XXV. *Taxatio Vicariarum.*

Conſtituimus inſuper ut Vicariæ ſint duodecim librarum ad minus, ſi tantæ fuerint eccleſiæ facultates. Et ſi minoris pretii fuerint eccleſiæ facultates, eccleſia non conferatur alicui, niſi in propria perſona deſerviat: & ſi ei collata fuerit, & deſervire noluerit cum poſſit, auferatur ab eo, & alii conferatur. Si autem aliquis habuerit eccleſiam, quæ non valeat niſi duodecim libras: ille qui eam poſſidet, aut deſerviat in propria perſona; aut ſi noluerit, duodecim libræ ad minus annui redditus currentis monetæ per Archiepiſcopum vel Epiſcopum loci vicario conferantur.

XXVI. *Ut Vicario duodecim libræ ſuppleantur ab iis qui decimas poſſident.*

Item præcipimus quod abbates, priores, &
A abbatiſſæ, vel alii qui decimas poſſident in eccleſiis, vel alias obventiones, ſuppleant defectum vicariorum uſque ad duodecim libras.

ANNO CHRISTI 1214.

XXVII. *Si non in propria perſona deſerviant, vicarios conſtituere teneantur.*

Item præcipimus quod abbates, priores, & canonici, conſtituant perpetuos vicarios; & alii ſimiliter qui in propriis perſonis noluerint, vel non potuerint deſervire.

B XXVIII. *Si decedat vicarius vivente perſona, non requiratur aſſenſus patroni.*

Item conſtituimus quod ſi decedat vicarius vivente perſona, non requiratur patroni aſſenſus ſuper ordinatione vicariæ.

XXIX. *Præſentati non præſtent juramentum Patronis priuſquam ab Epiſcopo fuerint inſtituti.*

Legationis qua fungimur auctoritate diſtricte præcipimus abbatibus, prioribus, & aliis eccleſiaſticis perſonis ne recipiant juramenta a clericis præſentandis, donec ab ordinario fuerint inſtituti: & ſi ante receperint prædicta juramenta;
C clerici, qui hæc fecerint, de cetero non inſtituantur in eccleſiis ad quas fuerant præſentati vel præſentandi

XXX *Ne decimæ laicis tradantur ad firmam.* *Vide Con. Rotom. anni 1189. cap. 19.*

Prohibemus abbatibus, prioribus, & aliis eccleſiaſticis perſonis, ne decimas vel oblationes eccleſiarum laicis ad firmam committant

XXXI. *Libros & ornamenta eccleſiis qui conferunt*

D Volumus & præcipimus quod abbates, priores, & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ, auctoritate noſtra cogantur, ſi neceſſe fuerit, ad ſupplendos defectus librorum & ornamentorum in eccleſiis.

XXXII. *De laicis qui impediunt juriſdictionem eccleſiaſticam.*

Item audivimus quod quidam laici impediunt Epiſcopos & officiales eorum ne teneant cauſas ſuper tranſgreſſione fidei vel juramenti, in rebus mobilibus vel immobilibus, & cauſas etiam uſurarum; & capiunt, vel etiam capi faciunt ſuper his in foro eccleſiaſtico conquerentes. Quod
E de cetero fieri auctoritate qua fungimur inhibemus: Epiſcopis ipſis auctoritate Dei Patris & Domini Papæ diſtrictæ præcipientes, ne hoc de cetero fieri patiantur.

XXXIII. *Clerici, vel monachi re ſua ſpoliati, ad judices laicos recurrere non compellantur.*

Si clericus, vel monachus, ſpoliatus fuerit re ſua vel eleemoſyna ſua a laico, recurrere prohibent quidam laici, ſicut dicitur, Epiſcopos vel officiales ſuos inde placitum tenere, quamvis mo-

(a) Edit. *a quindecim annis ſupra tale cujuſmodi commiſiſſe*, &c.
(b) Edit. *arctius*. (c) Edit. mendole, *infatuati*.
(d) Edit. *indicatur in præſentia epiſcopi, decani & capituli*.

monachus vel clericus ſit paratus in continenti A ſpoliationem ſuam probare. Quod ipſis laicis firmiter inhibemus: præcipientes ipſis Epiſcopis, ne hoc fieri ſuſtineant aliqua ratione.

XXXIV. *Ne res per triginta vel quadraginta annos ab eccleſiis poſſeſſæ, coram laicis recognoſcantur.*

Satis non poſſumus admirari ſuper hoc quod audivimus, quod ſi abbatiæ, vel eccleſiæ poſſederint quiete & pacifice per triginta annos vel quadraginta, terras, vel alias poſſeſſiones in eleemoſynam ſibi datas: nihilominus volunt quidam laici ſuper his recognitionem tenere, utrum ſit eleemoſyna vel feodum laicorum. Quod a laicis fieri, ſub pœna excommunicationis, & ab Epiſcopis ſuſtineri in virtute obedientiæ inhibemus.

XXXV. *Idem ſervetur de legatis.*

Item ſi aliquis faciat legatum intuitu pietatis, poſt mortem ejus trahi legatarium ad curiam ſecularem ad recognoſcendum utrum illud ſit feodum, vel eleemoſyna, diſtrictius inhibemus.

XXXVI. *De teſtamentis uſurariorum, ſi pœnituerint ante mortem, & ſatisfecerint.*

Si in vita ſua uſurarii, cum teſtimonio Epiſcopi ſui, contriti & ſatisfacientes pro uſuris pro poſſe ſuo, poſtea deceſſerint: teſtamentum ipſorum præcipimus inviolabiliter obſervari.

# AD ROTOMAGENSE CONCILIUM

*Anno* 1214. *habitum.*

## ADDITIO.

Ex Manſi Suppl. To. 2. pag. 850.

P. BEſſin in ſua collectione conciliorum Rotomagenſium acta quædam concilii Rotomagi habiti a Roberto de Corcon apoſtolicæ ſedis legato recitat. Anno iſto habitum illud colligit idem vir doctus ex chronico MS. ſanctiſſimæ Trinitatis de monte Rotomag. in quo ad annum 1214. adnotatur. *Robertus de Corcione legatus apoſtolicus celebrato concilio primum Remis, deinde Pariſiis Rotomagum venit.* Nihil quidem ille de concilio Rotomagi habito; ſed forte in eo adventu ſuo legatus Normannos præſules ibidem ad ſe excipiendum nactus, quos condiderat Remis primum, deinde Pariſiis auctos, canones C confirmandos illis propoſuit. Nam Pariſienſes canones eoſdem plane eſſe cum iis quos ſub nomine concilii Rotomagenſis edidit pater Beſſin, ex utrorumque collatione intelligimus. Gemina tamen eorum canonum editio in eo profuit, quod vitiatam luxatamque Pariſienſium canonum editionem Labbeaneam altera Beſſini editio & ſanet, & ſuppleat; quod in editione Veneto Labbeana tom. 13. præſtitum eſt inſtituta diligenti editionis utriuſque comparatione. Sed accuratum collatorem fugit inſigne mendum, quod in ca- D none 12. partis prioris concilii Rotomagenſis teſe offert, ex alia ejuſdem canonis lectione, prout in concilio Pariſienſi exhibetur, emendandum. Ita ergo legit canon Rotomagenſis: *ne ſuperflua multitudine annualium* (miſſarum anniverſariarum) *ſe bonerent ſacerdotes. Nec aut a prædictis ſe exbonerent ſacerdotes, ſuas miſſas faciant pro defunctis.* Poſtremum hoc nullum ſenſum refert; ſed optimam exhibet emendationem lectio canonis XI. Pariſienſis: *nec ut a prædictis ſe* E *exbonerent, ſiccas miſſas faciant pro defunctis.* Igitur ſacerdotes, ut eo plures anniverſarias miſſas eadem die celebrarent, miſſas ſiccas, legebant, quas pluries eadem die repeti poſſe vetabat nemo. Quid fuerit miſſa ſicca exponit Bona Rer. Liturg. lib. I. cap. XV.

Animadvertere etiam juvat, canones Rotomagenſes ſuperare Pariſienſes; nam in Pariſienſibus pars quarta, quæ ad præſulum diſciplinam ſpectat, canonibus XXII. abſolvitur, in Rotoma- B genſi vero ad canones XXXVI. prorogatur. Demum pater Martene in ſua collectione Monumentorum tom. VII. ex Aquicinctenſi codice ſupplementa ad concilium Pariſienſe vulgavit, quæ legas ibidem col. 97. 106. Porro in codice illo titulus iſte præfixus legebatur: *incipiunt conſtitutiones domini papæ & magiſtri Roberti cardinalis*; tum ſubduntur canones prout in editis concilii Pariſienſis; ſed ultra illos alii XXIII. in parte priori adduntur. Parti ſecundæ, quæ eſt de regularibus, non quidem canones novi accedunt, ſed veteres auctiores exhibentur. In additamento ad canonem XX. quo pœna edicitur in clericos, qui infami vitio ſe polluerint, legitur: *ſi autem prælati &c. in hoc ſummæ infamationis vitium poſt Remenſe concilium inciderint, ipſo facto ſciant ſe excommunicationis vinculo innodatos.* Remenſe hoc concilium ipſum eſt, quod ab eodem Roberto celebratum diſcimus ex anonymo Rotomagenſi, cujus verba ſupra adducta ſunt. Cum autem additio hæc in qua mentio fit concilii Remenſis in canonibus editis concilii Pariſienſis & Rotomagenſis non legatur; hinc aliqua ſuſpicio ſuboriri poſſet, num forte canones, quos ſub nomine Pariſienſis concilii Labbeus edidit, falſo inſcripti ſint, & ad Remenſe concilium pertineant; Concilium vero Rotomagenſe, cum nec additamentum hoc habeat, Remenſe præceſſerit. Quamquam enim poſt concilium Remenſe & Pariſienſe Rotomagum veniſſe legatum aſſerit anonymus Rotomagenſis, nihil tamen de concilio ibi tunc ab eo celebrato memorat; ideo forte, quod in priori alio adventu ſuo Rotomagum illud habuerit. Ultra hæc omnia Aquicinctenſis codex integrum novumque titulum addit de *uſurariis & raptoribus*, iſque canonibus XIII. abſolvitur. Tum alii canones ſeptem ſuccedunt, in quibus varia diſciplinæ capita diſponuntur. Tanta hæc in manuſcriptis varietas ex eo forte provenit, quod cum Robertus tribus in locis concilia habuerit, prioris concilii ſtatuta, ita in ſecundo & in tertio confirmari curavit, ut aliqua etiam pro opportunitate provinciæ adjicienda cenſuerit.

# DUBLINENSIS SYNODI CONSTITUTIONES

*Ex regiſtro archiepiſcopi Dublinenſis circa annum 1271. conſcripto, quod appellatur* Crede mihi *pag.* 106.

*Anno incerto habita.*

Ex Manſi Suppl. t. II. p. 851. Ex Wilk. t. I p. 584. qui hæc notat. Incertum ſub quo archiepiſcopo: ſi conjecturæ venia, dicerem ſub Fulcone de Saunford.

RECtores eccleſiarum, & univerſi, quibus incumbit regimen animarum, plebes ſibi commiſſas exemplo bonæ converſationis in fide recta & bonis moribus diligenter inſtruant, & informent; ut autem liberius & efficacius officium impleant exhortantis, univerſi, curam habentes animarum, eccleſiaſticis officiis & aliis ſtudiis ſe exerceant, & orationibus & lectionibus jugiter intendant. Sint pudici, virtutum operatione præclari, humilitate præditi, pacifici, annunciantes bona, diſſenſiones, rixas, & ſcandala reſecantes.

Ab illicitis ſpectaculis ſe abſtineant, & præcipue torneamentis, luctis, & aliis, ubi ſanguinis effuſio poterit formidari. Tabernas & inhoneſta convivia non frequentent, extranearum fugiant conſortia fœminarum, & omnium, ex quarum cohabitatione ſiniſtra ſuſpicio poterit oriri. Si quis autem de incontinentiæ vitio graviter diffamatus, non poterit canonice ſe purgare, habebitur pro convicto; convictis vero vel in jure confeſſis fructus beneficiorum ſeu ſtipendia ſubtrahantur, donec inde noſtram gratiam conſequantur.

Cæteri in ſacris ordinibus conſtituti, juxta modum culpæ canonice puniantur; graviore pœ- C na vel animadverſione ſunt plectendi presbyteri, qui proprias filias, quas baptizaverint, vel ſemel ad confeſſionem admiſerint; & rectores, qui proprios parochianos corrumpere non verentur. Hæc autem, quæ ſupra diximus de pœna presbyterorum parochias regentium, ad alios extendi volumus, qui parochias non regunt; cum omnes pari voto continentiæ ſunt aſtricti, & omnes deceat par honeſtas.

Concubinæ presbyterorum ſeu clericorum, qui in ſacris ordinibus fuerint conſtituti, de quibus conſtiterit, per excommunicationis ſententiam ad agendam pœnitentiam compellantur, earundem abſolutione nobis, præterquam in mortis articulo, reſervata. Si qui autem excommunicatione concepta, animo obſtinato in peccato pertinaciter perſeverent, corripiantur brachio ſeculari, & in vita careant communione fidelium, & in morte eccleſiaſtica ſepultura talibus denegetur.

Caveant inſuper rectores, ne publice fornicariis, aut de vitio incontinentiæ diffamatis parochias regendas committant, quod ſi forte præſumpſerint, xl. ſolidorum pœna noverint ſe mulctandos. Sicut vita presbyterorum a vita vulgari debet eſſe ſejuncta; ita decet in habitu & inceſſu, ut a cæteris diſtinguantur. Propter quod inhibemus, ne cappis manucatis, vel aliis indumentis levitatis vel laſciviæ notam prætendentibus, publice utantur contra conſtitutionem concilii generalis, alioquin hujuſmodi indumenta fabricæ eccleſiarum, ubi degunt, vel quibus deſerviunt, applicentur.

Eligant itaque rectores eccleſiarum presbyte- A ros notæ ordinationis, & converſationis honeſtæ, potentes ope & ſermone, qui exemplo vitæ, & verbo doctrinæ parare Domino valeant plebem perfectam, qui circa correctionem parochianorum vigilent inceſſanter, & exceſſus ſubditorum diligentius inveſtigent, & corrigant, quæ ſunt familiariter corrigenda. Exceſſus autem, qui in publicam prodeunt notitiam vel famam, archidiaconis vel decanis ſine mora denuncient corrigendos, ad quod juramenti vinculo aſtringantur.

Ad hæc præcipimus, ut rectores vel eorum presbyteri ſingulis interſint capitulis, ut exceſſus B denunciem ſubditorum & denunciationes, vocationes, & executiones, vel alias mandata recipiant, quæ occurrerint injungenda.

Nullus autem ad pœnitentiarium noſtrum Dublin. mittatur pro aliquo delicto, niſi de quo in jure confeſſus fuerit, vel convictus; enormia vero delicta nobis vel pœnitentiario noſtro, præterquam in mortis articulo, reſervamus. Litteras autem decani vel officialis ad pœnitentiam gratis concedi præcipimus pœnitenti, & ut liqueat, qualis fuerit pœnitentia, & pro quo crimine ſit injuncta, pœnitens litteras pœnitentiarias referat C ad mittentem.

In ſingulis etiam decanatibus per capitulum duo eligantur presbyteri, qui moribus & ſcientia præditi, confeſſiones audiant ſacerdotum, ac pro lenitate ſtipendiorum viliores honeſtioribus, vel peritioribus imperiti præferatur. Stipendia presbyterorum unius anni taxanda duximus tres marcas, in ditioribus tamen eccleſiis juxta eccleſiarum facultates presbyteris volumus uberius provideri. Rectores eccleſiarum eccleſiis ſuis presbyteros non præficiant, donec ipſos archidiaconis vel eorum officialibus repræſenta- D verint.

Præcipimus ſacerdotibus ut jejuni intrent ſynodum; jejunio enim debet fieri & oratione. Item præcipimus diſtrictius, quod omnes presbyteri, maxime curam animarum habentes, veniant ad ſynodum, & ſi gravi infirmitate detenti, aut alia neceſſitate inevitabili venire non poterint, ſuum capellanum mittant, aut clericum loco ſuo. Item præcipimus, quod in eundo ad ſynodum, & redeundo a ſynodo, honeſte ambulent presbyteri, & honeſta quærant hoſpitia, ut in eis circumſpecte ſe habeant, ne ſta- E tus clericorum vertatur in contemptum & opprobrium populo, cum laicis eſſe debeant ſpeculum & exemplum, de quorum ordinatione, vita, & ſcientia examinatione habita diligenti, illi, qui reperti fuerint idonei, admittantur, & ſtipendiorum quantitas in publicum rotulum capituli redigatur. Ordinati vero non a ſuis epiſcopis vel alias irregularitate notati, ad nos mittantur, pro gratia, ſi digni fuerint, obtinenda. Presbyteri ſint ſeduli ad divina officia horis competentibus & ſtatutis in ſuis eccleſiis celebranda,

ANNO CHRISTI 1114.

da, ne de deſidia vel negligentia arguantur. A
Qui autem cantant, diſtincte proferant & aper-
te, non tranſiliendo, neque tranſcurendo vel
ſyncopando, ſed cum debita reverentia, ut ad
devotionem excitent animos ſubditorum: infir-
mos ſingulis diebus dominicis & feſtivis viſitent
diligenter. Caveant autem presbyteri, ne ad vi-
ſitandum infirmos ſe exhibeant difficiles, qua-
cumque hora fuerint requiſiti; ſiquidem præſum-
pſerint, canonicam non effugient ultionem. Nec,
ſicut hactenus a quibuſdam eſt præſumptum,
mittant cum euchariſtia diaconos ad infirmos,
dum ipſi in potationibus ſeu aliis voluptatibus
carnis vacant, ſed perſonaliter infirmos adeant, &
confeſſiones audiant ſolerter, crimina & circum-
ſtantias criminum inveſtigent, & infirmis, quæ B
foret pœnitentia injungenda, innoteſcant, & in-
jungant, & pœnitentiam recipiant, cum ſaluti
fuerint reſtituti; cum non ſit infirmis pœnitentia
injungenda pro furtis, & rapinis, ſeu damnis
aliis irrogatis. Miſſarum celebrationem non in-
jungant, rerum reſtitutione prætermiſſa, ſicut a
quibuſdam fieri ſolet, qui non ſalutem quærunt
animarum, ſed compendium temporale; ſed ante
omnia rem reſtitui vel damna reſarciri præci-
piant defraudatis. Cum autem ad viſitandum in-
firmos cum euchariſtia accedunt in urbibus, &
villis, ubi eccleſiæ ſitæ ſunt, pro reverentia cor-
poris Chriſti ſuperpelliciis ſint induti, cum cru-
ce, lucerna accenſa, & campana, clerico vel
aliquo alio præeunte.

Adhæc firmiter inhibemus, ne cuiquam com-
munio corporis Chriſti vel morienti eccleſiaſtica
ſepultura prætextu cujuslibet debiti denegetur.

Nullus autem presbyterorum alienum paro-
chianum ad confeſſionem vel communionem
corporis Chriſti admittere præſumat, ſine licen-
tia proprii ſacerdotis. Cum autem a ſacerdote li-
centia petitur alteri confitendi, ſacerdos perſo-
nam deſignet, cui debeat confiteri, ne quis ſub
tali velamine nemini confitendo pœnitentiæ de-
ſinat ſacramentum. Ne autem presbyteri quæſtum
ſaluti animarum præferant, tractatum de deci-
mis, ſive aliis temporalibus in confeſſionibus non
præmittant, ſed diligenter exponentes confitenti,
qualiter debeat confiteri, quique ſit fructus pœ-
nitentiæ; ac omnibus expletis, tunc demum exi-
gat, quæ de decimis vel aliis eccleſiæ deben-
tur. Similiter & in ſacro die Paſchæ abſque ul-
la exactione decimæ vel debiti ſive oblatione li-
beraliter conferant corpus Chriſti, ne una manu
porrigendo euchariſtiam, altera recipiendo pecu-
niam, noſtræ redemptionis miniſterium ſit vena-
le; quod, ſi compertum fuerit, præcipimus gra-
viter vindicari. Adhæc firmiter inhibemus, ne
quis alienum parochianum ad matrimonium con-
trahendum, niſi tam ibi, ubi vir converſatus
fuerit, quam ubi fœmina degit, diligens ſcru-
tinium præmittatur, & referat litteras ſuo præ-
lato, quid per ſcrutinium appareat, continen-
tes. Fidei dationes & de matrimonio contrahen-
do fieri prohibemus, niſi coram teſtibus fide di-
gnis, & ſub præſentia ſacerdotis. Laici etiam,
qui talibus interfuerint contractibus puniantur.
Quia vero exigentibus culpis noſtris, fructus hu-
manis neceſſitatibus cæleſti miſeratione proviſos
frequenter abſorbet repentina calamitas tempeſta-
tum, orationum ſuffragiis eſt Chriſti miſericordia
& piis precibus invocanda; ideo ſinguli presby-
teri cum aeris intemperiem viderint imminen-
tem, nec expectato noſtro vel archidiaconorum
noſtrorum mandato, protinus per proceſſiones &
humiles orationes devotiones excitent ſubdito-
rum, ne, dum juſſionis noſtræ auctoritas expe-
ctatur, ultra quam expediret, deprecatio fide-
lium prorogetur. Quia domum Dei decet orna-
ri, honore congruo, dicente pſalmiſta: " Do-
mine, dilexi decorem domus tuæ; " præcipi-
mus in vaſis, veſtimentis, libris, & aliis ad di-
vinum miniſterium deputatis, eccleſiæ fabricæ ve-
ro in dealbationibus eccleſiarum & feneſtris vi-
treis, & aliis ad honeſtatem eccleſiæ pertinenti-
bus honorifice provideri. Item euchariſtiam &
chriſma ſub clavibus præcipimus cuſtodiri; ſi
quis vero ea incaute reliquerit, tribus menſi-
bus ab officio ſuſpendatur. Eccleſias viri reli-
gioſis ad firmam dari firmiter inhibemus; &
illis præcipue, qui in eiſdem jus obtinent pa-
B tronatus. Idem multo fortius de laicis quibuſ-
cumque. Decimas autem vendere nullus præſu-
mat ante tempus, quo inde ex beneficio conſue-
tudinis teſtandi habeant facultatem, ſed nec lai-
cis ullo tempore, donec fuerint a novem parti-
bus ſeparatæ.

Indulgemus vero clericis in ſuis eccleſiis re-
ſidentibus, aut in noſtro ſervitio commoranti-
bus, aut de noſtra licentia cauſa ſtudiorum ab-
ſentibus, ut de fructibus terrarum eccleſiarum
ſuarum, quas propriis ſumptibus excolunt atque
ſerunt, quacunque parte anni deceſſerint, teſtan-
di habeant facultatem.

Cum autem multoties repetitis vicibus in ſyno-
dis duxerimus ſtatuendum, et ante ſingulorum
C ordinum celebrationes ſolenniter commonendum,
ut rectores in ſubdiaconos, vicarii in presbyteros,
per interſtitia temporum a canonibus diffinita ſe
facerent ordinari; ideo, inſtanter ut hoc fiat,
monemus & præcipimus, & quia hactenus rarus
fructus exinde provenit, ne impunitas contem-
ptum pariat ampliorem, decrevimus nondum or-
dinatorum beneficia ſequeſtrari.

De cætero ſiquidem admittendi fructus bene-
ficiorum non percipiant, donec fuerint in ſacris
ordinibus conſtituti; vicarii autem per ſubtra-
ctionem fructuum cogantur in ſuis vicariis reſi-
dentiam facere perſonalem. Religioſi ad vicarias
eccleſiarum, quas habent in uſus proprios, vi-
carios nobis idoneos repræſentent, alioquin ta-
D xatione vicariarum præhabita & alios curabi-
mus ordinare. Ne autem conniventia noſtra
conſenſum inducat, & taciturnitas culpæ pari-
riat reatum; nos ſynodali diffinitione firmiter
injungimus & monemus, ut eccleſiæ decimæ,
penſiones, & alia quæcunque juris eccleſiaſtici,
quæ per vitioſum ingreſſum ſunt uſurpata, ſine
mora ſalubriter reſignentur, ne vitia poſſeſſio-
num a prædeceſſoribus ad poſteros tranſmit-
tantur, & ne ſupradicta percipiantur vel exi-
gantur, ſub interminatione divini judicii firmi-
ter inhibemus, cum ad non imperia judicentur
alienum invadere, & illicite detinere. Illum
etiam abuſum penitus reprobamus, quo religioſi
a clericis ad beneficia præſentatis ante inſtitutio-
E nem obtentam fidelitatis exigunt juramentum;
qui autem tale ſacramentum præſtiterint, bene-
ficiis ipſis noverint, ſe privandos. Nec exactores
relinquimus impunitos, cum ſimoniacam contineant
pravitatem. Penſiones autem debitas temporibus
ſtatutis ſolvi præcipimus, ſub pœna dupli fabri-
cæ eccleſiæ Dublin. perſolvendi. Simili pœna
puniri volumus, qui ſynodalia, antequam a ſy-
nodo receſſerint, non perſolverint. Quia cauſæ
plerumque matrimoniales & aliæ per indiſcretos
examinatores periclitantur, & diutius protrahun-
tur; volumus, quod in ſingulis decanatibus ſex
vel quatuor fide digni eligantur & diſcreti, qui
te-

☞ ANNO CHRISTI 1214.

teſtes producendos diligenter examinent, & ſin- A
gulorum dicta integre & fideliter redigant in
ſcripturam, non ſicut fieri conſuevit, ſcribendo
quæ cum aliis concordant vel per omnia idem
dicant; cum talis ſit obſcuritas reprobanda. Ad
hoc autem ſe obligent vinculo ſacramenti, ſala-
rio eis ob hoc accommodatione archidiaconi &
capituli conſtituto.

Quia vero per falſas & excommunicatas exce-
ptiones, quas advocati opponunt, plerumque ju-
ra partium pervertuntur; firmiter inhibemus, ne
quis advocatorum ad patrocinium admittatur,
niſi prius juret, quod cauſam injuſtam ex certa
ſcientia non fovebit, non falſis probationibus ſeu
allegationibus utetur, ad juſtitiam perimendam,
vel juſtum judicium declinandum vel prorogan- B
dum. Qui autem in cauſa matrimoniali vel te-
ſtamentorum falſas exceptiones malitioſe oppo-
nunt, vel opponi procurant, vel qui in cauſa
matrimoniali vel teſtamentaria, vel ubi de ex-
hæredatione agitur, falſum perhibent teſtimo-
nium, vel id fieri procurant, vel teſtes ſubornat
excommunicationis ſententiæ ſe noverint ſubja-
cere. Excommunicamus omnes illos, qui pacem
regis & regni perturbare, aut libertates eccleſia-
ſticas, & præcipue hujus ſacroſanctæ eccleſiæ
Dublin. infringere, ſeu poſſeſſiones eccleſia-
ſticas invadere, aut ad bona eccleſiaſtica ma-
nus injurioſas extendere præſumpſerint, in
præjudicium eccleſiaſticæ libertatis. Item il-
los, qui in eccleſiaſtica beneficia ſe intru- C
dunt, & eos, qui per laicalem potentiam ſeu
aliam violentiam ea detinent occupata. Om-
nes autem incendiarios, & eccleſiarum fracto-
res, veneficos, & veneficas, & magicis in-
cantationibus utentes, & hoc fieri procuran-
tes, & qui immunitatem eccleſiæ violaverint,
denunciamus excommunicationis ſententiam incur-
rere ipſo facto. Prohibemus autem, ne excom-
municationis ſententia in genere vel pro dam-
nis, vel pro injuriis proferatur, quoties dignoſci
poterit, quis adverſus quem habeat altercatio-
nem, niſi evidens neceſſitas hoc expoſcat. Ex-
communicamus & omnes illos, qui odio vel lu-
cri cauſa aliis crimina falſo imponunt, pro qui-
bus mors, vel exilium, aut membrorum mutila- D
tio, vel exhæredatio, ſeu bonorum ſpoliatio ſe-
qui debeat, ſi judicialiter convincatur. Qui au-
tem ad diffamationem alterius aliquid proponit,
quod mores ſugillat, niſi hoc probare voluerit,
canonice puniatur, & injuriam paſſo pro modo
culpæ ſatisfacere compellatur. Hæc autem ſalu-
bria ſtatuta in ſingulis decanatibus proximis ca-
pitulis poſt ſingulas ſynodos recitentur, & per
illos, qui capitulis præſunt, in ſingulis articulis
exponantur, & ad eorum obſervantiam per cenſu-
ram eccleſiaſticam ſinguli diſtrictius compellan-
tur. Hæc autem & in ſingulis libertatem præ-
tendentibus præcipimus publicari & diſtrictius ob-
ſervari.

Excommunicamus omnes illos, qui gra-
tia lucri, vel odii, aut alias contemnunt exequi
domini regis mandatum contra excommunica-
tos editum, claves eccleſiarum contemnentes.
Quoniam in partibus iſtis circa teſtamentum
decedentium quædam inolevit confuſio, quam
emendari ordini eccleſiaſtico & honori pariter
convenire cenſuimus; eaproter præcipimus, & ſub
pœna excommunicationis ſtatuimus, ne cuiquam
executori alicujus adminiſtratio teſtamenti com-
mittatur, niſi prius de omnibus bonis ipſius de-
functi fiat fideliter inventarium, & loci ordinario
oſtentatur.



Item auctoritate præſentis ſynodi ſtatuimus,
ne aliqui religioſi, cujuſcunque ſint profeſſionis,
de executione teſtamentorum quoquomodo ſe in-
tromittant, niſi de licentia ordinarii, coram
quo teſtamentum fuerit probatum.

Item in probationem teſtamentorum, ſeu poſt
probationem coram ordinariis, non committatur
ſeu permittatur aliquibus commiſſio, ſeu admi-
niſtratio in bonis defunctorum, niſi faciles ad
conveniendum, & tales ſint, qui competentem
& ſufficientem adminiſtrationis poſſint reddere
rationem, cum ſuper hoc canonice per locorum
ordinarios fuerint exquiſiti.

Item teſtamentis coram ordinariis exhibitis,
probatis, & approbatis, a laicis eorundem pro-
B batio non exigatur, nec impediant ſeu impe-
dire procurent, quominus ultimæ voluntates de-
functorum procedant in his, quæ de jure &
conſuetudine legari poſſunt; ſi contra hujuſ-
modi ſtatutum venire præſumpſerint, ſciant ſe
auctoritate præſentis ſynodi eſſe excommunica-
tos, et tamquam contra eccleſiaſticarum liber-
tatum violatores per cenſuram eccleſiaſticam pro-
cedatur,

Item præcipimus, ne quis alicujus ſolutæ vel
conjugatæ, propriæ vel alterius, impediat vel
perturbet, ſeu impediri faciat juſtam teſtamen-
torum factionem; quia qui contra venerit, ſciat
ſe in excommunicationis ſententiam incidiſſe.
Item de portione mortui vel mortuæ habeat ec-
C cleſia jus ſuum, deductis tamen prius de com-
muni, quæ debentur, et funeris expenſis.

Item præcipimus quod nullus executor aliquid
retineat de bonis defuncti, emptionis titulo, vel
aliquo alio modo, niſi fuerit ſibi a teſtatore
inter vivos donatum vel in teſtamentum lega-
tum.

Item bedelli ſeu apparitores, archidiaconis
noſtris vel decanis intendentes, ſubditis grava-
mina non inferant, ſententias autem excommu-
nicationis vel interdicti ſeu ſuſpenſionis non fe-
rant neque denuncient ſine ſpecialibus domino-
rum præceptis. Et ſi ſecus fuerit præſumptum,
ſententiæ ſic latæ, ipſo facto non teneantur,
neque ſerventur, & apparitores ſeu bedelli, qui
D confecerint, et oneroſi ſive injurioſi ſubditis in-
venti fuerint, graviter puniantur.

Præcipimus etiam quod capellani ſinguli in
eccleſiis ſuis ter in anno denuncient omnibus,
qui clericali privilegio gaudere voluerint, quod
coronam et tonſuram patentem in locis debitis
deferant competenter, maxime coram ſuis or-
dinariis, & in eccleſiis, & in congregationibus
clericorum.

Si diſcordantes ſe ſibi invicem voluerint con-
cordare, inhibemus, ne archidiaconi, officiales
eorumdem, vel decani bonum pacis impedire
præſumant, ſed licentia petita, liceat parti-
bus a lite diſcedere, quomodocunque volue-
rint, ſi tamen cauſa compoſitionem admit-
E tat, non propter hæc eis aliquam pœnitentiam
infligant, niſi eis conſtiterit de actoris vel rei
calumnia manifeſta. Quia vero juxta ſcripturæ
teſtimonium legimus: " Segnius immutant ani-
mos demiſſa per aures, quam quæ ſint oculis
ſubdita fidelibus;" præſentibus conſtitutionibus
hanc ſalubrem duximus adnectendam, ut ſacer-
dotes ſinguli ſuis parochianis has coſtitutiones
quater in anno ad minus legant, vel coram ſe
legi faciant diligenter, ut tanto melius ſtatuto-
rum recordentur, quanto ſæpius eorum auribus
fuerint inculcata.

Item inhibemus expreſſe, ne aliquis capelano-

ANNO CHRISTI 1214.

rum in diœceſis Dublin. moras trahens, ſeu de novo ordinatus, ſine ſpeciali licentia noſtra vel archidiaconorum noſtrorum divina præſumat celebrare, ſeu quouſque nobis conſtiterit de eorumdem ordinatione & converſatione.

Ut de ſulicitudine noſtri laboris immarceſcibiles juſtitiæ manipulos reportemus, accendatur noſtræ auctoritatis zelus adverſus ambitionis malum, diſſipemus & evellamus plantationes iniquas; ædificemus & plantemus in eccleſia Dei tales, quos humilitas, quos innocentia, quos vita probatorum, & literatura commendat; qui ſubjectos non devorent; qui divites non palpent; pauperes non gravent; qui minas divitum non timeant; qui crimina corrigant, marſupia non emungant quorum ſermo ſit doctrina; quorum converſatio juſta; quorum auctoritas ſit non in habitu, non in faſtu, ſed in eruditione & defenſione fidei; quorum vita ſi publice commendabilis; quorum memoria in benedictione. Ut venalitas in domo Dei abjiciatur, qui ementes & vendentes de templo projecit, ſtatuimus, quod nullus firmarius alii proventus decimarum locare præſumat, ne quis firmam rerum eccleſiaſticarum habeat ordinarii conſenſu irrequiſito; ubi tamen eccleſiarum conditiones occaſione traditionis ad firmam meliorari contigerit, proventus decimarum ſuarum locari, ſeu ad firmam tradi, ſaltem ad tempus in jure ſtatutum, nullatenus prohibemus.

Prohibemus ſub interminatione anathematis, ne ſacerdotes vel clerici, curam habentes animarum, cauſa lucri negotientur; cauſa tamen neceſſitatis, ut honeſta mercimonia exerceant, & quæ ab honeſtate clericali non diſcrepant, ſuſtinemus.

Quum indignum eſt eis ab eccleſia ſubveniri, per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari; ſacerdotibus & clericis, ne miniſtri laicorum fiant, ne procuratores exiſtant eorumdem, prohibemus.

Adjicimus etiam, quod quæſtuarii per civitatem vel diœceſin Dublin. nullo locorum admittantur, quorumcunque quæſtuarii exiſtant, niſi literis noſtris patentibus muniantur. Quibus quidem quæſtuariis officium prædicandi penitus interdicimus; expoſitione autem ſui negotii tantum contenti permaneant.

# BITURICENSE CONCILIUM

*Pro reformatione Eccleſiæ Bituricenſis*

*Anno* 1214. *celebratum.*

Ibid. Extat ap. Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 1411.

*Capituli nomine deſignari ſynodum tum apud eruditos conſtat, cum ex ſtatutis mox recitandis planum fiet. Edicitur enim in illis cap.* X. Quater in anno celebretur generale capitulum, ideſt ſynodus. *Non abs re igitur hæc in capitulo Bituricenſi a duobus epiſcopis condita ſtatuta concilio cuidam Bituricenſi aſſigno.*

*Statuta edita pro eccleſia Bituricenſi*

M. (Manaſſes III.) Domini gratia Aurelianenſis, & Willelmus Altiſſiodorenſis epiſcopi, univerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino. Cum ad nos ſuper quibuſdam negotiis Bituricenſis eccleſiæ mandatum apoſtolicum deſcendiſſet, in fine litterarum ipſarum fuit hoc capitulum ſub hoc tenore annexum: *Corrigentes & reformantes auctoritate noſtra in eadem eccleſia quæ correctionis & reformationis officio inveneritis indigere, contradictores cenſura eccleſiaſtica, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.* Nos ergo ſecundum formam auctoritate apoſtolica procedentes ſuper his, quæ corrigenda & reformanda invenimus, ordinavimus in hunc modum.

I.

Clericus ſuccentoris injungat omni die invitatorium in veſperis. Cancellarius vel qui loco ejus fuerit more ſolito lectiones ſimiliter injungat. Ille cui injunctum fuerit, neceſſe habebit recipere & exequi per ſe vel per alium. Si contra venerit, ſi canonicus fuerit, ſolvat pœnam duorum denariorum Pariſienſium, vicarius unum denarium Pariſienſem, minor clericus unum denarium Pariſienſem, vel ſtabit ante altare retro aquilam tamdiu donec a cantore vel ejus mandato ad locum ſuum revocetur.

II.

Univerſis & ſolis canonicis, qui matutinis interfuerunt, dabuntur duo Pariſienſes diſtribuendi ad *Benedictus*. Quicumque fecerint in Miſſa defectum, ſi ſacerdotos fuerit, puniatur in duodecim Pariſienſibus, diaconus in ſex, ſubdiaconus in quatuor.

III

Nullus canonicus ſuam reſidentiam feciſſe computetur in die, in qua non interfuerit matutinis aut miſſæ majori aut veſperis, niſi forte infirmus fuerit, aut valetudinarius, aut minutus, aut niſi eadem die intraverit civitatem, aut oxierit non reverſurus eadem die, hoc non mutato quod archiepiſcopus habebit unum canonicum, qui facit reſidentiam ſecum per diœceſim, & duos cum viſitat provinciam, vel cum vadit Romam.

IV.

De blado quadrageſimæ nullus percipat, niſi per viginti unum diem fuerit reſidens, ſicut ſuperius dictum eſt.

V.

Omnibus horis tractim cantentur pſalmi, & cum pauſationibus debitis, nulluſque rideat inhoneſte in choro, vel ſigna vel nutus faciat inhoneſtos, neque ita loquatur cum ſocio, quod a tertio poſſit audiri quamdiu horæ cantantur.

VI.

Omnes tam canonici quam vicarii, & alii clerici de choro, cappas habeant uſque ad terram, & numquam ſine ſuperlitio ſint in eccleſia,

ANNO CHRISTI 1214.

ſia, ſi cappam apertam habuerint; ſi vero cappas clauſas habuerint, non poterunt eſſe ſine rochetis, vel ſuperlitiis, & omnes habeant honeſtas tonſuras.

### VII.

Illi qui cenſas habent, jurent quod illas reddant terminis aſſignatis in domibus quæ ſunt de eccleſia locandis, canonicus præferatur laico vel clerico qui non erit de choro, ſi tantum velit dare quantum alius bona fide. & nullo modo locentur perſonæ inhoneſtæ in clauſtro vel extra clauſtrum. Inhoneſtæ mulieres ejiciantur de clauſtro.

### VIII.

Quamdiu horæ cantantur in choro, non cantetur in circuitu chori cum nota. Item cum cantatur major miſſa in choro, nullo modo celebretur in circuitu, nec poſt majorem miſſam.

### IX.

Item, nullus vicarius, vel etiam clericus canonice induat ſed ad miſſam celebrandam cum cantantur prima in choro, donec pſalmus *Quicumque vult*, fuerit terminatus.

### X.

Quater in anno celebretur generale capitulum. In craſtino apoſtolorum Philippi & Jacobi, in craſtino inventionis S. Stephani, & in die anniverſarii S. Guillelmi, & in craſtino Dominicæ qua cantatur *Reminiſcere*; & quidquid ibi canonice ſtatutum fuerit, de eis quæ poſſent ſtatui, inviolabiliter obſervetur, non obſtante abſentia alicujus vel aliquorum.

### XI.

Incipiantur pſalmi per unam ſeptimanam in una parte chori, & in altera parte per aliam.

### XII

Nullus poterit intrare chorum in vigiliis anniverſariorum poſt primum pſalmum completum, neque ad miſſam poſt epiſtolam. Item canonicus tenebitur eſſe in choro ad totas vigilias vel ad totam miſſam defunctorum.

### XIII.

Nullus audeat aſtare vel ire per clauſtrum abſque indumentis ad chorum pertinentibus a matutinis uſque ad majorem miſſam, & ab hora nona uſque poſt completorium, niſi in quadrageſima, vel niſi equitando, vel niſi tranſeundo, & exeundo clauſtrum.

### XIV.

Hebdomadarii recipiant denarios qui pro pœnis ſuperius ſtatutis levabuntur, ita quod unuſquiſque recipiet eos in ſua ſeptimana, & ponentur in pixide quadam diſtribuendi poſt annum clericis de choro. Retinuimus enim omnimodam poteſtatem interpretandi verba obſcure dicta, omiſſa ſupplendi, & coercendi eos, qui contra præſcripta veniet inſtituta. Actum in capitulo Bituricenſi, anno ab incarnatione Domini MCCXIV.

# CONCILIUM LONDONIENSE,

## QUO JOANNES REX ANGLIÆ

*Ab interdicto & depoſitione per Nicolaum Tuſculanum epiſcopum & ſedis apoſtolicæ legatum abſolutus eſt anno Domini MCCXIV. tempore Innocentii papæ III.*

*Cum Joannes rex Angliæ Stephanum de Langna Cantuarienſem archiepiſcopum legitime electum nollet ſuſcipere: pontifex Innocentius totam Angliam interdicto ſubjecit, & paulatim regem ipſum gravius ſævientem & bona eccleſiæ invadentem epiſcopos & clericos relegantem, non tantum non abſolvit, ſed etiam regno Angliæ depoſuit, executione Philippo regi Francorum demandata. Exercitu copioſiſſimo, quem rex Angliæ conſcripſerat territus ad pœnitentiam recipi petivit, deque ablatis reſtituendis ſponſionem fecit. Qua de re cum pontifex Nicolaum Tuſculanum ſedis apoſtolicæ legatum certiorem reddidiſſet, eique accipiendi & abſolvendi regis formam præſcripſiſſet:* Legatus, *inquit Matthæus Paris*, in urbe Londinienſi apud ſanctum Paulum grande congregavit concilium: ubi congregatis archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, & aliis ad hoc negotium interdicti ſpectantibus, propoſuit coram omnibus formam reſtitutionis, ſuper ablatis & damnis a domino papa partibus conſentientibus Romæ proviſam: præcipiens conſtanter ut certificaretur de quantitate ſolutæ pecuniæ epiſcopis & aliis quibuslibet a miniſtris regis cauſa interdicti, quatenus per ſolutam pecuniam ſciret quantum unicuique ad ſolvendum reſtaret. Probatum eſt igitur ibidem certa computatione, archiepiſcopum & monachos Cantuarienſes, ſimul cum Londinenſi, Elienſi, Herefordenſi, Bathonienſi, Lincolnienſi, antequam ab exilio in Angliam redirent, per manum Pandulphi duodecim millia marcarum legalium Eſterlingorum accepiſſe. Poſt adventum quoque eorum in concilio, ſeptimo Idus Decembris apud Radingum celebrato, quindecim millia marcarum iidem epiſcopi cum monachis ſupradictis inter ſe dividenda perceperunt: ita quod tota ſumma ſimul conjuncta vigintiſeptem millium marcarum facit complementum. Reſidua autem tredecim millium marcarum, quæ ad ſupplementum quadraginta millium marcarum prædictarum ſolvendæ reſtant, fidejuſſione Wintonienſis & Norvvicenſis epiſcoporum remanſerunt, additis litteris regis patentibus ad majorem ſecuritatem, juxta quod in litteriis domini papæ continebatur expreſſum.

His ita geſtis, Nicolaus Tuſculanenſis epiſcopus & apoſtolicæ ſedis legatus, in die apoſtolorum beati Petri & Pauli, in eccleſia cathedrali, relaxavit ſententiam ſolemniter interdicti, poſtquam duraverat annis ſex, menſibus tribus, & diebus quatuordecim, ad irreſtaurabile damnum eccleſiæ, tam in temporalibus quam ſpiritualibus

Qua relaxatione facta, gaudium per totam terram, pulſando, & hymno Te Deum laudamus cantando, exortum eſt. *Hæc de rebus in iſto ſynodo geſtis Matthæus Patris.*



# AD CONCILIUM LONDINENSE

*Eadem de cauſa eodem anno habitum,*

## ADDITIO.

Ex Suppl. Manſi tom. II. pag. 847.

DE hoc Matth. Pariſ. ait pergens l. c. Eodem anno 8. cal. Septembris convenerunt in civitate Londoniarum apud Sanctum Paulum Stephanus Cantuarienſis archiepiſcopus, cum epiſcopis, abbatibus, prioribus, decanis, & baronibus regni: ubi archiepiſcopus indulſit tam eccleſiis conventualibus, quam presbyteris ſecularibus, ut horas canonicas in eccleſiis ſuis audientibus parochianis ſuppreſſa voce cantarent. In hoc colloquio (ut fama refert) archiepiſcopus memoratus, convocatis ſeorſum quibuſdam regni proceribus, cœpit affari eos ſecretius in hunc modum: Audiſtis, inquit, quomodo ipſe apud Wintoniam regem abſolvi, et ipſum jurare compulerim, quod leges iniquas deſtrueret, et leges novas, videlicet leges Edvvardi revocaret, et in regno faceret ab omnibus obſervari. Inventa eſt quoque nunc charta quædam Henrici primi, regis Angliæ, per quam ſi volueritis, libertates diu amiſſas poteritis ad ſtatum priſtinum revocare. Et proferens chartam quandam in medium, fecit eam, audientibus cunctis, recitari...... Cumautem hæc charta perlecta, & baronibus audientibus intellecta fuiſſet, gaviſi ſunt gaudio magno valde, et juraverunt omnes in præſentia archiepiſcopi, ſæpe dicti, quod viſo tempore congruo, pro his libertatibus, ſi neceſſe fuerit, decertabunt, uſque ad mortem. Archiepiſcopus vero promiſit eis fideliſſimum auxilium ſuum pro poſſe ſuo; ſic confœderatione facta inter eos, colloquium ſolutum eſt.

# CONCILIUM APUD MONTEMPESSULANUM

## A PETRO BENEVENTANO LEGATO APOSTOLICO CELEBRATUM.

*In quo Simoni comiti Montisfortis ditio Raymundi comitis Toloſani conceſſa eſt anno Domini MCCXIV. exeunte.*

G. C. Ex hiſtor. Albigenſium Petri Valliſſarnenſis monachi, qui cap. 80. celeberrimum & generaliſſimum concilium vocat. Petri autem authoris coætanei, quique ipſis rebus interfuit, verba maluimus afferre, quam Bzovii, ut Binius fecerat.

Cap. 81.

ANno ab incarnatione Domini MCCXIV. in quindena nativitatis Dominicæ, convenerunt apud Montempeſſulanum archiepiſcopi & epiſcopi vocati a magiſtro Petro Beneventano apoſtolicæ ſedis legato ad concilium, ut de his, quæ pacis erant & fidei, idem legatus ſecundum prælatorum conſilium ordinaret. Convenerunt autem ad illud concilium quinque archiepiſcopi, videlicet Narbonenſis, Accitanus, Ebredunenſis, Arelatenſis, Aquenſis. Fuerunt epiſcopi XXVIII. pluresque de baronibus terræ ibi affuerunt. *Et infra*. Igitur convenientibus, ut prædictum eſt, legato, archiepiſcopis, & epiſcopis, abbatibus, & aliis eccleſiarum prælatis apud Montempeſſulanum, fecit legatus ſermonem in eccleſia B. Virginis Mariæ. Poſtea vocavit in domo in qua manebat, archiepiſcopos quinque, & epiſcopos XXVIII. abbates & alios eccleſiarum prælatos innumerabiles, quibus in unum congregatis, primo eos allocutus eſt in hæc verba: „ Repeto & requiro a vobis, ſub obteſtatione „ Divini judicii, & obedientiæ debito, quo Ro„ manæ eccleſiæ tenemini, ut omni gratia, „ odio, livore poſtpoſitis, detis nobis fidele „ conſilium, ſecundum ſcientiam veſtram, cui „ melius & utilius, ad honorem Dei & ſan„ ctæ matris eccleſiæ, & pacem terræ, ad expu„ gnandam vel expurgandam ipſorum hæreticorum concedi & aſſignari debebat Toloſa, „ quam comes Toloſanus tenuit, & aliæ terræ „ quas occupaverunt exercitus Chriſtianorum „ crucesignatorum.

Auxitanus. — Forte debent. H

Omnes archiepiſcopi, & epiſcopi, habuerunt longam & diligentem deliberationem, unuſquiſque cum abbatibus ſuæ diœceſis & familiaribus clericis ſuis. Et quia bonum videbatur & rectum, redegerunt in ſcriptum: & in hoc tandem omnium & ſingulorum vota & conſilia convenerunt, ut nobilem comitem Montisfortis eligerent in totius terræ illius principem & monarcham *Et poſt pauca*: Poſtquam ergo archiepiſcopi & epiſcopi elegerunt prænobilem comitem modo quo prædiximus, inſtantiſſime requiſierunt a legato, ut ipſe ſtatim traderet totam terram eidem comiti. Sed habito recurſu ad litteras domini papæ, quas miſerat legato, inventum eſt, quod legatus non poterat iſtud facere, inconſulto D. papa. Et hac de cauſa, communi aſſenſu tam legatorum, quam prælatorum, Ebredunenſis archiepiſcopus, Girardus, vir multæ ſcientiæ & totius bonitatis, miſſus eſt Romam, & quidam clerici cum eo, litteras tam legati quam prælatorum ferentes ſecum, in quibus ſupplicabant prælati omnes domino papæ inſtantiſſime, ut nobilem comitem Montisfortis, quem unanimiter elegerant, concederet eis in terræ dominum & mo-

Al. Bernardus: vide præclara Tranſtrum facinora.

ANNO CHRISTI 1214.

& monarcham. *Et infra*. His omnibus rite geſtis, & celebrato per multos dies concilio, prælati qui aderant, ad propria redierunt: legatus autem & comes noſter, venerunt Carcaſſonam. Interea legatus epiſcopum Toloſanum miſit Toloſam, ut ex parte ipſius occuparet & muniret caſtrum Narbonenſe, ſic enim vocabatur munitio & palatium comitis Toloſani. Cives autem Toloſani, ad mandatum domini legati, immo potius, timore ipſius, filium comitis Toloſani fecerunt exire a munitione jam dicta, quam hactenus tenuerant: & tradiderunt eam ex parte legati epiſcopo ſuo, qui intrans munitionem, tenuit eam, & munivit eam militibus & ſervientibus, tamen ſumptibus civium & expenſis. Anno Verbi incarnati MCCXV........ dum eſſet Ludovicus (*Philippi Aug. regis filius*) in villa ſancti Ægidii, & comes nobilis Montisfortis cum eo: venerunt a curia Romana nuncii, quos ſicut ſupra memoratum eſt, legatus & archiepiſcopi & epiſcopi patriæ Provincialis miſerant ad domnum papam, poſtulantes ibi domnum & monarcham nobiliſſimum & Chriſtianiſſimum comitem Montisfortis. Domnus autem papa miſit litteras legato & prælatis, & etiam comiti Montisfortis, ſub eadem forma: quibus continebatur, quod ipſe domnus papa, totam terram, quam comes tenuerat Toloſanus, terras etiam illas quas crucesignati acquiſierant, & quas legatus tenebat per obſides & cuſtodes, commendabat comiti Montisfortis cuſtodiendam, donec in concilio generali, quod in Kalendis Novembris illius anni Romæ convocaverat, de terris prædictis plenius ordinaret. Hoc audito Lodovicus & comes noſter, ſignificaverunt legato de adventu nunciorum. Legatus autem tunc erat prope ſanctum Ægidium cum pluribus epiſcopis in civitate Arelatenſi.

*Forma litterarum domni papæ ad comitem Montisfortis, hæc eſt.*

## INOCENTIUS EPISCOPUS,

*ſervus ſervorum Dei, dilecto filio ſuo nobili viro S. comiti Montisforti, ſalutem & apoſtol. benedict.*

Simoni.

,, NObilitatem tuam dignis in Domino laudi-
,, bus commendamus, quia pura dilectione,
,, mente ſincera, & viribus indefeſſis, tanquam ve-
,, rus & ſtrenuus miles Chriſti, & invictus catho-
,, licæ fidei propugnator, prælia Domini laudabili-
,, ter præliaris: unde in omnem ferre terram,
,, tuæ fidei ſonus exivit: propter quod, ſuper
,, caput tuum, multæ benedictiones effunduntur
,, ad gratiam tibi amplius acquirendam, & to-
,, tius eccleſiæ precamina congeruntur, & mul-
,, tiplicatis interceſſoribus, corona tibi gloriæ
,, conſervatur, reddenda tibi a juſto judice
,, in futurum, quam propter tua merita ſpe-
,, ramus eſſe tibi repoſitam nunc in cœlis.
,, Eja miles Chriſti, miniſterium tuum im-
,, ple, currens per propoſitum tibi ſtadium,
,, donec bravium comprehendas, nec in tri-
,, bulationibus unquam deficias: ſciens colla-
,, teraliter tibi aſſiſtere Deum Sabbaoth, Do-
,, minum exercituum, ac principem militiæ Chri-
,, ſtianæ, nec velis bellicos ſudores abſtergere,
,, antequam palmam victoriæ conſequaris. Qui-
,, nimmo cum bene inchoaveris bonum princi-
,, pium, ac media quæ poſtmodum laudabiliter
,, proſequi curaviſti: per longanimitatem &
,, perſeverantiam quæ coronat, laudabilius o-
,, ptato fine ſtudeas conſummare: ſciens juxta
,, verbum apoſtoli, neminem eſſe coronandum
,, niſi legitime decertantem. Cum igitur totam
,, terram, quam comes tenuit Toloſanus, cum aliis
,, terris a cruceſignatis obtentis, quæ a dilecto
,, filio noſtro Petro S. Mariæ in Aquito dia-
,, cono cardinali apoſtolicæ ſedis legato tenen-
,, tur per obſides vel cuſtodes, uſque ad tem-
,, pus concilii generalis, in quo de ipſis conſi-
,, lio prælatorum plenius poſſimus ſalubriter or-
,, dinare, prudentiæ tuæ duximus committen-
,, das, ut eas conſerves, cuſtodias & defendas:
,, concedentes tibi redditus & proventus earum,
,, cum juſtitiis, & cum aliis ad juriſdictionem
,, ſpectantibus, cum nec poſſis, nec debeas
,, propriis ſtipendiis militare: ſalvis expenſis,
,, pro munitione & cuſtodia caſtrorum, quæ de
,, mandato noſtro tenentur: nobilitatem tuam
,, cum omni diligentia commonemus, cum to-
,, tis affectibus in Domino poſtulantes, pro no-
,, mine ac ſub obteſtatione Divini numinis ob-
,, ſecrantes, in remiſſionem peccaminum injun-
,, gendo, quatenus non refugias hanc pro Chri-
,, ſto legationem recipere, cum ipſe pro te a patre
,, legatione ſuſcepta tanquam gigas cucurrit uſque
,, ad crucis patibulum & ad mortem. Cum te
,, totum devoveris in Chriſti obſequio, non de-
,, ficias fatigatus, nec recuſes uſque ad finem,
,, bonam pro Chriſto militiam exercere, nec
,, unquam in cor tuum aſcendat, ut tam dul-
,, cibus paternis obvies monitis & mandatis: ſed
,, potius toto deſiderio & affectu, amplecti ſtu-
,, deas quæ mandamus, ut in perpetuum Chri-
,, ſti amplexibus ſovearis, qui te ad amplexus
,, invitans, extendit pro te brachia indefeſſa.
,, Provida etiam deliberatione diligenter atten-
,, das, ne in vacuum cucurreris, aut etiam labo-
,, raveris, ſi per tuam negligentiam, locuſta-
,, rum multitudo, quæ de abyſſi puteo ſunt
,, egreſſæ, ſed per tuum miniſterium de terra
,, quam occupaverant ejectæ, ipſam, quod ab-
,, ſit, iterum occupaverint in exterminium ple-
,, bis Dei. Nos autem, quia pro certo ſpera-
,, mus, quod de tua ſalute ſolicitus, nunquam
,, debeas mandatis apoſtolicis obviare, baroni-
,, bus, conſulibus, & aliis Chriſti fidelibus in
,, terris prædictis conſtitutis, dedimus in man-
,, datis, in virtute Spiritus ſancti præcipientes
,, diſtricte; quatenus plenarie intendentes man-
,, data tua ſuper negotio pacis & fidei, & aliis
,, quæ ſuperius ſunt expreſſa, inviolabiliter ob-
,, ſervare procurent, contra impugnatores Ca-
,, tholicæ fidei & pacis diſturbatores, magnifice
,, ac potenter tibi conſilium & auxilium impen-
,, dentes, ita quod eorum cooperante ſubſidio,
,, negotium pacis & fidei ſalubriter exequaris.
,, Quod quoque legato præcipiendo mandamus,
,, ut ſuper his ſtatuat & diſponat, quidquid ipſi
,, negotio viderit expedire, impendens tibi conſi-
,, lium, & auxilium opportunum, & quod ſtatue-
,, ris faciat firmiter obſervari: contradictores, ſi
,, qui fuerint, vel rebelles, ſublato cujuslibet
,, contradictionis vel appellationis obſtaculo, ad id
,, quod viderit expedire, diſtrictione compellens.
,, Datum Laterani IV. Non. April. pontif. anno
,, XVIII.

ANNO CHRISTI 1215.

Aquiro.

*Et infra*. Ludovicus autem movens a Biterris venit cum ſuis Carcaſſonam, ubi cum per aliquot dies moram feciſſet, venit legatus. Quadam igitur die convocavit legatus ad ſe in domum epiſcopi Carcaſſonenſis, epiſcopos qui aderant, Ludovicum & comitem Montisfortis & nobiles qui erant cum Ludovico. Quibus omnibus

*Conventus Carcaſſonenſis.*

bus congregatis, legatus juxta formam mandati apoſtolici, commendavit comiti terram uſque ad concilium generale.

*Habitum eſt eo anno generale concilium Lateranenſe, ut mox videbis, in quo dicto illa comiti Montisfortis adjudicata eſt. Quæ hujus concilii ſunt, referuntur etiam in chronico, inſcripto:* Præclara Francorum facinora.

## EJUSDEM CONCILII STATUTA.

## TITULI CAPITULORUM.

1. *De veſtimentis epiſcoporum.*
2. *De vita & honeſtate canonicorum, & aliorum qui de beneficio eccleſiaſtico vivunt.*
3. *De veſtimentis eorumdem.*
4. *De tonſura ſive corona eorumdem.*
5. *Ut clerici uſuras non exerceant.*
6. *De clericis non habentibus locum, vel beneficium eccleſiaſticum, qui habitum compoſitum non habent.*
7. *Ne epiſcopi & clerici aves venatorias habeant aut geſtent.*
8. *Ne laici accipiantur in canonicos, nec ad præbendam.*
9. *Ut quicumque ſupradicta infra quindecim dies a publicatione contempſerit adimplere, ab officio beneficioque ſit ſuſpenſus: & a prælato cenſura notetur.*
10. *Ut prælato, qui omiſerit id exequi, aditus eccleſiæ ſit interdictus.*
11. *Ut epiſcopi beneficia gratis dent, & perſonis idoneis, &c.*
12. *Ut parochiales eccleſiæ adoleſcentulis, vel conſtitutis in minoribus ordinibus non tradantur.*
13. *De abbatum, monachorum, & canonicorum regularium diſciplina.*
14. *Ut venationes & negotiationes devitent.*
15. *Ut fræna, & alia hujuſmodi, deaurata non habeant.*
16. *De forma veſtimentorum quibus uti debent.*
17. *De materia eorundem.*
18. *Ut proprium non habeant.*
19. *Ut proprietarii in capitulo excommunicentur.*
20. *Ut nullus admittatur cum pacto aliquid dandi pro receptione.*
21. *Ut in cauſis alienis advocati non exiſtant.*
22. *Ut quæ in menſa ſuperſunt, pauperibus tribuantur.*
23. *Ut canonici regulares. amplas coronas portent; monachi, ampliſſimas.*
24. *Qualia illorum calceamenta eſſe debeant.*
25. *Nullus ab una eccleſia tranſeat ad aliam, neque ſint de multis eccleſiis.*
26. *Ut canonici regulares ſuperpelliceis ſemper utantur.*
27. *Ut nullus monachus vel canonicus regularis, ab aliqua eccleſia teneat aliquid pro præbenda.*
28. *Ut qui contra prædicta fecerint, ſint ab officio ſuſpenſi.*
29. *Ne religioſi uſurarios, excommunicatos interdictos, ad religionem, ſeu ſepulturam, vel alia ſacramenta accipiant.*
30. *Ut ponantur tres fratres in prioratibus, qui ſufficiunt tribus.*
31. *De prioratibus, qui tribus fratribus non ſufficiunt.*
32. *De pace ſervanda.*
33. *De eo qui admonitus a paciariis, juſtitiam facere noluerit.*
34. *De eo qui pacem fregerit.*
35. *De eo qui violatorem pacis receptaverit.*
36. *De eodem.*
37. *Ut juramentum pacis certis temporibus innovetur.*
38. *Ut a violatore pacis non tantum ſacramentum accipiatur, ſed pignora, vel propria perſona.*
39. *Ut fractura pacis utroque gladio quæratur.*
40. *De vaſſallo qui contra dominum rebellaverit.*
41. *Ut violatores pacis diebus dominicis excommunicentur.*
42. *Ut in principio Maji conveniant omnes majores paciarii.*
43. *Ut nova pedagia non imponantur.*
44. *Qui pedagium recipiunt, faciant vias publicas cuſtodiri.*
45. *Ne confratriæ fiant, niſi de voluntate dominorum locorum, & epiſcopi.*
46. *Ut ſint in ſingulis parochiis ſacerdotes, qui hæreticos eorumque fautores epiſcopo, & conſulibus, aut dominis, indicent.*

## CAPUT I.

*I. De veſtimentis epiſcoporum.*

Quoniam propter incompoſitum habitum qnorumdam regularium perſonarum & ſæcularium clericorum jam adeo laici ſcandalizantur, quorum frequenter nobis ſunt oblatæ querelæ, quod non ſolum in reverentia viros eccleſiaſticos habere contemnunt, verum etiam ipſos & eccleſias aggravant multipliciter & moleſtant, non credentes his clericis magis deferendum eſſe quam laicis, qui non ſolum a laicis, in habitu & alia converſatione non diſcrepant, verum in his & aliis ſe magis exhibent diſſolutos nos volentes prædictorum utilitatibus tam ſpiritualiter quam temporaliter providere, in ſynodo præſenti ſtatuimus, quin potius ſequentes antiqua ſtatuta canonica, diſtricte jubemus, ut quilibet archiepiſcopus vel epiſcopus talaribus veſtimentis & camiſia linea ſuper alios pannos extra domum ſuam, ſi pedes vadat, ſemper utatur. Et idem obſervet in domo cum curiam publice cum extraneis tenet. Chlamydem quoque talarem habeat ſuper ſcapulas conſutam more Romano, vel cum laqueis conſtrictam ſuper pectus: ita ut laquei ante pectus, palmi longitudinem non excedant.

*II. De vita & honeſtate canonicorum, & aliorum qui de beneficio eccleſiaſtico vivunt.*

Nullus canonicus cathedralis vel conventualis eccleſiæ, vel alius clerius de beneficio eccleſiaſtico vivens, frænis vel calcaribus deauratis utatur: nec frequenter curias, vel hoſpitia, vel colloquia mulierum, quod domuciare vulgariter appellatur: quia ex his ſolet multa diſſolutionis & laſciviæ materia exoriri.

*III. De*

A

*III. De veſtimentis eorumdem.*

Nullus clericus cathedralis vel conventualis eccleſiæ, vel alius de beneficio eccleſiaſtico vivens, indumentis, vel caligis rubeis vel viridis coloris, vel manicis conſutitiis, vel capellis ferratis, vel annulo, vel cappa utatur manicata. Archidiaconi vero, decani, cantores, & alii qui in eccleſiis cathedralibus vel conventualibus obtinent perſonatus, ſuperiorem veſtem, ſive lanea ſit, ſive linea, clauſam habeant, & talarem. B Quod & obſervari volumus a clericis curam habentibus animarum.

*IV. De tonſura ſive corona eorumdem.*

Statuimus inſuper, ut clericus cathedralis vel conventualis eccleſiæ, vel alterius qui beneficio eccleſiaſtico vivit, talem tonſuram ferat, quæ gradum non habeat, ſed dirigatur in gyrum, ita quod capilli qui inter inferiorem & ſuperiorem raſuram remanent, propter ſuam rotunditatem merito poſſint dici corona. *Corr. alias.*

*V. Ut clerici uſuras non exerceant.*

Item nullus talis clericus pignora pro mutuo recipiat, ut fructus pignorum lucrifaciat: nec alias uſuras vel negotiationes exerceat, cum hoc ſit in ſacris canonibus interdictum.

*VI. De clericis non habentibus locum, vel beneficium eccleſiaſticum, qui habitum compoſitum non habeant.*

Si vero clericus non habens locum, vel beneficium eccleſiaſticum, habitum ſuum uſque ad menſem non curaverit reformari, in eccleſia cathedrali lectionem, vel epiſtolam, vel evangelium ſolemniter legere non permittatur, nec ei beneficium eccleſiaſticum aſſignetur, donec habitum compoſitum ferat.

*VII. Ne epiſcopi & clerici aves venatorias habeant aut geſtent.*

Nec epiſcopus, nec clericus cathedralis vel conventualis eccleſiæ, vel alius clericus de beneficio eccleſiaſtico vivens, aves venatorias habeat in propria domo. Et ſi aliquando exeat cum laicis ad venandum gratia ſpatiandi, quod raro fieri expedit, propria manu hujuſmodi aves non portet.

*VIII. Ne laici accipiantur in canonicos, nec ad prabendam.*

Diſtricte quoque mandamus, quod in nulla eccleſia laici recipiantur in canonicos & in fratres, nec etiam ad præbendam canonicalem, quæ conſiſtit in pane & vino, & quibuſdam aliis, cum per hoc eccleſiæ multa damna proveniant.

*IX. Ut quicumque ſupradicta infra quindecim dies a publicatione contempſerit adimplere, ab officio beneficioque ſit ſuſpenſus, & a prælato cenſura notetur.*

Quia vero quidam propter divitias, & alii propter nobilitatem, nonnulli propter diuturnum abuſum quem ad excuſandas excuſationes in peccatis allegant, ſupradicta corrigere parvipendunt, hactenus tam a nobis quam ab aliis ſæpius requiſiti. quicumque ſupradicta vel eorum aliqua, infra quindecim dies poſtquam hoc mandatum eidem innotuerit, contempſerit adimplere; ſciat ſe C uſque dum mandatum noſtrum impleverit, per noſtram ſententiam ab officio beneficioque ſuſpenſum. Quod & circa illum volumus obſervari, qui poſtquam ſemel mandatum noſtrum impleverit, venire præſumpſerit contra illud. Is autem qui juriſdictionem ordinariam obtinet ſuper eum, poſtquam ad notitiam ejus devenerit pertinacia contemptoris, ſupradictam ſententiam publicet, & eum faciat uſque ad ſatisfactionem condignam per cenſuram eccleſiaſticam ob- D ſervari.

*X. Ut prælato qui omiſerit id exequi, aditus eccleſiæ ſit interdictus.*

Quod ſi ipſe prælatus id omiſerit exequi infra octo dies poſtquam innotuerit ei; ex tunc ſibi ſciat per ſententiam noſtram, donec id exequatur, ingreſſum eccleſiæ interdictum.

*XI. Ut epiſcopi beneficia gratis dent, & perſonis idoneis, &c.*

E Ad tollendam quoque detractionis cauſam & materiam ſcandali, quod contra archiepiſcopos & epiſcopos quotidie generatur, ſub atteſtatione Divini judicii archiepiſcopis & epiſcopis diſtricte præcipimus, ut beneficia eccleſiaſtica gratis & liberaliter, & idoneis perſonis aſſignent; & in ſua familia honeſtos clericos habeant, ut ſuper honeſtate ſua teſtimonium ei ferant; nec ſcienter excommu-

ANNO CHRISTI 1214.

municatos, in caſu a canonibus non permiſſo, ad colloquium, vel ad propriam menſam admittant. Eccleſias vero ſui epiſcopatus in evectionum numero contra ſtatuta Lateranenſis concilii non aggravent; & cum ad eas vadunt, corrigant quæ fuerint corrigenda; nec pecuniam pro procurationis redemptione recipiant, quando eas non viſitant.

Lateran. III. cap. 4.

*XII. Ut parochiales eccleſiæ adoleſcentulis, vel conſtitutis in minoribus ordinibus non tradantur.*

Ibid. c. 3.

Item parochialium eccleſiarum curam adoleſcentibus, vel in minoribus ordinibus conſtitutis, contra tenorem Lateranenſis concilii non concedant.

*XIII. De abbatum, monachorum, & canonicorum regularium diſciplina.*

Quia vero nonnullis abbatibus & monachis, nec non & canonicis regularibus, multa fieri didicimus, quæ ab obſervantia diſſonant regulari: præſentium vobis authoritate mandamus, ut nullus de conſenſu capituli ſui, & ut meliora proſpiciat, niſi alia concurrant quæ in canonibus continentur.

*XIV. Ut venationes & negotiationes devitent.*

Item tam abbates, quam priores, univerſi monachi, & canonici regulares, venationes & negotiationes prorſus devitent.

*XV. Ut fræna, & alia hujuſmodi deaurata non habeant.*

Item fræna, pectoralia, & calcaria deaurata & deargentata non deferant, nec depictis ſellis utantur.

*XVI. De forma veſtimentorum.*

Item tunicas non habeant curtas, vel apertas ab anteriori, vel poſteriori parte, ſed longas & clauſas.

*XVII. De materia eorundem.*

Item non utantur cappis, tunicis, vel pallis, de aliqua bruneta clara vel nigra, nec etiam ſtamine forti, ſeu cuniculis, vel etiam cameloto.

*XVIII. Ut proprium non habeant.*

Item nullus monachus, vel canonicus regularis proprium habeat, nec etiam de ſui abbatis vel prioris licentia, cum A ipſis hujuſmodi dare licentiam non poſſint. Quod ſi aliquam obedientiam de ſui majoris præcepto teneant, donec illa ſecundum loci conſuetudinem expendantur, talis regularis non dicitur propter hoc, proprium retinere. Unde firmiter inhibemus, ut in nullo monaſterio, vel canonica regulari, certi reditus deputentur alicui monacho, vel canonico certa pecunia pro veſtimentis detur, propter quod aliqua de perceptis ad tempus teneat, quia ex hoc datur materia proprium retinendi. Sed in omni monaſterio, B vel canonica regulari, certi reditus deputentur, de quibus per manus unius qui eos fideliter colligat, fratribus provideatur de veſtimentis.

*XIX. Ut proprietarii in capitulo excommunicentur.*

Item mandamus, ut in quolibet monaſterio, vel canonica regulari, diebus Dominicis proprietarii in capitulo excommunicentur.

C *XX. Ut nullus admittatur cum pacto aliquid dandi pro receptione.*

Item præcipimus, ut nullus in canonicum vel monachum admittatur, cum aliqua conditione, vel pacto, per quod aliquid debeat pro receptione ejus dari.

*XXI. Ut in cauſis alienis advocati non exiſtant.*

Item jubemus, quod nulli monachi, vel canonici regulares, in cauſis alienis D advocati exiſtant: niſi forte aliquis caſus gravis neceſſitatis, vel magnæ utilitatis occurrat, ob quam ab epiſcopo qui forte regulari loco præeſt, vel ab abbate, vel priore, idem fieri forte mandetur. Quod ſi contra hoc fecerint, tam a judice quam a parte tanquam excommunicatus & infamis ab hujuſmodi advocatione repellatur omnino.

*XXII. Ut quæ in menſa ſuperſunt, pauperibus tribuantur.*

E

Mandamus inſuper, ut ea quæ in menſa monachorum vel canonicorum de juſtitiis ſunt in pane & vino vel pulmentis ſuperſunt, nullus de ſervientibus alicui largiri præſumat, ſed univerſa colligantur ab eo qui curam refectorii obtinet, & juxta ordinationem abbatis, vel prioris, pauperibus tribuantur. Fr. juſcellis, ſive.

XXIII.

*XXIII. Ut canonici regulares amplas coronas portent; monachi ampliſſimas.*

Item præcipimus, ut canonici regulares amplas coronas portent, & monachi ampliſſimas. Itaque duorum digitorum, vel trium, amplius ſit monachis circulus capillorum.

*XXIV. Qualia illorum calceamenta eſſe debeant.*

Item non habeant calceamenta cum B nodulis, vel alias aperta, ſed ſint clauſa & alta calceamenta illorum.

*XXV. Nullus ab una eccleſia tranſeat ad aliam; neque ſint de multis eccleſiis.*

Item nullus monachus, vel canonicus cenſeatur, niſi propter majorem religionem, vel aliam juſtam cauſam a canonibus approbatam una eccleſia dimiſſa, ad aliam transferatur. Quia non poteſt unum pedem in una, & alium pedem in alia retinere, quia ex hoc multam C diſſolutionis, contemptionis, & evagationis novimus materiam generari. Si qui autem jam facti ſunt monachi vel canonici regulares in diverſis eccleſiis; cogantur in illa eccleſia moram facere, in qua primo profeſſionem fecerunt, nec in aliis vocem aliquam habeant. Sed ſi alia in qua profeſſionem poſtea fecerunt, ſit arctioris religionis, liceat eis in illa remanere.

*XXVI. Ut canonici regulares ſuperpelliceis ſemper utantur.*

Item diſtricte præcipimus, ut canonici regulares ſuperpelliceis ſemper utantur, niſi propter infirmitatem, vel aliam neceſſitatem, de permiſſione ſuæ regulæ quando quoque eis id intermittatur.

*XXVII. Ut nullus monachus, vel canonicus regularis ab aliqua eccleſia teneat aliquid pro præbenda.*

Item canonicus regularis cappa nigra & clauſa, non viverita, & conſuta pellibus cum equitat, & in aliis locis, juxta regulam B. Auguſtini deferat reverenter.

*XXVIII. Ut qui contra prædicta fecerint, ſint ab officio ſuſpenſi.*

Item nullus monachus, vel canonicus regularis, a ſua, vel alia eccleſia, vel perſona eccleſiaſtica, eccleſiam vel aliquid

A aliud recipiat, vel teneat pro præbenda. Et ſi aliquid jam receperunt ſupradicto modo eccleſiam, vel aliquid aliud, eos mandamus hujuſmodi eccleſiis, vel beneficio, per eos ad quos pertinent, abſque qualibet dilatione privari.

*XXIX. Ne religioſi uſurarios, excommunicatos, interdictos, ad religionem, ſeu ſepulturam, vel alia ſacramenta accipiant.*

Quicumque vero monachus, vel canonicus regularis, contra prædicta, vel aliquod prædictorum, ſcienter venire præſumpſerit; ſi abbas vel prior fuerit, oportet uſque ad ſatis factionem condignam juxta epiſcopi diœceſani arbitrium per noſtram ſententiam ab officio & administratione * ſuſpenſum. Si vero ſubditus ſit ſive ſit regularis canonicus, vel monachus donec congrue ſatisfecerit, juxta ſui abbatis arbitrium, ab officio noverit ſe ſuſpenſum, & ingreſſum eccleſiæ ſibi interdictum.

* *Forte*, manere ſuſpenſum. *H.*

*XXX. Ut ponantur tres fratres in prioratibus, qui ſufficiunt tribus.*

Cum adeo quorundam invaluerit religioſorum virorum cupiditas, ut uſurarios & etiam excommunicatos, ſeu nominatim interdictos, ad religionem ſeu ſepulturam vel alia ſacramenta recipiant, quod multæ eccleſiæ non modicum damnificantur: ne de cetero fiat, ſub interminatione anathematis prohibemus; D & ſi factum fuerit, ad reſarcienda damnia ipſis eccleſiis compellantur; ſalvis apoſtolicæ ſedis privilegiis. Cum monaſteria & canoniæ regulares, prioratus ſeu obedientias habeant, & in ipſis ſingulos fratres ponere conſueverint, qui ibidem regulariter vivunt, & quandoque ab uno conſumitur de quo poſſit pluribus provideri: ſtatuimus, ut ſi talis fuerit prioratus in quo tres fratres valeant commorari, tres ad minus fratres ponantur E ibidem, & unus ex eis prior fiat, qui curam omnium habeat.

*XXXI. De prioratibus qui tribus fratribus non ſufficiunt.*

Si vero tot fratribus non ſufficit prioratus, cum pauciores vix poſſent regulariter vivere, duæ vel tres eccleſiæ juxta arbitrium epiſcopi, ubi præeſt epiſcopus, vel abbatis, ſeu propoſiti, ubi non præeſt epiſcopus, jungantur in unum, & illi priori qui inſtituetur, reſpondeant. Et idem prior in illis eccleſiis in quibus non ſunt fratres, per ſeculares capellanos miniſtret.

*XXXII. De pace ſervanda.*

Quoniam in præſenti concilio agitur de negotio Jeſu Chriſti, qui pacis eſt author, quædam ſuper obſervatione pacis duximus ſtatuenda, quæ volumus firmiter obſervari. Si quis pacem infra quindecim dies poſtquam a diœceſano archiepiſcopo, vel epiſcopo, viva voce, vel per litteras, ſeu per nuncium fuerit requiſitus, jurare noluerit: ad id ecclefiaſtica cenſura cogatur, & ipſe ſit extra pacem, & homines ejus ſi ei faverint; ſi vero ei favere noluerint, ſed eſſe velint in pace, & adeſſe paci contra violatores ejus, admittantur. Si quis pacem intrare noluerit, & querelam de alieno fecerit,**** in pace non audiatur a pace, donec pacem juraverit: ipſe tamen alii reſpondere compellatur.

*XXXIII. De eo qui admonitus a paciariis, juſtitiam facere noluerit.*

Qui commonitus a paciariis, infra quindecim dies juſtitiam ad cognitionem paciariorum facere vel firmare noluerit: epiſcopus eum excommunicet, & de pace dejiciat, & terram ejus interdictos ſupponat. Quod ſi & homines ſui ei faverint, poſt quatordecim dies ejiciantur a pace, & reſtituatur eis compenſum, ſi quid dederunt; ſed ſi homines ipſi velint mandatis pacis parere, dimittantur in pace.

*XXXIV. De eo qui pacem fregerit.*

Si aliquis pacem fregerit, & intraverit poſtea cum forisfacto, vel ſine forisfacto in civitatem, caſtrum, vel villam: dominus vel rectores ipſius loci, poſtquam hoc ſciverint, capiant eum, & tamdiu teneant, vel paciariis aſſignent, donec ſatisfecerit de violatione pacis. Alioquin locus ipſe emendet fracturam pacis. Qui totum caſtrum habet, vel partem caſtri contra violatorem pacis, & contra conſortem ſuum: paciariis cum epiſcopus fuerit aſſignet. Et propter hoc aliquod damnum paſſus fuerit, qui voluntatem * pacis, pax debet eum manu tenere, & damnum quod paſſus eſt propter pacem emendare. Et * ſi duo ſunt domini alicujus caſtri & villæ, & alter illorum pacem fregerit, homines illius interdicto ſubjiciantur.

* Add. ſi.

*XXXV. De eo qui violatorem pacis receptaverit.*

Qui violatorem pacis ſcienter receptaverit, excommunicetur, & ejiciatur de pace, donec ſatisfaciat. Itaque etiam pater teneatur pro filio, qui pacem violat: dummodo ſit in ſua poteſtate, & obediens ei fuerit uſque ad illam horam quando pacem violavit.

*XXXVI. De eodem.*

Si exercitus contra violatores pacis collectus fuerit, & de loco ubi congregatus eſt ſe moverit: violator pacis non audiatur, niſi reſarciat expenſas factas in bobus & aliis, quæ pertinent ad agriculturam, & etiam in ſtrata. Nullus pignoret alium pro alio etiam pro certo debito, nec pro alia cauſa, nec homines ſui debitores creditor pignoret, niſi pro eo quod domino ſuo de jure præſtare tenetur. Et niſi poſt datam licentiam a paciariis, quam ipſi præſtare debent, poſtquam eis conſtiterit quod in loco in quo eſt ſuus debitor, creditor ipſe juſtitiam habere non poteſt.

*XXXVII. Ut juramentum pacis certis temporibus innovetur.*

Item ſtatuimus, ut quilibet laicus, & quilibet nobilis, infra quindecim dies poſtquam requiſitus fuerit, pacis innovet juramentum, & de cetero juramentum pacis de quinquennio in quinquennium renovetur.

*XXXVIII. Ut a violatore pacis non tantum ſacramentum accipiatur, ſed pignora, vel propria perſona.*

A violatore pacis firmantis, vel ſacramentum ſolum nequaquam recipiatur, ſed pignora, vel perſona propria, in bona cuſtodia juxta paciariorum arbitrium retineatur.

*XXXIX. Ut fractura pacis utroque gladio quæratur.*

Si pax fracta fuerit, ab iis qui ſunt intra terminos pacis, debet pax fracturam pacis quærere utroque gladio; & ſi non poterit recuperare, debet emendare de compenſo vel de nova collecta: de quo compenſo, ſeu nova collecta, ſi compenſum non ſufficit, debent expenſæ fieri equitibus qui cum armis pacem ſequuntur.

*XL. De vaſſallo qui contra dominum rebellaverit.*

Si qui vaſſalli, vel homines aliquorum, propria temeritate inſurgant contra

A tra dominos ſuos, vel rebellaverint, niſi admoniti a paciariis a ſua præſumptione deſtiterint, pax adſiſtat dominis contra eos.

*XLI. Ut violatores pacis, diebus Dominicis excommunicentur.*

Violatores pacis ſingulis diebus Dominicis excommunicentur, & in ſero poſt veſperas campanæ omnes per civitatis villas & caſtra in eorum deteſtationem pulſentur.

*XLII. Ut in principio Maii conveniant omnes majores paciarii.*

Statuimus inſuper, ut ſingulis annis in principio Maii conveniant majores paciarii, & querimonias pacis expediant; & ſi aliquis articulus dubitationis occurrat, illum prout viderint expedire declarent.

*XLIII. Ut nova pedagia non imponantur.*

Præterea ſub interminatione anathematis prohibemus, ne nova pedagia imponantur, vel augmententur antiqua, nec hi qui conſueverunt pedagia juſta recipere, in aliis locis illa recipiant, mutatis locis antiquis, ſicut quoſdam novimus jam feciſſe.

*XLIV. Qui pedagium recipiunt, faciant vias publicas cuſtodiri.*

Barones & domini locorum, ſeu aliæ perſonæ quæ pedagium recipiunt ſtratas publicas in diſtrictu ſuo fideliter faciant cuſtodiri: & ſi forte mercatores, ſeu alii viatores, in illius diſtrictu qui pedagium receperit, damnum per violentiam paſſi fuerint, is cujus eſt pedagium, ſi eum qui violentiam fecit poteſt diſtringere cum auxilio pacis, eum diſtringat. Alioqui tamdiu eum prohibeat per cenſuram eccleſiaſticam & alio modo pedagium recipere, donec de damno fuerit ſatisfactum.

*XLV. Ne confratriæ fiant, niſi de voluntate dominorum locorum, & epiſcopi.*

Quia propter conjurationes & conſpirationes quæ confratriæ vocantur in civitatibus, villis, & caſtris, quandoque multa diſcordiæ materia ſuſcitatur: præſens ſynodus ſub anathematis interminatione conſtituit, ut in civitatibus, villis, & caſtris, non fiant de cetero confratriæ, niſi de voluntate dominorum locorum ipſorum, & diœceſani epiſcopi, propter urgentem neceſſitatem & evidentem utilitatem id fiat. De his autem confratriis quæ hactenus factæ ſunt, & de quibus querelam audivimus, cauſa cognita, quod juſtum fuerit faciemus.

*XLVI. Ut ſint in ſingulis parochiis ſacerdotes, qui hæreticus eorumque fautores, epiſcopo & conſulibus, aut dominis, indicent.* An. 1195

Item capitulum ſtatuti Avinionenſis concilii innovantes, ſub diſtricti anathematis interminatione præcipimus, ut archiepiſcop. & epiſcopus in ſingulis parochiis ſuis, tam in civitate quam extra, unum ſacerdotem, & duos vel tres bonæ opinionis laicos, vel plures, ſi opus fuerit, juramenti religione coſtringant: quod ſi quos ibi repererint hæreticos, credentes, fautores, vel receptores, vel defenſores eorum, ipſi archiepiſcopo, vel epiſcopo, & conſulibus civitatum, & dominis locorum, ſeu bajulis eorundem, cum omni ſtudueant feſtinantia intimare, & eos puniant ſecundum canonicas & legitimas ſanctiones nihilominus bona ipſorum omnia confiſcantes.

## ADDITIO

### AD CONCILIUM MONSPELIENSE.

G. C. Concilium hoc, anno MCCXIV. attribueram uti & St. Baluzius v. cl. in editione ſua, quæ poſt perfectam noſtram prodiit: ex qua intellexi conſequenti anno fuiſſe tribuendum. Ibi enim annus quidem MCCXIV. adſcribitur, & dies vi. Id. Januarias. Erat igitur tum Gallicanus quidem annus MCCXIV. cum anni exordium a Paſcha Galli ducerent: Julianus vero, ſive Romanus, ad quem exigenda tempora ſunt, jam cœperat a Calendis Januar. labi decimus quintus. Ex Collat. Append. Tom. XI.

D Quid editioni Baluzianæ accedere poſſit ex noſtra, quivis alius exiſtimet: ego, quæ nobis iſta ſuppeditat, hic profero.

### *PETRI LEGATI EPISTOLA AD Arnaldum archiepiſcopum Narbonenſem.*

Concilium quatuor provinciarum apud Montempeſſulanum indicit.

*Petrus ſervus crucis Chriſti, Divina miſeratione, tituli S. Stephani in Cœlio monte presbyter cardinalis, apoſtolicæ ſedis legatus, venerabili per Dei gratiam archiepiſcopo Narbonenſi, apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem in Domino.*

E Cum ex injunctæ nobis legationis officio teneamur generaliter omnium eccleſiarum immo totius Chriſtianitatis in regno Franciæ, majoribus præſertim neceſſitatibus ſubvenire: illuc præcipue in auxilium nos præparare convenit, ubi pax & fides catholica periiſſe, & corporum & animarum pariter deſtructio invaluiſſe, a multis retroactis temporibus dinoſcuntur. Hac igitur conſideratione inducti & zelo fidei commoti, tantæ miſeriæ compatientes, ſuper omnia nobis neceſſarium eſſe videtur, & ſine quo propoſitum noſtrum adeo commode provenire

nire non poſſit, ut ad reformandam & confirmandam fidem catholicam locis in quibus omnino defecit, vel periclitari videtur, omnio pene omnique ſtudio laboremus: maxime cum principes & barones, & fere univerſum populum ad hoc perficiendum pronum intelligamus & voluntarium....... Divina inſpiratione commotos, nos ad hoc tam ſanctum negotium perficiendum precibus excitantes. Non enim convenit ſanctæ eccleſiæ aut Chriſtianitati, ſanctum Chriſti negotium contra Albigenſes & Toloſanos hæreticos, tot & tantis Divinis promotum miraculis, imperfectum poſt terga relinquere, cum jam ſit per Dei gratiam iu portu debitæ conſummationis.

Et cum pluribus partibus quatuor archiepiſcopatuum, ſcilicet Bituricenſis, Narbonenſis, Occitanenſis, Burdegalenſis, peſtem hæreticam conſtet nondum penitus extirpatam, non immerito timetur, & jamdiu confirmatis in fide periculum, & in noviter converſis recidivum. Omiſſis igitur interim quampluribus magnis & arduis ſantæ eccleſiæ negotiis in Francia, deliberatione præhabita diligenti, de multorum bonorum virorum & prudentum conſilio, ac principum, baronum, militum, tam crucesignatorum quam aliorum, ad prædicta & alia tractanda ac peragenda, 'quam ad deſtructionem omnium hæreticorum, & eorundem credentium, fautorum, defenſorum, & utilitatem & commodum univerſalis eccleſiæ, pertinere videntur, proponimus celebrare concilium cum prælatis quatuor prædictarum provinciarum, & aliis bonis viris, ſecundum quod videbitur expedire. Locum autem concilii elegimus competentem apud Montempeſſulanum: tum pro eo quod ſatis propinqua eſt civitati Toloſæ, quæ caput & ſentina eſſe dinoſcitur totius malitiæ hæreticæ pravitatis: tum propter opulentiam loci, & amplitudinem tantæ multitudini neceſſariam: tum etiam propter ſecuritatem.

Corr quæ

Quare vobis cum omni devotione mandamus, ut huic concilio perſonaliter interſitis omnibus poſtpoſitis, epiſcopos, abbates, archidiaconos & alios quos expedire videritis de provincia veſtra, tam authoritate veſtra, quam noſtra, citetis, ut ad prædictum concilium, omni cauſa & occaſione poſtpoſitis, perſonaliter accedant.

Datum Remis VII. Idus Decembris.

## CANONES.

HÆc ſunt ſtatuta edita apud Montempeſſulanum in concilio quod ibi habuit dominus Petrus, tituli S. Stephani in Cœlio monte presbyter cardinalis & apoſtolicæ ſedis legatus, una cum pluribus archiepiſcopis & epiſcopis, & aliis eccleſiarum prælatis & principibus: an. ab Incarnatione Domini MCCXIV. die Mercurii poſt Epiphaniam, VI. Idus Januarii.

*Sequuntur canones, editi pag. 91. & ſequentibus quorum canonum quia non eadem eſt, quæ in noſtra editione, diſtinctio, idcirco eorum ordinem, repræſentamus.*

I. II. III. IV. *ut in noſtra editione.*

V. Item nullus clericus taliter pignora pro mutuo recipiat, ut fructus pignorum ſuos faciat, &c.

VI. VII. VIII. *ut in editione noſtra, pag. 92.*

IX. Quia vero quidam, &c. *complectitur nonum & decimum editionis noſtræ.*

X. Ad tollendam quoque, &c. *Idem eſt atque noſter undecimus.*

XI. Item parochialium, &c. *Nobis* XII. *Qui vero eſt noſter* XIII. *omnino in Baluziana editione deeſt.*

XII. XIII. *Iidem qui in editione noſtra*, XIV. XV.

XIV. *Complectitur noſtros* XVI. XVII. *non tamen omnino integros. In noſtro* XVII. *pro* pallis, *corrige* palliis.

XV. *Idem atque noſter* XVIII. *ſed multo noſter amplior.*

XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. *Iidem, qui nobis*, XIX. *& quatuor conſequentes. Sed in noſtro* XXII. *ubi legitur* ſunt in pane, *forte corrigendum*, ſive in pane. *Item noſtri* XXIII. *ſic finem corrige.* Ita quod duorum digitorum, vel trium ad plus, ſit, &c. *Noſter autem* XXIV. *plane deeſt editioni Baluzianæ.*

XXI. Item nullus monachus, &c. *Eſt nobis* XXV. *noſter eſt paulo amplior. Sed ejus initium ſic emenda* Item nullus monachus, vel clericus regularis, niſi propter, &c.

XXII. XXIII. ſunt nobis XXVI. XXVII. In poſteriori *ſi corrige*, capam nigram, &c.

XXIV. *Complectitur noſtros* XXVIII. XXIX.

XXV. *Eſt pars noſtri* XXX. *uſque ad* privilegiis.

XXVI. Cum monaſteria, &c. *Eſt pars ſecunda noſtri* XXX. *& complectitur præterea totum* XXXI.

XXVII. *Complectitur noſtrum* XXXII. *& ſequentes duodecim, qui nonnulla continent, quæ apud Baluzium deſunt. In noſtro* XXXVIII. *ubi* firmantis, *lege*, firmantia. *In* XLI. *ſic corrige* civitates, villas, & caſtra.

XXVIII. Quia propter conjurationes, &c. *Ut noſter* XLV.

XXIX. Item capitulum, &c. *U noſter* XLVI. *Sed noſter ille canon eſt mutilus extrema parte: quæ ſic habetur in Baluz. editione*

Si vero præfati conſules, & domini locorum, ſeu bajuli eorundem, a diœceſanis epiſcopis requiſiti, in hoc fuerint negligentes vel remiſſi, ſeu etiam contemptores; volumus, ut ipſarum perſonæ excommunicationi, & terræ interdicto eccleſiaſtico ſupponantur. Sancimus præterea, eidem Avenionenſi concilio inhærentes, ut ſi præfati conſules, & domini locorum, ſeu bajuli eorundem, qui, ut prædictum eſt, negligentes inventi fuerint in hoc Dei obſequio, caſtra quædam vel poſſeſſiones ab eccleſiis noſcuntur habere, ea perdant propter ingratitudinem & indevotionem ſuam, & ad ipſas eccleſias redeant pleno jure. Ad hæc adicimus, quod fautores, receptatores, vel defenſores hæreticorum, cuntoſque qui præfatis hæreticis patrocinium præſtiterint vel favorem, ad fovendam in eiſdem locis hæreticam pravitatem ſimili decernimus ſententiæ ſubjacere, parique cum ipſis hæreticis pœna feriri.

XXX. In fine ſtatuimus, præfacta ſtatuta in præſenti concilio edita, publicari per omnes diœceſes & eccleſias parochiales, ne quis ignorantiæ vitium

poſſit

ANNO CHRISTI 1215.

poſſit prætendere: & per ſingulos annos relegi in eiſdem eccleſiis, ſemel aut pluries, ſecundum ordinationem epiſcoporum diœceſanorum: & nihilo minus annis ſingulis relegi in ſynodis diœceſanis.

Datum apud Montempeſſulanum, die Mercurii poſt Epiphaniam, anno ab Incarnatione Domini MCCXIV. VI. Idus Januarii.

# CONCILIUM BITURICENSE

A Roberto cardinale ſedis apoſtolicæ legato indictum anno MCCXV.

Ex Coſſartii Append. Tom. XI.

DE *hoc indicto, at non celebrato concilio, ita continuator Roberti S. Mariani monachi, ad annum MCCXV.* Robertus *inquit*, S. Stephani in monte Cœlio presbyter cardinalis, cum jam fere per biennium ob negotium crucis Franciam peragraſſet, & propter temeritatem ſuam omnibus ſe feciſſet exoſum: tandem concilium apud Bituricas convocavit. Tunc epiſcopi Franciæ appellarunt, viri improbi impetum formidantes: quem poſtea Romæ in generali concilio vehementiſſime reddidere confuſum: adeo quod dominus papa multiplices dicti cardinalis exceſſus a prælatis Franciæ ſibi petiit relaxari.

# CONCILIUM RIGENSE

ANNO CHRISTI MCCXV.

Diviſio proventuum Eſtoniæ jam baptizatæ in tres partes.

Ex Gruber Origin. Livoniæ ſacræ & civilis. Aſſert P. Joſephus Hartzheim ad tom. III. pag. 574. concil. Germ.

CONvenerunt ſeniores Rigenſium cum epiſcopis: Alberto Livoniæ, & Theoderico Eſtoniæ, & Patribus militiæ (Chriſti) conſiderantesque bellum Ruthenorum ſibi forte imminere, diviſionem quamdam fecerunt ſuper omnibus provinciis Eſtoniæ per Livonienſem eccleſiam ſubjugatis ac baptizatis: deſcribentes eccleſiæ Livonienſi & epiſcopo Rigenſi, tertiam partem proventuum omnium ac tributorum de Eſtonia provenientium; ut ſicut laborum & bellorum, ſic etiam conſolationum particeps exiſteret, dariam partem Eſtienſi epiſcopo; tertiam vero fratribus militiæ Chriſti, pro laboribus & expenſis ſuis adjudicabant.

# CONCILIUM LATERANENSE IV.

## GENERALE.

# SUB INNOCENTIO IV.

## SUMMO PONTIFICE.

### *HISTORIA EJUSDEM CONCILII.*

Willielmus Tyrenſis de bello ſacro, libro 1. cap. 15. & ſequentibus. Willielmus Malmesburius de rebus Anglicis libro 4. c. 2. & alii.

URbanus ſecundus pontifex in Claromontano ſatis frequenti concilio, gravi oratione valde conqueſtus eſt, Hierſolymitanam regionem, in qua Chriſtus dominus ſanguinem vitamque noſtra cauſa profudit, ceteraque ſancta illa loca ejuſdem Redemptoris noſtri conſecrata memoria, magno cum Chriſtiani nominis dedecore in Saracenorum manus perveniſſe. Quare Chriſtianus reipublicæ reges, principes, ceteroſque Chriſtianos adhortatus eſt, ut conjunctis viribus ſanctam illam provinciam ex hoſtium manibus eriperent, & quamprimum ad ſacrum bellum ſe accingerent. Ita hæc pontificis oratio illorum animos incendit, ut pene dicto citius militum undique ad trecenta millia ſub diverſorum principum ductu coacta ſint: ac militari amictu cruce inſignito, ut ſeſe oſtenderent pro Chriſto domino bellum gerere, Antiochiam primum, mox finitimas regiones, poſtremo Hieroſolymam ipſam, ut permagno labore, ita ingenti gloria ſint adepti: creato itidem in Hieroſolymitana urbe & ditione rege Gottifredo ſtrenuiſſimo duce, omnium qui aderant principum conſenſu. Regnatum eſt Hieroſolymis nonaginta circiter annos: ac per id tempus ſummi Romani pontifices officio ſuo ac muneri in eo regno tuendo, ac Saracenis procul arcendis, non defuere. Verumtamen effici non potuit, quo minus, Guidone rege capto, Urbano tertio pontifice Hieroſolyma a Saracenis occuparetur. Cui pontifici cum Gregorius octavus ſucceſſiſſet: is impiger, reges, principes, populoſque Chriſtianos omnes excitat cum litteris, tum legatis, atque ad Hierſolymam recuperandam urget. Idem præſtiterunt qui poſt eum pontifices fuerunt: ſed permulta acciderunt,

Rogerus annalium Anglicarum parte poſteriori, Willielmus Neubrigenſis lib. 3. c. 10.

ANNO CHRISTI 1215.

Abbas Urſpergenſis in chronico. Vincentius Bellovacenſis, lib. 29. hiſtoriæ c. 65. & 91. & alii.

runt, quæ ſacro huic bello impedimentum at- A tulere. Innocentius tertius, vir doctrina & moribus inſignis, ubi pontificatum iniit, Hieroſolymæ recuperationi animum adjecit. Et vero in magnam ſpem venit, fore ut voti compos fieret, cum ſuo tempore Latini aliqui principes, expugnata Conſtantinopoli, Græciam ipſam ſuo imperio ſubjeciſſent, & Balduinus Flandriæ comes Conſtantinopolitanus imperator eſſet electus: idemque curam adhibuit, ut Græci diuturno ſchiſmate ab eccleſia catholica ſejuncti, ad Romanæ eccleſiæ obedientiam reverterentur. Quamobrem pontifex, & litteris & legatis miſſis, omnes ad ſacrum hoc bellum cohortatus eſt. Cumque magnopere optaret Innocentius tum Hieroſolymitanæ urbis recuperationem, B tum univerſæ eccleſiæ reformationem, ſanctorum patrum veſtigia ſecutus, generale indixit concilium: in quo & depravati mores corrigerentur, & hæretici damnarentur, & principes ac populi ad ſacram hanc expeditionem adducerentur. Scripſit igitur omnibus patriarchis & epiſcopis biennio ante concilii celebrationem, ut ad illud accederent. Scripſit quoque imperatori & regibus, ut ipſi quoque oratores ad ſynodum deſtinarent. Cogitur itaque Romæ in Lateranenſi eccleſia ſatis magnum concilium: de quo abbas Urſpergenſis, qui eo tempore floruit, hæc habet: *Anno ab incarnatione Verbi* 1215. *celebrata eſt ſancta univerſalis ſynodus Romæ in eccleſia Salvatoris, quæ Conſtantiniana vo-* C *catur, menſe Novembri, præſidente domino Innocentio papa tertio: pontificatus ejus anno* 18. *In qua fuerunt epiſcopi* 412. *Inter quos extiterunt de præcipuis patriarchis duo, videlicet Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus: Antiochenus autem gravi languore detentus, venire non potuit; ſed miſit pro ſe vicarium Antheradenſem epiſcopum. Alexandrinus vero, ſub Saracenorum dominio conſtitutus fecit quod potuit, mittens pro ſe diaconum ſuum Germanum. Primates autem & metropolitani* 71. *Ceterum abbates & priores ultra octingentos, archiepiſcoporum vero, & epiſcoporum, abbatum, & priorum, & capitulorum abſentium procuratorum non fuit certus numerus comprehenſus.* D *Legatorum vero regis Siciliæ in Romanorum imperatorem electi, imperatoris Conſtantinopolitani, regis Franciæ, regis Angliæ, regis Hungariæ, regis Hieroſolymitani, regis Cypri, regis Aragoniæ, necnon & aliorum principum, & magnatum, civitatum, aliorumque locorum ingens fuit multitudo.* Hæc Urſpergenſis. In quo concilio primum explicata eſt catholica fides contra varios hæreticorum errores. Damnatus liber Joachim abbatis in Petrum Lombardum de unitate ſanctiſſimæ Trinitatis. Damnatum quoque dogma perverſum impii Almarici, de quo fuſius Vincentius Bellovacenſis. Multa de hæreticis coercendis, ac puniendis, ac de Græcis, qui ad catholicam fidem reverterant, ſtatuuntur. Item E pleraque alia catholicæ eccleſiæ valde utilia, quæ omnia capitibus ſeptuaginta diſtincta ſunt, ac in Gregorii noni decretalium collectione continentur. Poſtremo, pro recuperatione terræ ſanctæ, multæ indulgentiæ & privilegia conceſſa ſunt ad ſacrum illud bellum euntibus. Ad ſubſidium bello conferendum omnes cohortatus. Atque ipſe cum cardinalibus, ceteriſque prælatis, non exiguam vim pecuniæ collaturum ſe eſſe promiſit. Tum excommunicat quoſcumque, qui arma, naves, aut auxilia quævis Saracenis ſuppeditant. Præcipit demum, ut pax in Chriſtiano orbe toto, ſaltem per quadriennium, conſervetur.

Innocentius in epiſtola indictionis concilii.

Vincentius lib. 30. cap. 6. Lib. 29. cap. 107.

# Epiſtolæ
# INNOCENTII PAPÆ III.
## Ad hoc concilium ſpectantes,

*Univerſis Chriſti fidelibus per Moguntinam provinciam conſtitutis.*

Ex regeſto Epiſtolarum Innocentii III. l. 16. Ep. 28.

Quia major nunc inſtat neceſſitas, quam unquam inſtiterit, ut terræ ſanctæ neceſſitatibus ſuccurratur, & de ſuccurſu ſperatur major, quam unquam provenerit, utilitas proventura: ecce reſumpto clamore, clamamus ad B vos, & pro illo clamamus, qui moriendo, voce magna clamavit in cruce, factus obediens Deo Patri uſque ad mortem crucis, clamans, ut nos ab æternæ mortis eriperet cruciatu. Qui clamat etiam per ſe ipſum, & dicit: *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me:* ac ſi diceret manifeſtius: Qui vult me ſubſequi ad coronam, me quoque ſubſequatur ad pugnam, quæ nunc ad probationem proponitur univerſis. Poterat enim omnipotens Deus terram illam, ſi vellet omnino defendere, ne in manus traderetur hoſtiles. Poſſet & illam, ſi vellet, de manibus hoſtium facile liberare, cum nihil poſſit ejus reſiſtere voluntati. Sed cum jam ſuperabundaſ- C ſet iniquitas, refrigeſcente caritate multorum: ut fideles ſuos a ſomno mortis ad vitæ ſtudium excitaret, agonem illis propoſuit, in quo fidem eorum velut aurum in fornace probaret, occaſionem ſalutis, immo ſalvationis cauſam præſtando: ut, qui fideliter pro ipſo certaverint, ab ipſo feliciter coronentur; & qui ei noluerint in tantæ neceſſitatis articulo debitæ ſervitutis impendere famulatum, in noviſſimo diſtricti examinis die juſtam mereantur damnationis ſententiam ſuſtinere. O quanta jam provenit utilitas ex hac cauſa: quam multi converſi ad pœnitentiam pro liberatione terræ ſanctæ mancipaverunt ſe obſequio Crucifixi, & quaſi per agonem coronam gloriæ ſunt adepti, qui D forte in ſuis iniquitatibus periiſſent, carnalibus voluptatibus & mundanis illecebris irretiti! Vetus eſt hoc artificium Jeſu Chriſti, quod ad ſuorum ſalutem fidelium diebus iſtis dignatus eſt innovare. Si enim aliquis rex temporalis a ſuis hoſtibus ejiceretur de regno, niſi vaſſalli ejus pro eo non ſolum res exponerent, ſed perſonas, nonne, cum regnum recuperaſſet amiſſum, eos velut infideles damnaret, & excogitaret in eos inexcogitata tormenta, quibus perderet male malos? ſic & rex regum, dominus Jeſus Chriſtus, qui corpus & animam, & cetera vobis contulit bona, de ingratitudinis vitio & infidelitatis crimine vos damnabit, ſi ei quaſi ejecto de regno, quod pretio ſui ſanguinis com- E paravit, neglexeritis ſubvenire. Sciat ergo ſe culpabiliter durum & dure culpabilem, quicumque in hoc neceſſitatis articulo ſuum negaverit obſequium Redemptori. Nam ſi quis ſibi vel modicum quid hæreditatis paternæ ſentiret dure ablatum: mox ſecundum morem mundanum totis viribus laboraret, ut ſuam vindicaret injuriam, & violentiam propulſaret; nec rebus parceret nec perſonis, donec ex toto recuperaret amiſſum. Quomodo ergo poterit excuſari qui nec mediocriter laborare ſtuduerit pro punienda ſui Redemptoris offenſa & ejus injuria ulciſcenda, dum parcendo rebus & perſonis impe-

Matth. 27. Marc. 15. Matth. 16. Luc. 9.

ANNO CHRISTI 1215.

pedit, ne locus recuperetur paſſionis & reſurre- A ctionis Dominicæ, in quo Deus rex noſter ante ſæcula ſalutem in medio terræ dignatus eſt operari? Quomodo etiam ſecundum præceptum Divinum diligit proximum ſuum ſicut ſeipſum, ſicut ſcriptum eſt, qui ſcit fratres ſuos, fide ac nomine Chriſtianos, apud perfidos Saracenos ergaſtulo diri carceris detineri, ac jugo deprimi graviſſimæ ſervitutis; & ad liberationem eorum, efficacem operam non impendit, tranſgrediendo illius naturalis legis mandatum, quod Dominus in evangelio declaravit: *Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis*. An forte neſcitis quod apud illos multa millia Chriſtianorum in ſervitute ac carcere detinentur, qui tormentis innumeris cruciantur? Et quidem omnes pene Saracenorum provincias, uſque poſt tempora ſancti Gregorii, Chriſtiani populi poſſederunt: ſed extunc quidam perditionis filius Machomettus pſeudopropheta ſurrexit, qui per ſæculares illecebras & voluptates carnales multos a veritate ſeduxit. Cujus perfidia, etſi uſque ad hæc tempora invaluerit, confidimus tamen in Domino, qui jam fecit nobiſcum ſignum in bonum, quod finis hujus beſtiæ appropinquat, *cujus numerus*, ſecundnm Apocalypſim Joannis, *intra ſexcenta ſexaginta ſex clauditur*: in proximo finietur per operationem Spiritus ſeptiformis, qui caritatis igne corda fidelium hactenus frigeſcentia reaccendet: ex quibus jam pene ſexcenti ſunt anni completi. Certe propter * priores injurias grandes & graves Redemptori noſtro pro noſtris offenſis a perfidis Saracenis illatas, nuper in monte Thabor, ubi diſcipulis ſuis futuræ glorificationis ſpeciem demonſtravit, iidem perfidi Saraceni quamdam munitionis arcem in confuſionem Chriſtiani nominis erexerunt: per quam civitatem Acon ſibi valde vicinam de facili cogitant occupare, ac deinde ſine omni contradictionis obſtaculo reſiduum terræ hujus invadere, cum ſit viribus & opibus pene penitus deſtituta. Eapropter igitur, dilectiſſimi filii, diſſenſiones & æmulationes fraternas in pacis & dilectionis fœdera commutantes, accingimini ad obſequium Crucifixi: non dubitantes pro illo res exponere ac perſonas, qui pro vobis animam ſuam poſuit, & ſanguinem ſuum fudit; certi pariter & ſecuri, quod ſi vere pœnitentes fueritis, per hunc temporalem laborem, quaſi quodam compendio, ad requiem pervenietis æternam. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, ex illa quam nobis Deus, licet indignis, ligandi atque ſolvendi contulit poteſtate, omnibus, qui laborem iſtum in propriis perſonis ſubierint & expenſis, plenam ſuorum peccatorum, de quibus veraciter fuerint corde contriti & ore confeſſi, veniam indulgemus, & in retributione juſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem qui non in perſonis propriis illuc acceſſerint, ſed in ſuis dumtaxat expenſis, juxta facultatem & qualitatem ſuam, viros idoneos deſtinaverint, & illis ſimiliter, qui licet in alienis expenſis, in propriis tamen perſonis aſſumptæ peregrinationis laborem impenderint, plenam ſuorum veniam concedimus peccatorum. Hujus quoque remiſſionis volumus & concedimus eſſe participes juxta quantitatem ſubſidii, & devotionis affectum, omnes qui ad ſubventionem ipſius terræ de bonis ſuis congrue miniſtrabunt. Perſonas quoque ipſorum, & bona, ex quo crucem aſſumpſerint, ſub ſancti Petri & noſtra protectione ſuſcipimus: nec non & ſub archiepiſcoporum, & epiſcoporum, & omnium prælatorum eccleſiæ Dei defenſione conſiſtant, ſtatuentes ut, donec de ipſorum obitu vel reditu certiſſime cognoſcatur, integra maneant, & quieta conſiſtant. Quod ſi quiſquam contra præſumpſerit, per eccleſiarum prælatos, appellatione poſtpoſita, cenſura eccleſiaſtica compeſcatur. Si qui vero proficiſcentium illuc, ad præſtandas uſuras juramento tenentur adſtricti: creditores eorum per eccleſiarum prælatos, ut remittant eis præfatum juramentum, & ab uſurarum exactione deſiſtant, eadem præcipimus diſtrictione compelli. Quod ſi quiſquam creditorum eos ad ſolutionem coegerit uſurarum, cum B ad reſtitutionem earum ſimili cogi animadverſione mandamus. Judæos vero ad remittendas ipſis uſuras per ſæcularem compelli præcipimus poteſtatem: & donec illas remiſerint, ab univerſis Chriſti fidelibus, tam in mercimoniis, quam in aliis, per excommunicationis ſententiam eis omnino communio denegetur. Ut autem terræ ſanctæ ſubſidium diviſum in plurimos facilius impendatur, obſecramus omnes & ſingulos, per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, unum ſolum verum, unum æternum Deum poſtulantes vice Chriſti pro Chriſto, ab archiepiſcopis, & epiſcopis, abbatibus, & prioribus, & tam cathedralium quam conventualium eccleſiarum capitulis, & clericis univerſis, nec non C civitatibus, villis, & oppidis, competentem numerum bellatorum cum expenſis ad triennium neceſſariis ſecundum proprias facultates. Et ſi ad hoc, unum quodlibet non ſuffecerit, plura conjungantur in unum: quia pro certo ſperamus, quod perſonæ non deerunt, ſi expenſæ non deſint: poſtulantes hoc ipſum a regibus, & principibus, comitibus, & baronibus, aliiſque magnatibus, qui forſitan per ſe ipſos perſonaliter non acceſſerint ad obſequium Crucifixi. A civitatibus vero maritimis navale ſubſidium poſtulamus. Et ne aliis onera gravia & importabilia imponere videamur, quæ digito noſtro movere nolimus: proteſtamur veraciter coram Deo, quia quod ab aliis exigimus faciendum, hoc ipſi D prompto animo faciemus. Clericis autem ad hoc negotium neceſſariis providimus indulgendum, ut, omni contradictione ceſſante, beneficiorum ſuorum proventus propter hoc valeant uſque ad triennium pignori obligare. Quia vero ſubſidium terræ ſanctæ multum impediri vel retardari contingeret, ſi ante ſuſceptionem crucis examinari quemlibet oporteret, an eſſet idoneus, & ſufficiens ad hujuſmodi votum perſonaliter proſequendum: concedimus, ut, regularibus perſonis exceptis, ſuſcipiant quicumque voluerint ſignum crucis, ita quod, cum urgens neceſſitas aut evidens utilitas poſtulaverit, votum ipſum de mandato apoſtolico poſſit commutari, aut redimi, vel differri. Et propter eamdem cauſam, remiſſio- E nes & indulgentias hactenus a nobis conceſſas in Hiſpaniam contra Mauros, vel contra hæreticos in Provinciam, revocamus: maxime cum illis conceſſæ fuerint ad tempus, quod jam ex toto præteriit; & iſtis, ob cauſam quæ iam ex majore parte ceſſavit; utroque negotio per Dei gratiam adeo provecto, ut vehementem inſtantiam non requirat; & ſi forte requireret, nos ingruenti neceſſitati reſpicere curaremus: Concedimus tamen, ut hujuſmodi remiſſiones & indulgentiæ apud Provinciales remaneant & Hiſpanos.

Ceterum quia curſarii & piratæ nimis impediunt,

Luc. 10.

Matth. 7. Luc. 6.

Apoc. 13.

* Corr. præter

ANNO CHRISTI 1215.

ANNO CHRISTI 1215.

diunt ſubſidium terræ ſanctæ, capiendo, ſpoliando tranſeuntes ad illam, & revertentes ab illa: nos eos, & principales adjutores & fautores eorum, excommunicationis vinculo innodamus: ſub intimatione anathematis inhibentes, ne quis cum eis ſcienter communicet in aliquo venditionis vel emptionis tractatu; & injungentes rectoribus civitatum, & locorum ſuorum, ut eos ab hac iniquitate revocent & compeſcant. Alioquin, quia nolle perturbare perverſos nihil eſt aliud quam fovere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ qui manifeſto facinori deſinit obviare, nec in perſonas & terras eorum ſeveritatem eccleſiaſticam curabimus exercere, cum tales, non minus quam Saraceni, adverſentur nomini Chriſtiano. Innovamus præterea excommunicationis ſententiam in Lateranenſi concilio promulgatam adverſus eos qui Saracenis arma, ferrum, & lignamina deferunt galearum, quique in piraticis Saracenorum navibus curam gubernationis exercent: eoſque rerum ſuarum privatione mulctari, & capientium ſervos, ſi capti fuerint, fore cenſemus, præcipientes, ut per omnes urbes maritimas diebus Dominicis & feſtivis hujuſmodi ſententia publice innovetur.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. Can. 4.

Verum cum longe plus de Divina clementia, quam de humana potentia confidere debeamus: oportet nos in tali conflictu non tam corporalibus armis quam ſpiritualibus dimicare. Ideoque ſtatuimus, & mandamus, ut ſingulis menſibus ſemel fiat generalis proceſſio ſeorſum virorum, ac ſeorſum, ubi fieri poterit, mulierum, in humilitate mentis & corporis cum devota orationum inſtantia poſtulantium, ut miſericors Deus auferat hoc a nobis confuſionis opprobrium, liberando terram illam, in qua univerſa redemptionis noſtræ ſacramenta peregit, de manibus paganorum, reſtituendo eam ad laudem & gloriam nominis ſui ſancti populo Chriſtiano, proviſo prudenter ubi ſemper in ipſa proceſſione verbum ſalutiferæ crucis cum diligenti exhortatione populo proponatur. Orationi vero jejunium & eleemoſyna conjungantur, ut his quaſi alis facilius & celerius ipſa volet oratio ad piiſſimas aures Dei, qui nos clementer exaudiat in tempore opportuno. Singulis quoque diebus intra Miſſarum ſolemnia, poſt pacis oſculum, cum jam pro peccatis Mundi offerenda vel ſumenda eſt hoſtia ſalutaris, omnes tam viri quam mulieres humiliter proſternantur ad terram, & a clericis Pſalmus iſte, *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam*, alta voce cantetur: quo cum hoc verſu finito, *Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus, & fugiant a facie ejus qui oderunt eum:* ſacerdos qui celebrat, orationem iſtam ſuper altare decantet alta voce:

Pſalm. 78. Pſalm. 67.

Deus qui admirabili providentia cuncta diſponis, te ſuppliciter exoramus, ut terram, quam unigenitus Filius tuus proprio ſanguine conſecravit, de manibus inimicorum crucis eripiens, reſtituas cultui Chriſtiano, vota fidelium ad ejus liberationem inſtantium miſericorditer dirigendo in viam ſalutis æternæ. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui, &c.

In illis autem eccleſiis, in quibus conveniet proceſſio generalis, truncus concavus ſtatuatur tribus clavibus conſignatus, una penes honeſtum presbyterum, alia penes devotum laicum, & tertia penes aliquem regularem fideliter conſervandis, in quo clerici, & laici, viri, & mulieres, eleemoſynas ſuas ponant in terræ ſanctæ

A ſubſidium convertendas, ſecundum diſpoſitionem eorum, quibus hæc fuerit ſolicitudo commiſſa. Porro ſuper proceſſu & tranſitu modeſto & ordinato, congruo loco & tempore, faciendo, nondum oportet aliquid diffinire, donec exercitus Domini cruce ſignetur. Sed tunc penſatis undique circumſtantiis, quæcumque viderimus opportuna, de prudentum virorum conſilio ſtatuemus. Ad hæc igitur exequenda dilectos filios de Saiem, & quondam de Novo caſtro abbates, & C. decanum Spirenſem, & præpoſitum Auguſtenſem, viros utique probatæ honeſtatis & fidei deputamus, qui adſcitis ſecum viris providis & honeſtis, authoritate noſtra ſtatuant & diſponant quæcumque ad hoc negotium promo-B vendum viderint expedire, facientes quæ ſtatuerint in ſingulis diœceſibus per viros idoneos ad hoc ſpecialiter deputatos fideliter & ſolicite procurari. Quocirca univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & obſecramus in Domino, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, & in virtute Spiritus ſancti injungentes, quatenus eis pro Chriſto legatione fungentibus tales vos exhibere curetis, neceſſaria miniſtrantes eiſdem, quod per vos & in vobis fructum faciant exoptatum.

In eodem modo per Magdeburgenſem & Bremenſem provincias.

In eodem modo per Colonienſem provin-C ciam.

In eodem modo per Saltzburgenſem provinciam.

In eodem modo per Treverenſem provinciam.

In eodem modo per Poloniam.

In eodem modo per Sueviam.

In eodem modo per Lundenſem provinciam.

In eodem modo per Angliam.

In eodem modo per Tuſciam.

In eodem modo per Hiberniam.

In eodem modo per Norvegiam.

In eodem modo univerſis per regnum Franciæ conſtitutis.

In eodem modo per Scotiam.

In eodem modo per Sardiniam.

D In eodem modo per Dalmatiam.

In eodem modo per Ravennatem, Mediolanenſem, Januenſem provincias conſtitutis.

In eodem modo per Marchiam Anconitanam.

In eodem modo per Hungariam.

In eodem modo, Pragenſi archiepiſcopo, & abbatibus, prioribus, & univerſis Chriſti fidelibus per Bohemiam conſtitutis.

In eodem modo per Calabriam.

## *ARCHIEPISCOPO, ET EPISCOPIS, abbatibus, & prioribus per Viennenſem provinciam conſtitutis.*

Ex regeſto Innocentii III. lib. 16. ep. 30.

E VIneam Domini ſabbaoth multiformes moliuntur beſtiæ demoliri, quarum incurſus adeo invaluit contra ipſam, ut ex parte non modica pro vitibus ſpinæ ſuccreverint, &, quod gementes referimus, ipſæ jam vites proferant pro uva labruſcam, infectæ multipliciter & corruptæ. Illius ergo teſtimonium invocamus, qui teſtis eſt in cælo fidelis, quod inter omnia deſiderabilia cordis noſtri duo in hoc ſæculo principaliter affectamus: ut ad recuperationem videlicet terræ ſanctæ, ac reformationem univerſalis eccleſiæ, valeamus intendere cum effectu. Quorum utrumque tantam requirit proviſionis inſtan-

ANNO CHRISTI 1215.

ſtantiam, ut abſque gravi & grandi periculo ultra diſſimulari nequeat vel differri. Unde ſupplicationes & lacrymas frequenter effudimus coram Deo, humiliter obſecrantes, quatenus ſuper his ſuum beneplacitum revelaret, ſpiraret affectum, accenderet deſiderium, & propoſitum confirmaret, facultatem & opportunitatem præſtando ad ea ſalubriter exequenda. Quapropter habito ſuper his cum fratribus noſtris & aliis viris prudentibus frequenti ac diligenti tractatu, prout tanti ſollicitudo propoſiti exigebat, hoc tandem ad exequendum prædicta de ipſorum conſilio providimus faciendum, ut quia hæc univerſorum fidelium communem ſtatum reſpiciunt, generale concilium juxta priſcam ſanctorum patrum conſuetudinem convocemus, propter lucra ſolummodo animarum opportuno tempore celebrandum: in quo ad extirpanda vitia, & plantandas virtutes, corrigendos exceſſus, & reformandos mores, eliminandas hæreſes, ad roborandam fidem, ſopiendas diſcordias, & ſtabiliendam pacem, comprimendas oppreſſiones, & libertatem fovendam, inducendos principes & populos Chriſtianos ad ſuccurſum & ſubſidium terræ ſanctæ a clericis quam a laicis impendendum, cum ceteris quæ longum eſſet per ſingula numerare, provide ſtatuantur inviolabiliter obſervanda. Circa prælatos & ſubditos regulares & ſæculares quæcumque de ipſius approbatione concilii viſa fuerint expediri ad laudem & gloriam nominis ejus, remedium & ſalutem animarum noſtrarum, ac profectum & utilitatem populi Chriſtiani. Quia vero ante biennium, univerſale non poſſet concilium commode congregari: diſpoſuimus interim per viros prudentes in ſingulis provinciis plenius explorare quæ apoſtolicæ proviſionis limam expoſcunt, & præmittere viros idoneos ad terræ ſanctæ negotium procurandum: ut, ſi exigente neceſſitate ſacrum concilium approbaverit, nos perſonaliter ipſum negotium aſſumamus efficacius promovendum. Credentes igitur hoc ſalutare propoſitum ab illo deſcendere, a quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipimus, quatenus vos taliter præparetis, quod a præſentis

Ann. 1213. Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo tertiodecimo anno uſque ad duos annos & dimidium, præfixis vobis pro termino Kalendis Novembris, noſtro vos conſpectui præſentetis cum modeſtia & cautela: ita quod in veſtra provincia unus vel duo de ſuffraganeis valeant epiſcopis remanere pro Chriſtianitatis miniſteriis exercendis, & tam illi, quam alii, qui canonica forte præpeditione detenti perſonaliter venire nequiverint, idoneos pro ſe dirigant reſponſales, perſonarum & evectionum mediocritate, quam Lateranenſe concilium definivit, ut nullus omnino plures, quivis autem pauciores adducere ſecum poſſit, nec quiſquam ſuperfluas faciat & pompoſas, ſed neceſſarias tantum & moderatas expenſas, oſtendendo ſe actu & habitu verum Chriſti cultorem; cum non ſæcularis applauſus, ſed ſpiritualis profectus in hoc ſit negotio requirendus. Injungatis autem vos, fratres archiepiſcopi & epiſcopi, ex parte noſtra univerſis eccleſiarum capitulis, non ſolum cathedralium, ſed etiam aliarum, ut præpoſitum, vel decanum, aut alios viros idoneos, ad concilium pro ſe mittant, cum nonnulla ſint in ipſo tractanda, quæ ſpecialiter ad eccleſiarum capitula pertinebunt. Interim vero & per vos ipſos, & per alios viros prudentes, univerſa ſubtiliter inquiratis, quæ correctionis aut reformationis ſtudio indigere videntur, & ea fideliter conſcribentes, ad ſacri concilii perferatis examen, circa ſubventionem neceſſariam terræ ſanctæ, ubi Deus rex noſter ante ſæcula ſalutem in medio terræ dignatus eſt operari, opem & operam efficaciter impenſuri, aſſiſtendo fideliter & prudenter iis quos deputavimus ad hoc negotium ſpecialiter procurandum. Nullus itaque ſe fallaciter excuſando ab executione tam ſancti operis ſubtrahat, ſi canonicam vult effugere ultionem. Nemo diſſenſionum obſtacula vel itinerum impedimenta cauſetur, quæ, Domino faciente ſignum in bonum, ex magna jam parte ceſſare cœperunt. Nam & quanto imminent majora pericula, tanto potiora remedia convenit adhiberi: nunquam enim navigabit per æquora qui ſemper expectat, ut mare non concitet ex ſe fluctus.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. Canone 4.

Datum Laterani XIII. Kal. Maji, pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

In eodem modo, archiepiſcopo, & epiſcopis, abbatibus, prioribus per Moguntinam provinciam conſtitutis.

In eodem modo per Bremenſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo per Gegnenenſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo per Saltzburgenſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo per Treverenſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo per Magdeburgenſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo per Colonienſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo per Cyprum.

In eodem modo per Eboracenſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo per Tarantaſienſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo per Dublinenſem.

In eodem modo per Upſalenſem.

In eodem modo per Ebredunenſem.

In eodem modo, Catholico, archiepiſcopis & epiſcopis, necnon abbatibus per Armeniam.

In eodem modo per Caſellenſem provinciam.

In eodem modo, archiepiſcopo & epiſcopis per Yraclienſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo, archiepiſcopo & epiſcopis per Athenienſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Theſſalonicenſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Lariſſenſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Patracenſem provinciam conſtitutis.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Cretenſem provinciam.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Tuamenſem provinciam.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Tarantaſienſem provinciam — Jam ſuperius iſtud poſitum.

In eodem modo epiſcopo Pragenſi.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Lundenſem provinciam.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Strigonienſem provinciam.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Calaritanam provinciam.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Viennenſem provinciam.

ANNO CHRISTI 1215.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per A Andrinopolitanam provinciam.

In eodem modo epiſcopis per Scotiam.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Lugdunenſem provinciam.

In eodem modo epiſcopo Regenſi.

In eodem modo archiepiſcopo Maronitano.

In eodem modo archiepiſcopo Gertenſi.

In eodem modo archiepiſcopo Miditenſi.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Aquenſem.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Antivarenſem.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Macrenſem.

In eodem modo epiſcopis per Tuſciam, & B marchiam Anconitanam, & ducatum Spoleti, conſtitutis.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Neupratenſem.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Meſſipolitanam.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis, abbatibus, prioribus, per Piſanam.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Trinopolitanam.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Veriſienſem.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Tyrenſem.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis C per Philippenſem.

In eodem modo per Armacanam provinciam conſtitutis.

In eodem modo per Apuliam, & Terram Laboris.

In eodem modo per Calabriam.

In eodem modo per Siciliam.

In eodem modo per Ravennatenſem.

In eodem modo per Raguſienſem provinciam.

In eodem modo per Mediolanenſem.

In eodem modo per Arelatenſem.

In eodem modo per Narbonenſem.

In eodem modo per Iodrenſem.

In eodem modo per Idroſienſem.

In eodem modo per Januenſem.

In eodem modo per Biſuntinam.

In eodem modo per Arborenſem.

In eodem modo per Aquileienſem.

In eodem modo per Bulgariam & Blachiam.

In eodem modo per Cantuarienſem.

In eodem modo per Spalatinam.

In eodem modo per Gradenſem.

In eodem modo per Turritanam.

In eodem modo archiepiſcopo, & epiſcopis, abbatibus, prioribus, per Tarraconenſem.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis, abbatibus, prioribus, per Toletanam.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis, E abbatibus, prioribus, per Bracarenſem.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis, abbatibus, prioribus, per Compoſtellanam.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Carinthienſem.

In eodem modo archiepiſcopo & epiſcopis per Nazarenſem.

In eodem modo archiepiſcopis & epiſcopis, & abbatibus, tam Latinis quam Græcis, per Conſtantinopolitanam provinciam.

In eodem modo epiſcopo Crotonenſi.

In eodem modo, illuſtri Conſtantipolitano imperatori: Vineam Domini ſabaoth, uſque Ex ſe fluctus: poſtea ponitur hæc clauſula. Cum ergo deceat & expediat ut tua imperialis ſublimitas ad ſynodum tam ſolennem nuncios dirigat ſpeciales: ſerenitatem tuam monemus, & exhortamur in Domino attentius, quatenus præſcripto termino, vita comite, viros idoneos dirigere non poſtponas, per quos tuæ nobis aperias beneplacitum voluntatis: quia, quantum cum honeſtate poterimus, ad tuum libenter & efficaciter intendemus commodum & honorem.

Datum, &c.

In eodem modo illuſtri regi Cypri.

In eodem modo regi Norvatiæ.

In eodem modo regi Corkaiæ.

In eodem modo regi Lumbricenſi.

In eodem modo regi Conacciæ.

*In eodem modo regi Mindienſi.

In eodem modo regi Sveciæ.

In eodem modo, regi Aragonum: Navarræ, Caſtellæ, Legionenſi, Portugallenſi regibus, ita quod cuilibet per ſe.

In eodem modo, magiſtro, & fratribus militiæ templi: Vineam Domini ſabaoth, &c. uſque Donum perfectum. Univerſis archiepiſcopis, & epiſcopis & aliis eccleſiarum prælatis per univerſas fere Chriſtianorum provincias conſtitutis, per apoſtolica ſcripta præcipimus & mandamus, ut ſeipſos taliter præparent, &c. verbis competenter mutatis uſque, Requirendus. Injungant etiam archiepiſcopi & epiſcopi ex parte noſtra univerſis eccleſiarum capitulis, &c. uſque, Fluctus. Cum in hoc generali concilio ſint multa tractanda, quæ ad ſtatum veſtri ordinis pertinebunt: decet & expedit, ut ad idem concilium viros idoneos deſtinetis, qui negotia veſtra debeant fideliter procurare.

In eodem modo, magiſtro & fratribus hoſpitalis Hieroſolymitani.

In eodem modo, capitulo Conſtantinopolitano: Vineam Domini ſabaoth, &c. uſque, Cum modeſtia & cautela. Qui vero canonica forte præpeditione detenti, perſonaliter venire nequiverint, idoneos pro ſe dirigant reſponſales, nec quiſquam ſuperfluas, &c. uſque, Requirendus. D Ideoque diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ei, qui authore Deo Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præſidebit, ex parte noſtra quæ præmiſſa ſunt fideliter nuncietis, ut & ipſe juxta priſcam formam noſtro ſe conſpectui repræſentet; nihilominus de collegio veſtro viros idoneos pro vobis ad hoc ſacrum concilium tranſmiſſuri, cum nonnulla ſint in ipſo tractanda, quæ ſpecialiter ad eccleſiarum capitula pertinebunt. Interim vero per vos ipſos, & alios viros prudentes, &c. uſque, Perferatis examen. Nullus itaque ſe fallaciter, &c. uſque, Ex ſe fluctus.

Datum, &c.

In eodem modo archiepiſcopo, & epiſcopis, E abbatibus, prioribus, per Lundenſem provinciam: Vineam Domini, uſque, Ex ſe fluctus.

Datum, &c.

In eodem modo archiepiſcopo, & epiſcopis, & abbatibus, prioribus, per Senonenſem

In eodem modo per Rothomagenſem provinciam.

In eodem modo per Bituricenſem provinciam.

In eodem modo per Remenſem provinciam.

In eodem modo per Turonenſem provinciam.

In eodem modo per Burdigalenſem provinciam.

In eodem fere modo Philippo illuſtri regi Fran-

ANNO CHRISTI 1215.

Francorum: Vineam Domini ſabaoth, &c. uſque, Ex ſe fluctus. Cum ergo deceat & expediat, &c. uſque, Commodum & honorem.

In eodem fere modo, abbati & conventui Ciſtercienſis ordinis: Vineam Domini ſabaoth, &c. uſque, Ex ſe fluctus. Cum igitur hoc in generali concilio, &c. uſque, Procurare.

Datum, &c.

In eodem modo abbati & conventui Præmonſtratenſi.

Datum, &c.

*ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, abbatibus, prioribus, cæteriſque clericis per regnum Franciæ conſtitutis.*

Ex regeſto Innocentii III. l. 16. ep. 31.

PIum & ſanctum propoſitum, quod de ſubventione terræ ſanctæ pro communi utilitate Deo inſpirante concepimus, & perducere ſatagimus ad effectum, ex generalibus litteris poteritis advertere manifeſte. Ad hoc igitur ſalutare propoſitum exequendum, dilectum noſtrum R. tituli ſancti Stephani in Cælio monte, presbyterum cardinalem, apoſtolicæ ſedis legatum, virum utique probatæ honeſtatis & fidei deſtinamus, merito ſuæ probitatis ſpeciali gratia nobis acceptum: per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus cum vice noſtra, immo potius vice Chriſti, devote ſuſcipere ac honeſte tractare curetis, ipſius ſalubribus monitis & mandatis humiliter intendentes; præſertim in iis quæ pertinent ad ſubſidium terræ ſanctæ. Nos enim, quod ſuper his & aliis ad ſuæ legationis officium pertinentibus provida deliberatione ſtatuerit, præcipimus inviolabiliter obſervari: concedentes eidem, ut evellat & deſtruat, ædificet atque plantet, quæ ſibi evellenda & deſtruenda, ædificanda occurrerint & plantanda.

Datum, &c.

*Roberto tituli S. Stephani in Cælio monte, presbytero cardinali, apoſtolicæ ſedis legato.*

Ex regeſto Innocentii III. lib. 16. ep. 34.

UT efficacius poſſis intendere ad ſubſidium terræ ſanctæ, præſentium tibi auctoritate concedimus, ut iis, qui ad tuam vocationem devote convenerint ad audiendum verbum ſalutiferæ crucis, de injunctis ſibi pœnitentiis vice noſtra certam valeas indulgentiam impertiri. De torneamentis autem hoc tibi duximus concedendum, ut de virorum prudentum conſilio ſalubriter ſtudeas quod terræ ſanctæ utilitati ſecundum Deum videris expedire.

Datum, &c.

*ILLUSTRI REGI FRANCORUM.*

Ex regeſto Innocentii III. lib. 16. ep. 33.

QUam ſincerum dilectionis affectum erga te ac filium tuum & regnum Franciæ habeamus, novit ille qui teſtis eſt in cœlo fidelis, cujus ſuper hoc teſtimonium ſecure poſſumus invocare. Adeo quippe regni tui exaltationem diligimus, privilegiata ſemper opera commendantes quæ proceſſerunt de ipſo: quod æquanimius, eccleſiæ Romanæ, quam ipſi regno, ſuſtineremus magnum aliquid adverſitatis accidere, cum facilius hæc quam illud ab imminenti poſſet periculo liberari. Ut ergo ſuper hoc amplius ſecurus reddaris & certus, mittimus ad tuam regalem præſentiam dilectum filium noſtrum R. tituli S. Stephani in Cælio monte presbyterum cardinalem, apoſtolicæ ſedis legatum, virum utique probatæ honeſtatis & fidei, qui ea, quæ A plenius accepit a nobis, expreſſius tibi referat viva voce: ſerenitatem tuam monentes, & exhortantes in Domino, quatenus eum recipias, & honeſte pertractes, ipſius acquieſcendo ſalubribus monitis & conſiliis propter Deum.

Datum, &c.

In eodem modo, nobili viro Ludovico cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi regis Francorum illuſtris primogenito.

In eodem modo, nobili mulieri Blancæ uxori nobilis viri Ludovici in Chriſto filii noſtri illuſtris regis Francorum primogeniti.

*PATRIARCHÆ ALEXANDRINO.*

Ex regeſto Innocentii III. lib. 16. ep. 34.

B EX litteris quas aliquoties tua nobis fraternitas deſtinavit, & aliis quoque indiciis, cognovimus evidenter, te non ſolum ad ſacroſanctam Romanam eccleſiam matrem tuam, verum etiam ad perſonam noſtram ſpecialiter devotionem habere debitam & devotam. Propter quod habentes te in viſceribus caritatis, tibi compatimur in tribulationibus quas pateris & preſſuris: quamquam & tibi & nobis ſit in eis potius gloriandum, cum id quod in præſenti eſt momentaneum & leve tribulationis hujuſmodi, ſupra modum in ſublimitate pondus æternæ gloriæ operetur, nec ſint condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam revelandam in illis qui pro Chriſti nomi- C ne patiuntur. Propter quod Apoſtolus ſibi placebat in infirmitatibus ſuis, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, & anguſtiis quas ſuſtinebat pro Chriſto, & cum infirmabatur, tunc maxime potens erat: ſciens quod virtus in infirmitate perficitur, & quod licet per eam homo corrumpatur exterior, interior tamen per eamdem jugiter renovatur. Timentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum; qui ſuos non ſolum de tribulationibus anguſtia liberat, ſed etiam in ipſa tribulatione dilatat: ut quaſi meridianus fulgor conſurgat eis ad veſperam, &, cum ſe conſumptos putaverint, ut Lucifer oriantur. Benedicas igitur Deo & Patri Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui te in omni D benedictione ſpirituali ſecundum gratiæ ſuæ divitias benedixit, &, ut eſſes immaculatus in conſpectu ipſius, dedit tibi ut non ſolum credas in Chriſtum, ſed ut pro Chriſto etiam patiaris. Porta ergo, cariſſime frater, in corpore tuo ſtigmata Jeſu Chriſti, per quem mundus tibi crucifixus eſt, & tu mundo: ſtabilis eſto, & adverſus mundanas adverſitates immobilis, abundans in opere Dei, ſemper ſciens quod labor tuus non eſt inanis in Domino: & ſicut in te Chriſti paſſiones abundant, ita & per Chriſtum abundet conſolatio tua, qui te ſupra id quod potes non patietur tentari, ſed faciet in ipſa tentatione proventum, ut valeas ſuſtinere: cum E jam ipſo docente didiceris, in quibus es eſſe ſufficiens, & cum Apoſtolo ſcias ſatiari, ſcias & eſurire, & abundare, & penuriam pati, ac poſſis in eo qui te confortat, omnia tolerare. Fideles quoque ab infidelibus in captivitate detentos ſedulis exhortationibus corrobora & confirma, ne deficiant in tribulationibus ſuis, ſed cogitantes in luctu victoriam, & præmium in labore, bonum certamen certare non deſinant, & fidem ſervando curſum feliciter conſummare, ut de reliquo coronam juſtitiæ merito valeant expectare, quam reddet eis in illa die Dominus juſtus judex: ſcientes quod nos ad liberationem eorum, ſtudium diligens & operam efficacem, ſi de-

ANNO CHRISTI 1213.

ſi deſuper datum fuerit, ſatagimus adhibere. A Denique ad tuam duximus notitiam perferendum, quod cum inter omnia deſiderabilia cordis noſtri duo in hoc ſæculo principaliter affectemus, ut ad recuperationem videlicet terræ ſanctæ, ac reformationem univerſalis eccleſiæ valeamus intendere cum effectu: hoc, ad exequendum prædicta, de fratrum noſtrorum conſilio providimus faciendum, ut ſcilicet, quia hæc univerſorum fidelium communem ſtatum reſpiciunt, generale concilium juxta priſcam ſanctorum patrum conſuetudinem convocemus opportuno tempore celebrandum: in quo ad extirpanda vitia, & plantandas virtutes, corrigendos exceſſus, & reformandos mores, eliminandas hæreſes, & roborandam fidem, ſopiendas diſcordias, B & ſtabiliendam pacem, comprimendas oppreſſiones, & libertatem fovendam, inducendos principes & populos Chriſtianos ad ſuccurſum & ſubſidium terræ ſanctæ tam a clericis quam laicis impendendum, cum cæteris quæ longum eſſet per ſingula numerare, provide ſtatuantur inviolabiliter obſervanda, circa prælatos & ſubditos, regulares & ſæculares, ad Divini nominis gloriam & honorem, remedium & ſalutem animarum noſtrarum, ac profectum & utilitatem populi Chriſtiani: patriarchis, archiepiſcopis, & epiſcopis, per univerſas fere Chriſtianorum provincias conſtitutis per ſcripta noſtra mandantes, ut ſe taliter ſtudeant præparare, quod a præſentis Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo C tertiodecimo anno, uſque ad duos annos & dimidium, præfixis ſibi pro termino Kalendis Novembris, noſtro ſe conſpectui repræſentent cum modeſtia & cautela: ita quod qui canonica forte præpeditione detenti, perſonaliter venire nequiverint, aut remanſerint pro Chriſtianis miniſteriis exercendis, idoneos per ſe dirigant reſponſales. Quia igitur in tanto negotio tuam deſideramus habere præſentiam, fraternitatem tuam rogamus diſtrictius & monemus, per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus ſi fieri poterit, perſonaliter ad præſentiam noſtram accedas termino ſupraſcripto: quod ſi forſan venire nequiveris, ſaltem aliquem virum idoneum pro te ad concilium mittere non poſtponas. Tu D denique, venerabilis frater in Chriſto, tuarum nobis apud juſtiſſimum judicem & piiſſimum patrem orationum impertire ſuffragium, quo plurimum indigemus.

*ALBERTO HIEROSOLYMITANO PATRIARchæ, apoſtolicæ ſedis legato.*

Ex regeſto Innocentii III. l. 15. ep. 36.

PIum & ſanctum propoſitum, quod de ſubventione terræ ſanctæ, pro communi ſalute, Deo inſpirante concepimus, & perducere ſatagimus ad effectum, ex generalibus litteris ad univerſas pene Chriſtianorum provincias deſtinatis, quarum tibi tranſcripta dirigimus, intelliges manifeſte: ſuper quo, tanto pleniori gaudio hi- E lareſces, quanto profecto id ardentiori deſiderio affectaſti. Ne vero deteſtabilis converſatio quorumdam inhabitantium terram ipſam, hujus ſalutaris executionem propoſiti aut impediat aut retardet, cum Deus ſuis nefandis operibus non ad indulgentiam provocent, ſed ad iram: cariſſimam nobis tuæ fraternitatis prudentiam obſecramus in Domino, quatenus more prudentis medici ad lethalem eorum plagam curandam diverſis experimentis utaris, eoſque ſtudeas ad veram pœnitentiam revocare, ſi forte ſalubribus acquieſcendo conſiliis, Divinæ virtutis accipiant A medicinam, per quam Divinæ ſentiant medicinæ virtutem. Licet autem dura Saracenorum perfidia non conſueverit humilibus Chriſtianorum precibus emolliri: ut tamen ille noſtram humilitatem reſpiciat, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus vero dat gratiam, de virorum prudentum conſilio, Divinum præ oculis timorem habentium, Soldanum Damaſci & Babyloniæ, qui hæreditatem Chriſti detinet occupatam, apoſtolicis providimus litteris humiliter præmonendum, ſecundum formam quam in ipſis litteris videbis expreſſam. Nam & diſpoſitionibus noſtris auditis, quæ utinam eum poſſent omnino latere

Et in regeſto Innocentii III. l. 19. ep. 35.

fortaſſe omnipotens Deus ſuum in eum terrorem immittet, & benigne rogatus oſtendet fa- B cere ſe ſpontaneum, quod dure compulſus facturum ſe putaret invitum. Unde volumus, & mandamus, quatenus cum nunciis noſtris viros providos, & fideles ad eum facias deſtinari, qui apud ipſum, noſtrum ſtudeant promovere mandatum. Interim autem cariſſimum in Chriſto filium noſtrum I. Hieroſolymitanum regem illuſtrem, & tam hoſpitalis quam militiæ templi fratres, cum peregrinis pariter & indigenis, ad defenſionem & cuſtodiam hujus terræ prudenter moneas, & inducas, ne (quod avertat Dominus) ei quidquam adverſi valeat evenire, Divino ſemper auxilio invocato. Quia vero tuam nobis præſentiam ad hoc ſalutare propoſitum exequendum valde credimus neceſſariam, immo C quam maxime fructuoſam: fraternitatem tuam rogandam duximus & monendam, per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus, ſi videris poſſe fieri abſque gravi diſpendio terræ ſanctæ, præfixum ad univerſale concilium celebrandum, quam cito poteris, ſatagas prævenire terminum, ducens aliquos viros tecum in conſilio providos, & in commiſſo fideles, qui plene noverint circumſtantias cauſarum & rerum, temporum & locorum; quibus ubique circumſpectis ad deliberationem hæreditatis Dominicæ utilius intendere valeamus. Tu denique, venerabilis frater in Chriſto, tuarum nobis, apud juſtiſſimum judicem & piiſſimum patrem, orationum impertire ſuffragium, quo plurimum indi- D gemus.

## SERMO I.

## INNOCENTII PAPÆ III.

In concilio generali Lateranenſi habitus.

*Deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar, id eſt, antequam moriar. Lucæ 22.*

QUia mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum, non abnuo, ſi diſpoſitum eſt a *Philipp. 1.* Deo, bibere calicem paſſionis, ſive pro defen- E ſione fidei catholicæ, ſive pro ſubſidio terræ ſanctæ, ſive pro ſtatu eccleſiaſticæ libertatis, mihi fuerit propinatus: quamquam deſiderem in carne permanere, donec conſummetur opus inceptum. Veruntamen non mea, ſed Dei voluntas fiat. Et ideo dixi vobis: *Deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.* *Luc. 22.* Multa ſunt & varia hominum deſideria: quis ea ſufficit explicare? Omnia tamen reduci poſſunt ad duo, ſpirituale videlicet & carnale: ſpirituale, quod de cæleſtibus & æternis; carnale vero, de temporalibus & terrenis. De iſto propheta dicit in pſalmo: *Concupivit anima mea* *Pſal. 118.* *deſi-*

ANNO CHRISTI 1215.

*deſiderare juſtificationes tuas in omni tempore*. Et A ſponſa dicit in Canticis: *Sub umbra illius quem deſideraveram ſedi: & fructus ejus dulcis gutturi meo*. (*Cant. 2.*) De illo dicit Apoſtolus; *Deſideria carnis fugite, quæ militant adverſus animam*. (*1. Petr. 2.*) Et alius: *Deſiderium malignum longe fac a me*. (*Eccl. 23.*) Ego autem illius invoco teſtimonium, qui teſtis eſt in cælo fidelis, quod non carnali, ſed ſpirituali deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcum: non propter commoditatem terrenam, aut gloriam temporalem, ſed propter reformationem univerſalis eccleſiæ, ad liberationem potiſſimum terræ ſanctæ: propter quæ duo principaliter & præcipue hoc ſacrum concilium convocavi. Sed forte dicetis: Quid eſt hoc paſcha quod deſideras manducare nobiſcum? Paſcha B namque diverſis modis accipitur in ſcripturis Divinis. Pro die, unde: *Appropinquavit dies azymorum, qui dicitur paſcha*; (*Luc. 22.*) pro hora, unde; *Quartadecima ad veſperam paſcha Domini eſt*; (*Levit. 3.*) pro agno, unde: *Venit dies azymorum, quando neceſſe erat occidi paſcha*; (*Luc. 22.*) pro azymo, unde: *Non introierunt prætorium, ut non contaminarentur, ſed comederent paſcha*; (*Joan. 18.*) pro feſto, unde: *Ante diem feſtum paſcha, ſciens Jeſus quia venit hora ejus, ut tranſeat de hoc mundo ad Patrem*; (*Joan. 13.*) & etiam pro ipſo Chriſto, unde: *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*. (*1. Cor. 5.*) Sane paſcha Hebraice dicitur phaſe, quod eſt tranſitus, Græce vero πάσχειν, quod eſt pati: quia per paſſiones debemus tranſire ad gloriam, (*Exod. 12.*) C ſecundum quod Veritas ipſa dicebat: *Oportebat pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam*. (*Luc. 24.*) Quia ſi volumus conregnare, oportet & compati: (*Rom. 8.*) licet non ſint condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. *Hoc paſcha*, quod eſt phaſe, id eſt, tranſitus, *deſiderio deſideravi manducare vobiſcum*. (*Luc. 22.*) De quo in Exodo dicitur: *Comedent feſtinanter: eſt enim phaſe, id eſt tranſitus Domini*. (*Exod. 12.*) Legitur quippe in libro Regum, (*4. Reg. 24.*) & in Paralipomenon (*2. Paral. 35.*) apertiſſime continetur, quod 18. anno regni Joſiæ regis reſtauratum eſt templum, & celebratum eſt phaſe, quale non fuit in Iſrael a diebus judicum atque regum. Utinam hæc hiſtoria, inſtantis temporis ſit parabola, D ut in hoc noſtri pontificatus anno 18. templum Domini, quod eſt eccleſia, reſtauretur, & celebretur phaſe, ſive paſcha, videlicet hoc ſolenne concilium, per quod fiat tranſitus de vitiis ad virtutes, quale revera non fuit factum in Iſrael a diebus judicum atque regum, id eſt, a temporibus patrum ſanctorum, atque catholicorum principum, in populo Chriſtiano, Deum vidente per fidem. Et ego pro certo ſpero in eo qui ſuis promittit fidelibus, dicens: *Ubicumque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum ſum*: (*Matth. 18.*) quia ipſe in medio noſtrorum adeſt, ad celebrandum hoc paſcha, qui congregati ſumus in hac Salvatoris baſilica in nomine Salvatoris, pro his quæ E pertinent ad ſalutem. Triplex autem paſcha ſive phaſe deſidero vobiſcum celebrare, corporale, ſpirituale, æternale: corporale, ut fiat tranſitus ad locum, pro miſerabili Jeruſalem liberanda; ſpirituale, ut fiat tranſitus de ſtatu ad ſtatum, pro univerſali eccleſia reformanda; æternale, ut fiat tranſitus de vita in vitam, pro cæleſti gloria obtinenda. De corporali tranſitu clamat ad nos miſerabiliter Jeruſalem in Threnis per Jeremiam: (*Thren. 1.*) *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus*. Ergo tranſite ad me omnes qui diligitis me, ut a tanta miſeria me liberetis. Ego enim, quæ ſolebam eſſe domina gentium, modo facta ſum ſub tributo: quæ ſolebam eſſe plena populo, modo ſedeo quaſi ſola. *Viæ Sion lugent, eo quod non ſint qui veniant ad ſolemnitatem*: (*Ibidem.*) facti ſunt hoſtes ejus in capite: loca ſancta profanata ſunt univerſa, & ſepulchrum Domini eſt inglorium, quod ſolebat eſſe glorioſum. Ubi colebatur unigenitus Dei filius Jeſus Chriſtus, modo colitur filius perditionis Machometus. Inſultant mihi filii alieni, & improperant lignum crucis, dicentes: Confidebas in ligno: ecce nunc adjuvet, ſi poteſt. O quantus pudor, quanta confuſio, quantum opprobrium, quod filii ancillæ, viliſſimi Agareni, detinent matrem noſtram, matrem univerſorum fidelium ancillatam! illam utique de qua dicit Pſalmiſta: *Mater Sion dicet: Homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundavit eam Altiſſimus*: (*Pſal. 86.*) ubi Deus rex noſter ante ſæcula ſalutem in medio terræ dignatus eſt operari. Quid itaque faciemus? Ecce ego, dilecti fratres, totum me vobis committo, totum me vobis expono, paratus juxta conſilium veſtrum, ſi videritis expedire, perſonalem ſubire laborem, & tranſire ad reges, & principes, & populos, & nationes: adhuc autem & ultra, ſi clamore valido eos valeam excitare, ut ſurgant ad Domini prælium præliandum, & vindicandam injuriam crucifixi, qui pro peccatis noſtris ejectus eſt de terra, & de ſede ſua, quam ſanguine comparavit, & in qua univerſa redemptionis noſtræ ſacramenta peregit. Quidquid tamen egerint alii, nos ſacerdotes Domini hoc negotium ſpecialiter aſſumamus, ſubvenientes & ſuccurrentes, in perſonis & rebus, neceſſitatibus terræ ſanctæ: ita quod nullus omnino remaneat, qui non ſit particeps tanti operis, ne ſit expers tantæ mercedis. Nam & olim in ſimili caſu per ſacerdotes fecit Deus ſalutem in Iſrael, quando per Macchabæos, (*1. Macch. 3.*) utique ſacerdotes, filios Mathatiæ, liberavit Jeruſalem & templum de manibus impiorum. De ſpirituali vero tranſitu Dominus ad virum veſtitum lineis, habentem atramentarium ſcriptoris ad renes: *Tranſi per mediam civitatem, & ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium atque dolentium ſuper cunctis abominationibus quæ ſunt in medio ejus*. (*Ezech. 9.*) Deinde dixit ſex viris habentibus vaſa interitus in manibus ſuis: *Tranſite per civitatem, ſequentes eum, & percutite omnem, ſuper quem non inveneritis Thau. Nemini parcat oculus veſter, & a ſanctuario meo incipite*. Vir veſtitus lineis, habens atramentarium ſcriptoris ad renes ejus, is debet eſſe qui loquatur, vir virtutibus virens, qualis erat ille de quo dicit ſcriptura: *Vir erat in terra Hus nomine Job, & erat vir iſte ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo*. (*Job 1.*) *Veſtitus lineis*, ideſt, honeſtis moribus, & bonis operibus adornatus. Juxta quod alibi dicitur: *Omni tempore veſtimenta tua ſint candida*, (*Eccl. 9.*) id eſt, opera tua munda. Linum enim munditiam & honeſtatem deſignat propter candorem, ad quem per carnis macerationem & contritionem perducitur, de quo veſtis ſacerdotalis fiebat in lege. Scriptor autem egregius & ſupremus Spiritus ſanctus eſt digitus Dei, quo ſcriptæ fuerunt tabulæ teſtamenti. De quo dicit Pſalmiſta: *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*. (*Pſal. 44.*) Hujus ſcriptoris atramentarium eſt donum ſcientiæ: de quo per calamum linguæ, atramentum doctrinæ profertur, & in cordis ſuperſcribitur pergameno. In renibus ſedes eſt deſiderii, de quibus Dominus præcipit: *Renes* (*Exod. 12.*)

ANNO CHRISTI 1215.

*nes veſtros accingetis*. Et Pſalmiſta orabat ad A
Dominum: *Ure renes meos & cor meum*. Ille
igitur habet atramentarium ſcriptoris, qui per
Pſal. 25. donum ſcientiæ ſibi a Spiritu ſancto datum de-
ſideria carnis cohibet & reſtringit, ut in vita
non diſcrepet a doctrina, ne ſibi ipſi dicatur:
Luc. 4. *Medice cura te ipſum: qui prædicas non furan-
dum, furaris: qui doces non mœchandum, mœ-
Rom. 2. charis*. Propterea Veritas ait: *Sint lumbi veſtri
Luc. 12. præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris*.
Hinc tranſire præcipitur per mediam civitatem,
& ſignare Thau ſuper frontes virorum gemen-
tium & dolentium. T eſt ultima littera Hebrai-
ci alphabeti, exprimens formam Crucis, qualis
erat antequam Domino crucifixo Pilatus titu-
lum ſuperponeret: quam & ſanguis agni poſito B
ſuper utrumque poſtem, & in ſuperliminaribus
domorum mirifice deſignabat. Hoc ſignum ge-
rit in fronte, qui virtutem crucis oſtendit in
opere: ut juxta quod dicit Apoſtolus: *Crucifi-
Gal. 5. gat carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis*:
idemque cum Apoſtolo dicat: *Mihi abſit gloria-
Gal. 6. ri, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per
quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*.
Tales profecto dolent & gemunt ſuper cunctis
abominationibus, quæ fiunt in medio civitatis:
quia peccata proximorum uxoria ſunt juſto-
1. Cor. 11. rum. *Quis*, inquit Apoſtolus, *infirmatur, & ego
non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror?*
Vir ergo veſtitus lineis habens atramentarium
ſcriptoris ad renes debet tranſire per mediam C
civitatem, & ſignare Thau ſuper frontes viro-
rum gementium & dolentium ſuper cunctis abo-
minationibus, quæ fiunt in medio ejus: quoniam
ſummus pontifex, qui ſuper domum Iſrael con-
ſtitutus eſt ſpeculator, tranſire debet per uni-
verſam eccleſiam, quæ eſt civitas regis magni,
Iſa. 5. civitas poſita ſupra montem, inveſtigando & in-
quirendo merita ſingulorum: ne dicant bonum
Ezech. 13. malum, vel malum bonum; ne ponant tenebras
lucem, & lucem tenebras; ne mortificent ani-
mas quæ non moriuntur, aut vivificent animas
quæ non vivunt. Et ideo, ut diſtinguat & di-
ſcernat inter illos & iſtos debet ſignare Thau
ſuper frontes virorum & dolentium, quatenus
oſtendat eos, qui dolent & gemunt ſuper abo- D
minationibus quæ in medio eccleſiæ perpetran-
tur, ſignatos eſſe Thau in frontibus ſuis. Ta-
les profecto pro culpa dolent, & pro infamia
gemunt ſuper abominationibus, quæ fiunt in
medio civitatis: quoniam in tantum jam pro-
ceſſit abominatio, quod & infamis eſt culpa, &
Ezech. 12. eſt culpa infamia. Unde ſi foderimus ſtudioſe
parietem, ſicut prophetæ præcipitur, videbimus
abominationes majores, abominationes peſſimas,
quas nonnulli exercent in templo. Sex viri ha-
bentes vaſa interitus unuſquiſque in manu ſua,
vos eſſe debetis viri virtutum: ſex quidem pro-
pter numeri ſacramentum, ut perfecti ſitis in
opere ac ſermone: ſenarius enim numerus eſt
perfectus, eo quod redditur ex ſuis partibus ag- E
Gen. 1. gregatis. Unde ſexta die perfecit Deus cælum &
terram, & omnem ornatum eorum. Et cum in
plenitudine temporis, ſexta veniſſet ætate, ſex-
ta die ſub hora ſexta, genus redemit huma-
num. Ideoque ſex ultima verba dixit in cruce.
Vas interitus, quod tenere debetis in manibus
veſtris ad interimendum ſceleſtos, eſt pontifica-
lis auctoritas, quam exercere debetis in opere
ad perimendum iniquos, exemplo Pſalmiſtæ di-
Pſal. 100. centis: *In matutino interficiebam omnes pecca-
tores terræ, ut diſperderem de civitate Domi-*
A *ni omnes operantes iniquitatem*. De his vaſis
alibi dicitur: *Tetendit arcum ſuum, & pa-*
*ravit illum, & in eo paravit vaſa mortis: ſa-*
*gittas ſuas ardentibus effecit*. Vobis ergo præ- Pſal. 7.
cipitur: Tranſite per mediam civitatem, ſe-
quentes eum, ſummum videlicet ſacerdotem,
quaſi ducem, principem, & magiſtrum, ut per-
cutiatis interdicendo & ſuſpendendo, excommu-
nicando & deponendo, prout culpæ qualitas po-
ſtulaverit, omnem ſuper quem non inveneritis
Thau ſignatum ab ipſo, qui claudit, & nemo Apoc. 3.
aperit; aperit, & nemo claudit. Signatis enim
nocendum non eſt, juxta quod alibi dicitur: Apoc. 17.
*Nolite nocere terræ, neque mari, neque arboribus,*
*quoadusque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus*
B *eorum*. De ceteris autem dicitur: *Nemini par-* Ezech. 9.
*cat oculus veſter*, ut non ſit in vobis perſona-
rum acceptio, recolentibus illud quod Moyſes
legitur dixiſſe Levitis: *Si quis eſt Domini, jun-* Exod. 32.
*gatur mihi. Ponat vir gladium ſuper femur ſuum.*
*Ite, & redite de porta uſque ad portam per me-*
*dium caſtrorum, & occidat unuſquiſque fratrem,*
*& amicum, & proximum ſuum. Feceruntque filii*
*Levi juxta ſermonem Moyſi*. Et vos ſimiliter fa-
ciatis. Porro ſic percutite, ut ſanetis, ſic oc-
cidite, ut vivificetis: ejus exemplo qui ait:
*Ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam,* Deut. 32.
*& ego ſanabo. Et a ſanctuario meo*, inquit, *in-* Ezech. 9.
*cipite. Tempus enim eſt* ſicut beatus Apoſtolus 1. Pet. 4.
ait, *ut judicium incipiat a domo Domini*. Nam Levit. 4.
C omnis in populo corruptela principaliter proce-
dit a clero: quia ſi ſacerdos, qui eſt unctus,
peccaverit, facit delinquere populum: quippe
dum laici vident turpiter & enormiter exceden-
tes, & ipſi eorum exemplo ad iniquitatem &
ſcelera prolabuntur. Cumque reprehenduntur ab Joan. 5.
aliquo, protinus ſe excuſant, dicentes: Non po-
teſt filius facere, niſi quod viderit patrem fa-
cientem: &, ſufficit diſcipulo, ſi ſit ſicut ma-
giſter ejus. Impletum eſt illud propheticum:
*Erit ſicut populus, ſic ſacerdos*: quinimmo, *eru-* Oſea 4.
*beſce Sion, ait mare*. Hinc etiam mala prove- Iſa. 23.
nerunt in populo Chriſtiano. Perit fides, reli-
gio deformatur, libertas confunditur, juſtitia
conculcatur, hæretici pullulant, inſoleſcunt ſchiſ-
D matici, perfidi ſæviunt, prævalent Agareni. De
tranſitu autem æternali Dominus ait: *Beati ſunt* Luc. 12.
*ſervi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit*
*vigilantes: amen dico vobis, quia præcinget ſe, &*
*faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit eis*.
De hoc tranſitu ſane martyres gloriantur in
pſalmo, dicentes: *Tranſivimus per ignem & aquam,* Pſal. 65.
*& induxiſti nos in refrigerium*. Hoc paſcha præ
ceteris deſidero manducare vobiſcum in regno
Dei. Eſt autem manducatio corporalis, & ſpi-
ritualis. De illa dicitur: *Date illis manducare*:
de iſta dicitur: *Macta, & manduca*. Item man- Matth. 14.
ducatio culpæ, & manducatio pœnæ. De iſta Act. 10.
dicitur: *Manducaverunt ſacrificia mortuorum*: de Pſal. 105.
iſta legitur: *Gladius meus manducabit carnes*. Deut. 32.
E Ruſſus eſt manducatio doctrinalis, & eſt man- Joan. 4.
ducatio pœnitentialis. De illa dicitur: *Ego ci-*
*bum habeo manducare, quem vos neſcitis*: de iſta
legitur: *Cinerem ſicut panem manducaverunt*. Eſt Pſal. 101.
præterea manducatio euchariſtiæ, & manduca-
tio gloriæ. De illa dicitur: *Qui manducat me,* Joan 6.
*vivet propter me*: de iſta legitur: *Beatus* Luc. 14.
*qui manducabit panem in regno Dei*. Hac ultima
manducatione præcipue deſidero manducare vo-
biſcum hoc paſcha, ut tranſeamus de labore ad
requiem, de dolore ad gaudium, de infelicita-
te ad gloriam, de morte ad vitam, de corru-
ptio-

ANNO CHRISTI 1215.

ptione ad æternitatem ; præſtante Domino no- A
ſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in
ſæcula ſæculorum. Amen.

### SERMO II.

## INNOCENTII PAPÆ III.

### In concilio generali Lateranenſi habitus.

Pſal. 67. *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi ejus in ſpecie auri.*

DUo ſunt nobis ad meritum neceſſaria, vita
ſcilicet & doctrina. Alterum propter nos, B
alterum propter proximos. Cœpit enim Jeſus
docere & facere, nobis relinquens exemplum,
ut ſequamur veſtigia ejus, qui peccatum non fe-
cit, nec inventus eſt dolus in ore ejus : pec-
catum non fecit, ut ſit honeſtas in vi-
ta; nec inventus eſt dolus in ore ejus, ut ſit
veritas in doctrina. Quæ duo commendantur
nobis in verbis propoſitis. De vita præmittitur:
Ibidem. *Si dormiatis*. Doctrina ſubjungitur : *Inter medios*
*cleros*. Hinc eſt igitur, quod a veſte pontificali
dependebant mala granata, cum tintinnabulis au-
reis. Per malum granatum accipitur operatio,
per tintinnabulum aureum intelligitur prædica-
tio: quæ duo debent in ſacerdote conjungi, ne
ſine illis ingrediens ſanctuarium moriatur.

Quia vero per meritum pervenitur ad præ-
mium, recte poſt meritum promittitur præmium.
Quod duplex promittitur; unum in præſenti,
& alterum in futuro. Pietas enim promiſſionem
habet vitæ quæ nunc eſt, & futuræ, ut centu-
plum accipiat, & vitam æternam poſſideat :
centuplum in præſenti, vitam æternam in fu-
turo. De præſenti præmittitur. *Pennæ columbæ*
Pſal. 83. *deargentatæ*. De futuro ſubjungitur: *Eſt poſterio-*
*ra dorſi ejus in ſpecie auri. Quoniam miſericor-*
*diam & veritatem diligit Deus: gratiam & glo-*
*riam dabit Dominus*. Gratiam in præſenti præ-
ſtat ad meritum, gloriam in futuro præſtabit
ad præmium. Eſt autem duplex dormitio, una
mortis, altera vitæ: ſed utraque dividitur: nam D
alia eſt dormitio mortis corporalis, & hæc eſt pœ-
na; & alia dormitio ſpiritualis, & hæc eſt culpa.
Joan. 11. De prima Dominus inquit apoſtolis : *Lazarus*
1. Theſ. 4. *amicus noſter dormit*: & apoſtolus ait : *Nolo vos*
*ignorare de dormientibus*, &c. de ſecunda dicit
Pſal. 40. David: *Numquid qui dormit non adjiciet ut re-*
Epheſ. 5. *ſurgat?* & apoſtolus inquit: *Surge qui dormis :*
*exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus*.

Hoc autem tribus modis admittitur, per igno-
rantiam, negligentiam, & concupiſcentiam. De
Pſal. 12. ſomno ignorantiæ dicit Pſalmiſta : *Illumina ocu-*
*los meos, ne unquam obdormiam in morte*. De
Prov. 6. ſomno negligentiæ Salomon ait: *Uſquequo piger*
*dormis? quando conſurges de ſomno tuo? paululum*
*dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres* E
*manus tuas, ut dormias : & veniet tibi quaſi via-*
*tor egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus*. De
ſomno concupiſcentiæ dicit David : *Dormierunt*
Pſal. 75. *ſomnum ſuum: & nihil invenerunt omnes viri di-*
*vitiarum in manibus ſuis*. Ceterum dormitio vi-
tæ duplex quoque legitur in ſcripturis : una vi-
tæ corporalis proveniens ex natura, altera vitæ ſpi-
ritualis procedens ex gratia. De prima Dominus
Matth. 26. dixit apoſtolis: *Dormite jam, & requieſcite*: de ſe-
Cant. 5. cunda, ſponſa dicit in Canticis : *Ego dormio, &*
*cor meum vigilat*. Sic & nos cariſſimi vigile-
A mus, & dormiamus: ſed dormiamus a malis,
& vigilemus in bonis.

ANNO CHRISTI 1215.

Siquidem vitæ perfectio in duobus conſiſtit,
in declinandis vitiis, & in exercendis virtuti- Pſal. 36.
bus, ſecundum illud : *Diverte a malo, & fac*
*bonum*. Per alterum vitamus ſupplicium, per al-
terum acquirimus præmium. Quæ duo per dor-
mitionem convenienter intelliguntur. Somnus
enim, ut aſſerunt qui de rerum naturis diſſe-
runt, eſt quies animalium virtutum, cum in-
tentione naturalium. Nos autem, qui ſpiritua-
les ſumus, ſpiritualiter has in ſpiritu poſſumus
invenire. Sunt enim tres naturales vires in ani-
ma, vis rationalis, vis concupiſcibilis, vis ira-
ſcibilis. Rationabilitas quaſi vis digeſtiva, quæ
B diſcernit inter bonum & malum, inter lucem
& tenebras, inter ſanctum & profanum : con-
cupiſcibilitas, quaſi vis appetitiva, bonum eli-
git, lucem appetit, & ſanctum inquirit: iraſci-
bilitas, quaſi vis expulſiva, malum abjicit, te-
nebras repellit, & profanum reſpuit. Econtra
ſunt tres animales defectus in anima, ignorantia,
negligentia, & concupiſcentia. Contra rationa-
bilitatem, eſt ignorantia; contra iraſcibilitatem,
negligentia; contra concupiſcibilitatem, concu-
piſcentia. Ab his tribus vitiis maxime nobis eſt
dormiendum. Nam ex negligentia procedit de-
lictum, ex concupiſcentia procedit peccatum, ex
ignorantia provenit delictum atque peccatum. Dif-
fert enim inter delictum & peccatum : quia delictum
C in omittendo, peccatum in committendo conſiſtit.
Delictum utique eſt non facere faciendum; pecca-
tum vero agere non agendum. Dormiendum
eſt nobis ab ignorantia, præſertim ab ignoran-
tia mandatorum in præceptis Divinis, & offi-
ciorum in ſacramentis eccleſiaſticis : quæ duo
ſine periculo non poſſumus ignorare. Scriptum
eſt enim: *Ipſi vero non cognoverunt vias meas*, Pſal. 94.
*quibus juravi in ira mea, ſi introibunt in requiem*
*meam. Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris*
*ambulabant*. Ait autem Deus prophetæ: *Tu ſcien-* Oſea 4.
*tiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio*
*fungaris mihi. Et populus meus captivus du-* Iſai. 5.
*ctus eſt, quia non habuit ſcientiam: & nobiles ejus*
*interierunt fame, & multitudo ejus ſiti exaruit.*
D *Noluit intelligere ut bene ageret: iniquitatem me-* Pſal. 35.
*ditatus eſt in cubili ſuo. Nam ſi cognoviſſent,* 1. Cor. 2.
*nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*. Cavea-
mus igitur nos præcipue ignorantiam, quibus
datum eſt ex officio noſſe myſteria regni Dei,
ceteris autem in parabolis. Nos enim debemus Matth. 13
eſſe boves arantes, ceteri ſunt aſinæ juxta pa-
ſcentes. Nos pſallentes Deo repromittimus : *In* Pſal. 118.
*tuis juſtificationibus meditabor, non obliviſcar ſer-*
*mones tuos*. Nos debemus eſſe lux mundi. Si
vero lumen quod in nobis eſt tenebræ fiat, te-
nebræ quantæ erunt? Nos debemus eſſe ſal ter-
ræ. *Quod ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur? Ad* Matth. 5.
*nihilum valet ultra, niſi ut mittatur foras, &*
*conculcetur ab hominibus*. Quieſcat igitur igno-
E rantia, & rationabilitas intendatur, ſecundum
illud: *Rationabile ſit obſequium veſtrum*: & : *Pa-* Rom. 12.
*rati ſitis reddere rationem omni poſcenti vos de* 1. Petr. 3.
*ea, quæ in vobis eſt, fide*. Hoc enim eſt lo-
gion, ſive rationale, quod pontifex ferebat in
pectore, in quo ſcriptum eſt urim & tummim,
id eſt, manifeſtatio & veritas. Nam in pectore
ſacerdotis manifeſta debet eſſe cognitio verita-
tis, ſecundum illud propheticum : *Labia ſacer-* Mal. 2.
*dotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt ex*
*ore ejus, quia angelus Domini exercituum eſt:* Erat
autem rationale quadrangulum : quia ſacerdos
de-

ANNO CHRISTI 1215.

debet diſcernere inter quatuor: inter verum & A fallum, ne deviet in credendis; inter bonum & malum, ne deviet in agendis. Erat & duplex: quia debet diſcernere pro duobus, pro ſe & pro populo: ne, ſi cæcus cæcum duxerit, ambo in foveam cadant. Dormiamus ergo ab ignorantia: quia non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael. Non dormitabit a pœna, niſi nos dormiamus a culpa. Dormiendum eſt quoque nobis a negligentia, præſertim in oratione quæ ſpectat ad Dominum, & correctione quæ ſpectat ad proximum: quæ duo non poſſumus ſine peccato negligere. Quidam enim orant tam negligenter & indevote, quod ore quidem loquuntur cæleſtia, ſed corde meditantur terrena; quibus Dominus improperat per prophetam: *Populus hic* (Iſai. 26.) B *labiis me honorat, cor autem longe eſt a me*. De talibus legitur: *Ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant*. (Pſal. 61.) Ore ſuo benedicunt, qui loquuntur eloquia veritatis; ſed corde maledicunt qui meditantur inania vanitatis. Alii vero tam feſtinanter orant & indiſcrete, quod medio prætermiſſo non proferunt niſi caput & caudam. Sed qui ſemetipſum non audit, quomodo Deus illum exaudiet? Qui taliter orat, non inclinat Deum ad indulgentiam, ſed provocat illum ad iracundiam. Tu autem cum oras, intra in cubiculum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum. Intra in cubiculum cordis, oſtio ſenſuum intercluſo, ne muſcæ morientes perdant ſuavitatem unguenti. C Ora Patrem tuum non in multiloquio, ſicut ethnici faciunt; qui putant in multiloquio exaudiri, ſed in corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Sic oraverunt Moyſes & Suſanna, qui clamaverunt ad Dominum, & de neceſſitatibus eorum liberavit eos. Clamaverunt, non tam vocis intentione, quam cordis devotione, dicente pſalmiſta: *Delectare in Domino,* (Pſal. 36.) *& dabit petitiones cordis tui*. Hinc & Apoſtolus ait: *Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris*. (Epheſ. 5.) Deus enim non tam auditor eſt vocis, quam cordis; nec eſt admonendus clamoribus, qui renum eſt ſcrutator & cordium. (1. Reg. 1.) Quod Anna gerens typum eccleſiæ legitur obſervaſſe, quæ non petitione clamoſa, ſed oratione devota, quod petiit, impetravit. D Legitur in libro Regum quod Anna loquebatur in corde ſuo, tantumque labia ſua movebantur, & vox penitus non audiebatur. Unde in pſalmo: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini*. (Pſal. 4.) Quia *ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit*. (Pſal. 50.) Expedit tamen ut oris pronunciatio devotum comitetur affectum: quia quod facit flatus carboni, hoc facit pronunciatio devotioni. Audi pſalmiſtam: *Ad ipſum ore meo* (Pſal. 65.) *clamavi: & exaltavi ſub lingua mea*. Vos ergo, cariſſimi, cum oratis, ſtate coram Domino Deo noſtro compuncti, humiles & devoti, ſine motu, ſine riſu, ſine cachinno; nolite nimium clamare, nimium feſtinare, ſed pronunciate diſtincte ad intelligendum: quia E *maledictus homo qui* (Jerem. 48.) *opus Dei agit negligenter*. Ergo *ſervite Domino in* (Pſal. 2.) *timore, & exultate ei cum tremore*: præſertim in ſacrificio in quo mortis Chriſti memoria celebratur. *Hoc*, inquit, *facite in meam commemorationem*. (Luc. 22. 1. Cor. 11.) Et Apoſtolus dicit: *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat*. In quolibet enim officio negligentia eſt peccatum, ſed in ſacrificio eſt periculum: quoniam qui manducat indigne, judicium ſibi manducat, non dijudicans corpus Domini. Caveamus quoque negli-

gentiam in correctione peccantium. Quidam enim ſunt canes muti, non valentes latrare, palpantes vitia peccatorum, vel cupiditatis amore, vel fragilitatis timore: cupiditatis amore, ne forte perdant oblationes aut decimas; fragilitatis timore, ne forte incurrant indignationem aut odium. Contra tales dicitur per prophetam: *Væ qui conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis*. (Ezech. 13.) Item: *Ipſi ædificabant parietem, illi autem liniebant eum rurſus. Prophetæ tui viderunt tibi ſtulta & falſa, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent*. (Iſa. 56.) Econtra præcipitur: *Clama, ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob peccata eorum*. (Iſa. 58.) Hinc Apoſtolus dicebat Epheſiis: *Mundæ ſunt manus meæ a ſanguine omnium veſtrum. Non enim ſubterfugi quo minus annunciarem omne conſilium Dei vobis*. (Act. 20.) Audi prophetam: *Væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito*. (Iſa. 6.) Non timuit Joannes Herodem, quo minus eum libere reprehenderet, propter Herodiadem, quam vivente viro ſuo Philippo, tenebat uxorem. Quieſcat ergo negligentia, & iraſcibilitas intendatur, ſecundum illud: *Iraſcimini, & nolite peccare*. (Marc. 6. Pſal. 4.) id eſt, iraſcimini vitiis, ne peccetis. Hic eſt zelus ille, quo Chriſtus accenſus ejecit vendentes & ementes de templo, (Joan. 2.) ſecundum illud: *Zelus domus tuæ comedit me*: (Pſal. 68. Num. 25.) quo ſuccenſus Phinees Judæum cum Madianitide coeuntem pugione tranſfodit. Diſcretus ergo ſacerdos contra rebelles & obſtinatos ſeveritatem exerceat, erga humiles & pœnitentes exhibeat pietatem. Non illum ſequimini ſemivivo mortuo relicto in vulneribus, (Luc. 10.) quem Samaritanus duxit in ſtabulum, & vinum ſuperinfudit & oleum. Et in arca tabernaculi virga continebatur & manna. Dormiendum eſt quoque nobis ab omni concupiſcentia, præſertim a concupiſcentia rerum quæ procedit ex avaritia, & concupiſcentia mulierum quæ provenit ex luxuria. Scriptum eſt enim: *Nihil eſt avaro ſceleſtius, & nihil iniquius quam amare pecuniam*. (Eccleſ. 10.) Verbum eſt ſapientis, quod confirmat Apoſtolus dicens: *Qui volunt fieri divites, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa, & inutilia, & nociva, quæ mergunt hominem in interitum, & perditionem: radix enim omnium malorum eſt cupiditas*. (1. Tim. 6.) Et alibi: *Avaritia eſt idolorum ſervitus*. (Epheſ. 5.) Audite quid contra cupidos ſacerdotes dicat propheta: *Principes ejus in muneribus judicabant, & ſacerdotes ejus in mercede docebant, & prophetæ ejus in pecunia divinabant*. (Mich. 3.) *Infernus & perditio nunquam replentur, ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles*. (Prov. 27.) *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes: Affer, affer*. (Prov. 30.) Nam creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. *Porro tranſit mundus, & concupiſcentia ejus*. (1. Joan. 2.) *Ne timeamus ergo, cum dives factus fuerit homo, & multiplicata fuerit gloria domus ejus. Non enim, cum morietur, accipiet hæc omnia, neque deſcendet cum eo gloria ejus*. (Pſal. 48.) Nec hoc dico, quin liceat divitias habere, ſed quia non licet divitiis inhærere: ſecundum illud: *Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere*. (Pſal. 61.) Nullus ergo veſtrum alienum parochianum ſeducat, aut alienam parochiam invadat. Præceptum eſt enim, ut nemo mittat falcem in meſſem alienam, neque tranſgrediatur terminos, quos poſuerunt patres noſtri. Caveamus nihilominus a concupiſcentia mulierum. Nam *vinum & mulieres faciunt apoſta-* (Eccl. 19.)

ANNO CHRISTI 1215.

*tare ſapientes*. Et propter ſpeciem mulieris mul- A
ti perierunt. *Via inferi domus ejus, penetrantes in interiora mortis*. Semper illam præcedunt ardor & petulantia, ſemper comitantur fœtor & immunditia, ſemper ſequuntur dolor & pœnitentia. *Favus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus: noviſſima autem illius amara ſicut abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps*. Familiaris eſt inimicus, habitans non procul, ſed prope; non extra, ſed intra. Nam virtus ejus in lumbis ejus, & fortitudo illius in umbilico ventris ejus. Nunquam fugatur, niſi cum fugitur: nunquam mactatur, niſi cum maceratur. Nos autem in ſacris ordinibus conſtituti, jam ex neceſſitate tenemur pudicitiam cuſtodire. Scriptum eſt enim, quod cum B
David fugeret perſecutionem Saul, venit in Nobe ad Achimelech ſacerdotem, poſtulans ſibi dari quinque panes ad eſuriem expellendam. Et reſpondit ſacerdos: *Non habeo panes laicos ad manum, ſed tantum panem ſanctum. Si mundi ſunt pueri, maxime a mulieribus, manducent*. Non dixit, ſi habent fidem, ſpem, & caritatem: ſi habent juſtitiam, fortitudinem, prudentiam & temperantiam; ſi habent ſpiritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilii & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, & ſpiritum timoris Domini: ſed dixit: *Si mundi ſunt, maxime a mulieribus, manducent*: quia panem ſanctum digne manducare non poſſunt, niſi qui mundi ſunt a coitu mulierum. Quieſcat ergo C
concupiſcentia, & concupiſcibilitas incendatur, ſecundum illud: *Concupivit anima mea deſiderare juſtificationes tuas in omni tempore*. Incendatur autem per tres principales virtutes, fidem, ſpem, & caritatem: ut rationabilitas illuminetur per fidem, iraſcibilitas confortetur per ſpem, concupiſcibilitas informetur per caritatem. Illuminetur autem per fidei veritatem, ut rationabilitas expellat errorem ignorantiæ; confortetur per ſpei ſtabilitatem, ut iraſcibilitas excludat torporem negligentiæ; informetur per caritatis ſinceritatem, ut concupiſcibilitas extinguat ardorem concupiſcentiæ. Dormiamus igitur, ſed inter medios cleros, id eſt, in medio clerorum, ſecundum idioma Græcorum. Ad litteram nos in- D
ter medios cleros totius orbis exiſtimus, propterea nequeunt opera noſtra latere, ſive bona ſint, ſive mala. *Luceat ergo lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt*: ut cortina cortinam trahat, & qui audit dicat: Veni. Aliter tamen hoc poſſumus intelligere: κλῆρος enim Græce ſors vel hæreditas interpretatur, unde clerici dicuntur, quod in partem Domini ſint ſortiti, ſecundum illud: *Dominus pars hæreditatis meæ*. Eſt autem triplex hæreditas, infima, media, & ſuprema. Infima eſt terrena, de qua legitur: *Dedit terram eorum hæreditatem; hæreditatem Iſrael ſervo ſuo*. Media eſt E
ſacra ſcriptura, de qua dicitur: *Hæreditate acquiſivi teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt*. Suprema eſt beatitudo cæleſtis, de qua legitur: *Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara eſt mihi*. Quælibet hæreditatum iſtarum ſuas habet medietates. Terrena poſſeſſio res mobiles & immobiles, ſacra ſcriptura ſpiritum & litteram, beatitudo cæleſtis ſtolam mentis & ſtolam carnis. Inter hos medios cleros, inter has medias hæreditates, dormire debemus: aliter autem & aliter: eſt enim medium, quod utrumque extremorum contingit; & eſt medium, quod neutrum extre-

Prov. 7. Prov. 5. 1 Reg. 21. Pſal. 118. Matth. 5. Pſal. 15. Pſal. 135. Pſal. 118. Pſal. 15.

A morum contingit; & eſt medium, quod alterum tantum extremorum contingit. Verbi gratia, medium, quod utrumque extremorum contingit eſt aer, qui medius inter cælum & terram, utrumque contingit. Medium, quod neutrum extremorum contingit, eſt ſol, qui medius inter cælum & terram, neutrum contingit. Medium quod alterum extremorum tantum contingit, eſt arbor, quæ media inter cælum & terram alterum tantum contingit. Ad hunc modum inter hos medios cleros, inter has medias hæreditates dormire debemus. Dormiamus igitur inter medios cleros poſſeſſionis terrenæ, per vim iraſcibilem, ut in neutra ſui parte quieſcamus, ſecundum illud quod legitur: *Filioli, no-*
B *lite diligere Mundum, neque ea quæ in Mundo ſunt*. Dormiamus inter medios cleros ſacræ ſcripturæ per vim rationalem, ut in altera tantum ſui parte quieſcamus, ſecundum quod legitur: *Littera occidit: ſpiritus autem vivificat*. Dormiamus inter medios cleros cæleſtis beatitudinis per vim concupiſcibilem, ut in utraque parte quieſcamus, ſecundum hoc quod legitur: *Gaudete & exultate, quia merces veſtra copioſa eſt in cælis*. Gaudete pro ſtola cordis, & exultate pro ſtola corporis. Si ſic dormierimus, profecto nos ſumus pennæ columbæ deargentatæ. Sicut per columbam deſignatur eccleſia, ſic per pennas columbæ deſignantur ſacerdotes eccleſiæ, qui verbis & exemplis eam ſublevant ad
C cæleſtia. Unde ſponſus de ſponſa dicit in Canticis: *Una eſt columba mea, perfecta mea*. Cujus pennas perfecte propheta deſcribens dicit: *Qui ſunt hi qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?* Pennæ deargentatæ ſunt illi qui Divinis ſunt eloquiis eruditi, ſecundum illud: *Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum*. Hinc alibi dicitur: *Oculi tui ſicut columbæ, quæ lacte ſunt lotæ, ſedentes ſuper fluenta pleniſſima*. Sunt autem pennæ virtutis, pennæ contemplationis, & pennæ doctrinæ. De primis legitur: *Volavit ſuper pennas ventorum*. De ſecundis dicitur: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requie-*
D *ſcam?* De tertiis autem ſcribitur: *Junctæ erant pennæ unius ad alterum*. Porro ſunt pennæ veræ, ſunt quidem & falſæ. Veræ ſunt pennæ juſtorum, qui ſignantur per pennas erodii. Falſæ ſunt pennæ hypocritarum, quæ ſignantur per pennas ſtruthionis. Legitur enim in Job: *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennæ erodii & accipitris*. Pennæ ſumus deſpicientes mundana per vim iraſcibilem dormientes inter medios cleros poſſeſſionis terrenæ. Pennæ columbæ ſimus, appetentes cæleſtia per vim concupiſcibilem, dormientes inter medios cleros beatitudinis ſempiternæ. Pennæ deargentatæ ſimus, intelligentes Divina per vim rationabilem, dormientes inter medios cleros ſacræ ſcripturæ. Nec tantum in præſenti
E ſimus pennæ columbæ deargentatæ, ſed poſteriora dorſi ejus in ſpecie auri. Sicut dorſum laborem vitæ præſentis ſignificat; ſecundum illud, *Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores*: ita poſteriora dorſi requiem futuræ vitæ deſignant, ſecundum illud: *Jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, ſed nec ullus dolor: quoniam priora tranſierunt*. Ergo poſteriora dorſi, id eſt, requies poſt laborem, erit in ſpecie auri, hoc eſt in gloria contemplationis, quæ per fulgorem auri congrue deſignatur: propter illud: *Fulgebunt juſti ſicut ſol in regno patris eorum*. Ad quam gloriam nos perducat Dominus Jeſus Chri-

1 Joan. 2. 2 Cor. 3. Matth. 5. Cant. 6. Iſa. 60. Pſal. 11. Cant. 5. Pſal. 17. Pſal. 54. Ezech. 1. Job 39. Pſal. 128. Apoc. 21. Sap.

ANNO CHRISTI 1215.

Chriſtus, qui eſt Deus benedictus in ſæcula ſæ- A culorum. Amen.

## (1) DECRETA GENERALIS CONCILII LATERANENSIS IV.

### ſub Innocentio Papa III.

### TITULI CAPITULORUM.

1. De fide catholica.
2. De errore abbatis Joachim.
3. De hæreticis.
4. De ſuperbia Græcorum contra Latinos.
5. De dignitate patriarcharum.
6. De conciliis provincialibus.
7. De correctione exceſſuum.
8. De inquiſitionibus.
9. De diverſis ritibus in eadem fide.
10. De prædicatoribus inſtituendis.
11. De magiſtris ſcholaſticis.
12. De communibus capitulis monachorum.
13. De novis religionibus prohibitis.
14. De incontinentia clericorum punienda.
15. De arcenda ebrietate clericorum.
16. De indumentis clericorum.
17. De comeſſationibus prælatorum & negligentia eorum ſuper Divinis officiis.
18. De judicio ſanguinis & duelli clericis interdicto
19. Ne eccleſiæ mundanis ſupellectilibus exponantur.
20. De chriſmate & Euchariſtia ſub ſera conſervanda.
21. De confeſſione facienda, & non revelanda a ſacerdote, & ſaltem in paſcha communicando.
22. Quod infirmi prius provideant animæ quam corpori.
23. Quod eccleſia cathedralis vel regularis ultra D tres menſes non vacet.
24. De electione facienda per ſcrutinium vel compromiſſum.
25. Quod electio facta per ſæcularem poteſtatem non valeat.
26. De pœna indigne confirmantis electionem.
27. De inſtructione ordinandorum.
28. Quod compellantur cedere qui poſtulaverunt licentiam cedendi.
29. Quod nullus habeat duo beneficia cum cura annexa.
30. De idoneitate inſtituendorum in eccleſiis.
31. De filiis canonicorum non inſtituendis cum pa- E tribus.
32. Ut patroni competentem portionem dimittant clericis.
33. De procurationibus non accipiendis ſine viſitatione.
34. De ſubditis non gravandis ſub prætextu ſervitii alicujus.
35. De cauſa appellationis exprimenda.
36. Quod judex poſſit interlocutoriam & comminatoriam ſententiam revocare.
37. De litteris non impetrandis ultra duas diætas, & ſine ſpeciali mandato.
38. De ſcribendis actis, ut probari poſſint.
39. De reſtitutione danda contra poſſeſſorem, qui non rapuit ipſe.
40. De vera poſſeſſione.
41. De continuatione bonæ fidei in omni præſcriptione.
B 42. De ſæculari juſtitia.
43. Ne ſine cauſa clericus fidelitatem laico faciat.
44. Quod conſtitutiones principum non præjudicent eccleſiis.
45. Patronus, qui clericum eccleſiæ occiderit vel mutilaverit, jus patronatus amittit.
46. De talliis a clericis non exigendis.
47. De forma excommunicandi.
48. De modo accuſandi judicem.
49. De pœna excommunicantis injuſtæ.
50. De reſtricta prohibitione matrimonii.
C 51. De pœna contrahentium clandeſtina matrimonia.
52. De teſtimonio de auditu reprobando in cauſa matrimonii.
53. De his qui prædia ſua in fraudem decimarum dant aliis excolenda.
54. Ut decimæ ante tributa ſolvantur.
55. Ut de terris acquirendis, non obſtantibus privilegiis, decimæ dentur.
56. Ne propter pactum aliquorum amittat decimas presbyter parochialis.
57. De interpretandis privilegiorum verbis.
58. De eodem in favorem epiſcoporum.
D 59. Quod nullus religioſus fidejubeat ſine licentia abbatis & conventus.
60. Ut abbates non extendant ſe ad officium epiſcopale.
61. Ne religioſi recipiant decimas de manu laicali.
62. Ne reliquiæ ſanctorum oſtendantur extra capſam: ne novæ habeantur in veneratione ſine Romana eccleſia.
63. De ſimonia.
64. De eadem circa monachos & ſanctimoniales.
65. De eadem circa illicitam pecuniæ extorſionem.
66. De eadem circa cupiditatem clericorum.
E 67. De uſuris Judæorum.
68. Ut Judæi diſcernantur a Chriſtianis in habitu.
69. Ne Judæi publicis officiis præficiantur.
70. Ne converſi ad fidem de Judæis, veterem ritum Judæorum retineant.

---

(1) In Bibliotheca Vaticana duo tantum Exemplaria ſunt hujus concilii. Primum in Cod. 2692. qui Innocentii ipſius temporibus ſcriptus creditur incipit: De Fide Sanctæ Trinitatis. Firmiter credimus &c. Ceterum nullus titulus his Concilii decretis præfigitur, nulla adnotatio ſubſequitur. Codex alter n. 3555. ſcriptus ab annis circiter trecentis, hunc in habet titulum: Incipiunt Conſtitutiones Innocentii III. de fide catholica capitulum 1. Firmiter credimus &c. In fine, poſt ſtatutum de liberanda Terra ſancta additur: De Concilio univerſali ſub Papa Innocentio III. Romæ celebrato. Anno ab Incarnatione Verbi MCCXV. Harduinus.

# CAPITULA.

G. C. Ea græce ac latine damus ex codice Mazarino, qui ejuſdem eſt atque concilium ætatis: in quo Græca Latinis e regione reſpondent. Primum tamen caput, & ſecundi partem, aliaque nonnulla, Latine tantum edimus: quia iis partibus mancus eſt.

Ejus autem aſpectus unus convincere facile poteſt eos, qui decretis hiſce Lateranenſibus derogant fidem. Græca vero interpretatio, eadem ætate facta, utriuſque concordiam eccleſiæ demonſtrabit. Aderant ſiquidem concilio Conſtantinopolitanus & Hieroſolymitanus patriarchæ: miſerant legatos ſuos Alexandrinus & Antiochenus: ex iis patriarchalibus metropolitæ, aliique epiſcopi multi, convenerant. Qui ut ſecum decreta concilii referrent, Græcam in linguam, quamvis ineleganter, immo multis in locis barbare, tranſlata ſunt.

## *I. De fide Catholica.*

Lib. 1. Decretal. Gregorii IX. tit. 1. c. 1. *Firmiter de ſumma Trinit. & fide cath.*

FIrmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quod unus ſolus eſt verus Deus, æternus, & immenſus, omnipotens, incommutabilis, incomprehenſibilis & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus; tres quidem perſonæ, ſed una eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino. Pater a nullo, Filius autem a ſolo Patre, ac Spiritus ſanctus ab utroque pariter, abſque initio ſemper & fine. Pater generans, Filius naſcens, & Spiritus ſanctus procedens; conſubſtantiales & coæquales, coomnipotentes & coæterni, unum univerſorum principium, creator omnium inviſibilium & viſibilium, ſpiritualium & corporalium, qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu & corpore conſtitutam. Diabolus enim & dæmones alii, a Deo quidem natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali: homo vero diaboli ſuggeſtione peccavit.

Hæc ſancta Trinitas ſecundum communem eſſentiam individua, & ſecundum perſonales proprietates diſcreta per Moſen & ſanctos prophetas, alioſque famulos ſuos, juxta ordinatiſſimam diſpoſitionem temporum, doctrinam humano generi tribuit ſalutarem. Et tandem unigenitus Dei Filius Jeſus Chriſtus a tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria ſemper virgine Spiritus ſancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne compoſitus, una in duabus naturis perſona, viam vitæ manifeſtius demonſtravit. Qui cum ſecundum divinitatem ſit immortalis & impaſſibilis, idem ipſe ſecundum humanitatem factus eſt paſſibilis & mortalis: quin etiam pro ſalute humani generis in ligno crucis paſſus & mortuus deſcendit ad inferos, reſurrexit a mortuis, & aſcendit in cœlum. Sed deſcendit in anima, reſurrexit in carne, aſcenditque pariter in utroque: venturus in fine ſæculi judicare vivos & mortuos, & redditurus ſingulis ſecundum opera ſua, tam reprobis, quam electis. Qui omnes cum ſuis propriis corporibus reſurgent, quæ nunc geſtant, ut recipiant ſecundum merita ſua, ſive bona fuerint, ſive mala, illi cum diabolo pœnam perpetuam, & iſti cum Chriſto gloriam ſempiternam.

*Ibidem.*

Una vero eſt fidelium univerſalis eccleſia, extra quam nullus omnino ſalvatur. In qua idem ipſe ſacerdos, & ſacrificium Jeſus Chriſtus: cujus corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur; tranſubſtantiatis, pane in corpus, & vino in ſanguinem, poteſtate Divina, ut ad perficiendum myſterium unitatis accipiamus ipſi de ſuo quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc utique ſacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui fuerit rite ordinatus ſecundum claves eccleſiæ, quas ipſe conceſſit apoſtolis & eorum ſucceſſoribus Jeſus Chriſtus.

Sacramentum vero baptiſmi, quod ad invocationem individuæ Trinitatis, videlicet Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, conſecratur in aqua, tam parvulis quam adultis, in forma eccleſiæ a quocumque rite collatum, proficit ad ſalutem.

Et ſi poſt ſuſceptionem baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam ſemper poteſt reparari. Non ſolum autem virgines & continentes, verum etiam conjugati, per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem pervenire.

## *II. De errore abbatis Joachim.*

Decretal. Gregor. IX. l. 1. de ſumma Trinit. & fide cath. t. 1. c. 2. *Damnamus ergo.*

Damnamus ergo, & reprobamus libellum, ſive tractatum, quem abbas Joachim edidit contra magiſtrum Petrum Lombardum de unitate ſeu eſſentia Trinitatis, appellans ipſum hæreticum & inſanum, pro eo quod in ſuis dixit ſententiis, quoniam quædam ſumma res eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus, & illa non eſt generans, neque genita, nec procedens. Unde aſſerit quod ille non tam Trinita-

tem quam quaternitatem adſtruebat in Deo, videlicet tres perſonas, & illam communem eſſentiam quaſi quartam: manifeſte proteſtans quod nulla res eſt quæ ſit Pater & Filius & Spiritus ſanctus, nec eſt eſſentia, nec ſubſtantia, nec natura: quamvis concedat quod Pater & Filius & Spiritus ſanctus ſunt una eſſentia, una ſubſtantia, unaque natura. Verum unitatem hujuſmodi non veram & propriam, ſed quaſi collectivam & ſimilitudinariam eſſe fatetur: quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una eccleſia, juxta illud: *Multitudinis credentium erat cor unum & anima una*. &: *Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt cum illo*. Item: *Qui plantat & qui rigat unum ſunt*, &: *Omnes unum corpus ſumus in Chriſto*. Rurſus in libro Regum: *Populus meus & populus tuus unum ſunt*. Ad hanc autem ſententiam adſtruendam illud potiſſimum verbum inducit, quod Chriſtus de fidelibus inquit in Evangelio: *Volo Pater ut ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus, ut ſint conſummati in unum*. Non enim, ut ait, fideles Chriſti ſunt unum, id eſt, una quædam res quæ communis ſit omnibus, ſed * hic modo ſunt unum, id eſt una eccleſia propter catholicæ fidei unitatem, & tandem unum regnum propter unionem indiſſolubilis caritatis. Quemadmodum in canonica Joannis epiſtola legitur: *Quia tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus; & hi tres unum ſunt*. Statimque ſubjungitur: *Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis; & tres unum ſunt*, ſicut in codicibus quibuſdam invenitur.

Act. 4. 1. Cor. 6. Joann. 3. & 11. 3. Reg. 22. Joan. 17.

* Mss. ſed modo

1. Joan. 5.

Nos autem, ſacro & univerſali concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, quod una quædam ſumma res eſt, incomprehenſibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, tres ſimul perſonæ; ac ſingulatim quælibet earumdem. Et ideo in Deo trinitas eſt ſolummodo, non quaternitas: quia quælibet trium perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſentia, ſive natura Divina, quæ ſola eſt univerſorum principium, præter quod aliud inveniri non poteſt. Et illa res non eſt generans, neque genita, nec procedens: ſed eſt Pater qui generat, Filius qui gignitur, & Spiritus ſanctus qui procedit: ut diſtinctiones ſint in perſonis, & unitas in natura. Licet igitur alius ſit Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus, non tamen aliud: ſed id quod eſt Pater, eſt Filius, & Spiritus ſanctus, idem omnino: ut ſecundum orthodoxam & catholicam fidem conſubſtantiales eſſe credantur. Pater enim ab æterno Filium generando, ſuam ſubſtantiam ei dedit, juxta quod ipſe teſtatur: *Pater quod dedit mihi majus eſt omnibus*. Ac dici non poteſt quod partem ſuæ ſubſtantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipſe ſibi: cum ſubſtantia Patris indiviſibilis ſit, utpote ſimplex omnino. Sed nec dici poteſt quod Pater in Filium tranſtulerit ſuam ſubſtantiam generando, quaſi ſic dederit eam Filio, quod non * retinuerit ipſam ſibi: alioquin deſiiſſet eſſe ſubſtantia. Pater er-

Decretal. Greg. IX l. 1. de ſumma Trinit. t. 1. c. 2. §. 1. *Nos autem*.

*Joan.* 10. *In græca eſt,* Pater, qui dedit mihi, major eſt omnibus.

*In cod. Navarino deeſt negatio, cum*

A ῥῆμα ἐνεισάγει, ὅπερ ὁ χριστὸς περὶ τῶν πιστῶν λέγει ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· θέλω, πάτερ, ἵνα ὦσιν ἓν ἐν ἡμῖν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἓν ἐσμέν. ἵνα ὦσι πεπληρωμένοι εἰς ἕν. οὐ γάρ, ὡς εἶπεν, οἱ πιστοὶ τοῦ χριστοῦ εἰσὶν ἕν, ἤγουν ἕν τι πρᾶγμα ὃ κοινὸν εἰς * ἅπασιν. ἀλλὰ νῦν εἰσὶν ἕν, ἤτοι μία ἐκκλησία διὰ τὴν καθολικὴν τῆς πίστεως ἕνωσιν, καὶ τέλος μία βασιλεία, διὰ τὴν ἑνότητα τῆς ἀδιαλύτου ἑνώσεως. ὃν τρόπον ἐν τῇ κανονικῇ τοῦ Ἰωάννου ἐπιστολῇ ἀναγινώσκεται, ὅτι τρεῖς εἰσὶν οἱ μαρτυροῦντες ἐν οὐρανῷ, ὁ πατήρ, λόγος, καὶ πνεῦμα ἅγιον. καὶ τοῦτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσιν. εὐθύς τε προστίθησι . . . . . . . . .

B . . . . . . . καθὼς ἔν τισι κώδηξιν εὑρίσκεται.

* Corr. εἰσ

Ἡμεῖς δέ, τῆς ἁπάσης οἰκουμενικῆς συνόδου δοκιμαζούσης, πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν μετὰ Πέτρου, ὅτι ἕν τι ἀκρότατον πρᾶγμά ἐστιν, ἀκατάληπτόν τε καὶ ἄφατον, ὅπερ ἀληθῶς ἐστι, πατήρ, καὶ υἱός, καὶ πνεῦμα ἅγιον, τρία * ὅμοια πρόσωπα, καὶ ἰδίως ἕκαστον αὐτῶν. καὶ διὰ τοῦτο ἐν θεῷ τριάς ἐστι μόνον, οὐ τετράς· ὅτι ἕκαστον τῶν τριῶν προσώπων, ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ C πρᾶγμα, ἤγουν οὐσία, ὕπαρξις, ἢ καὶ φύσις θεία, ἥτις μόνη ἐστὶν ἁπάντων ἀρχή· παρ' ἣν ἄλλα εὑρεθῆναι οὐ δύναται. κἀκεῖνο τὸ πρᾶγμα, οὐκ ἔστι γεννῶν, οὔτε γεννητόν, οὔτε ἐκπορευτόν. ἀλλ' ἔστι πατὴρ ὁ γεννῶν, καὶ υἱὸς ὁ γεννώμενος, καὶ πνεῦμα τὸ ἐκπορευόμενον· ἵνα διαστολαὶ ὦσιν ἐν τοῖς προσώποις, καὶ ἑνότης ἐν τῇ φύσει. κἂν γοῦν ἄλλος εἴη ὁ πατήρ, ἄλλος ὁ υἱός, καὶ ἄλλος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὅμως οὐκ ἄλλο ἀλλὰ τοῦτο, ὅ, τι ὁ πατήρ, καὶ ὁ υἱὸς καὶ πνεῦμα ἅγιον, τουτὸ ὅλως· ἵνα κατὰ τὴν ὀρθόδοξον καὶ καθολικὴν πίστιν ὁμοούσια εἶναι πιστεύωνται. ὁ πατὴρ γὰρ ἐξ αἰῶνος γεννῶν τὸν υἱόν, τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν αὐτῷ δέδωκεν, ὡς αὐτὸς μαρτυρεῖ· πατήρ ὃς δέδωκέ μοι D μείζων πάντων ἐστί· καὶ λέγεσθαι οὐ δύναται, ὅτι ὁ πατὴρ μέρος τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας ἐκείνῳ ἐδεδώκει, καὶ μέρος ἐπεκράτησεν αὐτὸς ἑαυτῷ· ἐπειδὴ ἡ ὑπόστασις τοῦ πατρὸς ἀδιαίρετός ἐστιν, ὡς ἁπλῆ ὅλως. ἀλλ' οὔτε λέγεσθαι δύναται, ὅτι ὁ πατὴρ εἰς υἱὸν μετήνεγκε τὴν οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ, γεννῶν· ὡς δῆθεν οὕτως ἐδεδώκει ταύτην τῷ υἱῷ, ὡς * ἐπικρατῆσαι ταύτην ἑαυτῷ· ἄλλως γὰρ ἐξέλιπεν ἂν εἶναι ὑπόστασις· ἀνέφακται τοίνυν ὅτι δίχα τινὸς ἐλλείψεως ὁ υἱὸς γεννώμενος, τὴν [illegible]αν τοῦ πατρὸς ἀνέλαβεν· καὶ

οὕτως

* Corr. οἷα

deeſt οὐκ

ANNO CHRISTI 1215.

ὅπως ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἔχουσι τὴν αὐτὴν οὐσίαν· καὶ οὕτω τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἐστὶν, ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

A go quod ſine ulla diminutione Filius naſcendo ſuaſtantiam Patris accepit, & ita Pater & Filius habent eamdem ſubſtantiam, & ſic eadem res eſt Pater & Filius, nec non & Spiritus ſanctus ab utroque procedens.

ANNO CHRISTI 1215. in Græco, tum in Latino. Sed retinendam eſſe, cenſui admonet, & Codex decretalium. Ibidem deeſt, ab utroque procedens tum in Gr. tum in Lat.

Ὅτι γοῦν ἡ ἀλήθεια ὑπὲρ τῶν πιστῶν αὐτῆς εὔχεται πρὸς τὸν πατέρα, ἐθέλω, εἰπὼν, ἵνα αὐτοὶ ὦσιν ἓν ἐν ἡμῖν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἓν ἐσμέν· τοῦτο τὸ ὄνομα ὑπὲρ τῶν πιστῶν μὲν λαμβάνεται, ἵνα νοεῖται ἐν τῷ ἑνὶ τῆς ἀγάπης ἡ χάρις. ὑπὲρ τῶν προσώπων δὲ τῶν θείων, ἵνα προσέχηται ἡ τῆς ταυτότητος ἕνωσις ἐν τῇ οὐσίᾳ. ὃν τρόπον ἀλλαχοῦ ἡ ἀλήθεια ἔφη· γίνεσθε * τέλειοι, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος, τέλειος ἐστίν. ὡς εἴπερ ἔλεγε φανερώτερον· γίνεσθε τέλειοι ἐν τελειότητι χάριτος, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν τέλειος ἐστὶν ἐν τελειότητι φύσεως· ἀμφότερα δηλαδὴ τῷ ἰδίῳ τρόπῳ· ὅπερ ἀνάμεσον τοῦ κτιστοῦ καὶ κτίσεως οὐ δύναται τοσαύτη ὁμοίωσις διαγραφῆναι, ὡς μὴ μέσον αὐτῶν μείζονα τὴν ἀνομοιότητα διαγράφεσθαι.

* Non utitur verbis textus Græci. Præterea legit. Pater noſter, non veſter.

Cum ergo Veritas pro fidelibus ſuis ad Patrem orat: *Volo*, inquiens, *ut ipſi ſint unum in nobis*, *ſicut & nos unum ſumus*: hoc nomen, *unum* *, pro fidelibus quidem accipitur, ut intelligatur unio * caritatis in gratia: pro perſonis vero Divinis, ut attendatur identitatis in natura unitas, quemadmodum Veritas alibi ait: *Eſtote perfecti* B *ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*: ac ſi diceret manifeſtius: Eſtote perfecti perfectione gratiæ, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt perfectione naturæ: utraque videlicet ſuo modo: quia inter creatorem & creaturam non poteſt tanta ſimilitudo notari, quin inter eos major ſit diſſimilitudo notanda.

Joan. 17. * deeſt in Gr. unum. Cod. Max. in uno, caritatis gratia. hoc eſt in hac voce, unum

Εἴ τις τοιγαροῦν τὴν ἀπόφασιν ἢ διδαχὴν τοῦ προρρηθέντος Ἰωαχεὶμ ἐν τούτῳ τῷ μέρει περιέπειν ἢ ἐπαινεῖν τολμήσῃ, ὡς αἱρετικὸς παρὰ πάντων ὁμολογείσθω. ἐν οὐδενὶ πῶς διὰ τοῦτο τὴν μονὴν τοῦ * φλώρου, ἧς ὁ . . . . Ἰωαχεὶμ ἦν διατάκτωρ, θέλομεν ἀποβάλλεσθαι. ἐπεὶ κανονικὴ σύστασις ἐστὶ, καὶ παρατήρησις σωτήριος· μάλιστα ἐπεὶ ὁ αὐτὸς Ἰωαχεὶμ πάντα τὰ συγγράμματα αὐτοῦ ἡμῖν ἀποδοθῆναι ἐνετείλατο, τῇ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου κρίσει κυρωθησόμενα, ἤτε διορθωθησόμενα· ἐκθέμενος ἐπιστολὴν, ἣν τινι τῇ οἰκείᾳ χειρὶ ὑπεγράψατο. ἐν ᾗ στερεῶς ὁμολογεῖ ἑαυτὸν ἐκείνην τὴν πίστιν κρατεῖν, ἣν ἡ ῥωμαϊκὴ κρατεῖ ἐκκλησία· ἥτις, οἰκονομοῦντος θεοῦ, πάντων τῶν πιστῶν μήτηρ ἐστὶ καὶ διδάσκαλος.

* αὐτοῦ

Si quis igitur ſententiam ſive doctrinam præfati Joachim in hac parte de- C fendere vel approbare præſumpſerit: tanquam hæreticus ab omnibus * confutetur. In nullo tamen per hoc Florenſi monaſterio, cujus ipſe Joachim extitit inſtitutor, volumus derogari: quoniam ibi & regularis inſtitutio eſt & obſervantia ſalutaris, maxime cum idem Joachim omnia ſcripta ſua nobis aſſignari mandaverit, apoſtolicæ ſedis judicio approbanda, ſeu etiam corrigenda: dictans epiſtolam cui propria manu ſubſcripſit, in qua fir- D miter confitetur ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet eccleſia, quæ cunctorum fidelium, diſponente Domino, mater eſt & magiſtra.

Lib. 1. Decreta. Greg. IX. t. 1. c. 2. §. 2. Si quis
Cod. Max. confitetur.

Ἀποδοκιμάζομεν δὲ καὶ καταδικάζομεν τὸ στρεβλότατον δόγμα τοῦ ἀσεβοῦς Ἀλμαρίκου, οὗ τὴν διάνοιαν οὕτως ὁ πατὴρ τοῦ ψεύδους ἐξετύφλωσεν, ὡς τὴν αὐτοῦ διδαχὴν οὐ τόσον αἱρετικὴν κριθῆναι, ὅσον δὴ καὶ ἀσύνετον.

Reprobamus etiam & damnamus perverſiſſimum dogma impii * Amalrici, cujus mentem ſic pater mendacii excæcavit, ut ejus doctrina non tam hæretica cenſenda ſit, quam inſana.

Ibidem.
* Almarici.

γ´. Περὶ ἀφορισμοῦ καὶ καταδικασμοῦ αἱρετικῶν.

*III. De hæreticis.*

MS. Max. De excommunicatione & condemnatione hæreticorum.

Ἀφορίζομεν οὖν καὶ ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν ἐπαίρουσαν ἑαυτὴν κατὰ ταύτης τῆς ἁγίας καὶ ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς πίστεως, ἣν ἀνωτέρως ἐξεθέμεθα· καταδικάζοντες ἅπαντας αἱρετικοὺς οἱοισδήτισιν ὀνόμασι κρίνοιντο, προσόψεις μὲν ἔχοντας διαφόρους, ἀλλ' οὐρὰς ἐπάλληλα συνδεδεμένας, ὅτι ἐκ ματαιότητος συνέρχονται ἐπὶ τὸ αὐτό.

E Excommunicamus & anathematizamus omnem hæreſim extollentem ſe adverſus hanc ſanctam, orthodoxam, catholicam fidem, quam ſuperius expoſuimus: condemnantes univerſos hæreticos, quibuſcumque nominibus cenſeantur; facies quidem habentes diverſas, ſed caudas ad invicem colligatas, quia de * vanitate conveniunt in idipſum.

L. 5. Decretal. Greg. IX. t. 7. c. 13 Excommunicamus.
* varietate

Κατακριθέντες δὲ, ταῖς παρούσαις κοσμικαῖς ἐξουσίαις, ἢ τοῖς αὐτῶν πράκτορσι, καταλείπεσθωσαν, κατανοήσει προσηκούσῃ τιμωρηθησόμενοι· τῶν κληρικῶν πρότερον ἀπὸ τῶν ἰδίων τάξεων καθαιρέντων· οὕτως ἵνα τὰ ἀγαθὰ τῶν τοιούτων κατακρίτων, ἐὰν λαϊκοὶ ὦσιν, φισκωθῶσι· εἰ

Damnati vero, ſæcularibus poteſtatibus præſentibus, aut eorum bailivis, relinquantur animadverſione debita puniendi, clericis prius a ſuis ordinibus degradatis: ita quod bona hujuſmodi damnatorum, ſi laici fuerint, confiſcentur:

Ibid. §. 1. Damnati

tur: ſi vero clerici, applicentur eccleſiis A δὲ κληρικοὶ, προσκυρωθῶσι ταῖς ἐκκλησίαις a quibus ſtipendia perceperunt. παρ' ὧν τὰ ὀψώνια ἐδέξαντο.

*Ibid. §. 2. Qui autem.*

Qui autem inventi fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi juxta conſiderationes* ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtraverint, anathematis gladio feriantur, & uſque ad ſatisfactionem condignam Οἵτινες δὲ εὑρεθήσονται μόνῃ τῇ ὑποψίᾳ σεσημειωμένοι, εἰ μὴ κατὰ νόησιν τῆς ὑποψίας, τῆς ποιότητός τε τοῦ προσώπου, τὴν ἰδίαν ἀθωότητα προσηκούσῃ καθάρσει δείξωσιν, ἀναθέματος ῥομφαίᾳ χρησθήτωσαν, καὶ ἄχρις ἱκανοποιίας ἀξίας ab omnibus evitentur; ita quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, extunc velut hæretici condemnentur.

** conſiderationem Deeſt hic ſolium in codice Mazarino Græco & Latino.*

*Ibid. §. 3. Moneantur.*

Moneantur autem & inducantur, &, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur ſæculares poteſtates, quibuſcumque fungantur officiis, ut ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defenſione fidei præſtent publice juramentum, quod de terris ſuæ juriſdictioni ſubjectis univerſos hæreticos ab eccleſia denotatos bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt: ita quod amodo, quandocumque quis fuerit in poteſtatem * ſive ſpiritalem, ſive temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum juramento firmare.

** ſive perpetuam, ſive temporalem. Ibidem.*

Si vero dominus temporalis requiſitus & monitus ab eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hac hæretica fœditate, per metropolitanum & ceteros comprovinciales epiſcopos excommunicationis vinculo innodetur. Et, ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ſignificetur hoc ſummo pontifici: ut extunc ipſe vaſſallos ab ejus fidelitate denunciet abſolutos, & terram exponat catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis ſine ulla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſervent: ſalvo jure domini principalis, dummodo ſuper hoc ipſe nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilo minus lege ſervata circa eos qui non habent dominos principales.

*Ibid. §. 4. Catholici.*

Catholici vero, qui crucis aſſumpto charactere ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque ſancto privilegio ſint muniti, quod accedentibus in terræ ſanctæ ſubſidium conceditur.

*Ibid. §. 5. Credentes.*

Credentes vero, præterea * receptores, defenſores & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus ſubjacere: firmiter ſtatuentes, ut poſtquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, extunc ipſo jure ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu conſilia, nec ad eligendos aliquos ad hujuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtandi liberam habeat facultatem *, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat.

** Mſ. Dacherianum receptatores.*

Nullus præterea ipſi ſuper quocumque negotio*, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quod ſi forte judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, ejus inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti, ſed cum authore damnato damnentur. Et in ſimilibus idem præcipimus obſervari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur: ut in quo major eſt culpa, gravior exerceatur vindicta.

** MS. Dacherianum factionem.*
** MS. Maz. addit. reſpondeat.*

B Πρὸς τούτοις μηδεὶς αὐτῷ ἐπί οἱᾳδήτινι πραγματείᾳ ἀπολογησάσθω· ἀλλ' αὐτὸς ἄλλοις ἀπολογεῖσθαι ἀναγκαζέσθω. ὡς ἐὰν ἴσως κριτὴς εἴη, ἡ ἀπόφασις αὐτοῦ μηδεμίαν ἐχέτω στερεότητα, μήτε δίκαιον τινὲς εἰς τὴν ἀκοὴν αὐτοῦ προσφερέσθωσαν. ἐὰν εἴη συνήγορος, ἡ δικαιολογία αὐτοῦ μηδαμῶς προσδεχθήτω· εἰ νομικὸς, τὰ ἐκτεθέντα αὐτοῦ ἔγγραφα μηδεμιᾶς ὅλως ἔστωσαν μονιμότητος, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ποιητοῦ καταδικασθέντος καταδικαζέσθωσαν. καὶ ἐν τοῖς ὁμοίοις τὸ αὐτὸ προστάσσομεν φυλαχθῆναι. εἰ C δὲ κληρικὸς εἴη, ἀπὸ παντὸς ὀφφικίου καὶ ἱδιαιροῦ καθαιρείσθω· ἵνα ἐν ᾧ μεῖζον ἐστὶ τὸ πταῖσμα, βαρυτέρα ἐκδίκησις εἰσπραχθῇ.

*Ibidem.*

Si qui autem tales, poſtquam ab eccleſia denotati fuerint, evitare contempſerint: excommunicationis ſententia uſque ad ſatisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant hujuſmodi peſtilentibus * eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos Chriſtianæ præſumant ſepulturæ tradere, nec eleemoſynas, aut oblationes eorum accipiant: alioquin ſuo D priventur officio, ad quod nunquam reſtituantur abſque indulto ſedis apoſtolicæ ſpeciali. Similiter quilibet regulares, quibus hoc etiam infligatur, ut eorum privilegia in illa diœceſi non ſerventur, in qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare.

** Gr. interpres legebat eventibus.*

Εἰ δέ τινες τοὺς τοιούτους, μετὰ τὸ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας σεσημειῶσθαι, περικκλίνειν ἀμελήσωσιν, ἀφορισμοῦ ἀποφάσει, ἕως ἱκανοποιίας προσηκούσης, περισφιγχθήτωσαν. οἱ κληρικοὶ δὲ μὴ δότωσαν τοῖς τοιούτοις αἰτοῦσι τὰ ἐκκλησιαστικὰ μυστήρια· μήτ' αὐτοὺς χριστιανικῇ παραδοῦναι ταφῇ· μήτε τὰς ἐλεημοσύνας ἢ προσφορὰς αὐτῶν προσδεξάσθωσαν· εἰ δ' οὐχί. τοῦ D ἑαυτοῦ * στερείσθωσαν ὀφφικίου, πρὸς ὃ μηδέποτε ἀποκατασήσαιντο, χωρὶς ἰδικοῦ ἐνταλματος τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου· ὁμοίως . . . . κανονικοὶ, οἷς τοῦτο μᾶλλον ἐπιτιμάσθω, ἵνα τὰ αὐτῶν προνόμια ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐνορίᾳ μὴ φυλαχθῶσιν, ἐν ᾗ τοιαύτας ἐκστάσεις τολμήσουσιν ἐπιπλεῖν.

** Corr. ἑαυτῶν.*

Exu-

ANNO CHRISTI 1215.

Ἐπειδὴ δέ τινες ὑπὸ εἶδος εὐσεβείας, τὴν A δύναμιν αὐτῆς, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου, ἠρνημένοι, αὐθεντίαν ἑαυτοῖς ἐκδικοῦσι τοῦ κηρύττειν, ὡς αὐτὸς φησὶν ὁ ἀπόστολος· πῶς κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσιν; πάντες οἵτινες κεκωλυμένοι, ἢ οὐκ ἀπεσταλμένοι, παρὰ τὴν ἐκ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, ἢ τοῦ καθολικοῦ ἐπισκόπου ληφθεῖσαν αὐθεντίαν, δημοσίως, ἢ ἰδίᾳ, κηρύγματος ὀφφίκιον ἁρπάσαι τολμήσωσιν, ἀφορισμοῦ δεσμῷ δεσμείσθωσαν· κἂν εἰ μὴ τάχιον μεταστραφῶσιν, ἄλλῃ προσηκούσῃ ποινῇ περιπλακείσθωσαν.

Προστίθεμεν ἐπὶ τούτοις, ἵνα ἕκαστος ἀρχιεπίσκοπος ἢ ἐπίσκοπος, δι' ἑαυτοῦ, ἢ τοῦ ἀρχιδιακόνου αὐτοῦ, ἢ δι' ἄλλων σεμνῶν καὶ ἱκανῶν προσώπων, δὶς ἢ κἂν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν ἰδίαν ἐνορίαν, ἐν ᾗ φήμη ἐστὶ αἱρετικοὺς κατοικεῖν, περιάγοιτο. κἀκεῖσε τρεῖς ἢ πλείους εὐμαρτυρήτους ἄνδρας, ἢ καὶ ἐὰν συμφέρειν ἴδῃ, ὅλην τὴν γειτονίαν ὀμνύειν ἀναγκαζέτω, ὡς ἐάν τις αὐτόθι αἱρετικοὺς γνῷ, ἢ τινὰς κεκρυμμένας συναγωγὰς ἐκτελοῦντας, ἢ ἀπὸ τῆς κοινῆς ἀναστροφῆς τῶν πιστῶν βίῳ καὶ ἤθεσι διεστῶτας, αὐτοὺς τῷ ἐπισκόπῳ σπουδάσει δεικνύειν· αὐτὸς δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἐνώπιον αὐτοῦ συγκαλείτω τοὺς κατηγορουμένους, οἵτινες, εἰ μὴ ἑαυτοὺς ἐκ τῆς ἐπιτιθεμένης κατακρίσεως,

Quia vero nonnulli ſub ſpecie pietatis, virtutem ejus, juxta quod ait Apoſtolus, abnegantes, authoritatem ſibi vendicant prædicandi, cum idem apoſtolus dicat: *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* omnes qui prohibiti, vel non miſſi, præter authoritatem ab apoſtolica ſede, vel catholico epiſcopo loci ſuſceptam, publice vel privatim prædicationis officium uſurpare præſumpſerint, ex communicationis vinculo innodentur: &, B niſi quantocius reſipuerint, alia competenti pœna plectantur.

(Ibid. §. 6. *In Mſ. Dacheriano quartum hoc capitulum eſt, cum hoc titulo:* De eo ne quis prædicet niſi miſſus. *Sequens autem capitulum, quod hic quartum eſt, ibi eſt quintum atque ita deinceps.*)

Adjicimus inſuper, ut quilibet archiepiſcopus vel epiſcopus, per ſe, aut per archidiaconum ſuum, vel * idoneas perſonas honeſtas, bis aut ſaltem ſemel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat: & ibi tres vel plures boni teſtimonii viros, vel etiam, ſi expedire videbitur, totam viciniam, jurare com-C pellat: quod ſi quis ibidem hæreticos ſciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, ſeu a communi converſatione fidelium vita & moribus diſſidentes, eos epiſcopo ſtudeat indicare. Ipſe autem epiſcopus ad præſentiam ſuam convocet accuſatos: qui niſi ſe ab objecto reatu purgaverint, vel ſi poſt purgationem exhibitam in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, canonice puniantur. Si qui vero ex eis juramenti religionem obſtinatione damnabili reſpuentes, jurare forte noluerint; ex hoc ipſo tanquam hæretici reputentur.

(Ibid. §. 7. *Mſ. Dacher.* vel alias hon. idoneaſque perſon.)

(Ibidem §. 8.) Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus, ut ad hæc efficaciter exequenda epiſcopi per diœceſes ſuas diligenter invigilent, ſi canonicam effugere voluerint ultionem. Si quis enim epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticæ pravitatis fermento negligens fuerit vel remiſſus: cum id certis indiciis apparuerit, & ab epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui velit & poſſit hæreticam confundere pravitatem.

## *IV. De ſuperbia Græcorum contra Latinos.*

(L. 5. Decretal. tit. 41. de baptiſmo c. 6. *Licet Græcos.*) Licet Græcos in diebus noſtris ad obedientiam ſedis apoſtolicæ revertentes fovere & honorare velimus, mores ac ritus eorum, in quantum cum Domino poſſumus, ſuſtinendo: in his tamen, illis deferre nec volumus nec debemus, quæ periculum generant animarum, & eccleſiaſticæ derogant honeſtati. Poſtquam enim Græcorum eccleſia cum quibuſdam complicibus ac fautoribus ſuis ab obedientia ſedis apoſtolicæ ſe ſubtraxit: in tantum Græci cœperunt abominari Latinos, quod inter alia quæ in derogationem eorum impie committebant, ſi quando ſacerdotes Latini ſuper eorum celebraſſent altaria, non prius ipſi ſacrificare volebant in illis, quam ea tanquam per hoc inquinata laviſſent. Baptizatos etiam a Latinis & ipſi Græci rebaptizare auſu temerario præſumebant: & adhuc, ſicut accepimus, quidam agere hoc non verentur. Volentes ergo tantum ab eccleſia Dei ſcandalum amovere, ſacro ſuadente concilio, diſtricte præcipimus, ut talia de cetero non præſumant, conformantes ſe tanquam obedientiæ filii ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ matri ſuæ, ut ſit unum ovile, & unus paſtor. Si quis autem quid tale præſumpſerit, excommunicationis mucrone percuſſus, ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico deponatur.

## *V. De dignitate Patriarcharum.*

(Decretal. Gregor. IX. l. 5. tit. 33. de privilegiis c. 23. *Antiqua.*) Antiqua patriarchalium ſedium privilegia renovantes, ſacra univerſali ſynodo approbante, ſancimus ut poſt Romanam eccleſiam, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, utpote mater univerſorum Chriſti

ANNO CHRISTI 1215.

ſti fidelium & magiſtra, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineant, ſervata cuilibet propria dignitate: ita quod poſtquam eorum antiſtites a Romano pontifice receperint pallium, quod eſt plenitudinis officii pontificalis inſigne, præſtito ſibi fidelitatis & obedientiæ juramento, licenter & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, recipientes pro ſe profeſſionem canonicam, & pro Romana eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem.

Dominicæ vero crucis vexillum ante ſe faciant ubique deferri, niſi in urbe Romana, & ubicumque ſummus pontifex præſens extiterit, vel ejus legatus utens inſigniis apoſtolicæ dignitatis.

In omnibus autem provinciis eorum juriſdictioni ſubjectis, ad eos, cum neceſſe fuerit, provocetur: ſalvis appellationibus ad ſedem apoſtolicam interpoſitis, quibus eſt ab omnibus humiliter deferendum.

### *VI. De conciliis provincialibus.*

Ibid. tit. 1. de accuſat. c. 25. *Sicut olim.*

Sicut olim a ſanctis patribus noſcitur inſtitutum, metropolitani ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis provincialia non omittant concilia celebrare. In quibus de corrigendis exceſſibus, & moribus reformandis, præſertim in clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum, canonicas regulas, & maxime quæ ſtatutæ ſunt in hoc generali concilio, relegentes, ut eas faciant obſervari, debitam pœnam traſgreſſoribus infligendo. Ut autem id valeat efficacius adimpleri, per ſingulas diœceſes ſtatuant idoneas perſonas, providas videlicet & honeſtas, quæ per totum annum ſimpliciter, & de plano, abſque ulla juriſdictione ſolicite inveſtigent quæ correctione vel reformatione ſint digna, & ea fideliter perferant ad metropolitanum & ſuffraganeos, & alios in concilio ſubſequenti: ut ſuper his & aliis, prout utilitati & honeſtati congruerit, provida deliberatione procedant; & quæ ſtatuerint, faciant obſervari, publicantes ea in epiſcopalibus ſynodis annuatim per ſingulas diœceſes celebrandis. Quiſquis autem hoc ſalutare ſtatutum neglexerit adimplere, a ſuis beneficiis & executione officii ſuſpendatur, donec per ſuperioris arbitrium * ejus relaxetur.

• *for.* ejus ſuſpenſio

### *VII. De * correctione exceſſuum.*

• *MS. Max.* De corrigendis exceſſibus ſubditorum.

Ibid. l. 1. tit. 31. de officio judicis ord. c. 13. *Irrefragabili.*

Irrefragabili conſtitutione ſancimus, ut eccleſiarum prælati ad corrigendos ſubditorum exceſſus, maxime clericorum, & reformandos mores, prudenter & diligenter intendant, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur. Ut autem correctionis & reformationis officium libere valeant exercere: decernimus ut executionem ipſorum nulla conſuetudo vel appellatio valeat impedire, niſi formam exceſſerint in talibus obſervandam.

Ibid.

Exceſſus tamen canonicorum eccleſiæ cathedralis, qui conſueverunt corrigi per capitulum, per ipſum in illis eccleſiis (quæ talem hactenus conſuetudinem habuerunt) ad commotionem vel juſſionem epiſcopi corrigantur infra terminum competentem ab epiſcopo præfigendum. Alioquin extunc epiſcopus Deum habens præ oculis, omni * contradictione ceſſante, ipſos, prout animarum cura exegerit, per cenſuram eccleſiaſticam corrigere non poſtponat.

• *In cod. Max. deeſt tum Græce tum Latine:* omni contrad. ceſſante. *Vet. idem in Mſ. Ducber. Deſunt in iiſdem codici-*

* Sed & alios eorum exceſſus corrigere non omittat, prout animarum cauſa requirit, debito tamen ordine in omnibus ob-

A ϗ σεμνότητι ἁρμόσοι προνοητικῶ . . . . * προβῶσι ϗ αὐτὰ τὰ κατασαθέντα ποι . . . . . . . δημόσια ἐν ταῖς ἐπισκοπικαῖς συνόδοις, ταῖς ἐτήσιον ἀν̓ ἑκάστην ἐνορίαν ἐπιτελεσθησομέναις· εἰ δέ τις ταύτην τὴν σωτήριον σύστασιν ἀμελήσει ἐκπληροῦν, ἀπὸ τῆς τοῦ ἰδίου ὀφφικίου ἐξακολουθήσεως. . . . . . . . . . .

• Mendoſe ſcriptum erat προβάσι

### ζʹ. Εἰς τὸ διορθώσειν τὰς ἐκστάσεις τῶν ὑπηκόων.

Απαραθραύστῳ διατάξει θεσπίζομεν, ἵνα τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες εἰς τὸ διορθώσειν τὰς B τῶν ὑπηκόων ἐκστάσεις, ϗ μάλιστα τῶν κληρικῶν, ϗ ἀνατυπωθῆναι τὰ ἤθη, φρονίμως ϗ ἐπιμελῶς προσέξωσι. ὡς ἂν μὴ τὸ αἷμα αὐτῶν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν ἐκζητηθῇ. ἵνα δὲ τὸ τῆς διορθώσεως ϗ ἀνατυπώσεως ὀφφίκιον ἐλευθέρως δυνηθῶσιν ἐξετάζειν. κρίνομεν ὅπως ἐξ ἀφορμῆς τινῶν μηδεμία συνήθεια δυνήσοιτο ἐμποδίζειν· εἰ μὴ τοῦ μέτρου ἐκστῶσι τοῦ ἐν τοῖς τοιούτοις τηρηθησομένου.

Αἱ ἐκστάσεις δὲ τῶν κανονικῶν τῆς καθεδρικῆς ἐκκλησίας, αἱ δυνάμεναι διορθωθῆναι διὰ τοῦ καπιτούλου, δι᾽ αὐτοῦ ἐν αὐταῖς ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς τοιαύτην συνήθειαν ἐχούσαις, παραινέσει C ϗ ἐπιτάξει τοῦ ἐπισκόπου διορθούσθωσαν ἐν τῆς διορίας αὐτάρκως παρὰ τοῦ ἐπισκόπου προταγησομένης. εἰ δὲ μὴ· ὁ ἐπίσκοπος θεὸν ἔχων πρὸ ὀφθαλμῶν, αὐτοὺς, ὡς ἡ τῶν ψυχῶν φροντὶς παραλήψει, διὰ κρίσεως κανονικῆς διορθοῦν μὴ παραγκωνισάσθω.

. . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . .

Et-

ANNO CHRISTI 1215.

Επειδὰν ἐὰν οἱ κανονικοὶ δίχα φανερᾶς καὶ εὐλό- γου αἰτίας, μάλιστα πρὸς ἐξουθενισμὸν τοῦ ἐπισκόπου, παύσωσιν ἀπὸ τῶν θείων· ὁ ἐπίσκοπος οὐχ ἧττον, εἰ θελήσοι, ἐπιτελείτω ἐν τῇ καθεδρικῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ ὁ μητροπολίτης εἰς τὴν κραυγὴν αὐτοῦ, ὡς ἐκεῖνο τοῦτο προσταχθεὶς παρ' ἡμῶν, τοιούτους αὐτοὺς διὰ κρίσεως ἐκκλησιαστικῆς, ἐγνωσμένης τῆς ἀληθείας, παιδευέτω, ὡς ἂν φόβῳ τῆς ποινῆς τοιαῦτα τοῦ λοιποῦ μὴ τολμήσωσι.

Προνοείτωσαν οὖν ἀκριβῶς οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες, ἵνα καὶ τοῦτο τὸ σωτήριον διάταγμα εἰς ἀπαίτησιν φιλοχρηματίας, ἢ βάρος τι μὴ στρέψωσιν· ἀλλ' αὐτὸ ἀκριβῶς, καὶ πιστῶς, καὶ σπουδαίως ἐξακολουθείτωσαν· ἐὰν τὴν κανονικὴν θελήσωσιν ἐκφυγεῖν διεκδίκησιν· ὅπερ ἐπὶ τούτου ὁ ἀποστολικὸς θρόνος, ἐνεργοῦντος τοῦ κυρίου, προσεκτικωτέρως ἀγρυπνήσει.

η'. Πόσον τρόπον καὶ πότεν τῶν ὑποτακτικῶν διορθοῦνται ὑπερβάσεις, καὶ τῶν προεστώτων.

Οπως καὶ ὅτι ὀφείλῃ ὁ προεστὼς προϊέναι τὸ ἐκζητεῖν καὶ κολάζειν τὰς τῶν ὑπηκόων ἐκστάσεις, ἀπὸ τῶν χρήσεων τῆς νέας καὶ παλαιᾶς διαθήκης συνάγεται φανερῶς· ἐξ ὧν μετέπειτα προῆλθον αἱ κανονικαὶ διατάξεις, καθὼς πρότερον ὑπερηφάνως διελάμψαμεν, καὶ νῦν ἐπάνω τῆς ἱερᾶς συνόδου ἐπικυροῦμεν. ἀναγινώσκεται γὰρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὅτιπερ ὁ οἰκονόμος ἐκεῖνος ὁ διαβληθεὶς τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ὡς διασκορπίσας τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, ἤκουσε παρ' αὐτοῦ· τί τοῦτο ἀκούω περὶ σοῦ; ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου· οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν. Καὶ ἐν τῇ γενέσει ὁ κύριος εἶπε· καταβήσομαι καὶ ἴδω εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν τὴν ἐρχομένην εἰς ἐμὲ συντελοῦνται· ἐξ ὧν χρήσεων φανερῶς ἀποδείκνυται, ὅτι οὐ μόνον ὁ ὑπήκοος, ἀλλὰ καὶ ὅταν ὁ προεστὼς πταίσῃ, εἰ διὰ τῆς κραυγῆς καὶ φήμης εἰς τὰ ὦτα τοῦ ὑπερτέρου προέλθῃ, οὐ μέντοι παρὰ κακοθελῶν, καὶ κακολόγων, ἀλλὰ παρὰ προνοητικῶν καὶ εὐλαβῶν· οὐκ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις· ὅπερ ἡ κραυγὴ γνωρίζει, καὶ ἡ διαβολὴ φανεροῖ, χρὴ ἐνώπιον τῆς ἐκκλησίας τῶν γεραιτέρων τὴν ἀλήθειαν ἐξετάζεσθαι, ἵνα τοῦ πράγματος γνωσθῇ ἡ ποιότης, καὶ ἡ κανονικὴ διαστολὴ τὸ σφάλμα ἐκκόψῃ τοῦ ἁμαρτάνοντος· οὐχ ὥσπερ ἦν ἐνεργῶν καὶ κριτής· ἀλλὰ ὡς φερούσης τῆς φήμης, ἢ ἀναγγελλούσης τῆς κραυγῆς, τὸ τοῦ ὀφφικίου αὐτοῦ χρέος ἐξακολουθείτω. κἂν δὲ τοῦτο φυλαχθησόμενον ἐστὶν ἐν ὑπηκόοις, ἐπιμελέστερον ἐστὶν ὅμως φυλαχθῆναι ἐν τοῖς προεστῶσιν· οἵ τινες ὥσπερ ἐκτὸς τίθενται εἰς βέλος, καὶ διότι οὐ δύνανται πᾶσιν ἀρέσκειν, ἐν τῷ ἐξ ὀφφικίου κεκρατῆσθαι οὐ μόνον ἐλέγχειν, ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμᾷν, οἵ τινες ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πολλάκις ἀφορίζειν . . . . καὶ διὰ τὸ δεσμεῖν, ἐνδελεχῶς τὸ μῖσος τῶν πολλῶν ὑφίστανται καὶ ἐνέδρας πάσχουσιν. καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἅγιοι πατέρες προνοητικῶς διετάξαντο, ἵνα ἡ κατηγορία τῶν προεστώτων οὐ ῥᾳδίως προσδεχθήσεται, ὡς μὴ συντεθραυμένων τῶν στύλων συμπεσεῖν καὶ τὴν

Mendoſus locus.

ſervato. * Ceterum ſi canonici, abſque manifeſta & rationabili cauſa, maxime in contemptum epiſcopi, ceſſaverint a Divinis, epiſcopus nihilo minus, ſi voluerit, celebret in eccleſia cathedrali: & metropolitanus ad querelam ipſius, tanquam ſuper hoc delegatus a nobis, taliter eos per cenſuram eccleſiaſticam cognita veritate caſtiget, quod pœnæ metu talia de cetero non præſumant.

* ...bus lineas tres quas hic inter duos asteriſcos includimus.

Provideant itaque diligenter eccleſiarum prælati, ut hoc ſalutare ſtatutum ad quæſtum pecuniæ, vel gravamen aliud non convertant, ſed illud ſtudioſe ac fideliter exequantur, ſi canonicam voluerint effugere ultionem: quoniam ſuper his apoſtolica ſedes, authore Domino, attentiſſime vigilabit.

VIII. De inquiſitionibus.

a MS. Ms. Quomodo & quando ſubditorum corrigantur exceſſus & prælatorum. Ibid. l. 5. tit. 1. de accuſat. c. 24. Qualiter. * quando

Qualiter & * quomodo debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum ſubditorum exceſſus, ex authoritatibus novi & veteris teſtamenti colligitur evidenter: ex quibus poſtea proceſſerunt canonicæ ſanctiones; ſicut olim aperte diſtinximus, & nunc ſacri approbatione concilii confirmamus. Legitur enim in evangelio, quod villicus ille qui diffamatus erat apud dominum ſuum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius, audivit ab illo: *Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris villicare.* Luc. 16. Et in Geneſi Dominus ait: *Deſcendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* Gen. 18. Ex quibus authoritatibus manifeſte comprobatur, quod non ſolum cum ſubditus, verum etiam cum prælatus excedit, ſi per clamorem & famam ad aures ſuperioris pervenerint, non quidem a malevolis & maledicis, ſed a providis & honeſtis: nec ſemel tantum, ſed ſæpe (quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat) debet coram eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari: ut, ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis: non tamquam ſit actor & judex, ſed quaſi deferente fama, vel denunciante clamore, officii ſui debitum exequatur. Licet autem hoc ſit obſervandum in ſubditis, diligentius tamen obſervandum eſt in prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam, & quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnunquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur. Ideo ſancti patres provide ſtatuerunt, ut accuſatio

ANNO CHRISTI 1215.

latio prælatorum non facile admittatur, ne concuſſis columnis corruat ædificium: niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſæ, ſed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. Verum ita voluerunt providere prælatis, ne criminarentur injuſte, ut tamen caverent ne delinquerent inſolenter: contra morbum utrumque invenientes congruam medicinam, videlicet, ut criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis (id eſt degradationem) intenditur, niſi legitima præcedat inſcriptio, nullatenus admittatur. Sed cum ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, ita ut jam clamor aſcendat, qui diutius ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſine periculo tolerari, abſque dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum & puniendum ejus exceſſus, non ex odii fomite, ſed caritatis procedatur affectu: quatenus, ſi gravis fuerit exceſſus, etſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoveatur omnino, quod eſt ſecundum evangelicam ſententiam, a villicatione villicum amoveri, qui non poteſt villicationis ſuæ dignam reddere rationem.

A οἰκοδομή· εἰ μὴ ἀκριβὴς παραχεθῇ σκέψις, δι' ἧς οὐ μόνον τῆς πλαστῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς πονηρᾶς ἐγκλήματος ἡ θύρα κλεισθείη. ἤτοι οὕτως ἠθέλησαν προνοεῖν τῶν προεστώτων, ἵνα μὴ ἐγκληματισθῶσιν ἀδίκως· ἀλλ' ἵνα προσέχωσι καὶ μὴ ἁμάρτωσιν ἀδεῶς, κατ' ἀμφοτέρας τῆς νόσου εὑρόντες ἁρμοδιωτάτην ἰατρείαν· δηλαδὴ ὡς ἂν ἡ ἐγκληματικὴ κατηγορία ἥτις εἰς μείωσιν κεφαλῆς, ἤγουν ἀποκαθίδρυσιν, ἀποβλέπει, εἰ μὴ νόμιμος προέλθῃ . . . . . . . . . προσδεχθείη· ἀλλ' ὅταν ἐπάνω τῶν ἐκστάσεων αὐτοῦ τις διαβληθῇ· ἵνα ὅπη ἤδη ἡ κραυγὴ ἀναβῇ ἥτις ἐπὶ πολὺ ἄνευ σκανδάλου ἀποποιηθῆναι οὐκ ἂν B δυνήσοιτο, ἢ δίχα κινδύνου ὑποφέρεσθαι, χωρὶς διαστάξεως * ἐπισμοῦ εἰς τὸ ἐκζητήσειν καὶ κολάσειν τὰς αὐτοῦ ἐκστάσεις, οὐκ ἐξ ἀναθυμιάσεως μίσους, ἀλλ' ἐκ διαθέσεως ἀγάπης προέλθωσιν· ὅμως ἐὰν ᾖ βαρὺ τὸ πταῖσμα, καὶ εἰ μὴ καθαιρεθῇ ἀπὸ τῆς τάξεως, τέως ἐκ τῆς διακονήσεως ἀποκινηθῇ τελείως· ὅπερ ἐστὶ κατὰ τὴν ἀπόφασιν τὴν εὐαγγελικὴν, ἐκ τῆς οἰκονομίας τὸν οἰκονόμον ἀποκινεῖσθαι, τὸν μὴ δυνάμενον τῆς ἑαυτοῦ οἰκονομίας ἄξιον δοῦναι λόγον.

*Ibid. In MS. Max. proprius hic eſt titulus quaſi diſtincti capituli.*
*Præſens præſentem accuſare debet.*

Debet igitur eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentaverit: & exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi ſeipſum. Et non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium ſunt ei, ut quid & a quo ſit dictum appareat, publicanda: nec non exceptiones, & replicationes legitimæ *admittendæ, ne per ſuppreſſionem nominum, infamandi, per exceptionum vero excluſionem, deponendi falſum audacia præbeatur.

C Χρὴ παρεῖναι τὸν καθ' οὗ γενήσεται ἡ ζήτησις, εἰ μὴ δι' αἰτίαν αὐτοῦ ἢ δι' ἀπείθειαν ἀπῇ· καὶ ἐκτεθήσονται αὐτῷ τὰ κεφάλαια περὶ ὧν ζητηθήσεται, ἵνα εὐπορίαν ἔχῃ διεκδικεῖν ἑαυτόν· καὶ οὐ μόνον τὰ ῥηθέντα, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ὀνόματα τῶν μαρτύρων δημοσιευέσθω· ἵνα παρὰ τίνος ἐρρέθη φανῇ· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παραγραφαὶ καὶ αἱ ἀναλύσεις αἱ νόμιμοι δεχθήσονται· μή πως δι' ἐκπιεσμὸν ὀνομάτων διαβολῆς παραγραφὴν ἢ τὴν ἀπόκλεισιν τοῦ καθαιρεθῆναι πλαστὸν ἡ τόλμα παρέξῃ.

*In MS. Max. quaſi aliud eſſet capitulum, titulus hic additur ἵνα ὁ παρὼν παρόντα κατηγορῇ.*

** Græcè legitimæ*

*Ibid.*

Ad corrigendos itaque ſubditorum exceſſus tanto diligentius debet prælatus aſſurgere, quanto damnabilius eorum offenſas defereret incorrectas. Contra quos, ut de notoriis exceſſibus taceatur, etſi tribus modis poſſit procedi, per accuſationem videlicet, denunciationem & inquiſitionem eorum: ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leve compendium ad grave diſpendium veniatur: ſicut accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, ſic & denunciationem caritativa admonitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio prævenire: illo ſemper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, ſententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem circa regulares perſonas non credimus uſquequaque ſervandum, quæ, cum cauſa requirit, facilius & liberius a ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoveri.

D Πρὸς τὸ διορθωθῆναι γοῦν τὰς τῶν ὑπηκόων ἐκστάσεις, τοσοῦτον ἀκριβέστερον ὀφείλει ὁ προεστὼς ἐξαναστῆναι, ὅσον ἐπιζημιώτερον ἐστὶν εἰ τὰ αὐτῶν προσκόμματα καταλείψει ἀδιόρθωτα. καθ' ὧν, ἵνα περὶ τῶν σεσημειωμένων ὑπερβασιῶν σιωπηθῇ, καὶ εἰ τρισὶ τρόποις δυνηθῇ προελθεῖν, δι' ἀγωγῆς δηλαδὴ, ἐξαγγελίας, καὶ ἐκζητήσεως αὐτῶν· ἵνα ὅμως ἐν πᾶσιν ἀκριβὴς παραχεθῇ ἀσφάλεια, μή πως ἴσως διὰ ῥᾳδίας ὠφελείας, εἰς βαρεῖαν βλάβην διαβληθῇ· ὡς τὴν νόμιμον ὑφορμὴν προσδραμεῖν χρὴ ἐν τῷ ἐγγράφῳ· οὕτως καὶ τὴν ἐξαγγελίαν E ἡ ἀγαπητικὴ νουθεσία, καὶ τὴν κραυγητικὴν ἐκζήτησιν ὀφείλει ἡ γνώρισις προλαβεῖν· ἐκείνης ἀεὶ παραχεθείσης τῆς συμμετρίας, ἵνα κατὰ τὸν τύπον τῆς κρίσεως, καὶ τῆς ἀποφάσεως ὁ τύπος ἐκτεθῇ. ταύτην τέως τὴν τάξιν περὶ τὰ κανονικὰ πρόσωπα οὐ πειθόμεθα ἕως σφόδρα φυλαχθησομένην· ἅπερ, ὅτε ἡ αἰτία ἐκζητεῖ, εὐκολώτερον καὶ ἐλευθερώτερον δύνανται ἐκ τῶν ἰδίων διακονιῶν ἀποκινεῖσθαι.

*f. προέλθῃ ἐπιγραφὴ, μόλαμος*

**Corr. διαστάσεως*

*Latina hic non intellexit Græcus interpres: ut & in nonnullis quæ præcedunt, & quæ ſequuntur.*

ANNO CHRISTI 1215.

*MS. Maz.* Quod prælati ſub ſe, ſecundum diverſitates rituum, dominicos debent habere doctores

### θ'. Ὅτι οἱ προεστῶτες ὑφ' ἑαυτοὺς μετὰ τὰς διαφορὰς τῶν ἠθῶν κυρίως ὀφείλουσιν ἔχειν διδασκάλους.

Ἐπειδὴ ἐν πλείστοις μέρεσιν ἐντὸς τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ ἐνορίας, ἀναμίγνυνται λαοὶ διαφόρων γλωσσῶν, ἔχοντες ὑπὸ μίαν πίστιν ποικίλα ἤθη συνηθείας· ἐσφιγμένως προστάσσομεν, ἵνα οἱ ἀρχιερεῖς τῶν τοιούτων πόλεων ἢ ἐνοριῶν προνοήσωσιν ἄνδρας εἰδήμονας, οἵ τινες κατὰ τὰς διαφορὰς τῶν πόλεων καὶ τῶν γλωσσῶν τὰ θεῖα ὀφφίκια αὐτοῖς ἐπιτελέσωσι, καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ μυστήρια, διδάσκοντες αὐτοὺς λόγῳ B ὁμοίως καὶ ὑποδείγματι. κωλύομεν δὲ παντελῶς ἵνα μὴ μία καὶ ἡ αὐτὴ πόλις ἢ ἐνορία διαφόρους ἀρχιερεῖς ἔχῃ, ὡς ἓν σῶμα διαφόρους κεφαλὰς ὡσανεὶ τέρας. ἀλλ' ἐὰν δι' αἰτίας ῥηθείσας ἐκβιάζουσα ἀνάγκη αἰτήσῃ, ὁ ἀρχιερεὺς τοῦ τόπου καθολικὸν προεστῶτα τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις σύμμορφον, προβλεπτικῇ διασκέψει καθιστάτω ἑαυτοῦ ἀντιπρόσωπον ἐν τοῖς προρρηθεῖσι, τὸν κατὰ πάντα ἐσόμενον αὐτῷ ὑπήκοον καὶ ὑποτεταγμένον. ὅθεν ἐάν τις ἄλλως ἑαυτὸν ἐμβάλλῃ, ἀναθέματος ξίφει ἑαυτὸν γνώτω χρυσωθέντα· καὶ εἰ μηδὲ οὕτως ἀνανήψει, ἀπὸ πάσης C ἐκκλησιαστικῆς διακονίας καθαιρεθησόμενον. προστεθέντος εἰ ἀναγκαῖον ἔσται, κοσμικοῦ βραχίονος πρὸς τὸ τὴν τοσαύτην ἀκαταστασίαν χαλινωθῆναι.

* *Corr.* πορευθεὶς

### IX. *de diverſis ritibus in eadem fide.*

Ibid. l. 1. tit. 3. de offic o judicis ordin. c. 14. *Quoniam.*

Quoniam in pleriſque partibus intra eamdem civitatem atque diœceſim permixti ſunt populi diverſarum linguarum, habentes ſub una fide varios ritus & mores: diſtricte præcipimus, ut pontifices hujuſmodi civitatum ſive diœceſum provideant viros idoneos, qui ſecundum diverſitates rituum & linguarum Divina officia illis celebrent, & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrent, inſtruendo eos verbo pariter & exemplo. Prohibemus autem omnino, ne una eademque civitas ſive diœceſis diverſos pontifices habeat, tanquam unum corpus diverſa capita, quaſi monſtrum. Sed, ſi propter prædictas cauſas urgens neceſſitas poſtulaverit, pontifex loci catholicum præſulem nationibus illis conformem provida deliberatione conſtituat ſibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia ſit obediens & ſubjectus. Unde ſi quis aliter ſe ingeſſerit, excommunicationis ſe noverit mucrone percuſſum: & , ſi nec ſic reſipuerit, ab omni eccleſiaſtico miniſterio deponatur, adhibito, ſi neceſſe fuerit, brachio ſæculari ad tantam inſolentiam compeſcendam.

*MS. Maz.* Epiſcopi ſub ſe ad docendum populum viros theologos habere debent.

### ι'. Ὅτι οἱ ἐπίσκοποι ὑφ' ἑαυτοὺς πρὸς τὸ διδάξαι τὸν λαὸν, ἄνδρας θεολόγους ἔχειν ὀφείλουσι.

Πρὸς τοῖς ἄλλοις τοῖς εἰς σωτηρίαν ἀφορῶσιν τοῦ χριστιανικοῦ λαοῦ ἡ τροφή, * τὸ ῥῆμα τοῦ θεοῦ ἐξαιρέτως αὐτῷ γινώσκεται ἀναγκαῖον. ὅτιπερ ὡς τὸ σῶμα τῷ ὑλικῷ, οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ τῷ πνευματικῷ D βρώματι τρέφεται. διότι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζῇ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ. ὅθεν ἐπειδὴ πολλάκις συμβαίνει, ὅτι οἱ ἐπίσκοποι διὰ πλείστους περισπασμοὺς, ἢ ἀσθενείας σωματικάς, ἢ ἐχθρῶν ἐπιδρομάς, ἢ αἰτίας ἄλλας· ἵνα μὴ εἴπωμεν δι' ἔλλειψιν γνώσεως, τὴν ἐν αὐτοῖς ἀδοκιμασθησομένην ὅλως, καὶ τοῦ λοιποῦ μὴ ἀνεχθησομένην· δι' ἑαυτῶν οὐκ ἐξαρκοῦσι διακονεῖν τῷ λαῷ τὸ ῥῆμα θεοῦ, μάλιστα διὰ τὰς πλατείας ἐνορίας καὶ διακεχυμένας· γενικῇ διατάξει θεσπίζομεν, ἵνα οἱ ἐπίσκοποι ἄνδρας εἰδήμονας πρὸς τὸ τοῦ ἁγίου κηρύγματος ὀφφίκιον σωτηρίως ἐκ- E ζητηθῆναι προσλάβωσιν, δυνατοὺς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ· οἵ τινες τοὺς ἐπιτετραμμένους αὐτοῖς λαοὺς ἀντ' αὐτῶν, ἐπεὶ δι' ἑαυτῶν οὐ δύνανται, ἐπισκεπτόμενοι, αὐτοὺς ἐν λόγῳ οἰκοδομήσουσι, καὶ ὑποδείγματι· οἷς αὐτοί, ὅταν δέωνται, πρεπόντως τὰ ἀναγκαῖα διακονείτωσαν· μήπως δι' ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων περισφιχθῶσιν ἀποστῆναι τοῦ ἐναρχθέντος. ὅθεν προστάσσομεν τόσον καθεδρικαῖς, ὅσον κοινοβιακαῖς ἄλλαις ἐκκλησίαις, ἄνδρας εἰδήμονας ταχθῆναι, ὡς ἂν δύνωνται οἱ ἐπίσκοποι βοηθοὺς καὶ συνεργάτας ἔ-

* *Vertere Græcus debuiſſet:* ἡ τροφὴ τοῦ ῥήματος τοῦ Θεοῦ *ac deinde* ἀναγκαῖα.

### X. *De prædicatoribus inſtituendis.*

Ibid. cap. 15. *Inter cetera.*

Inter cetera quæ ad ſalutem ſpectant populi Chriſtiani, pabulum verbi Dei permaxime noſcitur ſibi eſſe neceſſarium, quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur, eo quod *non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Unde cum ſæpe contingat, quod epiſcopi propter occupationes multiplices, vel invaletudines corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias (ne dicamus defectum ſcientiæ, quod in eis eſt reprobandum omnino, nec de cetero tolerandum) per ſe ipſos non ſufficiunt miniſtrare populo verbum Dei, maxime per amplas diœceſes & diffuſas, generali conſtitutione ſancimus, ut epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes in opere & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas, vice ipſorum, cum per ſe idem nequiverint, ſolicite viſitantes, eas verbo ædificent & exemplo, quibus ipſi, cum indiguerint, congrue neceſſaria miniſtrent, ne pro neceſſariorum defectu compellantur deſiſtere ab incœpto. Unde præcipimus tam in cathedralibus, quam in aliis conventualibus eccleſiis viros idoneos ordinari, quos epiſcopi poſſint coadjutores & cooperatores habe-

*Matth.*

ANNO CHRISTI 1215.

habere, non ſolum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confeſſionibus, & pœnitentiis injungendis, ac ceteris quæ ad ſalutem pertinent animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, diſtrictæ ſubjaceat ultioni.

A χειν, ὐ μόνον ἐν τῷ τῦ κηρύγματος ὀφφικίῳ. ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἐξακυσθῆναι τὰς ἐξομολογήσεις καὶ ἐπιτεθῆναι τὰ ἐπιτίμια, καὶ λοιπὰ τὰ πρὸς σωτηρίαν διαφέροντα ψυχῶν. εἰ δέ τις τῦτο ἐκπληρῦν καταφρονήσῃ, σφικτῇ ὑποκείσθω δικαιώσει.

Ibid. l. 5 tit. 5 de Magiſtris c. 4 *Quia nonnullis*. Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. c. 18.

### *XI. De magiſtris ſcholaſticis.*

Quia nonnullis propter inopiam, & legendi ſtudium & opportunitas proficiendi ſubtrahitur, in Lateranenſi conſilio pia fuit inſtitutione proviſum, ut per unamquamque cathedralem eccleſiam magiſtro, qui clericos ejuſdem eccleſiæ, alioſque ſcholares pauperes gratis inſtrueret, aliquod competens beneficium præberetur, quo & docentis relevaretur neceſſitas, & via pateret diſcentibus ad doctrinam. Verum quoniam in multis eccleſiis id minime obſervatur: nos prædictum roborantes ſtatutum, adjicimus, ut non ſolum in qualibet cathedrali eccleſia, ſed etiam in aliis, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus a prælato cum capitulo, ſeu majori * ac ſaniori parte capituli, eligendus, qui clericos eccleſiarum ipſarum, & aliarum, gratis in grammaticæ facultate ac aliis inſtruat juxta poſſe. Sane metropolitana eccleſia theologum nihilo minus habeat, qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. Aſſignetur autem cuilibet magiſtrorum a capitulo unius præbendæ proventus, & pro theologo a metropolitano tantumdem: non quod propter hoc efficiatur canonicus, ſed tamdiu reditus ipſius percipiat, quamdiu perſtiterit in docendo. Quod ſi forte de duobus magiſtris metropolitana eccleſia gravetur, theologo juxta modum prædictum ipſa provideat: grammatico vero in alia eccleſia ſuæ civitatis ſive diœceſis, quod ſufficere valeat, faciat provideri.

* Deeſt in græco, majori

Hic mutilus eſt codex Max. quo fit ut Græca deſint.

### ια. Ἵνα οἱ ἐπίσκοποι διδασκάλυς ἔχωσι τὺς διδάξοντας τὺς κληρικύς.

MS. Max. Ut epiſcopi magiſtros habeant, qui clericos doceant.

Ἐπειδή τισιν δι' ἔνδειαν καὶ ἡ τῦ ἀναγινώσκειν σπυδὴ καὶ εὐκαιρία τῦ προκόπτειν ἀφαιρεῖται, ἐν τῇ τῦ Λατεράνε συνόδῳ εὐσεβεῖ διατάξει προενοήθη, ἵνα παρ' ἑκάστης καθεδρικῆς B ἐκκλησίας διδασκάλῳ τῷ τὺς κληρικὺς τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, καὶ τὺς λοιπὺς φοιτητὰς πτωχὺς δωρεὰν παιδεύοντι, ἁρμόζον ἰδικεῖόν τι παρασχεθῇ· ὥσπερ ἂν καὶ ἡ τῦ διδάσκοντος ἀνακυφισθῇ ἀνάγκη, καὶ ὁδὸς φανερωθῇ τοῖς μανθάνυσιν εἰς διδαχήν. ἔτι δὲ ἐν πολλαῖς ἐκκλησίαις τῦτο ὐδαμῶς φυλάττεται· ἡμεῖς τὴν προρρηθεῖσαν ὀχυρῦντες διάταξιν, προστίθεμεν ἵνα μὴ μόνον ἐν ἑκάστῃ καθεδρικῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ὧν ἂν αὐταρκέσωσιν αἱ εὐπορίαι, καταστασθῇ διδάσκαλος ἐιδήμων παρὰ τῦ προεστῶτος μετὰ τῦ καπιτύλυ, ἢ τῦ ὑγιεστέρυ C μέρυς τῦ καπιτύλυ ἐκλεγησόμενος, ὁ τὺς κληρικὺς τῶν αὐτῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἄλλων δωρεὰν ἐν γραμματικῇ περιυσίᾳ καὶ λοιπαῖς διδάξων κατὰ τὸ δυνατόν. ἡ μέντοι μητρόπολις ἐκκλησία θεολόγον ὐχ ἥκιστα ἐχέτω, τὺς ἱερεῖς καὶ ἄλλυς ἐν τῇ

### *XII. De communibus capitulis monachorum.*

Ibid. l. 3 tit. 35. de Statu Monach. c. 7. *In ſingulis.*

In ſingulis regnis ſive provinciis fiat de triennio in triennium, ſalvo jure diœceſanorum pontificum, commune capitulum abbatum atque priorum abbates proprios non habentium, qui non conſueverunt tale capitulum celebrare: ad quod univerſi conveniant; præpeditionem canonicam non habentes, apud unum de monaſteriis ad hoc aptum, hoc adhibito moderamine, ut nullus eorum plus quam ſex evectiones & octo perſonas adducat. Advocent autem caritative in hujus novitatis primordiis duos Ciſtercienſis ordinis abbates vicinos, ad præſtandum ſibi conſilium & auxilium opportunum, cum ſint in hujuſmodi capitulis celebrandis ex longa conſuetudine plenius informati. Qui abſque contradictione duos ſibi de ipſis aſſocient, quos viderint expedire. Ac ipſi quatuor præſint capitulo univerſo, ita quod ex hoc nullus eorum authoritatem prælationis aſſumat: unde cum expedierit, provida poſſint deliberatione mutari. Hujuſmodi vero capitulum aliquot certis diebus continue juxta morem Ciſtercienſis ordinis celebretur, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, & obſervatione regulari: & quod ſtatutum fuerit, illis quatuor approbantibus, ab omnibus inviolabiliter obſervetur, omni excuſatione & contradictione ac appellatione remotis, proviſo ni-

D συμφέροι, προνοητικῇ δυνήσοιντο διασκέψει μεταλλαγῆναι. τῦτο δὲ τὸ καπήτυλον, τισὶ ῥηταῖς ἡμέραις συνεχῶς κατὰ τὸ ἔθος τῆς κιστέλκης ἐκτελείσθω, ἐν ᾧ ἀκριβὴς κρατείσθω ἐξετασμὸς περὶ ἀνατυπώσεως τῆς τάξεως, καὶ φυλάξεως κανονικῆς. καὶ ὅπερ ἂν καταστασθῇ ἐκείνων τῶν τεσσάρων κυρύντων, παρὰ πάντων ἀδιαθραύστως φυλαχθήτω· παντὸς ἀφορισμῦ, ἀντιλογίας, καὶ ἐπικλήσεως παυόντων· προνοήτως ὐχ ἥκιστα ἐν τῇ ἀκολύθῳ διωρίᾳ χρὴ τὸ καπιτόλον

ANNO CHRISTI 1215.

λον ἐπιτελεσθῆναι· ἔνθα δὲ οἱ ἐπισυνερχόμενοι κοινὴν ἀγέτωσαν ζωήν, καὶ ποιείτωσαν μοιρασιακῶς ἐν ταύτῃ πάντες κοινὰς ἐξόδους· οὕτως ὅτι ἐὰν μὴ πάντες δυνηθῶσιν ἐν τοῖς αὐτοῖς, κἂν οἱ πλείους ὁμοῦ ἐν διαφόροις οἴκοις αὐλιζέσθωσαν.

Ταχθήτωσαν δὲ ἐν αὐτῷ τῷ καπιτούλῳ θρησκὰ καὶ περίβλεπτα πρόσωπα, ἅπερ τὰ ἕκαστα μοναστήρια τοῦ αὐτοῦ ῥηγάτου ἢ τῆς περιχώρας, οὐ μόνον τῶν μοναχῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν μοναστριῶν, κατὰ τὸν ἐκεῖσε προταχθέντα τύπον αὐτοῖς, ἀνθ' ἡμῶν ἐπιμελείσθωσαν ἐπισκέπτεσθαι. διορθοῦντες καὶ ἀνατυποῦντες ἅπερ ἂν διορθώσεως καὶ ἀνατυπώσεως ἴδωσι δεῖσθαι· οὕτως ὥσπερ ἂν τὸν κυβερνήτην τοῦ τόπου διαγνώσωσιν ἐκ τῆς διακονίας παντελῶς ἀποκινηθησόμενον, ἀναγγειλάτωσαν τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ἵνα τοῦτον ἀποκινεῖν φροντίσῃ. ὅπερ ἐὰν οὐ ποιήσῃ, αὐτοὶ οἱ ἐπισκέπται τοῦτο ἀναφερέτωσαν εἰς τὴν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἐξέτασιν. τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ τὰ κανονικὰ πρόσωπα κατὰ τὰς τάξεις θέλομεν καὶ ἐπιτάσσομεν παρατηρεῖν. εἰ δὲ ἐν ταύτῃ τῇ καινότητι, τὶ δυσκολίας ἀναδύσῃ, ἢ * διὰ τῶν προειρημένων προσώπων μὴ δυνήσαιτο διαλυθῆναι· εἰς τὴν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου κρίσιν δίχα σκανδάλου ἀναφερέσθω, τῶν ἄλλων ἀπαραθραύστως φυλαχθέντων τῶν συμφώνῳ διασκέψει προνοηθέντων.

* Corr. ὃ

Οἱ μέντοι τῆς ἐνορίας ἐπίσκοποι τὰ αὐτοῖς ὑποτεταγμένα μοναστήρια οὕτω σπουδαζέτωσαν ἀνατυποῦν, ἵνα ὅταν εἰς αὐτὰ οἱ ἐπισκέπται προσέλθωσιν, πλεῖον ἐν αὐτοῖς εὑρήσωσιν ἐπαίνου ἢ ὃ διορθώσεως εἴη ἄξιον· προσεκτικῶς προσέχοντες, ἵνα μὴ δι' αὐτῶν τὰ εἰρημένα μοναστήρια ἀπρεπέσι πᾶσιν ἐπιβαρεθῶσιν· ὅτι οὕτως θέλομεν τὰ τῶν ὑπερτέρων δίκαια φυλαχθῆναι, ὡς μὴ βούλεσθαι τοὺς κατωτέρους ὕβριν ὑπομεῖναι.

Πρὸς τούτοις ἐσφιγμένως προστάσσομεν τόσον ἐνορίοις τοῖς ἐπισκόποις, ὅσον προσώποις τοῖς προϊσταμένοις τῶν τελεσθησομένων καπιτούλων, ἵνα διὰ κρίσεως ἐκκλησιαστικῆς, ἐπικλήσεως ἀποκινηθείσης, περισφίγξωσι τοὺς κατηγόρους, πάτρωνας, ἀντικυρίους, κυβερνήτας, συγκλητικούς, μεγιστᾶνας, καὶ στρατιώτας, εἴτε τινὰς ἄλλους, ἵνα μὴ τὰ μοναστήρια τολμήσωσι προσκρούειν ἐν προσώποις ἢ πράγμασι, καὶ * ἴσως προσκρούσωσιν, αὐτοὺς εἰς τὴν ἱκανοποιΐαν περισφιγξάτωσαν, καὶ μὴ ἐάσωσαν, ὡς ἂν ἐλευθερώτερον καὶ ἠρεμικώτερον τῷ παντοδυνάμῳ θεῷ ἰσχύσωσι δουλεύειν.

* Deest εἰ

Deeſt titulus in codice Mazarino.

Ἵνα μὴ ἡ πλείστη τῶν θρησκειῶν διαφορὰ βαρεῖαν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ σύγχυσιν ἐνστάξῃ, στερεῶς κωλύομεν, ὡς ἂν μηδεὶς τοῦ λοιποῦ καινὴν θρησκείαν ἐφεύροιτο· ἀλλ' ὅστις εἰς θρησκείαν ἐπιστραφῆναι θελήσει, μίαν ἐκ τῶν δεδοκιμασμένων ἀναλαβέσθω. ὁμοίως ὁ θελήσας ἀσκητικὸν οἶκον ἐκθεμελιοῦν, τὸν κανόνα καὶ τὴν κατάστασιν λαμβανέτω ἀπὸ τῶν δεδοκιμασμένων θρησκειῶν.

Κἀκεῖνο δὲ κωλύομεν ἵνα μὴ τινες μοναχοὶ

A hilo minus, ubi * ſequenti termino debeat capitulum celebrari: & qui convenerint, vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter * ſimul omnes communes expenſas: ita quod ſi non omnes potuerint in eiſdem, ſaltem plures ſimul in diverſis domibus commorentur.

ANNO CHRISTI 1215.

* MS. Maz. fit.

* Ibid. proportionaliter.

Ordinentur etiam in eodem capitulo religioſæ ac circumſpectæ perſonæ, quæ ſingulas abbatias ejuſdem regni ſive provinciæ, non ſolum monachorum, ſed etiam monialium, ſecundum formam ſibi præfixam, vice noſtra ſtudeant viſitare, corrigentes B & reformantes quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere: ita quod ſi rectorem loci cognoverint ab adminiſtratione penitus amovendum, denuncient epiſcopo proprio, ut illum amovere procuret: quod ſi non fecerit, ipſi viſitatores hoc referant ad apoſtolicæ ſedis examen. Hoc ipſum regulares * canonicos ſecundum ordinem ſuum volumus & præcipimus obſervare. Si vero in hac novitate quidquam difficultatis emerſerit, quod per prædictas perſonas nequeat expediri: ad apoſtolicæ ſedis judicium abſque ſcandalo C referatur, ceteris irrefragabiliter obſervatis, quæ concordi fuerint deliberatione proviſa.

Ibidem

* MS. Maz. regulares perſonas

Porro diœceſani epiſcopi monaſteria ſibi ſubjecta ita ſtudeant reformare, ut cum ad ea prædicti viſitatores acceſſerint, plus in illis inveniant quod commendatione, quam quod correctione ſit dignum: attentiſſime præcaventes, ne per eos dicta monaſteria indebitis oneribus aggraventur. Quia ſic volumus ſuperiorum jura ſervari, ut inferiorum nolimus injurias ſuſtinere.

Ibidem.

Ad hoc diſtricte præcipimus tam diœceſanis D epiſcopis, quam perſonis quæ præerunt capitulis celebrandis, ut per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, compeſcant advocatos, patronos, vicedominos, rectores & conſules, magnates & milites, ſeu quoslibet alios, ne monaſteria præſumant offendere in perſonis ac rebus: ac ſi forſitan offenderint, eos ad ſatisfactionem compellere non omittant, ut liberius & quietius omnipotenti Deo valeant famulari.

Ibidem.

E

## *XIII. De novis religionibus prohibitis.*

Ibid. l. 3. tit. 36. de religioſis c. 9. Ne nimia.

Ne nimia religionum diverſitas gravem in eccleſia Dei confuſionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cetero novam religionem inveniat: ſed quicumque voluerit ad religionem converti, unam de approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit religioſam domum fundare de novo, regulam & inſtitutionem accipiat de religionibus approbatis.

Illud etiam prohibemus, ne quis in diver-

ANNO CHRISTI 1215.

diverſis monaſteriis locum monachi habere præſumat, nec unus abbas pluribus monaſteriis præſidere.

### XIV. De incontinentia clericorum punienda.

Ibid. tit. 1. de vita & honeſt. Cler. c. 13. Ut Clericorum.

Ut clericorum mores & actus in melius reformentur, continenter & caſte vivere ſtudeant univerſi, præſertim in ſacris ordinibus conſtituti, ab omni libidinis vitio præcaventes, maxime illo, propter quod ira Dei venit de cœlo in filios diffidentiæ, quatenus in conſpectu Dei omnipotentis, puro corde ac mundo corpore valeant miniſtrare. Ne vero facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi: ſtatuimus, ut qui deprehenſi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minus peccaverint, puniantur ſecundum canonicas ſanctiones, quas efficacius & diſtrictius præcipimus obſervari: ut quos Divinus timor a malo non revocat, temporalis ſaltem pœna a peccato cohibeat.

Ibidem.

Si quis igitur hac de cauſa ſuſpenſus, Divina celebrare præſumpſerit: non ſolum eccleſiaſticis beneficiis ſpolietur, verum etiam pro hac duplici culpa perpetuo deponatur.

Ibidem.

Prælati vero, qui tales præſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſuſtinere, maxime obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari ſubjaceant ultioni.

Ibidem.

Qui autem ſecundum regionis ſuæ morem non abdicarunt copulam conjugalem, ſi lapſi fuerint, gravius puniantur, cum legitimo matrimonio poſſint uti.

### XV. De arcenda ebrietate clericorum.

Ibidem c. 14. A crapula.

A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant. Unde vinum ſibi temperent, & ſe vino: nec ad bibendum quiſpiam incitetur, cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. Unde illum abuſum decernimus penitus abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores, & ille judicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fæcundiores exhaurit. Si quis autem ſuper his culpabilem ſe exhibuerit, niſi a ſuperiore commonitus ſatisfecerit competenter, a beneficio vel officio ſuſpendatur.

Hæc nec Græce nec Latine ſunt in codice Mazarino. Vide tit. 14. l. 3. Decret. Greg. IX. l. 3. tit. 1. de vita & honeſt. Cler. c. 16. Clerici.

Venationem & aucupationem univerſis clericis interdicimus: unde nec canes, nec aves ad aucupandum habere præſumant.

### XVI. De indumentis clericorum.

Clerici officia vel commercia ſæcularia non exerceant, maxime inhoneſta. Mimis,

ἐν διαφόροις μοναστηρίοις τόπον ἔχειν τολμήσωσιν, μηθ' εἷς ἡγούμενος πολλὰ μοναστήρια νέμεσθαι.

### ιδʹ. Περὶ ἐγκρατείας κληρικῶν.

MS. Maz. De continentia clericorum.

Ἵνα τῶν κληρικῶν τὰ ἤθη καὶ τὰ ποιήματα ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταῤῥυθμηθῶσιν, ἐγκρατῶς καὶ σωφρόνως ζῆν ἐπιμελείσθωσαν ἅπαντες· ἐξαιρέτως οἱ ἐν ταῖς ἱεραῖς χειροτονίαις καθεστηκότες, ἀπὸ παντὸς ἀσελγείας πάθους ἑαυτοὺς παρατηροῦντες, μάλιστα ἐκείνου δι' ὅπερ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐξ οὐρανοῦ ἔρχεται ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας· ὡς ἐνώπιον τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ εἰλικρινεῖ καρδίᾳ καὶ καθαρῷ σώματι ἰσχύσωσι διακονεῖν. ἵνα δὲ μὴ ἡ εὐκολία τῆς ἀφέσεως κέντρον παράσχῃ τοῦ ἁμαρτάνειν· καθιστῶμεν, ἵνα οἱ καταληφθησόμενοι τῷ τῆς ἀκολασίας πάθει κοπιᾶν, ὡς μεῖζον καὶ ἔλαττον ἁμαρτήσουσι,* κατὰ τὰ κανονικὰ θεσπίσματα, ἅπερ ἐντελέστερον καὶ σφικνότερον ἐπιτάττομεν φυλαχθῆναι· ἵνα οὓς ὁ Θεῖος φόβος οὐκ ἀνακαλεῖται, κἂν ἡ πρόσκαιρος ποινὴ περισφίγξῃ ἐκ τῆς ἁμαρτίας.

* deeſt puniantur.

Εἴ τις τοιγαροῦν ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας ὑπαναρτηθεὶς, τολμήσῃ ἐπιτελεῖν τὰ θεῖα· οὐ μόνον ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν εὐεργετημάτων γυμνούσθω, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο τὸ διπλοῦν πταῖσμα αἰωνίως καθαιρείσθω.

Οἱ δὲ προεστῶτες, οἳ τὰ* τοιαῦτα τολμήσωσι ταῖς αὐτῶν ἀνομίαις ὑπομένειν, μάλιστα ἐπὶ τῷ λέξει φιλοχρηματίας ἢ ἑτέρας ὠφελείας προσκαίρου, ὁμοίᾳ ὑποκείσθωσαν διεκδικήσει.

* Corr. τὸν τοιοῦτον

Οἱ δὲ κατὰ τὸ τῆς χώρας αὐτῶν ἔθος μὴ τηρήσαντες τὴν γαμικὴν σύζευξιν, ἐὰν ὀλισθήσωσιν, βαρύτερον κολασθήτωσαν· ἐπεὶ τῷ νομίμῳ συνοικεσίῳ δύνανται χρᾶσθαι.

Latine eſt qui non abdicarunt; Græce, qui non ſervarunt. ut ſit ſenſus: qui uxores non ſervarunt, quas pro patria more ſervare poterant.

In MS. jungitur hoc capitulum cum præcedente.

Ἀπὸ κραιπάλης καὶ μέθης πάντες οἱ κληρικοὶ ἀκριβῶς ἀπεχέσθωσαν· ὅθεν τὸν οἶνον ἑαυτοῖς συγκερασάτωσαν, καὶ ἑαυτοὺς τῷ οἴνῳ· μήτε τὶς ποτε πρὸς τὸ πίνειν ἐρεθιζέσθω. ἐπείπερ ἡ μέθη καὶ διανοίας ἐπεισάγει ἐξορίαν, καὶ ἀσελγείας προσκαλεῖται κέντρον. ὅθεν ἐκείνην τὴν παράχρησιν κρίνομεν ὅλως ἐξαλειπτέαν, ἣ τισὶ ἔν τισι μέρεσιν εἰς τὸν πότον ἴσοι τῷ ἰδίῳ τρόπῳ ἑαυτοὺς καθυποβάλλουσιν οἰνοπόται· καὶ ἐκεῖνος τῇ κρίσει τῶν τοιούτων πλέον ἐπαινεῖται ὁ πλείους μεθύων, καὶ κύλικας ἀφθονωτέρας ἐξαντλῶν. Εἴ τις οὖν ἐπὶ τούτοις ἑαυτὸν πταίστην ἐπιδείξειεν, εἰ μὴ παρὰ τοῦ ὑπερτέρου νουθετηθεὶς, ἱκανοποιήσῃ προσηκόντως, ἐκ τοῦ εὐεργετήματος καὶ τοῦ ὀφφικίου ὑπαναρτάσθω

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

### ιϛʹ. Περὶ ζωῆς καὶ σεμνότητος κληρικῶν.

MS. Maz. De vita & honeſtate clericorum

Οἱ κληρικοὶ ὀφφίκια ἢ κομμέρκια κοσμικὰ μὴ ἐγχειριζέσθωσαν, μάλιστα ἄσεμνα· μίμοις, παι-

καιγνιώταις, καὶ γελωτοποιοῖς μὴ προσεχέτωσαν· τὰ καπηλεῖα παντελῶς ἐκκλινέτωσαν, εἰ μὴ ἴσως αἰτίᾳ ἀνάγκης ἐν ὁδῷ καταχθῶσιν. εἰς κύβους ἢ πεσσοὺς μὴ παιζέτωσαν, μηδὲ τοῖς τοιούτοις παιγνίοις παρέστωσαν. στέφανον καὶ ἐπικουρίδα κεφαλῆς ἐχέτωσαν ἐνδεχομένην· καὶ ἑαυτοὺς ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὀφφικίοις καὶ ταῖς ἄλλαις ἀγαθαῖς ἐπιμελείαις ἀδολεσχείτωσαν ἀκριβῶς. κεκλεισμένα φορείτωσαν ἐπάνωθεν ἐνδύματα, πολλῇ βραχύτητι ἢ μακρότητι οὐ σημειωθησόμενα. ἐσθῆσιν ἐρυθραῖς, ἢ πρασίναις, ἀλλὰ καὶ μανικίοις ἢ ὑποδήμασιν ῥαπτοῖς ἢ μακρομύτοις *, σέλλαις, χαλινοῖς, καὶ στερνιστηρίοις περικεχρυσωμένοις ἢ ἄλλην περισσότητα φέρουσι, μὴ χράσθωσαν. κάππας μετὰ μανικίων εἰς τὸ θεῖον ὀφφίκιον ἔσω τῆς ἐκκλησίας μή τινες φορείτωσαν· μήτε μὴν ἀλλαχοῦ οἱ ἐν ἱερωσύνῃ καὶ προσωπικοῖς καθεστῶτες· εἰ μὴ δικαίου αἰτία φόβου ἐκζητήσει τὸ ἔνδυμα μεταμορφῶσαι· πόρπας παντελῶς μὴ φερέτωσαν, οὔτε περιζώματα χρυσοῦ ἢ ἀργύρου κόσμον ἔχοντα, μήτε μὴν δακτυλίους, εἰ μή πως οἷς συμφέρει ἐξ ὀφφικίου τῆς ἀξίας. οἱ ἀρχιερεῖς δὲ ἐν δημοσίῳ καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐπάνωθεν ἐνδύμασι λινοῖς πάντες χράσθωσαν, εἰ μὴ μοναχοὶ ὦσιν, οὓς χρὴ φορεῖν ἔνδυμα μοναχικόν· μαντίοις ἀνειωγμένοις μὴ χράσθωσαν ἐν δημοσίῳ, ἀλλ' ἢ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου, ἢ ἔμπροσθεν τοῦ στήθους, ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν συμπεπλεγμένοις.

* Nam μυτὶς, ſive apud Heſychium μυττὶς, ſignaſui ſive roſtrum animalis.

Ms. Max. De crapula & ebrietate clericorum, & horis honeſtate pſallendis.

ιζ'. Περὶ κραιπάλης καὶ μέθης κληρικῶν, καὶ χοροῦ τῆς σεμνότητος τῶν ψαλλόντων.

Ἀλγοῦντες ἀναφέρομεν, ὅτι οὐ μόνον τινὲς μικρότεροι κληρικοί, ἀλλὰ καί τινες τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες, περὶ κώμας περιττὰς καὶ συνομιλίας ἀπρεπεῖς· ἵνα περὶ τῶν λοιπῶν σιγήσωμεν· σχεδὸν τὸ ἥμισυ τῆς νυκτὸς ἀναλίσκουσι, καὶ τῷ ὕπνῳ τὸ λοιπὸν καταλείψαντες, μόλις εἰς τὸ ἑωθινὸν κελάδισμα τῶν ὀρνέων ἐξεγείρονται, παρατρέχοντες συνεχεῖ πάντοθεν συγκοπῇ τὸν ὄρθρον. εἰσὶν καὶ ἄλλοι, οἵτινες τὰς ἱερουργίας μόλις ἐπιτελοῦσιν τετράκις ἐν τῷ ἐνιαυτῷ, καὶ ὅπερ χεῖρόν ἐστι, ἐν αὐταῖς παρεῖναι καταφρονοῦσι· καὶ εἴπερ ποτὲ, ὅταν αὗται τελοῦνται, * παροῦσι, τοῦ χοροῦ σιωπὴν φεύγοντες, προσέχουσι ταῖς ἐξωτέραις καταλέξεσι τῶν λαϊκῶν· καὶ ὡς εἰς ἀπρεπεῖς λόγους τὴν ἀκοὴν διεκχέοντες, ὦτα προσεκτικὰ οὐκ ὀρέγουσιν εἰς τὰ θεῖα. Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ ὅμοια, ὑπὸ ποινὴν ἀφορισμοῦ ὅλως κωλύομεν, σφικτῶς ἐπιτάττοντες ἐν δυνάμει ὑπακοῆς, ἵνα τὸ θεῖον ὀφφίκιον, νυκτερινὸν ἅμα καὶ ἡμερινόν, ὅσον ὁ Θεὸς αὐτοῖς δώσειεν, σπουδαίως καὶ ἀκριβῶς ἐπιτελοῦσι καὶ εὐνοϊκῶς.

* Corr. παρῶσι

MS. Max. Ut clerici ſententiam ſanguinis non dictent, nec interſint forenſibus judicibus

ιη'. Ἵνα οἱ κληρικοὶ ἀπόφασιν αἵματος μὴ ἐκδιδῶσιν· μηδὲ παρέστωσαν τοῖς ἐξωτέροις κριταῖς.

Ἀπόφασιν αἵματος μηδεὶς κληρικὸς ἐκθέσθω ἢ προφερέτω· μήτε μὴν αἵματος διεκδίκησιν μεταχειριζέσθω· ἀλλ' οὐδὲ, ὅπου μεταχειρίζεται, παρέστωσαν: εἰ δέ τις ἀφορμῇ τούτου τοῦ διατάγ-

joculatoribus, & hiſtrionibus non intendant, & tabernas prorſus evitent, niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti. Ad aleas vel taxillos non ludant, nec hujuſmodi ludis interſint. Coronam & tonſuram habeant congruentem, & ſe in officiis Divinis & aliis bonis exerceant ſtudiis diligenter. Clauſa deferant deſuper indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda. Pannis rubeis aut viridibus, necnon manicis aut ſotularibus conſutitiis ſeu roſtratis, frænis, ſellis, pectoralibus & calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfluitatem gerentibus non utantur. Cappas manicatas ad Divinum officium intra eccleſiam non gerant: ſed nec alibi, qui ſunt in ſacerdotio vel perſonatibus conſtituti, niſi juſti cauſa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes, ſed nec annulos, niſi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico & in eccleſia ſuperindumentis lineis omnes utantur, niſi monachi fuerint, quos oportet deferre habitum monachalem: palliis diffibulatis non utantur in publico, ſed vel poſt collum, vel ante pectus hinc inde connexis.

Ibid. tit. 41 de celebrat. Miſſ. c. 9. Dolentes.

XVII. *De comeſſationibus prælatorum, & negligentia eorum ſuper Divinis officiis.*

Dolentes referimus, quod non ſolum quidam minores clerici, verum etiam aliqui eccleſiarum prælati, circa comeſſationes ſuperfluas & confabulationes illicitas, ut de aliis taceamus, fere medietatem noctis expendunt: & ſomno reſiduum relinquentes, vix ad diurnum concentum avium excitantur, tranſcurrendo* undique continuata ſyncopa matutinum. Sunt & alii qui Miſſarum celebrant ſolennia vix quater in anno, &, quod deterius eſt, intereſſe contemnunt: & ſi quando dum hæc celebrantur interſunt, chori ſilentium fugientes, intendunt * exterius collocutionibus laicorum: dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad Divina. Hæc igitur & ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus: diſtricte præcipientes in virtute obedientiæ, ut Divinum officium diurnum pariter & nocturnum, quantum eis Deus dederit, ſtudioſe celebrent pariter & devote.

* al. utique.

* externis.

Ibid. tit. 50. Ne clerici, vel monachi c. 9. ſententiam.

XVIII. *De judicio & ſanguinis & duelli clericis interdicto.*

Sententiam ſanguinis nullus clericus dictet aut proferat: ſed nec ſanguinis vindictam exerceat, aut ubi exercetur interſit. Si quis autem hujuſmodi occaſione ſtatuti, ec-

cle-

ANNO CHRISTI 1215.

cleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis aliquod præſumpſerit inferre diſpendium, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcatur. Nec quiſquam clericus litteras ſcribat aut dictet pro vindicta ſanguinis deſtinandas. Unde in curiis principum hæc ſolicitudo non clericis, ſed laicis committatur.

Nullus quoque clericus rottariis*, aut baliſtariis, aut hujuſmodi viris ſanguinum præponatur, nec illam chirurgiæ* partem ſubdiaconus, diaconus, vel ſacerdos exerceant, quæ ad uſtionem vel inciſionem inducit. Nec quiſquam purgationi aquæ ferventis vel frigidæ, ſeu ferri candentis, ritum cujuslibet benedictionis aut conſecrationis impendat: ſalvis nihilo minus prohibitionibus de monomachiis ſive duellis* antea promulgatis.

*Ibidem.* * *MS. Max.* ruptariis, *de quibus mentio frequens & facta jam, & poſthac facienda in Albigenſium rebus.* * *Prius legebatur*, artem. *Reſtituimus ex MS. Max.* partem. * Concil. Lateran. III. cap. 20. Ibid. tit. 44. de Cuſtodia Euchar. c. 2. *Relinqui.*

A μαπς ταῖς ἐκκλησίαις ἢ τοῖς ἐκκλησιαςικοῖς προσώποις τινὰ βλάβην τολμήσῃ ἐπενέγκειν, δι' ἐκκλησιαςικῆς κρίσεως περισφιχθήτω· μήτε τις κληρικὸς γράμματα ἐκθέσθω ἢ γραψάτω ὑπὲρ ἐκδικήσεως αἵματος ςαλησόμενα· ὅθεν ἐν ταῖς αὐλαῖς τῶν ἀρχόντων αὕτη ἡ φροντὶς μὴ κληρικοῖς ἀλλὰ λαϊκοῖς ἀνατιθέσθω.

Μηδεὶς αὖ κληρικὸς, τοξοτῶν, ἢ τζαγγαρίων, ἢ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν αἱμάτων προηγείσθω· μήτ' ἐκεῖνο τὸ τῆς χειρουργίας, ὑποδιάκονος, διάκονος, ἢ ἱερεὺς μεταχειριζέσθω, ὅπερ εἰς καῦσιν, ἢ τομὴν εἰσφέρει. μήτε τις καθαρισμῷ ὕδατος ζέοντος, ἢ ψυχροῦ, ἢ σιδήρου πεπυρωμένου, ἔθος αἱ- B ασδήποτε εὐλογίας, ἢ καθιερώσεως παρεχέσθω· σωζομένων οὐχ ἧττον τῶν κωλυμάτων, τῶν περὶ μονομάχων ἢ διμάχων ἔμπροσθεν ἀποφανθέντων.

## *XIX. Ne eccleſia mundanis ſupellectilibus exponantur.*

## ιθ. Ινα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰ ἀπόχρεα μὴ τιθῶσι.

*MS. Max.* Ut in eccleſiis ſupellectilia non ponantur

Relinqui nolumus incorrectum quod quidam clerici ſic exponunt eccleſias ſupellectilibus propriis, & etiam alienis, ut potius domus laicæ quam Dei baſilicæ videantur: non conſiderantes, quod Dominus non C ſinebat, ut vas transferretur per templum.

Sunt & alii, qui non ſolum eccleſias dimittunt incultas, verum etiam vaſa miniſterii, & veſtimenta miniſtrorum, ac pallas altaris, necnon & ipſa corporalia, tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus ſunt horrori. Quia vero zelus nos comedit domus Dei, firmiter prohibemus, ne hujuſmodi ſupellectilia in eccleſiis admittantur: niſi, propter hoſtiles incurſus, aut incendia repentina, ſeu alias neceſſitates urgentes, ad eas oporteat habere refugium. D Sic tamen, ut neceſſitate ceſſante, res in loca priſtina reportentur. Præcipimus quoque, ut oratoria, vaſa, corporalia, & veſtimenta prædicta, munda & nitida conſerventur. Nimis enim videtur abſurdum, in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in profanis.

Καταλειφθῆναι οὐ θέλομεν ἀδιόρθωτον, ὅτι τινὲς κληρικοὶ τὰς ἐκκλησίας οὕτως ἐκτιθέασιν ἀποχρέοις ἰδίοις τε καὶ ἀλλοτρίοις, ὡς μᾶλλον οἰκίας λαϊκῶν ἢ θεοῦ βασιλικὰς φαίνεσθαι. οὐ κατανοοῦντες, ὅτι ὁ κύριος οὐκ εἴα ἵνα σκεῦος διέλθῃ διὰ τοῦ ἱεροῦ.

Εἰσὶ καὶ ἄλλοι οἵ τινες οὐ μόνον τὰς ἐκκλησίας ἐῶσιν ἀτημελήτους, ἀλλὰ καὶ τὰ σκεύη τῆς διακονίας, καὶ τὰ ἐνδύματα τῶν διακόνων, καὶ τὰ τραπεζόφορα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ καλύμματα, οὕτω ῥυπαρὰ ἐῶσιν, ὡς ποτέ τισιν εἶναι βδελυκτά. ὅτι δὲ ὁ ζῆλος ἡμᾶς ςερεῶς κατέφαγε τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ. ςερεῶς κωλύομεν, ἵνα τὰ τοιαῦτα ἀπόχρεα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις προσδεχθῶσιν, εἰ μὴ διὰ ἐχθρῶν ἐπιδρομὰς, ἢ ἐμπρησμοὺς αἰφνιδίους, ἢ ἄλλας ἀνάγκας κατεπειγούσας, εἰς αὐτὴν χρὴ ἔχειν καταφύγιον· οὕτω τέως ὡς ἂν τῆς ἀνάγκης παυούσης, τὰ πράγματα εἰς τὸν πρότερον τόπον ἀποκομισθῶσι. προστάσσομεν δὲ ἵνα τὰ τῆς ἀρχῆς σκεύη, καλύμματα, καὶ τὰ προῤῥηθέντα ἐνδύματα, καθαρὰ καὶ διειδῆ φυλαχθῶσι. λίαν γὰρ ἂν φαίνοιτο ἄτοπον, τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ῥύπων ἀμελεῖν, ὧν οὐκ ἐχρῆν ἐν τοῖς ἀνιέροις.

## *XX. De chriſmate & euchariſtia ſub ſera conſervanda.*

## κ'. Ινα ἡ εὐχαριστία καὶ τὸ χρῖσμα πιςῶς φυλαχθῶσι.

*MS. Max.* Ut euchariſtia & chriſma fideliter conſerventur.

Ibid. c. 1. *Statuimus.*

Statuimus, ut in cunctis eccleſiis chriſma & euchariſtia ſub fideli cuſtodia clavibus adhibitis conſerventur: ne poſſit ad illa E temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda. Si vero is ad quem ſpectat cuſtodia, ea incaute reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur. Et ſi per ejus incuriam aliquid nefandum inde contigerit, graviori ſubjaceat ultioni.

Διατασσόμεθα οὖν ὅπως ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τὸ χρῖσμα καὶ ἡ εὐχαριστία ὑπὸ πιςῇ φυλάξει κλειδῶν προστεθέντων διατηρηθῶσιν· ἵνα μὴ δυνηθῇ εἰς αὐτὰ τολμηρὰ χεὶρ ἐκταθῆναι εἰς τὸ τινὰ βδελυρὰ ἢ μιαρὰ ἐξασκηθῆναι· εἰ δὲ οὗτος εἰς ὃν διαφέρει ἡ φύλαξις, αὐτὰ οὐκ ἀσφαλῶς καταλείψῃ, ἐν τρισὶν μησὶν ἀπὸ τοῦ ὀφφικίου ἀφοριζέσθω· καὶ εἰ δι' ἀμεριμνίαν αὐτοῦ ἄτοπόν τι ἐκεῖθεν συμβῇ, βαρυτέρᾳ ὑποκείσθω διεκδικήσει.

## *XXI. De confeſſione facienda, & non revelanda a ſacerdote, & ſaltem in Paſca communicando.*

In cod. Max. deeſt græcus titulus, non latinus.

Ibid. l. 5. tit. 38. de pœnitentiis & remiſſ. c. 12. *Omnis.*

*MS. Max.* Ut omnes

Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam

Πᾶς ἑκατέρου γένους πιςὸς μετὰ τὸ εἰς χρόνον δια-

ANNO CHRISTI 1215.

Adulti annuatim pœnitentiam perſonaliter agant.

διακρίσεως προέλθειν, πάντα τὰ ἴδια μόνος ἁμαρτήματα ἐξομολογησάσθω πιστῶς, κἂν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, τῷ ἰδίῳ ἱερεῖ· καὶ τὴν ἐπιτεθεῖσαν αὐτῷ ἐντολὴν σπουδασάτω ὅση δύναμις ἐκπληροῦν· μεταλαμβάνων εἰς ἐλάττω αἰδεσίμως εἰς τὸ πάσχα τὸ τῆς εὐχαριστίας μυστήριον. εἰ μὴ ἴσως τῇ βουλῇ τοῦ ἰδίου ἱερέως διά τινα εὔλογον αἰτίαν, εἰς καιρὸν, τῆς μεταλήψεως ἀπόσχοιτο. εἰ δὲ μήγε, καὶ ζῶν ἐκ τῆς εἰσόδου τῆς ἐκκλησίας κωλυέσθω, καὶ θανὼν τῆς τῶν χριστιανῶν ἀποστερείσθω ταφῆς. ὅθεν τοῦτο τὸ σωτήριον διάταγμα συχνῶς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις δημοσιευθήτω, ἵνα μή τις ἀγνοίας ἐκτυφλώσει, κάλυμμα προφάσεως ἀναλάβηται. εἰ δέ τις ἀλλοτρίῳ ἱερεῖ θελήσοι ἐκ δικαίας αἰτίας τὰ ἑαυτοῦ ἐξομολογεῖσθαι ἁμαρτήματα, ἄδειαν αἰτείτω καὶ ἐπιτευξάσθω παρὰ τοῦ ἰδίου ἱερέως· ἐπείπερ ἄλλος ἐκεῖνον * οὐ δύναται αὐτὸν λύειν ἢ δεσμεῖν.

* Corr. ἐκεῖνος, ut ſenſus ſit: alter ille ipſum non poſſit ſol.

Ὁ δὲ ἱερεὺς ἔστω διακριτικὸς καὶ ἀσφαλὴς, ὡς ἂν δίκην ἐμπείρου ἰατροῦ ἐπιχέῃ οἶνον καὶ ἔλαιον ταῖς πληγαῖς τοῦ τετραυματισμένου· ἀκριβῶς ἐρευνῶν καὶ τοῦ ἁμαρτωλοῦ τὰς περιστάσεις καὶ τοῦ ἁμαρτήματος, δι᾽ ὧν φρονίμως συνιέτω οἵαν ὀφείλει ἐκείνῳ παρασχεῖν βουλὴν, καὶ οἵῳ τρόπῳ θεραπείαν προσθεῖναι, διαφόροις πείραις χρώμενος πρὸς τὸ ἰάσασθαι τὸν νοσοῦντα.

Προσεχέτω δὲ ὅλως, ἵνα μὴ λόγῳ, ἢ σημείῳ, ἢ ἑτέρῳ οἱῳδήτινι τρόπῳ προδοῦναι * τὸν ἁμαρτωλόν· ἀλλ᾽ εἰ φρονιμωτέρας βουλῆς δεήσῃ, ταύτην ἄνευ τινὸς ἐκφράσεως τοῦ προσώπου ἀσφαλῶς ἀναζητείτω· ὅτι τὸν τὴν ἁμαρτίαν τὴν ἐν τῇ κρίσει τῆς μετανοίας αὐτῷ ἀποσκεπασθεῖσαν τολμήσοντα ἀποκαλύψαι, οὐ μόνον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἱερατικοῦ ὀφφικίου καθαιρεθησόμενον κρίνομεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ποιῆσαι αἰωνίαν μετάνοιαν εἰς στενὸν μοναστήριον ἐγκλεισθησόμενον.

MS. Max. Ut medici ægros non prius procurent, quam pœnitentiam agant.

## κβʹ. Ἵνα οἱ ἰατροὶ τοὺς ἀρρώστους μὴ πρότερον θεραπεύσωσιν, ἢ μετανοήσωσιν.

Ἐπείπερ ἡ σωματικὴ ἀρρωστία ἐξ ἁμαρτίας ποτὲ προέρχεται, λέγοντος τοῦ κυρίου τῷ παραλυτικῷ ὃν ἰάσατο· πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται· τῷ παρόντι κανόνι διατάσσομεν καὶ ἐσφιγμένως προστάσσομεν τοῖς ἰατροῖς τῶν σωμάτων, ὅπερ ὅταν αὐτοὺς εἰς τοὺς ἀρρώστους κληθῆναι συμβῇ, αὐτοὺς πρὸ πάντων νουθετήσωσι καὶ ἐνεισάξωσι προσκαλεῖν τοὺς ἰατροὺς τῶν ψυχῶν· ὡς ἂν μετὰ * τὸν νοσοῦντα περὶ ψυχῆς σωτηρίας προνοηθῆναι, εἰς τὴν τῆς σωματικῆς ἰατρείας παρηγορίαν σωτηριωδέστερον προέλθωσιν· ἐπειδὴ παυσάσης τῆς αἰτίας, παύει καὶ ἡ ἐντέλεια. Τοῦτο μὲν πρὸς τοῖς ἄλλοις τῷ παρόντι αἰτίαν δέδωκε δόγματι, ὅτι τινὲς ἐν ἀρρωστίας κλίνῃ κατακείμενοι, ὅταν αὐτοῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν ὑποτεθῇ ἵνα περὶ ψυχῆς σωτηρίας διατάξωνται, εἰς ἀπογνώσεως ἄρθρον πίπτουσιν· ὅθεν εὐκολώτερον κίνδυνον θανάτου ὑφίστανται.

* Corr. μετὰ τὸ τὸν νοσοῦντα

Εἴ τις οὖν τῶν ἰατρῶν, ταύτης τῆς ἡμετέρας διατάξεως, μετὰ τὸ διὰ τῶν προεστώτων τῶν τόπων δημοσιευθῆναι, παραβάτης ἔσται, τοσοῦτον

ANNO CHRISTI 1215.

A ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter, ſaltem ſemel in anno, proprio ſacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reverenter ad minus in Paſcha euchariſtiæ ſacramentum: niſi forte de conſilio proprii ſacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & vivens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Unde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in eccleſiis publicetur, ne quiſquam B ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit juſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet & obtineat a proprio ſacerdote, cum * aliter ille ipſe non poſſit ſolvere, vel ligare.

* MS. Max. cum alter ipſum non poſſ.

Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus, ut more periti medici ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus ſauciati; diligenter inquirens & peccatoris circumſtantias & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi conſilium debeat exhibere, & cujuſmodi remedium adhibere, diverſis experimentis utenC do ad ſanandum ægrotum.

Ibidem

Caveat autem omnino, ne verbo, vel ſigno, vel alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorem; ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque ulla expreſſione perſonæ caute requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectum præſumpſerit revelare, non ſolum a ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam, in arctum monaſterium detrudendum.

## D XXII. *Quod infirmi prius provideant animæ quam corpori.*

Ibid. c. 1. *Cum infirmitas*

*Joan.* 5.

Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proveniat, dicente Domino languido quem ſanaverat: *Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat*: decreto præſenti ſtatuimus, & diſtricte præcipimus medicis corporum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant & inducant, quod medicos advocent animarum: ut poſtquam infirmis fue E rit de ſpiritali ſalute proviſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, cum cauſa ceſſante ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, quod quidam in ægritudinis lecto jacentes, cum eis a medicis ſuadetur ut de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, unde facilius mortis periculum incurrunt.

Ibidem

Si quis autem medicorum, hujus noſtræ conſtitutionis, poſtquam per prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor exti-

ANNO CHRISTI 1215

titerit, tamdiu ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione hujuſmodi ſatisfecerit competenter.

Ibid. Ceterum cum anima ſit multo pretioſior corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ convertatur.

*XXIII. Quod eccleſia cathedralis vel regularis ultra tres menſes non vacet.*

Ibid. [illegible] Idem de electione c. 41. Ne pro defectu.

Ne pro defectu paſtoris gregem Dominicum lupus rapax invadat, aut in facultatibus ſuis eccleſia viduata grave diſpendium patiatur: volentes in hoc etiam occurrere periculis animarum, & eccleſiarum indemnitatibus providere: ſtatuimus, ut ultra tres menſes cathedralis vel regularis eccleſia prælato non vacet: infra quos, juſto impedimento ceſſante, ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate careant ea vice, ac ipſa eligendi poteſtas ad eum qui proximo præeſſe dignoſcitur devolvatur. Is vero ad quem devoluta fuerit poteſtas, Dominum habens præ oculis, non differat ultra tres menſes, cum capituli ſui concilio & aliorum virorum prudentium, viduatam eccleſiam de perſona idonea, ipſius quidem eccleſiæ, vel alterius, ſi digna non reperiatur in illa, canonice ordinare, ſi canonicam voluerit effugere ultionem.

*XXIV. De electione facienda per ſcrutinium vel compromiſſum.*

Ibid. c. 42. Quia.

Quia propter electionum formas diverſas, quas quidam invenire conantur, & multa impedimenta proveniunt, & magna pericula imminent eccleſiis viduatis: ſtatuimus, ut cum electio fuerit celebranda, præſentibus qui debent & volunt & poſſunt commode intereſſe, aſſumantur tres de collegio fide digni, qui ſecreto & ſingulatim* voces cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo interjecto: ut is collatione adhibita eligatur, in quem omnes, vel major, vel ſanior pars capituli conſentit. Vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus viris idoneis committatur qui vice omnium, eccleſiæ viduatæ provideant de paſtore. Aliter electio facta non valeat, niſi forte communiter eſſet ab omnibus, quaſi per inſpirationem Divinam, abſque vitio celebrata. Qui vero contra prædictas formas eligere attentaverint, eligendi ea vice poteſtate priventur.

* MS. Max. vota

Ibid. c. 43. Illud penitus interdicimus, ne quis in electionis negotio procuratorem conſtituat, niſi ſit abſens in eo loco de quo debeat advocari, juſtoque impedimento de-

ANNO CHRISTI 1215

δὴ ἀπὸ τῆς εἰσόδου τῆς ἐκκλησίας κωλυέσθω, ἕως ἂν ὑπὲρ τῆς τοιαύτης παραβάσεως ἱκανοποιήσῃ προσηκόντως.

Ἐπείπερ ἡ ψυχὴ πολλῷ τιμιωτέρα ἐστὶν τοῦ σώματος, ὑπὸ ποινὴν ἀναθέματος κωλύομεν, ἵνα μηδεὶς τῶν ἰατρῶν ὑπὲρ σωματικῆς σωτηρίας τι τῷ ἀρρώστῳ μαθήσῃ, ὅπερ εἰς κίνδυνον ψυχῆς ἐπιστρέφει.

κγʹ. Περὶ ἐκλογῶν προεστώτων.

MS. Max. De electionibus prælatorum.

Ἵνα μὴ δι' ἔλλειψιν ποιμένος τὴν δεσποτικὴν ἀγέλην ὁ ἅρπαξ λύκος λυμήνηται, ἢ ἐν τοῖς οὐσίαις αὐτῆς ἡ ἐκκλησία χηρεύουσα, βαρεῖαν ζημίαν πάθῃ· θέλοντες ἐν τούτῳ καὶ ἀπαντῆσαι τοῖς κινδύνοις τῶν ψυχῶν, καὶ τὸ τῶν ἐκκλησιῶν ἀζήμιον προϊδεῖν· διατάσσομεν, ἵνα ἔξω τριῶν μηνῶν καθεδρικὴ ἢ κανονικὴ ἐκκλησία προεστῶτος μὴ ἀργήσῃ. ἐν οἷς, καὶ ἐμποδίου παύοντος, ἐὰν ἡ ἐκλογὴ μὴ τελεσθῇ, οἱ ἐκλέγειν ὀφείλοντες, τῆς ἐξουσίας τῆς ἐκλογῆς στερείσθωσαν τῇ αὐτῇ φορᾷ· καὶ πρὸς αὐτὸν ἡ τῆς ἐκλογῆς ἐξουσία τὸν πλησίον προΐστασθαι ἐγνωσμένον ἐκκυλιέσθω· ἐκεῖνος δὲ πρὸς ὃν ἐκκυλισθήσεται ἡ ἐξουσία, θεὸν ἔχων πρὸ ὀφθαλμῶν, μὴ ὑπερθέσθω ἔξω τριῶν μηνῶν μετὰ βουλῆς τοῦ καπιτούλου αὐτοῦ καὶ ἄλλων φρονίμων ἀνδρῶν τὴν χηρεύουσαν ἐκκλησίαν ἐκ προσώπου εἰδήμονος τῆς αὐτῆς μὲν ἐκκλησίας, ἢ ἄλλης ἐὰν ἄξιον μὴ εὑρεθείη ἐν αὐτῇ, κανονικῶς τυπώσασθαι, ἐὰν τὴν κανονικὴν θελήσῃ ἐκφυγεῖν διεκδίκησιν.

κδʹ. Πάλιν περὶ ἐκλογῆς.

MS. Max. Item de electionibus.

Ὅτι διὰ τὰς διαφόρους τῶν ἐκλογῶν μορφὰς ἃς τινὲς ἐφευρεῖν διαγωνίζονται, καὶ πολλὰ ἐμπόδια προέρχονται, καὶ μεγάλοι κίνδυνοι ἐπαπειλοῦνται ταῖς χηρευούσαις ἐκκλησίαις· διατασσόμεθα ἵνα ὅταν ἡ ἐκλογὴ ἐπιτελεσθήσεται, παρόντων πάντων τῶν ὀφειλόντων, καὶ θελόντων, καὶ δυναμένων ἐπωφελῶς παρεῖναι, προσληφθήτωσαν τρεῖς ἐκ τοῦ συλλόγου ἀξιόπιστοι, οἵτινες μυστικῶς καὶ κατὰ μόνας τὰ θελήματα πάντων ἀκριβῶς ἐκζητησάτωσαν, καὶ γεγραμμένα εὐθὺς δημοσιευσάτωσαν ἐπὶ τοῦ κοινοῦ, μηδενὸς αὖθις ἐπικλήσεως ἀντιστήματος ἐπιρριφέντος· ἵνα οὕτως συνθήκης γενομένης ἐκλεχθείη, εἰς ὃν τὸ πᾶν, ἢ τὸ μεῖζον, ἢ τὸ ὑγιέστερον μέρος συναινέσῃ· ἢ κἂν ἡ τῆς ἐκλογῆς ἐξουσία τισὶν ἀνδράσιν εἰδήμοσιν ἀνατιθέσθω, οἵτινες ἀντὶ πάντων τῇ χηρευούσῃ ἐκκλησίᾳ προνοήσοι* ποιμένος· ἄλλως δὲ ἡ γενομένη ἐκλογὴ μὴ ἰσχυσάτω, εἰ μὴ ἴσως κοινῶς παρὰ πάντων, ὥσπερ δι' ἐμπνεύσεως, δίχα πάθους ἐπιτελεσθείη. οἱ δὲ κατὰ τῶν προγραφεισῶν μορφῶν ἐκλέξασθαι πειρασόμενοι, τῇ αὐτῇ φορᾷ τοῦ τῆς ἐκλογῆς κύρους στερείσθωσαν.

* Corr. προνοήσουσι

Ἐκεῖνο δὲ ὅλως κωλύομεν, ἵνα μή τις ἐν τῇ τῆς ἐκλογῆς πραγματείᾳ προκουράτωρα καταστήσῃ, εἰ μὴ ἀπὼν εἴη ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ, περὶ οὗ ὀφείλει συνηγορηθῆναι, καὶ δικαίῳ ἐμποδίῳ κατα-

ANNO CHRISTI 1215.

ταχθεὶς ἐλθεῖν μὴ δυνηθείη. ἐφ' ᾧ εἰ χρεία ἔσται, πιστώσεται ὅρκῳ· καὶ τότε εἰ θελήσει, ἐπιτρεψάτω τῷ αὐτοῦ συλλόγου τὴν τάξιν αὐτοῦ. τὰς ἐκλογὰς δὲ τὰς κρυφίους ἀποδοκιμάζομεν, καθιστῶντες ἵνα ὡς τάχιον ἡ ἐκλογὴ ἐπιτελεσθήσεται, πανηγυρικῶς δημοσιευθείη.

### κε'. Πάλιν περὶ ἐκλογῶν.

Ὅστις τῇ περὶ αὐτοῦ γενομένῃ ἐκλογῇ διὰ κοσμικῆς ἐξουσίας παράχρησιν συναινέσαι τολμήσει κατὰ τῆς κανονικῆς ἐλευθερίας· καὶ τῆς ὠφελείας τῆς ἐκλογῆς στερείσθω, καὶ ἀνέκλεκτος γινέσθω· ὥστε χωρὶς οἰκονομίας μὴ δύνασθαι εἴς τινα ἐκλεγῆναι ἀξίαν. οἱ δὲ τὴν τοιαύτην ἐκλογήν, ἣν αὐτῷ τῷ δικαίῳ ἄκυρον εἶναι κρίνομεν, τολμήσαντες ἐπιτελεῖν· ἐκ τῶν ὀφφικίων καὶ τῶν εὐεργετημάτων διὰ τριετίας ὑπαναρτάσθωσαν, τῆς τοῦ ἐκλέγειν ἐξουσίας τότε στερηθέντες.

### κϛ'. Πάλιν περὶ ἐκλογῶν.

Οὐδέν ἐστιν ὃ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ πλέον βλάπτει, ἢ ὅτι ἀνάξιοι προσλαμβάνονται προεστῶτες εἰς κυβέρνησιν ψυχῶν. θέλοντες τοιγαροῦν ταύτῃ τῇ νόσῳ ἀναγκαίαν ἐπιθεῖναι ἰατρείαν, ἀπαραθραύστῳ διατάξει θεσπίζομεν, ὅπερ ὅταν τις εἰς κυβέρνησιν ψυχῶν ἐκλεχθείη, πρὸς ὃν ἡ ἐπικύρωσις αὐτοῦ διαφέρει, ἀκριβῶς ἐξετάσῃ, καὶ τὴν τῆς ἐκλογῆς ἔκβασιν, καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ ἐκλεχθέντος· ἵνα ὅταν πάντα κατ' ἔθος συνδράμωσι, τὸ δῶρον αὐτῷ τῆς ἐπικυρώσεως παράσχῃ· εἰ δὲ ἄλλως ἐπισφαλῶς τολμηθῇ, οὐ μόνον ἀποβλητέος ἔσται ὁ ἀναξίως προκριθείς, ἀλλὰ καὶ ὁ ἀναξίως προνοῶν* τιμωρητέος.

* f. προκρίνων.

Αὐτόν τε κρίνομεν ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ἐνθυμήσεως κολάζεσθαι· ἵνα ὅταν κατασταθῇ περὶ τῆς ἀμελείας αὐτοῦ, μάλιστα ἐὰν ἄνθρωπον ἀνικάνου γνώσεως, ἢ ἀτίμου ζωῆς, ἢ ἡλικίας οὐκ ἐννόμου ἐνστήσαιτο· οὐ μόνον τῆς τοῦ ἐπικυρῶσαι πρῶτον τὸν διάδοχον ἐκείνου στερείσθω ἐξουσίας. ἀλλὰ καὶ, ἵνα μή τινι συμπτώματι ποινὴν ἐκφύγῃ, ἐκ τῆς προλήψεως τοῦ ἰδίου εὐεργετήματος ὑπαναρτάσθω, ἕως οὗ, ἐὰν ἴσον ἔσται, συγγνώμης ἰσχύσει ἀξιωθῆναι. εἰ δὲ ἡττηθῇ ἐν τούτῳ διὰ πονηρίαν ὑπερβῆναι, βαρυτέρᾳ ὑποκείσθω ἐκδικήσει.

Τοῖς ἐπισκόποις δὲ τοιούτους εἰς τὰς ἱερὰς χειροτονίας καὶ ἐκκλησιαστικὰς ἀξίας προκρίνειν μελέτω, οἵπερ ἂν τὸ ἐπιταχθὲν αὐτοῖς ὀφφίκιον ἀξίως ἰσχύσοιεν ἐκπληροῦν· ἐὰν καὶ αὐτοὶ τὴν κανονικὴν ἐπιθυμοῦσιν ἐκφεύγειν διεκδίκησιν.

Ἕτεροι οἱ πρὸς τὸν Ῥωμαϊκὸν διαφέροντες ἀμέσως ἀρχιερέα, εἰς τὸ πληρωθῆναι τὴν τοῦ ἰδίου ἐπικύρωσιν ὀφφικίου, ἑαυτοὺς ἐνώπιον αὐτοῦ, εἰ ἐπωφελῶς δύναται γενέσθαι, προσωπικῶς παραστησάτωσαν· ἢ πρόσωπα στειλάτωσαν εἰδήμονα, δι' ὧν ἀκριβὴς ἐξέτασις ἐπί τε τῶν ἐκλογῶν καὶ τῶν ἐκλεκτῶν δυνήσοιτ' ἂν γενέσθαι. ἵνα οὕτως ἐκ τούτου τῇ τῆς ἰδίας περιβλέψει βουλῆς τὴν πλήρωσιν τοῦ ὀφφικίου αὐτῶν ἀπολαύσωσι,

A tentus venire non poſſit. ſuper quo, ſi fuerit opus, fidem faciat juramento. & tunc, ſi voluerit, uni committat de ipſo collegio vicem ſuam. Electiones quoque clandeſtinas reprobamus, ſtatuentes, ut quam cito electio fuerit celebrata, ſolenniter publicetur.

### XXV. *Quod electio facta per ſecularem poteſtatem non valeat.*

MS. Mar. Item de electionibus.

Ibid. c. 43. Quiſquis

Quiſquis electioni de ſe factæ per ſæcularis poteſtatis abuſum conſentire præſumpſerit contra canonicam libertatem, & electionis B commodo careat, & ineligibilis fiat, nec abſque diſpenſatione poſſit ad aliquam eligi dignitatem. Qui vero electionem hujuſmodi, quam ipſo jure irritam eſſe cenſemus, præſumpſerint celebrare, ab officiis & beneficiis penitus per triennium ſuſpendantur, eligendi tunc poteſtate privati.

### XXVI. *De pœna indigne confirmantis electionem.*

MS. Mar. Item de electionibus.

Ibid. c. 44. Nihil eſt

Nihil eſt quod eccleſiæ Dei magis officiat, quam quod indigni aſſumantur prælati C ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo neceſſariam adhibere medelam, irrefragabili conſtitutione ſancimus, quatenus cum quiſquam fuerit ad regimen animarum aſſumptus, is ad quem pertinet ipſius confirmatio, diligenter examinet, & electionis proceſſum, & perſonam electi, ut, cum omnia rite concurrerint, munus ei confirmationis impendat: quia, ſi ſecus fuerit incaute præſumptum, non ſolum dejiciendus eſt indigne promotus, verum etiam indigne promovens puniendus.

Ibidem

Ipſum quoque decernimus hac animadD verſione puniri, ut cum de ipſius conſtiterit negligentia, maxime ſi hominem inſufficientis ſcientiæ, vel inhoneſtæ vitæ, aut ætatis illegitimæ approbaverit: non ſolum confirmandi primum ſucceſſorem illius careat poteſtate, verum etiam ne aliquo caſu pœnam effugiat, a perceptione proprii beneficii ſuſpendatur, quouſque, ſi æquum fuerit, indulgentiam valeat promereri: ſi convictus fuerit in hoc per malitiam exceſſiſſe, graviori ſubjaceat ultioni.

Ibidem

Epiſcopi quoque tales ad ſacros ordines E & eccleſiaſticas dignitates promovere procurent, qui commiſſum ſibi officium digne valeant adimplere: ſi & ipſi canonicam cupiunt effugere ultionem.

Ibidem

Ceterum, qui ad Romanum pertinent immediate pontificem, ad percipiendam ſui confirmationem officii, ejus ſe conſpectui, ſi commode poteſt fieri, perſonaliter repræſentent; vel perſonas tranſmittant idoneas, per quas diligens inquiſitio ſuper electionis proceſſu & electis poſſit haberi: ut ſic demum per ipſius circumſpectionem conſilii ſui

ANNO CHRISTI 1215.

ſui plenitudinem aſſequantur officii, cum eis nihil obſtiterit de canonicis inſtitutis: ita quod interim valde remoti, videlicet ultra Italiam conſtituti, ſi electi fuerint in concordia, diſpenſative propter neceſſitates & utilitates eccleſiarum, in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrent: ſic tamen ut de rebus eccleſiaſticis nil penitus alienent. Munus vero conſecrationis ſeu benedictionis recipiant, ſicut hactenus recipere conſueverunt.

A ὅταν αὐτοῖς μηδὲν ἀντιστήσοιτο ἐκ τῶν κανονικῶν διατάξεων· οὕτως ὥσπερ ἐν τῷ μεταξὺ οἱ λίαν ἀποκείμενοι ἢ ἀποκινηθέντες, δηλαδὴ οἱ πέραν Ἰταλίας καταστάθεντες, ἐὰν ἐκλεγῶσιν ἐν συμφωνίᾳ οἰκονομικῶς χάριν τῶν ἀναγκῶν καὶ ὠφελειῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἐν τοῖς πνευματικοῖς καὶ προσκαίροις διακονήσωσιν· οὕτως πως ἵνα ἐκ τῶν πραγμάτων τῶν ἐκκλησιαστικῶν μηδὲν ὅλως ἐκποιήσωσιν. τὸ δὲ δῶρον τῆς καθιερώσεως ἢ εὐλογίας λάβωσιν, ὡς μέχρι τοῦ δεῦρο λαβεῖν εἰώθασιν.

* MS. Max. De ordinationibus faciendis. Ibid. tit. 14. de ætate &c. c. 14. Cum ſit ars

*XXVII. De inſtructione ordinandorum.*

B

Cum ſit ars artium regimen animarum, diſtricte præcipimus, ut epiſcopi promovendos in ſacerdotes diligenter inſtruant & informent, vel per ſe ipſos, vel per alios viros idoneos, ſuper Divinis officiis, & eccleſiaſticis ſacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare: quoniam ſi ignaros & rudes de cetero ordinare præſumpſerint, (quod quidem facile poterit deprehendi) & ordinatores & ordinatos gravi decrevimus ſubjacere ultioni.* Satius eſt enim, maxime in ordinatione ſacerdotum, paucos bonos quam multos malos habere miniſtros: quia ſi cæcus cæcum duxerit, ambo in foveam dilabuntur.

* Sanctius

κζ. Περὶ χειροτονιῶν γινομένων.

Ἐπειδὴ τέχνη τεχνῶν ἐστὶν ἡ κυβέρνησις τῶν ψυχῶν, ἐσφιγμένως προστάσσομεν, ἵνα οἱ ἐπίσκοποι τοὺς προκινηθησομένους εἰς ἱερεῖς ἀκριβῶς διδάξωσι καὶ ἐμμορφώσωσιν, ἢ δι' ἑαυτῶν, ἢ δι' ἑτέρων ἀνδρῶν εἰδημόνων, ἐπάνω τῶν θείων ὀφφικίων, καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν μυστηρίων· πῶς ἂν τοῦτο εἰωθότως ἰσχύσωσιν ἐπιτελεῖν· ὅτι περ ἐὰν τοῦ λοιποῦ ἀγνῶστους καὶ ἀγροίκους χειροτονεῖν τολμήσωσιν, ὅπερ ἄρα ῥᾳδίως δυνήσεται καταληφθῆναι, καὶ τοὺς χειροτονοῦντας καὶ τοὺς χειροτονουμένους βαρείᾳ ὑποκειμένους δικαιώσει. ἱκανώτερον γάρ ἐστι, καὶ μάλιστα ἐν τῇ τάξει τῆς ἱερατείας, C ὀλίγους ἀγαθοὺς ἢ πλείστους κακοὺς ἔχειν διακόνους. ὅτι ἐὰν τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται.

MS. Max. De ceſſione prælatorum. Ibid. tit. 9. de Renunciatione c. 13. Quidam

*XXVIII. Quod compellantur cedere, qui poſtulaverant licentiam cedendi.*

Quidam licentiam cedendi cum inſtantia poſtulantes, ea obtenta, cedere prætermittunt. Sed cum in poſtulatione ceſſionis hujuſmodi, aut eccleſiarum commoda, quibus præſunt, aut ſalutem videantur propriam attendiſſe, quorum neutrum ſuaſionibus aliquorum quærentium quæ ſunt ſua, ſeu etiam levitate qualibet, volumus impediri, ad cedendum eos decernimus compellendos.

κη. Περὶ ὑποχωρήσεως προεστώτων.

Τινὲς τὴν τοῦ ὑποχωρεῖν ἄδειαν μετ' ἐνστάσεως αἰτοῦντες, ταύτης ἐπιτυχόντες, ὑποχωρῆσαι παρορῶσιν. ἀλλ' ἐπεὶ ἐν τῇ αἰτήσει τῆς τοιαύτης ὑποχωρήσεως, ἢ ἐκκλησιῶν ὠφέλειαν ὧν προΐστανται, ἢ σωτηρίαν φαίνονται τῇ ἰδίᾳ προσεσχηκέναι, ὧν οὐδέτερον ..... οἷς τινῶν ζητούντων τὰ D ἑαυτῶν, ἢ κουφότητι οἱᾳδήτινι, οὐ βουλόμεθα ἐμποδισθῆναι, πρὸς τὸ ὑποχωρεῖν αὐτοὺς κρινόμενοι ἀναγκάζεσθαι.

MS. Max. Ut nullus plures habeat dignitates vel parochiales eccleſias. Ibid. Lib. 3. tit. 5. de præbendis c. De multa. * Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. cap. 13.

*XXIX. Quod nullus habeat duo beneficia cum cura annexa.*

De multa providentia fuit in Lateranenſi * concilio prohibitum, ut nullus diverſas dignitates eccleſiaſticas & plures eccleſias parochiales reciperet, contra ſacrorum canonum inſtituta. Alioquin, & recipiens ſic receptum amitteret, & largiendi poteſtate conferens privaretur. Quia vero propter præſumptiones & cupiditates quorumdam nullus hactenus fructus aut rarus de prædicto ſtatuto provenit: nos evidentius & expreſſius occurrere cupientes, præſenti decreto ſtatuimus, ut quicumque receperit aliquod beneficium habens curam animarum annexam, ſi prius tale beneficium obtinebat, eo ſit jure ipſo privatus: &, ſi forte illud retinere contenderit, alio etiam ſpolie-

κθ. Ἵνα μηδεὶς ἔχῃ πλείστας ἀξίας ἢ ἐνοριτίδας ἐκκλησίας.

Ἐκ πολλῆς προνοίας ἐν τῇ τοῦ Λατεράνου συνόδῳ κεκώλυται, ἵνα μηδεὶς διαφόρους ἀξίας ἐκκλησιαστικὰς καὶ πλείστας ἐκκλησίας ἐνοριτίδας λάβοι ἀπεναντίος τῶν διαταγμάτων τῶν ἱερῶν κανόνων. εἰ δὲ μήγε· καὶ ὁ λαμβάνων οὕτω τὸ E ληφθὲν ἀπολέσειε, καὶ τῆς τοῦ χορηγεῖν ἐξουσίας ὁ μεταδιδοὺς στερήσοιτο. ἐπεὶ δὲ διὰ τὰς ἀποτολμήσεις καὶ αἰσχροκερδείας τινῶν, οὐδεὶς μέχρι τοῦ δεῦρο καρπὸς ἢ σπάνιος ἐκ τοῦ προῤῥηθέντος διατάγματος ἐξέβη, ἡμεῖς ἐμφανέστερον καὶ προνοητικώτερον ἀπαιτῆσαι ἐφιέμενοι, τῷ παρόντι κανόνι διατασσόμεθα, ἵνα ὅστις ἀναλάβοι τι εὐεργέτημα ἔχον φροντίδα ψυχῶν ἐπιπλεχθεῖσαν, εἰ πρότου τοιούτου εὐεργετήματος ἐπετύγχανεν, αὐτοῦ τοῦ δικαίου στερείσθω· εἰ δ' ἴσως ἐκεῖνο κατέχειν φιλονεικήσειεν, καὶ τοῦ ἄλλου γυμνούσθω· αὐτὸς

τε

ANNO CHRISTI 1215.

τι πρὸς ὃν ἡ τοῦ ... διαφέρει δωρεά, ἐκεῖνο τὸ εὐεργέτημα μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ ἑτέρου ἐλευθέρως δωρείσθω, ᾧ περ ἂν ἀξίως ἤδη δοθησόμενον. καὶ ἐὰν ἔξω τριῶν μηνῶν δοῦναι ὑπερθῆται, οὐ μόνον πρὸς ἄλλον κατὰ τὸ διάταγμα τῆς ἐν τῷ Λατεράνῳ συνόδου ἡ τούτου μετάδοσις ἐκκυλιέσθω· ἀλλὰ μὴν τοσοῦτον ἐκ τῶν ἰδίων συνεισφορῶν ἀναγκαζέσθω εἰς ὠφέλειαν τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, ἧς τινος ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ εὐεργέτημα, ἐπι . . . ὅσον ἂν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς ἀργίας αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ ἀποδειχθείη προειλῆφθαι. τὸ αὐτὸ δὲ ἐν τοῖς προσωπικοῖς κρίνομεν φυλαχθησόμενον· προστιθέντες ἵνα ἐν τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ μηδεὶς πλείστας ἀξίας ἢ τὰ προσωπικὰ ἔχειν τολμάτω· κἂν εἰ φροντίδα οὐκ ἔχοιεν ψυχῶν. περὶ τὰ ὑψηλὰ τοὺς καὶ γεγραμματισμένα πρόσωπα ἅπερ εἰσὶ μείζοσιν εὐεργετήμασι τιμητέα, ὅτε τὸ εὔλογον ζητήσει, διὰ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου δυνήσεται οἰκονομηθῆναι.

A tur. Is quoque ad quem prioris ſpectat donatio, illud poſt receptionem alterius libere conferat cui merito viderit conferendum: & ſi ultra tres menſes conferre diſtulerit, non ſolum ad alium, ſecundum ſtatutum Lateranenſis concilii, ejus collatio devolvatur: verum etiam tantum de ſuis cogatur proventibus in utilitatem eccleſiæ, cujus illud eſt beneficium, aſſignare, quantum a tempore vacationis ipſius conſtiterit ex eo eſſe perceptum. Hoc idem in perſonatibus decernimus obſervandum: addentes, ut in eadem eccleſia nullus plures dignitates, aut B perſonatus habere præſumat, etiamſi curam non habeant animarum. Circa ſublimes tamen & litteratas perſonas, quæ majoribus ſunt beneficiis honorandæ, cum ratio poſtulaverit, per ſedem apoſtolicam poterit diſpenſari.

ANNO CHRISTI 1215. Sub Alexandro III. c. 8.

λ'. Ἵνα οἱ ἐπίσκοποι σαρκικῇ διαθέσει τοῖς συγγενέσιν τὰ ἐκκλησιαστικὰ μὴ παρέχωσιν εὐεργετήματα.

Βαρὺ λίαν ἐστὶ καὶ ἄτοπον, ὅταν τινὲς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες, δυνάμενοι ἄνδρας εἰδήμονας εἰς τὰ ἐκκλησιαστικὰ εὐεργετήματα προχειρίζειν, προσλαβεῖν οὐκ αἰδοῦνται τοὺς ἀναξίους, οἷς οὔτε ἠθῶν σεμνότης, οὔτε γραμμάτων γνῶσις ὑπάρχει, σαρκικῇ ἀκολουθοῦντες διαθέσει, οὐ κρίσει εὐλόγῳ. ὅθεν ὅσαι ἂν ταῖς ἐκκλησίαις ζημίαι ἐπέλθοιεν, οὐδεὶς ὑγιοῦς διανοίας ἀγνοεῖ. θέλοντες τοιγαροῦν ταύτην τὴν νόσον θεραπεύειν, προστάσσομεν ἵνα ἀφεθέντων ἀναξίων, προσλάβωσιν εἰδήμονας, τοὺς θεῷ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ θέλοντας καὶ ἰσχύοντας ἱκανῶς ἀπονέμειν ὑπουργίαν· γινέσθω τε ἐκ τούτου ἐν τῇ ἐπαρχικῇ συνόδῳ ἀκριβὴς ἐξέτασις ἐτησίως. ὅτι περ ὁ μετὰ πρώτην καὶ δευτέραν διόρθωσιν εὑρεθησόμενος πταίστης, ἐκ τοῦ δοθῆναι τὰ εὐεργετήματα διὰ τῆς αὐτῆς συνόδου ὑπαναρτάσθω· κατασταθέντος ἐν τῇ αὐτῇ συνόδῳ προσώπου προνοητικοῦ καὶ σεμνοῦ, ὅπερ ἀναπληρώσει τοῦ ὑπαναρτηθέντος τὴν ἔλλειψιν ἐν τοῖς δοθησομένοις εὐεργετήμασι· καὶ τοῦτο αὐτὸ περὶ τὰ καπίτουλα, τὰ ἐν τούτοις πταίσαντα διατηρείσθω. τὸ τοῦ μητροπολίτου δὲ σφάλμα τῇ κρίσει τοῦ ὑπερτέρου ἐάσθω ἐκ τοῦ μέρους τῆς συνόδου γνωρισθῆναι. ἵνα δὲ αὕτη ἡ σωτήριος πρόνοια πλειστέρας σωτηριώδους ἐπιτύχοι ἐντελείας· ἡ τῆς τοιαύτης ὑπαναρτήσεως ἀπόφασις, ἄνευ τῆς συνειδήσεως τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἀρχιερέως ἢ τοῦ ἰδίου πατριάρχου, μηδαμῶς χαυνούσθω· ἵνα κἂν τοῦτοι οἱ τέσσαρες πατριαρχικοὶ θρόνοι εἰδικῶς τιμηθῶσι.

XXX. *De idoneitate inſtituendorum in eccleſiis.*

Grave nimis eſt & abſurdum, quod quiC dam prælati eccleſiarum, cum poſſint viros idoneos ad eccleſiaſtica beneficia promovere, aſſumere non verentur indignos, quibus nec morum honeſtas, nec litterarum ſcientia ſuffragatur, carnalitatis ſequentes affectum, non judicium rationis. Unde quanta eccleſiis damna proveniant, nemo ſanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus ut prætermiſſis indignis aſſumant idoneos, qui Deo & eccleſiis velint & valeant gratum impendere famulatum, fiatque de hoc in provinciali concilio diligens inquiſitio annuatim: ita quod qui poſt primam & ſecundam correctionem fuerit repertus culpabilis, a conferendis beneficiis per ipſum concilium ſuſD pendatur; inſtituta in eodem concilio perſona provida & honeſta, quæ ſuppleat ſuſpenſi defectum in beneficiis conferendis: & hoc ipſum circa Capitula quæ in his deliquerint obſervetur. Metropolitani vero delictum, ſuperioris judicio relinquatur ex parte concilii nunciandum. Ut autem hæc ſalubris proviſio pleniorem conſequatur effectum: hujuſmodi ſuſpenſionis ſententia, præter Romani pontificis authoritatem, aut proprii patriarchæ, minime relaxetur: ut in hoc quoque quatuor patriarchales ſedes ſpecialiter honorentur. E

MS. Max. Ut epiſcopi carnalitatis affectu conſanguineis eccleſiaſtica non conferant beneficia. Ibid. c. 29. Grave

λα'. Ἵνα οἱ υἱοὶ τῶν κανονικῶν εὐεργετήματα μὴ καταδέξωνται ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐν αἷς κατεστάθησαν οἱ πατέρες.

Εἰς τὸ ἀναλειφθῆναι τὴν ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις εἰωθυῖαν διαφθοράν, στερεῶς κωλύομεν ἵνα μὴ οἱ τῶν κανονικῶν υἱοί, μάλιστα οἱ νε-

XXXI. *De filiis canonicorum non inſtituendis cum patribus.*

Ad abolendam peſſimam, quæ in pleriſque inolevit eccleſiis corruptelam, firmiter prohibemus, ne canonicorum filii, maxime

MS. Max. Ut filii canonicorum beneficia non aſſequantur in eccleſiis, in quibus ſtatuti ſunt patres. Ibid. l. i. tit.

ANNO CHRISTI 1215.

17. de filiis presb. c. 16. *Ad abolendam.*

me ſpurii, canonici fiant in ſæcularibus A eccleſiis, in quibus inſtituti ſunt patres: & ſi fuerit contra præſumptum, decernimus non valere: qui vero tales (ut dictum eſt) canonicare* præſumpſerint, a ſuis beneficiis ſuſpendantur.

* MS. Max. communicare.

θοι, κανονικοὶ γίνωνται ἐν ταῖς κοσμικαῖς ἐκκλησίαις, ἐν αἷς κατεστάθησαν οἱ πατέρες· καὶ ἐὰν ἀπεναντίας τοῦ διατάγματος τολμηθῇ, κρινομένων μὴ ἰσχύειν· οἱ δὲ τοῖς τοιούτοις, ὡς εἴρηται, κοινωνῆσαι τολμήσοντες, ἐκ τῶν ἰδίων εὐεργετημάτων ὑπαναρτάσθωσαν.

MS. Max. De patronis, & iure patronatus. Ib. d. l. 3. tit. 5. de præbendi. c. 30. *Extirpandæ.*

*XXXII. Ut patroni competentem portionem dimittant clericis.*

λβʹ. Περὶ πατρώνων καὶ δικαίου πατρωνικοῦ.

Exſtirpandæ conſuetudinis vitium in quibuſdam partibus inolevit, quod ſcilicet patroni eccleſiarum parochialium, & aliæ quædam perſonæ, proventus ipſarum ſibi B penitus vendicantes, presbyteris earumdem ſervitio deputatis relinquunt adeo exiguam portionem, ut ex ea congrue nequeant ſuſtentari. Nam ut pro certo didicimus, in quibuſdam regionibus parochiales presbyteri pro ſuſtentatione non obtinent niſi quartam quartæ, id eſt, ſextamdecimam decimarum. Unde fit, ut in his regionibus pene nullus inveniatur ſacerdos parochialis, qui vel modicam habeat peritiam litterarum. Cum igitur os bovis alligari non debeat triturantis, ſed qui altari ſervit, vivere debeat de altari: ſtatuimus ut, conſuetudine C qualibet epiſcopi vel patroni ſeu cujuſcumque alterius non obſtante, portio presbyteris ipſis ſufficiens aſſignetur. Qui vero parochialem habet eccleſiam, non per vicarium, ſed per ſe ipſum illi deſerviat, in ordine quem ipſius eccleſiæ cura requirit, niſi forte præbendæ vel dignitati parochialis eccleſia ſit annexa: in quo caſu concedimus, ut is qui talem habet præbendam vel dignitatem, cum oporteat eum in majori eccleſia deſervire, in ipſa parochiali eccleſia idoneum & perpetuum ſtudeat habere vicarium canonice inſtitutum: qui, ut prædi- D ctum eſt, congruentem habeat de ipſius eccleſiæ proventibus portionem: alioquin illa ſe ſciat hujus decreti authoritate privatum, libere alii conferenda, qui velit & poſſit quod prædictum eſt adimplere. Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem, de proventibus eccleſiæ, quæ curam proprii ſacerdotis debet habere, penſionem alii quaſi pro beneficio conferre præſumat.

Ἐκσπασθησομένης συνηθείας πάθος, ἐν τισιν μέρεσιν. . . . . . . .

. . . ἐνοριτίδων ἐκκλησιῶν καὶ ἄλλα τινὰ πρόσωπα τὰς συνεισφορὰς αὐτῶν διεκδικοῦντες, τοῖς ἱερεῦσι, τοῖς εἰς τὴν αὐτῶν δουλείαν τεταγμένοις, καταλείπουσι τινὰ μικρὰν μοῖραν, ὡς ἐξ αὐτῶν προσηκόντως μὴ δύνασθαι αὐταρκεῖσθαι. ὡς γὰρ βεβαίως ἐμάθομεν, ἔν τισι χώραις οἱ ἐνορῖται πρεσβύτεροι ὑπὲρ τῆς ἰδίας ὑποστηρίξεως οὐκ ἐπέχουσιν, εἰ μὴ τὸ τέταρτον τοῦ τετάρτου, τουτέστι τὸ ἑξκαιδέκατον τῶν δεκατιῶν. ὅθεν γίνεται ὅτιπερ ἐν ἐκείναις ταῖς χώραις σχεδὸν οὐδεὶς εὑρίσκεται ἐνορίτης ἱερεὺς, ὅστις κἂν ὀλίγην ἔχει ἐμπειρίαν γραμμάτων. ἐπεὶ τοίνυν στόμα βοὸς μηδέπω φιμωθῆναι οὐ χρὴ ἀλοῶντος, ἀλλ' ὁ τῷ θυσιαστηρίῳ δουλεύων, ζῆν ὀφείλει ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου· καθιστῶμεν, ὅπερ τῆς λοιποῦ, μὴ ἀνθισταμένης συνηθείας οἱασδήτινος ἐπισκόπου,* . . . . . ἢ οὑδήτινος, μοῖρα τοῖς ἱερεῦσι αὐτάρκης ἐπιδοθῇ. ὁ δὲ ἐνοριτίδα ἐκκλησίαν ἔχων, μὴ δι' ἀντιπροσώπου, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ αὐτῇ δουλευσάτω ἐν τῇ τάξει, ἣν ἡ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φροντὶς ζητεῖ· εἰ μὴ ἴσως ἰδιαρίῳ . . . . .

. . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . .

ἢ ἀξίαν, ἐπειδὴ χρὴ αὐτὸν ἐν τῇ μείζονι ἐκκλησίᾳ δουλεύειν, ἐν αὐτῇ τῇ ἐνοριακῇ ἐκκλησίᾳ εἰδήμονα καὶ διηνεκῆ σπουδάσῃ ἔχειν ἀντιπρόσωπον κανονικῶς ἐνιστάμενον· ὅστις ἂν, ὡς προείρηται, πρέπουσαν ἔχῃ ἐκ τῶν τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας προσόδων μοῖραν. εἰ μήγε, ἑαυτὸν γινωσκέτω τῇ τούτου τοῦ κανόνος αὐθεντίᾳ * ἐστερημένον, ἐλευθέρως ἑτέρῳ προδοθησομένης, ὃς ἂν θελήσοι καὶ δύναιτο τὸ προρρηθὲν ἐκπληροῦν. ἐκεῖνο δὲ παντελῶς ἀφορίζομεν, ἵνα μηδεὶς εἰς ἀπάτην ἐκ τῶν προσόδων τῆς ἐκκλησίας τῆς ὀφειλούσης φροντίδα ἔχειν τοῦ ἰδίου ἱερέως, μοῖραν ἑτέρῳ δῆθεν ὡς ὑπὲρ εὐεργετήματος προδοῦναι τολμήσῃ.

* add. & πάτρωνος

* Deeſt ἐκείνου

MS. Max. De procurationibus. Ib. l. tit. 39. de cenſibus c. 23. *Procurationes.*

*XXXIII. De procurationibus non accipiendis ſine viſitatione.*

λγʹ. Περὶ προκουρατιῶν.

E

Procurationes quæ viſitationis ratione debentur epiſcopis, archidiaconis, vel quibuslibet aliis, etiam apoſtolicæ ſedis legatis aut nunciis, abſque manifeſta & neceſſaria cauſa nullatenus exigantur, niſi quando præſentialiter officium viſitationis impendunt: & tunc evectionum & perſonarum mediocritatem obſervent in Lateranenſi concilio definitam. Hoc adhibito moderamine circa legatos & nun-

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. cap. 4.

Supra cap. 15.

Αἱ προκουρατορίαι αἱ λόγῳ ἐπισκέψεως ὀφειλόμεναι τοῖς ἐπισκόποις, ἀρχιδιακόνοις, οἱοισδήποτε ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου λεγάτοις ἢ τοῖς μηνυταῖς, ἄνευ φανερᾶς καὶ ἀναγκαίας αἰτίας μηδαμόσε ἀπαιτείσθωσαν, εἰ μὴ ὅταν προσωπικῶς ὀφφίκιον ἐπισκέψεως παρέχωσιν· καὶ τότε τὴν συμμετρίαν τῶν προσώπων φυλαξάτωσαν, τὴν ἐν τῇ τοῦ Λατερανοῦ συνόδῳ ἀποφανθεῖσαν· τούτου παραχεθέντος τοῦ συμμέτρου περὶ τοὺς λεγάτους καὶ τοὺς μη-

ANNO CHRISTI 1215

νοπὲς, ἵνα ὅταν ἐνδ . . . . . αὐτοὺς εἰς τινα τόπον ἀναγκαῖ . . . . . ὡς ἂν μὴ ὁ αὐτὸς τόπος ἕνεκα αὐτῶν πλεῖστον βαρυνθῇ, προκουρατορίας λάβωσι συμμέτρως παρὰ τῶν ἄλλων ἐκκλησιῶν ἢ προσώπων τῶν ἤδη ἐκ τῶν προκουρατορίων αὐτῶν μὴ βεβαρημένων· ὅπως ὅπερ ὁ ἀριθμὸς τῶν προκουρατορειῶν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν, . . . . . . . . . . . . . οὐκ ἀρκέσῃ δι' ἑαυτῆς, δύο ἢ πλείους συνερχέσθωσαν εἰς μίαν.

Οἱ μὲν πάνυ τὸ τῆς ἐπισκέψεως ὀφφίκιον μεταχειριζόμενοι, μὴ ζητείτωσαν τὰ ἑαυτῶν, ἀλλὰ τὰ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, διορθώσει, κηρύξει, καὶ ἀνατυπώσει σχολάζοντες, ἵνα καρπὸν κομίσωνται τὸν μὴ ἀπολλύμενον. ὁ δὲ κατὰ τούτου ἐλθεῖν πειρασόμενος, καὶ ὅπερ ἔλαβεν ἀποδότω, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἢ τινι τοιούτως ἐπιβαρήσειε, τοσοῦτον παρασχέτω.

λδ'. Περὶ προκουρατορειῶν τῶν λεγάτων ἐξ ἴσου συλλεχθησομένων.

Ἐπειδὴ πλεῖστοι προεστῶτες, ἵνα προκουρατορείαν ἢ δουλείαν τινὰ παράσχωσι τῷ λεγάτῳ, ἢ ἄλλοις, πλέον ἀπαιτοῦσι παρὰ τῶν ὑποτεταγμένων, ἢ ἀποπληρώσουσιν, καὶ ἐν ταῖς αὐτῶν ζημίαις κέρδος ἀκολουθοῦντες, ζητοῦσι προνομὴν μᾶλλον ἢ βοήθειαν ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις· τοῦτο ἀπὸ τοῦ νῦν γίνεσθαι κωλυόμενον. ὅπερ εἴ τις ἴσως τολμήσῃ· καὶ ὅπως τὰ ἀπαιτηθέντα ἀποκαταστησάτω, καὶ τοσοῦτον προσφιλχθήτω τοῖς πένησι διανέμειν. ὁ δὲ ὑπέρτερος, ὅταν ἐπάνω τούτου ἔμπροσθεν αὐτοῦ γογγυσμὸς παρατεθῇ, εἰ ἀμελητὴς γένηται ἐν τῇ ἀκολουθήσει ταύτης τῆς διατάξεως, κανονικῇ ὑποκείσθω διεκδικήσει.

add. δυνάμενος

λε'. Ἵνα μηδεὶς ἀπὸ τῶν κριτῶν ἄνευ ἀποδειχθείσης αἰτίας " ἐκκλητεύειν.

* deest καὶ

*Corr. αὐτῇ

Ἵνα ἡ ὀφειλομένη τιμὴ παρασχεθῇ τοῖς κριταῖς, * τοῖς δικάζουσι συμβουλευθῇ ἐπάνω τῶν κόπων καὶ ἐξόδων· καθιστῶμεν ἵνα ὅτου τις ἔμπροσθεν ἐπιτηδείου κριτοῦ ἐγκαλέσῃ τὸν ἀντίδικον, αὐτὸς πρὸ ἀποφάσεως εἰς τὸν ὑπέρτερον κριτὴν ἄνευ εὐλόγου αἰτίας μὴ προσκαλείτω· ἀλλ' ἔμπροσθεν ἐκείνου τῇ αὐτῇ * δικαιοσύνῃ ἐξακολουθείτω· μὴ ἀνθισάμενος ἐὰν εἴπῃ ὅτιπερ εἰς τὸν ὑπέρτερον κριτὴν ἀπέσταλκεν, ἢ γράμματα ἐπέτυχεν παρ' αὐτοῦ, πρὶν τῷ ἀπεσταλμένῳ παραδοθῆναι. ὅταν δὲ ἐξ εὐλόγου αἰτίας νομίσηται ἐκκλητευθῆναι, ἔμπροσθεν τοῦ αὐτοῦ κριτοῦ, τῆς ἀποδεικτικῆς αἰτίας τῆς ἐκκλήσεως ἐκτεθείσης, τοιαύτης δηλαδὴ, ἥ τις ἐὰν ἀπεδείκνυτο, νόμιμος ὤφειλε λογισθῆναι, ὁ ὑπέρτερος ἐκ τῆς ἐκκλήτου γνώτω· καὶ ἐὰν ἧττον εὐλόγως αὐτὸν ἐκκλητεῦσαι γνῷη, ἐκεῖνον εἰς τὸν κατώτερον ἀποστησάτω, καὶ ἐν ταῖς ἐξόδοις τῷ ἄλλῳ μέρει καταδικαζέτω. εἰ δὲ μήγε, αὐτὸς προβήτω, σωζομένων τῶν διατάξεων καὶ ἐκ τῶν μειζόνων δικῶν, εἰς τὸν ἀποστολικὸν θρόνον προαχθησομένων.

ANNO CHRISTI

cios apoſtolicæ ſedis, ut cum opoituerit eos apud aliquem locum moram facere neceſſariam, ne locus ille propter illos nimium aggravetur, procurationes recipiant moderatas ab aliis eccleſiis vel perſonis, quæ nondum fuerunt de ſuis procurationibus aggravatæ: ita quod numerus procurationum, numerum dierum quibus hujuſmodi moram fecerint, non excedat; & cum aliqua non ſuffecerit per ipſam, duæ vel plures conjungantur in unam.

Porro viſitationis officium exercentes non quærant quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti, prædicationi & exhortationi, correctioni & reformationi vacando, ut fructum referant qui non perit. Qui autem contravenire præſumpſerit; & quod acceperat reddat, & eccleſiæ, quam taliter aggravavit, tantumdem rependat.

XXXIV. *De ſubditis non gravandis, ſub prætextu ſervitii alicujus.*

Ibidem.
*MS. Max.*
De procurationibus legatorum æqualiter colligendis.
Ibid. tit. 49. de immunit. Eccleſ. c. 8
*Quia plerique.*

Quia prælati plerique, ut procurationem aut ſervitium aliquod impendant legato vel alii, * plus extorquent a ſubditis quam ſolvant; & in eorum damnis lucra ſectantes, quærunt prædam potius quam ſubſidium in ſubjectis: id de cetero fieri prohibemus. Quod ſi quis forte præſumſerit: & ſic extorta reſtituat, & tantumdem cogatur pauperibus elargiri. Superior autem, cui * ſuper hoc fuerit querela depoſita, ſi negligens fuerit in hujuſmodi executione ſtatuti, canonicæ ſubjaceat ultioni.

* *MS. Max.* alius.

* *MS. Max.* cum

XXXV. *De cauſa appellationis exprimenda.*

*MS. Max.*
Ut nullus a judicibus ſine oſtenſa cauſa valeat appellare.
Ibid. l. 2. tit. 28. de Appellationibus c. 59. *Ut debitus.*

Ut debitus honor deferatur judicibus, & litigatoribus conſulatur ſuper laboribus & expenſis: ſtatuimus ut ubi quis coram idoneo judice convenerit adverſarium, ille ante ſententiam ad ſuperiorem judicem abſque rationabili cauſa non provocet, ſed coram illo ſuam juſtitiam proſequatur: non obſtante ſi dicat quod ad ſuperiorem judicem nuncium deſtinaverit, aut etiam litteras impetraverit ab eodem, priuſquam delegato fuerint aſſignatæ. Cum autem ex rationabili cauſa putaverit appellandum, coram eodem judice cauſa probabili appellationis expoſita, tali videlicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari, ſuperior de appellatione cognoſcat: & ſi minus eum rationabiliter appellaſſe cognoverit, illum ad inferiorem remittat, & in expenſis alteri parti condemnet. Alioquin ipſe procedat, ſalvis conſtitutionibus de majoribus cauſis ad ſedem apoſtolicam perferendis.

XXXVI.

A

ANNO CHRISTI 1215.

*XXXVI. Quod judex poſſit interlocutoriam & comminatoriam ſententiam revocare.*

*MS. Max.* De comminationibus & interlocutionibus litigantium. Ibid. c. 10. *Cum ceſſante.*

Cum ceſſante cauſa ceſſet effectus, ſtatuimus ut ſive judex ordinarius, ſive delegatus, aliquid comminando vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium gravaretur, & ſano uſus conſilio, ab hujuſmodi comminationis vel interlocutionis effectu deſtiterit, libere in cauſæ cognitione procedat, non obſtante, ſi a tali comminatione vel interlocutione fuerit appellatum (dummodo non ſit ex alia legitima cauſa ſuſpectus) ne proceſſus negotii frivolis occaſionibus retardetur.

λϛʹ. Περὶ ἀπειλῶν καὶ συλλαλιῶν τῶν δικαζομένων.

Ἐπειδὴ παυθείσης τῆς αἰτίας παύει ἡ ἐντέλεια, καθιςῶμεν ἵνα ἐὰν ὁ τακτικὸς κριτὴς, ἢ ὁ ἀποςαλεὶς, τι ἐπαπειλῶν ἢ μεταλαλῶν προφέρει, ἐπὶ ἐξακολουθήσης * ἐντολῆς ὁ ἕτερος τῶν δικαζομένων βλαφθείη· καὶ ὑγιεῖ χρώμενος συμβουλῇ ἀπὸ ταύτης τῆς ἀπειλῆς καὶ μεταλαλιᾶς ἀποςῇ, ἐλευθέρως ἐν αὐτῇ τῇ διαγνώσει προβήτω· μὴ ἀνθιςαμένου ἐὰν ἀπὸ ταύτης τῆς ἀπειλῆς ἢ μεταλαλιᾶς ἐκκλητεύσῃ· B ἵνα μὴ μόνον εἴη ἐξ ἄλλης νομίμου αἰτίας ὕποπτος· ὡς ἂν μὴ ἡ πρόβασις τῆς πραγματείαις κεναῖς αἰτίαις βραδυνθῇ.

* *Credidit mandato eſſe nomen.*

*XXXVII. De litteris non impetrandis ultra duas diætas, & ſine ſpeciali mandato.*

*MS. Max.* De litteris ad remotos judices non impetendis. *Corr.* Impetrandis. Ibid. l. 1. tit. 3. de Reſcriptis c. 28. *Nonnulli.*

Nonnulli gratia ſedis apoſtolicæ abutentes, litteras ejus ad remotos judices impetrare nituntur, ut reus fatigatus laboribus & expenſis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimere compellatur. Cum autem per judicium injuriis aditus patere non debeat, quas juris obſervantia interdicit: ſtatuimus, ne quis ultra duas diætas extra ſuam diœceſim per litteras apoſtolicas ad judicium trahi poſſit, niſi de aſſenſu partium fuerint impetratæ, vel expreſſam de hac conſtitutione fecerint mentionem.

Ibid. c. 2. Sunt & alii qui ſe ad novum genus mercimonii convertentes, ut vel ſopitas poſſint ſuſcitare querelas, aut novas immittere quæſtiones, fingunt cauſas, ſuper quibus a ſede apoſtolica litteras impetrant abſque dominorum mandato, quas vel reo, ne propter eas laborum vel expenſarum diſpendio moleſtetur, aut actori, ut per ipſas adverſarium indebita vexatione fatiget, venales exponunt. Cum autem lites reſtringendæ ſint potius, quam laxandæ: hac generali conſtitutione ſancimus, ut ſi quis ſuper aliqua quæſtione de cetero, ſine mandato ſpeciali domini, litteras apoſtolicas impetrare præſumſerit, & litteræ illæ non valeant, & ipſe tanquam falſarius puniatur: niſi forte de illis perſonis extiterit, a quibus non debet exigi de jure mandatum.

λζʹ. Περὶ γραμμάτων εἰς τοὺς ἀπόντας μακρὰν κριτὰς μὴ ἐπιταξομένων.

Τινὲς χάριτι τοῦ ἀποςολικοῦ θρόνου παρεχόμενοι *, γράμματα πρὸς τοὺς μακρόθεν ὄντας κριτὰς ἐπιτυχεῖν βιάζονται· ἵνα ὁ ἐναγόμενος, κεκμηκὼς κόποις καὶ ἀναλώμασι, δίκη ὑποχωρεῖν, ἢ τὴν ἀκαιρίαν τοῦ ἐνάγοντος ἐξαγοράζειν C πειςοιχθῇ. ἐπειδὴ δὲ διὰ κρίσεως ὁ ἀδικίαις βαρυνθεὶς * ὑπομένειν οὐκ ὀφείλει ταύτας, ἃς ἡ τοῦ δικαίου παρατήρησις κωλύει· καθιςῶμεν ἵνα μή τις ἔξω δύο ἡμεροςασίων ἀπὸ τῆς ἰδίας ἐνορίας δι' ἀποςολικῶν γραμμάτων εἰς κρίσιν ἕλκεσθαι δυνηθῇ, εἰ μὴ ἐκ συναινέσεως τῶν μερῶν ἐπιταχθῶσιν, ἢ ῥητῶς ταύτης τῆς διατάξεως μνημονεύσωσι.

* *Corr.* παρερχόμενοι.

* *Sic Latina intellexit & vertit interpres: is qui eſt aditus, hoc eſt, impetitus injuriis, pati non debet per judicium. Idcirco* ἀδικίαις βαρυνθεὶς, *injuriis gravatus & ὑπομένειν pati, pro patere. Et vero conſonat Latina columna ejuſdem codicis. habet enim. pati.*

Εἰσὶ καὶ ἄλλοι τινὲς, οἵτινες ἑαυτοὺς εἰς νέον γένος πραγματείας ἐπιςρέψαντες, ἢ ἵνα τὰς πενθικὰς δυνηθῶσιν ἐξανιςᾶν ζητήσεις, ἢ νέας ἐμβαλεῖν ζητήσεις, πλάττουσιν αἰτίας ἐφ' ὧν παρὰ τοῦ ἀποςολικοῦ θρόνου γράμματα ἐπιD τυγχάνουσιν ἄνευ τῆς τῶν κυρίων ἐντολῆς· ἅπερ ἢ τῷ ἐναγομένῳ, ἵνα μὴ δι' αὐτὰ τῶν κόπων ἢ ἐξόδων βλάβῃ ὀχληθῇ, ἢ τῷ ἐνάγοντι, ἵνα δι' αὐτὰ τὸν ἀντίδικον ἀπρεπεῖ κοπώσει διαςείσῃ . . . . . . ἐκτιθέασι. ἐπεὶ δὲ αἱ δίκαι πειςοικταὶ μᾶλλον εἰσὶν ἢ χαυνωταί· ταύτῃ τῇ γενικῇ διατάξει θεσπίζομεν, ἵνα ἐάν τις ἐπάνω τινὸς ζητήσεως τοῦ λοιποῦ χωρὶς εἰδικοῦ τοῦ κυρίου ἐνταλματος ἀποςολικὰ γράμματα ἐπιτυχεῖν τολμήσῃ, καὶ αὐτὰ τὰ γράμματα μὴ ἰσχυέτωσαν, καὶ αὐτὸς ὡς πλαςογράφος τιμωρείσθω· εἰ μὴ ἴσως ἐξ ἐκείνων τῶν προσώπων εἴη, παρ' ὧν οὐ χρὴ ἀπαιτεῖE σθαι ἐκ δικαίου ἐντολήν.

*XXXVIII. De ſcribendis actis ut probari poſſint.*

*MS. Max.* De ordine judicii, & partium dictis ſcribendis. Ibid. l. 2. tit. 19. de probationibus. c. 11. *Quoniam.*

Quoniam contra falſam aſſertionem iniqui judicis innocens litigator quandoque non poteſt veram negationem probare, cum negantis factum per rerum naturam nulla ſit directa probatio: ne falſitas veritati præjudicet, aut iniquitas præva-

ληʹ. Περὶ τάξεως κρίσεως, καὶ ῥημάτων τῶν μερῶν γραφησομένων.

Ἐπειδὴ κατὰ τῆς πλαςῆς ἐξηγήσεως τοῦ ἀδίκου κριτοῦ ὁ ἀθῷος δικαζόμενος ποτὲ οὐ δύναται τὴν ἀληθῆ ἄρνησιν καταςῆσαι, εἰς τὸ τοῦ ἀρνησαμένου ἔργον ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως μηδεμίαν εἶναι ὀρθὴν κατάςασιν· ἵνα μὴ ἡ πλαςότης τῇ ἀληθείᾳ προκρίνῃ, ἢ ἡ ἀδικία προϊ-

ANNO CHRISTI 1215.

προτείχιση τῆς ἰσότητος· καθιςῶμεν ἵνα τοσοῦτον ἐν τῷ τακτικῷ κριτῇ* ὅσον τῷ ἐξωτακτικῷ ὁ κριτὴς ἀεὶ παράγῃ ἢ δημοτικὸν, εἰ δύναται ἔχειν, πρόσωπον, ἢ δύο ἄνδρας εἰδήμονας, οἵτινες ἂν πιςῶς ἅπαντα τὰ τῆς κρίσεως πρακτικὰ συγγράψωσιν . . . . . . .

. . . . . . . . . ἐρωτήσεις, καὶ ὁμολογίας, παραθέσεις μαρτύρων, καὶ προαγωγὰς ἐγγράφων, μεταλαλιὰς, καὶ συγκλήσεις, καὶ ἐκκλήτους, παραιτήσεις, καὶ ἕτερα ἅπερ συνέχουσι τῇ αὐτάρκει τάξει συγγραφησόμενα, διασημειοῦντες τόπους, καιροὺς, καὶ πρόσωπα, καὶ τὰ ὀνόματι οὕτως συγγεγραμμένα τοῖς μέρεσι παρεχέσθωσαν, ὥςτε ἵνα τὰ πρωτότυπα παρὰ τοῖς γραφεῦσιν ἐναπομένωσιν· ὅπως ἐὰν ἐπάνω τῆς προβάσεως τοῦ κριτοῦ ὑπαναςῇ συζήτησις, διὰ τούτου δυνηθείη ἡ ἀλήθεια ξανῆσθαι . . . . . . . . . . . . καὶ διακριτικοῖς ξανέσθω καὶ παραχέσθω κριταῖς, ἵνα διὰ τῶν ἀδοκίμων καὶ ἀδίκων ἡ τῶν ἀθώων δικαιοσύνη μὴ βλαφθῇ. ὁ δὲ κριτὴς ὁ τὴν διάταξιν ταύτην ἀμελήσων φυλάττειν, ἐὰν δι' ἀμέλειάν τι δυσκολίας ἀναδύσηται, διὰ τοῦ ὑπερτέρου κριτοῦ κατανοήσει πρεπούσῃ σωφρονιζέσθω· ἵνα μὴ ἐκ τῆς προβάσεως αὐτοῦ προβῇ, εἰ μὴ ὅσον ἐν τῇ δίκῃ νομίμοις καταςαθήσεται διδάγμασι.

* κριτῇ pro *judice*. Male scilicet legit, judice.

In Latino ejusdem codicis idem deest.

Idem in Lat. deest.

Latinis non bene respondent Græca.

A leat æquitati, ſtatuimus ut tam in ordinario judicio, quam extraordinario, judex ſemper adhibeat aut publicam (ſi poteſt habere) perſonam, aut duos viros idoneos, qui fideliter univerſa judicii acta conſcribant, videlicet citationes & dilationes, recuſationes & exceptiones, petitiones & reſponſiones, interrogationes & confeſſiones, teſtium depoſitiones & inſtrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, concluſiones, & cetera quæ occurrunt competenti ordine conſcribenda, deſignando loca, tempora B & perſonas: & omnia* ſic conſcripta partibus tribuantur: ita quod originalia penes ſcriptores remaneant: ut, ſi ſuper proceſſu judicis fuerit ſuborta contentio, per hæc poſſit veritas declarari. Hoc adhibito moderamine, quatenus ſic honeſtis & diſcretis deferatur* judicibus: quod per improvidos & iniquos, innocentum juſtitia non lædatur. Judex autem qui conſtitutionem iſtam neglexerit obſervare, ſi propter ejus negligentiam aliquid difficultatis emerſerit, per ſuperiorem judicem animadverſione debita caſtigetur: nec pro ipſius præſu C matur proceſſu, niſi quatenus in cauſa legitimis conſtiterit documentis.

ANNO CHRISTI 1215.

* MS. Max. nomina.

* MS. Max. declaretur & def.

λθ'. Περὶ ἀποκαταςάσεως ἀπογυμνώσεως.

Πολλάκις συμβαίνει ὅτι ὁ γυμνωθεὶς ἀδίκως, διὰ τοῦ γυμνώσαντος εἰς ἄλλον τοῦ πράγματος μεθιςαμένου, κατὰ τοῦ νεμομένου οὐ συνέχεται δι' εὐεργεσίαν ἀποκαταςάσεως τῷ γυμνωθέντι, τῆς ὠφελείας τῆς νομῆς ἀποκλεισθείσης διὰ τὴν δυσκολίαν τῆς ἀποδείξεως, τὸ δίκαιον τῆς οἰκειότητος ἀπόλλυσι τὴν ἐντέλειαν. ὅθεν μὴ ἀνθιςαμένου τοῦ θάρσους τοῦ πολιτικοῦ δικαίου θεσπίζομεν, ὅτι ἐάν τις τοῦ λοιποῦ ἐγνωσμένως πρᾶγμα τοιοῦτον λάβῃ, ἐπεὶ τῷ γυμνώσαντι διαδέχεται ὡς πάθος, ἀνθ' ὧν οὐ πλεῖςον παρέςαι, μάλιςα δὲ εἰς κίνδυνον ψυχῶν, ἐπικρατεῖν ἀδίκως, ἢ κατεδραμεῖν ἀλλοτρίου, κατὰ τοῦ νομέως τοῦ τοιούτου, τῷ γυμνωθέντι δι' εὐεργεσίαν ἐπιςρέψεως συνεχέσθω.

XXXIX. *De reſtitutione danda contra poſſeſſorem, qui non rapuit ipſe.*

MS. Max. De reſtitutione ſpoliationis

Ibid. tit. 13. de reſtit. ſpol. c. 18. *Sæpe.*

Sæpe contingit quod ſpoliatus injuſte, per ſpoliatorem in alium re trans lata, dum adverſus poſſeſſorem non ſub venitur per reſtitutionis beneficium ſpoliato, commodo poſſeſſionis amiſſo propter difficultatem probationis, jus proprietatis amittat effectum. Unde non ob D ſtante civilis juris rigore ſancimus, ut ſi quis de cetero ſcienter rem talem acceperit, cum ſpoliatori quaſi ſuccedat in vitium, eo quod non multum interſint, præſertim quoad periculum animæ, detinere injuſte ac invadere alienum, contra poſſeſſorem hujuſmodi ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur.

μ'. Περὶ νομῆς φυλάξεως διὰ τὴν καταφρόνησιν ἀπόντος.

Συμβαίνει ποτὲ ὅτι, ἐπειδὴ τῷ ἐνάγοντι διὰ καταφρόνησιν τοῦ ἀντιδίκου μέρους ἐπικρίνεται αἰτία τοῦ φυλαχθησομένου πράγματος ἡ νομὴ, διὰ τὴν τοῦ ἐναγομένου δυναςείαν, ἢ δόλον, ὁ ἐνάγων ἔσω τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ διατηρηθησόμενον πρᾶγμα ἀπολαβεῖν οὐ δύναται, ἢ παραληφθεῖσαν ἀπόλλυσι· καὶ οὕτως ἐπεὶ κατὰ τὴν ἐξήγησιν τῶν πολλῶν ἀληθὴς οὐκ ἂν πλειωθείη μετὰ τὴν παρέλευσιν τοῦ χρόνου νομεὺς, ἀποκομίζεται ὠφέλειαν ἐκ τῆς κακίας αὐτοῦ ἐναγόμενος. ἵνα μὴ ὁ καταφρονητὴς κρείττονος ἢ ὁ ἐπήκοος αἱρέσεως εἴη, ἐκ κανονικῆς ἰσότητος

XL. *De vera poſſeſſione.*

MS. Max. De poſſeſſione cuſtodiæ propter ...

Ibid. l. 2. t. 15. de dolo c. 9. *Contingit.*

E Contingit interdum, quod cum actori ob contumaciam partis adverſæ adjudicatur cauſa rei ſervandæ poſſeſſio, propter rei potentiam ſive dolum actor infra annum rem cuſtodiendam nanciſci non poteſt, vel nactam amittit: & ſic cum ſecundum aſſertionem multorum verus non efficeretur poſt lapſum anni poſſeſſor, reportat commodum de malitia ſua reus. Ne igitur contumax melioris, quam obediens, conditionis exiſtat: de canonica æquitate ſancimus, ut in

ANNO CHRISTI 1215.

in caſu præmiſſo actor verus conſtituatur elapſo anno poſſeſſor.

A Θεσπίζομεν ἵνα ἐν τῷ προτεθέντι θέματι ὁ ἐνάγων ἀληθὴς καταςαθῇ παρελθόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ νομεὺς.

Ibid. l. 1. tit. 43. de Arbitris c. 8. Contingit.

Ad hæc generaliter prohibemus, ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum: quia non decet ut laicus in talibus arbitretur.

Πρὸς τούτοις γενικῶς κωλύομεν, ἵνα μὴ ἐπάνω πνευματικῶν πραγμάτων συνεπαγγελθείη εἰς κοσμικόν· ὅτι οὐ πρέπει ἵνα λαϊκὸς ἐν τοῖς τοιούτοις διαλογισθείη.

*XLI. De continuatione bonæ fidei in omni præſcriptione.*

μα.

Deeſt hic titulus in cod. Maz.

Ibid. l. 2. tit. 26. de præſcriptionibus c. 20. Quoniam omne.

Quoniam omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ſynodali judicio definimus, ut nulla valeat abſque bona fide præſcriptio, tam canonica, quam civilis; cum ſit generaliter omni conſtitutioni atque conſuetudini derogandum, quæ abſque mortali non poteſt obſervari peccato. Unde oportet, ut qui præſcribit, in nulla temporis parte rei habeat conſcientiam alienæ.

Ἐπειδὴ πᾶν ὃ οὐκ ἐκ πίστεως ἁμαρτία ἐστὶν, συνοδικῇ κρίσει ἀποφαινόμεθα, ἵνα μηδεμία ἰσχύσῃ δίχα καλῆς πίστεως περιγραφὴ τοσοῦτον κανονικὴ, ὅσον πολιτική. ἐν τῷ γενικῷ πάσης διατάξεως ἀνὰ συνηθείας κατηγορεῖν, ἥτις χωρὶς θανασίμου οὐ δύναται φυλαχθῆναι ἁμαρτίας. ὅθεν χρὴ ὅπως ὁ περιγράφων, ἐν οὐδενὶ καιροῦ μέρει, πράγματος ἔχῃ συνείδησιν ἀλλοτρίου.

*XLII. De ſæculari juſtitia.*

μβ.

Hic quoque titulus deeſt.

Sicut volumus ut jura clericorum non uſurpent laici, ita velle debemus ne clerici jura ſibi vendicent laicorum. Quocirca univerſis clericis interdicimus, ne quis prætextu eccleſiaſticæ libertatis ſuam de cetero juriſdictionem extendat in præjudicium juſtitiæ ſæcularis, ſed contentus exiſtat conſtitutionibus ſcriptis, & conſuetudinibus hactenus approbatis: ut quæ ſunt Cæſaris, reddantur Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo recta diſtributione reddantur.

Hæc folium in cod. Mazar. codice avulſum eſt.

Matth. 22.

C Καθὼς θέλομεν ἵνα τὰ δίκαια τῶν κληρικῶν λαϊκοὶ μὴ ἁρπάζωσι. οὕτως ἐθέλειν ὀφείλομεν, ἵνα μὴ οἱ κληρικοὶ τὰ δίκαια ἑαυτοῖς ἐκδικήσωσιν τῶν λαϊκῶν.

*XLIII. Ne ſine cauſa clericus fidelitatem laico faciat.*

Ibid. tit. 24. de jurejurando c. 30. Nimis de jure.

Nimis de jure Divino quidam laici uſurpare conantur, cum viros eccleſiaſticos, nihil temporale detinentes ab eis, ad præſtandum ſibi fidelitatis juramenta compellunt. Quia vero, ſecundum Apoſtolum, *ſervus ſuo domino ſtat aut cadit*: ſacri auctoritate concilii prohibemus, ne tales clerici perſonis ſæcularibus præſtare cogantur hujuſmodi juramentum.

Rom. 14.

*XLIV. Quod conſtitutiones principum non præjudicent eccleſiis.*

Ibid. l. 3. tit. 13. de rebus Eccleſiæ c. 12. Cum laici.

Cum laicis, quamvis religioſis, diſponendi de rebus eccleſiaſticis nulla ſit attributa poteſtas, quos ſubſequendi manet neceſſitas, non authoritas imperandi: dolemus ſic in quibuſdam ex illis refrigeſcere caritatem, quod immunitatem eccleſiaſticæ libertatis, quam nedum ſancti patres, ſed etiam principes ſæculares multis privilegiis munierunt, non formidant ſuis conſtitutionibus, vel potius confictionibus impugnare, non ſolum de feudorum alienatione, ac aliarum poſſeſſionum eccleſiaſticarum, & uſurpatione juriſdictionum, ſed etiam de mortuariis, nec non & aliis quæ ſpirituali juri videntur annexa, illicite præſumendo. Volentes igitur ſuper his eccleſiarum indemnitati conſulere, ac tantis gravaminibus providere: conſtitiones hujuſmodi & * vindicationes feudorum, ſeu aliorum bonorum eccleſiaſticorum, ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu præſumptas occaſione conſtitutionis laicæ poteſtatis, (cum non conſtitutio, ſed deſtitutio vel deſtructio dici poſſit, nec non uſurpatio juriſdictionum) ſacri approbatione concilii decernimus non tenere, præſumptoribus per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendis.

* vendicationes.

ἐξουσίας· ἐν τῷ μὴ διάταξιν, ἀλλὰ ἢ ἀνάστασιν ἢ κατάλυσιν δύνασθαι ῥηθῆναι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ D ἁρπαγὴν δικαιοδοσιῶν· τῷ ἱερᾷς συνόδου ἐπαίνῳ ἐκρίναμεν μὴ κρατεῖσθαι, τοὺς τολμητὰς διὰ κρίσεως ἐκκλησιαστικῆς περισφιχθῶσι.

Mendoſus locus.

ANNO CHRISTI 1215.

A

*μέ. Περὶ ἀτοπίας πατρώνων καὶ συνηγόρων ἐλλογισθησομένων**.

* Corr. ἐλλογισθησομένων.

Ἐν τισιν ἐπαρχίαις οἱ τῶν ἐκκλησιῶν πάτρωνες, συνήγοροι, ἢ ἀντικένσοι, ἑαυτοὺς εἰς τοσαύτην ἀτοπίαν ἤγειραν, ὅτι οὐ μόνον ἐν τῷ τὰς χηρευούσας ἐκκλησίας ποιμένων εὐδοκίμων χρῆναι προνοεῖν, δυσκολίας ἐπιφέρουσιν εἰς κακίαν· ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ὑποστάσεων καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐξ ἰδίου θελήματος καταλύουσι· καὶ ὅπερ βδελυκτόν ἐστιν εἰπεῖν, εἰς φόνον τῶν προεστώτων προῤῥήσσειν οὐ πτοοῦνται. ἐπεὶ τοίνυν ὅπερ εἰς διεκδικήσεως βοήθειαν εὕρηται, εἰς ἐκπιεσμοῦ ζημίαν οὐκ ὀφείλει διαστρεβλοῦσθαι, κωλύομεν ῥητῶς, ἵνα μὴ οἱ πάτρωνες, ἢ συνήγοροι, ἢ ἀντικένσοι, ἐπάνω τῶν τοῦ λοιποῦ ἐμβληθέντων πλέον ἁρπάσωσι ἢ εὑρίσκεται . . . . . συγκεχωρημένον· καὶ ἐὰν ἀπεναντίας τολμήσωσι . . . . . σφιγκτότατα πιεστριχθήτωσαν. τῆς ἱερᾶς συνόδου οὐχ ἧττον προσλήψει καθιστῶμεν, ὅτι ἐὰν οἱ πάτρωνες, ἢ συνήγοροι, ἢ φιῶται, ἢ ἀντικένσοι, ἢ ἄλλοι εὐεργετηταὶ οἱασδήποτε ἐκκλησίας * ἀναγνώστην ἢ κληρικὸν ἄλλον τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, δι' ἑαυτῶν ἢ ἄλλων ἀνελεῖν ἢ μελοκοπεῖν τόλμη ἀνιέρῳ τολμήσωσιν· οἱ πάτρωνες τὸ πατρωνικὸν, οἱ συνήγοροι τὴν συνηγορίαν, οἱ φιῶται τὸ φίον, οἱ ἀντικένσοι τὴν ἀντικυρίαν, οἱ εὐεργετηταὶ τὴν εὐεργεσίαν ὅλως ἀπολέσωσι· καὶ ἵνα μὴ ἔλαττον τῆς διεκδικήσεως ἡ τῆς ὑπερβάσεως ἡ μνήμη παρεκτεθείη· οὐ μόνον μηδὲν τῶν ἐκβληθέντων διεξελθέτω πρὸς τοὺς κληρονόμους, ἀλλὰ μᾶλλον, ἕως εἰς τετάρτην γενεὰν τῆς ὑστερότητος τῶν τοιούτων εἰς κληρικῶν σύλλογον μηδαμῶς προσδεχέσθωσαν, μήτε ἐν κανονικοῖς δόμοις τινὸς προεδρίας ἐπιτυχέτωσαν τιμῆς· εἰ μὴ μετ' αὐτῶν οἰκονομηθῇ.

B C D

* Graecus interpres legit *lectorem* pro *rectorem*. H.

*μς'. Περὶ ἐκκλησιῶν καὶ ἀνδρῶν ἐκκλησιαστικῶν μὴ ἐκπιεσθησομένων τισὶν ἀπαιτήσεσι.*

Κατὰ κονσούλων, καὶ κυβερνητῶν τῶν πόλεων, καὶ ἄλλων τῶν τὰς ἐκκλησίας καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ἄνδρας ἀπαιτισμοῖς, συνάγμασι, καὶ ἄλλαις ἐκζητήσεσιν ἐπιβαρύνειν διισχυριζομένων, ἐθέλουσα ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ὀχυρώσει ἡ ἐν Λατερανῷ σύνοδος προνοεῖν, τὰς τοιαύτας τόλμας ὑπὸ ἀναθέματος πιεστρίξει ἐκώλυσε· τοὺς παραβάτας καὶ προσπαθητὰς αὐτῶν ἀποκοινωνήσει ἐπιτάττουσα ὑποκεῖσθαι. ἕως οὗ ἱκανοποίησιν παραχεῖν ἐφαρμόζουσαν.

E

Εἰ δέ ποτε ἴσως ὁ ἐπίσκοπος ἅμα τοῖς κληρικοῖς τοσαύτην ἀνάγκην ἢ ὠφέλειαν ἴδοιεν, ἵνα χωρὶς τινὸς πιεστρίξεως εἰς τὸ ἀνεγείρειν τὰς κοινὰς ὠφελείας καὶ ἀνάγκας, ὅπου αἱ τῶν λαϊκῶν οὐκ αὐταρκοῦσιν εὐπορίαι, διὰ τὰς ἐκκλησίας βοηθείας ἡγήσοιντο παραχεθησομένας· οἱ προῤῥηθέντες λαϊκοὶ ταπεινῶς καὶ εὐνοϊκῶς λαμβανέτωσαν μετ' εὐχαριστίας. διὰ τὴν ἀχρη-

*XLV. Patronus qui clericum eccleſiæ occiderit, vel mutilaverit, jus patronatus amittat.*

In quibuſdam provinciis eccleſiarum patroni, ſeu vicedomini, & advocati, ſe in tantam inſolentiam erexerunt, quod non ſolum, cum vacantibus debet eccleſiis de paſtoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt, * & malitias: verum etiam de poſſeſſionibus & aliis bonis eccleſiaſticis pro ſua voluntate ordinare præſumunt, &(quod horrendum eſt dicere) in necem prælatorum prorumpere non formidant. Cum igitur quod ad defenſionis ſubſidium eſt inventum, ad depreſſionis diſpendium non debeat retorqueri: prohibemus expreſſe, ne patroni, vel advocati, ſeu vicedomini, ſuper præmiſſis de cetero plus uſurpent, quam reperiatur in jure permiſſum: &, ſi contra præſumpſerint, diſtrictiſſime per ſeveritatem canonicam compeſcantur. Sacri nihilo minus concilii approbatione * ſtatuimus, quatenus ſi patroni, vel advocati, aut feudatarii, ſeu vicedomini, ſeu alii beneficiati, alicujus eccleſiæ rectorem, * vel clericum alium ipſius eccleſiæ, per ſe vel per alios occidere vel mutilare auſu nefando præſumpſerint: patroni jus patronatus, advocati advocatiam, feudatarii feudum, vicedomini vicedominatum, beneficiati beneficium prorſus amittant. Et ne minus vindictæ quam exceſſus memoria prorogetur: non ſolum de præmiſſis nil perveniat ad heredes, ſed etiam uſque ad quartam generationem poſteritates * talium in clericorum collegium nullatenus admittantur, nec in regularibus domibus alicujus prælationis aſſequantur honorem, niſi cum eis fuerit miſericorditer * diſpenſatum.

MS. Max. De inſolentia patronorum & advocatorum compeſcenda. Ibid. l. 5. tit. 37. de pœnis c. 12. *In quibuſdam*.

* MS. Max. in malitias,

* MS. Max. proviſione

* MS. Max. lectorem.

* MS. Max. poſteritatis

* MS. Max deeſt miſericorditer

*XLVI. De talliis a clericis non exigendis.*

Adverſus conſules ac rectores civitatum, & alios qui eccleſias & viros eccleſiaſticos talliis ſeu collectis & exactionibus aliis aggravare nituntur: volens immunitati eccleſiaſticæ Lateranenſe * concilium providere, præſumptionem hujuſmodi ſub anathematis diſtrictione prohibuit: tranſgreſſores & fautores eorum excommunicationi præcipiens ſubjacere, donec ſatisfactionem impendant competentem.

MS Max. De eccleſiis & viris eccleſiaſticis non opprimendis quibuslibet vexationibus. Decretal. Gregor. IX. l. 3. de Immunit. Eccleſ. c. 7. *Adverſus*.

* Cap. 19.

Verum ſi quando forſan epiſcopus ſimul cum clericis tantam neceſſitatem vel utilitatem proſpexerint, ut abſque ulla coactione, ad relevandas utilitates vel neceſſitates communes, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias duxerint conferenda: prædicti laici humiliter & devote recipiant cum actionibus gra-

ANNO CHRISTI 1215.

tiarum. Propter imprudentiam tamen A quorumdam Romanum prius conſulant pontificem, cujus intereſt communibus utilitatibus providere.

Quoniam vero nec ſic quorumdam malitia contra Dei eccleſiam conquievit: adjicimus, ut conſtitutiones & ſententiæ quæ ab excommunicatis hujuſmodi, vel de ipſorum mandato, fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo unquam tempore valituræ.

Ceterum quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent nullus vano decipiatur errore, ut infra tempus regiminis ſuſti- B neat anathema, quaſi poſt illud non ſit ad ſatisfactionem debitam compellendus. Nam & ipſum qui ſatisfacere recuſaverit, & ſucceſſorem ipſius, ſi non ſatisfecerit infra menſem, manere decernimus eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfecerit competenter: cum ſuccedat in onere qui ſubſtituitur in honore.

### XLVII. De forma excommunicandi.

*MS. Max. De ordine excommunicationum. Ibid. l. 5 tit. 15 de ſenten. excommunic. c. 48. Sacro.*

Sacro approbante concilio prohibemus, C ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti commonitione præmiſſa, & præſentibus idoneis perſonis, per quas, ſi neceſſe fuerit, poſſit probari monitio, promulgare præſumat. Quod ſi quis contra præſumpſerit, etiamſi juſta fuerit excommunicationis ſententia, ingreſſum eccleſiæ per menſem unum ſibi noverit interdictum: alia nihilo minus pœna mulctandus, ſi viſum fuerit expedire.

Ibidem. Caveat etiam diligenter, ne ad excommunicationem cujuſquam abſque ma- D nifeſta & rationabili cauſa procedat: ad quam ſi forte taliter proceſſerit, & requiſitus humiliter, proceſſum hujuſmodi non curaverit abſque gravamine revocare gravatus apud ſuperiorem deponat de injuſta excommunicatione querelam.* quod ſi abſque periculo moræ *poteſt, ad excommunicatorem illum cum ſuo mandato remittat, infra competentem terminum abſolvendum: alioquin ipſe per ſe, vel per alium, prout viderit expedire, ſufficienti cautione recepta, munus ei abſolutionis impendat. E

*MS. Max. qui. * MS. Max. Monere vel mittere poterit*

Ibidem. Cumque adverſus excommunicatorem de injuſta excommunicatione conſtiterit, excommunicator condemnetur excommunicato ad intereſſe; alias nihilo minus, ſi culpæ qualitas poſtulaverit, ſuperioris arbitrio puniendus: cum non levis ſit culpa tantam infligere pœnam inſonti, niſi forſan erraverit ex cauſa probabili, maxime ſi laudabilis opinionis exiſtat.

Verum ſi contra excommunicationis

A σίαν πως τινῶν ὁ ῥωμαϊκὸς πρότερον ἀρχιερεὺς συμβουλεύηται . . . . γάρ ἐστι τὸ τῶν ὠφελειῶν προνοεῖν.

Επεὶ δὲ οὐδὲ οὕτως ἡ κακία τινῶν κατὰ τὴν θεοῦ ἐκκλησίαν κατέπαυσεν, προστίθεμεν ἵνα τὰς διατάξεις καὶ ἀποφάσεις αἵτινες τοῖς ἀποκοινωνηθεῖσιν οὕτως, ἢ ἐξ ἐντολῆς αὐτῶν προενεχθήσονται, κεναὶ καὶ ἀβέβαιοι κρατηθῶσιν, μηδενὶ ποτὲ καιρῷ ἰσχύουσαι.

Ετερον ἐπεὶ δόλος καὶ ἀπάτη τινὶ βοηθεῖν οὐ πρέπουσι· μηδεὶς ματαίᾳ πλανάσθω πλάνῃ ὡς B ἔσω τοῦ καιροῦ τῆς πράξεως ὑπομένειν τὸ ἀνάθεμα· ὥσπερ μετὰ τοῦτο μὴ εἴη εἰς τὸ τῆς ἱκανοποιήσεως χρέος προσφιχθησόμενος· ὅτι καὶ αὐτὸν τὸν ἱκανοποιεῖν παραιτησάμενον καὶ τὸν διάδοχον αὐτοῦ, εἰ μὴ ἔσω μηνὸς αὐτάρκως ἱκανοποιήσοιτο . . . . . κρίνομεν ἐκκλησιαστικῇ κρίσει συγκεκλεισμένον, μέχρις ἂν ἱκανοποιήσῃ εἰκότως· ἐπεὶ διαδέχεται τὸ βάρος ὁ ἀντικαθιστάμενος τῇ τιμῇ.

### μζ'. Περὶ τάξεως ἀποκοινωνήσεων.

C Τῆς ἱερᾶς κυρούσης συνόδου κωλύομεν, ἵνα μή τις εἰς τινα ἀποκοινωνήσεως ἀπόφασιν, εἰ μὴ αὐτάρκους παραινέσεως προσαλεύσης, καὶ παρόντων προσώπων εἰδημένων, δι' ὧν, εἰ ἀναγκαῖον ἐστι, κατασταθείη ἡ παραίνεσις, προσενεχθεῖν τολμήσῃ. ὃς ἐὰν ἀπεναντίας τολμήσῃ, καὶ εἰ δικαία ἐστὶ ἐξ . . . . ἡ ἀπόφασις τὴν εἴσοδον τῆς ἐκκλησίας δι' ἑνὸς μηνὸς ἑαυτῷ γνοίη ἀντιλεχθεῖσαν· ἄλλῃ οὐχ ἧττον ποινῇ τιμωρηθησόμενος εἴγε φ . . . συμφέρει *.

** φανείη συμφέρειν*

Προσεχέτω δὲ ἀκριβῶς ἵνα μὴ εἰς ἀποκοι- D νώνησιν τινὸς ἄνευ εὐλόγου καὶ φανερᾶς αἰτίας προβῇ. εἰς ἣν * τοιούτως ἴσως προβαίη καὶ ἀναζητηθεὶς ταπεινῶς, τὴν τοιαύτην ὑπέρβασιν μὴ φροντίσῃ ἄνευ βάρους ἀνακαλεῖσθαι· βαρυθεὶς εἰς τὸν ὑπέρτερον ἀναφερέτω τὸν τῆς ἀδίκου ἀποκοινωνήσεως γογγυσμόν· ὃς ἐὰν ἄνευ κινδύνου παραινεῖν ἢ ἀποστέλλειν δύναται, εἰς τὸν ἀποκοινωνητὴν ἐκεῖνον μετὰ τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ ἀποστελλέτω ἔσω ἁρμοζούσης διορίας ἀπολυθῆναι. εἰ δὲ μήγε, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἄλλου, ὡς ἴδοι συμφέρειν, ἱκανῆς ἀσφαλείας ληφθείσης, τὸ δῶρον τῆς ἀπολύσεως παρεχέτω. E

** Adde οἱ*

Οταν δὲ ἀπεναντίας τοῦ ἀποκοινωνητοῦ ἐκ τῆς ἀποκοινωνήσεως παραστάθῃ. ὁ ἀποκοινωνητὴς καταδικαζέσθω τῷ ἀποκοινωνηθέντι·. παρέσαι * δὲ καὶ ἄλλως οὐχ ἧττον, ἐὰν ἡ τῆς πταίσεως ποιότης αἰτήσῃ, τῇ τοῦ ὑπερτέρου διανοήσει τιμωρηθησόμενος· ἐπεί περ οὐκ ἐλαφρόν πταῖσμα τοσοῦτον ἂν ἐπενέγκαι πταῖσμα * εἰ μὴ ἴσως ἐξ αἰτίας ἀποδεικτικῆς μάλιστα ἐὰν εἴη ἐπαινετῆς ὑπολήψεως.

** Non intellexit Græcus, condemnetur ad intereſſe: ut & paulo inferius. * Deeſt inſonti.*

Εἰ δὲ ἀπεναντίας τῆς τῆς ἀποκοινωνήσεως ἀπο-

φα-

ANNO CHRISTI 1215.

φάσεως μηδενὸς ἀλόγου παρὰ τοῦ γογγύζοντος προσαχθείη· ὁ αὐτὸς καὶ ἐπαίνω τοῦ ἀδίκου τῆς ἀποκοινωνήσεως ἐγκλήματος διὰ ποινῆς παρείη, ἢ ἄλλως κατὰ τὴν τοῦ ὑπερτέρου διάγνωσιν. εἰ μὴ ἴσως καὶ αὐτὸν ἀποδεικτικὴ πλάνη ἐξαιτιάσαιτο· καὶ ἐπὶ τούτου ὑπὲρ οὗ δικαίᾳ ἀποκοινωνήσει δεθείη, δι' ἀσφαλείας ληφθείσης ἱκανοποιεῖν προσαναγκασθήτω· ἢ εἰς τὴν προτέραν ὑποστρεφέσθω ἀπόφασιν, ἕως ἱκανοποιήσεως ἀξίας ἀλωβήτως φυλαχθησομένη *.

* Corr. φυλαχθησομένην.

Εἰ δὲ ὁ κριτὴς τὴν ἰδίαν κατανοῶν πλάνην, ἕτ* . . . . . τὴν τοιαύτην ἀνακαλεῖσθαι ἀπόφασιν, καὶ ὅπως ὑπὲρ οὗ [illegible]ωιέχθη, ἵνα μὴ χωρὶς ἱκανοποιήσεως ἀνακαλέσοιτο αὐτὴν ἐκκλητεύσοι· τῷ ἐκκλήτῳ μὴ εἰξάτω ἐν τούτῳ τῷ μέρει, εἰ μὴ τοιαύτη εἴη πλάνη, ὑπὲρ ἧς ἀξίως δύναται ἀμφισβητεῖσθαι. καὶ τότε ἀρκετῆς ἀσφαλείας ληφθείσης, ὅπερ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πρὸς ὃν ἐκκλητευθείη, ἢ τοῦ ἀπεσταλμένου παρ' αὐτοῦ, δικαίῳ φανείη, τὸν ἀποκοινωνηθέντα ἀπολυσάτω, ὅπως ὅτι τῇ προγραφείσῃ ποινῇ ἑνὸς μηνὸς μηδαμῶς ὑποκείσεται· προσέχων παντελῶς ἵνα μὴ θελήσει στρεβλῇ εἰς ἄλλου πρόκριμα ψεύσοιτο πλάνην· εἴ γε τῆς κανονικῆς περισφίγξεως θέλει φεύγειν τὴν παίδευσιν.

* ἑτοιμος εἴη.

A ſententiam nihil rationabile fuerit a conquerente probatum: idem & ſuper injuſta conqueſtionis moleſtia pœnam ad interesse, vel,* alias ſecundum ſuperioris arbitrium, condemnetur, niſi forſan & ipſum probabilis error excuſet: & ſuper eo, pro quo juſta fuerit excommunicatione ligatus, per cautionem receptam ſatisfacere compellatur, vel in priſtinam reducatur ſententiam, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervandam.

* Dacher. vel ad aliam.

Si vero judex ſuum recognoſcens errorem, paratus ſit talem revocare ſententiam, & is, pro quo lata fuerit, ne abſque B ſatisfactione revocet illam, appellet: appellationi non deferat in hac parte, niſi talis ſit error, de quo merito poſſit dubitari: & tunc, ſufficienti cautione recepta quod coram eo, ad quem extitit appellatum, delegato ab ipſo, juri parebit, excommunicatum abſolvat, ſicque pœnæ præſcriptæ* minime ſubjacebit: cavens omnino, ne voluntate perverſa in alterius præjudicium mentiatur errorem, ſi diſtrictionis canonicæ vult effugere ultionem.*

Ibidem

* Addit. Mazar. unius menſis

* MS. Maz. diſciplinam.

C

μη'. Περὶ ἀκύρου ἀποβολῆς καὶ ἐκκλήτου τοῦ παραινεθέντος καὶ κριτῶν ἐκ τῶν μερῶν ἐκλεγησομένων.

XLVIII. *De modo recuſandi judicem.*

MS. Maz. De fruſtratoria recuſatione & appellatione moniti, & judicibus a partibus eligendis.

Ἐπεὶ πνευματικῇ κωλύσει προσερρήθη, ἵνα μή τις ἀποκοινωνήσεως ἀπόφασιν, εἰ μὴ αὐτάρκους παραινέσεως προσαλείσης, προφέρειν τολμήσῃ· θέλοντες ἄρα προνοῆσαι ἵνα μὴ ἴσως ὁ παραινεθεὶς ἀκύρου ἀποθέσεως ἢ ἐκκλήτου προσβολῇ, τοῦ παραινέτου ἐκκλίνειν δυνηθῇ τὴν ἐξέτασιν· καθιστῶμεν, ὅτι ἐὰν δικαιολογήσῃ ἑαυτὸν ἔχειν κριτὴν ὕποπτον, ἔμπροσθεν αὐτοῦ τὴν αἰτίαν τῆς δικαίας ὑποψίας δείξει· καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ ἀντιδίκου, ἢ ἐὰν ἀντίδικον ἴσως οὐκ ἔχῃ, μετὰ τοῦ κριτοῦ αἱρετοὺς κριτὰς κοινοὺς ἐκλεξάσθωσαν· ἢ ἐὰν κοινῶς συνελθεῖν οὐ δύνανται, ἐκλεξάσθωσαν ἄνευ κακίας αὐτὸς ἕνα καὶ ἐκεῖνος ἄλλον· οἵτινες ἐκ τῆς αἰτίας τῆς ὑποψίας διαγνώτωσαν. καὶ ἐὰν μὴ δυνηθῶσιν εἰς μίαν συμφωνεῖν ἀπόφασιν, προσκαλεσάσθωσαν τρίτον, ἵνα * οἱ δύο ἐξ αὐτῶν κρίνωσιν, ἰσχὺν ἐπέχωσιν στερεότητος. Γινωσκέτωσαν δὲ πρὸς τοῦτο πιστῶς ἐξακολουθεῖν ἐκ τοῦ ἐπιτεταγμένου παρ' ἡμῶν, ἐν δυνάμει ὑπακοῆς, ὑπὸ μαρτυρίᾳ τῆς θείας κρίσεως, σφικτῶς προστάγματος κρατεῖσθαι· τῆς αἰτίας δὲ τῆς ὑποψίας νομίμου ἔμπροσθεν αὐτῶν ἔσω ἁρμοζούσης διορίας μὴ ἀποδεχθείσης, τῇ ἰδίᾳ δικαιοδοσίᾳ ὁ κριτὴς χράσθω. καὶ αὐτῆς ἀποδεχθείσης νομίμου, τοῦ ἀποβολέως συναινέσεως, προσώπῳ εἰδήμονι ἐπιτρεψάτω τὴν πραγματείαν ὁ ἀποβληθεὶς, ἢ πρὸς τὸν ὑπέρτερον ἀποστειλάτω, ἵνα ἐν αὐτῷ ἐκεῖνος προβῇ καθὼς ἂν εἴη προβησόμενον.

* Deeſt ἂν.

Cum ſpeciali * ſit prohibitione proviſum, ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti commonitione præmiſſa, promulgare præſumat; volentes etiam providere, ne forte commonitus, fruſtratoriæ * recuſationis vel appellationis obtentu, monentis declinare poſſit examen: ſtatuimus, quod ſi D allegaverit, ſe judicem habere ſuſpectum, coram eodem cauſam juſtæ ſuſpicionis aſſignet. Et ipſe cum adverſario, vel, ſi forte adverſarium non habeat, cum judice, arbitros communiter eligat: aut, ſi forte communiter convenire non poſſunt, eligant abſque malitia ipſe unum, & ille alium, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant: & ſi nequiverint in unam concordare ſententiam, advocent tertium, ut quod duo ex ipſis decreverint, robur obtineat firmitatis. Sciant quoque ſe ad id fideliter exequendum, ex injuncto a nobis in virtute E obedientiæ, ſub atteſtatione Divini judicii diſtricto præcepto, teneri. Cauſa vero ſuſpicionis legitima coram ipſis infra compentem terminum non probata, ſua juriſdictione judex utatur. At ipſa probata legitima, de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ committat negotium recuſatus, vel ad ſuperiorem tranſmittat, ut in eo ipſe procedat ſecundum quod fuerit procedendum.

Ibid. l. 2. tit. 28. de Appellat. c. 61. *Cum ſpeciali*.

* MS. Max. Spirituali, & ſic in Græco.

* MS. Max. Fruſtrationis recuſationis, vel appellationis objecto.

Ἤτοι τοῦ παραινεθέντος εἰς τὸ ἐκκλήτου αἰτιστή-

Porro commonito ad appellationem con-

ANNO CHRISTI 1215.

*Da.ber.* appellationis obſtaculum
* *Da.ber.* legitimo

convolante, ſi ejus exceſſus, evidentia rei, vel ipſius confeſſione, aut alio modo, legitime * fuerit manifeſtatus, cum appellationis remedium non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed in præſidium innocentiæ inſtitutum, non eſt provocationi hujuſmodi deferendum. Exceſſu quoque dubio exiſtente, ne frivolæ appellationis diffuſio appellans judicis proceſſum impediat, coram eodem probabilem cauſam appellationis exponat, talem videlicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari. Et tunc, ſi habuerit adverſarium, infra terminum, ſecundum locorum diſtantiam, & temporis qualitatem, & naturam negotii, ab eodem judice moderandum, appellationis* cauſam proſequatur: quam ſi proſequi non curaverit, extunc ipſe judex, non obſtante appellatione, procedat. Nullo autem adverſario comparente, cum ex ſuo judex procedat officio, appellationis cauſa coram ſuperiore probata, ſuperior ſuæ juriſdictionis officium exequatur. Sed ſi appellans in ejus probatione defecerit, ad eum, a quo ipſum malitioſe appellaſſe conſtiterit, remittatur.

* *Abr.* & *Da.ber.* appellationem interpoſitam

Ceterum has duas conſtitutiones præmiſſas nolumus ad regulares extendi, qui ſuas habent obſervantias ſpeciales.

Ibidem. *MS. Max.* Contra ſuas obſ. ſpirituales.
*Da.ber* contra ſuas obſ. ſpec.

μα ἀνελθόντος, ἐὰν ὑπέρβασις αὐτοῦ, τῇ φανερώσει τοῦ πράγματος, ἢ τῇ αὐτοῦ ὁμολογίᾳ, ἢ ἄλλῳ τρόπῳ φανερωθείη, ἐπεὶ τῆς ἐκκλήτου ἡ παρηγορία (τῆς ἀκακίας) οὐκ ἔστιν εἰς ἐκδίκησιν ἀδικίας, ἀλλ᾽ εἰς βοήθειαν ἀθωότητος διατεταγμένη, * τῇ τοιαύτῃ προκλήσει οὐχ ὑπείκεται. τοῦ ὑπερβάσεως δὲ ἀμφιβόλου τυγχανούσης, ἵνα μὴ ἀσυρὴς ἐκκλήτου διαφυγῇ ὁ ἐκκλητεύων τὴν τοῦ κριτοῦ πρόβασιν ἐμποδίσῃ, ἔμπροσθεν αὐτοῦ τὴν ἀποδεικτικὴν αἰτίαν τῆς ἐκκλήτου ἐκθέσθω· τοιαύτην δηλαδὴ, ἥτις εἰ ἀποδειχθείη, ὤφειλε νόμιμος λογισθῆναι. καὶ τότε ἐὰν ἔχῃ ἀντίδικον, * κατὰ τὸ τῶν τόπων διάστημα, τοῦ καιροῦ τὴν ποιότητα, καὶ τὴν φύσιν τῆς πραγματείας παρὰ τοῦ αὐτοῦ κριτοῦ συμμετρήσοντος, τὴν μεσολαβοῦσαν ἔκκλητον διωξάτω· ἣν εἰ διώκειν οὐ φροντίσειεν, τότε ὁ κριτὴς μὴ ἀνθισταμένου φανέντος, ἐπεὶ ὁ κριτὴς προβαίνει ἐκ τοῦ ἰδίου ὀφφικίου, τῆς ἐκκλήτου αἰτίας ἔμπροσθεν ὑπερτέρου ἀποδειχθείσης, ὁ ὑπέρτερος τῷ τῆς αὐτοῦ δικαιοδοσίας ὀφφικίῳ ἐξακολουθείτω. ἀλλὰ ἐὰν ὁ ἐκκλητεύων ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλήτου ἐπιλείψῃ, πρὸς αὐτὸν παρ᾽ οὗ αὐτὸν πονηρῶς ἐκκλητεῦσαι ἀποδειχθήσεται, μεταστραφήτω.

ANNO CHRISTI 1215.

abundant voces duæ uncinis incluſæ.
* Corr. διατεταγμένη.

* *deeſt* infra terminum. Latina non reddit interpres Græcus.

Επειδὴ ταύτας τὰς δύο διατάξεις τὰς προταχθείσας, οὐ θέλομεν εἰς τοὺς κανονικοὺς ἐκτείνεσθαι, κατὰ τῶν * πνευματικῶν αὐτῶν παρατηρήσεων.

* Græcus interpres legit *ſpirituales*. H.

## XLIX. *De pœna excommunicationis injuſtæ.*

* *MS. Max.* Ne cauſa cupiditatis aliquis excommunicet vel abſolvat.

Sub interminatione Divini judicii penitus interdicimus, ut cauſa cupiditatis nullus audeat excommunicationis vinculo aliquem innodare, vel abſolvere innodatum: in illis maxime regionibus, in quibus ex conſuetudine, cum excommunicatus abſolvitur, pecuniaria pœna mulctatur: ſtatuentes ut cum excommunicationis ſententiam injuſtam fuiſſe conſtiterit, excommunicator ad reſtituendam pecuniam ſic extortam per cenſuram eccleſiaſticam compellatur: &, niſi probabili fuerit errore deceptus, tantumdem injuriam paſſo perſolvat: &, ſi forte ſolvendo non fuerit, animadverſione alia caſtigetur.

μθ'. Ινα μή τις αἰτίᾳ πλεονεξίας ἀποκοινωνήσῃ ἢ λύσῃ.

Ὑπὸ διορισμῷ θείας κρίσεως παντελῶς ἀφορίζομεν, ἵνα αἰτίᾳ πλεονεξίας μηδεὶς τολμήσῃ ἀποκοινωνήσεως δεσμῷ τινὰ συνδέειν, ἢ ἀπολύειν δεδεμένον· ἐν ἐκείναις μάλιστα ταῖς περιχώροις, ἐν αἷς ἐκ συνηθείας ἐστὶν, ὅταν ὁ ἀποκοινωνηθεὶς ἀπολύεται, χρηματικὴ ποινὴ προστιμᾶται· καθιστῶντες ἵνα ὅταν ἡ τῆς ἀποκοινωνήσεως ἀπόφασις ἄδικος εἶναι ἀποδειχθείη, ὁ ἀποκοινωνητὴς εἰς τὸ ἀποκαταστήσειν τὸ οὕτως ἀπαιτηθὲν ἀργύριον διὰ κρίσεως ἐκκλησιαστικῆς περισφιγχθήτω· εἰ μὴ ἀποδεικτικῇ πλάνῃ πλανηθῇ. καὶ τοσοῦτον τῷ ἀδικηθέντι ἀποπληρωσάτω· καὶ ἐὰν ἴσως οὐκ ἀποπληρωθῇ, κατανοήσει ἄλλῃ σωφρονιζέσθω.

## L. *De reſtricta prohibitione matrimonii.*

*MS. Max.* De affinitate ſecundi & tertii generis, & revocatione graduum. Ibid. l. 4. tit. 14. de Conſanguin. & affin. c. 8. *Non debet*.

Non debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoque varientur humana, præſertim cum urgens neceſſitas vel evidens utilitas id expoſcit: quoniam ipſe Deus ex iis, quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutavit in novo.

Cum igitur prohibitiones de conjugio in ſecundo & tertio affinitatis genere minime contrahendo, & de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptiis cognationi vi-

ν'. Περὶ ἀγχιστείας δευτέρας καὶ τρίτης γενεᾶς, καὶ ἀνακλήσεως τῶν βαθμῶν.

Οὐ χρὴ μεμπτὸν κρίνεσθαι, ἐὰν κατὰ τὴν ποικιλίαν τῶν καιρῶν αἱ καταστάσεις ποτὲ ποικιλωθῶσιν· ὅταν μάλιστα ἡ ἀνθρωπίνη ἐγερθεῖσα * ἀνάγκη ἢ προνοητικὴ ὠφέλεια τοῦτο ἐκζητεῖ· ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς ἐκ τούτων ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ κατασταθέντων ἔνια μετήμειψεν ἐν τῷ καινῷ.

* Gr. interpres legebat, ſurgens neceſſitas, aut providens neceſ.

Επεὶ τοίνυν αἱ κωλύσεις αἱ περὶ συζυγίας καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ τῆς ἀγχιστείας γένει μηδαμῶς συναλλαγησομένων * καὶ περὶ γονῆς συλληφθείσης ἐκ δευτερογαμίας συγγενείᾳ τοῦ πρώ-

* ſcribere debuiſſet συναλλαγησομένων.

ANNO CHRISTI 1215.

A πρώτου ἀνδρὸς μὴ ζευχθησομένης, καὶ δυσκολίαν πολλάκις ἐπεισάγουσι, καὶ ποτὲ κίνδυνον γίνονται ψυχῶν· ἵνα παυσάσης τῆς κωλύσεως, παύσῃ καὶ ἡ ἀποτέλεσις, τὰς διατάξεις τὰς ἐπάνω τούτων ἐκτεθείσας, ἐπάνω τῆς ἱερᾶς συνόδου ἀνακαλέμενοι, τῇ παρούσῃ διατάξει κρίνομεν, ἵνα οὕτως συναλλάσσοντες τοῦ λοιποῦ ἐλεύθερως συζευχθῶσιν.

videlicet ἀνεγγυῶν. Retulit autem ad ... cum locum non satis intelliget.

Ἡ κώλυσις δὲ τῆς συζύγου συναφείας, τῆς ὁμαιμότητος καὶ ἀγχιστείας * βαθμὸν τοῦ λοιποῦ μὴ ὑπελθέτω· ἐπειδὴ τοῖς περαιτέρω βαθμοῖς ἤδη οὐ δύναται ἄνευ βαρείας ζημίας ἡ τοιαύτη κώλυσις γενικῶς φυλαχθῆναι· ὁ τέταρτος γὰρ ἀριθμὸς ἢ βαθμὸς καλῶς συμφέρει τῇ ἀποδείξει * τῆς σωματικῆς συζυγίας, περὶ ἧς λέγει, ὅτι ὁ ἀνὴρ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ἡ γυνή· ἀλλ' οὐδὲ ἡ γυνὴ ἔχει ἐξουσίαν τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ὁ ἀνήρ. ὅτι τέσσαρές εἰσιν χυμοὶ ἐν τῷ σώματι, οἵτινες συνίστανται ἐκ τεσσάρων στοιχείων.

* deest τέταρτον

Gr. interpres legebat, probationi; ut & scriptum est in Latino ejusdem codicis.

Ἐπειδὴ οὖν ἤδη ἕως εἰς τέταρτον ἡ κώλυσις τῆς συζευκτικῆς συναφείας περιέσφιγκται· αὐτὴν οὕτως θέλομεν εἶναι διηνεκῆ, μὴ ἀνθισταμένων τῶν . . . . . . . . . . . . τῶν ἐπάνω τούτου ἤδη ἐκτεθεισῶν ἢ παρ' ἄλλων ἢ παρ' ἡμῶν· ἵνα ἐάν τινες κατὰ τῆς τοιαύτης κωλύσεως τολμήσωσι συζευγνῦσθαι, C μηδεμιᾶς μακρότητος διεκδικηθήσονται ἐνιαυτῶν· ἐπεὶ ἡ μακροχρονία οὐ μειοῖ τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ αὔξει· καὶ τοσούτῳ τὴν ἀθλίαν ἐπικρατοῦσι ψυχὴν συνδεδεμένην.

νά. Περὶ κρυφίων συνοικεσίων.

Ἐπειδὴ ἡ κώλυσις τῆς συζευκτικῆς συναφείας ἐν τοῖς τρισὶν ἐσχάτοις βαθμοῖς ἀνεκλήθη· D αὐτὴν ἐν τοῖς ἄλλοις θέλομεν σφικτῶς φυλάττεσθαι. ὅθεν τοῖς τῶν προηγητόρων ἡμῶν ἐχόμενοι ἴχνεσιν, τὰ κρύφια συνοικέσια παντελῶς κωλύομεν· ἀπαγορεύοντες μᾶλλον, ἵνα μή τις ἱερεὺς τοῖς τοιούτοις παρεῖναι τολμήσῃ, ὥσπερ * τινῶν ἰδικὴν συνήθειαν εἰς ἄλλων γενικῶς προσχρέων, καθιστῶμεν ἵνα ὅταν τὰ συνοικέσια συναλλαχθῶσιν, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις δημοσίως διὰ τῶν ἱερέων προτεθῶσιν, αὐτάρκους διωρίας προορισθείσης· ἵνα ἔσω ἐκείνης ὁ θελήσων καὶ ἰσχύσων νόμιμον ἐμπόδιον προθήσεται. καὶ οἱ αὐτοὶ ἱερεῖς οὐχ ἧττον ἀνιχνεύσουσιν πότερόν τι ἐμπόδιον ἀνθίσταται· E ὅταν δὲ ἀποδεκτικὴ φανῇ προσβολὴ κατὰ τῆς συναλλαχθησομένης συναφείας, τὸ συνάλλαγμα ἀφοριζέσθω ῥητῶς· ἕως οὗ ἐν τι δ' ἂν γίνεσθαι δέῃ ἐπ' αὐτοῦ, φανεροῖς καταστῇ διδάγμασιν.

* Hunc locum vel non intellexit Graecus interpres, vel male legit. Et vero Latina e regione sic habent: quare specialem quorumdam consuetudinem ad aliam generaliter prorog.

Εἰ δέ τις τῶν τοιουτοτρόπων κρυφίων ἀφορισμῶν * συνοικεσίων κατάρξασθαι τολμήσει, ἐν βαθμῷ κεκωλυμένῳ, καίπερ ἠγνοημένως· ἡ γονὴ ἐκ τῆς τοιαύτης συναφείας συλληφθεῖσα, πάλιν * ἄνομος * κριθήτω, ἐκ τῆς τῶν γο-

* Corr. ἀφωρισμένων.

* Corr. ...

* In Max...

ri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum: ut ceſſante prohibitione ceſſet effectus, conſtitutiones ſuper hoc editas, ſacri approbatione concilii revocantes, præſenti conſtitutione decernimus, ut ſic contrahentes de cetero libere copulentur.

Prohibitio quoque copulæ conjugalis quartum conſanguinitatis & affinitatis gradum de cetero non excedat: quoniam in ulterioribus gradibus jam non poteſt abſque gravi diſpendio hujuſmodi prohibitio generaliter obſervari. Quaternarius enim numerus bene congruit prohibitioni conjugii corporalis, de quo dicit Apoſtolus, quod *vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier: neque mulier habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir*: quia quatuor ſunt humores in corpore, quod conſtat ex quatuor elementis. Ibidem. 1. Cor. 7.

Cum ergo jam uſque ad quartum gradum prohibitio conjugalis copulæ ſit reſtricta: eam ita eſſe volumus perpetuam, non obſtantibus conſtitutionibus ſuper hoc dudum editis, vel ab aliis, vel a nobis, ut ſi qui contra prohibitionem hujuſmodi præſumſerint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum: cum diuturnitas temporum non minuat peccatum, ſed augeat: tantoque graviora ſint crimina, quanto diutius infelicem detinent animam alligatam. Ibidem.

*LI. De pœna contrahentium clandeſtina matrimonia.* * MS. Max. De clandeſtinis matrimoniis.

Cum inhibitio copulæ conjugalis ſit in tribus ultimis gradibus revocata: eam in aliis volumus diſtricte obſervari. Unde prædeceſſorum noſtrorum inhærendo veſtigiis, clandeſtina conjugia penitus inhibemus: prohibentes etiam ne quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat. Quare ſpecialem quorumdam locorum conſuetudinem ad alia generaliter prorogando, ſtatuimus, ut, cum matrimonia fuerint contrahenda, in eccleſiis per presbyteros publice proponantur, competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat. Et ipſi presbyteri nihilo minus inveſtigent, utrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cum autem probabilis apparuerit conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documentis. Ibid. c. 3. de clandeſt. deſponſ. c. 3. Cum inhibitio.

Si qui vero hujuſmodi clandeſtina vel interdicta conjugia inire præſumſerint in gradu prohibito, etiam ignoranter: ſoboles de tali conjunctione ſuſcepta, prorſus illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia Ibidem.

ANNO CHRISTI 1215.

tia nullum habitura ſubſidium, cum illi taliter contrahendo non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ, videantur. Pari modo illegitima proles cenſeatur, ſi ambo parentes, impedimentum ſcientes legitimum, præter omne interdictum in conſpectu eccleſiæ contrahere præſumſerint.

Ibidem. Sane parochialis ſacerdos qui tales conjunctiones prohibere contemſerit, aut quilibet etiam regularis qui eis præſumſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur, gravius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulaverit. Sed & iis, qui taliter copulari præſumſerint, etiam in gradu conceſſo *, condigna pœnitentia injungatur. Si quis autem ad impediendum legitimam copulam malitioſe impedimentum objecerit, eccleſiaſticam non effugiet ultionem.

*MS. Max.* In gradu priſtino excepto.

A νίων ἀγνοίας μηδεμίαν ἕξουσα βοήθειαν· ἐπειδὴ ἐκεῖνοι οἱ οὕτως συναλλάσσοντες οὐκ ἄμοιροι γνώσεως, ἢ καὶ προσπαθητικοὶ * ἀγνοίας, πεθέανται· ὁμοίῳ τρόπῳ αἱ γοναὶ ἄνομοι κριθήτωσαν, ἐὰν ἄμφω οἱ γονεῖς τὸ νόμιμον γινώσκοντες ἐμπόδιον, ἄνευ τινὸς ἀφορισμοῦ κἂν ἐνώπιον τῆς ἐκκλησίας συναλλάσσειν τολμήσωσιν.

Οὕτως ὁ ἐνορίτης ἱερεὺς ὁ τὰς τοιαύτας συζυγίας κωλύειν καταφρονήσων, εἴ τις δ' ἂν ἄλλος ἀσκητικὸς ὁ ταύταις τολμήσων παρεῖναι, διὰ τριετείας ἐκ τοῦ ὀφφικίου ἀποκρεμάσθω· βαρύτερον τιμωρηθησόμενος, ἐὰν ἡ τῆς πτώσεως ποιότης αἰτήσῃ· ἀλλὰ καὶ τοῖς οὕτω ζευγνύειν τολμήσωσι, κἂν ἐν βαθμῷ τῷ πρώτῳ ὑπεξειρημένῳ ἀξία ποινὴ προστεθείτω. εἰ δέ τις εἰς τὸ ἐμποδισθῆναι τὴν νόμιμον συζυγίαν πονηρὸν ἐμπόδιον προσείψῃ, τὴν ἐκκλησιαστικὴν μὴ ὑπερφύγοιτο ἄμυναν.

ANNO CHRISTI 1215.

*rimo, latirae eſt illegitima. Interpres vero diverſam legens in legitima vertit ἐν νομίμῳ. at emendavit, ſuperſcripſitque ἄνομοι.*

* Corr. προσπαθητικοί.

## L I I. *De teſtimonio de auditu reprobando in cauſa matrimonii.*

*MS. Max.* De teſtimonio in matrimonio de viſu recipiendo. Ibid. l. 2. tit. 2. de teſtibus & accuſat. c. 47. *Licet*.

Licet ex quadam neceſſitate præter communem formam alias fuerit inſtitutum, ut in conſanguinitatis & affinitatis C gradibus computandis valeret teſtimonium de auditu, cum propter brevem hominum vitam teſtes de viſu deponere non valerent uſque ad gradum ſeptimum computando: quia tamen pluribus exemplis & certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima conjugia proveniſſe, ſtatuimus ne ſuper hoc recipiantur teſtes de cetero de auditu, cum jam quartum gradum prohibitio non excedat: niſi perſonæ graves extiterint, quibus fides merito ſit adhibenda, & ante D motam litem teſtificata didicerint ab antiquioribus quidem ſuis, non utique uno, cum non ſufficeret ille, ſi viveret, ſed duobus ad minus: nec ab infamibus & ſuſpectis, ſed a fide dignis, & omni exceptione majoribus: cum ſatis videretur abſurdum, illos admitti quorum repellentur authores *. Nec tamen ſi unus a pluribus, vel infamis * ab hominibus bonæ famæ acceperint quod teſtentur: tanquam plures & idonei teſtes debent admitti: cum etiam ſecundum ſolitum ordinem judiciorum, non ſufficiat unius E teſtis aſſertio, etiamſi præſidali dignitate præfulgeat, & actus legitimi ſint infamibus interdicti.

* *MS. Max.* actiones. *Dacher.* authoritates.
* *Max. & Dacher.* infames.

Ibidem. Teſtes autem hujuſmodi, proprio juramento firmantes, quod ad ferendum in cauſa ipſa teſtimonium, odio, vel timore, vel amore, vel commodo non procedant, perſonas expreſſis nominibus, vel demonſtratione, ſive circumlocutione ſufficienti, deſignent, & ab utroque latere clara computatione gradus ſingulos diſtin-

νβ'. *Περὶ μαρτυρίας ἐν συνοικεσίῳ ἀκοῇ θείας προσδεχθησομένης.*

Εἰ καὶ * ἔκ τινος ἀνάγκης παρὰ τὸν κοινὸν τύπον ἤδη συνεστάθη, ἵνα ἐν τοῖς τῆς ὁμαιμότητος καὶ ἀγχιστείας βαθμοῖς ἀριθμησομένοις μαρτυρία ἐξ ἀκοῆς . . . . . . . . . ἐπειδὴ διὰ τὴν βραχεῖαν τῶν ἀνθρώπων ζωὴν μάρτυρες ἐκ θέας παραθεῖναι οὐκ ἂν ἠδύναντο, ἕως εἰς βαθμοὺς ἑπτὰ μετροῦντες. ὅτι πῶς πολλοῖς ὑποδείγμασι καὶ βεβαίοις τεκμηρίοις ἐμάθομεν, ἐκ τούτου πολλοὺς κινδύνους κατὰ νομίμων συζυγιῶν προεληλυθέναι, καθιστῶμεν ἵνα μὴ ἐπὶ τούτου προσδεχθῶσι τοῦ λοιποῦ οἱ μάρτυρες ἐξ ἀκοῆς ἐν τῷ ἤδη τὸν τέταρτον βαθμὸν τὴν κώλυσιν μὴ ὑπερβῆναι· εἰ μὴ πρόσωπα βαρέα ὦσιν, οἷς ἡ πίστις ἀξίως παρασχεθείη, καὶ πρὸ τῆς κινουμένης δίκης μεμαρτυρημένα μάθοιεν παρὰ τῶν ἀρχαιοτέρων μὲν αὐτῶν, οὐ μόνον γε παρ' ἑνός, διὰ τὸ μηδὲ ἰσχύειν ἐκεῖνον εἴπερ καὶ ἔζη, ἀλλὰ παρὰ δύο τὸ ἔλαττον· οὐδὲ παρ' ἀτίμων καὶ ὑπόπτων, ἀλλὰ παρὰ ἀξιοπίστων, καὶ πάσης ὑπεξαιρέσεως μειζόνων· ἐπείπερ ἄλις ἂν τεθεώρηται ἄτοπον, ἐκείνους εἰς μαρτυρίαν δέχεσθαι, ὧν ἀποθοῦνται τὰ πρακτικά. οὔτε μὴν ἐὰν εἷς παρὰ πλειόνων, ἢ ἄτιμοι παρὰ ἀνθρώπων καλῆς φήμης δέξωνται ὅπερ μαρτυροῦσι, ὡς πλεῖστοι καὶ εἰδήμονες μάρτυρες ὀφείλουσι δέχεσθαι· ἐπεὶ κατὰ εἰθισμένην τάξιν τῶν κρίσεων οὐκ ἂν ἀρκέσειε τοῦ ἑνὸς μάρτυρος ἡ ἐξήγησις, κἂν προεδρικῇ ἀξίᾳ διαλάμψῃ, καὶ τοῖς ἀτίμοις εἰσὶ * νομίμου ἀφορισμοῦ.

* Mendoſe ſcriptum erat οἱ καὶ.

* Nullus ſenſus. Forte νόμιμοι ἀφορισμοί. Ita enim loqui ſolet.

Οἱ δὲ τοιοῦτοι μάρτυρες ἰδίῳ ὅρκῳ στερεοῦντες, ὅτι εἰς τὸ φέρειν τῇ αὐτῇ δίκῃ μαρτυρίαν, μίσει ἢ φιλίᾳ, φόβῳ ἢ ὠφελείᾳ οὐ προβαίνουσι, τὰ πρόσωπα ῥητοῖς ὀνόμασιν, ἢ ἐπιδείξει, ἢ περιλαλιᾷ ἱκανῇ διασημαινέτωσαν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀμφοτέρου πλευροῦ ἑκάστους βαθμοὺς καθαρῷ ἀριθμῷ διαστιξάτωσαν· καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ οὐχ ἧττον ὅρκῳ περιπλεκέτωσαν, ἑαυτοὺς προσει-

ANNO CHRISTI 1215.

σειληφέναι ἀπὸ τῶν μειζόνων αὐτῶν ἅπερ παραιτιθέασι, καὶ πιστεύουσιν οὕτως εἶναι. ἀλλὰ μηδὲ οἱ τοιοῦτοι ἀρκείτωσαν, εἰ μὴ ὁμοίως ὀμοσθέντες παραδεῖξαι ἑαυτοὺς ἑωρακέναι τὰ πρόσωπα, κἂν ἐν ἑνὶ τῶν προῤῥηθέντων βαθμῶν κατασταθέντα, διὰ ὁμαίμονας ἑαυτοὺς ἔχειν. ἀνεκτότερον γάρ ἐστί τινας τῶν ἀνθρώπων κατὰ τῶν διατάξεων συνημμένους ἐᾶσαι, ἢ τοὺς συνεζευγμένους κατὰ τῶν διατάξεων τοῦ κυρίου χωρίζειν.

A guant: & in ſuo nihilo minus juramento concludant, ſe accepiſſe a ſuis majoribus quod deponunt, & credere ita eſſe. Sed nec tales ſufficiant, niſi jurati * deponant, ſe vidiſſe perſonas ſaltem in uno prædictorum graduum conſtitutas pro conſanguineis ſe habere. Tolerabilius eſt enim aliquos contra ſtatuta hominum copulatos dimittere, quam conjunctos legitime contra ſtatuta Domini ſeparare.

* MS. Max. pariter parati

νγ'. Περὶ δεκάτων κτημάτων.

*LIII. De his qui prædia ſua in fraudem decimarum dant aliis excolenda.*

* MS. Max. De decimis prædiorum.

B

Ἐν τισι περιχώροις τινὰ σύμμικτα εἰσὶν ἔθνη, ἅπερ κατὰ τοὺς τύπους αὐτῶν δεκάτας ἐξ ἔθους οὐκ ὀφλοῦσι, κἂν κρατῶσι χριστιανικῷ ὀνόματι. τούτοις δέ τινες κύριοι κτημάτων αὐτὰ παρέχουσι γεωργηθησόμενα, ἵνα ἐκ τῶν δεκάτων ἀπατῶντες τὰς μείζους * ἐκκλησίας, ἐκεῖθεν τὰς προσόδους κερδαίνωσι. θέλοντες τοιγαροῦν ἐπάνω λέγων τῶν ἐκκλησιῶν τοῖς προσώποις ἀζημίας προνοεῖν· καθιστῶμεν ἵνα οἱ αὐτοὶ κύριοι τοιούτοις προσώποις καὶ τοιούτως τὰ ἑαυτῶν κτήματα χωρίων γεωργηθησόμενα ἐπιθήσουσιν, ὡς ἂν χωρὶς ἀντιλογίας τὰς δεκάτας ταῖς ἐκκλησίαις μετὰ πληρότητος ἀποφλήσοιεν, καὶ εἰς τοῦτο, εἰ ἀναγκαῖον ἔσαι, διὰ κρίσεως ἐκκλησιαστικῆς περιστοιχηθήτωσαν. ἐκεῖναι μέντοι αἱ δεκάται ἀναγκαίως ἀποφλοῦνται, αἱ ὀφειλόμεναι ἐκ νόμου θείου, ἢ τόπου συνηθείας ἐπαινετῆς.

* Vox μείζων rejicienda eſt poſt duas ſequentes, ut referatur ad προσόδους.

In aliquibus regionibus quædam permixtæ ſunt gentes, quæ ſecundum ſuos ritus decimas de more non ſolvunt, quamvis cenſeantur nomine Chriſtiano. His nonnulli domini prædiorum ea tribuunt excolenda, ut decimis defraudantes eccleſias, majores inde reditus aſſequantur. Volentes igitur ſuper his eccleſiarum indemnitatibus providere, ſtatuimus ut ipſi domini talibus perſonis, & taliter, ſua prædia excolenda committant, quod abſque contradictione decimas eccleſiis cum C integritate perſolvant, & ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. Illæ quippe decimæ neceſſario ſunt ſolvendæ, quæ debentur ex lege Divina, vel loci conſuetudine approbata.

Ibid. l. 3. tit. 30. de decimis c. 33. *In aliquibus.*

νδ'. Ἵνα μὴ οἱ κῆνσοι καὶ τὰ τέλη τῶν δεκάτων προτεθῶσιν.

*LIV. Ut decimæ ante tributa ſolvantur.*

*MS. Max.* Ne cenſus & tributa decimis præponantur.

Ἐπειδὴ οὐκ ἂν εἴη τι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ σπέρμα τῷ σπείροντι ἀπολογηθησόμενον, ὅτι κατὰ τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου, οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεός· αὐτοῦ μὲν ἀποθανόντος σπέρματος πλείονα καρπὸν φέρει. λίαν φειδωλικῶς τινὲς ἐν ταῖς δεκάταις ἀπατᾷν βιάζονται, τοὺς κήνσους καὶ τὰ τέλη τά ποτε ἀδεκάτιστα παρελθόντα, ἐκ τῶν ἐπικαρπίων πρότερον ἐκβάλλοντες. ἐπειδὴ δὲ εἰς σημεῖον καθολικῆς κυριότητος, ὡς δῆθεν τινὶ τίτλῳ εἰδικῷ ὁ κύριος ἑαυτῷ τὰς δεκάτας ἐφύλαξεν. ἡμεῖς καὶ ἐν * ταῖς τῶν ἐκκλησιῶν ζημίαις καὶ τοῖς τῶν ψυχῶν κινδύνοις ἀνθισαμένων * θέλοντες, καθιστῶμεν ἵνα εἰς τὸ ἐξαίρετον τοῦ γενικοῦ κυρίου ἀπαίτησιν τῶν τελεσμάτων καὶ κήνσων προβῇ ἀπόφλησις τῶν δεκάτων· ἢ κἂν οὗτοι πρὸς οὓς ἂν οἱ κῆνσοι καὶ τὰ τέλη ἀδεκάτιστα περιέλθοιεν, ἐπεὶ τὸ πρᾶγμα μετὰ τοῦ βάρους αὐτοῦ διέρχεται, αὐτὰ διὰ κρίσεως ἐκκλησιαστικῆς δεκατεύειν περιστοιχηθῶσι ταῖς ἐκκλησίαις αἷς ἐκ δικαίου ὀφείλονται.

* Dele ἐν

* Corr. ἀνθισταμένων

Cum non ſit in homine quod ſemen ſerenti reſpondeat, quoniam, juxta verbum Apoſtoli: *Neque qui plantat eſt aliquid,* * *neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus:* D ipſo quidem de mortificato ſemine plurimum fructum afferente: nimis avare in decimis quidam defraudare nituntur, cenſus & tributa, quæ interdum indecimata prætereuntur, de frugibus & * primitiis educentes. Cum autem in ſignum univerſalis dominii, quaſi quodam titulo ſpeciali ſibi Dominus decimas reſervaverit: nos & eccleſiarum diſpendiis & animarum periculis obviare volentes, ſtatuimus, ut in prærogativa dominii * generalis exactionem tributorum & cenſuum E præcedat ſolutio decimarum: vel ſaltem hi, ad quos cenſus & tributa indecimata pervenerint, quoniam res cum onere ſuo tranſit, ea per cenſuram eccleſiaſticam decimare cogantur eccleſiis quibus jure debentur.

Ibid. c. 33. *Cum non ſit.*

* MS. Max. ipſo q. mort. ſemine pl. fr. affert: *ut ſenſus ſit:* ſed qui incr. dat Deus &c. pl. fr. afferte.

* *Max. & Dacher.* de fr. primitus educentes & *ſic Græce.*

* *Gr. interpres legebat* domini.

νε'. Περὶ δεκάτων ἀπὸ τοῦ νῦν παρὰ τῶν ἡγουμένων δοθησομένων.

*LV. Ut de terris acquirendis, non obſtantibus privilegiis, decimæ dentur.*

*MS. Max.* De decimis amodo ab abbatibus dandis. Ibid. c. 34. *Nuper abbates.*

Νυνὶ οἱ ἡγούμενοι τῆς κιστελλ. . . . . τῶ-

Nuper abbates Ciſtercienſis ordinis, in ge-

ANNO CHRISTI 1215.

generali capitulo congregati, ad commonitionem noſtram provide ſtatuerunt, ne de cetero fratres ipſius ordinis emant poſſeſſiones, de quibus decimæ debentur * eccleſiis, niſi forte pro monaſteriis noviter fundandis. Et ſi tales poſſeſſiones eis fuerint pia fidelium devotione collatæ, aut emptæ pro monaſteriis de novo fundandis, committant excolendas aliis, a quibus eccleſiis decimæ perſolvantur, ne occaſione privilegiorum ſuorum eccleſiæ ulterius prægraventur. Decernimus ergo, ut de alienis terris, & amodo acquirendis, etiamſi eas propriis manibus aut ſumptibus deinceps excoluerint, decimas perſolvant eccleſiis, quibus ratione prædiorum antea ſolvebantur, niſi cum ipſis eccleſiis aliter duxerint componendum. Nos ergo ſtatutum hujuſmodi gratum & ratum habentes, hoc ipſum ad alios regulares, qui gaudent ſimilibus privilegiis, extendi volumus: & mandamus ut eccleſiarum prælati proniores & efficaciores exiſtant ad exhibendum eis de ſuis malefactoribus juſtitiæ complementum, eorumque privilegia diligentius & perfectius ſtudeant obſervare.

* Dabe r. dabantur

A ξίως ἐν τῇ γενικῇ συνόδῳ συναχθέντες, πρὸς τὴν παραίνεσιν ἡμῶν προνοητικῶς ἔστησαν, ὅπερ τοῦ λοιποῦ οἱ ἀδελφοὶ τῆς αὐτῆς τάξεως . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

ἵνα μὴ αἰτίᾳ τῶν ἰδίων προνομίων πλέον τῇ ἐκκλησίᾳ βαρύνωσιν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων χωραφίων, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν προσκτηθησομένων, ἐὰν B αὐτὰ ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἢ ἀναλώμασιν γεωργήσωσι, δεκάτας ἀποφλήσωσι ταῖς ἐκκλησίαις αἷς ἐκ δικαίου τῶν προρρηθέντων * πρότερον ἀπωφλοῦντο. εἰ μὴ μετ' αὐτῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἄλλως συνθήσωσιν. ἡμεῖς τοίνυν ταύτην τὴν κατάστασιν κεχαρισμένην καὶ βεβαίαν ἔχοντες, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀσκητικοὺς τοὺς χαίροντας τοῖς ὁμοίοις προνομίοις ἐκτείνεσθαι θέλομεν, καὶ ἐπιστέλλομεν ἵνα οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες ἑτοιμότεροι καὶ ἐντελέστεροι ὦσιν εἰς τὸ παρασχεῖν αὐτοῖς ἐκ τῶν ἰδίων κακοποιῶν δικαιοσύνης ἐκπλήρωσιν, τὰ ἑαυτῶν προνόμια ἀκριβέστερον καὶ τελειότερον δῶσι * φυλάττεσθαι. C

* Legebat prædictorum non prediorum.

*MS. Maz.* De pacto quorumdam in decimis facto. Ibid. l. 1. tit. 35. de pactis c. 7. *Plerique*.

## *LVI. Ne propter pactum aliquorum amittat decimas presbyter parochialis.*

## νς'. Περὶ πάκτου τινῶν ἐν ταῖς δεκάταις γεγενημένου.

Plerique, ſicut accepimus, regulares & clerici ſæculares, interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præjudicium parochialium eccleſiarum pactum adjiciunt, ut conductores & feudatarii decimas eis ſolvant, & apud eoſdem eligant ſepulturam. Cum autem id de avaritiæ radice procedat, pactum hujuſmodi penitus reprobamus: ſtatuentes, ut quidquid fuerit occaſione hujuſmodi pacti perceptum, eccleſiæ parochiali reddatur.

Πλεῖστοι, καθὼς ἐλάβομεν, ἀσκητικοὶ καὶ κληρικοὶ κοσμικοί, ποτὲ ὅταν ἢ οἴκους μισθώσωσιν ἢ φίε στέρξωσιν, εἰς πρόκριμα τῶν ἐνοριτικῶν ἐκκλησιῶν σύμφωνον προστιθέασιν, ἵνα οἱ ἐκμισθωταὶ καὶ συμφιῶται δεκάτας ἀποφλήσωσι καὶ παρ' αὐτοῖς ἐκλέξωσι ταφήν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐκ ῥίζης πλεονεξίας προέρχεται, τὸ τοιοῦτον πάκτον σύμφωνον παντελῶς ἀποδοκιμάζομεν. D καθιστῶντες, ἵνα εἴ τι δ' ἂν αἰτίᾳ τοῦ τοιούτου συμφώνου ληφθείη, τῇ ἐνοριτιδι ἐκκλησίᾳ στραφῇ.

*MS. Maz.* De expositione quorumdam dictionum, quæ in quibuſdam privilegiis continentur. Ibid. l. 5. tit. 33. de privilegiis, &c. c. 24. *Ut privilegia*.

## *LVII. De interpretandis privilegiorum verbis.*

## νζ'. Περὶ ἐπεξηγήσεως τινῶν λόγων τῶν ἔν τισι προνομίων περιεχομένων.

Ut privilegia quæ quibuſdam religioſis perſonis Romana conceſſit eccleſia permaneant inconvulſa: quædam eis declaranda duximus, ne minus ſane intellecta pertrahant ad abuſum, propter quem merito poſſint revocari: quia privilegia meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

Ἵνα τὰ προνόμια ἅπερ τισὶ θρησκοῖς προσώποις ἡ Ρωμαϊκὴ ἔστερξεν ἐκκλησία, διαμείνωσιν ἀπαρασάλευτα· τινὰ τῶν ἐν αὐτοῖς ἡγάγομεν ξανθῆναι· ἵνα μὴ ἔλαττον νοηθέντα ἑλκύσωσιν εἰς παράχρησιν, δι' ἧς δυνήσαιτ' ἂν ἀξίως ἐπαρθῆναι. ὅτι τὸ προνόμιον ἀξιοῦται ἀπόλλειν, ὁ τῇ προσκλήσει * ἑαυτῷ παραχρώμενος E ἐξουσίᾳ.

* Legebat permiſſa.

*Ibidem.* Sane quibuſdam regularibus ſedes apoſtolica indulſit, ut iis, qui eorum fraternitatem aſſumſerint, ſi forſan eccleſiæ, ad quas pertinent, a Divinis fuerint officiis interdictæ, ipſoſque mori contingat, ſepultura eccleſiaſtica non negetur, niſi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti. ſuoſque confratres, quos eccleſiarum prælati apud eccleſias ſuas non

Ἤτοι τισὶν ἀσκητικοῖς ὁ ἀποστολικὸς θρόνος προσεπέθησεν, ἵνα τούτοις τοῖς τὴν ἀδελφότητα αὐτῶν ἀναδεχομένοις, ἐὰν ἴσως αἱ ἐκκλησίαι πρὸς ἃς διαφέρουσιν, ἀπὸ τῶν θείων ὀφφικίων ἀφορισθῶσιν, αὐτούς τε τύχοι θανεῖν, ἡ ἐκκλησιαστικὴ ταφὴ μὴ ἀρνεῖσθαι· εἰ μὴ ἀποκεκοινωνημένοι, ἢ ὀνομαστὶ ὦσιν ἀφωρισμένοι. τοὺς ἰδίους τε συναδέλφους, οὓς οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν οὐ παραχωρήσωσι

ANNO CHRISTI 1215

σι θάπτεσθαι, εἰ μὴ ἀποκεκοινωνημένοι ἢ ἀφωρισμένοι ὦσιν ὀνομαστὶ, αὐτοὶ εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν φερέτωσαν θαψομένους. τοῦτο δὲ περὶ τῶν ἀδελφῶν ἐνοήσαμεν, οἵτινες ἢ μένοντες ἐν τῷ κόσμῳ, τῇ τάξει αὐτῶν ἀφιερώθησαν, ἀλλαχθέντος τοῦ κοσμικοῦ σχήματος, ἢ αὐτοῖς ἐν ζῶσι τὰ ἴδια ἀγαθὰ ἔδωκαν, ἐπικρατηθείσης αὐτοῖς ὅσον ἂν ἐν τῷ κόσμῳ ζήσωσι τῆς ἐπικαρπίας· οἳ καὶ μόνον θαπτέσθωσαν εἰς τὰς αὐτῶν τῶν ἀσκητικῶν, ἢ ἄλλων μὴ κεκωλυμένας ἐκκλησίας, ἐν αἷς ἂν ἐκλέξωσι ταφήν· ἵνα μὴ, ἐὰν περὶ οἱωνδητινῶν αὐτῶν τὴν ἀδελφότητα ἀναλαμβανομένων νοηθείη, διὰ δύο ἢ τρία δηνάρια ἐτησίως αὐτοῖς συλλεγόμενα, * διαλυθείη ὁμοίως καὶ ἐξευτελισθείη ἡ ἐκκλησιαστικὴ παίδευσις· βεβαίας τινὸς δὲ αὐτοὶ συγχωρήσεως ἐπιτευξάτωσαν παρὰ τοῦ ἀποστολικοῦ αὐτοῖς θρόνου στερχθείσης.

* Legebat collectis. non collatis.

Αὐτὸ δὲ ὅπερ τοιουτοτρόπων * ἀσκητικῶν προσεστάθη, ἵνα ἐάν τινες τῶν ἀδελφῶν οἱ σταλησόμενοι παρ' αὐτῶν εἰς τὸ λαβεῖν ἀδελφότητας, ἢ τὴν συλλογὴν, εἰς οἱανδητινα πόλιν, καστέλλιον, ἢ χωρίον ἐπέλθωσι, ἐὰν ἴσως ὁ τόπος ἐκεῖνος ἀπὸ τῶν θείων ὀφφικίων ἀφορισθῇ, ἐν τῇ αὐτῶν χρησίμῃ ἐλεύσει ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀνοιχθῶσιν αἱ ἐκκλησίαι, ἵνα τῶν ἀποκοινωνηθέντων ἀποκλεισθέντων τὰ θεῖα αὐτῶν * ὀφφίκια ἐπιτελεσθῶσι· οὕτω νοηθῆναι θέλομεν, ὅπως ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, ἢ τῷ κάστρῳ, ἢ τῇ κώμῃ, μία τινὸς ἐκκλησία τῆς αὐτῆς τάξεως τοῖς ἀδελφοῖς ἅπαξ, ὡς εἴρηται, ἀνοιχθῇ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ· ὅτι κἂν πληθυντικῶς ἐρρέθη, ἵνα τῇ αὐτῶν ἐλεύσει ἀνοιχθῶσιν αἱ ἐκκλησίαι, οὐχὶ τινὲς αἱ ἐκκλησίαι τοῦ αὐτοῦ τόπου διῃρημένως, ἀλλὰ τῶν προρρηθέντων τόπων συνεζευγμένως, ὑγιεῖ ἐξηγητέον συνέσει· ἵνα μὴ ἐὰν τούτῳ τῷ τρόπῳ τὰς ἑκάστας τοῦ αὐτοῦ τόπου ἐκκλησίας ἐπεσκέψαντο, πλεῖστον ἐξευτελίζεσθαι συμβαίνῃ τὴν ἀπόφασιν τοῦ ἀφορισμοῦ. οἱ δὲ κατὰ τῶν ῥηθεισῶν διατάξεων τι ἑαυτοῖς τολμήσοντες ἁρπάσαι, βαρείᾳ ὑποκείσθωσαν ἀμύνῃ.

Corr. [illegible]

νή. Ἵνα οἱ ἐπίσκοποι ποτὲ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς δεσμευμέναις διατελεῖν δυνηθῇ * τὰ θεῖα.

* Corr. δυνηθῶσι

Ὅπερ τισὶν ἀσκητικοῖς προσεστάθη, εἰς προστασίαν τοῦ ἀρχιερατικοῦ ὀφφικίου, εἰς τοὺς ἐπισκόπους ἐκτείνοντες, στέργομεν, ἵνα ὅταν τὸ κοινὸν τῆς χώρας ἀφορισθείη, τῶν ἀποκεκοινωνημένων καὶ ἀφωρισμένων ἀποκλεισθέντων, δυνηθῶσι ποτὲ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων καὶ ὑποκλεισθείσῃ φωνῇ μὴ κεκρουσμένων τῶν καμπάνων ἐπιτελεῖν τὰ θεῖα· εἰ μὴ τοῦτο αὐτὸ ῥητῶς αὐτοῖς ἀφορισθῇ· τοῦτο δὲ ἐκείνοις στέργομεν τοῖς αἰτίαν τινὰ μὴ παρέχουσι τῷ ἀφορισμῷ· ὡς ἂν μήτε ἀπάτης ἐπιθῶνται, τὴν τοιαύτην ὠφέλειαν εἰς κακὴν ζημίαν ἐκβάλλοντες.

ANNO CHRISTI 1215

A permiſerint ſepeliri, niſi excommunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipſi ad eccleſias ſuas deferant tumulandos. Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in ſæculo, eorum ordini ſunt oblati, mutato habitu ſæculari; vel qui eis inter vivos ſua bona dederunt, retento ſibi quamdiu in ſæculo vixerint uſufructu: qui * tamen ſepeliantur apud ipſorum regularium vel aliorum non interdictas eccleſias, in quibus elegerint ſepulturam: ne ſi de quibuslibet ipſorum fraternitatem aſſumentibus fuerit intellectum, pro duobus aut B tribus denariis annuatim ſibi collatis diſſolvatur pariter & vileſcat eccleſiaſtica diſciplina. Certam tamen & ipſi remiſſionem obtineant ab apoſtolica ſibi ſede conceſſam.

* MS. Max. tantum

Illud etiam quod hujuſmodi regularibus eſt indultum, ut ſi qui fratrum ſuorum, qui ab eis miſſi fuerint ad recipiendas fraternitates ſive collectas, in quamlibet civitatem, caſtellum, vel vicum advenerint, ſi forte locus ille a Divinis ſit officiis interdictus in eorum jucundo adventu ſemel C in anno aperiantur eccleſiæ, ut excluſis excommunicatis Divina ibi officia celebrentur: ſic intelligi volumus, quod in eadem civitate, aut caſtro, vel villa, una tantum eccleſia ejuſdem ordinis fratribus, ut dictum eſt, ſemel aperiatur in anno: quia licet pluraliter dictum ſit quod in eorum jucundo adventu aperiantur eccleſiæ, non tamen ad eccleſias ejuſdem loci diviſim, ſed prædictorum locorum conjunctim ſano referendum eſt intellectu: ne ſi hoc modo ſingulas ejuſD dem loci eccleſias viſitarent, nimium vilipendi contingeret ſententiam interdicti. Qui vero contra declarationes præſcriptas quidquam ſibi præſumpſerint uſurpare, gravi ſubjaceant ultioni.

Ibidem.

*LVIII. De eodem in favorem epiſcoporum.*

MS. Max. Ut epiſcopi quandoque in eccleſiis interdictis celebrare poſſint Divina

Dacher. De interdicto. Ibid. c. 25. *Quod nonnullis.*

Quod nonnullis eſt religioſis indultum, in favorem pontificalis officii ad epiſcopos extendentes, concedimus, ut, cum commune terræ fuerit interdictum, E excommunicatis & interdictis excluſis, poſſint quandoque januis excluſis, ſuppreſſa voce, non pulſatis campanis, celebrare officia divina, niſi hoc ipſum eis expreſſe fuerit interdictum. Verum hoc illis concedimus, qui cauſam aliquam non præſtiterint interdicto, nec quidquam doli vel fraudis ingeſſerint, tale compendium ad iniquum diſpendium pertrahentes.

ANNO CHRISTI 1215.

*MS. Max.* Ne quis abſque abbatis, & majoris partis capituli licentia fide jubeat. Ibid. l. 3. tit. 22. de fidejuſſoribus c. 4. *Quod quibuſdam.*

*LIX. Quod nullus religioſus fidejubeat ſine licentia abbatis & conventus.*

Quod quibuſdam religioſis a ſede apoſtolica eſt prohibitum, volumus & mandamus ad univerſos extendi: ne quis videlicet religioſus abſque abbatis & majoris partis ſui capituli licentia, pro aliquo fidejubeat, vel ab alio pecuniam mutuo accipiat ultra ſummam communi providentia conſtitutam. Alioqui non teneatur conventus pro his aliquatenus reſpondere, niſi forte in utilitatem domus ipſius manifeſte conſtiterit redundaſſe: & qui contra ſtatutum iſtud venire præſumpſerit, graviori diſciplina ſubdatur.

νθ'. Ινα μή τις χωρὶς τῦ ἡγυμένυ κ̀ τῦ μείζονος μέρυς κατηπέλυ ἐξ * ἀδείας ἐγγυήσηται.

* Del. ἐξ

Οπερ τισὶν ἀσκητικοῖς παρὰ τῦ ἀποςολικῦ θρόνυ κεκώλυται, θέλομεν κ̀ ἐντελλόμεθα εἰς ἅπαντας ἐκτείνεσθαι, ἵνα μή τις δηλαδὴ χωρὶς τῆς τῦ ἡγυμένυ κ̀ τῦ μείζονος μέρυς τῦ κατηπέλυ αὐτῦ ἀδείας, ὑπέρ τινος ἐγγυήσηται, ἢ παρά τινος ἀργύριον δανεισθῇ, παρὰ τὴν ποιότητα τὴν τῇ κοινῇ προνοίᾳ συςαθεῖσαν. εἰ δὲ μήγε, μὴ κρατείσθω τὸ κοινόβιον ὑπὲρ τύτων τινὶ τρόπῳ ἀπολογεῖσθαι. εἰ μὴ ἴσως εἰς χρησίμευσιν τῦ αὐτῦ οἴκυ φανερῶς ἀποδειχθείη ἐπιςρέφειν· καὶ ὃς κατὰ τῦ τοιύτυ τυπωθέντος ἐλθεῖν τολμήσῃ, βαρυτέρᾳ παιδεύσει ὑπο......

*MS. Max.* Ut abbates jura epiſcopalia non uſurpent.
* *MS. Dach. niſi quibus indultum eſt*
Ibid. l. 3. tit. 31. de exceſſibus Prælat. c. 12. *Accedentibus.*

*LX. Ut abbates non extendent ſe ad officium epiſcopale *.*

Accedentibus ad nos de diverſis mundi partibus epiſcoporum querelis, intelleximus graves & grandes quorumdam abbatum exceſſus, qui ſuis finibus non contenti, manus ad ea quæ ſunt epiſcopalis dignitatis extendunt, de cauſis matrimonialibus cognoſcendo, injungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentiarum litteras, & ſimilia præſumendo, unde contingit interdum quod vileſcat epiſcopalis authoritas apud multos. Volentes igitur in iis & epiſcoporum dignitati & abbatum providere ſaluti, præſenti decreto firmiter prohibemus, ne quis abbatum ad talia ſe præſumat extendere, ſi proprium voluerit periculum evitare: niſi forte quiſquam eorum ſpeciali conceſſione, vel alia legitima cauſa, ſuper hujuſmodi valeat ſe tueri.

ξ'. Ινα οἱ ἡγύμενοι τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια μὴ καθαρπάσωσι.

Αναχθέντων πρὸς ἡμᾶς ἐκ διαφόρων τῦ κόσμυ μερῶν τοῖς τῶν ἐπισκόπων γογγυσμοῖς * ἐπροτίξαμεν ἐπαχθεῖς τινῶν ἡγυμένων ὑπερβάσεις, οἵτινες τοῖς ἰδίοις ὁρίοις μὴ ἀρκεσθέντες, χεῖρας εἰς ἐκεῖνα ἅπερ εἰσὶ τῆς ἐπισκοπικῆς ἐξυσίας ἐκτείνυσι, περὶ δικῶν συνοικεσιακῶν γινώσκοντες, προτιθέντες δημοσίας ἐπιτιμήσεις, ςέργοντες προσπαθειῶν γράμματα, καὶ παρόμοια τολμῶντες· ὅθεν συμβαίνει ποτὲ ἐν τόποις ὅτι ἐξυθενῦται ἡ ἐπισκοπικὴ ἐξυσία εἰς πολλύς. θέλοντες τοίνυν ἐν τύτοις, κ̀ τῇ τῶν ἐπισκόπων ἐξυσίᾳ, κ̀ τῶν ἡγυμένων προνοεῖν σωτηρίᾳ, τῷ παρόντι κανόνι ςερεῶς κωλύομεν, ἵνα μήτις τῶν ἡγυμένων εἰς τοιαῦτα ἑαυτὸν τολμήσῃ ἐκτείνειν, εἴγε τὸν ἴδιον θελήσῃ κίνδυνον ἐκκλίνειν. εἰ μὴ ἴσως τις αὐτῶν εἰδικῇ ςέρξει, ἢ ἄλλῃ νομίμῳ αἰτίᾳ ἐπάνω τῶν τοιύτων ἰσχύσει ἑαυτὸν ἀσφαλίσασθαι.

* Corr. γογγυσμῶν

* *MS. Max.* Ut regulares, eccleſias vel decimas de manu non recipiant laicorum; neque excommunicatos vel interdictos, ad Divina. Ibid. l. 3. t. 5. de præbendis c. 31. *In Lateranenſi.*
* Sub Alexandro III. cap. 9.

*LXI. Ne religioſi recipiant decimas de manu laicali.*

In Lateranenſi * concilio noſcitur fuiſſe prohibitum, ne quilibet regulares eccleſias, ſeu decimas, ſine conſenſu epiſcoporum, de manu præſumat recipere laicali; nec excommunicatos vel nominatim interdictos admittant aliquatenus ad Divina. Nos autem id fortius inhibentes, tranſgreſſores condigna curabimus animadverſione puniri, ſtatuentes nihilo minus, quatenus in eccleſiis, quæ ad ipſos pleno jure non pertinent, juxta ejuſdem ſtatuta concilii, epiſcopis inſtituendos presbyteros repræſentent, ut illis de plebis cura reſpondeant; ipſis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Inſtitutos vero

ξα'. Ινα οἱ ἀσκητικοὶ τὰς ἐκκλησίας ἢ δεκάτας ἐκ χειρὸς μὴ δέξωνται λαϊκῶν, μήτε τὰς ἀποκοινωνηθέντας ἢ ἀφωρισμένυς εἰς τὰ θεῖα.

Εν τῇ τῦ Λατεράνυ συνόδῳ γινώσκεται εἶναι κεκωλυμένον, ὅπως οἱοιδήτινες ἀσκητικοὶ ἐκκλησίας ἢ δεκάτας ἄνευ συναινέσεως τῶν ἐπισκόπων ἐκ χειρὸς μὴ δέξωνται λαϊκῆς, μὴτε τὰς ἀποκοινωνηθέντας ἢ ἀφορισθέντας προσμείνωσιν ὐδενὶ τρόπῳ εἰς θεῖα. ἡμεῖς δὲ τῦτο ἰσχυρότερον κωλύοντες, τὰς παραβάτας ἀξίᾳ φροντισόμεθα κατανοήσει τιμωρεῖν· καθισῶντες ὐχ ἧττον, ἵνα τοῖς ἐκκλησίαις, τοῖς εἰς αὐτὰς πλήρει δικαίῳ μὴ διαφερύσαις, κατὰ τὰς διατάξεις τῆς αὐτῆς συνόδυ, τοῖς ἐπισκόποις τὰς καταςαθησομένυς ἱερεῖς παραςήσωσιν, ὅπως αὐτοῖς περὶ τῆς τῦ δήμυ φροντίδος ἀπολογηθῶσιν, αὐτοῖς δὲ ἐκ τῶν προσκαίρων πραγμάτων εὔλογον παράσχωσιν αὐτάρκη. τὰς καταςαθέντας ὐδ' ἀποκινεῖν μὴ τολμήσοιεν τῶν ἐπισκόπων μὴ συμ-

ANNO CHRISTI 1215.

συμβολ. . . . . . ὄντως προσίθεμεν, ἵνα ἐκεί-νης παρεκτῶν φροντίσωσιν, ὡς ἡ διαγωγὴ ἀπο-δίδωσιν ἐγνωσμένους, ἢ ἱκανὴ ἀποδεικτικὴ μαρ-τυρία τῶν προεστώτων.

A removere non audeant episcopis inconſultis. Sane adjicimus, ut illos repræſentare procurent, quos vel converſatio reddit notos, vel commendat probabile teſtimonium prælatorum.

ξβ'. Περὶ λειψάνων μὴ πραθησομένων, μηδὲ σεβασθησομένων εἰ μὴ ἀποδεχθῶσιν· καὶ περὶ τόπου συγχωρήσεως.

*LXII. Ne reliquiæ ſanctorum oſtendatur extra capſam; ne novæ habeantur in veneratione ſine Romana eccleſia.*

* MS Mar. De reliquiis non vendendis, vel venerandis, niſi fuerint approbatæ. Et de modo indulgentiæ.

Ibid. tit. 45. de reliq. & vener. ſanct. c. 1. Cum ex eo.

Cum ex eo quod quidam ſanctorum reliquias exponunt venales, & eas paſſim oſtendunt, Chriſtianæ religioni ſit detractum ſæpius: ne detrahatur in poſterum, præſenti decreto ſtatuimus, ut antiquæ reliquiæ amodo extra capſam non oſtendantur, nec exponantur venales. Inventas autem de novo nemo publice venerari præſumat, niſi prius authoritate Romani pontificis fuerint approbatæ.

Ibid. l. 5. tit. 38. de Pœnit. & remiſſ. c. 14. Cum ex eo.

Prælati vero de cetero non permittant illos, qui ad eorum eccleſias cauſa venerationis accedunt, vanis figmentis, aut falſis decipi documentis, ſicut & in pleriſque locis occaſione quæſtus fieri conſuevit. Eleemoſynarum quoque quæſtores quorum quidam ſe alios mentiendo abuſiones nonnullas in ſua prædicatione proponunt, admitti, niſi apoſtolicas vel diœceſani epiſcopi litteras veras exhibeant, prohibemus. Et tunc, præter id quod in ipſis continebitur litteris, nihil populo proponere permittantur. Formam vero, quam communiter talibus apoſtolica ſedes indulget, duximus exprimendam: ut ſecundum eam, diœceſani epiſcopi ſuas litteras moderentur. Ea ſiquidem talis eſt:

*Forma litterarum prædicatorum.*

Quoniam (ut ait Apoſtolus)

χριστοῦ, ἀποληψόμενοι . . . . . . . . . . . . . B εἰργασάμεθα, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον. χρὴ ἡμᾶς τὴν ἡμέραν τοῦ αἰῶνος * θερισμοῦ, ἐ-λέους ἔργοις προλαβεῖν, καὶ τῇ τῶν αἰωνίων ἐπι-βλέψει σπείρειν ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπερ ἀποδιδόντος τοῦ κυρίου μετὰ πολλαπλασίονος καρποῦ συνάγειν ὀφείλομεν ἐν οὐρανοῖς, στερεὰν ἐλπίδα καὶ πεποί-θησιν κρατοῦντες, ὅτι ὁ σπείρων φειδομένως, φει-δομένως καὶ θερίσει. καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις θερίσει ζωὴν αἰώνιον. ἐπεὶ τοίνυν C εἰς αὐτάρκειαν τῶν ἀδελφῶν καὶ πτωχῶν, τῶν εἰς τὸ τοιοῦτο συῤῥεόντων ὀσπιτάλιον, αἱ ἰδίαι οὐχ ἱκα-νοῦσιν εὐπορίαι, τὴν κοινότητα ὑμῶν νουθετοῦμεν καὶ παροξύνομεν ἐν κυρίῳ, καὶ ἐν ἀφέσει ὑμῖν προστάσσομεν τῶν ἁμαρτιῶν, ὅπως ἐκ τῶν ἀγα-θῶν τῶν ἐκ θεοῦ ὑμῖν παρασχεθέντων εὐσεβεῖς ἐλεημοσύνας καὶ κεχαρισμένην αὐτοῖς ἀγάπης βοήθειαν διαφυλάσσεσθε· ἵνα διὰ τῆς συνδρο-μῆς ὑμῶν ἐν τῷ αὐτῶν * ἔργῳ συμβουλευθῇ, D καὶ ὑμεῖς διὰ τούτων καὶ ἄλλων ἀγαθῶν, ἅπερ ἂν τοῦ κυρίου ἐμπνέοντος ποιήσητε, αἰωνίους δυ-νήσησθε χαρὰς περιελθεῖν.

Οἱ δὲ * τὰς αἰτηθησομένας ἐλεημοσύνας ἀ-ποστελλόμενοι, μεμετρημένοι εἶεν καὶ διακριτικοί, μηδὲ ἐν καπηλείοις ἢ ἄλλοις τόποις ἀπροσδεκ-τοις καταλυέτωσαν, μηδὲ ἀχρήστους ποιείτωσαν ἢ συντελικὰς ἐξόδους· προσέχοντες παντελῶς ἵνα E μὴ πλαστῆς ἀσκήσεως σχῆμα φέρωσιν.

Πρὸς τούτοις ὅτι διὰ τῶν ἀδιακρίτων συμπα-θειῶν καὶ περισσειῶν * ἃς τινὲς ἐκκλησιῶν προ-εστῶτες ποιεῖν οὐκ αἰδοῦνται . . . . . . . . . . καὶ ἡ τῆς μετανοίας ἱκανοποίησις ἐκνευροῦται. κρίνομεν ἵνα ὅταν ἐγκαινισθῇ ναός, μὴ ἐκτιθείη ἡ συμπάθεια ἔξω ἐνιαυτοῦ, ἤτε παρ' ἑνὸς μόνου, ἤτε παρὰ πλειόνων ἐπισκόπων ἐγκαινισθῇ· κἀκεῖ-

* Legebat meſſionis æternæ. Et ſcriptum hic αἰῶνος pro αἰωνίου

* Legebat, ipſorum in opere.

* Deeſt εἰς

* Corr. περισσῶν.

omnes ſtabimus ante tribunal B Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum, ſive malum fuerit: oportet nos diem meſſionis extremæ, miſericordiæ operibus prævenire; ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere debeamus in cœlis: firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam *qui parce ſeminat, parce & metet; & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet* in vi- C tam æternam. Cum igitur ad ſuſtentationem fratrum & egenorum ad tale confluentium hoſpitale propriæ non ſuppetant facultates, univerſitatem veſtram monemus, & exhortamur in Domino, atque in remiſſionem vobis injungimus peccatorum: quatenus de bonis a Deo vobis collatis pias eleemoſynas & grata eis caritatis ſubſidia D erogetis: ut per ſubventionem veſtram ipſorum inopiæ conſulatur, & vos per hæc & per alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æterna poſſitis gaudia pervenire.

2. Cor. 9.

Ibidem.

Qui autem ad quærendas eleemoſynas deſtinantur, modeſti ſint & diſcreti, nec in tabernis aut locis aliis incongruis hoſpitentur, nec inutiles faciant aut ſumptuoſas expenſas: caventes omnino, ne E falſæ religionis habitum geſtent.

Ibidem.

Ad hæc, quia per indiſcretas & ſuperfluas indulgentias, quas quidam eccleſiarum prælati facere non verentur, & claves eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentialis ſatisfactio enervatur: decernimus ut, cum dedicatur baſilica, non extendatur indulgentia ultra annum, ſive

ſive ab uno ſolo, ſive a pluribus epiſcopis dedicetur: ac deinde in anniverſario dedicationis tempore quadraginta dies de injunctis pœnitentiis indulta remiſſio non excedat. Hunc quoque dierum numerum indulgentiarum litteras præcipimus moderari, quæ pro quibuſlibet cauſis aliquoties conceduntur: cum Romanus pontifex, qui plenitudinem obtinet poteſtatis, hoc in talibus moderamen conſuevevit obſervare.

*MS. Maz. De conſecrationibus, benedictionibus, ordinationibus & ſacramentis eccleſiaſticis conferendis.*

*Ibid. tit. 3. de Simonia cap. Sicut.*

## *LXIII. De Simonia.*

Sicut pro certo didicimus, in plerisque locis, & a plurimis perſonis quaſi columbas in templo vendentibus, fiunt exactiones & extorſiones turpes & pravæ pro conſecrationibus epiſcoporum, benedictionibus abbatum, & ordinibus clericorum, eſtque taxatum quantum ſit iſti vel illi, quantumve alteri vel alii perſolvendum: & ad cumulum damnationis majoris, quidam turpitudinem & pravitatem hujuſmodi nituntur defendere per conſuetudinem longo tempore obſervatam.

Tantum igitur abolere volentes abuſum, conſuetudinem hujuſmodi, quæ magis dicenda eſt corruptela, penitus reprobamus: firmiter ſtatuentes, ut pro iis, ſive conferendis, ſive collatis, nemo aliquid quocumque prætextu exigere ac extorquere præſumat. Alioquin & qui receperit & qui dederit hujuſmodi pretium omnino damnatum, cum Giezi & Simone condemnetur.

*MS. Maz. De ſanctis monialibus gratis recipiendis.*

*Ibid. cap. 40. Quoniam.*

## *LXIV. De eadem circa monachos & ſanctimoniales.*

Quoniam ſimoniaca labes adeo pleraſque moniales infecit, ut vix aliquas ſine pretio recipiant in ſorores, paupertatis prætextu volentes hujuſmodi vitium palliare: ne id de cetero fiat, penitus prohibemus; ſtatuentes ut quæcumque de cetero talem pravitatem commiſerit, tam recipiens quam recepta, ſive ſit ſubdita ſive prælata, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio expellatur, in locum arctioris regulæ ad agendum perpetuam pœnitentiam retrudenda. De his autem, quæ ante hoc ſynodale ſtatutum taliter ſunt receptæ, ita duximus providendum, ut remotæ de monaſteriis, quæ perperam ſunt ingreſſæ, in aliis locis ejuſdem ordinis collocentur. Quod ſi propter nimiam multitudinem alibi forte nequiverint commode collocari: ne forte damnabiliter in ſæculo evagentur, recipiantur in eo-

A θεν ἐν τῷ ἐτησίῳ ἐγκαινισμῷ καιρῷ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐκ τῶν ἐπιταχθέντων ἐπιτιμίων ἢ συμπαθ. . . . . ἄφεσις μὴ προβήτω· καὶ . . . . . . διοικεῖν τὰ τῶν συμπαθειῶν γράμματα προστάσσομεν συμμιχθῆναι, ἅπερ δή τινων αἰτιῶν ὁσάκις ἐνέργονται· ἐπεὶ ὁ ῥωμαῖος ἀρχιερεὺς τελειότητα ἔχων ἐξουσίας, ταύτην ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν συμμετρίαν εἴωθεν φυλάττειν.

B ξγ΄. Περὶ ἱεροθεσιῶν, εὐλογιῶν, χειροτονιῶν καὶ μυστηρίων τῆς ἐκκλησίας, δωρεὰν προστεσομένων.

Καθὼς ἐπ᾽ ἀληθείας ἐμάθομεν, ἐν πλείστοις τόποις καὶ ἀπὸ πλείστων προσώπων, ὡς δῆθεν περιστερὰς ἐν τῷ ναῷ πωλούντων, γίνονται αἰτήσεις καὶ ἀπαιτήσεις αἰσχραὶ καὶ στυγναὶ ὑπὲρ ἱεροθεσιῶν ἐπισκόπων, εὐλογιῶν ἡγουμένων, καὶ χειροτονιῶν κληρικῶν, καὶ κεχάρακται ὅσον ἂν εἴη τούτῳ, καὶ ἐκείνῳ, ἢ ἄλλῳ ἀποπληρωθησόμενον· καὶ εἰς κοινοποίησιν καταδικασμοῦ μείζονος, τινὲς τὴν τοιαύτην αἰσχρότητα καὶ σκαιότητα ἐκβιάζουσι διεκδικεῖν διὰ συνήθειαν μακροῦ καιροῦ C φυλαχθεῖσαν.

Τοσοῦτον * τοιγαροῦν θέλοντες ἀπαλεῖψαι τὴν παράχρησιν, τὴν τοιαύτην συνήθειαν, τὴν μᾶλλον λεχθησομένην διαφθοράν, παντελῶς ἀποδοκιμάζομεν· στερρῶς καθιστῶντες, ἵνα ὑπὲρ τούτων ἢ παραχεθησομένων ἢ παραχεθέντων μηδεὶς τι οἱῳδήτινι σκεπασμῷ ἐκζητεῖν ἢ ἀπαιτεῖν τολμήσῃ· εἰ δὲ μήγε, καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δώσων τὸ τοιοῦτον τίμημα τὸ παντελῶς καταδικασθὲν, μετὰ γιεζῆ καὶ σίμωνος καταδικασθήτω.

** τοσοῦτον*

D

ξδ΄. Περὶ ἁγίων μοναστριῶν δωρεὰν δεχθησομένων.

Επειδὴ ὁ σιμωνιακὸς ῥύπος ἐπὶ τοσοῦτον τὰς πλείστας μοναστρίας ἔχρανεν, ὡς ἂν μόλις τινὲς ἄνευ τιμήματος προσλάβοιντο ἀδελφὰς, σκεπασμῷ πτωχείας θέλουσαι τὸ τοιοῦτο πάθος καλύπτειν· ἵνα τοῦτο τοῦ λοιποῦ γίνηται παντελῶς κωλυόμενον· καθιστῶντες ἵνα τοῦ λοιποῦ ἥτις ἂν τοιαύτην ἁμαρτήσῃ σκαιότητα· τοσοῦτον λαβοῦσα, ὅσον ἡ ληφθεῖσα, ἤτε ὑποτακτικὴ, ἤτε προεστῶσα, ἄνευ ἐλπίδος ἀποκαταστάσεως ἐκ τοῦ ἑαυτῆς μοναστηρίου ἀποστειλάσθῃ εἰς τόπον στενότερου κα- E νόνος . . . . . . . . . . . . . . τῶν πρὸ ταύτης τῆς συνοδικῆς διατάξεως οὕτως προσδεχθεισῶν, οὕτως ἡγάγομεν προνοηθησόμενον, ἵνα ἀποκινηθεῖσαι ἐκ τῶν μοναστηρίων * διὰ χρημάτων * εἰσῆλθον, ἐν ἄλλοις τοῦ αὐτοῦ σχήματος καταταχθῶσιν. ὡς ἐὰν διὰ τὸ πολὺ πλῆθος ἀλλαχοῦ μὴ δυνηθῶσι κατατάττεσθαι· ἵνα μὴ καταδεδικασμένως ἐν τῷ κόσμῳ ματαιωθῶσι, προσδεχέσθωσαν ἐν ταῖς αὐταῖς μοναστηρίοις συμπαθητικῶς ἐκ νέας· ἀλλαχ-

** Deeſt à Latine in MS. Maz. ſcriptum eſt perperam, duabus vocibus. Id ſe reddit interpres διὰ χρημάτων.*

ANNO CHRISTI 1215.

λαχθεῖσιν τῶν προτέρων τόποις καὶ στενοτέροις ἀποδοθεῖσι.

Τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τοὺς μοναχοὺς καὶ ἄλλους ἀσκητικοὺς κρινομεν φυλαχθησόμενον. ἵνα μὴ δὲ ἁπλότητος ἢ ἀγνοίας ἑαυτὸν δυνηθῶσι προφασίζεσθαι· προστάσσομεν ἵνα οἱ ἐνορῖται ἐπίσκοποι, ἑκάστοις ἐνιαυτοῖς τοῦτο ποιήσωσι διὰ τῶν ἰδίων ἐνοριῶν δημοσιεύεσθαι.

ξέ. Περὶ ἀπάτης καὶ δόλου τῶν προεστώτων.

Ἠκούσαμεν περί τινων ἐπισκόπων, ὅπερ τελευτησάντων τῶν κυβερνητῶν τῶν ἐκκλησιῶν αὐτὰς ἀφορισμῷ ὑποβάλλουσιν, οὐχ ὑπομένουσιν ἄλλους ἐν αὐταῖς ἐνίστασθαι, ἕως ἂν αὐτοῖς ῥητὴν ποσότητα ἀργυρίου ἀποπληρώσωσι· παρὰ ταῦτα ὅταν ὁ στρατιώτης ἢ κληρικὸς οἶκον ἀσκήσεως εἰσίησιν, ἢ παρὰ τοῖς ἀσκηταῖς ἐκλέγει ταφὴν, μάλιστα ἐὰν οὐδὲν τῷ ἀσκητικῷ τόπῳ ἐπαφήσῃ, δυσκολίας ἐπάγουσι καὶ κακίας, ἕως ἄν τι ἀμειβῶν* τὰς χεῖρας μολύνῃ αὐτῶν. ἐπεὶ τοίνυν οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, ἀλλὰ ἐκ παντὸς εἴδους κακοῦ ἐστιν κατὰ τὸν ἀπόστολον ἀποστηθησόμενον· τὰς ἀπαιτήσεις αὐτοῖς παντελῶς κωλύομεν· καὶ εἴ τις παραβάτης εἴη, τοῦ ἀπαιτουμένου διπλασιασθέντος, εἰς τὰς ὠφελείας τῶν τόπων καὶ ὧν εἰς ζημίαν ἀποπληρωθήσονται πιστῶν ἐξαφησομένου.

* Legebat numeri non muneris.

LXV. *De eadem circa illicitam pecuniæ extorſionem.*

MS. Mar. De fraude & dolo prælatorum. Ibid. c. 41. *Audivimus.*

A dem monaſterio diſpenſative de novo, mutatis prioribus locis, & inferioribus aſſignatis.

Hoc etiam circa monachos & alios regulares decernimus obſervandum. Verum ne per ſimplicitatem vel ignorantiam ſe valeant excuſare, præcipimus, ut diœceſani epiſcopi ſingulis annis hoc faciant per ſuas diœceſes publicari.

B Audivimus de quibuſdam epiſcopis, quod, decedentibus eccleſiarum rectoribus, ipſas interdicto ſubjiciunt, nec patiuntur aliquos in eiſdem inſtitui, donec ipſis certa ſumma pecuniæ perſolvatur. Præterea cum miles aut clericus domum religionis ingreditur, vel apud religioſos eligit ſepulturam, etiamſi nihil loco religioſo reliquerit, difficultates ingerunt & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum. Cum igitur non ſolum a malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali ſit ſecundum Apoſto- C lum abſtinendum, exactiones hujuſmodi penitus inhibemus. Quod ſi quis tranſgreſſor extiterit, exacta duplicata reſtituat, in utilitates locorum, in quorum fuerint ſoluta diſpendium, fideliter convertenda.

1. Theſ. 5.

ξς'. Περὶ κηδειῶν νεκρῶν, καὶ εὐλογιῶν τῶν γημαμένων.

Εἰς τὴν ἀποστολικὴν ἀκρόασιν συχνάζουσῃ ἀναφορᾷ προῆλθεν, ὅτι τινὲς κληρικοὶ ὑπὲρ κηδειῶν νεκρῶν, καὶ εὐλογίας τῶν γημαμένων, καὶ τῶν ὁμοίων, ἀργύριον ἐκζητοῦσι καὶ ἀπαιτοῦσι· καὶ ἐὰν ἴσως τῇ αἰσχροκερδίᾳ αὐτῶν οὐχ ἱκανοποιηθῇ, ἐμποδισμοὺς πεπλασμένους ἀπατηλῶς ἀντιτιθέασιν· τοὔμπαλιν δέ τινες λαϊκοὶ τὴν ἐπαινετὴν συνήθειαν εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν εὐσεβεῖ ἐννοίᾳ πιστῶν εἰσαχθεῖσαν ἐκ ζύμης αἱρετικῆς σκαιότητος προσβιάζονται παραθραύειν ὑπὸ σκεπασμῷ κανονικῆς εὐσεβείας. διὰ τοῦτο καὶ τὰς σκαιὰς ἀπαιτήσεις ἐπάνω τούτων γίνεσθαι κωλύομεν, καὶ τὰς εὐσεβεῖς συνηθείας προστάσσομεν φυλάττεσθαι· καθιστῶντες ἵνα ἐλευθέρως δωρηθῶσι τὰ ἐκκλησιαστικὰ μυστήρια· ἀλλὰ διὰ τοῦ ἐπισκόπου τοῦ τόπου τῆς ἀληθείας γνωσθείσης περισφιγχθῶσιν οἱ πονηρῶς προσβιαζόμενοι τὴν ἐπαινετὴν συνήθειαν μεταλλάσσειν.

LXVI. *De eadem circa cupiditatem clericorum.*

MS. Mar. De exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium. Ibid. c. 42. *Ad Apoſtolicam.*

Ad apoſtolicam audientiam frequenti relatione pervenit, quod quidam clerici pro exequiis mortuorum, & benedictio- D nibus nubentium, & ſimilibus, pecuniam exigunt & extorquent: &, ſi forte cupiditati eorum non fuerit ſatisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. E contra vero quidam laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam eccleſiam, pia devotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ pravitatis nituntur infringere ſub prætextu canonicæ pietatis. Quapropter & pravas exactiones ſuper his fieri prohibemus, & pias conſuetudines præcipimus obſervari: ſtatuentes, ut libere conferantur ec- E cleſiaſtica ſacramenta, ſed per epiſcopum loci, veritate cognita, compeſcantur qui malitioſe nituntur laudabilem conſuetudinem immutare.

ξζ'. Περὶ τόκων Ἰουδαίων.

Ὅσον πλεῖον ἡ χριστιανικὴ θρησκεία ἐκ τῆς ἀπαιτήσεως χαλινοῦται τῶν τόκων· τοσούτῳ βαρύτερον ἐπάνω τούτων ἡ τῶν ἰουδαίων ὠμότης αὔξει. οὕτως ὡς ἐν βραχεῖ καιρῷ τοὺς χριστιανοὺς ἐξαν-

LXVII. *De uſuris Judæorum.*

Ibid. tit. 19. de Uſuris c. 18. *Quanto.*

Quanto amplius Chriſtiana religio ab exactione compeſcitur uſurarum, tanto gravius ſuper his Judæorum perfidia inoleſcit *, ita quod brevi tempore Chriſtia-

* al. inſoleſcit

ANNO CHRISTI 1215.

ſtianorum exhauriunt facultates. Volentes igitur in hac parte proſpicere Chriſtianis, ne a Judæis immaniter aggraventur: ſynodali decreto ſtatuimus, ut ſi de cetero quocumque prætextu Judæi a Chriſtianis graves & immoderatas uſuras extorſerint, Chriſtianorum eis participium ſubtrahatur, donec de immoderato gravamine ſatisfecerint competenter. Chriſtiani quoque, ſi opus fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur ab eorum commerciis abſtinere.

Ibidem. Principibus autem injungimus, ut propter hoc non ſint Chriſtianis infeſti, ſed potius a tanto gravamine Judæos ſtudeant cohibere.

Ibidem. Ac eadem pœna Judæos decernimus compellendos ad ſatisfaciendum eccleſiis pro decimis & oblationibus debitis, quas a Chriſtianis de domibus & poſſeſſionibus aliis percipere conſueverant, antequam ad Judæos quocumque titulo deveniſſent: ut ſic eccleſiæ conſerventur indemnes.

MS. Maz. De diſtinctione habitus Chriſtianorum, Judæorum, & Saracenorum. Ibid. c. 6. de Judæis &c. c. 15. In nonnullis.

### LXVIII. *Ut Judæi diſcernantur a Chriſtianis in habitu.*

In nonnullis provinciis a Chriſtianis Judæos ſeu Saracenos habitus diſtinguit diverſitas: ſed in quibuſdam ſic quædam inolevit confuſio, ut nulla differentia diſcernantur. Unde contingit interdum, quod per errorem Chriſtiani Judæorum ſeu Saracenorum, & Judæi ſeu Saraceni Chriſtianorum mulieribus commiſceantur. Ne igitur tam damnatæ commixtionis exceſſus, per velamentum erroris hujuſmodi, excuſationis ulterius poſſint habere diffugium; ſtatuimus ut tales utriuſque ſexus, in omni Chriſtianorum provincia, & omni tempore, qualitate habitus publice ab aliis populis diſtinguantur, cum etiam per Moſen hoc ipſum legatur eis injunctum.

Levit. 19. In diebus autem lamentationis, & Dominicæ paſſionis, in publicum minime prodeant, eo quod nonnulli ex ipſis, talibus diebus (ſicut accepimus) ornatius non erubeſcunt incedere, ac Chriſtianis, qui ſacratiſſimæ paſſionis memoriam exhibentes lamentationis ſigna prætendunt, illudere non formidant.

Ibidem. Illud autem diſtrictiſſime inhibemus, ne in contumeliam Redemptoris proſilire aliquatenus præſumant. Et quoniam illius diſſimulare non debemus opprobrium, qui probra noſtra delevit: præcipimus præſumptores hujuſmodi per principes ſæculares condignæ animadverſionis adjectione compeſci, ne crucifixum pro nobis præſumant aliquatenus blaſphemare.

A λῦσιν ἀπορίας. θέλοντες τοιγαροῦν ἐν τούτῳ τῷ μέρει προβλέπειν τῶν χριστιανῶν, ἵνα μὴ παρὰ τῶν ἰουδαίων ἐκταχθῶς βαρυνθῶσι. συνοδικῷ κανόνι καθιστάμεθα, ὡς ἐὰν τοῦ λοιποῦ οἱ ἰουδαῖοι ἀπὸ χριστιανῶν βαρεῖς καὶ ἀμετρήτους τόκους ἀπαιτήσωσιν, ἡ τῶν χριστιανῶν αὐτοῖς μέθεξις ὑπεξαιρεθήτω, ἕως ἂν ἐκ τοῦ ἀμέτρου βάρους ἱκανοποιήσωσιν αὐτάρκως· ὅθεν οἱ χριστιανοί, εἰ χρεία ἐστὶ, διὰ κρίσεως ἐκκλησιαστικῆς, ἐκκλήτου ὀπίσω τεθείσης, περισφιγχθήτωσαν ἀπὸ τῶν κυμμερκίων ἑαυτῶν ἀπέχεσθαι.

B Τοῖς ἄρχουσι δὲ προστάσσομεν, ἵνα διὰ τοῦτο μὴ ὦσιν τοῖς χριστιανοῖς ὀχληροί, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τοσούτου βάρους σπουδασάτωσαν περισφίγξαι τοὺς ἰουδαίους.

Τῇ αὐτῇ ταύτῃ ποινῇ τοὺς ἰουδαίους κρίνομεν περισφιγχθῆναι εἰς τὸ ἱκανοποιήσειν ταῖς ἐκκλησίαις περὶ τῶν δεκατίων, καὶ προσφορῶν τῶν . . . . . . . . . . ἅσπερ παρὰ τῶν χριστιανῶν ἐκ τῶν οἴκων . . . . . . . . . . ἄλλων λαβεῖν εἰώθασι, πρὶν ἢ εἰς τοὺς ἰουδαίους οἱῳδήτινι τίτλῳ περιελθεῖν· ἵνα οὕτως αἱ ἐκκλησίαι διαφυλαχθῶσιν ἀζήμιοι.

### C ξή. Περὶ φίγξεως * ἀ χήματος χριστιανῶν, ἰουδαίων, καὶ σαρακηνῶν.

Ἐν ταῖς * ἐπαρχίαις παρὰ τῶν χριστιανῶν τοὺς ἰουδαίους ἢ σαρακηνοὺς ἡ τῶν ἐνδυμάτων διαστέλλει διαφορά. ἀλλὰ καὶ ἔν τισιν οὕτως τις ἐπαύξησεν σύγχυσις, ὡς μηδεμίαν * διαφορὰν διαιρήσεσθαι. ὅθεν συμβαίνει πολλάκις ὅτι διὰ πλάνης οἱ χριστιανοὶ τῶν ἰουδαίων ἢ τῶν σαρακηνῶν, καὶ ἰουδαῖοι ἢ σαρακηνοὶ τῶν χριστιανῶν ταῖς γυναιξὶ μίγνυνται. ἵνα μὴ τοίνυν τῆς τοσούτου καταδεδικασμένης συμμίξεως ὑπέρβασις, διὰ σκέπασμα τῆς τοιαύτης πλάνης, D προφάσεως ἑτέρας * δυνηθῇ ἔχειν προσφύγιον· καθιστῶμεν ἵνα τοὺς τοιούτους ἑκατέρου γένους ἐν πάσῃ χριστιανῶν ἐπαρχίᾳ καὶ παντὶ καιρῷ τῇ τῆς δημοσίας ποιότητος ἐνδύματα ἐκ τῶν ἄλλων λαῶν διαστελλάτωσαν· ἐπεὶ καὶ διὰ μωσέως τοῦτο αὐτὸ αὐτοῖς ἀναγινώσκεται ἐπιταχθέν.

Ἐν ταῖς ἡμέραις δὲ τῶν θρήνων καὶ τοῦ δεσποτικοῦ πάθους εἰς δημόσιον μηδαμῶς προελθέτωσαν, ἐκ τούτου ὅτι τινὲς ἐξ αὐτῶν ταῖς τοιαύταις ἡμέραις, ὡς παρελάβομεν, καὶ κοσμιώτερον οὐκ αἰδοῦνται ἐπιπορεύεσθαι, τοῖς χριστιανοῖς, οἵτινες τοῦ ἱερωτάτου πάθους τὴν μνήμην παρέχοντες E θρήνων σημεῖα ἐκτείνουσιν, ἐκπαίζειν οὐ πτοοῦνται.

Ἐκεῖνο δὲ σφικτότατα κωλύομεν, ἵνα μὴ εἰς ὕβριν τοῦ λυτρωτοῦ τινὶ τρόπῳ προελθεῖν τολμήσωσι. καὶ ἐπειδὴ ἐκείνου οὐ δυνάμεθα προσποιεῖσθαι ἔτι ὀφείλομεν τὸν ὀνειδισμόν, τοῦ τὰ ὀνείδη ἡμῶν ἀπαλείψαντος· προστάσσομεν τοὺς τοιούτους τολμητὰς διὰ ἀρχόντων κοσμικῶν ἀξίας κατανοήσεως ἐπιρρίψει ἀναχαιτίζεσθαι, ἵνα μὴ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθέντα τινὶ τρόπῳ βλασφημεῖν τολμήσωσι.

ANNO CHRISTI 1215.

* An ſcripſit στείγξεως, quæ vox ipſi uſitata? Tunc legeris diſtrictione. An στίξεως?

* De hac voce vide Coteler. t. 2. monum. eccl. Gr. p. 657.

* Corr. τινὶ.

* Legebat alterius, non ulterius.

ANNO CHRISTI 1215.

A

ξθ΄. Ινα μὴ οἱ ἰουδαῖοι ὀφφικίοις δημοσίοις ἐν τοῖς χριστιανοῖς χρᾶσθαι *.

Ἐπειδὴ ἐστι λίαν ἄτοπον ἵνα ὁ τοῦ χριστοῦ βλάσφημος εἰς τοὺς χριστιανοὺς δυνάμει ἐξουσίας μεταχειρισθῇ, ὅπερ ἐπάνω τούτου ἡ τῆς τολλέτου σύνοδος . . . . .

. . . . . . . . . .

. . . . . . . . . .

τοῖς δημοσίοις προαχθῶσι, ἔτι ὑπὸ τοῦ τοιούτου σχηπασμοῦ τοῖς χριστιανοῖς πλεῖστοι εἰσὶν ὀχληροί. εἰ τις δὲ αὐτοῖς τοιοῦτο ὀφφίκιον ὑποχεθῇ, διὰ τῆς ἐπαρχικῆς συνόδου, ἣν ἑκάστοις ἐνιαυτοῖς προστάσσομεν φυλαχθῆναι, παραινέσεως προσαλείσης, περισφίγξει ᾗ συμφέρει ἀναχαιτείσθω. τῷ δὲ τοιούτῳ ὀφφικιαλίῳ τοσοῦτο ἤδη ἡ τῶν χριστιανῶν ἕνωσις ἐν κομερκίοις καὶ ἄλλοις ἀπαρνείσθω, ἕως οὗ εἰς χρῆσιν τῶν πτωχῶν χριστιανῶν κατὰ τὴν πρόνοιαν τοῦ ἐνορίτου ἐπισκόπου ἐπιστραφῇ, ὅ τι δ᾽ ἂν ἐκ τῶν χριστιανῶν κερδήσειεν, αἰτίᾳ τῆς τοιαύτης ὑποδοχῆς· καὶ τὸ ὀφφίκιον μετ᾽ αἰσχύνης ἐάτω, ὅπερ ἀναισχύντως ἀνέλαβεν· τοῦτο δὲ αὐτὸ ἐκτείνομεν πρὸς τοὺς σαρακηνούς.

## LXIX. *Ne Judæi publicis officiis præficiantur.*

Cum ſit nimis abſurdum, ut Chriſti blaſphemus in Chriſtianos vim poteſtatis exerceat, quod ſuper hoc Toletanum concilium provide ſtatuit, nos propter tranſgreſſorum audaciam * in hoc capitulo innovamus: prohibentes, ne Judæi officiis publicis præferantur, quoniam ſub tali prætextu Chriſtianis plurimum ſunt infeſti. Si quis autem officium eis B tale commiſerit, per provinciale concilium (quod ſingulis præcipimus annis celebrari) monitione præmiſſa, diſtrictione qua convenit, compeſcatur. Officiali vero hujuſmodi, tamdiu Chriſtianorum communio in commerciis & aliis denegetur, donec in uſus pauperum Chriſtianorum, ſecundum providentiam diœceſani epiſcopi, convertatur quidquid fuerit adeptus a Chriſtianis occaſione officii ſic ſuſcepti: & officium cum pudore dimittat, quod irreverenter aſſumpſit. Hoc idem extendimus ad paganos.

*MS. Max. Ne Judæi officiis publice Chriſtianis utantur dicere debuiſſet, publicis inter Chriſtianos.*

Ibid. c. 16. *Cum ſit.*

* *al.* in hoc generali concilio.

C

ο΄. Ινα μὴ οἱ ἐπιστραφέντες πρὸς τὴν χριστιανικὴν πίστιν, τοῦ παλαιοῦ ἔθους μηδὲν κρατῶσι.

Τινές, ὡς παρελάβομεν, ὅτινες εἰς τὸ ῥεῖθρον τοῦ ἱεροῦ βαπτίσματος ἐθελούσιοι προσῆλθον, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τελείως οὐκ ἀπεκδύονται, ἵνα τὸν νέον τέλεον ἐνδυθῶσιν. ἐπειδὴ τὰ τοῦ προτέρου ἔθους λείψανα ἐπικρατοῦντες, τῆς χριστιανικῆς εὐλαβείας εὐπρέπειαν τοιαύτῃ συμμίξει καταισχύνουσιν. ἐπειδὴ δὲ ἐπικατάρατός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ τὴν γῆν δυσὶν ὁδοῖς εἰσπορευόμενος, καὶ ἐνδύεσθαι ἐσθῆς οὐκ ὀφείλει λινῷ καὶ ἐρίῳ συνυφασμένη· καθιστῶμεν ἵνα οἱ τοιοῦτοι διὰ τῶν προεστώτων τῶν ἐκκλησιῶν ἐκ παραφυλάξεως τοῦ παλαιοῦ ἔθους παντελῶς ἀναχαιτισθῶσιν, ἵνα οὓς τῇ χριστιανικῇ εὐλαβείᾳ τῆς ἐλευθέρας θελήσεως προαίρεσις προσέφερεν, ἡ τῆς σωτηριώδους περισφίξεως ἀνάγκη ἐν τῇ αὐτῆς παραφυλάξει συντηρήσειεν· ἐν τῷ ἔλαττον κακὸν εἶναι, τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου μὴ γνῶναι, ἢ μετὰ τὸ γνῶναι εἰς τὸ ὀπίσω στραφῆναι.

## LXX. *Ne converſi ad fidem de Judæis, veterem ritum Judæorum retineant.*

Quidam, ſicut accepimus, qui * ad ſacri undam baptiſmatis voluntarii acceſſerunt, veterem hominem omnino non exuunt, ut novum perfectius induant: cum prioris ritus reliquias retinentes, Chriſtianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cum autem ſcriptum ſit: *Maledictus homo qui terram duabus viis ingreditur*: & indui veſtis non D debeat lino lanaque contexta: ſtatuimus ut tales per prælatos eccleſiarum ab obſervantia veteris ritus omnimodo compeſcantur, ut quos Chriſtianæ religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit, ſalutiferæ coactionis neceſſitas in ejus obſervatione conſervet: cum minus malum exiſtat viam Domini non agnoſcere, quam poſt agnitam retroire.

*MS. Max. Ne converſi ad fidem Chriſtianam, veteris ritus aliquid teneant.*

Ibid. tit. 9. de Apoſtatis cap. 4. *Quidam.*

* *MS. Max.* quod.

*Eccleſ. 3.*

*Deut. 22.*

## ΠΕΡΙ ΑΝΑΡΡΥΣΕΩΣ ΤΗΣ

### ἁγίας γῆς, καὶ προσπαθείας τῶν σταυρῷ σεσημειωμένων.

Εἰς τὸ ἐλευθερωθῆναι τὴν ἁγίαν γῆν ἐκ τῶν ἀσεβῶν χειρῶν ζεούσῃ ἐπιθυμίᾳ ἐπιπνέοντες, ἐκ φρονίμων ἀνδρῶν βουλῆς, τοὺς * πλείονας γινώσκοντας τὰς περιστάσεις τῶν καιρῶν καὶ τῶν τόπων, τῆς ἱερᾶς ἐπαινούσης συνόδου ἀποφαινόμεθα, ἵνα οὕτως οἱ σταυροσημείωτοι ἑαυτοὺς προετοιμάσωσιν, ὥστε ἐν τῇ καλανδῶν ἰουνίου τοῦ ἐρχομένου μετὰ τὸν πλησίον παντες οἰκονομήσαντες ἀπελθεῖν διὰ θαλάσσης, συνέλθωσιν εἰς

## EXPEDITIO PRO RECUPERANDA

E

### TERRA SANCTA.

Ad liberandam terram ſanctam de manibus impiorum ardenti deſiderio aſpirantes, de prudentum virorum conſilio, qui plene noverant circumſtantias temporum & locorum, ſacro approbante concilio, diffinimus: ut ita Cruce ſignati ſe præparent, quod in Kalendas Junii ſequentis poſt proximum, omnes qui diſpoſuerunt tranſire per mare, con-

*MS. Max. De liberatione terræ ſanctæ, & indulgentia cruce ſignatorum.*

ANNO CHRISTI 1215.

veniant in regnum Siciliæ : alii, ſicut oportuerit & decuerit, apud Brunduſium, & alii apud Meſſanam, & partes utrobique vicinas : ubi & nos perſonaliter, Domino annuente, diſpoſuimus tunc adeſſe, quatenus noſtro conſilio & auxilio exercitus Chriſtianus ſalubriter ordinetur, cum benedictione Divina & apoſtolica profecturus. Ad eumdem quoque terminum ſe ſtudeant præparare qui propoſuerunt per terram proficiſci : ſignificaturi hoc interim nobis, ut eis ad conſilium & auxilium legatum idoneum de noſtro latere concedamus. Sacerdotes autem, & alii clerici, qui fuerint in exercitu Chriſtiano, tam ſubditi quam prælati, orationi & exhortationi diligenter inſiſtant : docentes eos verbo pariter & exemplo, ut timorem & amorem ſemper habeant Divinum ante oculos, ne quid dicant aut faciant quod Divinam majeſtatem offendat. Et ſi aliquando lapſi fuerint in peccatum, per veram pœnitentiam mox reſurgant, gerentes humilitatem cordis & corporis, & tam in victu, quam in veſtitu mediocritatem ſervantes, diſſenſiones & æmulationes omnino vitando, rancore ac livore a ſe penitus relegatis : ut ſic ſpiritalibus & materialibus armis muniti, adverſus hoſtes fidei ſecurius prælientur; non de ſua præſumentes potentia, ſed de Divina virtute ſperantes.

Ipſis autem clericis indulgemus, ut beneficia ſua integra percipiant per triennium, ac ſi eſſent in eccleſiis reſidentes; &, ſi neceſſe fuerit, ea per idem tempus pignori valeant obligare.

Ne igitur hoc ſanctum propoſitum impediri vel retardari contingat, univerſis eccleſiarum prælatis diſtricte præcipimus, ut ſinguli per loca ſua illos qui ſignum crucis diſpoſuerunt reſumere, ac tam ipſos, quam alios crueeſignatos, & quos adhuc ſignare contigerit, ad reddendum vota ſua Domino diligenter moneant & inducant, &, ſi neceſſe fuerit, per excommunicationis in perſonas, & interdicti ſententias in terras eorum, omni tergiverſatione ceſſante, compellant : illis dumtaxat exceptis, quibus tale impedimentum occurrerit, propter quod, ſecundum ſedis apoſtolicæ providentiam, votum eorum commutari debeat merito vel differri.

Ad hæc, ne quid in negotio Jeſu Chriſti de contingentibus omittatur, volumus & mandamus ut patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, & alii qui curam obtinent animarum, ſtudioſe proponant ſibi commiſſis verbum crucis, obſecrantes per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, unum ſolum verum

A τὸ κράτος τῆς Σικελίας· ἄλλοι, ὡς ἐνδέχηται καὶ πρέπῃ, εἰς τὸ Βρεντήσιον, καὶ ἄλλοι εἰς τὴν Μεσσήνην, καὶ τὰ μέρη τὰ ἑκατέρωσε γείτονα· ὅπου καὶ ἡμεῖς προσωπικῶς τοῦ κυρίου νεύοντος ᾠκονομήσαμεν τότε παρεῖναι, ὡς ἂν τῇ ἡμετέρᾳ βουλῇ καὶ βοηθείᾳ ὁ χριστιανικὸς στρατὸς σωτηρίως διδαχθῇ, μετὰ τῆς θείας εὐλογίας καὶ ἀποστολικῆς προκόψων. Εἰς δὲ τὴν αὐτὴν διωρίαν ἑαυτοὺς σπουδασάτωσαν προετοιμάσαι οἱ προτιθέντες ἀπελθεῖν διὰ γῆς· δηλώσοντες τὴν αὐτὴν * ὁδὸν ἡμῖν, ἵνα αὐτοῖς εἰς βουλὴν καὶ βοήθειαν λεγάτον εὐδόκιμον ἐκ τοῦ ἡμετέρου πλευροῦ στείλωμεν. οἱ δὲ ἱερεῖς καὶ οἱ ἄλλοι κληρικοὶ, B οἳ ἔσονται ἐν τῷ χριστιανικῷ στρατῷ, τοσοῦτον οἱ ὑποτεταγμένοι, ὅσον οἱ προεστῶτες, τῇ δεήσει καὶ παραινέσει ἀκριβῶς ἐνστήτωσαν, διδάσκοντες αὐτοὺς λόγῳ ὁμοίως καὶ ἔργῳ, ἵνα τὸν φόβον καὶ τὴν θείαν ἀγάπην διαπαντὸς ἔχωσιν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν, ἵνα μή τι εἴπωσιν ἢ ποιήσωσιν, ὡς τῇ θείᾳ μεγαλειότητι προσκροῦσαι· καὶ εἴ ποτε ἐξολισθήσωσιν εἰς ἁμαρτίαν, δι' ἀληθοῦς μετανοίας εὐθὺς ἀναστησάτωσαν, περιφέροντες ταπεινότητα τῆς καρδίας καὶ σώματος, καὶ τοσοῦτον ἐν τῷ βρώματι ὅσον ἐν τῇ ἐσθῆτι, συμμετρίαν φυλάττοντες, τὰς διχονοίας καὶ ζήλους τοῦ κενοῦ λογισμοῦ καὶ ἐπιθυμητικοῦ ἀφ' ἑαυτῶν ὅλως πεμφθέντων· ἵνα C οὕτως τοῖς πνευματικοῖς καὶ ὑλικοῖς ὅπλοις ὀχυρωθέντες, κατὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς πίστεως βεβαιότερον μάχοιντο· οὐκ ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ θαρροῦντες δυνάμει, ἀλλ' ἐπὶ θείᾳ ἰσχύϊ ἐλπίζοντες.

Αὐτοῖς δὲ κληρικοῖς συμπαθοῦμεν ἵνα τὰ εὐεργετήματα αὐτῶν τελείως λάβωσι διὰ τριετίας, ὡς . . . . . . .
καὶ εἰ ἀναγκαῖον ἔσται, αὐτὰ ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ καιροῦ ἐνεχύροις δυνήσαιντο ὑποβάλλειν.

Ἵνα μὴ τοίνυν τοῦτο τὸ ἅγιον πρόθημα ἐμποδισθῆναι δυνηθῇ, καὶ ὑπερτεθῆναι συμβῇ· ἅπασι τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶσιν ἐσφιγμένως D προστάσσομεν, ἵνα ἕκαστοι διὰ τῶν τόπων αὐτῶν ἐκείνους τοὺς τὸ σίγνον τοῦ σταυροῦ οἰκονομοῦντας ἀναλαβέσθαι, καὶ τοσοῦτον αὐτοὺς ὅσον τοὺς ἄλλους σταυροσημειωτοὺς, καὶ τοὺς σταυροσημειωθησομένους εἰς τὸ ἀποδοῦναι κυρίῳ τὰς εὐχὰς αὐτῶν ἀκριβῶς παραινέσωσι καὶ εἰσάξωσι· καὶ εἰ ἀναγκαῖον ἔσται, δι' ἀποφάσεως ἀποκοινωνήσεως εἰς τὰ πρόσωπα, καὶ ἀφορισμοῦ εἰς τὰς χώρας αὐτῶν, παντὸς παραγκωνισμοῦ παύοντος, ἐπισφιγξάτωσαν· αὐτῶν τινας ὑπεξῃρημένων οἷς ἂν τοιοῦτον ἐμπόδιον ἐπέλθοι, διόπερ κατὰ τὴν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου πρόνοιαν, τὴν εὐχὴν αὐτῶν ἀξίως ἀλλάσσειν ἐποφείλουσι, ἢ ὑπερτιθέναι.

E

Πρὸς ταῦτα ἵνα μή τι πραγματεία τοῦ χριστοῦ ἐκ τῶν συμβαινόντων μεταλλαγῇ. θέλομεν καὶ ἐντελλόμεθα, ἵνα οἱ πατριάρχαι, ἀρχιεπίσκοποι, ἐπίσκοποι, ἡγούμενοι, καὶ ἄλλοι * τὴν φροντίδα τῶν ψυχῶν ἐπέχουσι, σπουδαίως προθήσουσι τοῖς ἀνατεθεῖσιν αὐτοῖς οἰκείοις τὸν λόγον τοῦ σταυροῦ, παρακαλοῦντες διὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἑνὸς μόνου

* Legit hoc loc. nov. hoc interim

* Deeſt οἱ

ANNO CHRISTI 1215.

μόνου ἀληθοῦς αἰωνίου θεοῦ, τοὺς ῥῆγας, δούκας, ἄρχοντας, μαρκησίους, κόμητας, καὶ βαρονίους τούς τε ἄλλους μεγιστᾶνας, οὐ μὴν καὶ τὰ κοινὰ τῶν πόλεων, κωμῶν . . . . . . . ἵνα οἱ προσωπικῶς μὴ ἀπελευσόμενοι εἰς τὴν βοήθειαν τῆς ἁγίας γῆς, συντείνοντα ἀριθμὸν πολεμούντων, μετ᾽ ἐξόδων εἰς τριετίαν ἀναγκαίων, κατὰ τὰς ἰδίας εὐπορίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, καθὼς ἐν τοῖς γενικοῖς γράμμασιν ἐκπέπισται· καὶ εἰς μείζονα τὴν ἀσφάλειαν μᾶλλον κατωτέρω ἐκτεθήσεται.

A æternum Deum, reges, duces, principes, marchiones, comites, & barones, aliosque magnates, necnon communiones civitatum, villarum, oppidorum, ut qui perſonaliter non acceſſerint in ſubſidium terræ ſanctæ, competentem conferant numerum bellatorum, cum expenſis ad triennium neceſſariis, ſecundum proprias facultates, in remiſſionem peccatorum ſuorum, prout in generalibus litteris eſt expreſſum, & ad majorem cautelam etiam inferius exprimetur.

Ἧστινος ἀφέσεως θέλομεν εἶναι μετόχους οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς εἰς τοῦτο τὰς ἰδίας ναῦς παρέξοντας, ἀλλὰ καὶ ἐκείνους τοὺς διὰ τοῦτο ἔργον ναῦς σπουδάσαντας κτίσαι. τοῖς αἰδουμένοις,* εἴτινες ἴσως ὦσιν οὕτως ἀχάριστοι κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν, ἐκ τοῦ ἀποστολικοῦ μέρους προμαρτυρῶσιν, ὅπως γνῶσιν ἑαυτοὺς ἐπάνω τούτου ἡμῖν ἐν τῇ ἐσχάτῃ τῆς ἐξετάσεως ἡμέρᾳ ἔμπροσθεν τοῦ φρικτοῦ κριτοῦ ἀπολογησομένους· πρότερον τέως κατανοοῦντες, τίνι συνειδήσει, ἢ τίνι βεβαιώσει ἐμφανίζεσθαι* ἔμπροσθεν τοῦ τοῦ μονογενοῦς* θεοῦ υἱοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ τινι πάντα ἔδωκεν ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, ἐὰν αὐτῷ τῷ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν ἐσταυρωμένῳ ἐξυπηρετεῖν κρατήσωσιν* ἐν ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ ἰδίως αὐτῷ ἰδίᾳ. οὗ τινος τῷ δώρῳ ζῶσιν, οὗ τινος τῇ εὐλογίᾳ αὐταρκοῦνται, οὗ τινος τῷ αἵματι ἐλυτρώθησαν.

* Legebat, reveientibus.

* Deeſt poterunt.

* Latina & barbare & falſo reddita.

* Legit, renuerint.

B Hujus remiſſionis volumus eſſe participes, non ſolum eos qui naves proprias exhibebunt, ſed etiam illos qui propter hoc opus naves ſtuduerint fabricare. Renuentibus autem, ſi qui forte tam ingrati fuerint Domino Deo noſtro, ex parte apoſtolica firmiter proteſtentur, ut ſciant ſe ſuper hoc nobis in noviſſimo diſtricti examinis die coram tremendo judice reſponſuros: prius tamen conſiderantes, qua conſcientia, quave ſecuritate comparere* poterunt coram unigenito Dei Filio Jeſu Chriſto, cui C omnia Pater dedit in manus, ſi ei pro peccatoribus crucifixo ſervire renuerint in hoc negotio quaſi proprie ſibi proprio, cujus munere vivunt, cujus beneficio ſuſtentantur, quinetiam cujus ſanguine ſunt redempti.

* al. confiteri

Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ τοῖς ὤμοις τῶν ἀνθρώπων φορτία βαρέα καὶ ἀφόρητα ἐπιθεῖναι φανῶμεν, ἅτινα τῷ δακτύλῳ ἡμῶν κινῆσαι " θέλομεν, ὅμοιοι ἐκείνοις, τοῖς λέγουσι καὶ οὐ ποιοῦσιν· ἰδοὺ ἐκ τούτων ἅπερ ὑπὲρ τὰς ἀναγκαίας καὶ μεμετρημένας ἐξόδους δυνάμεθα παραφυλάττειν, τριάκοντα χιλιάδας λιτρῶν εἰς τοῦτο τὸ ἔργον στεργόμενοι καὶ δίδομεν, χωρὶς τοῦ περάματος ὅπερ τοῖς σταυροσημειώταις τῆς πόλεως καὶ τοῖς γείτοσι μέρεσι δώσομεν· ἀποδώσοντες οὐχ ἧττον εἰς τοῦτο τρεῖς χιλιάδας λιτρῶν ἀργυρίου, αἳ παρ᾽ ἡμῖν ἐξ ἐλεημοσυνῶν τινῶν πιστῶν ἀπέμειναν. ἐν* ἄλλαις εἰς τὰς ἀνάγκας καὶ ὠφελείας τῆς προρρηθείσης γῆς διὰ χειρῶν τῆς μακαρίας μνήμης τοῦ ἡγουμένου* ἱεροσολυμίτου πατριάρχου καὶ τῶν μαιστόρων τοῦ τέμπλου καὶ ὀσπιταλίου πιστῶς διανεμηθείσων.

Adde οὐ

* Corr. τοῖς ἄλλοις.

* Legebat abbatis, non Alberti.

Ne vero in humeros hominum onera gravia & importabilia imponere videamur, quæ digito noſtro movere nolimus, ſimiles illis qui dicunt utique, ſed non faciunt: ecce nos de his, quæ ultra neceſſaria*, & moderatas expenſas potuimus reſervare, triginta millia li- D brarum in hoc opus concedimus & donamus: præter navigium, quod cruceſignatis de Urbe, atque vicinis partibus conferimus: aſſignaturi nihilo minus ad hoc ipſum tria millia marcarum argenti, quæ apud nos de quorumdam fidelium eleemoſynis remanſerunt: aliis in neceſſitates & utilitates prædictæ terræ, per manus felicis memoriæ* Alberici Hieroſolymitani patriarchæ, ac magiſtrorum templi & hoſpitalis fideliter diſtributis.

* MS. Max. neceſſarias. Dacher. neceſſitates.

* al. Alberti vel abbatis

Ἐπιθυμοῦντες δέ, τοὺς ἄλλους τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας καὶ ἅπαντας τοὺς κληρικούς, καὶ ἐν τῷ ἀμοιβῇ καὶ ἐν, . . . . ἔχειν μετόχους τε καὶ συγκληρονόμους. ἐκ τῆς κοινῆς συνόδου καθιστῶμεν, ἵνα ὅλως πάντες οἱ κληρικοί, τοσοῦτον ὑπήκοοι ὅσον οἱ προεστῶτες, τὴν εἰκοστὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν συνεισφορῶν μέχρι εἰς δωρίαν* δώσωσιν εἰς βοήθειαν τῆς ἁγίας γῆς, διὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν οἵτινες εἰς τοῦτο τῇ ἀποστολικῇ προβλέψει ἔσονται τεταγμένοι. τινῶν ἀσκητικῶν ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἐπιδόσεως τέως ἐλευθέρως* δοκίμως· ἐκείνων τε ὁμοίως οἳ τοῦ

* Legebat terminum, non triennium.

E Cupientes autem alios eccleſiarum prælatos, nec non clericos univerſos, & in merito & in præmio habere participes & conſortes: ex communi concilii approbatione ſtatuimus, ut omnes omnino clerici, tam ſubditi, quam prælati, vigeſimam partem eccleſiaſticorum proventuum uſque ad triennium conferant in ſubſidium terræ ſanctæ, per manus eorum qui ad hoc apoſtolica fuerint providentia ordinati: quibuſdam dumtaxat religioſis exceptis, ab hac prætaxatione me-

ANNO CHRISTI 1215.

merito eximendis, illis ſimiliter qui aſ- A ſumpto vel aſſumendo crucis ſignaculo ſunt perſonaliter profecturi.

Nos autem, & fratres noſtri ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, plenarie decimam perſolvemus: ſciantque ſe omnes ad hoc fideliter obſervandum per excommunicationis ſententiam obligatos: ita quod illi, qui ſuper hoc fraudem ſcienter commiſerint, ſententiam excommunicationis incurrant.

Sane quia juſto judicio, cœleſtis imperatoris obſequiis inhærentes ſpeciali decet prærogativa gaudere, cum tem- B pus proficiſcendi annum excedat in modico, crucesignati, a collectis, vel a talliis, aliiſque gravaminibus ſint immunes, quorum perſonas & bona poſt crucem aſſumptam, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcepimus: ſtatuentes, ut ſub archiepiſcoporum, epiſcoporum, ac omnium prælatorum eccleſiæ defenſione conſiſtant: propriis nihilo minus protectoribus ad hoc ſpecialiter deputandis, ita ut, donec de ipſorum obitu vel reditu certiſſime cognoſcatur, integra maneant & quieta: & ſi quiſquam C contra præſumpſerit, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcatur.

Si qui vero proficiſcentium illuc ad præſtandas uſuras juramento tenentur adſtricti: creditores eorum, ut remittant eis præſtitum juramentum, & ab uſurarum exactione deſiſtant, eadem præcipimus diſtrictione compelli. Quod ſi quiſquam creditorum eos ad ſolutionem coegerit uſurarum: eum ad reſtitutionem earum ſimili cogi animadverſione mandamus.

Judæos vero ad remittendas uſuras D per ſæcularem compelli præcipimus poteſtatem: & donec illas remiſerint, ab univerſis Chriſti fidelibus per excommunicationis ſententiam eis omnino communio denegetur. His autem, qui Judæis debita ſolvere nequeunt in præſenti, ſic principes ſæculares utili dilatione provideant: quod poſt iter arreptum, uſquequo de ipſorum obitu vel reditu certiſſime cognoſcatur, uſurarum incommoda non incurrant: compulſis Judæis proventus pignorum, quos interim ipſi E perceperint, in ſortem, expenſis deductis neceſſariis, computare: cum hujuſmodi beneficium non multum videatur habere diſpendii, quod ſolutionem ſic prorogat, quod debitum non abſorbet. Porro eccleſiarum prælati, qui in exhibenda juſtitia crucesignatis & eorum familiis negligentes extiterint, ſciant ſe graviter puniendos.

Ceterum quia curſarii & piratæ ni-

A ἄξιν σαυροῦ δεδεγμένοι, ἢ δεξόμενοι, σωματικῶς ἀπελεύσονται.

Ημεῖς δὲ καὶ οἱ ἀδελφοὶ ἡμέτεροι οἱ τῆς ἁγίας Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας καρδινάλεις πλείαν δεκάτην ἀποπληρώσομεν. Γινωσκέτωσαν τε ἅπαντες, ἑαυτοὺς εἰς τοῦτο πιςῶς διατηρητέον δι' ἀναθέματος ἀποφάσεως ὑποδεδεμένους· οὕτως ὅτι ἐκεῖνοι οἵτινες ἐπὶ τούτῳ χλεύην γνωςῶς ποιήσουσιν, ἀπόφασιν ἀναθέματος ἐνδραμοῦνται.

Οτι δικαίῳ κρίματι, τοῦ οὐρανίου βασιλέως ταῖς ὑπουργίαις ἐγκολλωμένους, πνευματικῇ * B δεῖ προτιμήσει χαρῆναι· ἐπειδὴ τοῦ ἀποδημεῖν ὁ καιρὸς ὑπερβαίνει * ἐν μικρῷ· οἱ σαυρῷ σεσημειωμένοι ἐκ συνάξεως ἢ δομάτων * βαρυμάτων * οἱ ἧσσον ἀθῶοι, ὧν τὰ πρόσωπα καὶ ἀγαθὰ μετὰ τὸ ἀναλαβεῖν τὸν σαυρὸν ὑπὸ τὴν τοῦ μακαρίτου Πέτρου καὶ ὑμῶν σκέπασιν ὑπεδεξάμεθα· καθιςῶντες ἵνα ὑπὸ τῶν ἀρχιεπισκόπων, ἐπισκόπων, καὶ πάντων προεςώτων τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ὑφίςωσαν· τῶν ἰδίων οὐχ ἧττον ὑπερασπιςῶν πρὸς τοῦτο πνευματικῶς * λογισθησομένων, ἵνα μέχρις ἂν περὶ τῆς αὐτῶν τελευτῆς ἢ ὑποσροφῆς βεβαιότητι γνωσθείη, σῶα μένοιεν C καὶ ἀνέπαφα· καὶ ἐάν τις ἐναντίως τολμήσῃ, ἐκκλησιαςικῇ κρίσει περισφιγγέσθω.

Εἀν τις δὲ πρὸς τὸ * ἀποδημῆσαι ἐκεῖσε εἰς τὸ δοῦναι τόκους κεκράτηνται ἐσφιγμένοι. τοὺς δανειςὰς αὐτῶν, ὡς ἂν ἀφίωσι αὐτοῖς τὸν παρασχεθέντα ὅρκον, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν τόκων ἐξαιτήσεως ἀποςῶσιν, τῇ αὐτῇ ἐπιτιμήσει περισφιγχθήτωσαν. ὅπερ εἴ τις τῶν χρεωφειλετῶν τούτους πρὸς ἀπόφλησιν περισφίξει τῶν τόκων, τούτους πρὸς ἀποκατάςασιν αὐτῶν ὁμοίᾳ περισφίγγεσθαι τιμωρίᾳ ἐντελλόμεθα.

D Τοὺς ἰουδαίους δὲ πρὸς τὸ ἐπαφεῖναι τοὺς τόκους διὰ κοσμικῆς ἀναγκάζεσθαι προςάττομεν ἐξουσίας, καὶ μέχρι τούτους ἀντιπέμψωσι, παρ' ὅλων τῶν τοῦ χριςοῦ πιςῶν δι' ἀποκοινωνήσεως ἀπόφασιν τούτων ἡ κοινωνία παντελῶς ἐξαρνείσθω. τοῖς δὲ μὴ δυναμένοις πρὸς τὸ παρὸν ἀποφλεῖν τὰ ὀφλήματα τοῖς ἑβραίοις οὕτως οἱ κοσμικοὶ ἄρχοντες εὐχρήςῳ προειδέτωσαν παρολκῇ. ὅτι μετὰ τὴν πορείαν ἐπιληφθεῖσαν, μέχρις ὅτου τῆς αὐτῶν τελευτῆς περὶ ἢ ὑποσροφῆς βεβαιότερον γνωσθείη, τῶν τόκων τὰ δύσχρηςα μὴ ὑφίςωσαν· ἀναγκαζομένοις τοῖς ἑ- E βραίοις τὰ τῶν ἐνεχύρων εἰσόδια, ἃ τινα οἱ αὐτοὶ πως εἰς βλάβην ἀνέλαβον, κατασπωμένων τῶν ἀναγκαίων ἐξόδων, συναπευχέσαι· ἐν τῷ μὴ φαίνεσθαι τοῦ τοιούτου τρόπου τὴν χάριν πολλὴν παρας. . . . . . ἐπεὶ τὴν ἀπόφλησιν οὕτως ἐξάγει, ὅτι τὸ χρέος οὐ καταπίνει. πόῤῥω δὲ οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεςῶτες, οἵτινες εἰς τὸ ἐμφαίνειν δίκην τοῖς τῷ σαυρῷ σεσημειωμένοις καὶ ταῖς φαμιλίαις αὐτῶν ἀμελεῖς φανῶσι, γινωσκέτωσαν ἑαυτοὺς βαρύτερον κολασθησομένους.

Ετερον ἐπειδὴ οἱ κυρσάριοι, καὶ οἱ πειραταί. . . .

* Legit, ſpirituali, non ſpeciali

* Deeſt annum.

* Forte, ἢ ἄλλων βαρυμάτων, ait H.

* Legebat, ſpiritualiter, non ſpecialiter.

* Legebat, ad proficiſcendum.

ANNO CHRISTI 1215.

..... ἐμποδίζουσι τὴν ἐπάρηξιν τῆς ἁγίας γῆς, συλλαμβάνοντες καὶ σκυλαγωγοῦντες τοὺς πρὸς αὐτὴν διαπεραιοῦντας καὶ ἐξ αὐτῆς ὑποστρεφομένους· ἡμεῖς ἐκείνους, καὶ τοὺς γνησίους τούτων βοηθοὺς καὶ σπουδαστὰς, ἀποκοινωνήσεως ἅμματι συνδεσμοῦμεν· ὑπὸ διωρισμῷ ἀναθέματος κωλύοντες ἵνα μηδεὶς μετ' αὐτῶν κοινωνείτω ἐν τινὶ ἐκουσίως ἀγορασμοῦ ἢ πράσεως συναλλαγῇ· ὁρίζοντες τοῖς τὰς πόλεις διέπουσι καὶ τοὺς τόπους αὐτῶν, ἵνα τοὺς τοιούτους ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀνομίας χαλινώσωσι καὶ μετακαλέσωνται· εἰ δὲ μὴ, ἐπεὶ τοῦ * μὴ θέλειν διαταράξαι τοὺς στρεβλοὺς οὐκ ἄλλο ἐστὶν ἢ θάλπειν· οὐ στερεῖται τῆς μερίμνης τῆς κοινωνίας λαθραίας, ὅτι φανερῷ βασκανίᾳ ποιεῖται ἀπαντῆσαι· ἐν τοῖς σώμασι καὶ χώραις αὐτῶν, διὰ τῶν ἐκκλησιῶν προεστώτων αὐστηρότητα ἐκκλησιαστικὴν βουλόμεθα καὶ προστάττομεν ἐγγυμνάζεσθαι.

Ἀποκοινοῦμεν δὲ καὶ ἀναθεματίζομεν ἐκείνους τοὺς παραπεπτωκότας καὶ ἀσεβεῖς χριστιανοὺς, οἵτινες ἀπεναντίας αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ χριστιανικωτάτου λαοῦ, τοῖς σαρακηνοῖς ὅπλα, σίδηρον, καὶ ξύλα φέρουσι * τῶν κατέργων· ἐκείνους δὲ τοὺς πωλοῦντας αὐτοῖς κάτεργα, καὶ νῆας, καὶ τοὺς πειρατικαῖς ναυσὶ τῶν σαρακηνῶν φροντίδα κυβερνήσεως ἐγγυμνάζουσιν *, ἢ μηχαναῖς ἢ ἑτέροις τισὶ πράγμασι, τούτοις παρέχουσι βουλὴν, ἢ βοήθειαν, πρὸς ζημίαν καὶ ἐναντίωσιν τῆς ἁγίας γῆς, καὶ τούτους τῶν πραγμάτων αὐτῶν διαχωρισμῷ πλήττεσθαι, καὶ τῶν συλλαμβανόντων δούλους εἶναι ἀποφαινόμεθα· κελεύοντες ὅπως ἐν ταῖς παραλίαις πόλεσι πάσαις, ἐν ταῖς ἑορτασίμοις καὶ κυριακαῖς ἡμέραις, τούτου τοῦ ξόανου ἡ ἀπόφασις ἀνανεούσθω. καὶ τοῖς τοιούτοις μὴ ἀνοιγέσθω τῆς ἐκκλησίας ἡ ἀγκάλη· εἰ μὴ ὅλον ὅπερ ἀπὸ τῆς ἐπικαταράτου ὠνῆς ἀνέλαβον, ἀπὸ τῶν οἰκείων ..... ἐπαποστείλωσι πρὸς βοήθειαν τῆς ἁγίας γῆς· ὅπως τῇ ἴσῃ κρίσει, ἐν ᾗ ἥμαρτον κατακριθῶσι. ὅπερ εἰ τυχὸν οὐκ ἀπολυθῇς....... ὅπως ἑτέραις ἐνοχαῖς οἱ τοιοῦτοι παιδευθήσωσιν, ἵνα ἐν τῇ αὐτῇ ποινῇ διασαλῇ ἡ αὐθάδεια τῶν τὰ ὅμοια κατατολμώντων.

Κωλύομεν ἐπὶ τούτοις πάντας χριστιανοὺς, καὶ ὑπὸ ἀναθέματος διαστέλλομεν, ἵνα εἰς τὰς χώρας τῶν σαρακηνῶν τῶν τὰ ἀνατολικὰ ἐνοικούντων μέρη, ἕως τετραετείας μὴ ἐπαποστείλωσιν, ἢ περάσωσιν τὰς αὐτῶν νῆας· ἵνα διὰ τοῦτο τοῖς βουλομένοις διαπερᾷν πρὸς βοήθειαν τῆς ἁγίας γῆς κρείττων ἀφθονία ἑτοιμασθήσεται τοῦ πλοός, καὶ τοῖς εἰρημένοις σαρακηνοῖς ὑποσπασθήσεται ἡ βοήθεια, ἥτις αὐτοῖς εἰώθει ἐκ τούτου οὐ μικρῶς ἐπέρχεσθαι.

Κἂν οὖν βάσανοι * ἔν τισι συνόδοις ὑπὸ βεβαίας ποινῆς γενικώτερον διεστάλησαν· ἐπειδὴ ποινικὴ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, τοῦ σταυροῦ ἡ πραγματεία δι' αὐτῶν πλεῖστα ἐμποδίζεται, ἡμεῖς αὐτὰς ὑπὸ ποινῆς ἀποκοινωνήσεως κωλύομεν, ἕως τριετίας ἐγγυμνάζεσθαι.

Πρὸς ταῦτα ἐπειδὴ πρὸς τὸ βεβαιωθῆναι τήνδε τὴν πραγματείαν διὰ μείζονος * ἀναγκαῖον,

** Cor. τὸ*

** Male ſcriptum erat, ῥοῖν*

** Corr. ἐγυμνάζουσι,*

*Tormenta interpretatus eſt.*

** Legit, per maximam nec.*

A nium impediunt ſubſidium terræ ſanctæ, capiendo & expoliando tranſeuntes ad illam, & redeuntes ab ipſa: nos ſpeciales * adjutores & fautores eorum excommunicationis vinculo innodamus, ſub interminatione anathematis inhibentes, ne quis cum eis ſcienter communicet aliquo venditionis vel emptionis contractu; & injungentes rectoribus civitatum & locorum ſuorum, ut eos ab hac iniquitate revocent & compeſcant: alioquin, quia nolle perturbare perverſos, nihil aliud eſt quam fovere, nec B caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare: in perſona & terras eorum per eccleſiarum prælatos ſeveritatem eccleſiaſticam volumus & præcipimus exerceri.

Excommunicamus præterea & anathematizamus illos falſos & impios Chriſtianos, qui contra ipſum Chriſtum & populum Chriſtianum Saracenis arma, ferrum, & lignamina deferunt galearum: eos etiam qui galeas eis vendunt, vel naves, quique in piraticis Saracenorum navibus curam gubernationis exercent, C vel in machinis aut quibuslibet aliis aliquod eis impendunt conſilium vel auxilium, in diſpendium terræ ſanctæ, ipſarum rerum ſuarum privatione mulctari, & capientium ſervos fore cenſemus. Præcipientes ut per omnes urbes maritimas, diebus Dominicis & feſtivis hujuſmodi ſententia innovetur, & talibus gremium non aperiatur eccleſiæ, niſi totum, quod ex ſubſtantia tam damnata perceperint, & tantumdem de ſua, in ſubſidium prædictæ terræ tranſmiſerunt: ut æquo judicio, in quo deliquerint, pu-D niantur. Quod ſi forte ſolvendo non fuerint, alias ſic reatus talium caſtigetur, quod in pœna ipſorum aliis interdicatur audacia ſimilia præſumendi.

Prohibemus inſuper omnibus Chriſtianis, & ſub anathemate interdicimus, ne in terras Saracenorum, qui partes orientales inhabitant, uſque ad quadriennium tranſmittant aut tranſeant naves ſuas: ut per hoc volentibus transfretare in ſubſidium terræ ſanctæ major navigii copia præparetur, & Saracenis prædictis ſubtrahatur auxilium, quod eis E conſuevit ex hoc non modicum provenire.

Licet autem torneamenta ſint in diverſis conciliis ſub certa pœna generaliter interdicta: quia tamen hoc tempore, crucis negotium per ea plurimum impeditur, nos illa ſub pœna excommunicationis firmiter prohibemus uſque ad triennium exerceri.

Quia vero ad hoc negotium exequendum eſt permaxime neceſſarium ut princi-

ANNO CHRISTI 1215

** Max. & Dacher. principales ſeu fautores*

*Decretal. Gregorii IX. l. 5. tit. 6. de Judæis c. 17. Ad liberandam.*

ANNO CHRISTI 1215.

cipes * populi Chriſtiani adinvicem pacem obſervent: ſancta univerſali ſynodo ſuadente ſtatuimus, ut ſaltem per quadriennium in toto orbe Chriſtiano ſervetur pax generaliter, ita quod per eccleſiarum prælatos, diſcordantes reducantur ad plenam pacem aut firmam treugam inviolabiliter obſervandam: & qui acquieſcere forte contempſerint, per excommunicationem in perſonas, & interdum in terras arctiſſime compellantur: niſi tanta fuerit injuriarum malitia, quod ipſi tali non debeant pace gaudere. Quod ſi forte cenſuram eccleſiaſticam vilipenderint, poterunt non immerito formidare, ne per authoritatem eccleſiæ, circa eos, tanquam perturbatores negotii crucifixi, ſæcularis potentia inducatur.

* MS. Maz. & Dacher. princ. & pop.

Nos igitur omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, ex illa, quam nobis, licet indignis, Deus ligandi atque ſolvendi contulit, poteſtate, omnibus qui laborem propriis perſonis ſubierint & expenſis, plenam ſuorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti & ore confeſſi, veniam indulgemus, & in retributione juſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem qui non in perſonis propriis illuc acceſſerint, ſed in ſuis dumtaxat expenſis juxta facultatem & qualitatem ſuam viros idoneos deſtinarint; & illis ſimiliter, qui licet in alienis expenſis, in propriis tamen perſonis acceſſerint, plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum. Hujus quoque remiſſionis volumus & concedimus eſſe participes, juxta qualitatem ſubſidii, & devotionis affectum, omnes qui ad ſubventionem ipſius terræ de bonis ſuis congrue miniſtrabunt, aut conſilium & auxilium impenderint opportunum. Omnibus etiam pie proficiſcentibus * in hoc opere in communi univerſalis Synodus omnium beneficiorum ſuorum ſuffragium impartitur, ut eis digne proficiat ad ſalutem. Amen.

Locus ex Maz. & Dacher. MS. correctus.

* MS. Maz. & Dacher. proficientibus.

A ἵνα οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ χριστιανικοὶ λαοὶ, εἰρήνην εἰς ἀλλήλους φυλάξωσι, τῆς ἁγίας καθολικῆς συναινούσης συνόδου ὁριζόμεθα, ἵνα κἂν διὰ τετραετείας ἐν ὅλῳ τῷ χριστιανισμῷ εἰρήνη γενικῶς διαφυλαχθήσεται, ὅπως ὅτι διὰ τῶν προεστώτων τῶν ἐκκλησιῶν μεταγίνωσκον οἱ διχονοοῦντες· εἰς πληρεστάτην ἀγάπην, ἢ εἰς στερεὸν πάκτον ἀφθόνως φυλαχθησόμενον· καὶ οἱ ἐξακοῦσαι τυχὸν καταφρονήσαντες, δι' ἀποκοινωνήσεως ἐν τῷ σώματι, καὶ διαστολῆς ἐν ταῖς χώραις ἀνεκτότερον * ἀναγκασθήτωσαν· εἰ μὴ B τοσαύτη τῶν ὕβρεων ἡ κακία, ὅτι αὐτοὶ οὐκ ὀφείλουσιν εἰρήνῃ τοιαύτῃ εὐφραίνεσθαι. ὅπερ εἰ τυχὸν τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀπειλήσουσι κρίσιν, οὐ μικρῶν δυνήσονται πτοηθῆναι μὴ διὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς αὐθεντίας κατ' αὐτῶν ὡς ταραχωδῶν τῆς τοῦ ἐσταυρωμένου πραγματείας ἡ κοσμικὴ δυναστεία εἰσάξηται.

* MS. Maz. pro arctiſſime, habet apertiſſime: quod interpres fortaſſe reddidit, ineleganter ut ſolet ἀνοικτότερον; Inter ſcribendum autem mutatum eſt in ἀνεκτότερον; quod reipſa eſt Latine, arctiſſime.

Ημεῖς τοίνυν τῷ τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ ἐλέει καὶ τῶν μακαρίων Πέτρου καὶ Παύλου ἀποστόλων τῇ αὐθεντίᾳ θαῤῥοῦντες, ἐξ ἧς δέδωκεν ἡμῖν C ὁ Θεὸς κἂν ἀναξίοις δεσμεῖν καὶ λύειν ἐξουσίας, πᾶσιν οἵτινες τόνδε ἰδίοις ὑποστῶσι σώμασι κόπον καὶ ἐξόδοις, πεπληρωμένην τῶν αὐτῶν ἁμαρτιῶν, ὧν ἐν ἀληθείᾳ καὶ συντετριμμένῃ καρδίᾳ καὶ στόματι ἐξομολογ. . . . . ἄφεσιν χρηστευόμεθα· καὶ ἐν τῇ ἀνταποδώσει τῶν δικαίων, τῆς αἰωνίου σωτηρίας αὔξησιν ὑπισχνούμεθα. ἐκείνοις δὲ οἵτινες οὐκ ἐν τοῖς ἰδίοις σώμασιν ἐκεῖσε προσέλθωσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς αὐτῶν ἀναλώμασι καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν εὐπορίαν καὶ ποιότητα, ἄνδρας εἰδήμονας ἀποστείλωσι· κἀκείνοις D ὁμοίως *, κἂν ἐν ἀλλοτρίαις ἐξόδοις, οἰκείοις δὲ σώμασι προσέλθωσι, πεπληρωμένην τὴν αὐτῶν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν στέργομεν. ταύτης δὲ τῆς ἀφέσεως θέλομεν καὶ στέργομεν εἶναι μετόχους κατὰ τὴν ποσότητα τῆς ὑπουργίας τε καὶ εὐνοίας διάθεσιν, οἵτινες εἰς ἐπικουρίαν τῆς αὐτῆς γῆς ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀγαθῶν λυσιτελῶς λειτουργήσουσιν, ἢ περὶ τὰ προειρημένα βουλὴν καὶ βοήθειαν παρέξουσι δέουσαν. πᾶσι δὲ τοῖς . . . . . . . . . ἐν τῷ δὲ τῷ ἔργῳ ἡ ἁγία καὶ E καθολικὴ σύνοδος, τῶν κανόνων, καὶ τῶν προσευχῶν αὐτῆς καὶ εὐλογιῶν κατευόδωσιν καὶ χαρίτων ἐπιμερίζει. ἵνα τούτοις ἀξίως εὐοδωθῇ πρὸς σωτηρίαν. Αμήν.

* Deeſt οἵτινες

ADDI-

# ADDITIO G. C. AD CONCILIUM LATERANENSE IV.

I. *Decretum in hac ſynodo fuit, ut ditio comitis Toloſani, quam Innocentius cuſtodiendam commendaverat Simoni comiti Montisfortis, ut paulo ante dictum in concilio Monſpelienſi; in plena Simonis ejuſdem poteſtate ac poſſeſſione in poſterum eſſet. De quo ſic Petrus Valis-ſarnenſis, hiſtor. Albig. cap.* 83. Anno Verbi incarnati MCCXV. menſe Novembri, dominus papa Innocentius III. convocatis patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, & aliis eccleſiarum prælatis in Lateranenſi eccleſia, celebravit in urbe Roma generale concilium & ſolemne. Inter alia quæ ordinata fuerunt in concilio & ſtatuta, tractatum fuit de negotio fidei contra Albigenſes. Venerat enim ad oncilium Raimundus, quondam comes Toloſanus, & filius ejus: comes etiam Feuxi, pacis & fidei manifeſtiſſimi turbatores, ſupplicaturi concilio, pro recuperatione terræ ſuæ, quam perdiderant, Divina diſponente cenſura, ſuffragante auxilio ſignatorum. Comes vero nobilis Montiſfortis miſit illuc fratrem ſuum germanum Guidonem de Monteforti, alioſque fideles nuncios & diſcretos. Verum quidem eſt, quod fuerunt ibi aliqui, etiam quod eſt gravius, de prælatis, qui negotio fidei adverſi, pro reſtitutione dictorum comitum laborabant: ſed non prævaluit conſilium Achitophel, fruſtratum eſt deſiderium malignorum. Dominus etenim papa, approbante pro majori parte & ſaniori ſacroſancto concilio, in hunc modum ordinavit de negotio memorato. Statuit ſiquidem & providit, quod Toloſa civitas & aliæ terræ a Cruceſignatis obtentæ, concederentur comiti Montisfortis, qui in prædicto negotio viriliter & fideliter laboravit ſupra omnes: terram vero quam comes Toloſanus habuerat in Provincia, cuſtodiri voluit ſummus pontifex, ut de illa fieret proviſio in parte vel in toto, filio dicti comitis Toloſani: ſi tamen per certa fidelitatis & bonæ converſationis indicia oſtenderet ſe miſericordia dignum eſſe.

*Præſtat autem decretum ipſum edere ex Dacheriani Spicilegii Tomo VII.*

### SENTENTIA DE TERRA ALBIGENSI.

Quantum eccleſia laboravit per prædicatores & cruceſignatos ad exterminandum hæreticos & ruptarios de provincia Narbonenſi, & partibus ſibi vicinis, totus pene orbis agnoſcit. Et quidem per Dei gratiam & ſolicitudinem noſtram valde profecit, cum exterminatis utriſque, terra ipſa in fide catholica & pace fraterna nunc ſalubriter gubernetur. Quia vero novella plantatio adhuc indiget irrigari, ſacro conſulto concilio ita duximus providendum: ut Raymundus Toloſanus comes, qui culpabilis repertus eſt in utroque, nec unquam ſub ejus regimine terra poſſit in fidei ſtatu ſervari, ſicut a longo tempore certis indiciis eſt compertum, ab ejus dominio, quod utique grave geſſit, perpetuo ſit excluſus, extra terram in loco idoneo moraturus, ut dignam agat pœnitentiam de peccatis. Verumtamen de proventibus terræ pro ſuſtentatione ſua quadringentas marcas percipiat annuatim, quandiu curaverit humiliter obedire. Uxor vero ipſius comitis, ſoror quondam regis Arragonum, cui ab omnibus laudabile teſtimonium perhibetur, quod ſit mulier honeſta & catholica, terras ad ſuum dotalitium pertinentes integre habeat & quiete. Ita tamen ut eas ſic ad mandatum eccleſiæ faciat cuſtodiri, quod per ipſas negotium pacis & fidei non valeat perturbari; vel pro illis ſecundum apoſtolicæ ſedis arbitrium recompenſationem accipiat competentem. Tota vero terra quam obtinuerunt cruceſignati adverſus hæreticos, credentes, & fautores ac receptores eorum, cum Monte Albano, atque Toloſa, quæ magis hæretica labe corrupta, dimittatur & concedatur (ſalvo per omnia catholicorum jure virorum, mulierum, & eccleſiarum) comiti Montis-fortis viro ſtrenuo & catholico, qui plus ceteris in hoc negotio laboravit, ut eam teneat ab ipſis a quibus de jure tenenda eſt. Reſidua autem terra, quæ non fuit a cruceſignatis obtenta, cuſtodiatur ad mandatum eccleſiæ per viros idoneos, qui negotium pacis & fidei manuteneant, & defendant: ut provideri poſſit unico adoleſcenti filio præfati comitis Toloſæ, poſtquam ad legitimam ætatem pervenerit, ſi talem ſe ſtuduerit exhibere, quod in toto vel in parte ipſi merito debeat provideri, prout magis videbitur expedire.

II. *Stephani Cantuarienſis cauſam ibidem eſſe diſceptatam docet Matth. Pariſ.* In hoc, *inquit*, concilio, ſteterunt contra Stephanum archiepiſcopum Cantuarienſem procuratores regis Anglorum, abbas videlicet de Bello loco, Thomas de Hundintona, & Godefridus de Croucumbe, milites, conſtanter accuſantes eum de conniventia baronum Angliæ, quodque ipſius favore & conſilio iidem barones dictum regem a ſolio depellere molirentur. Et cum a ſede apoſtolica litteras accepiſſet, ut dictos magnates per cenſuram eccleſiaſticam a perſecutione regis refrænaret: ipſe id facere diſſimulans, ab epiſcopo Wintonienſi & ſuis conjudicibus Divinorum celebratione & ingreſſu eccleſiæ ſuſpenſus, ſicque ad concilium properans, manifeſtis indiciis ſe ſe fuiſſe præceptis apoſtolicis rebellem oſtendit. His & aliis multis in hunc modum allegatis, archiepiſcopus quaſi convictus, & non mediocriter confuſus, nihil reſpondit, niſi quod a ſuſpenſione petiit abſolvi. Cui papa cum indignatione tale fertur dediſſe reſponſum: Frater per ſanctum Petrum non ita de facili beneficium abſolutionis impetrabis, qui non ſolum ipſi Anglorum regi, verum etiam Romanæ eccleſiæ tot & tales injurias irrogaſti. Volumus quoque cum plena fratrum noſtrorum deliberatione decernere, qualiter tam temerarium puniamus exceſſum. Tandem habito ſuper hoc cum cardinalibus tractatu, ſuſpenſionis ſententiam in ipſum archiepiſcopum ſubſcriptis litteris confirmavit.

*Hæc de cauſa Stephani Cantuar. & de patriarchis Maronitarum in notas ſuas, quæ mox ſequentur, Binius conjecerat.*

*Innocentius epiſcopus univerſis Cantuarienſis eccleſiæ ſuffraganeis ſalutem.*

„ AD communem volumus notitiam pervenire, quod ſuſpenſionis ſententiam, quam

ANNO CHRISTI 1215.

„ quam venerabilis frater noſter P. Wintonienſis epiſcopus, & dilectus filius P. ſubdiaconus, & familiaris noſter Norwicenſis clericus, in Stephanum Cantuarienſem archiepiſcopum authoritate apoſtolica protulerunt, ratam habemus, & præcipimus inviolabiliter obſervari; donec idem archiepiſcopus, qui eam humiliter ſervat, mereatur ab ipſa, juxta formam eccleſiæ canonice præſtitam, relaxari, uno vinculo in aliud commutato. Quocirca univerſitati veſtræ per apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus & vos epiſcopi præſcriptam ſententiam firmiter obſervetis, cum interim nullam eidem debeatis obedientiam exhibere.

Datum Laterani, pridie Nonas Novembris.

His ita geſtis, canonici Eboracenſis eccleſiæ præſentaverunt domino papæ magiſtrum Simonem de Langetona, poſtulantes ut ejus electionem confirmaret. Quibus papa: Noveritis quod ipſum non habemus pro electo, quia illum ad tantam dignitatem promoveri certis de cauſis non patiemur. Et cum præcipue contra prohibitionem noſtram iſta ſit electio celebrata, nos eam caſſamus penitus, & in perpetuum damnamus: decernentes utique ut ineligibilis fiat, ne abſque diſpenſatione ſedis apoſtolicæ contingat ad pontificalem eligi dignitatem. Caſſata igitur electione prædicta dominus papa canonicis præcepit, ut ſtatim in electione procederent: ſin minus, ipſe eis paſtorem provideret idoneum. Tunc canonici, ſicut prius proviſum fuerat, poſtulaverunt Walterum de Grai, epiſcopum Wigornienſem, propter carnis munditiam, ut aſſerebant, ut qui ab utero matris virgo permanſerat uſque in præſentem diem. Ad hoc dicitur papa reſpondiſſe: per ſanctum Petrum virginitas magna virtus eſt, & nos eum damus vobis. Itaque accepto pallio, epiſcopus memoratus rediit in Angliam.

III. Patriarcha Maronitarum, qui, ut ſupra in vita Lucii papæ III. authoritate Tyrii aſſeruimus, tunc temporis, relictis Monothelit. erroribus, ad fidem catholicam acceſſerunt, ſub Innocentio Papa III venit ad hoc concilium Lateranenſe: ubi pleniſſime res ad fidem catholicam ritusque ſacros ſpectantes edoctus, ſuos eoſdem ſequi voluit: ſicque ſemper in fide catholica immobiles, quantumvis infidelium preſſuris agitarentur, perſtiterunt, ut litteræ illorum ad Leonem X. redditæ, quæ, teſte Baronio anno 1182. numero 4. extant, aperte teſtantur.

IV. *De Toletano primatu hic quoque agitata controverſia: cujus diſceptatio ex Toletanæ eccleſiæ codice MS. refertur a Garſia Loaiſa in notis ad decretum Gundimari.* In hoc generali ſynodo, *ait MS. codex*, Rodericus archiepiſcopus Toletanus, & Hiſpaniarum primas, de facultate Pontificis, latine concionatus eſt. Sed quia ex diverſis mundi provinciis, tam clerici, quam laici convenerant, ut omnibus ſatisfaceret, rationes & teſtimonia latino ſermone prolata, laicis & maternis linguis, ſingulis exponebat, Romanis videlicet, Theutonicis, Francis, Anglis, Navarris, & Hiſpanis. Hujuſmodi autem prædicationis expoſitio valde placuit; utpote quæ admirationem omnibus, propter concionatoris acumen, & ingenii ſubtilitatem, attulit: cum ab Apoſtolorum tempore auditum non ſit, aut ſcriptum reperiatur, quemquam ad populum eandem concionem habuiſſe, tot, ac tam diverſis linguis cuncta exponendo. In eodem autem concilio obtinuit, ut per decennium, legati munere in Hiſpania fungeretur. Sed ultra permiſſum eſt illi, ut cum trecentis illegitime natis diſpenſare poſſet: ut ex his ad ſacros ordines quidam, alii vero ad beneficia etiam animarum curam habentia, reliqui ad dignitates, & honores, ejus voluntate promoverentur, & ut cum aliquibus excommunicatis, ſacrilegis, irregularibus, & concubinariis diſpenſaret. Eſt etiam conſequutus, ut quamprimum civitas Hiſpalenſis redderetur cultui Chriſtiano, ſine ſtrepitu judicii, jure primatus eccleſiæ Toletanæ ſubeſſet. Obtinuit etiam, ut omnes eccleſias tam cathedrales, quam alias, quæ in omnibus Hiſpaniarum regnis ex Maurorum poteſtate in Chriſtianorum ditionem pervenirent, poſſet pro ſuo libito canonice ordinare, & non ſolum clericos, ſed canonicos & prælatos in eiſdem recenter creare. Et quoniam velut umbra cuncta prætereunt, & quæ geruntur in tempore, cum tempore dilabuntur: non abs re priſcis, noſtriſque temporibus ſtatutum eſt, quæ æterna digna ſunt propagatione, ſcriptis mandentur, & monumentis æternis, ut nulla poſſint oblivione deleri. Ideoque notum ſit omnibus hominibus præſentem paginam inſpecturis, quod in eodem concilio apud Lateranum præfatus dominus Rodericus Toletanæ ſedis archiepiſcopus, Hiſpaniarum primas, impetrata audientia ab eodem papa, propoſuit in pleno conſiſtorio coram ipſo, & cardinalibus, & pluribus archiepiſcopis, & epiſcopis, & abbatibus, & canonicis, & aliis clericis, querimoniam de Bracarenſi, & Compoſtellano, & Tarraconenſi, & Narbonenſi archiepiſcopis: quod nollent ei, tanquam primati ſuo, debitam obedientiam præſtare. Et ut probaret illorum ſe primatem eſſe, oſtendit privilegia & legit, Honorii, Gelaſii, Lucii, Hadriani, & ejuſdem Innocentii III. Romanorum Pontificum, quibus continebatur & manifeſtiſſime probabatur, Toletanum archiepiſcopum Hiſpaniarum eſſe primatem. Addidit etiam idem archiepiſcopus Toletanus, habere ſe alia plura privilegia, & monimenta, & ſcripta, quibus oſtendebatur eſſe ſe Hiſpaniarum primatem. Oſtendit etiam eadem die, & legit ibi ſententiam Hyacinthi cardinalis apoſtolicæ ſedis legati, latam in archiepiſcopum Bracarenſem, qua jubebatur, ut Toletano archiepiſcopo, tanquam primati ſuo obediret. Legit etiam exequutionem Hyacinthi miſſam ſuffraganeis eccleſiæ Bracarenſis, in qua eis præcipiebat, ut Toletano archiepiſcopo tanquam primati ſuo, debitam reverentiam & obedientiam exhiberet. Unde obnixe petebat, ut jus ſuum ſibi redderetur.

Cui reſpondit archiepiſcopus Bracarenſis, qui fuerat ad hoc ſpecialiter citatus, ſicut fuit poſtea per ipſum papam, & teſtes legitimos ſufficienter probatum, conteſtari ſe litem in præſentia ejuſdem papæ, propterea quod non fuerat ad hoc citatus, & ideo ſe non debere reſponſum dare: & ſententiam prædicti Hyacinthi penitus ſe ignorare affirmavit. Dominus autem Toletanus, impetrata a domino papa audientia, reſpondit.

Pater ſancte, mirum non eſt, ſi Bracarenſis, qui præſens eſt, citationem apoſtolicam, & Toletanæ eccleſiæ primatum, & domni Hyacinthi ſententiam, hac de re latam deneget, ſeu non erubeſcat ſupprimere: cum olim præde-

ANNO CHRISTI 1215.

deceſſor ſuus Burdinus archiepiſcopus Bracarenſis, non ſolum contra Romanam eccleſiam, quæ omnium eccleſiarum mater eſt & magiſtra, non erubuit recalcitrare: ſed tanquam alter Arius, viſus ſit inter catholicos ſempiternam ſchiſmatis diſcordiam ſeminare. Cujus rei talem affero probationem. Cum dominus Bernardus quondam archiepiſcopus Toletanus Romanam curiam viſitaſſet, & ad propria rediens, per Lemovicenſem civitatem tranſiſſet, deduxit ſecum inde clericos & pueros in Toletana eccleſia collocandos & nutriendos: inter quos Burdinum, de quo ſit ſermo: quem non ſolum bonis ditavit, ſed etiam litteris erudiendum curavit; quem deinde creavit archidiaconum Toletanum. Hic vero cooptatus in Conimbricenſem epiſcopatum, antiquum nomen mutavit, & pro Burdino, Mauricius appellari voluit. Progreſſu temporis ad inſtantiam domini Bernardi, cujus alumnus extiterat, in archiepiſcopum Bracarenſem aſſumptus eſt. Cum autem videret dominum Bernardum ſenio confectum, immemor acceptorum beneficiorum, depoſita ovina pelle, non erubuit lupinam induere. Acceſſit itaque ad curiam, & a domino Paſchali papa II. obnixe petiit, ut domino Bernardo ſene jam & inutili amoto, in ejus locum ſe ſubſtitueret in Toletana eccleſia. Cujus preces domnus papa, tanquam frivolas & inanes nihili fecit. Interim orta eſt diſcordia inter Paſchalem papam II. & Othonem * imperatorem. Hic autem Mauricius, ſive Burdinus, exiſtimans notam ſibi eſſe inuſtam, quod in petitione eccleſiæ Toletanæ repulſam ſit paſſus, acceſſit ad Imperatorem, & modis omnibus ad ſummum pontificatum aſcendere conatus eſt: & validiſſimo Imperatoris inſtructus exercitu, urbem Romanam ingreſſus, tanquam ſacrilegus & apoſtata, non erubuit Paſchalis veri pontificis apoſtolicam uſurpare ſedem: & ſumpto Gregorii octavi nomine, commentitiis & falſis bullis, per univerſum orbem apoſtolicas, immo apoſtaticas litteras dirigebat. Interim vita functus eſt Paſchalis, in cujus locum ſuffectus eſt Gelaſius ſecundus: permanente adhuc diſcordia mortuus eſt. Huic ſucceſſit Alexander * III. qui cum Imperatore Othone * in gratiam rediit, & pacem inter imperium & eccleſiam Romanam conſtituit. Deinde Burdinus, ſeu Mauritius, tanquam ſacrilegus & excommunicatus, incluſus eſt in perpetuum in Calabria, in quandam caveam, in monaſterio ſanctæ Trinitatis Scapile. Hoc non ſolum authentica hiſtoria teſtatur, verum etiam laicorum pictura hoc aſſerit & proteſtatur Si quis aſtantium hac de re dubitat, tollat oculos ad præſentis hujus loci parietes, & videbit hujuſmodi hiſtoriam picturatam. Erigentes autem oculos, omnia, ut dixerat, viderunt: & domini Toletani ſubtilitatem & peritiam collaudantes, cœperunt tum admurmurare, tum etiam in domini Bracarenſis faciem intendere, quæ magno jam erat rubore perfuſa.

* Corr. Henricum.

* Corr. Calliſtus.

* Corr. Henrico.

Compoſtellanus ſimiliter eadem die in pleno conſiſtorio reſpondit: Pater ſancte, certe deriſoria videtur petitio domini Ruderici, quod eccleſia Compoſtellana tam antiqua & nobilis, condita in honorem apoſtoli Jacobi Domini conſanguinei, qui primo in Hiſpania verbum Domini ſeminavit, & infinitos ad fidem Chriſti convertit, cujus corpus in eadem eccleſia requieſcit, nunc (quod abſit) obediat eccleſiæ Toletanæ. Dominus autem Rudericus archiepi-



A ſcopus Toletanus, petita & obtenta a domino Papa facultate reſpondit: Pater ſancte, o utinam cauſa iſta in rationibus reverendi archiepiſcopi Compoſtellani nunc propoſitis remaneret, & aliæ undique allegationes ceſſarent: maxime ſi per prædicta credat ſe poſſe defendere, Toletanæ eccleſiæ ſe nullam debere obedientiam: ad quod breviter reſpondeo. Cauſa mea deriſoria fortaſſe videbitur, non tamen ſapientibus, ſed inſipientibus. Si antiquitatem Compoſtellanæ eccleſiæ pro te facere exiſtimas, antiquitas illa centum & novem ſpatio annorum continetur: quod ſic perſuadeo. Dominus Calliſtus papa, ad inſtantiam principis, cleri, & populorum Hiſpaniæ, metropolicum jus an-

B tiquæ & celeberrimæ civitatis Emeritenſis Compoſtellam tranſtulit anno Domini MCXXIV. tum quia civitas Emeritenſis erat ſub dominio Saracenorum conſtituta, tum quia peregrinantium devotio, qui ob reverentiam beati Jacobi, cujus corpus ibidem creditur eſſe ſepultum, in melius ſemper creſceret. Nam uſque ad hæc tempora oratorium quoddam admodum parvum erat locus ille, in quo nunc ſita eſt Compoſtellana eccleſia. Antiquior eſt ergo eccleſia Toletana, quæ fundata eſt a tempore Eugenii, qui Pauli Apoſtoli fuit diſcipulus. Si nobilitate eccleſiæ ſuam tueri cauſam nititur, propter invocationem beati Jacobi: licet apoſtolorum appellatio nobilis ſit & illuſtris, nobilior tamen

C eſt & illuſtrior beatæ Virginis, cujus invocatione & nomine eccleſia quæcumque augustiſſima & celeberrima efficitur, & potiſſimum Toletana, quam ipſa Virgo ſanctiſſima præſentia ſua inviſere voluit, atque dignata eſt, cum quondam beato Ildephonſo archiepiſcopo Toletano ſacrificium Domino offerenti, & omnibus præſentibus qui Divinum audiebant officium, ſe viſibilem præbuit. Si præterea in tuæ cauſæ confirmationem conſanguinitatem Domini inducit: certo nemo ſanæ mentis ignorat, arctiori conſanguinitatis vinculo B. V. Domino copulatam eſſe, quem concepit, peperit, nutrivit, & uſque ad crucis patibulum & ſepulchrum ſequuta eſt. Si inducat etiam primam verbi promulga-

D tionem, & plurimorum converſionem ad fidem Chriſti in Hiſpania, qui Divinam paginam noverunt, teſtimonium perhibeant. Ego tantum legi datam ei fuiſſe poteſtatem prædicandi in Hiſpania: ſed interim cum per Judæam, & Samariam Divinam legem ſeminaret, ſub Herode Hieroſolymis truncato capite, exhalavit animam & Domino reddidit. Quomodo ergo prædicavit, quo nondum ingreſſus eſt? Aut ſine prædicatione, quos obſecro, convertit ad Dominum? Memini bene in primis me annis accepiſſe a quibuſdam ſanctis monialibus, & religioſis viduis, paucos admodum ejus prædicatione ad fidem converſos eſſe: in qua cum tam exiguos progreſſus effici videret, in patriam re-

E verſus, fato functus eſt. Si nobilitatem etiam ſepulturæ inducant, quod ibi D. jaceat Jacobus, libenter aſſentior cum his, qui illud aſſerunt: licet quidam affirment, corpus ejus Hieroſolymis requieviſſe; poſtea raptum a diſcipulis, delatum eſſe & ſepultum apud Compoſtellam. Abſit autem ut propter gloriam hujus primatus, aſſeram corpus beatæ Virginis, quod firmiter credimus in cœleſtibus cum Domino glorioſum eſſe, in eccleſia Toletana fuiſſe aliquando ſepultum, pedibus humanis quotidie conculcandum. Membratim enim me dilaniari potius paterer, quam ad hoc affirmandum animum adji-

adjicere. Videat ergo dominus Compoſtellanus, an debeat eccleſiæ Toletanæ faſces ſubmittere. Sed omiſſis rationibus, ſi placet, reſpondeat propoſitæ quæſtioni. Dominus autem Compoſtellanus reſpondit, quod licet Toletanus eſſet Hiſpaniarum primas, quod falſiſſimum erat, non tamen ejus ſuffraganei deberent in aliqua re obedire. Qua reſponſione multi crediderunt, Compoſtellanum conteſtatum eſſe litem.

Pro Tarraconenſi autem archiepiſcopo, qui non aderat, reſpondit epiſcopus Vicenenſis * ſuffraganeus ejus, pro ſe & pro aliis ſuffraganeis ejus abſentibus: Toletanum archiepiſcopum nec eſſe primatem, nec ſe debere illi in aliquo obedientiam præſtare.

* Cerr Vicenſis.

Narbonenſis qui tunc aberat, ſequenti die in pleno conſiſtorio reſpondit, ſe ad hoc citatum non fuiſſe.

Acta ſunt hæc apud Lateranum octavo Idus Octobris, anno Incarnationis Dominicæ MCCXV. pontificatus domini Innocentii papæ III. anno XVIII. Hæc ex libro MS. eccleſiæ Toletanæ.

Quæ omnia peregit publice Rudericus Ximenius Romæ in ſui primatus cauſa, quam obtinuit. Nam ſummus pontifex primatus honorem eidem coram omnibus detulit; ſicut ante in diplomate conceſſerat: idemque Honorius, & Gregorius ejus ſucceſſores probaverunt.

G. C. *Contrarium aſſerit Mariana lib.* XII. *cap.* IV. *nempe pontificem non pronunciaſſe*: Roderici, *inquit*, orationem, cum Bracarenſis qui aderat, & Auſetanus epiſcopus pro Tarraconenſi, refellere aggreſſi eſſent, abeſſent alii quorum intererat: lite integra diſceſſum eſt, neutro inclinatis ſententiis. *Idem ait Surita, Annal. lib.* II. *cap.* LXVIII. *Quibus ſuffragantur epiſtolæ duæ Honorii Papæ III. qui Innocentio III. ſucceſſit, altera ad Rodericum Toletanum, altera ad Bracarenſem archiepiſcopum: quibus ex litteris conſtat, cauſam ab Innocentio non fuiſſe judicatum.*

V. *Stero in chronico ad hunc annum.* In hac Synodo Kymenſis epiſcopatus inſtituitur: ad quam ſedem Rugerus primum epiſcopus ordinatur. *Idem narratur in chronico Saliſburgenſi.*

VI. *Godefridus monachus in Annal. ad ann. MCCXV.* In hoc concilio Orientalis eccleſia, quod antea inauditum fuit, ſe ſubditam Romanæ eccleſiæ exhibuit. Nam Conſtantipolitani duo in patriarcham electi Romam venerunt. Qui ambos conſilio cardinalium depoſuit, & tertium ſubſtituit & inveſtivit, & ad ſedem propriam remiſit.

VII. *Actum eſt in eodem concilio de rebus imperii, quod Friderico aſſertum eſt, repugnante nequicquam Ottone: ut ex Richardi de S. Germano chronico MS. ediſſerit Odoricus Raynaldus his verbis*: Scribit Richardus, omnium principum nuncios ad concilium illud confluxiſſe, in quo non modo de apparanda crueeſignatorum expeditione ad impiam Saracenorum tyrannidem evertendam, verum de imperii rebus erat agitandum: miſſeque oratores ſuos Othonem ac Fridericum; alterum, ut obtenta venia imperium recuperaret, e quo dejectus fuerat; alterum, ut ſibi aſſereret: atque etiam aſperioribus utrinque certatum. Quippe cum Othonis orator, Mediolanenſis genere, omnibus illum eccleſiæ imperiis demiſſe pariturum proponeret, atque ut in gratiam cum eccleſia reſtitueretur, urgeret: reſtitit marchio Montisferrati, atque acriter Othonis preces ſex de cauſis non admittendas contendit. Primum, quod datum Romanæ eccleſiæ ſacramentum infregiſſet: ſecundo, quod ea ob quæ occupata anathemate defixus eſſet, adhuc detineret, nec redderet, uti juratus ſpoponderat: tertio, quod epiſcopum eccleſia ejectum foveret: quarto, quod legatum epiſcopum ſumma temeritate atque audacia in carcerem conjeciſſet: quinto, quod per ſummum Romanæ eccleſiæ majeſtatis contemptum, Regem Fridericum, regem presbyterorum appellaſſet: ſexto, quod virginum Deo devotarum ædes evertiſſet, ut arcem excitaret.

Adjecit, Mediolanenſium pariter orationem reſpuendam, tum quod anathematis vinculis ob partes Othonianas amplexas irretiti; tum quod eorum civitas Patarenos hæreticos in gremio foveret. Objecta diluere ac retorquere aliis nitentibus, exulcerati animi in aſperiora verba prorupere. Quo viſo Innocentius, aſſurgens e pontificio ſolio, manu ſilentio indicto ſacrum ſenatum dimiſit. Cumque a B. Martini, ad S. Andreæ feſtum ter concilium coegiſſet, electionem principum, qui Fridericum ſalutarant imperatorem, confirmavit.

VIII. *Hic quoque excommunicati Anglicani proceres, eorumque fautores, qui Joannem Angliæ regem regno privare moliebantur. Qua de re hanc epiſtolam conſequente anno, ſcripſit Innocentius a Matthæo Pariſio relatam.* Ad veſtram volumus notitiam pervenire, quod nos nuper in generali concilio conſtituti, excommunicavimus & anatematizavimus ex parte omnipotentis Dei, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, authoritate quoque beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, ac noſtra, barones Angliæ cum adjutoribus & fautoribus ſuis, qui Joannem illuſtrem regem Anglorum cruceſignatum & vaſſallum Romanæ eccleſiæ perſequuntur, molientes ei regnum auferre, quod ad Romanam eccleſiam noſcitur pertinere. Inſuper excommunicavimus & anathematizavimus omnes illos, qui ad occupandum vel invadendum regnum ipſum, aut impediendum euntes in ejuſdem regis ſuccurſum, operam vel opem impenderunt, & terras eorumdem baronum eccleſiaſtico ſubjicimus interdicto, &c.

Datum Laterani XVII. Kal. Jan. Pontif. noſtri anno 18.

IX. *De componendis Cypriis eccleſiis eadem in ſynodo actum eſt: ut ex hiſtoria Cypria Gallice a Stephano Luſiniano conſcripta intelligimus.* Abſente, *inquit*, Hugone Luſiniano rege, & bellis adverſus Saracenos occupato, ejus conjux Aloiſia regina nuncios ad Lateranenſe concilum cum mandatis miſit, qui peterent, ut quies reſtitueretur eccleſiæ Cypriæ, tum valde perturbatæ, quod Græcis epiſcopis qui in inſulam omnem poteſtatem exercebant, parere Latini nollent. Item, ut Salaminius archiepiſcopus, qui everſa Salamina Famaguſtam translatus fuerat, Nicoſiam Famaguſta transferretur, in qua nobilitas univerſa, regiuſque comitatus, & Latini omnes verſabantur. Annuit concilium Reginæ poſtulatis. Nicoſiam translatus archiepiſcopatus: creatus Latinus archiepiſcopus, qui Latinis tantum præeſſet, cui & Græci ipſi paruerunt, ſublato e vivis Græco archiepiſcopo Simone. Tres alii Latini epiſcopi inſtituti, Famaguſtanus, Nemoſienſis, Paphius: & Græci epiſcopi quatuordecim ad Latinorum numerum redacti, iiſdemque in urbibus. Quibus defunctis,

ctis, eorum eccleſiæ ac decimæ Latinis attributæ ſunt: certo tantum ſtipendio Græcis conceſſo. *De iiſdem Græcorum & Latinorum pacificandis & ordinandis eccleſiis, edita eſt poſtea Cypria conſtitutio Alexandri IV. quam inferius exhibebimus.*

X. *Crucigerorum ordinem in hoc concilio reſtitutum eſſe ac confirmatum, refert Philippus Bergomas ſupplementi chronicorum lib. XII. ad hunc annum.* Ordo crucigerorum, *inquit*, ea in ſynodo, jamdiu inchoatus, ſed aliquando intermiſſus, ab ipſo Innocentio pontifice reſtituitur & confirmatur, ac multis favoribus roboratur. Id quam maxime factum eſt, quod quædam Albanenſium peſtifera hæreſis ſurrexerat, quæ tantam in populo Romano cleroque ſeditionem excitaverat, quantam unquam antea. Quam ob cauſam pontifex ipſe multos crucesignatos impulit contra eos arma ſuſcipere. Quibus hæreticis devictis, Crucigerorum ordinem jamdiu ſopitum & oblitteratum inſtaurans, multis privilegiis & gratiis mirabiliter auxit. Eidem autem ordini poſtmodum Innocentius IV. devotione affectus, apud Lugdunum exiſtens, regulam compoſuit & dedit, in qua inter cetera præcepit ipſis religioſis, ſemper crucem in manibus deferre. Ipſius vero ordinis authorem & ducem Quiriacum, Hieroſolymitanum epiſcopum & martyrem, tempore Conſtantini magni & Helenæ natum, primum fuiſſe tradunt. Qui cum a Juliano apoſtata cum multis Chriſtianis paſſus fuiſſet, idem ordo ad nihilum ferme uſque in præſens redactus eſt. Ipſe enim ſanctus Quiriacus, ille Judas fuit, qui crucem Domini ſanctæ Helenæ oſtendit: & viſis miraculis crucis inventæ, poſtea devotioni crucis affectus, factus epiſcopus, ordinem hunc excitavit. *Eadem refert Sabellicus, Enn. IX. lib. VI. & antiquiorem multo hujus ordinis originem facit. Silveſter Marulus in hiſtoria ſacra, quicquid ad ejus initia, progreſſum, detrimentum, reſtaurationem attinet, ex variis authoribus collecta repræſentat.*

Apud Surium 1. Aug. tom. 4.

XI. *Interfuiſſe hoc concilio S. Dominicum, & approbaſſe Innocentio pontifici concilium inſtituendi Prædicatorum ordinis, ſic narrat Theodoricus in ejus vita, lib. I. c. ult.* Anno Chriſti MCCXV. cum ex omnibus orbis partibus ad concilium generale Romam proficiſcerentur epiſcopi & prælati, venerabili & ſancto viro Fulconi Toloſano epiſcopo eo contendenti piiſſimus Chriſti miniſter Dominicus adjunctus eſt: quos ita caritas inter ſe colligarat, & ſpiritus Jeſu moderabatur, ut ſalutem animarum ardentiſſimo zelo ſitirent. Tempus igitur opportunum rati ſe adeptos, quod jampridem conceptum & deliberatum erat de inſtituendo ordine Prædicatorum, ſummo pontifici explicare ſtatuerunt. Cumque ea, qua par erat, humilitate & reverentia pontifici ſua vota expoſuiſſent: viſus eſt initio nonnihil ſe opponere Domini diſpenſator. Proxima nocte videt idem Chriſti vicarius in ſomnis eccleſiam Lateranenſem gravem minitari ruinam. Tremefactus igitur & mœrens, videt e diverſo virum Dei Dominicum accurrentem, & ſuis humeris totam illam ruinoſam fabricam ſuſtentantem. Ejus viſionis novitatem admirans ſapiens pontifex, & quid ea ſibi vellet, ſagaciter animadvertens, oblatas ipſi preces hilariter admiſit, & pium propoſitum commendavit. Hortabatur vero beatum Dominicum, ut ad ſuos rediret fratres, communicatoque cum eis conſilio, regulam quandam approbatam deligeret, quam ordo inchoandus ſectaretur, atque ita ad ipſum rediens confirmationem ordinis pro voto reportaret.

XII. *Approbatum eſſe ab eodem concilio Minorum ordinem refert Vaddingus, teſteſque profert multos, quorum aliquot nondum typis editi.* Dum, *inquit*, Romæ jam omnia erant in promptu, ut inciperetur frequentiſſimum & celeberrimum concilium univerſale Lateranen. menſe Novembri, ut habet Matthæus Pariſ. & Abbas Uſpergenſis, & XVII. ejuſdem menſis die, ut peculiariter notat Marianus, venit in Urbem ſanctus patriarcha, in dicto concilio de rebus ſui inſtituti acturus, quod & fecit. Nam ad ejus inſtantiam, ut his verbis rem refert Marianus Dominus papa coram omnibus ordinem ſuum eſſe approbatum pronunciare fecit, & regulam per ipſum prius ſine bulla approbatam manifeſtare fecit. Idemque expreſſe aſſerunt B. Leo in legenda trium ſociorum, & B. Angelus Clarenus in procemio expoſitionis in regulam Minorum apud me MS. & in caput I. ejuſdem. *Et infra.* Idem confirmat Reverendiſſ. Dom. Gonzaga dicens: Sub Innocentio tertio celebratum fuit Romæ concilium generale, in quo ab eccleſia receptus, approbatus & confirmatus eſt ordo Minorum. Hoc idem velle judico chronicon magnum Belgicum, dum ait: In concilio Lateranenſi conſtitutum fuiſſe ordinem Minorum. In eodem hunc ordinem receptum fuiſſe ſcribunt Jordanus de Saxonia, & S. Antoninus.

XIII. *Intererat huic concilio Jonas Surianorum patriarcha, de quo ſic magnum chronicon Belgicum, ad ann. MCCII.* In partibus Aſiæ majoris verſus Meſopotamiam & Armeniam, quidam Jonas vir venerabilis erat patriarcha in civitate Suſis; in cujus Jonæ manibus, dum Miſſam celebraret more ſuæ gentis, (hoc eſt, ſecundum conſuetudinem Surianorum) tale fertur accidiſſe miraculum, ut panis ille magnus fermentatus, unde fiebat ſacrificium, in parvam & pulchram hoſtiam, ad morem ſacrificii Latinorum, converteretur, & calix ligneus deſtrueretur cum cochlearibus, reperto vero ſanguine in argenteo calice. Et hoc accidit in feſto beati Joannis Baptiſtæ hujus anni. Unde plures Surianorum eccleſiæ, Armenii, Georgiani, & Jacobitæ, ad conſuetudinem ſanctæ catholicæ & Romanæ eccleſiæ, de die in diem per hoc miraculum cœperunt converti. Et iſte Jonas patriarcha magno concilio Romano interfuit, & poſtmodum in patriarcham Alexandrinum promotus eſt.

XIV. *De Simone de Alna Ciſtercienſis ordinis laico, deque prophetico illius ſpiritu admirabilia quædam narrat Cæſarius l. 3. c. 33.* Unde factum, *ait*, ut dominus Innocentius papa ad concilium ſuum generale illum vocaret, vocatumque de pluribus interrogaret: a quo tam ipſe, quam ceteri cardinales, didicerunt experimento, quod ſpiritu polleret prophetico.

IN [a] CONCILIUM LATERANENSE [b] IV. [c] ŒCUMENICUM SIVE UNIVERSALE XII. approbatum, [d] quadringentorum epiſcoporum, & octingentorum aliorum patrum, abbatum, decanorum, & priorum conventualium, [e] contra Albigenſium & [f] Almarici hæreſes & [g] abbatis Joachim errores, pro eccleſia in fide & mo-

ANNO CHRISTI 1215.

& moribus reformanda, [b] proque terra ſan-A cta a Turcis recuperanda celebratum [i] anno Domini MCCXV. tempore Innocentii papæ III. & Friderici imperatoris, vel potius adhuc regis Germaniæ II.

## Notæ Severini Binii.

*Hæc ſynodus ab Innocentio papa indicta.*

a *Concilium.*) Qua authoritate, quo tempore, quaque de cauſa hæc ſacroſancta ſynodus indicta, quis comparendi & inchoandi concilii terminus præfixus fuerit, Matthæus Pariſ. his verbis ſummatim recenſet. *Eodem an. 1215. vocati ſunt a papa Innocentio Romæ ad concilium generale prælati univerſales eccleſiæ, patriarchæ ſcilicet, archiepiſcopi, epiſcopi, primicerii, archidiaconi, decani cathedralium eccleſiarum, abbates, priores, Templarii, & Hoſpitalarii, ut comparerent in præſentia domini papæ in urbe Roma, Kalendis Novembris, ſicut canonicam vitare voluerunt ultionem.* Ad reformandam eccleſiam in fide & moribus, necnon pro terra ſancta a Turcis & Saracenis recuperanda, authoritate Innocentii papæ hanc ſynodum prædicto tempore, loco ac termino indictam eſſe, indicat apertiſſime encyclica illa epiſtola, ab Innocentio papa ad omnes eccleſiæ prælatos & principes tranſmiſſa. *Extat ſupra initio actorum.*

*Ob quam cauſam indicta fuerit.*

*Locus concilii.*

b *Lateranenſe.*) Sic dictum a Lateranenſi eccleſia Salvatoris, quæ Conſtantiniana vocatur: in qua, Matthæo Pariſ. & Urſpergenſe auctoribus, habita fuit: uterque enim de loco concilii iiſdem prope verbis ita ſcribit: *Celebrata eſt Romæ ſancta & univerſalis ſynodus in eccleſia ſancti Salvatoris, quæ Conſtantiniana appellatur,* &c.

*Oecumenicum fuiſſe probatur.*

c *Oecumenicum.*) Præter authores ſupra nominatos id evidens ratio convincit illa, quod omnes patriarchæ per ſe vel per ſuos legatos eidem interfuerint, eique pontifex Romanus præſederit. Unde frater Laurentius Surius in præfatiuncula, quam huic concilio præfixerat, rectiſſime & veriſſime ita ait: *Nemo ſanæ mentis ambigere poteſt, hanc quæ ſequitur ſynodum Lateranenſem cum primis inſignem & vere œcumenicam fuiſſe: quippe in qua de negotiis religionis ſumma Latinæ & Græcæ eccleſiæ concordia tractatum eſt, cuique interfuere patriarcha Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus, & archiepiſcopi tum Latini tum Græci ſeptuaginta, epiſcopi 412. abbates & priores plus 800. ſimul omnes prælati 1215. eo plures. Nec defuere legati Græci & Romani imperatoris, regum Jeruſalem, Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, & aliorum. Quod ſi vero ea cuiquam propterea minus ponderis habere videatur, quod recentior ſit, ille certe Chriſtum mendacem facere velle videtur, qui perennem præſentiam ſuam promiſit eccleſiæ ſuæ, & Spiritum ſanctum ſuum, Spiritum veritatis, qui cum illa maneat in æternum. Manet ſua ſemper catholicæ eccleſiæ authoritas, quam quiſquis contemnere auſus eſt, non ille efficit, ut ea minor ſit, ſed ſe dignum reddit qui ejus pondere penitus opprimatur.* Hæc Surius.

*Numerus epiſcoporum.*

d *Quadringentorum duodecim epiſcoporum.*) Ita Matthæus Pariſ. & Abbas Urſpergenſis hujus temporis ſcriptores: quorum ita fere utriuſque ſunt verba quæ ſequuntur: *Eodem anno, id eſt Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo decimoquinto, celebrata eſt Romæ ſancta & univerſalis ſynodus in eccleſia S. Salvatoris, quæ Conſtantiniana appellatur, menſe Novembri, præſidente papa domno Innocentio tertio, pontificatus ejus anno decimo octavo: in quo fuerunt epiſcopi quadringenti & duodecim. Inter quos fuerunt de præcipuis patriarchæ duo, Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus, Antiochenus vero gravi languore detentus venire non potuit, ſed miſit pro ſe vicarium ſuum Antiidem* [illegible] *ſem epiſcopum, Alexandrinus vero ſub Saracenorum dominio conſtitutus, fecit quod potuit, mittens pro ſe Germanum diaconum ſuum. Primates vero & metropolitani ſeptuaginta ſeptem, abbates & priores ultra octingentos, procuratores quoque archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, priorum, & capitulorum abſentium, tantus non fuit numerus. Legatorum vero imperatoris Conſtantinopolitani, regis Siciliæ in Romanorum imperatorem electi, regis Franciæ, regis Angliæ, Hungariæ, Hieroſolymitani, Cypri, Aragonum, nec non aliorum principum & magnatum civitatum, & aliorum locorum, ingens adfuit multitudo.*

*An 1283. patres huic concilio interfuerint?*

Unde evidenti teſtimonio patet, quod huic concilio interfuerint, non, ut quidam hujus temporis ſcriptores ajunt, bis mille ducenti octoginta tres vel quinque patres conjunctim computati, ſed tantum bis mille ducenti duodecim. Nam ſeptuaginta illi & unus metropolitani, duoque patriarchæ ſupra recenſiti, ſub quadringentis duodecim epiſcopis continentur & computantur, ut patet ex verbis ſupra recitatis.

e *Contra Albigenſium errores.*) Ita ſentiendum exiſtimo, tum quod capitulo 1. & vigeſimoprimo hujus concilii, illa dogmata fidei de principio creationis, corporum reſurrectione, baptiſmo, euchariſtia, pœnitentia, inferno, matrimonio, aliiſque pluribus fidei articulis, hic a patribus concilii aſſerantur & definiantur, quæ Albigenſibus authoribus, ut ſupra in concilio Lateranenſi tertio notavi, impugnabantur: tum etiam quod decreto ejuſdem concilii, ut refert Matthæus Pariſ. datus ſit comitatus Toloſanus Simoni Montiſfortenſi comiti, qui eoſdem Albigenſes Philippi regis Francorum au-

*Quid contra Albigenſes definitum?*

A thoritate, & Germanorum principum ſubſidio fretus, duodecimo fere anno, poſtquam cœperunt bello oppugnari, vel ad pœnitentiam adegit, vel omnino fugavit & extirpavit. De Albigenſium hæreſibus, earumque condemnationibus, vide ſupra ſub Alexandro tertio concilium celebratum anno 1176.

*Almaricus deſcribitur.*

f *Almarici hæreſes.*) Hæreſes Almarici hac ſynodo damnatas eſſe patet cap. 2. Quis autem Almaricus, quæque ejus hæreſes fuerint, Robertus Gaguinus lib. 6. ſub Philippo rege deſcribit his verbis: *Almaricus Carnotenſis, litteris apprime eruditus, cum apud Pariſios non parvam doctrinæ opinionem obtineret, palam docuit quoſque Chriſtianos membra Chriſti corporis eſſe; &, dum a Judæis Chriſtus pateretur, una cum ipſo dolorem atque afflictionem fuiſſe revera perpeſſos. Sed errorem cum tueri non poſſet, damnatus eſt reſipiſcere, & contrariam ſententiam aſſerere. Ob hanc ignominiam contracta animi ægritudine, paulo poſt tempore interiit. Fuere alii præterea litterati homines qui ſingulis divinæ Trinitatis perſonis ſingula tempora per ſucceſſionem tribuerent, aſſerentes Patris omnipotentiam Chriſti adventu deB ſiviſſe, Chriſti vero doctrinam Spiritus ſancti acceſſu exoletam eſſe. Cujus hæreſeos authores, procurantibus Petro Pariſienſi epiſcopo atque Garino conſulari viro, deprehenſi, honoribus & dignitate privati ſunt. Laicos, id eſt qui extra cleri ordinem eſſent, ignis abſumpſit: fœminis vero parcitum eſt. At Almarici cadaver, quod pone divi Martini Pariſienſis eccleſiam ſepultum fuerat, exhumatum & crematum eſt.*

De eodem iſta Genebrardus libro quarto chronologiæ: *Almaricus, ſive Amorricus, Carnotenſis, vir eruditus, ſed hæreticus, convictus eſt viginti errorum, quorum unus erat: Corpus Chriſti non magis eſſe in ſacramento euchariſtiæ, quam in qualibet alia re. Ejus ſequaces cum ejuſdem oſſibus refoſſis Lutetiæ poſtea uſti ſunt.* Hæc Genebrardus. Sanderus lib. 7. de viſibili monarchia, de Almarico agens: *Negabat*, inquit, *aut generationem filiorum, aut diſtinctionem ſexuum, in paradiſo futuram, niſi Adam peccaſſet. Non aliter eſſe corpus Chriſti in pane altaris, quam in alio pane, & in alia qualibet re. Thurificationem quæ in eccleC ſiis utuntur, idololatriam vocabat. Negabat reſurrectionem corporum, paradiſum, infernum, & idearum in mente divina æternitatem. Dicebat quemlibet fidelem teneri, ut credat ſe eſſe membrum Chriſti, & hoc eſſe de articulis fidei.* David Dinantius diſcipulus Almarici, teſte eodem Sandero, dicebat Deum eſſe materiam primam. Quare ſupra cap. 1. concilii Lateranenſis patres concilii haud dubie contra eundem Dinantium aſſeruerunt: *Deus ſimul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem & corporalem.*

*David Dinantius.*

*Vide ſupra Conc. Pariſ. ann. 1209.*

De eodem Prateolus iſta: *Fuit Almaricus natione Gallus, patria Carnotenſis, Lutetiæ Pariſiorum impietatis doctor. Inter veſanos mentis ejus errores, recenſentur præcipui qui ſequuntur.*

*Dicebat, corpus Chriſti non aliter eſſe in pane altaris quam in alio pane, & in qualibet alia re tranſubſtantiationem denegans.*

*Deum ſic locutum fuiſſe in Ovidio ſicut in Auguſtino.*

*Negabat præterea reſurrectionem corporum, paradiſum ſimiliter & infernum: ſed qui in ſe Dei cognitionem habeD ret, illum habere quoque in ſe paradiſum. Qui contra peccatum mortale haberet, eumdem infernum habere in ſe, non aliter quam dentem putridum in ore.*

*Altaria ſanctis dicata, & imagines thurificare, ſanctorumque invocationes, idololatriam eſſe aſſerebat.*

*Non ſolum cum Armenis Adam & Evam nunquam carnali copula jungendos, ſi in ſtatu illo, in quo Deus illos condidit, permanſiſſent; verum etiam ſexuum differentiam nullam, ſed hominum multiplicationem æque atque angelorum futuram affirmabat; contra illud quod in Geneſi ſcribitur.* Creavit Dominus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam; ad imaginem Dei creavit illum maſculum & fœminam creavit illos.

*Gen. 1.*

*Aſſerebat rurſus Deum non videri in ſe, ſed in creaturis, ſicut lumen in aere.*

*Item illud quod alia eſt peccatum mortale, factum in caritate non eſſe peccatum, impunitatem peccatorum promittens.*

*Affirmabat denique ideas, quæ ſunt in mente Divina, & creare & creari poſſe: cum contra, teſte divo AuguſtiE no, in mente Divina nil niſi æternum & incommutabile ſit.*

*Somniabat quoque mentem contemplativi vel beati perdere ſuum eſſe in proprio genere, & redire in illud eſſe ideale quod habuit in mente Divina.*

*Docebat deinde, omnes creaturas in fine in Deum redire, & in ipſum converti, ut ſint unum individuum cum ipſo. Unde per conſequentiam in reſurrectione duplicem fore ſexum negabat.*

Hæc & plura alia inſana cum inſaniret, multoſque ſequacium errore ſuo imbueret, ab epiſcoporum & theologorum Pariſienſium concilio convictus, ex mœrore animi interiit. Multi complices ſenatuſconſulto damnati, & coram univerſo populo exauthorati deinde flammis exuſti, eorumque cineres per ſterquilinium diſperſi ſunt. Tradunt autem, quod cum illi ad ſupplicium ducerentur, tanta oborta ſit aeris inclementia & intemperies, ut nemo dubitaret quin ab eis aer fuiſſet concitatus, a quibus tantus error morientibus fuerat

per-

ANNO CHRISTI 1215.

perſuaſus. Nam dicuntur tunc tam obſtinata mente fuiſſe, ut A non ſolum ad interrogata nullum darent reſponſum, ſed nec in eis in ipſo mortis articulo ullum pœnitentiæ aut ſanæ mentis & reſipiſcentiæ perpendi potuerit indicium. Almaricus a generali concilio Laterani, ea potiſſimum de cauſa celebrato, hæreſeos damnatus & anathemati ſubjectus, poſtea juſſu Philippi Gallorum regis exhumatus exuſtuſque eſt.

*Joachim abbas deſcribitur.*

g *Abbatis Joachim errores.*) Quis abbas Joachim, qui ejus errores ab eccleſia damnati fuerint, indicatur ſupra capitulo ſecundo hujus concilii Lateranenſis. Quo tempore in hunc errorem prædictus abbas inciderit, indicat Matthæus Pariſ. in hiſtoria Anglicana anno 1179. his verbis: *Scripſit etiam ejuſdem*, Alexandri papæ, *diebus contra eumdem Petrum Lombardum abbas Joachim Florenſis cœnobii libellum, vocans eum hæreticum & inſanum, eo quod in libro ſententiarum, quem compoſuerat idem Petrus de unitate ſive eſſentia Trinitatis, dixit. Quoniam quædam ſumma res eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & illa non eſt generans, neque genita, neque procedens. Contra hanc aſſertionem oppoſuit abbas præfatus, quod non tam Trinitatem aſtruebat in Deo, quam quaternitatem, tres videlicet perſonas, & illam communem eſſentiam*, &c. prout habentur ſupra c. 2. Et paulo infra ſubjungens ait: *Stetit autem hæc indeterminata altercatio diebus Alexandri papæ uſque in tempora Innocentii papæ per annos multos, ſedentibus inter eos in cathedra Romana Lucio Gregorio, Clemente, & Cœleſtino pontificibus Romanis. Quibus ſuccedens Innocentius tertius, anno Domini 1215. Romæ generale concilium celebrans, libellum abbatis Joachim, quem contra Petrum & articulum ediderat prædictum, his verbis damnavit: Nos ſacro*, &c. prout habetur ſupra cap. 2.

*Cur Joachim abbas contra Petrum Lombardum ſcripſerit.*

Cauſam ſcribendi contra Petrum Lombardum ei dediſſe videtur Alexander papa, qui cum relatu aliorum accepiſſet, quod Magiſter Petrus Lombardus in quibuſdam ſcriptis ſuis ab articulis fidei recederet, authore Matthæo Pariſ. prædicto loco, ad Wilelmum Senonenſem archiepiſcopum ſub hac forma litteras direxiſſe ſcribitur.

*ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei Willelmo Senonenſi Archiepiſcopo ſalutem.*

CUm in noſtra olim eſſes præſentia conſtitutus: &c. *Extat tomo ſuperiori in notis ad Concilium Lateranenſe III ſub Alexandro papa III.*

*An fuerit hæreticus.*

Joachimum abbatem errantem, nequaquam vero hæreticum fuiſſe, indicat epiſtola Honorii papæ III. ad epiſcopum Lucaniæ, adverſus eos qui de Joachimo atque ejus monaſterio acerbius obloquebantur, ſcripta: quæ extat apud Matthæum Pariſ. quæque ita incipit: *Ad audientiam noſtram*, &c.

Quis & qualis fuerit Joachim, quo dono præditus, quæque ejus ſcripta excuſa reperiantur, refert Poſſevinus in apparatu ſacro, verbo, *Joachimus abbas*. B

*De expeditione in terram ſanctam ſuſcipienda.*

h *Proque Terra ſancta a Turcis recuperanda.*) Hac de re in concilio actum eſſe, adeoque non ſatis convenienter appendicem concilii nominari, quæ de expeditione in terram ſanctam accipienda hic habentur, præter epiſtolam Innocentii papæ ad omnes Chriſti fideles ſcriptam initio actorum hujus ſynodi, extantem apud abbatem Urſpergenſem, teſtatur Matthæus Pariſ. prædicto loco, ubi ait: *His omnibus congregatis in ſuo loco præfato, & juxta morem conciliorum generalium in ſuis ordinibus ſingulis collocatis, facto prius ab ipſo papa exhortationis ſermone, recitata ſunt in pleno concilio capitula ſexaginta, quæ aliis placabilia, aliis videbantur oneroſa. Tandem de negotio Crucifixi & ſubjectione terræ ſanctæ verbum prædicationis exorſus ſubjunxit, dicens: Ad hæc, ne quid in negotio Jeſu Chriſti de contingentibus omittatur*, &c.

i *Anno Domini*, &c.) Tempore notato hanc ſynodum celebratam eſſe, præter abbatem Urſpergenſem & Matthæum C Pariſ. locis allegatis, teſtatur epiſtola pontificis encyclica de ſynodo celebranda ad omnes epiſcopos, prælatos & principes eccleſiæ ſcripta, quam ex abbate Urſpergenſi ſupra recitatam invenies.

G. C. Erant alia in notis Binii de cauſa Stephani Cantuarienſis archiepiſcopi, & de patriarcha Maronitarum, quæ cum non tam ad notas pertinerent, quam ad acta concilii ſupra deſcripta ſunt.

# ☞ AD CONCILIUM LATERANENSE IV, OECUMENICUM,

SUB INNOCENTIO PAPA III.

*Anno* 1215. *habitum.*

## DISCUSSIO CRITICA.

*Ex meis ad Annales Eccl. Raynal. adnotat.*

*Ex Manſi Suppl. To. II. pag. 862.*

COncilium Lateranenſe IV. œcumenicum die feſta S. Martini XI. novembris cœpiſſe Richardus a S. Germano aſſerit, cui veteres omnes adſentiuntur, nec diſcrepat Rainerus in chronico. Tribus ſeſſionibus abſolutum fuiſſe idem Rainerus cum Richardo a S. Germano teſtatur, ambo conveniunt die feſta S. Andreæ ultimam ſeſſionem habitam, at ſecunda, qua die coiverit, ſilet Richardus, & diligenter adnotat Rainerus his verbis: *Prima dies ſynodi fuit in feſto S. Martini; ſecunda XII. cal. Decembris; tertia, die feſto S. Andreæ completa eſt ſancta, & univerſalis ſynodus.*

Hujus concilii canones LXX. editi ſunt; nec ſane plures memorat Albericus abbas in chron. qui ad hunc an. ſcribit: *Hæc ſunt capitula hujus concilii numero ſeptuaginta*, eorumque plures recenſet. Sed cum ille excurſis his canonibus nonnullis, ſubdat: *Sequuntur alia capitula uſque ad duo, & quinquaginta*, & pro *quinquaginta*, ut mendoſe legit textus, *ſeptuaginta* reponendum ſit; hinc ſuſpicio non levis oriri poſſet, canones in eo concilio digeſtos, ad duos & ſeptuaginta aſcendiſſe, quamquam in gratiam nu- D meri rotundi ad ſeptuaginta tantummodo Albericus in exordio narrationis ſuæ definivit. Quidquid tamen de diſpoſitione ſit; forte enim conſtitutiones illæ, quæ in numeros ſeptuaginta diſpeſcuntur in editis, aliter diſpoſitæ ad 72. pertingebant; omnes tamen ſunt, nihilque in editis deeſſe colligimus ex ſumma eorumdem canonum, quam coævi plures authores, ut Albericus, & author Chronici Turonenſis exhibent.

Præter canones, plura ibi a patribus diſpoſita ſunt, inter quæ non infimum locum tenent, quæ de Toloſæ principatu Monfortio E *dimiſſo* & *conceſſo* (verba ſunt ſententiæ a patribus latæ) a Raynaldo in Annal. eccleſ. narrantur. Qua in re prætereunda minime duco ea, quæ Albericus in chronico memoriæ prodidit: *In eodem concilio papa comitem ſancti Ægidii, qui vocabatur Toloſanus, & ejus filium videbatur velle reſtituere ad terras ſuas, quas ei catholici, una cum nobili Simone Montisfortis abſtulerant, per Dei adjutorium, ac de mandato Romanæ eccleſiæ, & de ejus licentia poſſidebant; quod ne fieret, univerſum fere concilium reclamabat.*

ANNO CHRISTI 1215.

*bat*. Mirifice his commendatur Innocentii clementia, qui tam multis injuriis a Toloſano affectus, adhuc tamen animum in illum inclinatum gerebat, nec induci poterat, ut principatu illum ſuo exueret. Licet autem Toloſano ſocium in crimine ſeſe præbuit Raymundus Rogerius Fuxenſis comes, mitius cum illo ſeſe patres geſſerunt, ſive quod comes ille ſponte ſe legato apoſtolico ſubmiſerit, ut ex Valliſarnenſi notat num. 23. Raynaldus, ſive quod defectionis non author præcipuus, ſed ſocius fuerit. Utcumque res habuerit ſeſe, conſtat oppidum Fuxenſe in cuſtodia apoſtolici legati relictum fuiſſe, idque demum anno ſequenti eidem Fuxenſi comiti, qui legati *diſpoſitionibus, & apoſtolicis mandatis humiliter paruit*, reſtitutum ab Honorio III. expeditis ea de re litteris *Romæ* VI. *Idus Decembris, pontificatus ſui anno* I. quas litteras vulgavit Baluzius Miſcellan. lib. 2. pag. 252.

Coſſartius in additionibus ad idem concilium ex Pariſio ſcribit, Stephanum archiepiſcopum Cantuarienſem, quod ſuo favore & conſilio Angliæ principes ad perduellionem in regem ſuum induxiſſet, ejuſque criminis cauſa dudum ab epiſcopo Wintonienſi a divinis ſuſpenſum, iterum diſcuſſa in concilio cauſa a pontifice eadem cenſura revinctum fuiſſe. Extant ibidem ex Pariſio relatæ Innocentii litteræ, quibus hanc Stephani cenſuram ſervandam, retinendamque pontifex edicit. Signantur illæ *Laterani pridie nonas Novembris*. Sed ex hac ipſa litterarum adſcriptione elicitur, nihil ea de re in concilio diſcuſſum, cum enim concilii ſeſſionem primam actam conſtet die undecima novembris, hinc plane diſcimus confirmationem cenſuræ in archiepiſcopum Cantuarienſem, habitam die 4. novembris, in concilio ſtatui non potuiſſe. Quare Pariſius, qui confirmationem illam a patribus factam aſſerit, impudentiſſime mentitur. Facile etiam litteræ illæ pontificiæ ſuppoſititiæ ſunt, cum nec in regiſtro epiſtolarum Innocentii extent, & Radulphus abbas de Coggeshale, Anglicus & coævus ſcriptor de cenſura illa Stephani agens, litterarum Innocentii veritatem ſuſpicioſam ſibi eſſe prodit: ſcribit enim in libello de motibus Anglicanis: *Wintonienſis epiſcopus, & Pandulſus Norvicenſis electus jam per litteras domini papæ, vel veras vel fictas, vel per falſi ſuggeſtiones impetratas præmuniti, ad excommunicandum omnes regis infeſtatores, ipſum archiepiſcopum ab officio ſuſpenderunt, acclamantes in mari jam velificanti, eo quod ſententiam excommunicationis in quoſdam ſibi nominatos, qui regem infeſtabant, denuntiare noluiſſet, & quia ſic ad concilium tranſiret; quorum tamen ſententiam, licet iniquam, ob reverentiam domini papæ non contempſit, ſed humiliter ac devote tenuit*. Ex his verbis coævi & oculati ſcriptoris eruimus, litteras illas pontificis ſuſpicioſas eſſe; inſuper, quæ ex pontifice acceptæ, ſeu veræ ſeu fictæ litteræ, ferebantur, longe præceſſerunt diem quartam novembris, cum ſuſpenſio intimata fuiſſet archiepiſcopo, dum mari ſe committeret, ut Romam ad concilium veniret. Nec aliam confirmationem hujus ſententiæ a pontifice datam Rodulphus memorat. Licet ergo ſuſpicari num pontifex re ipſa in Cantuarienſem epiſcopum latam cenſuram confirmaverit; id vero in concilio præſtitum fuiſſe, (ſi forte id factum admittamus) plane negari poteſt. Angliæ vero principes viros in concilio excommunicatione damnatos *multis* licet *contradicentibus*, aſſerit Albericus, & veteres omnes cum illo.

Hiſpani ſcriptores quidam tradunt in hoc Lateran. concilio aſſeruiſſe Patres Toletano archiepiſcopo primatum in univerſas Hiſpaniæ provincias, quæ ex Maurorum poteſtate ad chriſtianos rediiſſent. Id equidem eruitur ex veteri manuſcripto codice Toletanæ eccleſiæ, quem Garzias Loaiſa in notis ad decretum Gundimari vulgavit. In eo enim ſcribitur Rodericus Ximenius Toletanus archiepiſcopus ſtrenue cauſam ſuam in pleno concilio defendiſſe, fruſtra in contrarium adnitentibus archiepiſcopis Bracarenſi, Compoſtellano, Tarraconenſi, & Narbonenſi. Demum in eodem manuſcripto codice tempus rei geſtæ ita defenditur: *Acta ſunt hæc apud Lateranum VIII. idus octobris, anno incarnationis dominicæ MCCXV. pontificatus domini Innocentii papæ III. anno XVIII.* Hæc temporis adſcriptio, ſi admittatur, totum illud ſcriptum manifeſte ſuppoſitionis arguit. Quomodo enim agitari hæc omnia potuerunt in concilio, ac dein definiri octavo idus octobris, cum prima concilii ſeſſio nonniſi XI. novembris celebrata fuerit? Inſuper Mariana lib. 12. cap. 4. aſſerit in eodem concilio cauſam quidem illam diſcuſſam; ſed, ait: *Lite integra diſceſſum eſt, neutro inclinatis ſententiis*. Suffragatur Surita Annalium lib. II. cap. 68. quin & ex duplici epiſtola Honorii III. altera ad Rodericum Toletanum, altera ad Bracarenſem archiepiſcopum, intelligimus Innocentium rem integram reliquiſſe.

Godefridus monachus coævus in chronico ad hunc annum litteris prodidit Conſtantinopolitanos duos in patriarchas electos Romam veniſſe, *quos ambos*, ait, *conſilio cardinalium depoſuit*, (Innocentius) *& tertium ſubſtituit & inveſtivit, & ad ſedem propriam remiſit*. Cagius ex antiquis monumentis in Gallica, quam ſcripſit, hiſtoria imperii Conſtantinopolitani tradit, præſulem Heracleenſem & parochum S. Pauli de patriarchatu Conſtantinopolitano litigaſſe, cauſamque ſuam ad Lateranenſe concilium detuliſſe; utroque vero in concilio depoſito, tertium alium aſſumptum fuiſſe. Tertius iſte fuit Gervaſius quidam Tuſcus, qui in epiſtola relata a Camuzato in promptuario Tricaſſino fol. 313. ita appellat ſeſe: *Gervaſius permiſſione divina ſanctæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ patriarcha*. Datæ ſunt litteræ illæ *Corinthi anno Domini* MCCXVI. quarto Kal. Junii, pontificatus anno primo. De hoc Gervaſio legendus Cuperus in tractatu præliminari ad Tom. primum actorum SS. auguſti, qui & admonet patriarcham hunc binomiuem fuiſſe, cum Everardus appelletur in litteris Honorii III. datis anno MCCXVII. quarum excerpta Raynaldus ad annum illum dedit.

Denique in eodem concilio deliberatum fuiſſe de componendis Cypri eccleſiis ſcribit Stephanus Luſinianus in ea, quam vernacule ſcripſit, rerum Cypriacarum hiſtoria. Affirmat autem ex patrum ſententia archiepiſcopum totius inſulæ ex urbe Famaguſta Nicoſiam translatum fuiſſe; creatum inſuper Latinum archiepiſcopum, *qui Latinis tantum præeſſet, cui & Græci ipſi paruerunt, ſublato e vivis Græco archiepiſcopo Simone*. Sed quoad concilii diſpoſitionem de rebus eccleſiæ Cypriæ plus aliquid elucere credo ex epiſtola Germani II. Conſtantinopolitani Græcorum patriarchæ ad Cyprios ſcripta, quæ data legitur anno Græcorum 6731. ideſt Chriſti 1223.

ANNO CHRISTI 1215.

1223. Patriarcham illum per legatos ſuos interrogarunt Græci Cypriorum epiſcopi, num liceret poſtulatis Latinorum acquieſcere, tria enim a Latinis exigi ſignificabant. Primo clientelam, *manus manibus immittere*, *ſacerdotales ſacerdotalibus*, *noſtros Latinis*. Secundo, *ut Græcus ad ſacerdotalem honorem provehendus nullus omnino abſque Latini notitia conſtituatur* in dignitate ad ſe pertinente. Tertio, *ut Græci a ſuis quidem epiſcopis, cum neceſſe fuerit judicentur; ſi quis tamen e judicatis forſan voluerit ad Latinorum archiepiſcopum provocare, ſeu clericus, ſeu laicus ſit, ab illo controverſia diſcutiatur.* Quid ad hæc reſponderit patriarcha ſchiſmaticus in adnotationibus meis ad Raynaldi annales eccleſiaſticos ad annum 1225. prodidi. Has litteras vulgavit Cotelerius in monumentis eccleſiæ Græcæ tom. 2. pag. 462. hiſque eccleſiaſtica erga Latinos Græcoſque in eadem inſula diſciplina, a concilio, ut credere par eſt, tradita intelligitur. Ex iiſdem pariter litteris conſtat, Simone Græcorum metropolita in eadem inſula e vivis ſublato, Græcos non ſtatim quidem, uti falſo aſſerit Luſinianus, Latino archiepiſcopo paruiſſe; ſed alterum ſibi aſſumpſiſſe nomine Neophytum, quem tamen e ſede A ſua pulſum per Græciam pererraſſe Germanus in eadem epiſtola aſſerit.

In eodem pariter concilio *quamplures eccleſiarum prælati, magnique teſtimonii viri ſuadebant*, ut conſtitutio ederetur, qua omnes per orbem eccleſiæ vectigal aliquod ſolverent in commodum curiæ Romanæ; id tamen ne fieret *ſedes apoſtolica diſtulit*. Verba ſunt bullæ Honorii III. qua demum an. 1225. multam hanc eccleſiis Gallicanis indixit. Vide notas meas ad Raynaldum ad eundem annum 1225.

In hoc denique concilio Lateranenſi traditam Maronitis formam eccleſiaſticorum, aſſerit B Albericus in chronico ad annum 1234. Ejus gentis, Maronitarum nempe, patriarcham Jeremiam concilio per ſe interfuiſſe diſcimus ex commentatione quadam Mſ. quam in codice quodam evangeliorum Syriaco Mſ. bibliothecæ Laurentianæ legit P. Petrus Ambarachius ſeu de Benedictis Maronita ſocietatis Jeſu presbyter. Vulgavit illam Cl. Lamius in libro de erudit. Apoſt. pag. 299. edit. Florent. Patriarcham iſtum Jonam appellat idem Albericus in chron. ad an. 1205. aſſeritque *magno concilio interfuiſſe*, ac denique in patriarcham Alexandrinum aſſumptum fuiſſe.

ANNO CHRISTI 1216.

# BRISTOLIENSE CONCILIUM IN ANGLIA

Quo principes conjurationis reos Guala A. S. L. anathemati devovet,

*Anno* 1216. *habitum.*

*Ex annal. Waverl. in hunc annum.*

Ibid. Affert Wilkins in Conc. Brit. ad hunc an.

POſt coronationem Henrici III. Gualo legatus concilium celebravit apud Bryſtoll, in feſtivitate S. Martini, in quo coegit XI. epiſcopos Angliæ & Walliæ, qui præſentes erant, & alios prælatos inferioris ordinis ſcilicet, & comites & barones, ac milites, qui convene- C rant Henrico regi fidelitatem jurare. Walliam totam interdixit, quia cum baronibus tenuit, & ipſos barones cum omnibus complicibus ſuis excommunicavit, in qua poſitus eſt Ludovicus (Galliæ regis filius) in capite.

# GENUENSE CONCILIUM

In quo de mandandis executioni decretis concilii Lateranenſis IV. agitur.

*Anno* 1216. *habitum.*

Ibid.

HOc anno 1216. concilium Genuæ convenit, quod eruditos huc uſque latuit, nunc vero beneficio cl. editoris Rer. Italic. tom. VI. col. 410. ex Ogerii Panis continuatione annalium Genuenſium Caffari in apertam lucem prodiit. Ita enim author ille ad hunc annum: *Die VI. Aprilis Otho* (Genuenſis) *archiepiſcopus cum Albiganenſi, & Brumatenſi epiſcopis, & multis abba-* D *tibus, canonicis, præpoſitis, archipresbyteris, ſacerdotibus, & clericis de Januenſi archiepiſcopatu concilium per tres dies celebravit, exponendo ea, quæ ad Lateranenſe concilium per dominum papam Innocentium tractata & ordinata fuerant, in quibus conciliis multi homines, & mulieres in nomine Domini ad honorem S. Sepulcri crucem ceperunt.*

# SYNODUS AQUILEJENSIS.

Anno Christi 1216. in Quadrageſima celebrata.

A Volchero Patriarcha pro cauſa Comitis Goritiæ excommunicati, quod Farram pagum depopulatus eſſet: cui Synodo etiam Patavinus Antiſtes Jordanus Maltraverſus inter- E fuit. In ea lis extincta, & Comes ab excommunicatione abſolutus, ut refert Palladius par. 3. Hiſt. Forojulien. lib. 5.

CON-

# CONCILIUM MELODUNENSE,

## A * PETRO SENONENSI ARCHIEPISCOPO

& ſuffraganeis celebratum anno MCCXVI.

* Petrus II. Archiep. 72. obiit ann. 1222. H.

A *Ludovicus Philippi Auguſti regis Francorum filius, rex delectus ab Anglis, qui a Joanne rege ſuo defecerant, in Angliam armatus irrupit. Ægre id tulit Innocentius pontifex, quod & ſedi apoſtolicæ vectigalis eſſet Anglia, & Joannes rex ſacræ militiæ nomen dediſſet: quod qui fecerant, quatuor annorum induciis ex recenti Lateranenſis concilii decreto gaudebant. Excommunicatur igitur Ludovicus a Gualone legato. Philippus rex, cum religioſe ſervare vellet pactas inducias cum Joanne rege, qui tamen eas ſæpe violaverat, adeo Ludovicum filium non adjuvit, ut in eum ac proceres qui ſecuti ipſum erant, bonorum omnium* B *publicatione animadverterit. At ne ſic quidem facere potuit, quin eſſet pontifici ſuſpectus: qui cum vehementiſſimas ea de re litteras ad Petrum Senonenſem archiepiſcopum ejuſque ſuffraganeos dediſſet: ii coacta Meloduni Synodo, regem culpa vacare pronunciarunt. Hæc rerum Gallicarum Anglicarumque ſcriptores, ac præſertim Guillelmus Armoricus.*

### CONSTITUTIONES EX CONCILIO

Petri archiepiſcopi Senonenſis. C

### TITULI CAPITULORUM.

1. *Ut advocati jurent de calumnia.*
2. *De eo qui per annum & diem in excommunicatione publica fuerit.*
3. *Ut Prior mutuo pecuniam non ſumat ultra 40. ſolidos.*
4. *Ut prior nullam pecuniam accipiat a Judæo.*
5. *Ut abbates, priores, &c. quotannis computent in capitulo.*
6. *Ut abbas pecuniam mutuo non accipiat ultra ſummam ab epiſcopo taxatam.*
7. *De veſtibus & calceamentis abbatum & aliorum religioſorum.*

### CAPUT I.

**I.** *Ut advocati jurent de calumnia.*

STatuimus ut advocati jurent de calumnia de cetero, in cauſis tam inchoatis quam inchoandis, aut non admittantur ad eas tractandas.

**II.** *De eo qui per annum & diem in excommunicatione publica fuerit.*

Si aliquis per annum & diem excommunicationem publicam ſuſtinuerit, compellatur poteſtas ſæcularis, ut excommunicatum ad unitatem eccleſiæ per ſuam poteſtatem venire compellat, mittendo manum in ipſum & res ejus.

**III.** *Ut prior mutuo pecuniam non ſumat ultra 40. ſolidos.*

Statuimus, ne prior, niſi conventualis, ultra ſummam quadraginta ſolidorum, ab aliquo, ſine licentia abbatis ſui, vel epiſcopi ſui, ſi remotus fuerit abbas, mutuo pecuniam accipiat: quod ſi forte fecerit, abjiciatur a prioratu, nec denuo valeat prioratum adipiſci, quouſque per concilium provinciale fuerit reſtitutus.

**IV.** *Ut prior nullam pecuniam accipiat a Judæo.*

Eidem pœnæ ſubjaceat Prior, qui quamcumque ſummam pecuniæ receperit a Judæo.

**V.** *Ut abbates, priores, &c. quotannis computent in capitulo.*

Statuimus ut abbates, priores, & alii obedientiarii, de ſingulis proventibus & reditibus & expenſis computent ſingulis annis diligenter in capitulo. Et ut ſtatus tam abbatiarum quam prioratuum a clauſtralibus cognoſcatur, computus in ſcriptis redigatur, ita quod conventus penes ſe retineat unum ſcriptum, & abbas aliud. D

**VI.** *Ut abbas pecuniam mutuo non accipiat ultra ſummam ab epiſcopo taxatam.*

Nullus abbas mutuo recipiat pecuniam, ſine capituli ſui, vel majoris & ſanioris partis conventus licentia, ultra ſummam ab epiſcopo ſuo taxandam ſecundum monaſterii facultates: qui contra fecerit, per epiſcopum ſuum puniatur. E

**VII.** *De veſtibus & calceamentis abbatum & aliorum religioſorum.*

Præcipimus abbatibus & aliis religioſis, ut ipſis veſtibus & calceamentis ordini ſuo congruentibus utantur. Et ſi abbates in his obſervandis ſeu corrigendis fuerint negligentes, per epiſcopos ſuos puniantur.

AD

ANNO CHRISTI 1216. ANNO CHRISTI 1216.

# ☞ AD CONCILIUM MELODUNENSE

In quo Philippi Galliarum regis cauſa diſcuſſa eſt.

*Anno 1216. habitum.*

## COLLECTORIS ANIMADVERSIONES.

Ex Manſi Suppl. T. II. pag. 866.

HUic Melodunenſi concilio interfuiſſe S.Tyrienſem archiepiſcopum ab Innocentio III. miſſum ad agendum cum rege, ſcribit Gervaſius, abbas Præmonſtratenſis in ſua ad Innocentium III. epiſtola, quæ in codice ejus epiſtolarum a P. Hugone Vet. Monum.tom. I. pag.3. vulga- A to, ſecunda eſt. Ex hoc vero colligo in hoc pariter concilio de ſubſidio Terræ ſanctæ ferendo egiſſe patres. Quin & excommunicationi devotos eos omnes Gallos, qui cum Ludovico Galliarum regis filio in Angliam tranſierant, de quibus in ea epiſtola Gervaſius.

Ex Martene Theſ. Anecd. tom. 4. p. 167.

# CONCILIUM INCERTI LOCI

ſed in Hiſpania poſt annum MCCXV. celebratum.

*Ex Mſ. eccleſiæ Belvacenſis ante annos quadringentos exarato.*

## Observatio Prævia.

*Hoc concilium ex membrana eccleſiæ Belvacenſis ante annos quadringentos exarata deſcripſimus, in qua nec locus concilii, nec annus conſignantur. Celebratum autem fuiſſe poſt concilium Lateranenſe IV. ſub Innocentio III. ex ipſius lectione facile eruitur. De loco res non ita conſtat. Actum tamen in Hiſpania plura perſuadent. Nam primo canone VI. vetat. duos in eadem eccleſia curam animarum pro indiviſo habere, quod vitium, inquit, in* partibus Hiſpaniæ plurimum inolevit. *Secundo canon. 5. 19. & 20. reſpicit Mauros qui in Hiſpania illis temporibus plurimum vigebant. Tertio ſuper dorſo membranæ hæc verba leguntur :* Iſti debent præeſſe capitulo, abbas Cellæ-novæ, abbas Samonnenſis nigri ordinis, abbas de Meira, abbas de Carracedo Ciſtercienſis apud Villam-Francam in feſto S. Martini. *Quæ Monaſteria ſita ſunt in Gallicia.*

### I.

Contra beneficiorum pluralitatem.

QUoniam per hominum malitiam ſacræ conſtitutiones ſteriles ſunt penitus & inanes, niſi eas executionis diligentia fecerit fructuoſas, diſtricte præcipimus, ut contra illos qui ſine diſpenſatione domini Papæ poſt generale concilium plura receperunt beneficia habentia curam animarum; vel unum cum ante concilium haberet ſimile, & contra illos qui ſine apoſtolica diſpenſatione plures dignitates vel perſonatus poſt concilium receperunt, vel unum cum ante concilium alium perſonatum vel dignitatem fuiſſent adepti; nec non & contra illos qui in conferendo primo beneficio, perſonatu vel dignitate, recepto ſecundo, negligentes fuerint, ſecundum ſtatuta generalis concilii procedatur. Et quoniam qui taliter adeptus eſt beneficia, quibus cura animarum eſt annexa, ſeu perſonatus vel dignitates, ipſo jure ex conſtitutione ipſius concilii privatus eſt primo, & non ſine culpa ſacrilegii quod ſuum non eſt, ſpirituale beneficium de facto detinere præſumit; ſi poſtquam monitus fuerit, vel ad ipſum hujus conſtitutionis notitia pervenerit, ſponta- neus eidem non ceſſerit, & eamdem ceſſionem non declaraverit, excommunicationis vinculo ſit adſtrictus.

### II.

Reſidentia in beneficiis præcepta.

Adjicimus quoque ut juxta ſtatutum generalis concilii, ſi quis parochialem habet eccleſiam, in ipſa perſonaliter deſerviat in officio quod requirit in eccleſia, aut privetur eadem ſecundum ſtatuta generalis concilii, & præcipimus quod alii conferatur, niſi fuerit præbendæ aut dignitati annexa, & tunc in ea perpetuus vicarius ſtatuatur, & qui conſtituti ſunt B in perſonatibus aut dignitatibus ad ordinem quem ipſa requirit dignitas, per ipſius ſubtractionem aſcendere compellantur. De prioribus & abbatibus, rectoribus vel prælatis eccleſiarum parochialium diſtricte & expreſſe præcipimus, ut per archiepiſcopos vel archidiaconos, ſecundum quod ordinationum ſe obtulerint tempora, per ſubtractionem beneficiorum ad ſacerdotium aſcendere compellantur. Quod ſi impedimentum tale quiſquam objecerit quod purgari poſſit, donec illud ita purgare curaverit quod promoveri valeat, a beneficio nihilominus ſuſpendatur omnino.

C

### III.

Ordines non conferendi ſine titulo.

Præcipimus ne quis promoveatur in ſubdiaconum, diaconum, vel presbyterum, niſi habeat competens ſecundum qualitatem terræ beneficium eccleſiaſticum, vel ſaltem ſufficiens patrimonium, ad cujus quaſi titulum ordinatur. Et qui aliter ordinaverit, competenter provideat eidem in neceſſariis, vel a repræſentatore ipſius ordinato faciat provideri, donec ei competens beneficium fuerit aſſignatum.

Neque indignis, neque illegitimis.

D Conſtitutiones quoque de indignis nequaquam promovendis ad ordines ſive ad beneficia, ſub interminatione damnationis æternæ præcipimus amodo diſtrictius obſervari poſt pœnam ſuper hoc in generali concilio conſtitutam. Adjicientes ut qui illegitimi perſonatus aut dignitates hactenus habere præſumpſerunt, vel præſumpſerint in futurum, diſpenſatione canonica non obtenta, eiſdem ſint ipſo jure privati.

### IV.

Contra matrimonia illicita.

Diſtricte præcipimus ut per omnes eccleſias in præcipuis ſolemnitatibus excommunicentur omnes illi qui in gradu prohibito ſcienter ma-

ANNO CHRISTI 1216.

trimonia contrahere præſumpſerint, vel etiam præſumpſerunt, niſi infra annum diſpenſationem obtinuerint, ex tunc vero excommunicationis ſententia ſe noverint innodatos. Interim autem a carnali copula eiſdem præcipimus abſtinere. Qui vero clandeſtinum contraxerint matrimonium excommunicentur, & donec de legitimo contractu perſonarum eccleſiæ conſtiterit, a lecto ſeparentur.

V.

*Decimæ a Judæis & Saracenis ſolvendæ.*

Præcipimus ut tam Judæi quam Saraceni ad ſolvendum eccleſiis decimas & oblationes debitas pro terris & domibus, & aliis poſſeſſionibus quæ ad ipſos a Chriſtianis quocumque modo devenerint, per diſtrictionem eccleſiaſticam compellantur.

VI.

*Unico in una eccleſia cura animarum committenda.*

Quoniam ſcortum videtur eccleſia & quaſi viris pluribus expoſita, in qua plures clerici pro indiviſo curam ſibi vindicant animarum: & hoc vitium non ſine gravi periculo in partibus Hiſpaniæ plurimum inolevit, præſentis approbatione concilii ſtatuimus, ut illis eccleſiis in quibus plures ſunt clerici, unus principaliter curam habeat animarum, & aliis ipſi in divinis ſervitiis, & aliis neceſſariis coadjutores exiſtant: & qui curam habuerit, oblationes confeſſionum ſibi habeat, quatenus majora ſtipendia percipiat, qui plus noſcitur laborare.

VII.

*Sacramenta ſine pretio conferenda.*

Sicut in generali ſtatutum eſt concilio, præcipimus ne pro conſecratione eccleſiarum, benedictionibus abbatum, vel eorum inſtallationibus, ſive pro ordinationibus clericorum, quiſquam quocumque prætextu aliquid exigere vel extorquere præſumat, clericis quoque pro exſequiis, tricennalibus, vel annualibus mortuorum, benedictionibus nubentium & ſimilibus pecuniam non exigant vel extorqueant, nec dilationes aut impedimenta fraudulenter opponant: ſed ſicut ſtatutum eſt in concilio libere conferant eccleſiaſtica ſacramenta; alioquin ab officio ſuſpendantur. Laici quoque per epiſcopum loci compellantur obtentam in talibus piam & laudabilem conſuetudinem obſervare.

VIII.

*Capitula generalia a monachis & canonicis regularibus celebranda.*

Quoniam monaſteria multiplici correctione & reformatione indigent, præcipimus, ſecundum formam generalis concilii, ut tam monachorum quam canonicorum regularium generalia capitula fiant, ipſius conſtitutionis tenore in omnibus obſervato, qui talis eſt: *In ſingulis*, &c. Adjicientes præſentis auctoritate concilii, ne viri religioſi ſine conſenſu ſui diœceſani epiſcopi poſſeſſiones monaſteriorum vendant, vel incartent, ſive concedant ad vitam hominis, aut permutent, aut infeudent, aut quocumque modo alienent. Quod qui facere præſumpſerit, ab adminiſtratione qua fungitur, per ſuum epiſcopum amoveatur in perpetuum. Et qui ſic obtinuerit, careat ſic obtentis.

IX.

*Simplicitas monachis colenda.*

Quoniam viri religioſi ad ſæcularia quæ dimiſerunt converti non debent, diſtricte prohibemus, ne in frenis, ſellis, aut pectoralibus aut calcaribus ſæcularia deferant ornamenta, ſed frenis, pectoralibus & calcaribus utantur ſimplicibus, non habentibus ornamentum in corio, & ſellas aut albas vel nigras habeant, vel ſimplices abſque colore.

X.

*Proprium monachis prohibitum.*

Cum omnino ſit illicitum religioſis habere proprium, diſtrictius inhibemus, ne quis reli- A gioſus quicquam proprium retineat, nec præſtimonia habeat, nec annuo cenſu vel quolibet arrendationis genere ad tempus vel in perpetuum prioratus, vel eccleſias, domos, terram aut vineas, ſeu quaſcumque poſſeſſiones ab eccleſia ſua vel aliunde de cetero recipiat, vel jam receptas detinere præſumat.

ANNO CHRISTI 1216.

XI.

*De clericis in delicto deprehenſis.*

Cum juſtitia ſæcularis flagrante maleficio in furto, rapina vel homicidio, vel rapto mulierum, vel cudendo falſam monetam clericum comprehenderit, non ut vindictam in ipſum exerceat, ſed ut eumdem reddat eccleſiaſtico judici, & eum ita captum reddat eccleſiaſtico judici, niſi manifeſte exceſſerit tractando B captum enormiter, nullam ex hoc pœnam incurrat: & qui fuerit ſic deprehenſus, canonice puniatur. Maleficio autem non flagrante, ſi juſtitia ſæcularis clericum ceperit abſque mandato eccleſiaſtici judicis, reus habeatur.

XII.

*Quomodo puniendi.*

Ne clerici in opprobrium & odium eccleſiæ ea crimina impune committant pro quibus laici pœnam incurrerent capitalem: præcipimus ut clericus qui in furto, vel crimine falſi, rapina, homicidio, raptu mulierum, vel cudendo falſam monetam, vel in aliis criminibus, quæ pœnam capitalem merentur, publice fuerit deprehenſus, a ſuis ordinibus publice degradetur. Si ſubdiaconus & infra, ab uno epiſcopo; ſi dia- C conus a tribus epiſcopis; ſi ſacerdos in concilio provinciali vel ante habito canonico numero epiſcoporum: quatenus qui eccleſiaſtica libertate flagitioſe abutitur, clericali privilegio ſit privatus.

XIII.

*Præbendæ non dividendæ.*

Licet in Turonenſi concilio de multa providentia fuerit inhibitum ne dividerentur præbendæ: in quibuſdam tamen eccleſiis non in duas tantum, ſed in quatuor vel plures unam præbendam contigit dividi ſectiones: nec ſolum præbendæ vacantes dividuntur hoc modo, ſed frequenter cum inter plures perſonas pauciores præbendæ dividuntur, & non vacantes particulæ conceduntur eiſdem, quod quia contra ju- D ſtitiam, decorem quoque & honeſtatem eccleſiarum fieri dinoſcitur; diſtrictius inhibemus, ne fiant de cetero præbendarum ſectiones; ſed cum ex tali ſectione aliqua portio vacaverit, in alicujus perfectionis tranſeat complementum: & quod de canonicis ſtatuimus, de portionibus præcipimus obſervandum. Promiſſiones quoque de non vacantibus partiendis irritas eſſe cenſemus: ſtatuentes quod ſi contra iſtam conſtitutionem venire præſumpſerint, donec a ſede apoſtolica abſolutionis beneficium obtinuerint, a collatione præbendarum ſint ipſo jure ſuſpenſi.

XIV.

*Beneficiis non ſervientes eorum fructu privandi.*

Quoniam a perſonis eccleſiaſticis propter ſer- E vitia divini cultus aſſignata ſunt beneficia, & propter multorum irregularitates multæ eccleſiæ divinorum officiorum detrimentum patiuntur, ſtatuimus, ut qui propter irregularitatem, quam non ſine culpa ſua incurrerunt in eccleſiis propriis ſua explere non poſſunt officia; a perceptione beneficiorum ſuorum priventur, quamdiu tali impedimento durante ſuis eccleſiis non poterunt deſervire, niſi ſuper hoc cum ipſis canonice fuerit diſpenſatum.

XV.

*Vacantibus eccleſiis providendum.*

Diſtricte præcipimus quatenus in omnibus eccleſiis parochialibus, in quibus infra terminum a jure præfixum ab illis ad quos pertinet diœceſa-

ANNO CHRISTI 1216.

ceſano non fuerit clericus præſentatus ad curam animarum, ipſe diœceſanus in eadem eccleſia clericum inſtituat, nec ipſam parochiam ulterius viduam remanere permittat, ſicut ſtatutum eſt in concilio generali.

### XVI.

Cum canonicos & alios clericos conventualium eccleſiarum ſervitiis deputatos omnino non deceat, quod aliis divinis intervientibus officiis, alii per ipſas eccleſias vel clauſtrum proceſſionis deambulent in habitu ſæculari, ne id fiat de cetero diſtrictius prohibemus: ſtatuentes pœnam tranſgreſſoribus, ut per tres dies canonica portione priventur.

### XVII.

*Pacta illicita prohibita.*

Diſtrictius inhibemus ne aliqui regulares, ſive religioſi, vel clerici ſæculares in præjudicium parochialium eccleſiarum aliquod pactum faciant, propter quod alieni parochiani ipſis ſolvant decimas, vel apud quos eligant ſepulturam; denunciantes tale pactum irritum ipſo jure & inane: & quidquid occaſione hujus pacti percipiunt, eccleſiæ parochiali reſtituere compellantur.

### XVIII.

*Archipresbyteratus ad terminum non conferendus.*

Cum archipresbyteratus ſpiritualem juriſdictionem habeant; diſtricte prohibemus ne archipresbyteratus ſub aliqua penſione ad terminum alicui concedatur.

### XIX.

*Immunitas eccleſiarum non violanda.*

In figuram eccleſiaſticæ libertatis Dominus in veteri teſtamento civitates refugii dignoſcitur ordinaſſe, & quoniam eccleſiarum immunitatem quidam auſu temerario infringere non verentur, confugientes ad eccleſias compedibus aut vinculis in ipſis eccleſiis aſtringentes, per ſubtractionem victualium ad exeundum compellentes, ſive per Mauros aut excommunicatos Chriſtianos ab eccleſiis extrahentes: præſentis auctoritate concilii duximus ſtatuendum, ut omnes qui talia commiſerint, excommunicati denuncientur, uſque ad ſatisfactionem condignam. Qui vero per Mauros ab eccleſia extraxerint, & condigne ſatisfaciant, & ſacrilegii pœnam exſolvant, & Mauros illos per quos eccleſiæ Dei prædictum dedecus & injuriam intulerunt, eccleſiæ violatæ ſervituti ſubjiciant, vel ipſi reddant valorem vel pretium eorumdem, ſi abſolutionis beneficium voluerint obtinere.

### XX.

*Excommunicandi Mauris faventes.*

Conſtitutionem Domini ALEXANDRI ad memoriam reducentes, & cauſam neceſſariam habentes eidem adjicere conſtituto, præcipimus, ut ſingulis diebus dominicis ſacerdotes excommunicatos denuncient omnes illos, qui mittent, aut deferent, aut deducent, aut vendent per ſe vel per alios Mauris vel aliis ex parte Maurorum arma, ferrum, lignamina, navium inſtrumenta, panem, beſtias, vel animalia ad comedendum, vel ad colendum, vel ad equitandum. Et hanc ſententiam ſacerdotes diſtrictius obſervent uſque ad ſatisfactionem condignam. Omnes quoque Chriſtiani tam milites quam alii qui ſe ad Mauros tranſtulerunt ad faciendam guerram Chriſtianis, excommunicati denuncientur, nec ſine auctoritate ſedis apoſtolicæ aliquatenus abſolvantur.

# VITA ET EPISTOLÆ HONORII PAPÆ III.

*Honorius qualis & quando papa factus.*

HOnorius III. cui Cencii nomen fuerat, Romæ ex clariſſima gente Sabella prognatus erat, ex camerario ſanctæ Romanæ eccleſiæ anno Dom. 1216. xv. Kalendas Auguſti altero die poſt obitum Innocentii ſub imperio Friderici II. in pontificem Romanum electus eſt. Revelatione S. Petri, ut vulgo credebatur, inſtructus, publice futurum prædicebat, civitatem ſanctam Jeruſalem brevi recuperatum iri. Quo rumore, ait Urſpergenſis, plurimi Romanorum & Germanorum excitati, crucem contra Saracenos ſumpſerunt. Robertum Petri filium, Orientis, Fridericum II. Occidentis, imperatores coronavit: qui immemor accepti beneficii, contra jus & æquitatem ditionem pontificiam vexavit profectuſque Roma in Apuliam, ut ait Trithemius in chronico, cum magno ſuorum exercitu multa ibi bella commiſit, omnemque terram cum Sicilia ſuo imperio ſubjugavit, plurimiſque ibidem interfectis, reliquos ſuo dominio coegit eſſe ſubjectos. Ob quam cauſam ab Honorio excommunicatus, Joannis Hieroſolymitani regis (quem ad Urbem delatum honorificentiſſime exceperat) interceſſione, ea lege abſolutus & eccleſiæ reconciliatus eſt, ut res ablatas reſtitueret, & ad recuperationem terræ ſanctæ ſe cum exercitu ſuo conferret. Prædicatorum & Minorum monachorum ordines biennio ante mortem ſancti Franciſci confirmavit, adverſus Turcas & Saracenos exercitum conſcripſit, eumque comitatu cardinalis Columnæ, aliorumque principum & regum militibus ſtipatum in Aſiam tranſmiſit. Poſt reſtauratas ſanctorum Laurentii & Bibianæ eccleſias obiit menſe Martio anno Domini 1227. cum, ait Urſpergenſis, decem annis & octo menſibus eccleſiæ Romanæ præfediſſet. Sepultus eſt in baſilica ſanctæ Mariæ majoris.

*Duorum imperatorum coronator.*

*Fridericus Romanæ eccleſiæ jura invadit.*

*Excommunicatur.*

*Abſolvitur.*

*Prædicatorum & Franciſcanorum religiones confirmantur.*

*Obitus Honorii.*

## HONORII PAPÆ III EPISTOLA I.

### AD HENRICUM III. ANGLIÆ REGEM

Eum ad Chriſtiane vivendum hortatur.

*Honorius regi Anglorum.*

CUm te tanquam eccleſiæ Romanæ filium ſpecialem ſincero diligentes affectu, cupiamus ut apud Deum & homines proficias ſapientia & ætate: libenter ſalubribus monitis præmunimus, quæ tanto altius cordi tuo debent infi-

ANNO CHRISTI 1116.

inſigi, quanto ex majori noſtræ mentis affectio- A ne procedunt. Quia igitur timor Domini eſt fons vitæ, qui ſe potatos a peccato prætervans, erudit ad ſalutem, præſtantique fiduciam fortitudinis, quos afficit, reddit ab hoſtibus mentis & corporis tuitiores: ſerenitatem regiam monemus & hortamur attente, quatenus ab adoleſcentia tua timori Domini aſſueſcens, in eos teneas te inſtanter; teque a vitiis continens, virtutibus imbui ſatagas ſtudioſe, ſponſamque Chriſti eccleſiam, & miniſtros ipſius, in quibus idem honorari & ſperni ſe aſſerit, humiliter venereris: ut de gratia in gratiam, & de virtute proficiens in virtutem, ſubjectum tibi populum in pulchritudine pacis & requie opulenta gubernes; & dies ſuper dies regis adjiciens Domi- B nus annos multiplicet vitæ tuæ, tandemque de terreno & tranſitorio te ad regnum cœleſte provehat & æternum. Et quia mores ſolent a convictu formari, familiares habere ſtudeas providos & honeſtos, qui ſalutem & honorem tuum ſincere zelantes, ea tibi fideliter conſulant, quæ Deo & hominibus debeant complacere.

## II. AD EPISCOPOS ANGLIÆ.

De accuſatione Richardi Dunelmenſis epiſcopi.

*Honorius epiſcopus*, &c. *Sariſberienſi & Elienſi*, &c. C *epiſcopis, ſalutem*, &c.

ITa nobis in odore bonæ opinionis fratrum & cooperatorum noſtrorum convenit delectari, ut in peſtilentibus vitia non palpemus: cum non deceat pro reverentia ordinis ſuſtinere peccantes, quorum culpa tot eos dignos mortibus facit, quot ad ſubjectos perditionis exempla tranſmittunt, qui ſola quæ pravitatis exempla conſpiciunt, imitantur. Hinc eſt quod cum de venerabili fratre noſtro Dunelmenſi epiſcopo ſæpius nobis inſinuata fuiſſent quæ ab epiſcopali honeſtate nimium diſſonabant: tandem * in conculcatis funibus clamoris excitati, ut non pateremur, cum perditione multorum, quieſce- D re amplius in ſuis enormitatibus epiſcopum memoratum; de quo inſinuatio clamoſa proceſſit, quod poſtquam fuit ad officium pontificale promotus, reus ſanguinis, ſimoniæ, adulterii, ſacrilegii, rapinæ, perjurii, ac dilapidationis multiplicis eſt effectus: non formidans clericos, orphanos, ac viros religioſos opprimere, teſtamenta decedentium impedire, regia jura, contra * ſcientiam dilecti filii noſtri Pandulphi Norwicenſis electi, munire, ac excommunicatione ligatus ingerere ſe Divinis. Item etiam appellationibus non defert ad Romanam eccleſiam interpoſitis, ſtatuta generalis concilii non obſervat, nunquam proponit populo verbum Dei, lingua & exemplo vitæ pravum ſubditis E præbet exemplum, coram multis juravit quod pacem, ipſe vivente, Dunelmenſis eccleſia non habebit. Conquerente ſibi monacho quodam Dunelmenſi ſe a ſervientibus ſuis ab eccleſia quadam fuiſſe extractum, & uſque ad ſanguinis effuſionem pulſatum: reſpondit ei, quod melius factum fuiſſet, ſi ſervientes epiſcopi monachum peremiſſent. Ipſe inſuper apoſtolicam regulam, continentem qualis debeat eſſe epiſcopus, penitus calcavit in cunctis. Nos ergo, ne alienæ culpæ ſimus authores, ſi clauſis oculis tot & tanta prædicti epiſcopi tranſeamus er-

*ſ. inculcatis ſimul clamoribus*

*ſ. ſententiam*

A rata, cum ad nos clamor ſuper his aſcenderit, ut diſſimulationi amplius non ſit locus, dignum duximus ex officii noſtri debito deſcendere, ut hæc an ita ſint, vel aliter, videamus. Quocirca fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inquiſita ſuper his & cognita ſolicite veritate, quæ inveneritis, veſtris fideliter incluſis ſigillis, ad noſtram præſentiam remittatis: ut, authore Deo, quod ſuper hoc faciendum fuerit, ſtatuamus.

Datum Viterbii: pontificatus noſtri anno quarto.

## III. AD ARCHIEPISC. COLONIENSEM, EJUSQUE SUFFRAGANEOS.

Mandat ne advocatias eccleſiarum ſuarum laicis conferri permittant.

*Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopo Colonienſi ac ſuffraganeis ejus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

CUm pleriique advocati eccleſiarum, advocationis obſequium convertentes in dominationis abuſum, eccleſias ipſas opprimant & affligant, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eccleſias veſtrarum C dioeceſeon, humano amore ac mundano timore poſtpoſitis, ab advocatorum vexationibus taliter defendere ſtudeatis, quod per ſtudium veſtrum a ſuis poſſint anguſtiis reſpirare, noſque ſolicitudinem veſtram commendare merito debeamus. Ad hæc ſi quas advocatias vacare contigerit, expreſſe inhibeatis eccleſiis ad quas ſpectant, ne illas conferre præſumant, ſed ſuis curent uſibus applicare: illud diſtrictius inhibentes, ne una eccleſia plures advocatos aſſumat, cum miniſterium advocatorum hujuſmodi, quod ad eccleſiarum tranquillitatem noſcitur fuiſſe proviſum, ad vexationem ipſarum per eorum uſurpationes conſtat eſſe converſum.

Datum Laterani Idibus Martii, pontificatus D noſtri anno quinto.

G. C. Has tantum epiſtolas tres habet editio regia: nos, plures edere cum poſſemus, abſtinemus conſulto, ut ante admonuimus. Multas dabunt Raynaldus, Bzovius, & alii. Octodecim exhibet Tomus V. hiſtoricorum Franc. Non poſſum tamen quin tres hic exhibeam a Caſtejono Fonſeca editas in opere de primatu Toletano: quia & ejuſdem argumenti nonnullas aliorum pontificum ſupra edidi, & neceſſariæ ſunt hæ ad ea probanda, quæ in Lateranenſi IV. concilio de cauſa primatus Toletani ibidem agitata.

## IV. AD RODERICUM TOLETANUM ARCHIEPISCOPUM.

De primatu Toletano.

*Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri noſtro Roderico archiepiſcopo Toletano, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

TE ac Joanne Bracarenſi clerico procuratore venerabilis fratris noſtri Bracarenſis archiepiſcopi in noſtra præſentia conſtitutis, idem procurator terminum tibi, & præfato archiepiſcopo, ejuſque capitulo, in cauſa quæ ſuper primatia inter te & eoſdem vertitur, a felicis me-

ANNO CHRISTI 1116.

ANNO CHRISTI 1216.

memoriæ Innocentio papa prædeceſſore noſtro peremptorie aſſignatum, & poſtmodum approbatum a nobis, proximum feſtum omnium ſanctorum videlicet, petiit prorogari, & dari ſibi ad producendos teſtes inducias largiores, pro eo, quod I. Guterii canonicus Toletanus, quem procuratorem ad eorum præſentiam, quibus commiſſa fuit receptio teſtium deſtinaſtis, judicatus fuit inſufficiens ab eiſdem. Nos igitur attendentes, quod ipſi receptores teſtium in ſuis litteris teſtabantur expreſſe, quod idem procurator neceſſaria miniſtravit, & productioni teſtium multorum interfuit, ac etiam præſtare voluit fidejuſſoriam cautionem, te rem ratam omnimodis habiturum; ipſe vero archiepiſcopus id acceptare non curans, recuſavit plures teſtes producere ab ipſis receptoribus requiſitus: ejuſdem procuratoris petitionem de fratrum noſtrorum conſilio non duximus admittendam, tibi præſentes litteras in hujus rei teſtimonium concedentes, ne occaſione hujuſmodi alicui poſſes in poſterum diſpendio ſubjacere.

## V. AD ARCHIEPISC. ET CAPIT. BRACARENS.

De eodem argumento.

*Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri archiepiſcopo, & dilectis filiis Capituli Bracarenſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

COram felicis memoriæ Innoc. papa prædeceſſore noſtro lite inter venerabilem fratrem noſtrum archiepiſcopum Toletanum, & te, frater archiepiſcope, ſuper primatia ſolemniter conteſtata: vobis fuit peremptorius terminus aſſignatus, quo cum rationibus & defenſionibus veſtris procuratores idoneos ad ſedem apoſtolicam mitteretis. Nos autem habentes rata prædicta, vobis denunciavimus, ne denuo expectaretis citari, quia niſi compareretis termino aſſignato, tu frater archiepiſcope per te, vel per ſufficientem procuratorem, voſque filii capitulum per idoneos reſponſales, nos nihilominus procederemus in ipſo negotio, quantum juſtitia poſtularet. Verum elapſo termino conſtituto, poſt expectationem non modicam, comparuerunt dilecti filii magiſter ſcholarum, & magiſter Dominicus Bracarenſis, veſtras nobis litteras præſentantes, quibus eos eſſe procuratores veſtros in cauſa prædicta, ita quod uterque in ſolidum, apparebat. Sed quia, ut dicebant, non attulerant depoſitionem teſtium, & alia munimenta, dilationem cum inſtantia poſtularunt. Poſtquam vero contra eos interlocuti fuimus ſuper dilatione petita, tandem indulgeri eccleſiæ Bracarenſi dilationem propter inſtructionem cauſæ, per auxilium reſtitutionis in integrum, poſtularunt: exhibentes ſuper hoc ex parte veſtra ſpeciale mandatum. Nos autem de fratrum noſtrorum conſilio, uſque ad octavas Pentecoſtes proxime futuras, per reſtitutionis beneficium, ad id vobis terminum duximus indulgendum. per apoſtolicam vobis ſententiam præcipiendo mandantes, quatenus ſic inſtructi compareatis in termino, quod cauſa ſuum ſortiri poſſit effectum: quia cum, ultra peremptorium aſſignatum, diu ſit in ipſius Toletani diſpendium, ejuſdem cauſæ deciſio protelata, tunc profecto in eo quantum poſtulabit ratio procedemus.

A Datum Lateran. X. Kalend. Martii, pontificatus noſtri anno I.

## VI. AD RODERICUM ARCHIEPISCOPUM TOLETANUM.

Primatus in Hiſpalenſem metropolim conceditur.

*Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri archiepiſcopo Toletano ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

APoſtolicæ ſedis benignitas provide penſans B merita ſingulorum, iis, quos plus fervere in ſua devotione cognoſcit, majorem conſuevit gratiam exhibere: ut non ſolum illos e devotis devotiores efficiat, verum etiam illorum exemplo indevotos ad ſui devotionem inducat. Hinc eſt, quod attendentes nobilitatem eccleſiæ Toletanæ, intuitu ſpiritualis devotionis, quam ad apoſtolicam ſedem habere dignoſcitur; volentes facere gratiam ſpecialem in Hiſpalenſi metropoli, ac ejus provincia: eidem eccleſiæ præſentis ſcripti privilegio jus concedimus primatiæ: ſtatuentes, ut cum præfata metropolis ad Chriſtianorum manus Deo favente redierit, tu frater archiepiſcope, ac ſucceſſores tui, ea quæ ſpectant ad primatis officium, exerceatis libere C in eadem. Adjicimus tamen ex conceſſione hujuſmodi, quam motu proprio fecimus tibi vel ipſi eccleſiæ Toletanæ nullum omnino præjudicium generetur. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & conſtitutionis infringere, vel ei &c. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conceſſionis & conſtitutionis paginam ſciens, contra eam, &c.

Datum Lateran. per manum Ranerii ſanctæ Romanæ eccleſiæ vicecancellarii, Kal. Februarii, Indictione VI. Incarnationis Dominicæ anno MCCXVIII. pontificatus vero domini Honorii papæ III. anno II.

## D ☞ HONORII PAPÆ III. AD PRÆLATOS HIBERNIÆ.

*Arguit eos quod pullulantem in ſubditis hæreſim tolerarent.*

HOnorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis & dilectis filiis ceteris eccleſiarum prælatis & capitulis per Hiberniam conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Martene Anecdot. to. v. pag. 875.

Expectavimus haſtenus, expectantes ſi monitis & ſtatutis concilii generalis, exculta Domini Sabaoth vinea floruiſſet, ſi Aaron virga turgentibus gemmis erupiſſet in flores, & dilatatis E foliis amygdala produxiſſet, ſi geminaſſent mala punica, & ficus produceret groſſos ſuos: quia ficus præcoquas anima ſponſi deſiderat, & ſponſa diligit botros cypri. Sed ecce dolentes dicimus! ante meſſem ſeges effloruit, & vinea fere tota & ficus ac virga magis aruit, & vindemiator manum ad catcallum non revocat: ſed ſic ſemper vindemiat, quod poſt vindemiatores racemos aliquos colligere vix valemus. Nam unuſquiſque fere in viam ſuam abiit, & ad ſuam negotiationem revolat a regiis nuntiis damnabiliter ſe excuſans. Jam quidam miniſtri altaris ſicut jumenta non ſolum in ſtercore computre-

ANNO CHRISTI 1216.

putreſcunt, ſed peccatum ſuum velut Sodoma prædicant nec abſcondunt, facti ruina & laqueus peccatorum. Quidam etiam Eccleſiarum Prælati, qui gladios ancipites in manibus acceperunt ad faciendam vindictam & increpationes in populis, errantes non corrigunt, membra putrida non excidunt, a caulis oves contagioſas & morbidas non excludunt, vulnus livorem & plagam tumentem non ligant, nec curant, neque fovent oleo vel emplaſtro: propter quod quia cicatrix populi non obducitur, in Galaad non cenſetur eſſe medicus vel reſina. Proinde in conſilium ſubditorum venire anima prælatorum convincitur, dum iidem proximorum vitiis non reſiſtunt, ſicque manus mulierum miſericordium parvulos ſuos coquunt. Hi etiam bona ſibi commiſſa diſſipant & conſumunt, diſpergunt ſanctuarii lapides in capite omnium platearum, indignos promovent, pernitioſis ſtipendia eccleſiaſtica largiuntur, in ſuis eccleſiis conventicula de ſanguinibus congregantes. Tales utique non attendunt quod Eli filios ſuos palpans de ſella retrorſum cecidit, & principes populorum, quia non cohibebant Hebræos initiantes Beelphegor, & cum Madianitis in eorum oculis coeuntes, præcepto Domini ſuſpenſi ſunt in patibulo contra ſolem. Quia cum de manibus Prælatorum negligentium ſanguis requiratur pereuntium ſubditorum, dum fortioribus inſtat fortior cruciatus, fit durum judicium eis qui præſunt. Clauſtrales quamplurimi qui fregerunt jugum, ruperunt vincula, quinetiam ſicut ſtercus terræ jam contemptibiles ſunt effecti, ſe non corrigunt, ſubditos non caſtigant, capitula juxta concilii generalis ſtatutum non celebrant, ne in lucem prodeant opera tenebrarum & a lumine arguantur. Propter hæc ſiquidem hæreſes invaleſcunt, quia cum perpauci hodie murus æneus vel columna ferrea ſint prælati, vix eſt qui ſe opponat murum pro domo Domini aſcendentibus ex adverſo: eo quod conſcientia remordente, dum canes muti projectum in terra ramuſculum in os habent, & ſint quaſi baculus arundineus jam confractus, nec latratu nec baculo arceant lupos dilacerantes eccleſiam, & in ipſam ululatus validos emittentes. Cum igitur non poſſimus diſſimulare de cetero vel conniventibus oculis pertranſire tantum cleri contagium & populi chriſtiani diſcrimen, quod procedit & proficit ex negligentia prælatorum evacuantium per incuriam & torporem ſanctiones canonicas, & ſtatuta ſalubria concilii generalis, increpationis ſecurim comminantem excidium nunc radicibus infructuoſæ arboris applicamus, confoſſæ ficulneæ cophinum ſtercoris apponentes antequam maledictionis gladio feriatur, & areat, ſi fructum non fecerit in futurum, quem jam diutius expectat. Quocirca univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus & diſtricte præcipimus, quatenus præteritam negligentiam novo ſtudio redimentes, per ſollicitudinem geminatam ſic præfati ſtatuta concilii, & illa præſertim quæ ſalutem reſpiciunt animarum, deinceps conſervetis, & faciatis a veſtris ſubditis inviolabiliter obſervari, quod poſſitis exinde laudem conſequi, & æterna præmia promereri, nec quemquam veſtrum pœnam oporteat formi-

A dare, ad quam ex nunc potenter accingimur, contra deſides & remiſſos. Invigiletis autem propenſius ad hæreticam pravitatem e veſtis finibus, ſi forſan irrepſerit, penitus extirpandam, quia ſerpit ut cancer, capita ut hydra multiplicat, & ut draco ſtellas de cælo detrahit, & mulieri tendit inſidias, cupiens filium quem concepit devorare. Ponat etiam unuſquiſque gladium ſuper femur per medium caſtrorum tranſiens de porta in portam, nec parcat fratri, proximo vel amico, qui ſtatutis concilii vilipenſis morum vel vitæ abjicit honeſtatem, vel non obſervat in tonſura, veſtibus & aliis modeſtiam clericalem. Præcaventes ſollicite, ne beneficia conferatis indignis, nec quemquam permittatis habere plures perſonatus, ſeu parochiales eccleſias habitas poſt concilium generale quibus cura ſit animarum annexa, niſi forſan ſuper hoc habeat indulgentiam ſedis apoſtolicæ ſpecialem. Abbates vero Nigri ordinis celebrare hoc anno provincialia concilia non omittant, prout exiſtit in præſcripto concilio ſtabilitum, & ut bonorum ſtudium commendare poſſimus, & punire negligentiam perverſorum, ſuper hoc ab illis certiorari volumus & mandamus. Sane cum olim vas aureum manna plenum Chriſti corpus deitatem continens præfigurans, in arca fœderis auro tecta infra ſancta Sanctorum fuerit collocatum ut munde in loco venerabili ſervaretur, dolemus plurimum & triſtamur, quod in provinciis Sacerdotes ſanctiones canonicas, immo divinum judicium contemnentes, ſanctam Euchariſtiam incaute cuſtodiunt, & immunde ac indevote contrectant, quaſi nec creatorem timeant vel recreatorem diligant, aut judicem omnium expaveſcant; quamquam Apoſtolus terribiliter comminetur deteriora illum mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, vel Sanguinem teſtamenti pollutum duxerit, aut Spiritui gratiæ contumeliam fecerit, quam tranſgreſſores legis Moſaicæ, qui mortis ſententia plectebantur. Ne igitur de cetero propter incuriam Sacerdotum in indevotos divina indignatio gravius exardeſcat, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus a Sacerdotibus Euchariſtia in loco ſingulari, mundo etiam & ſignato ſemper honorifice collocata, devote ac fideliter conſervetur. Sacerdos vero quilibet frequenter doceat plebem ſuam, ut cum in celebratione miſſarum elevatur hoſtia ſalutaris, quilibet reverenter inclinet, idem faciens cum ipſam portat presbyter ad infirmum, quam in decenti habitu ſuperpoſito mundo velamine ferat & referat manifeſte & honorifice ante pectus cum omni reverentia & timore, ſemper tamen lumine procedente, cum ſit candor lucis æternæ, ut ex hoc apud omnes fides & devotio augeatur. Prælati autem hujus mandati graviter punire non differant tranſgreſſores, ſi & ipſi divinam & noſtram volunt effuggere ultionem. Attendat igitur unuſquiſque ut ſic mandatum noſtrum juxta ſuſceptum officium exequatur, quod nemo coronam ejus accipiat, vel de ſuo loco ejus candelabrum amoveri contingat, ſed potius coronari gloria & honore. Datum Viterbii XIII. Kal. Dec. Pontificatus noſtri anno IV.

Margin letters: B (at "mittatis"), C (at "& triſtamur"), D (at "bus Euchariſtia"), E (at "nem. Attendat").

CON-

# CONSTITUTIONES FACTÆ

## IN ECCLESIA CATHEDRALI S. PETRI ET PAULI NOVÆ VILLÆ

*Juxta Athrumiam, per Simonem, Dei gratia epiſcopum Midenſem, in ſynodo ibidem tenta*

ANNO MDCCVI.

*Ex MS. penes Joh. epiſc. Xlogherenſem.*

An. 1216. Affert Wilkins Conc. Brit. t. 1. p. 546. Ex Manſi Tom. II. pag. 866.

CUm dominus Johannes Paparo, presbyter A cardinalis tituli S. Laurentii in Damaſo, ſummi pontificis & domini noſtri Eugenii III. legatus in Hibernia, in Synodo generali tenta apud Kenanas in Midia, anno gratiæ MCLII. inter alias ſalubres conſtitutiones tunc & ibidem factas, ordinaverit, ut decedentibus chorepiſcopis, & exiliorum ſedium epiſcopis in Hibernia, in eorum locum eligerentur, & ſuccederent archipresbyteri a diœceſanis conſtituendi, qui cleri & plebis ſollicitudinem gerant infra ſuos limites, & ut eorum ſedes in totidem capita decanatuum ruralium erigerentur; idcirco nos epi- B ſcopus antedictus ejus ordinationi morem gerentes, ſtatuimus & ordinamus, prout ſequitur.

I.

In primis ut in eccleſiis Aebrumenſi, Kenanuſenſi, Slanenſi, Skrynenſi, Donnaclſachenling, olim ſedibus epiſcopalibus in Midia, nunc vero capitibus ruralium decanatuum, archipresbyteri de futuro inſtituendi, non ſolum perpetuam & perſonalem reſidentiam faciant in iiſdem eccleſiis; verum etiam cleri & populi infra limites eorum decanatuum ſolicitudinem C gerant.

II.

Ut nullus in archipresbyterum ordinetur, niſi qui presbyter ſit, ſub pœna amotionis a ſuo officio.

III.

Item quod vacante per mortem, aut alio quovis modo archipresbyteratus officio, eligendus eſt per nos, aut ſucceſſores noſtros ſucceſſor, quia juriſdictionem ſuam a nobis haurit.

IV.

Item, ut archipresbyteri quotannis, & ſæpius, ſi opus fuerit, perſonaliter viſitent ſtatum & conditionem omnium eccleſiarum infra ſuos decanatus; &, ſi qua eccleſia reparatione indigeat, hortentur gregem dominicum ad earum reparationem, actaque viſitationis ad nos in proxima ſynodo tranſmitti curent. Videant etiam an domus paſtorum & capellanorum ſint ſartæ tectæ; corruptelas morum in populo reformare ſtudeant, & ſi quas abſtergere nequeant, ad ſynodum diœceſanam referant, ut de iis emendandis cum conſilio cleri deliberari poſſit.

V.

Item, ut procurent fidele tranſcriptum ad nos in ſynodo tranſmitti de ſtatu & conditione librorum, vaſorum, veſtimentorum, & aliorum ornamentorum & ſupellectilium in eccle- A ſiis infra ſuos decanatus, ut de iis reficiendis, quoties expedit, ſtatuamus.

VI.

Curent inſuper pœnitentias canonicas, a nobis vel officialibus noſtris impoſitas delinquentibus, debite, & ea, qua decet, ſolemnitate peragi, & perimpleri in eccleſiis infra ſuos limites, quibus ipſi cum presbyteris parochialibus interſint, tanquam teſtes, ut qua humilitate & devotione pœnitentiæ laboribus defuncti ſunt, teſtificare poſſint.

VII.

Item, ut in admiſſione ad officium, juramentum præſtent de fideli executione ſui officii. Item de inquirendo & præſentando nobis & officialibus noſtris nomina & cognomina omnium & ſingulorum infra ſuos decanatus, qui publice & notorie deſamati aut vehementer ſuſpecti ſunt de aliquo crimine aut infamia, per auctoritatem noſtram puniendi & corrigendi

VIII.

Item, ut capitula ruralia diligenter conſervari faciant per ſe, aut per ſuos nuncios, in præcipuis locis decanatuum, de tribus ſeptimanis in tres tenenda, & aliquando extraordinarie ad voluntatem noſtram, ſi nobis viſum fuerit aliquid in iſtis conventibus cum clero communicare.

IX.

In hiſce capitulis ipſi præſint & moderentur tractatus cleri de communibus negotiis decana- D tuum; in iiſdem etiam faciant inquiſitiones fieri de beneficiis vacantibus & de intruſis vi laica in beneficia. Curent inſuper tranſcriptum fieri ſtatutorum provincialium & diœceſanorum, eaque in ſingulis capitulis poſt proximas ſynodos recitari faciant & exponi clero infra ſuos limites, ne quis peccet in eadem per aliquem prætextum ignorantiæ; admoneant etiam curatores animarum, ut populo infra ſuas parochias publicari faciant, & exponi eas conſtitutiones, E quæ ad plebem ſpectant & pertinent.

X.

Prohibemus archipresbyteris probationem teſtamentorum, tractationem cauſarum matrimonialium, cauſas ſimoniæ, & omnes cauſas criminales, quæ deprivationem cleri, & amiſſionem beneficiorum exigunt

XI.

Præterea decanis ruralibus diſtrictius inhibemus,

ANNO CHRISTI 1216.

mus, ne in ſuos ſubjectos exactiones vel tallias per ſe vel per ſuos exercere præſumat.

XII.

Quod ſi in præmiſſis negligentes aut remiſſi A aut inobedientes fuerint, & de hoc conſtare poterit per teſtes fide dignos, a nobis aut ſucceſſoribus noſtris ab officio ſuo ſuſpendantur, donec mores emendaverint.

ANNO CHRISTI 1216.

# CONCILIUM SALISBURGENSE

## AB EBERHARDO ARCHIEPISCOPO CELEBRATUM.

Ex Hanſizii Germania ſacra tom. 2. p. 322

SYnodum Epiſcoporum in ſua metropoli collegit Eberhardus Archiep. Saliſburgenſis, ubi de placitis Concilii Romani nuper habiti deliberatio ſuſcepta: de ſubſidio pro defendenda Palæſtina, de quo Romæ decretum fuerat, uti ſacer ordo de ſuis proventibus viceſimam in triennium conferret. Honorius in Chronico ad an. 1216. ita ſcribit: *Concilium provinciale a domino Eberhardo Salzburch celebratur: cui interfuerunt Patavienſis, Friſingenſis, Gurcenſis, Chymenſis Epiſcopi. Ratiſponenſis vero propter ſe-* B *ditionem ſuæ civitatis intereſſe non poterat: ſed Præpoſitum, Decanum, ſcholaſticum majoris Eccleſiæ pro ſe miſit. In quo Concilio Prælati monaſteriorum totius provinciæ contumaciter abſentes a domino Metropolitano ſunt excommunicati: quam ſententiam D. Honorius P. III. confirmavit.* Ita ibi. Honorius die 15. Kal. Auguſti anni 1216. Pontificatum Romanum ingreſſus pro Innocentio recens demortuo: quod argumento eſt, Synodum Salzburgenſem ſub id tempus inſtituiam eſſe.

# JO. DOMINICI MANSI

## IN CONSTITUTIONES RICARDI EPISCCPI SARUM ANIMADVERSIO.

A Viris doctis dudum animadverſum eſt in Conſtitutiones Sarum totas refuſas eſſe Conſtitutiones Richardi Epiſcopi Dunelmenſis, non ſenſu tantummodo ſed verbis iiſdem repetitis. Ea perſuaſus opinione Coſſartius ſupervacaneum duxit Dunelmenſe Concilium, in quo Conſtitutiones illæ Epiſcopi Dunelmenſis receptæ ſunt, in Collectione Conciliorum inferre, ſatis habens Lectores de re tota brevi adnotatione feciſſe certiores. Nec ſane ille falſus eſt, nam ego inſtituta inter utraſque prorſus collatione, ambas inter ſe congruere comperi; non tamen in omnibus conveniunt, cum paucula nonnulla repererim in Dunelmenſi, quæ in Conſtitutionibus Sarum reſecta ſint. Quod cum animadverterim conſilium incundum mihi eſſe arbitratus ſum ne his additionibus Lectores careant, & moleſta repetitio evitaretur; id vero ea ratione præſtiti, ut textu Dunelmenſium uterer ad emendandas Conſtitutiones Sarum mendis ſcatentes. Additiones vero in infimam pagellæ oram rejicerem.

CIRCA ANNUM CHRISTI 1217.

# CONSTITUTIONES RICARDI POORE,

## SARUM EPISCOPI, CIRCA ANNUM DOMINI MCCXVII.

Ex Tom. II. Concil. Britanniæ Henr. Spelmanni pag. 137.

CIRCA ANNUM CHRISTI 1217.

### TITULI CAPITUM.

C

1. *Ut ſancti ſint miniſtri eccleſiæ. Item qui ſuſpenſi.*
2. *De irregularitatibus de quibus epiſcopus poteſt diſpenſare.*
3. *Qualiter archidiaconi inſtruere debent ſacerdotes in fide, & in articulis fidei.*
4. *Capitulum continens expoſitionem catholicæ fidei.* D
5. *De munditia ſacerdotum & clericorum.*
6. *De focariis amovendis.*
7. *De pœna archidiaconorum, officialium, decanorum negligentium.*
8. *De pœna & ſatisfactione focariarum ſacerdotum.*
9. *De pœna ejus qui polluerit filiam ſpiritualem.* E
10. *De ſuperbia vitanda, in geſtu, habitu, & verbis, & indumentis clericorum.*
11. *De bono pacis.*
12. *De hoſpitalitate ſervanda.*
13. *De numero ſacramentorum*
14. *Ne laici laudabiles conſuetudines frangant.*
15. *Ne Miſſæ venales ſint, nec onerent ſe annualibus vel triennalibus ſacerdotes.*
16. *De baptiſmo & ejus effectu.*
17. *Fontes ſub ſera claudantur.*
18. *De baptiſterio.*
19. *De forma baptizandi.*
20. *Quod chriſmales niſi in uſus ornamentorum eccleſiæ non convertantur.*
21. *De pueris cuſtodiendis,*
22. *De inquiſitione patris pueri.*
23. *Quod pater debeat admitti ad levandum puerum.*
24. *De ſacramento Confirmationis.*
25. *Ubi debeant audiri confeſſiones mulierum.*
26. *Qualiter admittendæ ſunt purgationes deffamatorum,*
27. *Qualiter ſe debeat gerere ſacerdos in confeſſione audienda.*
28. *De majoribus peccatis*
29. *Ne ſacerdos revelet confeſſionem.*
30. *Ne pœnitentia injungatur ſine reſtitutione.*
31. *De decimis dandis*

32. *De*

CIRCA ANNUM CHRISTI 1217.

32. *De pœna communicantium cum excommunicatis.* A
33. *De ſolemni excommunicatione.*
34. *De ſacramento Euchariſtiæ.*
35. *De effectu Euchariſtiæ.*
36. *De canone Miſſæ.*
37. *Quod ſingulis diebus dicatur pro defunctis, placebo Domino.*
38. *Ne ſacerdos oſculetur hoſtiam.*
39. *Ne Euchariſtia detur ſecretius.*
40. *De ornamentis eccleſiæ.*
41. *Ne bona eccleſiæ alienentur niſi in caſibus conceſſis.*
42. *De defectibus ſupplendis de bonis defuncti, de pœna archidiaconi in hoc negligentis.*
43. *De eodem.*
44. *De eccleſiis ad firmam tradendis.*
45. *Ne ulli religioſi aliquem habeant ingreſſum in poſſeſſionibus eccleſiæ, ſine conſenſu epiſcopi.*
46. *Ne penſio in eccleſiis detur alicui, ſine aſſenſu noſtro.*
47. *De capellanis extraneæ ordinationis.*
48. *Ne amoveantur idonei ſacerdotes.*
49. *De pœna incontinentium.*
50. *Ne prædicatores admittantur ſine litteris epiſcopi.*
51. *De pœna eorum qui aliquid dant vel accipiunt pro ſpiritualibus.*
52. *Ne incluſi alios de nocte in domo ſua recipiant.*
53. *De exceſſibus in præbendis corrigendis.*
54. *De matrimonio contrahendo.*
55. *De reverentia matrimonii.*
56. *De forma contrahendi matrimonia.*
57. *De clandeſtinis matrimoniis*
58. *De ſacrilegiis & maleficiis in nuptiis.*
59. *De modo prohibito in affinitate carnali, vel ſpirituali.*
60. *Ne quis ſuper dubio caſu cauſam matrimonii definiat.*
61. *De iis qui per adulterium polluuntur.*
62. *Quod prægnantes ſibi provideant cum tempus partus appropinquat.*
63. *Ne conjugati viri tranſeant ad religionem inconſulto epiſcopo.*
64. *Quod de cetero in quinto gradu conſanguinitatis liceat contrahere.*
65. *De denunciatione facienda, cum matrimonia in eccleſiis ſunt contrahenda.*
66. *De teſtibus recipiendis ad probandam conſanguinitatem.*
67. *De ſacramento extremæ unctionis.*
68. *De eodem.*
69. *De eodem.*
70. *De teſtamentis faciendis, & memoria fabricæ Sarum eccleſiæ.*
71. *Ne perſonæ eccleſiæ ædificent in feudo laicali.*
72. *Ut primo a medicis moneantur ægri ad ea quæ ſunt animæ.*
73. *De motibus ſacerdotum propriis refrænandis.*
74. *De eodem.*
75. *De reditu ad religionem.*
76. *De reverentia.*
77. *De procurationibus archidiaconorum.*
78. *De prædicatoribus epiſcopi recipiendis.*
79. *De beneficiis magiſtris ſcholarum providendis.*
80. *De receptione ſ..... beneficii.*
81. *De idoneis præſentandis ad vacanda beneficia.*
82. *Ne viri eccleſiaſtici fidelitatem laicis præſtent.*
83. *De eccleſiarum patronis.*
84. *De ſtipendiis ſacerdotum.*
85. *De vicariis faciendis.*
86. *Quod omnes clerici beneficiati habeant prædictas conſtitutiones.*
87. *De ſententia excommunicationis.*

## CAPUT I. (a)

B

*I. Ut ſancti ſint miniſtri eccleſiæ. Item, qui ſuſpenſi.*

CUm nec rugam nec maculam admittat eccleſia glorioſa, non ſolum lavacro aquæ in verbo vitæ mundata, ſed etiam ſanguine agni incontaminati & immaculati Chriſti plenius abluta: non mediocriter gloriatur de miniſtrantium ſibi munditia & diſpenſatorum ſuorum induſtria.

*Multis in locis deſcribit iſte Conſtitutiones Odonis Ep. Pariſienſis ſupra poſitas an. 1198. H.*

Quibus ſpecialiter præcipimus, quod in Levitico legitur: *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.* A quibus cum præcipue ſanctitas exigatur, utpote de quorum converſatione mors & C vita ſubditorum dependere dinoſcitur: primo miniſtris eccleſiæ, qui ad noſtram curam ſpecialiter pertinent, certa forma præſcribatur, per quam eccleſiaſtica ſacramenta ſic per eorum miniſteria rite tractentur, & recte diſpenſentur, ut & Deus placetur, & grex eis commiſſus ædificetur.

*Levit. 11.*

Sed ne terræ ſentibus obſitæ, ſemen Dominicum inutiliter commendetur, & modicus vel nullus fructus expectetur: prius area Domini purgetur, mundetur, vepres ſuccidantur, & herbæ mortiferæ radicitus evellantur.

Imprimis in virtute Spiritus ſancti diſtricte D præcipimus, ut omnis miniſter eccleſiæ, & præcipue ſacerdotes, diſcutiant diligenter & ſolicite, juxta teſtimonium conſcientiæ ſuæ, quales ad ordines ſuſceptos acceſſerunt, & quo fine. Generaliter omnes quos irregularitatem in ordinis ſuſceptione, vel ante, vel poſt ordinis ſuſceptionem, conſtat contraxiſſe, niſi cum eis diſpenſatum fuerit expreſſe ab eo qui cum eis diſpenſare potuerit, ab officii ſui executione ſuſpenſos denunciamus.

Ne autem ignorans ignoretur: irregulares, qui ſecundum canones ab ordinibus prohibentur, & illos qui cum diſpenſationis gratia admittuntur, ſeriatim duximus, & per ordinem E ſpecificandos.

Homicidæ, advocati cauſa ſanguinis, executores ſervorum in publicis adminiſtrationibus, ſimoniaci, interventores ſimoniacarum pactionum, & qui labe illa infecti, ordines ſcienter ſuſceperunt. Qui ab hæreticis & ſchiſmaticis damnatis, vel nominatim excommunicatis, ſcienter ordines ſuſceperunt. Item bigami, corruptarum mariti, Deo ſacrarum virginum violatores. Item qui excommunicati, ordines ſcienter

(a) Dantur variantes & emendationes ex Conſtitutionibus Richardi de Mariſco Dunelmenſis epiſcopi, quæ hic ad verbum exſcriptæ ſunt, extantque in noviſſima Collectione Anglicana to. I. pag. 572.

C. ANNO CHRISTI 1117.

ter ſuſceperunt, vel furtive, & qui in ſuſceptis ſcienter tales miniſtrare præſumpſerint. Item ſortilegi, qui dæmonibus immolarunt: incendiarii eccleſiarum.

Omnes tales, niſi noſtrum, vel ſuperioris ſuper hoc requiſiverint conſilium, vel requiſitum habuerint, ex tunc ab executione officii ſui ſe noverint ſuſpenſos.

II. *De irregularitatibus, de quibus epiſcopus poteſt diſpenſare.*

Qui vero non de legitimo matrimonio nati, & abſque epiſcoporum ſuorum diſpenſatione fuerint ordinati; & qui ſe noverint ſervorum filios, & præter conſcientiam illorum a quibus ſcilicet licentia requiri debuit, ordinatos, vel a non ſuis epiſcopis præter ſuorum licentiam prælatorum ad ordines promotos: quoniam cum talibus diſpenſare poſſumus, præcipimus, quod omnes tales ſub pœna ſuſpenſionis noſtrum ſuper hoc requirant conſilium.

Omnes autem dictos irregulares de cetero ordinandos præcipimus ante ſuſceptionem ordinum diligenter attendere, & humiliter diſpenſationis beneficium, ſi diſpenſabilis ſit irregularitas, poſtulare. Certum eſt enim, ſecundum ſanctorum traditiones, irregulares præſumptuoſe & periculoſe miniſtrare, cum quibus non eſt diſpenſatum.

Adjicimus autem, diſtricte præcipiendo, ut omnes, qui in conſcientia mortalis peccati prius perpetrati, vel propter quæſtum temporalem tantum, ordines ſuſceperint, officium ſuum non exequantur, antequam ſacerdoti confiteantur.

III. *Qualiter archidiaconi inſtruere debent ſacerdotes in fide, & in articulis fidei.*

Cum per miniſterium noſtrum eccleſiaſtica ſacramenta debeant tractari & diſpenſari: neceſſaria eſt vobis, filii cariſſimi, fidei catholicæ agnitio & poſſeſſio, quia *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo*. Et ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt. Propterea vobis præcipimus, pro bene vivendo, fidem rectam teneatis, parochianos veſtros in articulis fidei, ſine qua non eſt ſalus, ſæpius inſtruentes. Quod ut melius & expeditius fiat a vobis, diſtricte præcipimus & injungimus archidiaconis, quod in capitulis ſuis expoſitionem in generali concilio promulgatam ſane, & ſimplicibus verbis ſacerdotibus exponant: & ſacerdotes, prout Deus eis inſpiraverit, parochianos ſuos inſtruant; & eis illam expoſitionem frequenter domeſtico idiomate ſane inculcent, quæ talis eſt.

Hebr. 11.

IV. *Capitulum continens expoſitionem catholicæ fidei.*

Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quod unus eſt ſolus Deus verus, omnipotens, æternus, immenſus & incommutabilis, incomprehenſibilis & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: tres quidem perſonæ, ſed una eſſentia, ſubſtantia, natura, ſimplex omnino. (a)

Exhortentur ſæpius ſacerdotes parochianos ſuos ad dicendum ſymbolum, & Dominicam, prout in capitulo concilii continentur, orationem, & ſalutationem S. Mariæ: pueros frequenter quoque convocent, & unum vel duos inſtruant, qui alios inſtruant in prædictis.

Et quia parentes circa hujuſmodi ſunt periculoſe negligentes: moneant ſæpius, ut pueros & familiam ſuam, prout Deus eis inſpiraverit, inſtruant in prædictis, vel inſtrui faciant.

V. *De munditia ſacerdotum & clericorum.*

Cum de converſatione ſacerdotum mors & vita dependeant ſubditorum, & cum corpora miniſtrorum Chriſti, ſint vel eſſe debeant templum Spiritus ſancti: quicumque templum Dei violaverint, diſperdat eos Deus. Ne ſacerdotes tollentes membra Chriſti, faciant membra meretricis: diſtricte præcipimus, quod omnes eccleſiæ miniſtri, in ſacris ordinibus conſtituti, ſive ſint beneficiati, ſive non, honeſte & caſte vivant, ab omni fornicatione & immunditia ſe abſtineant, prout ad ſacrum eorum miniſterium dinoſcitur pertinere.

VI. *De focariis amovendis.*

Sacerdotibus vero præcipue & ſpecialiter, in virtute Spiritus ſancti, & ſub periculo officii & beneficii, diſtricte præcipimus, ut continenter & honeſte vivant, concubinas ſuas a domibus ſuis procul expellant, & nullam familiaritatem cum eis de cetero habeant, nec in propriis domibus, nec in alienis: niſi velint ſimul beneficiis & officiis contra hoc agendo privari.

VII. *De pœna archidiaconorum, officialium, decanorum negligentium.*

Concil. Lateran. IV. c. 14.

Ne vero facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi, in generali concilio ſtatutum eſt, quod clerici, præſertim in ſacris ordinibus conſtituti, qui deprehenſi fuerunt incontinentiæ vitio laborare, & qui pro hac cauſa ſuſpenſi, officium ſuum exequi præſumpſerint, non ſolum eccleſiaſticis beneficiis ſpolientur, verum etiam, pro hac duplici culpa perpetuo deponantur: ut quos Divinus timor non revocat, temporalis ſaltem pœna cohibeat a peccato. Prælati, quoque qui tales iniquitatibus præſumunt ſuſtinere, maxime obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari ſubjaceant ultioni. Unde oportet vos omnes, archidiaconi, officiales, & decani, tanto vigilantius ſuper hoc vigilare, quanto negligentibus majus periculum imminere dinoſcitur.

VIII. *De pœna & ſatisfactione focariarum ſacerdotum.*

Concubinæ ſacerdotum frequenter moneantur ab archidiaconis, & præcipue a ſacerdotibus, in quorum parochia morantur, vel ut contrahant, vel ut clauſtrum ingrediantur, vel ſicut publice peccaverunt, publicam agant pœnitentiam. Qui autem contra hanc monitionem ſalubrem, obtentu pecuniæ, vel familiaritatis, negligens inventus fuerit, pœnæ ſupradictæ ſubja-

(a) Ad. prout in capitulo concilii continentur. *Hæ, & quæ ſubinde afferentur additiones proprie forte pertinent ad Dunelmenſes Conſtitutiones & in his Sarenſibus reſectæ ſunt; quanquam tamen hæc additio, quæ hic deeſt, ſuppletur inferius.*

C. ANNUM CHRISTI 1217.

jacebit. Quod ſi ad nullum iſtorum induci poſ- A
ſint per monitionem: interdictis eis, primo pa-
cis oſculo, & pane benedicto, in eccleſia, ſi
perſeveraverint in obſtinacia, & ipſæ & com-
municantes cum eis excommunicentur, ſæculari
juſtitiæ tradendæ, ſi nec ſic reſipuerint.

### IX. *De pœna ejus qui polluerit filiam ſpiritualem.*

Et cum peccans ſacerdos peccare faciat po-
pulum Dei: maxime a filia ſua ſpirituali & pœ-
nitentiali ſe abſtineat, & ab omnibus quibus
diſpenſaverit eccleſiaſtica ſacramenta: ſciens quod
in deteſtationem tanti peccati, ſecundum cano-
nes & ſanctorum patrum ſtatuta, quindecim B
anni debentur, & poſtea detruſio in monaſterio.

### X. *De ſuperbia vitanda, in geſtu, habitu, & verbis, & indumentis clericorum.*

Eccli. 10. Quia *initium omnis peccati eſt ſuperbia*, ſuper-
biam in geſtu, habitu, & verbis prohibemus:
præcipientes ſub pœna ſuſpenſionis, ut ſacerdo-
tes & clerici quilibet, habitum habeant ſuo or-
dini competentem: ſacerdotes clauſa deſuper
deferant indumenta, nimia brevitate vel longi-
tudine non notanda. Cappas manicatas ad di-
vinum ſuum officium intra eccleſiam non ge-
rant: ſed nec alibi, qui ſunt in ſacerdotio vel
dignitatibus conſtituti, niſi juſti timoris cauſa C
exegerit habitum transformari. Nec manicis aut
ſotularibus conſutitiis, ſeu roſtratis ſellis, fræ-
nis, pectoralibus, aut calcaribus deauratis, aut
aliam ſuperfluitatem gerentibus aliquo modo utan-
tur. Coronam & tonſuram habeant congruen-
tem, officia vel commercia ſæcularia non exer-
ceant, maxime inhoneſta. Mimis, joculatori-
bus, & hiſtrionibus omnino non intendant: ta-
bernas prorſus evitent, niſi forte cauſa neceſſi-
tatis in itinere conſtricti. Ad aleas vel ad ta-
xillos non ludant, nec hujuſmodi ludis inter-
ſint: & ſe in eccleſiaſticis officiis & aliis bonis
ſtudiis diligenter exerceant.

### XI. *De bono pacis.* (a)

Nullus clericorum ſæcularem adminiſtratio-
nem exerceat, ex quacumque oporteat laicæ
perſonæ actus ſui reddere rationem. Antequam
rationem adminiſtrationis ſuæ reddiderit, ad be-
neficia eccleſiaſtica non admittatur, quibus an-
nexa eſt cura animarum. Nec advocati ſint cle-
rici, vel ſacerdotes in foro ſæculari, niſi vel
proprias cauſas, vel miſerabilium perſonarum
proſequantur.

Magna vobis, fratres cariſſimi, injuncta eſt
neceſſitas pacis obſervandæ, cum Deus ipſe pa-
cis ſit auctor & amator, quia non ſolum cœ-
leſtia & terreſtria, ſed etiam terreſtria ad in-
vicem voluit pacificare. Et cum non niſi per
pacem temporis, & pacem pectoris, ad pacem
perveniatur æternitatis: monemus vos, & di-
ſtricte præcipimus, quatenus pacem, quantum
in vobis eſt, cum omnibus habentes, parochia-
nos veſtros moneatis, ut in unitate fidei & pa-
cis vinculo, unum corpus ſint in Chriſto. Ini-
micitias, ſi exortæ fuerint in parochia veſtra,
diligenter ſedantes, amicitias copulantes, diſcor-
dantes ad concordiam revocantes, quantum in
vobis eſt non permittentes, quod ſol occidat
ſuper iracundiam parochianorum veſtrorum.

C. ANNUM CHRISTI 1217.

Illum abuſum clericis penitus interdicimus,
quando ad potus æquales ſumendos ſe obligant
potatores; & ille judicio talium plus laudatur,
qui plures inebriat, & calices fœcundiores ex-
haurit. Unde interdicimus, quod nullus alium
cogat ad bibendum. Si quis autem ſuper hoc
culpabilem ſe exhibuerit, niſi a ſuperiore com-
monitus ſatisfecerit competenter, a beneficio &
officio ſecundum ſtatuta concilii ſuſpendatur.

Bannum quoque ſcotallorum per ſacerdotem (b)
fieri prohibemus. Quod ſi ſacerdos vel clericus
hoc fecerit, vel ſcotallis interfuerit, canonice
punietur.

### XII. *De hoſpitalitate ſervanda.*

Et cum non ſufficiat declinare a malo, niſi
faciamus bonum: præcipimus, quod ſacerdotes,
& beneficiati, ſecundum redditus & facultates
ſuas, ſint hoſpitales, & erga pauperes non ava-
ri. Monachis autem & (c) fratribus tanto di-
ſtrictius id injungimus, quanto ad hoc ipſum
conſtat ipſos arctius aliis multiplici ratione ob-
ligari. Qui vero patrimonio crucifixi abutun-
tur, vel luxuri ſe vivendo, vel hoſpitalitatis
bonum non ſectando: cum eorum habuerimus
notitiam, eos canonice puniemus.

### XIII. *De numero ſacramentorum.*

Cum in diſpenſatione ſacramentorum veſtrum
conſiſtat miniſterium: ut ſacramenta a vobis
rite tractentur, ſingula per ordinem perſeque-
mur. Sunt autem ſeptem ſacramenta, quorum
quinque omnibus fidelibus communia ſunt & ne-
ceſſaria.

Primum eſt baptiſma, quod eſt janua omnium
ſacramentorum, & prima tabula poſt naufra-
gium, ſine quo non eſt ſalus: & eſt ſacramen-
tum ingredientium, & ſanctificans, ingredientes
a peccato originali emundans.

Secundum eſt impoſitio manus, quæ fit ab
D epiſcopo, quæ confirmatio dicitur; quæ ingreſ-
ſos jam in mundum & ſanctificatos per baptiſ-
mum armat & roborat contra diabolum, & eſt
ſacramentum pugnantium.

Tertium ſacramentum eſt pœnitentia, quæ
ingreſſos in mundum & lapſos per peccatum,
relevat & reparat.

Quartum eſt perceptio corporis & ſanguinis
Chriſti: quod, ſive euchariſtia, ſive viaticum
vocetur, in Chriſto ſuos unit & incorporat.

Quintum eſt extrema unctio, ſacramentum
ſcilicet exeuntium, quod viſioni Dei nos præ-
parat.

Duo vero ſequentia ſunt, ordo & conjugium,
nec omnium, licet quorumdam; nec per eo-
E rum virtutem peccata dimittuntur, ſed in eo-
rum altero, ſcilicet in conjugio, peccatum for-
nicationis vitatur; in altero, ſcilicet in ordi-
ne, quorumdam virtutes augentur.

Et quoniam quorumdam uſque adeo invaluit
cupiditas, quod ſub pretium nituntur redigere
inappretiabilem ſacramentorum gratiam: vo-
lentes a miniſtris eccleſiæ cupiditatem, quæ eſt
radix omnium malorum, extirpare, prohibemus
di-

(a) *Hoc lemma transfertur ad paragraphum ſequens*: Magna vobis &c.
(b) *Ad.* vel per alium in eccleſia fieri &c. (c) regularibus.

diſtrictius, ne ſacramentorum, vel ſacramentalium diſpenſatione, aliquid in pecunia exigatur ſed gratis dent quod gratis acceperint.

Jubemus ſub pœna ſuſpenſionis, ne ſacerdos aliquid exigat pro exequiis mortuorum, vel benedictione nubentium, ſive pro edictis faciendis, pro teſtimonio ferendo, ſive pro matrimonio celebrando.

### XIV. *Ne laici laudabiles conſuetudines frangant.*

Et quoniam quidam laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam eccleſiam, pia devotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ pravitatis nituntur infringere, ſub prætextu catholicæ puritatis: ſicut præcipimus pravas actiones ſuper his non fieri; ita pias & laudabiles conſuetudines præcipimus obſervari. Et qui malitioſe laudabilem conſuetudinem nituntur mutare, per vos, cognita veritate, compeſcantur, ſicut in concilio ſtatutum eſt: & quod pro altaragio corpus ſepelire non differatur.

### XV. *Ne Miſſæ venales ſint, nec onerent ſe annualibus vel triennalibus ſacerdotes.*

Præterea venalitatem Miſſarum diſtricte inhibentes, præcipimus, ne pro annualibus vel tricennalibus Miſſarum faciendis, laici vel alii aliquid dare, vel legare in teſtamentis cogantur: & ne ſuper his aliqua pactio vel actio nova, vel aliqua ſpecie palliata, a ſacerdotibus vel aliis fiat mediatoribus. Prohibemus etiam ne ſuperflua multitudine talium annualium quandoque ſe onerent ſacerdotes, ad quæ explenda honeſte ſufficere non poſſint, & propter quæ oportet certo pretio conductos habere ſacerdotes, vel ea vendere aliis facienda, ut ſe exonerent: quæ de cetero fieri, ſub pœna ſuſpenſionis prohibemus. Quidam manifeſtos uſurarios, & alios nominatim excommunicatos vel interdictos, alienos etiam parochianos, contemptis propriis ſacerdotibus, & in eorum præjudicium, ad ſepulturam, & ad communionem euchariſtiæ, & præcipue in ſolemnibus diebus, & confeſſionem vel alia ſacramenta, irrequiſita prælati ſui licentia, recipere præſumunt: quod de cetero prohibemus fieri. Et ſi ab aliquo attentatum fuerit, ad damna reſarcienda illi eccleſiæ cui injuriatum fuerit, compellantur.

### XVI. *De baptiſmo & ejus effectu.*

Cum baptiſmus janua ſit omnium ſacramentorum, & prima tabula poſt naufragium: quam ſit neceſſarium, patet ex verbis Domini, dicentis: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu* (Joan. 3.) *ſancto, non introibit in regnum cœlorum.* Ab hac generalitate, nec ætas nec ſexus excluditur. Et ita apparet, quod baptiſmus generalior eſt & utilior quam circumciſio, cujus loco ſucceſſit, cum tam viri quam fœminæ baptizentur: tantum autem viri olim circumcidebantur. Quod autem efficacior ſit & utilior nunc baptiſmus, quam olim circumciſio, apparet. Nam de efficacia circumciſionis dicitur: (Gen. 17.) *Anima, cujus præputii caro circumciſa non fuerit, peribit de populo ſuo.* Ecce dicitur quod anima peribit incircumciſa, ſed non dicitur, quod ſalvabitur propter circumciſionem. Sic damnationis vitatur periculum, ſed non pervenitur ad regnum cœlorum.

De virtute vero & efficacia baptiſmi dicitur: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non &c.* (Joan. 3.) quaſi diceret: qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, intrabit in regnum cœlorum: quod uſque ad mortem Chriſti fuit hominibus clauſum. Sed per ſacramentum baptiſmi Chriſti ſanguine rubricati, culpa remittitur, periculum vitatur, ad regnum cœlorum pervenitur, cujus januam Chriſti ſanguis fidelibus ſuis miſericorditer reſeravit. Abſit autem quod univerſi parvuli pereant, quorum quotidie tanta moritur multitudo: quin & ipſis miſericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuravit ad ſalutem: qui, cum multitudinem peccatorum non habeant, peccato originali, quo tenentur, per virtutem baptiſmi ſui mundantur.

Duplex vero eſt peccatum: originale quod abſque conſenſu contrahitur, & actuale quod committitur ex conſenſu. Originale, quia non cum conſenſu contrahitur, per vim remittitur ſacramenti. Actuale vero, quod cum conſenſu contrahitur, ſine conſenſu minime relaxatur. Sed videri poſſet alicui, quod tantum duo ſufficiant ad ſalutem, videlicet fides & baptiſmus: & quod ſine his non ſit ſalus. Nam dicitur: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Ecce duo, fides, & baptiſmus, neceſſaria ad ſalutem: & ſubjungitur: *Qui vero non crediderit, condemnabitur.* (Mat.) Ecce, alterum eorum ſufficit ad condemnationem. Sed fides in puero eſſe non videtur, & ita non ſalvabitur. Ad quod dicitur, quod in fide ſalvatur paternorum: quia ſicut aliunde contrahitur originale peccatum, aliunde curatur. Vel poteſt ſane dici, quod pueri * credent non propter uſum fidei, ſed propter habitum quem ſuſcipiunt in baptiſmo.

* *Forte, credant. Hard.*

Cum igitur tanta ſit virtus & efficacia hujus ſacramenti, & cum ab ipſo Domino ſit inſtitutum, & ejus ſanguine rubricatum: præcipimus, quod cum honore & reverentia magna celebretur hoc ſacramentum, & magna cautela, maxime in diſtinctione verborum & in prolatione verborum, in quibus tota vis conſiſtit ſacramenti, & ſalus puerorum. Hæc autem eſt forma: *Ego baptizo te, N. in nomine patris, &c.* Et in Romano vel Gallico ſub eadem forma doceat ſacerdos (a) publice: laicos inſtruat baptizare in neceſſitate, patrem & matrem.

### XVII. *Fontes ſub ſera claudantur.*

Pro baptiſmo nihil omnino exigatur: ſed ſi quid offeratur, gratis accipiatur. Fontes ſub ſera claudantur & clauſa teneantur propter ſortilegia. Chriſma ſimiliter & oleum ſacrum ſub clave cuſtodiantur. Si vero is ad quem ſpectat cuſtodia, ea incaute reliquerit: tribus menſibus ab officio ſuſpendatur. Et ſi per ejus incuriam aliquid nefarium contigerit, graviori ſubjacebit ultioni.

### XVIII. *De baptiſterio.*

Baptiſterium habeatur in qualibet eccleſia baptiſmali, lapideum, vel aliquod competens, quod de-

(a) Et in Romano vel Gallico ſub eadem forma doceat Sacerdos frequenter laicos baptizare poſſe pueros in neceſſitate; immo patrem & matrem in neceſſitate ſine præjudicio matrimonii.

C. ANNUM CHRISTI 1217.

decenter cooperiatur, & reverenter conſervetur, A & in alios uſus non convertatur. Aqua vero in qua puer fuerit baptizatus, ultra ſeptem dies in baptiſterio non ſervetur.

Si vero puer domi a laico fuerit, propter neceſſitatem, baptizatus: aqua, propter reverentiam baptiſmi, vel fundatur in ignem, vel ad eccleſiam in baptiſterio deferatur: & vas illud comburatur, vel ad uſus eccleſiæ deputetur.

Semper ſacerdos interroget diligenter laicum, cum in neceſſitate baptizaverit puerum, quid dixerit? & quid fecerit? Et ſi invenerit laicum diſcrete & in forma eccleſiæ baptizaſſe ſive (a) B in Gallico, ſive in Latino, approbetur.

XIX. *De forma baptizandi.*

Ad levandum puerum de fonte, tres ad plus recipiantur in baptiſmo maris, duo mares & una fœmina. Fœmina vero a duabus fœminis & uno mare ſuſcipiatur. Quod amplius eſt, a malo eſt. At plures tamen, tanquam teſtes, ſi haberi poſſint, adhibeantur propter varios caſus. De baptiſmate & pœnitentia, præcipimus quod diaconi pœnitentias dare vel baptizare non præſumant, niſi in his caſibus, cum ſacer- C dos non poteſt, vel abſens eſt, vel indiſcrete non vult, & mors imminet puero vel ægroto. Si vero puer baptizatur a laico præcedentia & ſubſequentia * in merſione expleantur a ſacerdote.

* Forte, immerſionem. Harduinus.

XX. *Quod chriſmales niſi in uſus ornamentorum eccleſiæ non convertantur.*

Panni etiam chriſmales non niſi in uſus ornamentorum eccleſiæ convertantur. (b) Similiter alia ornamenta eccleſiæ quæ pontificalem accipiunt benedictionem, nullo modo in uſus D profanos deputentur. (c)

Si vero pueros cum ſale vel ſine ſale expoſitos contingat inveniri, batizentur: ita tamen quod ante prolationem iſtorum verborum, Ego baptizo te, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, amen, quæ ſola ſunt de ſubſtantia baptiſmi, & ſola debent cum intentione baptizandi proferri, hæc a baptizante verba prius dicantur, nominante baptizandum: Ego non intendo te rebaptizare; ſed ſi tu non es baptizatus, ego baptizo te in nomine Patris, &c.

Eodem modo ſi mulier mortua fuerit in partu, & hoc bene conſtiterit; ſcindatur, ſi infans credatur vivere, ore tamen mulieris aperto. (d)

XXI. *De pueris cuſtodiendis.*

Fœminæ moneantur, ut filios ſuos caute alant, & juxta ſe de nocte non collocent teneros, ne opprimantur: ſolos in domibus, ſi ignis fuerit, vel ſolos juxta aquas, ſine cuſtode non relinquant: & hoc eis omni die Dominica dicatur.

XXII. *De inquiſitione patris pueri.*

Diligenter inquirat ſacerdos cujus ſit puer baptizandus, quis pater, quæ mater: ut ſic cognoſcat & puniat fornicatores, & cognoſcat qui legitimi, qui non. (e)

XXIII. *Quod pater debeat admitti ad levandum puerum.*

Vidimus nuper puerum bis baptizatum propter hujuſmodi omiſſionem. Et quoniam propter multas cauſas neceſſe eſt ſacerdotem hujuſmodi interrogationes facere: præcipimus hoc ſtatutum diligenter obſervari.

XXIV. *De ſacramento confirmationis.*

Cum ſacramentum confirmationis ad robur detur parvulis, frequenter ſacerdotes moneant populum ad confirmationem puerorum. Poſt baptiſmum enim ſuſcipi debet ſacramentum confirmationis, & publice proponatur in eccleſia. Quod ſi ultra (f) quinque annos ad plus puer C fuerit per negligentiam & incuriam parentum non confirmatus: tam pater quam mater ab ingreſſu eccleſiæ tamdiu ſuſpendantur, quouſque puer confirmetur. Simili pœnæ ſubjacebit ſacerdos, qui circa hoc negligens extiterit. Et ſi adultus, in quadrageſima, vel in alio tempore ad confirmationem venerit, nondum confirmatus, quod diligenter inquirendus eſt: mittatur ad epiſcopum confirmandus.

In hoc ſacramento contrahitur proximitas ſpiritualis, ſicut in baptiſmo, inter illos qui ſuſcipiunt pueros, & illos quorum ſunt pueri, & inter pueros ſuſceptos: & hoc laicis præcipimus D frequenter inculcari, licet hoc a nobis eiſdem dicatur in collatione hujus ſacramenti.

Sacramentum autem pœnitentiæ quam ſit neceſſarium probatur ex illo evangelii: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis peccata, retenta ſunt.* Sed quia remiſſionem peccatorum conſequimur per veram confeſſionem: præcipimus, ſacrorum canonum ſtatuta ſequentes, ut ſacerdos in pœnitentia danda diligenter attendat qualitatem perſonæ, & quantitatem delicti, tempus, locum, cauſam, & moram in peccato factam; devotionem E animi pœnitentis, & ſigna contritionis. Mulieribus autem conjugatis talis injungatur pœnitentia, unde non reddantur ſuis maritis ſuſpectæ de aliquo crimine occulto & enormi. Idem de viris uxoratis obſervetur, dummodo ſufficienter puniatur delictum, & peccatum, & condigna ſit ſatisfactio.

Distinctum hoc capitulum eſſe deberet inſcriptumque *de pœnitentia*; ſed ſecuti ſumus Anglican. exemplar.

In confeſſionibus & prædicationibus, ſæpius laicis inculcetur, & præcipue in majoribus ſolemnitatibus, quod omnis commixtio maris & fœminæ, niſi per matrimonium excuſetur, eſt mortale peccatum. Et ſi in denunciatione hujus ſalubris doctrinæ ſacerdos negligens inventus fuerit, tanquam fornicator vel conſentiens fornicatoribus canonice puniatur.

XXV.

(a) ſeu in Anglico . . , approbet factum; ſin autem baptizet puer: non intendo te rebaptizare. & ſi tu non es baptizatus ego baptizo te. (b) convertantur, nec ſemel ad eccleſiam cum pueris delati aliis baptizandis prece vel pretio aliis tradantur. Similiter &c. (c) & archidiaconi in ſuis viſitationibus hæc diligenter inquirant (d) ut puer in utero clauſus poſſit aerem trahere. (e) & quoniam propter multas cauſas neceſſe Sacerdotem eſt facere hujuſmodi interrogationes præcipimus hoc ſtatutum diligenter obſervari. puero autem numquam negetur baptiſmus. *De Sacramento confirmationis.* Cum Sacramentum &c. *reliqua intermedia deſunt* (f) ſeptem. *Manſ.*

A

## XXV. *Ubi debeant audiri confeſſiones mulierum.*

Confeſſiones mulierum audiantur extra velum, & in propatulo quantum ad viſum, non quantum ad auditum. Moneantur etiam laici, qui ſtatim in primo quadrageſimæ confiteantur, & cito poſt lapſum, ne peccatum pondere ſuo trahat ad aliud. Item nullus ſacerdos in nomine pœnitentiæ totalis vel partialis Miſſas præſumat injungere: conſulere tamen poteſt, quotiens monendi ſunt parochiani ad confeſſionem.

* *Forte*, ut ſtatim. *Harduinus*.

Confeſſiones * tres in anno audiantur. Ter communicare moneantur; in Paſcha, in Pentecoſte, & in natali Domini. Prius tamen præparent ſe per aliquam abſtinentiam de conſilio ſacerdotum faciendam.

* *Forte*, ter. *Harduinus*.

Quicumque autem ſemel in anno, ad minus, proprio non confeſſus fuerit ſacerdoti, & ad minus ad paſcha Euchariſtiæ ſacramentum non acceperit, niſi conſilio ſui ſacerdotis duxerit abſtinendum: & vivens, ab ingreſſu eccleſiæ arceatur; & mortuus, Chriſtiana careat ſepultura. Et hoc frequenter eis dicatur.

## XXVI. *Qualiter admittendæ ſunt purgationes defamatorum.*

Defamati fama publica vel veriſimilibus indiciis, ſuper crimine aliquo enormi, de quo convinci non poſſint, moneantur ſemel, ſecundo, ac tertio, ut confiteantur, & ſatisfaciant.

Qui vero incorrigibiles in negatione perſtiterint, indicatur eis purgatio, quæ occaſione pecuniæ oblatæ vel promiſſæ de die in diem nullatenus differatur: ſed ſi parata fuerit, ſtatim prima die recipiatur. Et numerus compurgatorum in canonibus conſtitutus ſi neceſſe foerit obſervetur. Archidiaconus vel officiarius ejus contra hoc veniens, ab officio ſuo ſe noverit ſuſpendendum.

## XXVII. *Qualiter ſe debeat gerere ſacerdos in confeſſione audienda.*

In confeſſione habeat ſacerdos vultum humilem, & oculos ad terram demiſſos, nec faciem reſpiciat confitentis, maxime mulieris: & patienter audiat quæ dixerit, & in ſpiritu lenitatis eum ſupportet. Et ei pro poſſe ſuo perſuadeat pluribus modis, quod integre confiteatur: aliter enim non eſt vera confeſſio. Peccata inquirat ſacerdos uſitata, ſingulatim; inuſitata non niſi a longe & per circumſtantias: ſic ut expertis non detur occaſio delinquendi. Perſonarum nomina, cum quibus confitens peccavit, non inquirat ſacerdos; ſed per confeſſionem poteſt inquirere, utrum ſit clericus, laicus, monachus, ſacerdos, diaconus: & ſemper majoribus majora reſervet.

## XXVIII. *De majoribus peccatis.*

Sunt autem iſta majora, homicidia, ſacrilegia, peccata contra naturam, inceſtus, ſtupra virginum & monialium, & injectiones manuum in clericos, in parentes, vota fracta, & hujuſmodi.

Sunt autem caſus quibus nullus niſi ſolus papa poteſtatem habet abſolvendi, vel ejus legatus: (*a*) videlicet, injectio manuum in clericos, vel quoſcumque religioſos, incendia eccleſiarum. Abſolutio nulli talium in articulo mortis eſt deneganda, ſaltem conditionalis: nihilominus talium rei, mittendi ſunt ad epiſcopum,
B vel ad ejus pœnitentiarium.

Semper autem qui mittuntur, deferant ſecum litteras, continentes genus peccati & circumſtantias ſufficienter, vel ipſe ſacerdos cum eis veniat: alioquin non recipiantur. In dubiis ſemper confeſſor conſulat epiſcopum, aut ſapientes viros, quorum conſilio certificatus, ſecurius ſolvat vel liget.

## XXIX. *Ne ſacerdos revelet confeſſionem.*

Nullus ira, vel odio, vel metu eccleſiæ, & metu mortis, in aliquo audeat revelare confeſſionem, ſigno vel verbo, generaliter vel ſpecialiter; ut dicendo, ego ſcio quales eſtis. ſub
C periculo beneficii & ordinis. Et ſi convictus fuerit, abſque miſericordia degradabitur.

## XXX. *Ne pœnitentia injungatur ſine reſtitutione.*

In furto, rapina, uſura, ſine fraude caveant ſacerdotes, ne injungant pœnitentias, videlicet Miſſarum, eleemoſynarum pro talibus peccatis: ſed injungant prius reſtitutionem: quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.

Audita confeſſione ſemper interroget confeſſor confitentem, ſi velit ſe abſtinere ab omni peccato mortali. Aliter vero non abſolvat eum,
D nec injungat ei pœnitentiam, unde confidat: ſed moneat, quod interim faciat, quicquid boni poterit, ut Deus ejus cor illuſtret ad pœnitentiam, & conſulat ne corpus Chriſti in tali ſtatu recipiat.

Statuimus inſuper, ut perſonæ, vicarii, & ſacerdotes annui confiteantur illis, qui per ſingula capitula ad hoc auctoritate noſtra fuerint deputati. Sint autem in quolibet capitulo duo * confeſſores, qui confeſſiones audiant ſacerdotum & * clericorum, & aliorum frequenter. Si quæ vero dubia fuerint, quæ per eos expediri nequeant, vel ſi quis ſacerdotum eis ob aliquam cauſam confiteri noluerit, ad pœnitentiarium epiſcopi principalem retrahatur. Si vero
E neutri eorum voluerit revelare peccatum, epiſcopo confiteatur, vel alicui auctoritate ejus. (*b*)

* *al.* duo ad minus.
* *al.* & aliorum clericorum frequenter.

Sint etiam in quolibet decanatu duo vel tres viri Deum præ oculis habentes, qui exceſſus publicos prælatorum, & aliorum clericorum,

ad

(*a*) Videlicet, quod ſi convaleſcat apoſtolico ſe reſpectui repræſentent, vel tali, qui cum eis poſſit diſpenſare. Abſolutio &c. (*b*) ejus. Et quoniam refrigeſcente charitate multorum non ſolum uſitata peccata multiplicantur, ſed etiam nova & inaudita cogitantur & perpetrantur, ad ſuſcipiendos & audiendos publice pœnitentes, in capite jejunii duo ad minus in eccleſia Dunelmenſi conſtituantur confeſſores qui eis pœnitentiam debitam injungant. Sint etiam &c. *Manſi*.

ad mandatum epiſcopi, vel ejus officialium, ipſis denuntient. (a)

### XXXI. *De decimis dandis.*

Decimas autem de omnibus quæ renovantur per annum, (b) & maxime conſuetas decimas dandas decrevimus, & diſtrictè præcipimus: ita ut nec occaſione mercedis ſervientium in autumno, vel meſſorum, eccleſiæ decima parte non fruſtrentur. Detentores autem decimarum conſuetarum, ſi ſemel ſecundo, vel tertio commoniti, exceſſum ſuum non emendaverint, uſque ad ſatisfactionem condignam, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. Cum autem ii qui decimas detinuerint, vel ſurripuerint, ad pœnitentiam acceſſerint: non admittantur, niſi vel per ſe, vel per ſufficientem procuratorem, in manu ſacerdotis, illi cui decimæ debentur ſatisfaciant competenter. Inhibeantur frequenter, ne pignus retinere contendat quiſpiam, poſtquam de fructibus ſortem perceperit, deductis expenſis: quoniam uſura eſt. Sacro approbante concilio prohibemus, ne quis aliquando excommunicationis ſententiam, niſi competenti monitione præmiſſa, & præſentibus perſonis idoneis, per quos ſufficienter, ſi neceſſe fuerit poſſit probari monitio, auctoritate propria promulgare præſumat. Quod ſi contra præſumpſerit, etiamſi juſta fuerit ex cauſa ſententia ingreſſum eccleſiæ per menſem unum ſibi noverit interdictum: alia nihilominus pœna mulctandus, prout viſum fuerit expediri.

### XXXII. *De pœna communicantium cum excommunicatis.*

Ne eccleſiaſticæ ſententiæ rigor vileſcat, præcipimus, quod omnes qui ſcienter communicant nominatim & publice excommunicatis, tamdiu arceantur ab ingreſſu eccleſiæ, quamdiu talibus communicaſſe convinci poterunt, niſi citius reſipiſcant: ſalvo tenore canonis, Quadraginta: quæſt. ult. Quoniam multos.

Teſtes autem qui ſcienter perjurant ſuper ſacroſancta evangelia, propter lucrum proprium vel damnum aliorum, per quorum teſtimonia, ſicut frequenter contingit, aliquis amittit vitam, vel membrum, vel exhæreditatur, vel eccleſia ſuo jure fraudatur, ne abſolvantur, nec eis pœnitentia, niſi a nobis vel pœnitentiario noſtro, injungatur, niſi in mortis articulo: & tunc accepta cautione, quod ad nos accedent reſtituta eis ſanitate, recepturi de perjurio condignam pœnitentiam. Idem præcipimus fieri de iis, (c) qui malitioſe impediunt executionem rationabilium teſtamentorum.

### XXXIII. *De ſolemni excommunicatione.*

Singulis autem annis in tribus ſolemnitatibus majoribus, ſolemniter excommunicandi denuncientur ſortiarii, auxilium dæmonum quocumque modo invocantes, ſacramentis & ſacramentalibus abutentes, vel ad uſus profanos ducentes, teſtes perjuri ſuper ſacroſanctum evangelium, incendiarii, raptores publici, malitioſe impedientes executionem rationabilium teſtamentorum.

### XXXIV. *De ſacramento Euchariſtiæ.*

Sequitur de ſacramento noſtræ redemptionis, quod viaticum ſive Euchariſtia dicitur. Nam ſicut ſolent homines peregre profecturi, amicos ſuos convocare, atque convivium lætitiæ eis præparare: ſic Dominus noſter Jeſus Chriſtus peregre proficiſcens, id eſt, de mundo tranſiturus ad Patrem, diſcipulis ſuis convivium præparavit, corpore & ſanguine ſuo veraciter eos reficiens ſub ſpeciebus panis & vini, tranſubſtantiatis, pane in corpus, vino in ſanguinem, poteſtate Divina. Et hoc utique ſacramentum conficiendi poteſtatem recipit quilibet ſacerdos, qui rite fuerit * ordinatus; ſeu claves eccleſiæ receperit, quas Dominus ipſe conceſſit apoſtolis & eorum ſucceſſoribus. Vos igitur ſic ſacroſanctæ menſæ communicare debetis, ut nil prorſus de veritate corporis Chriſti ambigatis. Hoc enim ore ſumitur, quod fide creditur; & fruſtra reſpondetur, Amen, a quibus de eo quod accipitur aliter ſentitur.

* *Legendum ordinatus ſecundum claves eccleſiæ, ut ſupra.*

Inſtruere inſuper debetis laicos quoties communicant, quod de veritate corporis & ſanguinis Chriſti nullo modo dubitent. Nam procul dubio hoc accipiunt ſub panis ſpecie, quod pro nobis pependit in cruce; hoc accipiunt de calice, quod effuſum eſt de Chriſti latere; hoc bibunt, ut dicit Auguſtinus, credentes, quod prius fuderunt ſævientes.

### XXXV. *De effectu Euchariſtiæ.*

Vis autem, virtus, & effectus hujus ſacramenti, ex verbis Domini evidenter exprimitur. *Hic panis quem ego dabo vobis, caro mea eſt*: &, *Hic panis quem ego dabo vobis, caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus*: &, *ſi quis manducaverit carnem meam, & biberit meum ſanguinem, vivet in æternum*. Verum cum alibi dicitur, *Qui manducaverit carnem Domini & biberit ſanguinem ejus indigne; reus erit corporis & ſanguinis Domini*: terrere nos poteſt terribilis hæc ſententia. Propter hoc, fratres cariſſimi, audite conſilium apoſtoli, quod tale eſt: *Probet autem ſemetipſum homo*, * unus per confeſſionem mundans & ſanctificans; *& ſic de pane illo edat & de calice bibat*. Et ſicut filii Iſrael in eſu agni triplici renes ſuos accingebant: ita & vos renes veſtros accingatis, id eſt, totam carnis delectationem in vobiſmetipſis extinguatis, & in aliis extinguendam doceatis. Ad veſtrum namque ſpectat miniſterium, per miniſterium corporis & ſanguinis Domini peccatores ad Divinam revocare gratiam; pro vivis & mortuis offerre ſacrificia, quæ pro valde bonis ſunt gratiarum actiones; pro non valde malis, ſunt propitiationes.

*Joan. 6.* *1. Cor. 11.* *Ibidem.*

* *Forte animum per confeſſionem. Harduinus.*

Omnibus autem pro quibus fuerint, ad hoc proſunt, ut dicit * Ambroſius, ut plena fiat remiſſio, vel ut certe tolerabilior ſit damnatio.

* *Imo Auguſtinus in enchiridio cap. 110.*

---

(a) denuncient; per quos etiam publice pœnitentes de eodem decanatu ad claves pœnitentiæ admittantur: & ad prædictos confeſſores in eccleſia Dunelmenſi confitentes tranſmittantur cum litteris genus & quantitatem peccati continentibus in capite jejunii & alio tempore competenti. Decimas &c. (b) per annum vel lege divina vel conſuetudine appropriata debitas, & maxime. (c) de iis ſubornantibus teſtes, & de ipſis falſis ſubornatis teſtibus ad diſſolvenda legitime matrimonia contracta, vel ad impediendum legitime contrahenda. *De Sacramento Euchariſtiæ &c.* *Manſi.*

tio. Cum ergo tam excellentiſſimi ſacramenti A ſitis diſpenſatores, cum inter Deum & homines ſitis diſpenſatores, cum inter Deum & homines ſitis conſtituti mediatores: placabitur proculdubio Deus nobis & aliis: pro nobis etiam exaudiet Deus exercituum vota noſtra, ſi placeat ei vita noſtra. Alioquin, ut dicit * Gregorius, ſi is qui ad intercedendum mittitur, diſplicet: (ſcilicet irati Dei animus) ad deteriora provocatur. Unde cum magna reverentia, & devotione, & munditia, tractandum eſt ſacramentum corporis & ſanguinis Domini. Et propter hoc diſtricte præcipimus, quod ſacerdotes, circa ea quæ ad ſubſtantiam ſacramenti B corporis & ſanguinis Domini pertinent, ſint diligentes: proviſuri, quod Euchariſtia in munda & ſerata pixide conſervetur, nec ultra ſeptem dies ſerventur hoſtiæ conſecratæ, ſed qualibet ſeptimana, die Dominica innoventur. Itaque poſt perceptionem hoſtiæ conſecratæ, aut ſuſceptionis ſanguinis Divini, reſervatæ hoſtiæ a Miſſam celebrante ſumantur, vel ab alio innocente & mundæ & honeſtæ vitæ. Habeaturque certitudo circa hoſtiam conſecratam, ut non ſumatur pro conſecrata, non conſecrata, nec conſecrata iterum conſecretur.

* *Lib. 1. Ep. 24. ex quo forte hic delenda vox ſcilicet, repetita ex priore verbo, diſplicet. Harduinus.*

### XXXVI. *De canone Miſſæ.*

Item præcipimus quod omnes ſacerdotes habeant canonem Miſſæ, ſecundum conſuetudinam Sarum eccleſiæ, correctum; & ut verba canonis in Miſſa rotunde & diſtincte dicantur. Similiter omnes horæ, & omnia officia aperte & diſtincte dicantur, ita quod ex feſtinatione nimia, verba non præcidantur vel ſyncopentur.

### XXXVII. *Quod ſingulis diebus dicatur pro defunctis, placebo Domino.*

Piæ etiam recordationis affectu ducti, præcipimus, ſingulis diebus, niſi major urgeat ſolemnitas, dicatur pro defunctis placebo, & dirige, & commendatio animarum, per ſacerdotes in ſingulis eccleſiis: & ſi non ſit obſervatum, ſacerdotes uſque ad condignam ſatisfactionem ſuſpendantur.

Moneantur laici, quod reverenter ſe habeant in conſecratione Euchariſtiæ, & flectant genua: maxime in tempore illo, cum poſt elevationem Euchariſtiæ hoſtia ſacra dimittitur. Item in celebratione Miſſæ, hoſtiam conſecratam, pacem daturus ſacerdos, ore * ſuo non adveniat, quia ante perceptionem, ore ſuo tangere non debet.

* *Lege, ori ſuo non admoveat. Harduinus.*

Si vero de patena, ſicut quidam faciunt, eam ſumat: poſt celebrationem Miſſæ, tam patenam, quam calicem faciat perfundi aqua, vel ſolum calicem, ſi eam non ſumat de patena. Habeatque ſacerdos juxta altare pannum mundiſſimum alio panno circumdatum, undique honeſte ac decenter coopertum; in quo poſt ſuſceptionem ſacramenti ſalutaris digitos cum labiis tergat ablutos. (a)

### XXXVIII. *Ne ſacerdos oſculetur hoſtiam.*

Item ſi ſacerdos habuerit neceſſe bis in die aliquo caſu celebrare; quod niſi die nativitatis vel reſurrectionis Dominicæ, vel cum corpus aliquod præſens eſt in eccleſia, vel aliqua evidens urgeat neceſſitas, fieri prohibemus: poſt primam celebrationem & ſanguinis ſuſceptionem inſundatur calici.... celebrante ſumatur, ſed.... poſt celebrationem ſubſequentem. Poſt primam vero celebrationem diligenter abſorbeantur ſtillæ de calice: & quod fuerit digitis in calice ſuperfuſum, reſervetur in vaſe mundo ad hoc ſpecialiter deputato. Et poſt ſecundæ Miſſæ celebrationem ſumatur a ſacerdote, niſi forte in prima celebratione adſit diaconus, vel alius miniſter honeſtus, vel innocens aliquis, qui loturam illam ſumere poſſit abſque conſcientiæ læſione. Et hoc præcipimus fieri, quoties in diverſis eccleſiis oportebit illum celebrare. In ſacramento autem Dominici ſanguinis, major pars vini, & modicum aquæ ponatur.

### XXXIX. *Ne Euchariſtia detur ſecretius.*

Prohibemus etiam ne communio Euchariſtiæ detur ſecreto impœnitenti, cum publice & in- C ſtanter pœnitenti danda ſit: dummodo occultum fuerit ejus delictum.

Item cum mulieres poſt puerperium venerint ad purificationem, ſacerdos eis det tantummodo panem benedictum: & corpus Domini nullo modo eis proponatur, niſi expreſſe petant, & prius confeſſæ fuerint.

Iis adjicimus, quod cum Euchariſtia ad ægrum fuerit deferenda, habeat ſacerdos illam in pixide munda & honeſte (b), in qua ſit burſa mundiſſima, & in ea deferat corpus Dominicum ad ægrotum, linteo mundo ſuperpoſito, & lucerna præcedente, niſi æger valde remotus fuerit; & cruce ſimiliter, ſi fieri poteſt, niſi forte crux fuerit ad alium ægrotum D deportata: præcedente quoque tintinnabulo, ad cujus ſonitum excitetur devotio fidelium. Habeatque ſacerdos ſecum orarium ſeu ſtolam, qui cum Euchariſtia, ſicut diximus, vadit ad ægrum. Et ſi æger remotus non fuerit, in ſuperpellicio ad ipſum decenter accedat: habeatque vas argenteum vel ſtanneum ad hoc ſpecialiter deputatum, quod ſemper ſecum ad ægrum deferat, ut in eo ægro dare valeat, poſt ſumptam Euchariſtiam, ſuorum loturam digitorum.

### XL. *De ornamentis eccleſiæ.*

Ad hoc innovantes prædeceſſorum noſtrorum E ſtatuta, præcipimus, ut qualibet in eccleſia calicem argenteum habeant, cum vaſis decentibus & honeſtis & phialis: ſindonem mundam & candidam amplitudinis congruentis; id eſt, corporalia, linteamina, & alia ornamenta, quæ ad altaris officium ſpectent: honeſtos libros ad pſallendum & legendum idoneos, & ſacerdotalia veſtimenta ſufficientia pariter & honeſta, & qui miniſtrant ſacerdoti in altari, ſuperpelliciis induantur.

Et

(a) Ablutos, habeatque ſacrarium ſupra ſe honeſtum operculum.

(b) Ita ſcilicet quod una ſemper in eccleſia remaneat, & in alia in qua ſit Euchariſtia in burſa poſita mundiſſima.

C ANNUM CHRISTI 1217.

Et quoniam nimis abſurdum videtur, in ſacris veſtibus ſordes negligere, quæ dedecent etiam in profanis: præcipimus diſtricte, quod vaſa miniſterii, & veſtimenta miniſtrorum, & pallia altaris, necnon & ipſa corporalia, nitida & munda cuſtodiant: quæ propter quorundam incuriam, * alii propter ſordes quibuſdam ſunt horrori. Super altaria quoque nimis ſtricta non habeant, ſuper quæ periculoſe celebratur, ſed competenter ampla. Supellectilia quoque in eccleſia non admittantur, niſi propter hoſtiles incurſus, aut repentina incendia, ſeu ob alias neceſſitates urgentes: ſic tamen ut ceſſante neceſſitate, res in priſtina loca deportentur.

* Forte, aut propter. Harduinus.

### XLI. *Ne bona eccleſiæ alienentur niſi in caſibus conceſſis.*

Item prohibemus, ne calices eccleſiarum, vel vaſa altaris, ſive veſtes, vel libri eccleſiaſtici, vel eccleſiaſtica tenementa vendantur, vel pignori obligentur, vel aliquo modo alienentur ab eccleſiis, niſi in caſibus conceſſis, & de licentia noſtra: forma eccleſiaſtica & canonica obſervata. Si vero ſecus actum fuerit, irritum habeatur. Scribant autem ſacerdotes in miſſalibus, & in aliis libris, poſſeſſiones & redditus eccleſiæ, & nomina librorum & veſtimentorum, & ornamentorum eccleſiæ: ne ipſi, nec parochiani ſui, ſine conſenſu noſtro aliquid alienare præſumant de iis quæ ſunt eccleſiæ.

### XLII. *De defectibus ſupplendis de bonis defuncti, de pœna archidiaconi in hoc negligentis.*

Item volumus, quod hæc conſtitutio inviolabiliter obſervetur: videlicet, ſi rector alicujus eccleſiæ deceſſerit, eccleſia ſua relicta ſine indumentis ſacerdotalibus, vel ſine libris, vel ſine utriſque, vel ſi forte domos eccleſiæ reliquerit dirutas vel ruinoſas: de bonis ejus eccleſiaſticis tanta portio deducatur, quæ ſufficiat ad reparandum hoc, & ad defectus eccleſiæ ſupplendos.

Idem ſtatuimus circa illos vicarios, qui ſolvendo modicam penſionem omnes habent eccleſiæ proventus. Nam cum ad præmiſſa teneantur, ſatis elucet, quod talis, deducta portio, poterit & debet inter debita computari. Semper rationabilis ſit conſideratio ad facultates eccleſiæ, cum deducenda fuerit hæc portio.

### XLIII. *De eodem.*

Nullus rector eccleſiæ, nobis ſubjectus, decimas eccleſiæ ſuæ vendere præſumat, ante Annunciationem beatæ Mariæ: cum ex tunc ſecundum conſuetudinem fructus reddere debeant, ad debita vel legata ſolvenda. His adjicimus, quod ſi perſona, vel vicarius alicujus eccleſiæ, ante feſtum Annunciationis beatæ Mariæ deceſſerit; cum extunc, ſecundum conſuetudinem diu obtentam in epiſcopatu Sarum, ſucceſſores de fructibus eccleſiæ diſponant: ſtatuimus, quod ſucceſſores defuncti teneantur ad ſumptus reſpondendos ad executionem ſui teſtamenti, quos in excolendis, & ſeminandis terris eccleſiarum ante obitum ſuum fecerint. Quocumque autem tempore poſt feſtum Annunciationis perſona vel vicarius, ad quem ſpectant onera eccleſiæ, deceſſerit: ſtatuimus, ut ad eadem onera ſuſtinenda mortuus teneatur uſque ad feſtum Annunciationis ſequens, ad quæ vivus tenebatur: quatenus fructus poſt feſtum S. Michaelis provenientes, pro rata temporis non ſufficiunt. Succeſſores vero capellanos annuos in eccleſiis inventos ante ſequens feſtum S. Michaelis, ſi idonei ſint, amovere non præſumant: ſed eos ſub ſimilibus conditionibus, dum tamen ſufficiant, retineant, cum quibus cum defunctis convenerant: niſi ſucceſſores conditiones * anteceſſorum velint meliorare.

* annuorum.

Si vero archidiaconus viſitare eccleſias neglexerit, & veniente rectore defectus competenter ſupplere diſtulerit, vel diſſimulaverit: ſi eodem rectore defuncto, non exiſtat unde de bonis defuncti ſuppleri poſſint: in pœnam negligentiæ ſuæ, de bonis propriis eos ſupplere compellatur; pœnam nihilominus non evitaturus canonicam, ſi ſuperioris ſui auctoritate facta ſuperveniens inquiſitio, ipſum aliquando in viſitationis officio negligentem invenerit, vel diſſimulantem. Sed etiam in his caſibus ſimiliter rationabilis habenda eſt conſideratio, & ad facultates eccleſiæ, & ad tempus quo rector eccleſiæ fructus ejuſdem perceperit.

### XLIV. *De eccleſiis ad firmam tradendis.*

Item eccleſiæ vel altaria, ſine conſenſu noſtro vel officialium noſtrorum, non tradantur ad firmam: & præcipue laicis, quos nec eccleſias, nec decimas aliquo modo ſacri canones tenere permittunt.

Contractus vero cruce-ſignatorum & clericorum præcipimus vobis & officialibus veſtris innoteſcere, propter diverſas cauſas; * ſicut volunt, quod aliquam habeant firmitatem.

* Forte, ſi volunt. Harduinus.

### XLV. *Ne alli religioſi aliquem habeant ingreſſum in poſſeſſionibus eccleſiæ, ſine conſenſu epiſcopi.*

Inhibemus etiam ne viri religioſi illas eccleſias maxime habeant ad firmam, in quibus dicant ſe habere jus patronatus: adjicientes, ne aliquis vendat, vel conferat, vel ad firmam det, vel pignori (a) obliget monachis Ciſtercienſis ordinis, vel aliis religioſis ſimile eis privilegium habentibus, terras aliquas, vel poſſeſſiones, niſi prius facta ſufficienti cautione de indemnitate parochialis eccleſiæ, & etiam de noſtra auctoritate, & hoc ſæpius in eccleſiis publicetur.

### XLVI. *Ne penſio in eccleſiis detur alicui, ſine aſſenſu noſtro.*

Item ne cui de eccleſiaſticis proventibus modica vel magna detur penſio in fraudem, ſicut in concilio prohibitum eſt, & nos prohibemus. Et quoniam circa hujuſmodi penſiones fraus ſæpius ſolet & ſimoniaca pravitas perpetrari: nos, ut melius obviemus talibus morbis, præſentantis & præſentati recipimus interdum juramentum, quod nec promiſſio, nec pactio illicita intervenerit; & quod eccleſia amplius non dederit vel dabit quam prius fuit obligata. Similiter inhibe-

(a) Obliget perſonis privilegiatis, terra &c.

bemus, (a) ne qui prius fuit perſona, in eadem eccleſia fiat vicarius ſine licentia noſtra. A

### XLVII. *De capellanis extranea ordinationis.*

Item inhibemus diſtrictius, ne ſacerdotes ignoti, de quorum ordinatione non conſtat, ad Divinorum celebrationem deſerviendo eccleſiis admittantur, niſi de noſtra licentia, cum per litteras teſtimoniales, vel ad teſtimonium bonorum virorum nobis conſtiterit de eorum ordinatione (b), & ſufficienter fides facta fuerit.

### XLVIII. *Ne amoveantur idonei ſacerdotes.*

B Monemus etiam rectores eccleſiarum, ne capellanos annuos, ſine cauſa rationabili ſtudeant amovere: maxime ſi honeſtæ fuerint converſationis, & laudabile de converſatione ſua a parochianis habeant teſtimonium.

### XLIX. *De pœna incontinentium.*

Et ſi de incontinentia parochialis ſacerdotis ſcandalum ortum fuerit, cum circa hoc vigilans debeat eſſe rector eccleſiæ: ſi per famam, vel per inquiſitionem nobis prius de hoc conſtiterit, quam per rectoris denunciationem: tanquam conſcius puniatur, fructibus eccleſiaſticis unius anni privandus in pias cauſas diſtribuendis. C

Sane de vicariis ſtatuimus perpetuis, & tam perſonas, tam vicarios, quam annuos ſacerdotes, graviter puniendos decrevimus, niſi ſuper denunciatione exceſſuum, & præcipue incontinentiæ; in quibus notabiles clerici inventi fuerint, in ſuis parochiis fuerint vigilantes.

### L. *Ne prædicatores admittantur ſine litteris epiſcopi.*

Prohibemus ne ſine litteris noſtris, ad fidelium eleemoſynas poſtulandas, aliquis admittatur prædicator: niſi litteræ noſtræ nomen ejus exprimant, & expreſſe contineant, quod ei damus licentiam prædicandi. Negotium vero & neceſſitatem pro qua advenit, bene poterit demonſtrare, licet prædicandi licentiam non habeat, dum tamen litteris noſtris, ſicut diximus, munitus ſit. Volumus autem, ut ſacerdos eccleſiæ in qua prædicatur, pecuniam collectam accipiat, & ſalvo cuſtodiat ſub duorum virorum teſtimonio fide dignorum, quouſque de mandato noſtro, illi loco, pro quo fuit collecta & collata, deferatur. D

### LI. *De pœna eorum qui aliquid dant vel accipiunt pro ſpiritualibus.*

Prohibemus archidiaconis, officialibus, & decanis, ne pro juſtitia facienda, differenda, vel acceleranda, aliquid accipiatur: & ne pro aliquo ſpirituali aliquid ex pactione promittatur, detur, vel accipiatur. Quod ſi fiat, tam dans, quam accipiens, ſententia excommunicationis ſe noverit innodandum. E

### LII. *Ne incluſi alios de nocte in domo ſua recipiant.*

Moneat quilibet ſacerdos viros incluſos, ſi habeat in parochia ſua: ne mulierculam recipiant de nocte in domo ſua; ſimiliter nec mulier maſculum: nec depoſita ſine teſtimonio ſacerdotis, & virorum fide dignorum, accipiant.

### LIII. *De exceſſibus in præbendis corrigendis.*

Ad hoc quoniam de fornicationibus, adulteris, & inceſtuoſis commixtionibus & aliis flagitiis in præbendis & eccleſiis præbendalibus frequenter commiſſis, clamor ad aures noſtras aſcendit, & ad aures Domini ſabaoth timemus aſcendiſſe, quæ ad cognitionem &... epiſcopi ſui ſtatuta concilii infra terminum competentem per capitulum corrigi debent: ne de manibus noſtris ſanguis animarum requiratur, diſtricte authoritate concilii præcipimus, quod ea quæ correctione indigent, per capitulum corrigantur: alioquin Deum habentes præ oculis, prout cura animarum requirit, pro officii noſtri debito, quod noſtrum erit faciemus.

### LIV. *De matrimonio contrahendo.*

Studeant ſacerdotes ſummopere & multipliciter matrimonium commendare per dignitatem, & bona ipſius matrimonii; amplexus fornicarios per contrarium reddendo deteſtabiles: confidenter aſſerentes matrimonium inter alia ſacramenta, quoad originem primum, & prius conſtitutum ab ipſo Domino in paradiſo, &c.

Bona matrimonii ſunt, fides, proles, & ſacramentum: ſcilicet fides ad torum, proles ad cultum Dei, ſacramentum Chriſti & eccleſiæ: appareteque in hac vita maxime deſiderabile. Bonum eſt & privilegiatum matrimonium: nam ſola proles, ex matrimonio legitimo ſuſcepta, a dignitatibus tam eccleſiaſticis, quam civilibus non eſt excluſa: cum tamen aliter geniti repellantur tanquam ſpurii.

### LV. *De reverentia matrimonii.*

Propter hoc præcipimus, quod matrimonia cum riſu & joco, non in tabernis, potationibuſve publicis, ſeu commeſſationibus: nec quiſquam annulum de junco vel quacumque vili materia, vel pretioſa, jocando manibus innectat muliercularum, ut liberius cum eis fornicetur: ne dum jocari ſe putat, honoribus matrimonialibus ſe adſtringat. Nec de cetero fides detur alicui de matrimonio contrahendo, niſi coram ſacerdote, & tribus vel quatuor perſonis fide dignis, propter hoc convocatis: ita quod nullatenus per verba de præſenti contrahant: nec poſt matrimonium, per verba de futuro contractum carnaliter commiſceantur, niſi rite canonicis denunciationibus præmiſſis, tam ubi mas, quam ubi fœmina retro converſati ſunt. Nihilominus etiam, quoniam non mediocriter turbant eccleſiam Dei, & pericula animabus ingerunt taliter contrahentes: ſtatuimus, quod tales ad nos tranſmittantur; & ii, qui hujuſmodi

(a) *Deeſt* ſine licentia noſtra.
(b) *Addit* converſatione, & litteratura.

di contractibus interſunt prohibitis, & authori- A
tatem & conſenſum præſtiterint : & nos illos
ad ſedem apoſtolicam tranſmittemus, tanquam
perturbatores eccleſiaſticæ pacis, & contem-
ptores eccleſiaſticorum mandatorum. Et hoc
ſtatutum præcipimus omni die Dominica popu-
lo denunciari.

### LVI. *De formâ contrahen'i matrimonia.*

Item præcipimus, quod ſacerdotes doceant
perſonas contrahentes hanc formam verborum
in Gallico vel Anglico : *Ego* N. *accipio te* N.
*in meam*. Similiter & mulier dicat : *Ego acci-*
*pio te in meum*. In his enim verbis conſiſtit
vis magna, & matrimonium contrahitur. Nec B
ſine trina denunciatione publice facta in ec-
cleſia & ſolemniter, præſumat ſacerdos ali-
quas conjungere perſonas matrimonialiter. Pro
quibus denunciationibus faciendis nihil omni-
no exigatur.

Sed ſi utraque perſona conjuganda, omnino
fuerit incognita : nullo modo præſtet ſacerdos
authoritatem tali contractui, niſi prius ei legi-
time conſtiterit, quod perſonæ legitimæ ſint ad
contrahendum. Similiter, ſi altera illorum in-
cognita fuerit, litteras habeat teſtimoniales,
quod poſſit legitime contrahere, & trina facta
fuerit denunciatio in parochia illius.

### LVII. *De clandeſtinis matrimoniis.*

Prohibemus ſimiliter clandeſtina matrimonia,
præcipientes quod publice fiant in facie eccle-
ſiæ, præſente ſacerdote ad hoc vocato : ſi ve-
ro ſecus actum fuerit, non approbentur, niſi
de noſtra ſpeciali authoritate. Sacerdos autem,
qui tales conjunctiones prohibere contempſerit,
vel talibus intereſſe præſumpſerit, vel quili-
bet alius regularis, ſecundum ſtatuta concilii
ab officio per triennium ſuſpendatur : gravius
puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulaverit. Sed
& iis qui taliter copulari præſumpſerint, et-
iam in gradu conceſſo, condigna pœnitentia
injungatur.

### LVIII. *De ſortilegiis & maleficiis in nuptiis.*

In nuptiis ſemper prohibeantur ſortilegia ſub
pœna excommunicationis fieri, & maleficia. Et
ſub tali pœna teneantur omnes qui celant im-
pedimenta matrimonii : votum, ordinem, con-
ſanguinitatem, affinitatem, diſparem cultum,
compaternitatem. Et hæc ultima cauſa, tan-
tum quatuor perſonas excludit de matrimonio,
compatrem & commatrem, filiolum, fratrem
vel ſororem ſpiritualem, vel filium vel filiam
patrini. Et iſta comminatio in ſingulis paro-
chiis frequenter recitetur.

### LIX. *De modo prohibito in affinitate carnali, vel ſpirituali.*

Ad hæc prohibemus, ne vir contrahat cum
aliqua conſanguinea olim uxoris ſuæ. Simili-
ter, nec mulier cum aliquo conſanguineo
quondam viri ſui, uſque ad quartum gradum.
Item ſuſceptus in baptiſmo non contrahat cum
filia ſuſcipientis, vel ante vel poſt compater-
nitatem genita.

### LX. *Ne quis ſuper dubio caſu.*

Nullus officialis, decanus, vel ſacerdos, in
dubio caſu, inconſulto epiſcopo, cauſam ma-
trimonii præſumat diffinire, ſeu pro matrimo-
nio ſeu contra matrimonium pronunciare : ſed
ad epiſcopum referatur omnis matrimonii du-
bietas.

### LXI. *De iis qui per adulterium polluuntur.*

Item commoneant & prohibeant ſacerdotes,
ne quiſquam cum ea contrahat matrimonium,
quam, vivente marito ſuo, polluit per adulte-
B rium. Et hoc, ſi adulter fidem dederit adul-
teræ, de ea ducenda, adhuc viro ſuo vivente;
vel ſi etiam ipſa adultera, vel adulter, in mor-
tem viri machinati ſunt.

### LXII. *Quod prægnantes ſibi provideant, cum tempus partus appropinquat.*

Item commoneant ſacerdotes mulieres præ-
gnantes de parochia ſua, ut cum tempus par-
tus intelligunt inſtare, ſibi proſpiciant, ut aquam
habeant promptam & paratam. Et quod pro-
pter imminens periculum, locutæ fuerint de
confeſſione cum ſacerdote, ne ſubito præoccu-
patæ, non poſſint, cum voluerint, copiam ha-
C bere ſacerdotis.

### LXIII. *Ne conjugati viri tranſeant ad religionem inconſulto epiſcopo.*

Item doceant ſacerdotes frequenter populum,
& prohibeant ſub anathemate, ne alter conju-
gum tranſeat ad religionem, nec recipiatur:
niſi per nos aut per licentiam noſtram. Item
moneant ſacerdotes mulieres, ne faciant vota,
niſi cum magna deliberatione, & cum conſen-
ſu virorum ſuorum, & conſilio ſacerdotum.

### LXIV. *Quod de cetero in quinto gradu conſanguinitatis liceat contrahere.*

D

In generali concilio ſtatutum eſt, quod pro-
hibitio conjugalis copulæ quartum conſanguini-
tatis & affinitatis gradum non excedat de ce-
tero: quoniam ſine gravi diſpendio animarum,
hujuſcemodi prohibitio non potuit in ulteriori-
bus gradibus generaliter obſervari. Unde cum
jam uſque ad quartum gradum, conjugalis co-
pula ſit reſtricta : ſancitum eſt, ut ſi qui con-
tra hujuſmodi prohibitionem præſumpſerint de
cetero copulari, nulla longiquitate defendantur
annorum, cum diuturnitas temporis peccatum
non minuat, ſed augeat. Prohibitiones vero
de conjugio, de ſecundo & tertio affinitatis
minime contrahendo, & de ſobole ſuſcepta ex
E gradu ſecundis nuptiis cognationi viri non co-
pulanda prioris, vobis denunciamus authoritate
concilii abrogatas : & quod tales de cetero li-
bere contrahere permittantur.

### LXV. *De denuntiatione facienda, cum matrimonia in eccleſiis ſunt contrahenda.*

Item cum matrimonia fuerint contrahenda,
in eccleſiis per presbyteros publice proponantur
competenti termino præfinito : ut infra illum,
qui voluerit & valuerit, legitimum impedimen-
tum opponat : & presbyteri nihilominus inve-
ſti-

ſtigent, utrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cum autem probabilis apparuerit conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe: donec quod fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtet documentis. Soboles vero ſuſcepta in gradu prohibitio etiam ignoranter, prorſus illegitima cenſeatur: de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cum taliter contrahendo, non expertes ſcientiæ, vel ſaltem ignorantiæ affectatores videantur. Pari modo proles illegitima cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum, eumdem, præter omne interdictum, etiam in conſpectu eccleſiæ contrahere præſumpſerint. Si quis autem ad impediendum legitimam copulam malitioſum impedimentum objecerit, eccleſiaſticam non effugiet ultionem.

LXVI. *De teſtibus recipiendis ad probandam conſanguinitatem.*

Item ſtatutum eſt, ut in conſanguinitatis gradibus computandis, teſtimonium de auditu non valeat; niſi perſonæ graves extiterint, quibus merito fides ſit adhibenda; & ante motam litem, teſtificata didicerint ab antiquioribus ſuis, non ab uno utique, cum non ſufficeret ille ſi viveret; ſed a fide dignis, & omni exceptione majoribus: cum ſatis videretur abſurdum illos admitti, quorum repelluntur authores.

LXVII. *De ſacramento extremæ unctionis.*

Sacramentum vero extremæ unctionis, cum ſit ſacramentum exeuntium, quod ſit neceſſarium patet ex verbis beati Jacobi, qui ait: *Infirmatur quis ex vobis? convocet ſacerdotem.* Et propter hoc præcipimus, quod ad ſacramentum extremæ unctionis moneant frequenter populum ſacerdotes, in neceſſitate videlicet: & non tantum divites, ſed pauperes, ſenes, & juvenes, omnes, maxime a quatuordecim annis & ſupra. Et omnibus petentibus & pœnitentibus gratis exhibeant hoc ſacramentum in neceſſitate, cum fuerint humiliter requiſiti.

*Jacobi 5.*

LXVIII. *De eodem.*

Item moneant ſacerdotes frequenter populum, hoc ſacramentum licite iterari poſſe: ſcilicet in qualibet gravi infirmitate, de qua metus imminet mortis. Dicant etiam ac denuncient confidenter, quod poſt ſuſceptum hoc ſacramentum, licitum eſt reverti ad opus conjugale.

LXIX. *De eodem.*

Cum reverentia deferatur oleum ſanctum ad infirmos, & eos inungant ſacerdotes cum magno honore, & orationum celebritate, quæ ad hoc ſunt ordinatæ: & nihil inde, ſicut nec pro aliis ſacramentis, exigatur, ſive a paupere, ſive a divite.

LXX. *De teſtamentis faciendis, & memoria fabricæ Sarum eccleſiæ.*

Præcipimus quod laicis inhibeatur frequenter, ne teſtamenta ſua faciant ſine præſentia ſacerdotis, ſicut diligunt, quod eorum voluntates extremæ adimpleantur. (a) Inter alia etiam ſinguli ſacerdotes infirmos ſuos moneant, & efficaciter inducant, quod fabricæ Sarum eccleſiæ ſuæ memores, prout Deus inſpiraverit illis, in teſtamento ſuo, de bonis ſuis relinquant. Sacerdotes vero & clerici, alios exemplo ſuo ad id faciendum provocent, matricem eccleſiam ſuam Sarum in teſtamento ſuo, prout decet, reſpicientes. Preces etiam faciant ſacerdotes ſingulis Dominicis, pro vivis & mortuis fratribus & ſororibus fabricæ Sarum. Sacerdotibus autem ſimiliter inhibemus, ne teſtamenta ſua per manum ordinent laicalem.

LXXI. *Ne perſonæ eccleſiæ ædificent in feudo laicali.*

Et quoniam omnino injuſtum eſt, ut quem eccleſia recipit pauperem & extraneum, in alieno efficiat divitem, & in ſuo recipiat fraudatorem: ſacrorum canonum ſtatuta ſequentes, diſtricte præcipimus, quod nullus omnino, qui ſtipendio militat eccleſiæ, in ſolo ædificet laicali, vel ſummam ſeu fortunam rerum ſuarum ad feudum transferat laicale: præcipue illarum rerum, quas conſideratione eccleſiæ, vel eccleſiaſticorum beneficiorum, perceperunt. Quod ſi contra hoc ſtatutum venire præſumpſerit, tanquam defraudator eccleſiaſticæ ſubſtantiæ, quicquid, occaſione talis præſumptionis, damni vel incommodi intulerit eccleſiæ vel eccleſiaſticis poſſeſſionibus, de cujus proventibus dinoſcitur laicale feudum ampliaſſe: illi eccleſiæ reſtituat, de cujus oblationibus, eleemoſynis, ſuffragiis, atque proventibus, conſtiterit ipſum ſumptus feciſſe.

LXXII. *Ut primo a Medicis moneantur ægri ad ea quæ ſunt animæ.*

Cum anima longe pretioſior ſit corpore, ſub interjectione anathematis prohibemus, ne quis medicorum, pro corporali ſalute aliquid ægro ſuadeat, quod in periculum animæ convertatur. Verum cum ipſis ad ægrum vocari contigerit, ægrum ante omnia moneant & inducant, quod advocent medicos animarum: ut poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute proviſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur. Tranſgreſſores hujus conſtitutionis pœnam in concilio ſtatutam non evadent.

LXXIII. *De motibus ſacerdotum propriis refrænandis.*

Later. IV c. 22

Sacerdotibus in periculo animarum injungimus, ut in exercendo officio ſuo proprios motus, ſcilicet rancores, odia, carnales affectiones, non ſequantur: ſed adeo ſint diſcreti & providi in præcipiendo, ut ſub prætextu debitæ ſibi obedientiæ, ſubditos ſuos nullatenus ſcandalizent: quod quandoque contigiſſe cognovimus. In cauſa atem pecuniaria, propria authoritate communionem alicui non interdicant. * Quoniam religionum nimia diverſitas gravem in eccleſia confuſionem inducit: præcipimus, quod qui volunt domum hoſpitalem fundare, ſeu xenodochium de novo, regulam & inſtitutionem a nobis

* *Hic titulus LXXIV. debuit adſcribi*, De novis religionibus prohibitis, &c. in Lateran. IV. cap. 13.

(a) *Ab hac periodo uſque ad* Sacerdotibus *deſunt.*

nobis accipiant, ſecundum quam regulariter vi- A vant & religioſe.

*LXXIV. De eodem.*

Scriptum eſt: *Væ ſoli, quia ſi ceciderit, non habet ſublevantem.* (Eccle. 4.) Ideo præcipimus, ne monachus ſolus moretur, vel in prioratu, vel in cella, vel alicubi in epiſcopatu noſtro. Nullus etiam in monaſteriis (*a*) ſanctimonialium diverſa habeat officia, quæ conſueverunt eſſe diverſa (*b*).

*LXXV. De reditu ad religionem.*

Quoniam quidam apoſtatæ, ſalutis ſuæ immemores, abjecto timore Dei, de ordine ſuo egredi, ſine licentia ſuorum prælatorum, & in ſæculo ſæculariter converſari, abjecto religionis habitu, non verentur, præcipimus archidiaconis, decanis etiam, monitione præmiſſa competenti, ut tales ad clauſtrum, per eccleſiaſticam cenſuram, redire compellant. Quod ſi nec ſic ad reſumendam religionem induci poſſint, jubemus eos comprehendi & ad pœnitentiam in carcere retineri.

*LXXVI. De reverentia.*

(Locus mendoſus.) Adhuc prohibemus, ne choreæ (a) ulter pes, & inhoneſti ludi, qui ad laſciviam invitant fiant in....... Et ne ii tractentur eſſe ſæculares ex conſuetudine; maxime in quibus agitur de judicio ſanguinis. Prohibemus quoque ne denunciationes ſcotallorum fiant in eccleſia per laicos: nec in eccleſiis nec extra eccleſias per ſacerdotes, vel per clericos.

*LXXVII. De procurationibus archidiaconorum.*

Certum eſt quod procurationes archidiaconorum (b) aut officium exercentes, non debent quærere quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti, prædicationi, exhortationi, correctioni, & reformationi inſiſtentes, ut fructum referant qui non perit. Quapropter ſacroſancti concilii veſtigiis inhærentes præcipimus, quod procurationes nullatenus dentur, niſi perſonis viſitationis officium exercentibus; & tunc . . . ſcilicet ſeptem equorum & perſonarum mediocritate ſervata, in Lateranenſi concilio diffinita (Later. III. cap. 4.): hoc adhibito moderamine, quod cum aliqua eccleſia per ſe non ſufficiat ad procurationem faciendam, duæ vel plures conjungantur in unum. Qui contra venire attentaverit (c) * ſui * ſtatuta concilii, quod acceperat reddat, & eccleſiæ quam taliter gravaverit, tantundem de ſuo impendat.

(* Forte, ſecundum ſacri. H. * f. ſacri.)

*LXXVIII. De prædicatoribus epiſcopi recipiendis.*

Cum propter occupationes multiplices, vel invalitudines corporales, ſeu alias cauſas, non ſufficiunt epiſcopi per ſe miniſtrare populo verbum Dei: in Lateranenſi concilio ſtatutum eſt (Later. IV. c. 10.), ut ipſi miniſtros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant. Quibus ad vos venientibus ex parte noſtra, & populum verbo & exemplo ædificantibus, authoritate ejuſdem concilii præcipimus, ut eis cum indiguerint, congrue neceſſaria ſubminiſtretis, ne pro ciſi defectu compellantur deſiſtere ab incepto.

*LXXIX. De beneficiis magiſtris ſcholarum providendis.*

Item præcipimus, quod aliquod competens beneficium magiſtro præbeatur, qui gratis in grammatica facultate pauperes ſcholares inſtruat, juxta poſſe ſuum: ut ſic docentis levetur neceſſitas, & magis via pateat diſcentibus ad doctri- B nam.

*LXXX. De receptione ſecundi beneficii.*

Quoniam in concilio Lateranenſi primo dinoſcitur eſſe ſtatutum (Later. IV. c. 29.), & nuper in generali concilio evidentius fuit expreſſum, ut quicumque reciperet beneficium, cui eſſet cura animarum annexa, ſi prius tale beneficium obtinebat, eo ſit ipſo jure privatus; & ſi forte illud retinere contenderit, utroque privetur. Archidiaconis, officialibus, decanis præcipimus diſtricte, quod C tam de recipientibus, * poſt vulgationem ſtatutorum concilii, nos reddant certiores.

(* Forte, quam de conferentibus, poſt vulgationem &c. H.)

*LXXXI. De idoneis præſentandis ad vacanda beneficia.*

Præcipimus omnibus patronis eccleſiarum, ſive ſint ſæculares perſonæ, ſive regulares: quod cum eccleſiaſticum vacaverit beneficium, de eorum donatione viros idoneos nobis præſentent, quibus morum honeſtas, & litterarum ſcientia ſuffragentur: ſequentes judicium rationis, non affectum carnalitatis. Alioquin pro officii noſtri D debito, de eccleſiis vacantibus, Deum habentes præ oculis, ordinabimus.

*LXXXII. Ne viri eccleſiaſtici fidelitatem præſtent laicis.*

Sacri concilii authoritate interdicimus viros eccleſiaſticos, nihil temporale a laicis obtinentes, ſacramentum fidelitatis laicis præſtare. Item eadem authoritate præcipimus, ne patroni vel advocati, de eccleſia, occaſione advocationis plus uſurpent, quam eis inire eſt permiſſum, & E quam ſacri canones eis concedant.

*LXXXIII. De eccleſiarum patronis.*

Sacri nihilominus concilii proviſione diffinitum eſt (Later. IV. c. 45.): quatenus, ſi patroni, vel advocati, aut feudatarii, ſeu vicedomini alicujus eccleſiæ, rectorem, vel alium clericum ipſius eccleſiæ per ſe vel per alios occidere, auſu nefario præſumpſerint, patroni, jus patronatus; advocati, advocatiam; feudatarii, feudum; vicedomini, vicedominatum, uſque ad quartam generationem, amittant. Et poſteritates talium, in clericorum collegium nullatenus aſſumantur: nec in regularibus domibus, alicujus prælationis aſſequantur honorem. Et hoc volumus ſæpius in eccleſiis denunciari.

*LXXXIV.*

(*a*) Religioſorum. (*b*) *Hic deſunt conſtitutiones Dunelmenſes.*
(*c*) *Dantur emendationes ex editione Wilkins*, vel turpes, & &c.
(*d*) Aut aliorum viſitatoris officium. (*e*) Sacroſancti.

*LXXXIV. De ſtipendiis ſacerdotum.*

Cum os bovis triturantis alligari non debeat: præſentandi capellani in Capitulis generalibus particulas ſtipendiorum ſuorum ſcriptas ſtatim tradant archidiaconis, ut videri poſſit ſi ſtipendia ſufficiant, & ipſis & eorum miniſtris neceſſariis, ut ſi opus ſit incontinenti ſuppleatur ſufficiens authoritate concilii præcipimus: necnon obſtante aliqua conſuetudine, portio presbyteris parochialibus aſſignetur. Qui ad ..... compendium & ſtipendium deforme, officium ſacerdotis non erubeſcunt aſſumere, tanquam viliſſimos, & per quos vituperetur non modicum miniſterium noſtrum, cum eorum habuerimus notitiam, de epiſcopatu expellemus: illam pœnam infligentes, qui ſibi tales adjungere non erubeſcunt, quod ſacerdoti ſubſtituendo, vel duplo majori ſtipendio, vel triplo, ſi viderimus expedire, providebit, vel in propria miniſtret perſona in illa eccleſia cui initiatum eſt.

*LXXXV. De vicariis faciendis.*

Qui parochialem habet eccleſiam, ſi in ea non velit reſidere, ordinet in illa perpetuum vicarium, qui in ipſa eſt canonice ſtatuendus: qui competentem habeat de ipſius eccleſiæ proventibus portionem. Qui vero plures habuerit eccleſias parochiales ante concilium adeptas, in una reſideat, in ordine quo illius eccleſiæ cura requirit, & in aliis perpetuos ordinet vicarios. Qui vero plures habuit vicarios, in optione ſua ſit, qui velint, & ſciant, & poſſint eis deſervire in ordine quem eccleſiæ cura requirit.

*LXXXVI. Quod omnes clerici beneficiati habeant prædictas conſtitutiones.*

Authoritate præcipimus pontificali diſtricte, in virtute obedientiæ, quod archidiaconi conſtitutiones iſtas, pro communi utilitate editas, & pro correctione exceſſuum conſtitutas, omnibus in concilio Oxonienſi a domino Cantuarienſi editas, faciant inviolabiliter obſervari, tranſgreſſoribus debitam pœnam infligentes: promiſſuri nihilominus, quod præſcriptas conſtitutiones, tranſcriptas, & correptas, habere faciant decanis; decani, aliis ſacerdotibus: ut ſacerdotes, ipſas habentes frequenter præ oculis, in miniſteriis, & diſpenſationibus ſacramentorum ſint inſtructiores, & in fide doctrina catholicæ bene vivendo firmiores.

Item decrevimus, ſolemniter eſſe celebrandum & pronuntiandum diem translationis B. Thomæ martyris. Similiter & diem depoſitionis S. Wlſtani.

*LXXXVII. De ſententia excommunicationis.*

Authoritate Dei patris, & beatæ Virginis, & omnium ſanctorum, & præſentis concilii, excommunicamus illos omnes, qui malitioſe eccleſias jure ſuo privare præſumunt, aut per malitiam, libertates earumdem infringere vel perturbare contendunt.

Item omnes illos excommunicationis ſententia innodamus, qui pacem & tranquillitatem regis & regni injurioſe perturbare præſumunt: & qui jura domini regis injuſte detinere contendunt. Amen.

Primo quidem excommunicamus, authoritate A Oxonienſis concilii, a ſanctæ memoriæ Stephano Cantuarienſi archiepiſcopo celebrati, omnes qui malitioſe eccleſias jure ſuo privare præſumunt; aut per malitiam, contra juſtitiam, libertates earumdem infringere, vel perturbare contendunt. Ex quo intelligimus, excommunicationis vinculo ſubjacere omnes illos, qui litteras impetrant a quacumque curia laicali, ad eccleſiaſticum judicium proceſſuri in talibus, quæ per ſacros canones, ad forum eccleſiaſticum pertinere noſcuntur.

Item excommunicamus ſecundo omnes illos, qui pacem & tranquillitatem domini regis & regni injurioſe perturbare præſumunt, & qui cuncta jura regis injuſte detinere contendunt. Ex B quo intelligimus, non ſolum excommunicari guerrarum ſuſcitantes horrorem, verum etiam latrones publicos, & omnes etiam pariter prædones, & quoſcumque regulam juſtitiæ temere impugnantes.

Item excommunicantur tertio univerſi qui ſcienter falſum perhibent teſtimonium, vel perhibere procurant, ad impediendum juſtum matrimonium, vel ad hæreditatem alicujus hominis procurandam.

Item excommunicantur quarto advocati omnes, qui malitioſe, per quaſcumque exceptiones verum matrimonium impediunt; ne effectum debitum ſortiatur; & in quibuſcumque cauſis, ut contra juſtitiam proceſſus eccleſiæ diutius ſuſ- C pendatur.

Item excommunicantur quinto omnes illi, qui gratia lucri vel odii, vel favoris, malitioſe crimen imponunt alicui, cum apud bonas & graves perſonas non fuerit prius infamatus, nec ſit ei purgatio indicta, vel alio modo gravetur.

Item excommunicantur omnes, qui malitioſe, vacante eccleſia, opponunt vel opponi procurant quæſtionem de jure patronatus, ut verum patronum illius eccleſiæ impediant illa vice.

Item excommunicantur ſeptimo omnes illi, qui malitioſe contemnunt exequi mandata domini regis de excommunicatis capiendis, vel qui eorum impediunt captionem; ſeu procurant injuſte eorum liberationem, contra diſtrictionem D eccleſiaſticæ diſciplinæ.

Item excommunicantur in concilio ſanctæ memoriæ Ottoboni omnes illi, qui pro impedimento pacis, ſeu compoſitione litigantium quicquam recipiunt donec ipſum ſunt recepturi, reſtituerunt donatorium.

Item excommunicantur per eumdem quicumque de domibus, maneriis, vel grangiis, vel locis aliis archiepiſcoporum, epiſcoporum, vel aliarum eccleſiaſticarum perſonarum, contra ipſorum voluntates, ſeu cuſtodiam rerum earumdem, aliquid auferunt, vel conſumunt, vel injurioſe contrectant. . . . ſententia ligentur: nec abſolvi poſſunt, donec de injuria ſatisfecerint competenter.

E Item excommunicantur ab eodem, quicumque abſtulerint violenter reum, ad eccleſiam vel cœmeterium, vel clauſtrum fugientem, vel ei victum neceſſarium prohibent exhiberi; vel qui res alienas in locis prædictis expoſitas violenter aſportant, vel aſportari faciunt; vel qui aſportationem talem factam, nomine ſuo, vel a familiaribus ſuis ratam habent; vel qui ad hoc publice vel occulte conſilium vel auxilium præbuerint, ſeu conſenſum.

Item excommunicantur ab omnibus archiepiſcopis & epiſcopis Angliæ, qui veniunt contra magnam chartam domini regis, aut faciunt, quæ

C. ANNUM CHRISTI 1217.

quæ ſententia per ſedem apoſtolicam pluries con- A firmata eſt.

Item iſti ſunt articuli, in quibus incurritur excommunicationis ſententia ipſo jure.

Primus, cum quis incidit in hæreſim jam damnatam, vel novam confingit: & generaliter quæcumque vel quoſcumque Romana eccleſia, vel ſingulares epiſcopi in ſuis diœceſibus hæreticos judicaverint.

Secundus, cum quis receptat vel abſcondit hæreticos.

Tertius, cum quis dixerit . . . . * in clericum, monachum, converſum, monialem, vel converſam, vel aliquam religioſam perſonam manus injecerit violentas.

* *Forte*, Quartus, cum quis in Clericum. *Bh.*

Quintus, cum quis poſſit defendere clericum, B & non facit.

Sextus, cum poteſtates, conſules, ſeu rectores civitatum & locorum, angarias & exactiones indebitas imponunt in redemptionem, & authoritatem prælatorum ita evacuando, ut nil poteſtatis eis in ſuis hominibus videatur remanſiſſe. Et cum nominati deſiſtere noluerint, tam ipſi quam fautores eorum excommunicationi ſe noverint ſubjacere.

Septimus, incendiarii, & violatores eccleſiarum.

Octavus, cum quis a paucioribus quam a duabus partibus cardinalium in ſummum pontificem electus, pro papa ſe geſſerit, nec humiliter voluerit abſtinere.

Nonus, cum quis falſis litteris domini papæ, vel ſcienter utitur etiam ab alio falſatis.

Decimus, cum quis differt arma, ligna, ferrum.

Deeſt undecimus.

Duodecimus eſt in ſagittariis, & baliſtariis contra Chriſtianos in bello injuſto.

Decimus tertius eſt in iis, qui ſtatuta contra eccleſiaſticas conſuetudines, vel abuſiones contra eccleſiaſticam libertatem faciunt obſervari.

Item in ſtatutariis.

Decimus quartus in ſcriptoribus ſtatutorum illorum.

Decimus quintus in poteſtatibus, conſulibus, rectoribus & conſiliariis locorum, in quibus hujuſmodi ſtatuta, vel conſuetudines editæ fuerint vel ſtatutæ.

Decimus ſextus in iis qui . . . ea præſumpſerint judicare.

Decimus ſeptimus in iis qui in publica forma redegerint judicata.

Auctoritate domini epiſcopi in concilio Londonienſe, ultimo celebrato, ordinatum eſt.

Imprimis, qui pacem domini regis & regni ſui injurioſe perturbant, vel aliquid faciunt, per quod pax & tranquillitas valeant perturbari, vel ad perturbationem perveniatur, publice & ſolemniter, accenſis candelis, pulſatis campanis, cruce erecta in ſingulis eccleſiis ſuæ provinciæ denuncientur excommunicati.

Item omnes illi ſunt excommunicati eodem modo qui bona aliorum rapiunt, & occupant, contra pacem & voluntatem eorum, ad quos pertinent; & maxime clericorum.

Item quod complices & fautores eorum, eodem modo denuncietur excommunicati: contra quos omnes in concilio Oxonienſi, & ab aliis ſacris patribus Divina ſententia ab olim lata fuerit.

Item ordinatum eſt, quod omnes vere pœnitentes, qui pacem, & tranquillitatem prædictas defendere nitentur, aut pro eis orationem Dominicam ter dicent, cum totidem ſalutationibus beatæ Virginis, CC. dies indulgentiæ per dominum archiepiſcopum, & undecim ſuffraganeos ſuos in dicto concilio conceſſos habeant.

Item, quod in ſingulis eccleſiis parochialibus, ſemel in hebdomada, cum melius parochianorum fuerit multitudo, fiant proceſſiones pro pace, & Miſſæ ſequentes: & quod omnia præmiſſa fiant ſub pœna majoris excommunicationis.

G. C. Anglicanæ collectionis ordinem in his edendis conſtitutionibus ſecuti ſumus: ejuſque fide Oxonienſi concilio anni MCCXXII. eas præpoſuimus. Sed nunc tandem animadvertimus fuiſſe poſtponendas: cum in earum cap. ult. mentio C fiat Oxonienſis iſtius concilii, ejuſque ipſa verba referantur. In eadem collectione ſequitur concilium Dunelmenſe, ſive conſtitutiones Ricardi epiſc. Dunelm. quæ ſunt ad verbum eædem atque conſtitutiones Ricardi epiſc. Sarum ſupra editæ. Hoc differunt uno, quod diverſa eſt partitio capitulorum: & Dunelmenſes poſtremis capitulis careant a LXXV. Eas igitur hic omittimus. Profuerunt ad tollenda menda plurima quæ in Sarumenſibus erant. Ceterum non errore librarii dictas eſſe Dunelmenſes, ſed reipſa in Dunelmenſi concilio promulgatas, eo perſuadeor, quod ſublatæ in iis ſint aliquot lineæ de fabrica eccleſiæ Sarum, quæ in harum capite LXX. leguntur.

## ALTERA ADNOTATIO
### *collectoris Britannici.*

D

CONſtitutiones has Cl. Spelmannus, ad An. Chr. 1217. primo, quo Richardus Poore, relicto Ciceſtrenſi, Sarum epiſcopatum obtinuit anno, retulit. Verum eas aut poſt concilium Oxonienſe, anno Chr. 1222. aut poſt Synodum legatinam Londinenſem Ottoboni 1268. editas fuiſſe patet ex capitulis earum *De vicariis faciendis*, & *De ſententia excommunicationis*. In utrique mentio fit concilii Oxon. & conſtitutionis bonæ memoriæ Ottoboni. Cum autem Richardum poſt Ottobonum ſuperſtitem aſſerere chronologia vetet (mortuus enim eſt a Sarum ad Dunelm. translatus eccleſiam A. C. 1237.) ipſaſque excommunicationum ſententias ultimo inſertas capitulo ex concilio Redingenſi 1279. depromptas eſſe, luce clarius appareat nonnulla capita ſequioris ævi his conſtitutionibus aſſuta eſſe, Richardumque noſtrum poſt concilium Oxon. eas promulgaſſe affirmare auſim: quare eas ad an. Chr. 1223. repoſui.

ANNO CHRISTI 1219.

Ex Hanſizii German. ſacra tom. 2. p. 324.

# CONCILIUM SALISBURGENSE

Ab Eberhardo Archiepiſcopo coactum.

COncilium provinciale a domino Ebrrardo Archiepiſcopo Sulzburch celebratur (ſcribit Honorius in Chron. mſ. ad an. 1219.) *cui interfuerunt Patavienſis*, *Friſingenſis*, *Gurcenſis*, *Chymenſis*, *Seccovienſis Epiſcopi*. Hanc ſynodum Auctor veteris Catalogi vocat *ſecundam celebratam in majori Eccleſia S. Rutperti*. Neque tempus, E neque negotium, quod in ea tractatum ſit, proditur. Scripſeram alias celebratam eſſe die 7. Idus Octobris; ſed intuitus deinde rurſus codicem Honorii Mſ. incertus manſi, num dies aſſignata ſententiæ præcedenti ſit, an ſubſequenti tribuenda, propterea quod utrinque interpuncta ſit. Putat Spondanus Epiſcopatum Seccovien-

ANNO CHRISTI 1219.

vientem in hac ſynodo inſtitutum: ſed in Chronico Honorii hæc inſtitutio ad hunc quidem annum, ſed ante Concilii mentionem refertur. Nil tamen vetat credere inſtitutionem illam ab Apoſtolico jam conceſſam, in hac quoque ſynodo promulgatam & probatam fuiſſe. Sed exiſtimare malim hanc ſynodum convocatam fuiſſe ad expediendam Eccleſiaſticorum proventuum viceſimam in ſubſidium belli ſacri, de qua jam alias deliberatum fuerat.

### EJUSDEM CONCILII GESTA

*alia ex Harbtzeim Concl. Germ. tom. 3. pag. 510.*

Anno MCCXIX. Concilium Provinciale a Domino Eberhardo Archiepiſcopo Saltzburgenſi celebratum, cui interfuerunt Patavienſis, Friſingenſis, Gurgenſis, Kymenſis, Secovienſis Epiſcopi.

*Annales* Heronis Tomo I. antiquarum Lectiones Caniſii.

Concordat *Chronica* Auſtralis apud Freberum ſcriptorem Germaniæ Tom. I. habet ibid. Eodem ipſo anno fuit erectus ille Secovienſis Epiſcopatus de conſenſu Honorii III. Papæ, quemadmodum Kyemenſis Epiſcopatus erectus fuerat anno MCCXV. in Synodo Romana habit.

I. In Synodo Saltzburgenſi deliberatum de decreto Concilii Lateranenſis anno MCCXV. ut omnes Clerici vigeſimam partem Eccleſiaſticorum proventuum conferant ad triennium in ſubſidium terræ ſanctæ, exceptis duntaxat Religioſis:

II. Itemque de litteris Apoſtolicis Innocentii III, quibus dabatur venia Clericis, proventus Beneficiorum per triennium obligandi.

III. Spondanus putat in eodem Provinciali conſtituta fuiſſe Diœceſin novam Secovienſem, aut ſaltem in hac Synodo promulgatam, & approbatam judicat Hanzizius. Nam Bulla Honorii III. inſtitutionem hujus Epiſcopatus continens, ſpectat ad hunc annum 1219. ſed ante mentionem Concilii Provincialis Saltzburgenſis.

ANNO CHRISTI 1220.

## STATUTA IN CONCILIO APUD TOLOSAM

*Promulgata per dominum Romanum S. Angeli diaconum cardinalem, A. S. L.*

ANNO DOMINI MCCXIX.

### I.

Ex Mart. Script. To. II. pag. … Affert Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 105. ex cod. MS. biblioth. regiæ.

INhibemus ne prælati, barones, milites ſeu quicumque domini terrarum hæreticis vel credentibus eorum ballivias ſeu adminiſtrationes terrarum ſuarum committant; ſed nec eos, aut etiam aliquos diffamatos de hæreſi, vel quos credant de hoc eſſe ſuſpectos, in ſua familia vel ſuo conſilio habere vel retinere præſumant. Illos autem debent pro diffamatis habere, contra quos publica fama clamat, vel de quorum diffamatione apud bonos & graves coram epiſcopo loci legitime conſtiterit conſtitiſſe.

### II.

Item, ſtatuimus, quod parochiani, dominus & domina cujuslibet domus, dominicis & feſtivis diebus, in quibus ab operibus eſt ceſſandum, teneantur ad eccleſiam venire, audituri ex integro prædicationem & divinum officium nec inde receſſuri donec miſſa compleatur omnino. Quod ſi alter illorum abſens fuerit extra villam, vel alia legitima cauſa rationabili præpeditus, alter ſaltem teneatur, dummodo ſint in villa præſentes, nulla infirmitate ſeu alia rationabili cauſa detenti, duodecim denarios Turonenſes ſolvere quilibet teneatur, quorum medietas ſit domini villæ, & alia ſacerdotis eccleſiæ.

### III.

Sabbato quoque circa veſperas, ob reverentiam B. Mariæ Virginis, eccleſias ſuas cum devotione viſitent.

### IV.

Dies feſtos dicimus ſicut in canone continetur, Natale Domini, S. Stephani, S. Johannis evangeliſtæ, SS. Innocentium, S. Silveſtri, circumciſionem Domini, Epiphaniam, Purificationem, Annuntiationem, & Aſſumtionem, & Nativitatem B. Mariæ Virginis, Paſcha cum duobus diebus ſequentibus, Rogationem tribus diebus (a) Natale S. Johannis Baptiſtæ, inventionem & exaltationem Sanctæ Crucis, XII. Apoſtolorum, S. Mariæ Magdalenæ, S. Laurentii, S. Martini, S. Nicolai, dedicationem S. Michaelis, dedicationem cujuſcumque eccleſiæ, etiam feſtivitates cujuslibet ſancti, in cujus honore conſtituta eſt eccleſia. Item, omnem Dominicam. In his itaque diebus, & etiam in aliis feſtivitatibus eſt feriandum pro locorum conſuetudine, prout prælatus injunxerit.



(a) Hic haud dubium oſcitantia ſcriptorum, omiſſa ſunt feſta Aſcenſionis & Pentecoſtes cum duobus ſequentibus diebus. MARTENE.

ANNO CHRISTI 1220.

# CONCILIUM ROMANUM

Pro eccleſiæ libertate, cujus aggreſſores anathemate puniuntur,

*Anno* 1220. *habitum*.

A *F*Ridericus Romanorum rex Romam venit imperii coronam e manu Honorii papæ III. accepturus. In collatione imperialis hujus inſignis concilium habitum ſi ſtatuero, nihil contra veteres mores affirmaverim, cum reipſa in his rerum circumſtantiis olim haberi conſueviſſe concilia affirmet Benzo Albenſis de laudibus Henrici III. imperatoris ex me ſæpius in hoc opere notus. Reipſa vero id tunc ſervatum docet Honorii papæ decretum, quod Gregorius papa IX. inſerendum duxit in ſuis litteris ad Theobaldum Navarræ regem, vulgatis apud Martene Anecdot. tom. 1. pag. 993. En verba Gregorii papæ.*

B „ Ceterum cum olim felicis recordationis „ Honorius papa, prædeceſſor noſter in omnes „ aliqua ſtatuta contra eccleſiæ libertatem edentes, niſi infra duos menſes ſtatuta ipſa revocent, excommunicationis ſententiam tulerit; & ſuper hoc canonem latæ ſententiæ „ promulgarit: nos ipſius tenorem tibi, ne id „ tuam ſerenitatem lateat duximus tranſmittendum. Qui talis eſt. *Noveritis quod nos nuper in baſilica principis apoſtolorum, præſente cariſſi-* C *mo in Chriſto filio noſtro F. illuſtri Romanorum imperatore & ſemper auguſto, in celebratione miſſarum, poſtquam capiti ſuo impoſuimus imperii diadema, de conſilio fratrum noſtrorum accenſis candelis, excommunicavimus ex parte Dei omnipotentis, auctoritate beatorum apoſtolorum Petri & Pauli & noſtra, omnes hæreticos utriuſque ſexus, quocumque nomine cenſeantur, & fautores, receptatores, & defenſores eorum, necnon & qui de cetero ſervari fecerint ſtatuta edita, conſuetudines vel potius abuſiones introductas contra eccleſiæ libertatem, niſi ea capitularibus ſuis infra duos menſes poſt hujuſmodi ſententiæ publicationem, fecerint amoveri. Item excommunicamus ſtatutarios & ſcriptores ſtatutorum, nec non poteſtates, conſules, rectores, conſiliarios locorum, ubi de cetero hujuſmodi ſtatuta vel conſuetudines editæ fuerint vel ſervatæ, necnon & illos qui ſecundum ea præſumſerint judicare, vel publicam formam ſcribere judicata.*

„ Datum Viterbii XII. calendas Martii pontificatus noſtri anno IX.

# GRÆCORUM CONCILIUM

*In loco incerto forte Nicææ,*

*Anno* 1220.

## PRÆSIDE MANUELE PATRIARCHA CELEBRATUM.

## ΜΑΝΟΥΗΛ.

### Α. Λύσεις ἐρωτήσεων τινῶν.

D Ὁ ἱερώτατος μητροπολίτης Δυῤῥαχίου Ῥωμανὸς, κατὰ Κύριον ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς τῆς ἡμῶν μετριότητος, τῇ ἡμῶν σήμερον συνεδριάζων μετριότητι, προκαθημένῃ συνοδικῶς μετὰ τῶν ἱερωτάτων αὐτῆς ἀδελφῶν, τοῦ Καισαρείας Καππαδοκίας Μητροφάνους, τοῦ Σάρδεων Ἀνδρονίκου, τοῦ Φιλαδελφείας Φωκᾶ, τοῦ Ποντηρακλείας Νικηφόρου, τοῦ Σμύρνης Γεωργίου, τοῦ Μηθύμνης Μιχαὴλ, χάρτην ἐπὶ τοῦ μέσου προέτεινε εἰς ἀνάγνωσιν. καὶ ὁ χάρτης ἐρωτήσεις ἦν τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Βελλᾶς, συνοδικῶν δεόμεναι λύσεων. εἶχε δὲ οὕτω τὰ τῶν ἐρωτήσεων.

E Τινὲς τῶν οἰκείων γυναικῶν ἀποχωρήσαντες διὰ μῖσος, ἢ ἄλλην ὁποιανδήτινα αἰτίαν, καὶ ἐναλλοξίᾳ διάγοντες, μένουσιν ὅπως αἱ γυναῖκες τῶν τοιούτων ἐπὶ πέντε ἢ καὶ πλείοσιν ἔτεσι, τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν ἀνεπιστρόφων ὄντων, καὶ ἀδήλων ποῦ ἄρα διάγουσιν. εἰ δεῖ τοίνυν ἀνδράσιν ἑτέροις ταύτας συζεύγνυσθαι.

## MANUELIS.

### I. Solutiones quarumdam quæſtionum.

SAcratiſſimus Dyrrachii metropolita Romanus, dilectus in Domino frater, & noſtræ mediocritatis comminiſter, noſtræ hodie aſſidens mediocritati ſynodice præſidenti cum ſacratiſſimis ſuis fratribus, Cæſareæ Cappadociæ, Metrophane: Sardium, Andronico: Philadelphi, Phoca: Pontheracleæ, Nicephoro: Smyrnæ, Georgio: Methymnæ, Michael: chartam in medium, ut legeretur, protulit: in qua erant interrogationes piiſſimi Bella epiſcopi, quærentes ſynodicas ſolutiones. Erant autem interrogationes hujuſmodi. Ex Manſi Suppl. To. II. pag. ... Ann. ... Ex Jure Græc. Rom. Leuncl. ... p. ...

Quidam cum per odium aut aliam quamlibet ob cauſſam à ſuis uxoribus diſceſſiſſent, peregre degentes, non revertuntur: & cum incertum ſit, ubi agant, ſic eorum uxores durant per quinque annos vel plures. An eas oporteat aliis conjungi viris?

ANNO CHRISTI 1110.

Quidam * ſacrificuli in magna quadrageſima præſanctificatos divinos panes in panariis recondentes: iis deinde opera dæmonis ex ſepto divino ſubreptis a muribus, & cane oſtium aperiente, vel etiam cum ſacerdos ſacrificaret, & ad menſas precationes legeret, deliteſcens mus, poſt oblationem conſecratum divinum corpus ſubripuit. Quam cenſuram merentur ſacerdotes?

* ſacerdotes.

Sacerdotes quidam a ſuis antiſtitibus excommunicati, excommunicationem contemnunt, & ſub pœnis cum ſint, ingrediuntur & ſacrificant. Quonam modo ſunt hi plectendi.

Laici cum ſecundas contraxerunt nuptias, liberis procreatis poſt quadrageſimum annum, poſtulant ad tertias convolare, ob præexiſtentem liberorum educationem, & ne * paſſim peccent. An ſine reprehenſione id faciant.

* promiſcue

Antimenſia ſcimus facta poſtquam antiſtes per ſe operatus fuerit dedicationem, & ex panno ſubſtrato circumvolventeque menſam, in fruſta diſſecto & * ſubſcripto, ſacerdotibus dari: nec poſſe ſine his ſacrificare. Ubi igitur horum eſt defectus, quid faciendum, ne ſine ſacrorum celebratione ſacerdotes maneant.

Suid. ἀντιμίσιον

* picto

Quidam ſacerdotes in magna quadrageſima benedictiones clam fecerunt: quales tandem ſunt nuptiæ, & quibus tenentur pœnis ſacerdotes, qui ſic ſacras preces conceperunt?

Ad has igitur interrogationes mediocritas noſtra tales ſolutiones protulit.

Qui ob quamlibet cauſſam ab uxoribus ſuis receſſerunt, & alibi degunt, excommunicationem merentur, ſi perſeverent, nec velint ad uxores reverti. Si vero incertum ubi ſint, & mandato earum inquiſitio proceſſerit, præterieritque quinquennium, ex quo viri diſparuerunt, in bello forte capti, aut quo alio modo de medio ſublati: uxores eorum per legem non prohibentur aliis conjungi viris. Aliæ autem, quarum adhuc viri ſuperſunt, ſuos viros quærant.

Qui ſic deliquerunt ſacerdotes, ut præſanctificatos panes, a ſe factos, canes templi oſtium aperientes de medio ſuſtulerint: ad tempus in cognitione antiſtitis poſitum, a ſacrorum operatione ceſſent, quod diligenter non caverint. Alii autem, qui panes in oblatione per mures amiſerunt; inculpati maneant, (multa enim ejuſmodi ſæpe accidunt) qui etiam aliam oblationem menſæ ſacræ apponent, oblationeque facta ſacrificium perficient.

Excommunicati, qui ſacrificant, depoſitione ſunt digni, idque in epiſcopi ipſorum cognitione poſitum eſto.

Qui tertiis nuptiis implicari volunt, poſt annum ætatis quadrageſimum; ut polygamiam Chriſtiani non convenientem quærentes, re infecta dimittentur: quod ſi etiam vim inferant, cenſuram ſubibunt

A Τινὲς τῶν ἱερωμένων ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, προηγιασμένους θείους ἄρτους κρύψαντες ἐν ἀρτοφορίοις, εἶτα συνεργίᾳ δαίμονος ἐκ τοῦ σηκοῦ τοῦ θείου συληθέντων ὑπὸ μυῶν, καὶ κυνὸς παρανοίξαντος τὴν θύραν, ἢ καὶ ἐν τῷ ἱερουργεῖν τὸν ἱερέα καὶ ἐν τῇ τραπέζῃ τὰς εὐχὰς ἐπαναγινώσκειν, λαθὼν μῦς τις μετὰ τὴν προσκομιδὴν ἀφήρπασε τὸ ἱερουργημένον θεῖον σῶμα· πῶς χρὴ εἰς τὰ τοιαῦτα ἐπιτιμηθῆναι τοὺς ἱερεῖς;

Ἱερεῖς τινες ἀφοριζόμενοι παρὰ τῶν οἰκείων ἀρχιερέων τοῦ ἀφορισμοῦ καταφρονοῦσι. καὶ ἐπιτετιμημένοι ὄντες, εἰσέρχονται καὶ ἱερουργοῦσι. πῶς δεῖ τούτους κολασθῆναι.

B Λαϊκοὶ διγαμήσαντες καὶ παιδοποιήσαντες, ὑπερβάντες τὰ τεσσαράκοντα ἔτη, παρενοχλοῦσι καὶ εἰς τρίτον ἐλθεῖν συνοικέσιον, ἕνεκα τῆς ἀνατροφῆς τῶν προϋπαρχόντων παίδων αὐτοῖς. καὶ τοῦ μὴ χύδην ἁμαρτάνειν, εἰ ἀνέγκλητον αὐτοῖς ἐργάσονται.

Ἀντιμίνσια ἴσμεν γινόμενα, ἐπὰν ὁ ἀρχιερεὺς δι' ἑαυτοῦ ἐνεργήσῃ τὸν ἐγκαινισμόν, καὶ ἐκ τοῦ πανίου τοῦ ὑποστρωθέντος καὶ περιειλήσαντος τὴν τράπεζαν, εἰς βραχέα τεμνομένου καὶ γραφομένου, τοῖς ἱερεῦσι δίδοσθαι. καὶ ἄνευ τούτων μὴ δύνασθαι ἱερουργεῖν. ἔνθα οὖν ἐστι τούτων ἔνδεια, τί δεῖ πραχθῆναι, ἵνα μὴ μένωσιν οἱ ἱερεῖς ἄνευ ἱερουργιῶν;

Τινὲς ἱερεῖς λανθανόντως ἐποίησαν τῇ μεγάλῃ C τεσσαρακοστῇ εὐλογήσεις. ποταπὸς ἄρα ὁ γάμος οὗτος, καὶ ποίοις ἐπιτιμίοις ἁλίσκονται οἱ οὕτως ἱερολογήσαντες ἱερεῖς.

Πρὸς γοῦν ταύτας τὰς ἐρωτήσεσιν ἡ μετριότης ἡμῶν τοιαύτας τὰς λύσεις ἐπήνεγκεν.

Οἱ ἀπὸ τῶν οἰκείων ὑποχωρήσαντες γυναικῶν ἄνδρες δι' ἐποιανδήτινα αἰτίαν, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διάγοντες, ἀφορισμοῦ εἰσὶν ἄξιοι, εἰ ἀνεπιστρόφως ἔχουσι, καὶ πρὸς τὰς οἰκείας γυναῖκας οὐ προαιροῦνται πάλιν νοστῆσαι. εἰ δὲ ἄδηλοι εἰσὶ, καὶ προέβη καὶ ἔρευνα τούτων ἐξ ἀποστολῆς τῶν γυναικῶν αὐτῶν, καὶ πενταετία παρῆλθεν ἐξότου ἀφανεῖς οἱ ἄνδρες τούτων D ἐγένοντο, αἰχμάλωτοι τυχὸν γεγονότες, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ ἀφανισθέντες· τῶν τοιούτων αἱ γυναῖκες ἀκωλύτως κατὰ τὸν ἐγχωροῦντα νόμον ἑτέροις συναφθεῖεν ἀνδράσιν, αἱ δ' ἄλλαι ὧν οἱ ἄνδρες ἔτι περίεισι, τοὺς οἰκείους ἄνδρας ζητείτωσαν.

Οἱ πταίσαντες ἱερεῖς, οἱ τοὺς προηγιασμένους ἄρτους πεποιηκότες τοὺς ὑπὸ κυνῶν τῶν παρανοιξάντων τὴν τοῦ ναοῦ πύλην ἀφανισθέντας, τῆς ἱερουργίας πρὸς καιρὸν τὸν παρὰ τὴν διάκρισιν κείμενον τοῦ αὐτοῦ ἀρχιερέως παυσάσθωσαν, ὡς μὴ τὴν ἱκανὴν πεποιηκότες ἀσφάλειαν. οἱ δ' ἄλλοι οἱ τοὺς ἄρτους ὑπὸ μυῶν ἐν τῇ προσκομιδῇ ὀλέσαντες, ἀνεπιτίμητοι διαμενέτωσαν. ἐπεὶ πλεῖστα τοιαῦτα πολλάκις γίνον-E ται. οἳ καὶ ἑτέραν προσφορὰν ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ εἰσάξουσι καὶ προσκομιδὴν ποιήσουσι, καὶ τὴν ἱερουργίαν τελειώσωσιν.

Οἱ ἀφωρισμένοι καὶ ἱερουργοῦντες, καθαιρέσεως εἰσὶν ἄξιοι. καὶ εἰς τὴν τοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν τοῦτο κείσθω διάκρισιν.

Οἱ τρισὶ γάμοις συμπλακῆναι βουλόμενοι μετὰ τὴν τεσσαρακονταετίαν, ὡς πολυγαμίαν τοῖς Χριστιανικοῖς οὐκ ἀνήκουσαν ζητοῦντες, ἄπρακτοι ἀποπεμφθήσονται. εἰ δὲ καὶ βίαν ἐπάγουσι, καὶ ἐπιτιμηθήσονται.

ANNO CHRISTI 1110.

Τὰ

Τὰ ἀντιμίνσια οὐκ εἰς πάσας ἀνάγκη κεῖσθαι τὰς ἁγίας τραπέζας, ἀλλ' εἰς ἃς οὐ γνώριμον ἐστιν εἴ γε καθιερωμέναι εἰσίν, εἴτ' οὔ. τὰ γὰρ ἀντιμίνσια καθιερωμένων ἁγίων τραπεζῶν τόπον ἐπέχουσι. καὶ ἔνθα εἰσὶ γνώριμοι καθιερωμέναι τράπεζαι, οὐ χρεία ἀντιμινσίων ἐκεῖ.

Οἱ πεποιηκότες τὰς γαμικὰς ἱερολογίας ἱερεῖς ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, εἰ μὲν ἐξ ἀφελείας τοῦτο πεποιήκασι, μετρίων ἐπιτιμίων εἰσὶν ἄξιοι. εἰ δ' ἐκ κακοτροπίας καὶ κρύφα, μειζοτέρων ἐπιτιμίων, τῶν παρὰ τῇ διακρίσει κειμένων τοῦ ἀρχιερέως αὐτῶν. τὰ δὲ παρ' αὐτῶν γινόμενα συνοικέσια, ὡς ἱερολογίαν δεξάμενα, τὸ στέργον ἕξουσι καὶ ἀπερικλόνητον. Εἶχε τὸ, Μηνὶ Ἰουλίῳ, ἐπινεμήσεως η, καὶ τὴν κηρίνην πρασίνην σφραγίδα.

Antimenſia in omnibus ſanctis menſis poni neceſſe non eſt, ſed in iis, de quibus incertum, conſecratæ ſint, nec ne. Nam antimenſia conſecratarum ſanctarum menſarum locum obtinent: nec iis opus eſt, ubi menſas conſecratas eſſe conſtat.

Sacerdotes, qui in magna * Carrena nuptiales fecerunt benedictiones, ſi per ſimplicitatem id fecerint, mediocri correctione ſunt digni: ſin autem per malitiam & clam commiſerint, majore pœna, quæ antiſtitis judicio irrogabitur. Ab iis autem facta connubia, ut ſacra precatione munita, rata inconcuſſaque manebunt. Habuit illud, Menſe Julio, Indict. 8. & viridis ceræ ſigillum.

* quadrageſima

## Β. Περὶ μεταθέσεως ἐπισκόπων.

ΜΗΝῚ Ἰουλίῳ ι, ἡμέρᾳ α, ἐπινεμήσεως κ', προκαθημένου τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου τοῦ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυροῦ Μανουὴλ ἐντὸς τῆς περιωνύμου καὶ πανυπερλάμπρου * συνόδου βασιλικῆς μονῆς, τῆς ἐπὶ ὀνόματι μὲν τιμωμένης τῆς ὑπεραμώμου Θεομήτορος τῆς Γοργεπηκόου, τῶν Σανδρῶν δὲ ἐπικεκλημένης. συνεδριαζόντων τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ καὶ ἱερωτάτων ἀρχιερέων, τοῦ Καισαρείας Καππαδοκίας Μητροφάνους. τοῦ Σάρδεων καὶ ἐξάρχου πάσης Λυδίας, Ἀνδρονίκου. τοῦ Φιλαδελφείας, καὶ τὸν τόπον ἐπέχοντος τοῦ Κλαυδιουπόλεως, Νικηφόρου. τοῦ Σμύρνης, Γεωργίου. τοῦ Δυρραχίου, Ῥωμανοῦ. καὶ τοῦ Μηθύμνης, Μιχαήλ. παρισταμένων καὶ θεοφιλεστάτων δεσποτικῶν ἀρχόντων.

* σεβασμίας

Ὡς ἐν σώμασιν αἱ ψυχαί, τοῦτ' ἐν πράγμασιν οἱ καιροί· καὶ κινοῦσιν αὐτά, καὶ ἄλλως ἄλλοτε ταῦτα μετατιθέασιν, εὐπροσώποις αἰτίαις ὑπείκοντες. ἐπεὶ τί δὲ ἡ καιρικὴ αὕτη μετάθεσις, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων ἐναλλαγὴ καὶ μετάβασις; ὁ λόγος, καιροῦ καλοῦντος, μετατιθέσθω ταύτας, καὶ ἐναλλαττέσθω πρὸς τὸ σαφέστερον. ὁ τῆς ὑπὸ τὴν τῆς Λαρίσσης μητρόπολιν ἁγιωτάτης ἐπισκοπῆς Ἐζεροῦ ἀρχιερατικῶς προϊστάμενος Ἰωάννης, μακράν τ' ἀνατλὰς ὁδοιπορίαν ἔγκοπόν τε καὶ δύσιππον, καὶ πρέσβυς ἀφικόμενος πρὸς τὸν κοσμικὸν φωσφόρον, τὸν κράτιστον καὶ ἅγιόν μου αὐτοκράτορα, ἐξ ἀποστολῆς τοῦ πανευτυχεστάτου δεσπότου καὶ ποθεινοτάτου υἱοῦ τῆς ἡμῶν μετριότητος, καὶ ἀμέσως τούτῳ προσομιλήσας, καὶ πρὸς τὸ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησιαστικὸν ἐπεχώρησε στερέωμα. καὶ τοὺς φαιδρὸν ἴσα καὶ ἄστρασι λάμποντας ἱεράρχας, ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς τῆς ἡμῶν μετριότητος, τῇ ἡμῶν ἕδρᾳ συνεδριάζοντας μετριότητι, χάρτην ἐπὶ τοῦ μέσου προΐτεινε, καὶ ἀπολογίαν ἐζήτει ἐγκάνονον. εἶχε δὲ οὕτω τὰ τοῦ προβλήματος.

Φῶς γνώσεως δοῦναί μοι ἐξαιτοῦμαι παρὰ τοῦ παναγιωτάτου δεσπότου μου καὶ κυροῦ, τοῦ οἰκουμενικοῦ φωστῆρος, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν θείας καὶ ἱερᾶς τῶν ἱεραρχῶν ὁμηγύρεως, ἐπὶ τῇ ἀναφορᾷ, ἣν πρὸς τὸ ὕψωμα τούτων ποιήσασθαι κατετόλμησα, τῷ θείῳ πεισθεὶς ῥήματι. ἐπερώτησον (γάρ φησι) τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι· τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι. ἔξεστι τοῖς μητροπολίταις, γνώμῃ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων, δι' αἰτίαν εὐπρόσωπον, ἣν ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ καὶ τὸ πρᾶγμα, μεταθεῖναι ἐπίσκοπον ἀπὸ ἐπισκοπῆς εἰς ἐπισκοπὴν, ὑπὸ τὴν αὐ-

## II. De tranſlatione epiſcoporum.

Menſe Julio, decima die, Indiction. 20. præſidente ſanctiſſimo domino noſtro œcumenico patriarcha, domino Manuele, in celeberrima & ſuperilluſtri * ſynodi Imperialis manſionis, quæ honorata eſt nomine immaculatæ Dei Matris Gorgepecoi, Sandrorum cognominata: aſſidentibus magnæ ſanctitati ejus & ſacratiſſimis antiſtitibus, Cæſareæ Cappadociæ, Metrophane: Sardium & totius Lydiæ exarcho, Andronico: Philadelphiæ, & locum Syracuſam obtinente Phoca: Pontoheracleæ & Claudiopolitani legato Nicephoro Smyrnæ, Georgio: Dyrrachii, Romano: Metymnæ, Michaele: adſiſtentibus & piiſſimis dominicis magiſtratibus.

* & ſplendidiſſima venerabili manſione regia

Quod in corporibus animæ, id in negotiis temporum occaſiones: & illa hæc movent, & aliter interdum mutant, probabilibus cauſis cedentes. Quorſum vero temporalis iſta tranſpoſitio, rerumque mutatio & tranſitus? Oratio, tempore exigente, has transferat, in apertius immutet. Joannes pontificatum adeptus ſanctiſſimi epiſcopatus Ezeri, qui eſt ſub Lariſſi metropoli longumque perpeſſus iter, præruptum, & equitibus difficile, & ſenex, mundanum adiens Luciferum, optimum & ſanctum meum imperatorem, mandato feliciſſimi domini & * dilectiſſimi noſtræ mediocritatis filii, & per ſeipſum cum eo collocutus, ad eccleſiaſticum noſtrum appulit firmamentum, & non aliter ac aſtra, clare fulgentes pontifices, fratres & comminiſtros noſtræ mediocritatis: cui aſſidentes eos inveniens, chartam in medium protulit, * canonicam defenſionem requirens. Quæſtio autem ſic habebat.

* deſideratiſſimi

* reſponſum canonibus conſentaneum

Lucem * notitiæ dari mihi poſtulo a ſanctiſſimo hero meo, & domino, œcumenico luminari, & a divina ſacraque pontificum, quæ ſub eo fit, congregatione: ad relationem, quam divino * confidens verbo, eorum celſitudini facere auſus ſum. Interroga (inquit) patrem tuum, & renuntiabit tibi: & ſeniores tuos, & dicent tibi. Licetne metropolitanis, epiſcoporum, quos ſub ſe habent, ſententia, juſtam ob cauſſam, quam tempus & res poſtulant, ab * epiſcope in epiſcopen, cum ambæ ſint ſub ejus metropoli epiſcopum transferre, necne? Conceſſam enim fuiſſe tranſlationem, & multos antiſtites, variis tem-

* intellectus

* obtemperans

* epiſcopatu ad epiſcopatum

ANNO CHRISTI 1250.

temporibus non in pares conditione, ſed & A ſublimiores ſedes translatos fuiſſe dicunt ſacrarum tabularum periti. Sed nos hujus rei certitudinem a veſtra amplitudine ſcire avemus. Hæc quæſtione continebantur: & Exerenſis ſcriptam de eo reſponſionem poſtulabat. Noſtra igitur mediocritas, cum * ſacra ipſius fraternitate hæc communi conſilio tractans, talia quædam ſynodice pronuntiavit. Siquidem ſynodi metropolitanus, ſuorum epiſcoporum conſenſu, date cuipiam voluerit, incrementi ratione, aliam epiſcopen, in ſua provincia ſitam: ſine * præjudicio id faciet. Nam & * a nobis talia per modum fraternæ dilectionis quotidie fiunt. Et faciet epiſcopus etiam in ea epiſcope totaque ejus diœceſi B adminiſtrationem omnium pontificalium jurium, quæcumque & genuinus antiſtes ejus: excepto eo, in ſacro conthrono collocetur. Quod ſi rurſus cum ſua ſynodo metropolitanus ob cauſſam laudabilem, & probabilem prætextum (utilitas autem hæc animarum & eccleſiaſtici ſtatus adminiſtratio) comprobaverit, ut quis epiſcoporum ſub ſe poſitorum deponat quidem ſedem & epiſcopi nomen, ad aliam autem ſub ipſo metropolitano exiſtentem transferatur epiſcopen: id ſine dubio & impedimento faciet, quod hominum ſalutem & eccleſiaſticum decus noſtra mediocritas, ſacraque ipſius fraternitas, cum affectione requirat. C Quamobrem & admittenda cenſebitur translatio, ob prædictam cauſſam, & rata firmaque manebit, ut cui nihil adverſetur. Canonica enim obſervatio novit diverſis temporibus translationes antiſtitum, epiſcoporum, & metropolitanorum factas, non in æquales ſedes, ſed & in ſublimiores & excellentiores, propter rationalium eccleſiæ Chriſti ovium refocillationem, & eccleſiaſticarum rerum gubernationem. Hæc e diariis ſynodicis annotationibus emiſſa, & ſubſcriptione ſignoque ſanctiſſimi domini noſtri & œcumenici patriarchæ, domini Manuelis, confirmata, data ſunt menſe & indictione ſubſcriptis anni 6758. Habuerunt hoc, Menſe Julio, indictione 8. per patriarchalem divinamque manum, & ſolitam D plumbeam bullam.

* cum facto ſuo fratrum cœtu.

* ſine cujuſquam præjudicio

* & apud nos

τὴν μητρόπολιν πλείους ἄμφω τὰς ἐπισκοπὰς, ἢ οὔ. ἐπιτρέπεσθαι γὰρ τὴν μετάθεσιν, καὶ πολλοὺς τῶν ἀρχιερέων, κατὰ διαφόρους καιροὺς, οὐκ εἰς ὁμοτίμους, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς ὑπερβεβηκότας θρόνους μετατεθῆναι, οἱ τῶν ἱερῶν πυκτίδων λέγουσιν ἐπιστήμονες. ἀλλ' ἡμεῖς ἐκ τῆς ὑμῶν μεγαλειότητος τὸ περὶ τούτου βέβαιον γνωρίσαι δεόμεθα. Ἔλεγε ταῦτα τὸ πρόβλημα· καὶ ὁ Ἐξερὲ ἐζήτει ἐπ' αὐτῷ ἀπολογίαν ἔγγραφον. Ἡ γοῦν μετριότης ἡμῶν, μετὰ τῆς ἱερᾶς αὐτῆς ἀδελφότητος τὰ περὶ τούτου κοινολογησαμένη, τοιαῦτά τινα συνοδικῶς ἀποφαίνεται· ὡς, εἴπερ ὁ τῆς συνόδου μητροπολίτης, συναινέσει τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, δοῦναί τινι θελήσει, κατὰ τὴν τῆς ἐπιδόσεως λόγον, καὶ ἑτέραν ἐπισκοπὴν, ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν αὐτοῦ καὶ ταύτην τελοῦσαν, ἀπροκριματίστως τοῦτο ποιήσει, ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῖν τοιαῦτα διὰ τὸν τῆς φιλαδελφίας ὁσημέραι τρόπον ἐνεργεῖται. καὶ ποιήσεται ὁ ἐπίσκοπος καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐπισκοπῇ καὶ πάσῃ τῇ ταύτης ἐνορίᾳ τὴν διεξαγωγὴν τῶν ἱεραρχικῶν ἁπάντων δικαίων, ὅσα καὶ γνήσιος ἀρχιερεὺς αὐτῆς, πάρεξ τοῦ ἐν τῷ ἱερῷ συνθρόνῳ ἐγκαθιδρύεσθαι. εἰ δ' αὖ γε μετὰ τῆς οἰκείας συνόδου ὁ μητροπολίτης, δι' αἰτίαν ἐπαινουμένην, καὶ ἀπολογίαν εὐπρόσωπον (ὠφέλεια δ' αὕτη ψυχῶν, καὶ κυβέρνησις ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως) εὐδοκήσει ἀποθέσθαι μὲν τὸν θρόνον καὶ τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα τινὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, μετατεθεῖναι δὲ τοῦτον ἐν ἑτέρᾳ ἐπισκοπῇ ὑπ' αὐτὸν δὴ τὸν μητροπολίτην τελούσῃ· ἀνενδοιάστως τοῦτο καὶ ἀκωλύτως διαπράξεται, ὡς τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐκοσμίας ποθητῆς οὔσης καὶ παρὰ τῇ ἡμῶν μετριότητι καὶ τῇ ἱερᾷ αὐτῆς ἀδελφότητι· ὅθεν καὶ δεκτὴ λογισθήσεται ἡ μετάθεσις, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, καὶ ἕξει τὸ στέργον, καὶ ἐνεργὸν, ὡς μηδὲν τὸ προσιστάμενον κεκτημένη. ἐπείπερ οἶδεν ἡ ἐγκάνονος παρατήρησις κατὰ διαφόρους καιροὺς μεταθέσεις γινομένας ἀρχιερέων, ἐπισκόπων καὶ μητροπολιτῶν, οὐκ εἰς ἰσοστασίους θρόνους, ἀλλά γε δὴ καὶ εἰς ὑψηλοτέρους καὶ ὑπερέχοντας, διὰ καταρτισμὸν τῶν λογικῶν θρεμμάτων τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ, καὶ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων κυβέρνησιν. Ταῦτα παρεκβληθέντα ἀπὸ τῶν ἡμερησίων συνοδικῶν παρασημειώσεων, καὶ τῇ ὑπογραφῇ καὶ σφραγῖδι τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυροῦ Μανουὴλ βεβαιωθέντα, ἐπεδόθη μηνὶ καὶ ἐπινεμήσει τοῖς προγεγραμμένοις. ἔτους ς ψ ν η. Εἶχε τὸ, Μηνὶ Ἰουλίῳ ἐπινεμήσεως η, διὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θείας χειρὸς, καὶ τὴν συνήθη μολυβδίνην βοῦλλαν.

ANNO CHRISTI 1250.

*III. De jure patronatus.*

E MOderationi noſtræ relatum eſt a pliſſimo epiſcopo Dominico Demetrio, qui ſub provincia metropolitani Lariſſæi, eos qui jus fundationis * revocant in monaſterio, quod ab initio ſub ejus epiſcope fuit, magni inter ſanctos martyris Demetrii, Procovico indigenarum lingua cognominato, cupientes quidem hujuſmodi monaſterium in ſuam poteſtatem redigere, & conſecratis eis rebus ut propriis uti, ſed per prædictum epiſcopum eo, qui præter rationem erat, impetu inhibitos, & non data facultate hujuſmodi abſurdum perpetrandi, ad ultionem ejus videlicet excita-

* repetant

Γ. Περὶ * οἰκαιητορικοῦ δικαίου.

ΑΝηνέχθη τῇ ἡμῶν μετριότητι παρὰ τοῦ ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν τῆς μητροπόλεως Λαρίσσης θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Δομινίκου Δημητρίου, ὡς * οἰκτητορικὸν δίκαιον ἀνακαλούμενοι ἐν τῷ ὑπὸ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ τελοῦντι ἀνέκαθεν μοναστηρίῳ τοῦ ἐν ἁγίοις μεγαλομάρτυρος Δημητρίου, τῷ Προκοβίκῳ ἐγχωρίως ἐπονομαζομένῳ· ὀρεγόμενοι μὲν κατεξουσιάζειν τέλεον τῆς τοιαύτης μονῆς, καὶ τοῖς ἀφιερωμένοις αὐτῇ πράγμασιν ὡς οἰκείοις χρᾶσθαι, τῆς δὲ παραλόγου ταύτης ὁρμῆς παρὰ τοῦ ῥηθέντος ἐπισκόπου ἀνακοπτόμενοι, καὶ μὴ ἐγχωρούμενοι τὸ τοιοῦ-

* κτητορικοῦ

* εἰς τὸ κτητορικὸν

τον

ANNO CHRISTI 1220.

τον ἄτοπον διαπράττεσθαι, εἰς ἄμυναν τούτου δῆθεν διεγειρόμενοι, πειρῶνται ἕτερον ἀνεγεῖραι ναὸν ἐπὶ σταυροπηγίῳ πατριαρχικῷ, καὶ ἀποσπάσαι ἀπὸ τοῦ ἐπισκοπικοῦ μοναστηρίου τὰ παρὰ τῶν προγόνων αὐτῶν, ἢ τινῶν προσγενῶν αὐτῶν φιλοχρίστων προσκυρωθέντα αὐτῷ κτήματα. ἀφιερῶσαι δ' αὐτὰ τῷ παρ' αὐτῶν ἐπὶ σταυροπηγίῳ πατριαρχικῷ ἀνεγερθησομένῳ ναῷ. Ἡ γοῦν μετριότης ἡμῶν τὸ τοιοῦτον αὐτῶν παράλογον διανόημα πρόρριζον ἐκτεμεῖν βουλομένη, ὡς τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀπηγορευμένον παντάπασι, διορίζεται διὰ τοῦ παρόντος αὐτῆς γράμματος, ἀναπόσπαστα μέχρι παντὸς μένειν παρὰ τῇ ἐπισκοπικῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Δημητρίου τὰ προσόντα αὐτῇ ὁποιαδήποτε κτήματά τε καὶ πράγματα. καὶ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Δομινίκου διεξάγεσθαι ταύτην, καὶ πνευματικῶς διευθύνεσθαι. οὔτε γὰρ τοῖς δομήτορσιν, οὔθ' ἑτέρῳ τινὶ ἔξεστιν ἀπὸ ἐπισκοπικῆς μονῆς ἀποσπᾷν κτήματα, καὶ προσκυροῦν ταῦτα πατριαρχικῇ μονῇ, ἢ εὐκτηρίῳ ναῷ. εἰ δέ τις βούλεται ἀνεγεῖραι μονὴν ἢ εὐκτήριον σηκὸν ἐπὶ σταυροπηγίῳ πατριαρχικῷ, εἰς μὲν τούτου ἀνέγερσιν οὐ κωλυθήσεται παρά τινος. φροντισάτω δὲ πρότερον προσκυρῶσαι αὐτῷ κτήματα ἀπὸ τῶν οἰκείων. τὰ γὰρ τῇ ἐπισκοπικῇ μονῇ προσόντα κτήματα, ἀναπόσπαστα παρ' αὐτῆς, ὡς εἴρηται, ἐς τὸ διηνεκὲς ἔσονται. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτου.

Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ ἑτέρας μονῆς ἀρχῆθεν διαφερούσης τῇ τοῦ Δομινίκου ἐπισκοπῇ, εἰς Κρομποὺς μὲν οὔσης, ἐπ' ὀνόματι δὲ τῶν ἁγίων μεγάλων μαρτύρων Θεοδώρων τιμωμένης, ἀνέφερε τῇ ἡμῶν μετριότητι ὁ αὐτὸς ἐπίσκοπος, ὡς φθάσειε καὶ ταύτην ὁ δεσπότης ἐκεῖνος κῦρις Μανουὴλ ὑποθεῖναι εἰς μετόχιον τῇ ἐν τῷ θέματι τῶν Σερβίων πατριαρχικῇ μονῇ τῶν ἁγίων Θεοδώρων. οἱ δὲ μοναχοὶ τῆς τοιαύτης πατριαρχικῆς μονῆς τοῦ ἐπισκόπου κατεξανιστάμενοι, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀπαναινόμενοι ποίμανσιν, τὴν μὲν ἀναφορὰν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος ἐπισκοπικοῦ μοναστηρίου, τοῦ εἰς μετόχιον, ὡς εἴρηται, ἐκδοθέντος αὐτοῖς, τέλεον ἐξώθησαν, τὴν πατριαρχικὴν δὲ ἀντεισήγαγον· καὶ τὸ τοιοῦτον ὡς ἀκανόνιστον πάντη ἀπείργουσα ἡ μετριότης ἡμῶν, διορίζεται, ὡς ἐὰν (ὡς ὁ ἐπίσκοπος ἀνήνεγκε) πρὸ τοῦ εἰς μετόχιον ὑποτεθῆναι τῇ πατριαρχικῇ μονῇ, τὸ εἰς Κρομποὺς μοναστήριον ἐπισκοπικὸν ἦν, καὶ παρὰ τοῦ κατὰ καιροὺς ἐπισκόπου Δομινίκου διεξήγετο, ἵνα ἔχῃ καὶ αὖθις ὁ ἐπίσκοπος τὴν οἰκείαν ἀναφορὰν ἐν αὐτῷ, ὡς γνήσιος ἀρχιερεύς. ὁ γὰρ ἐκδεδωκὼς τοῦτο τοῖς μοναχοῖς εἰς μετόχιον, τὴν χρηματικὴν μόνην δεσποτείαν ἐκδοῦναι ἠδύνατο, οὐ μὴν δὲ καὶ τὴν πνευματικὴν τοῦ ἐπισκόπου ἀναφορὰν, καὶ τὴν τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων ἀνάκρισιν. ἔσεται γοῦν ἡ ῥηθεῖσα τῶν ἁγίων Θεοδώρων μονὴ ἡ εἰς Κρομποὺς διακειμένη, ὑπὸ τὴν ἐπισκοπικὴν ἐξουσίαν καὶ διοίκησιν. εἰ μή πως δυνηθῶσιν οἱ τῆς πατριαρχικῆς μονῆς μοναχοὶ δεῖξαι, ὡς καὶ τὸ τοιοῦτον μοναστήριον ἀνηγέρθη ἐπὶ σταυροπηγίῳ πατριαρχικῷ. Εἶχε τὸ, Μηνὶ Ἰουλίῳ, ἐπινεμήσεως η, διὰ τῆς πατριαρχικῆς θείας χειρὸς, καὶ τὴν κηρίνην πρασίνην σφραγῖδα.

A tos, templum aliud extruere conari ſub patriarchali ſtauropegio : & ab epiſcopali monaſterio divellere poſſeſſiones, quæ a majoribus eorum, aut quibuſdam Chriſti amantibus cognatis illorum, ei tributæ ſunt : templo autem ab eis ſub patriarchali cruce extruendo conſecrare. Noſtra igitur moderatio iniquam hujuſmodi ipſorum cogitationem radicitus exſcindere volens, ut ſacris canonibus omni modo prohibitam per præſentes ſuas literas definit, quaſcumque poſſeſſiones, vel res, * epiſcopali monaſterio ſancti Demetrii ſemper ab eo indivulſa manere, idque ab epiſcopo Dominico adminiſtrari, & ſpiritaliter * dirigi. Nec enim ædificatoribus, neque alii cuiB quam licet ab epiſcopali monaſterio poſſeſſiones divellere, eaſque patriarchali monaſterio vel oratorio templo jure proprietatis tribuere. Quod ſi quis monaſterium vel oratorium * ſeptum ſub patriarchali ſtauropegio extruere velit, a nemine quidem prohibebitur : prius tamen ei poſſeſſiones ex propriis aſſignari curet. Quas enim poſſeſſiones epiſcopale monaſterium habet, ab eo divelli (ut dictum eſt) nullo umquam tempore, poterunt. Et hæc quidem de eo.

* apud epiſcopale monaſterium S. Demetrii ſemper indivulſus

* gubernari

* oratoriam ædem

Cum autem & de alio monaſterio pertiC nente ab initio ad Dominici epiſcopen, in Crompis quidem exiſtente, ornato autem ſanctorum magnorum martyrum Theodororum nomine, mediocritati noſtræ idem epiſcopus retulerit, * herum illum dominum Manuelem hoc ſubjeciſſe in metochium patriarchali monaſterio ſanctorum Theodororum, quod in Serviorum provincia : monachos autem illius patriarchalis monaſterii in epiſcopum inſurgentes, ejuſque * paſtionem renuentes, relationem quidem ejus a prædicto epiſcopali monaſterio, ipſis (ut dictum eſt) in metochium conceſſo, tandem rejeciſſe, patriarchalem autem pro ea introduxiſſe : rem hujuſmodi, ut canonibus adverſantem, omnino D prohibens noſtra moderatio definit, ſi (ut epiſcopus retulit) Cromporum monaſterium, antequam in metochium patriarchali ſubjiceretur monaſterio, epiſcopale fuit, & ab illius temporis epiſcopo Dominico regebatur ; habeat rurſum epiſcopus propriam in eo relationem, utpote legitimus antiſtes. Nam qui illud monachis in * metochium largitus eſt ; pecuniarum ſolum dominium tribuere potuit, non autem ſpiritalem epiſcopi relationem, & * animalium peccatorum cognitionem. Prædictum igitur ſanctorum Theodororum monaſterium in Crompis ſitum, ſub epiſcopali E poteſtate & adminiſtratione dimittetur : niſi patriarchæ manſionis monachi oſtendere potuerint, tale monaſterium ſub cruce patriarchica extructum fuiſſe. Habuit ſubſcriptum, Menſe Julio, indictione octava, patriarchali divina manu, & * cereo viridi ſigillo.

* deſpotam illum

* paſtoralem gubernationem

* ad uſum fructum

* animæ delictorum examen

* cereum viride ſigillum.

ANNO CHRISTI 1222.

C. ANNO CHRISTI 1222.

# AD PERTHUM IN SCOTIA CONCILIUM

## A JACOBO A. S. L.

*Anno 1222. habitum.*

Ex Manſi Tom. II. pag. 187. Ex Wilkins.

PAucis verbis Concilii hujus mentio fit in Chron. Paslat. *Anno Domini MCCXXI. magiſter Jacobus, canonicus ſancti Victoris Pariſius, apoſtolicæ ſedis pœnitentialis, Scotiæ & Hiberniæ* A *legatus, convocatis totius regni prælatis apud Perth. tenuit generale Concilium quatuor continuis diebus;* quibus chronicon de Mailros in eundem ann. addit: *& incipiens ab octavis Purificationis.*

# CANTUARIENSE CONCILIUM,

In quo veteratores quidam ſententia lata damnantur,

*Anno 1222. habitum.*

*Ex Paris ad hunc annum.*

Ibid. Affert Wilkins Conc. Brit. t. I. p. 558.

HOc anno comprehenſus fuit quidam paucis diebus ante Concilium celebratum Cantuariæ, a magiſtro Stephano, Cantuarienſi archiepiſcopo, habens in corpore & membris, ſcilicet in latere, manibus & pedibus, quinque vulnera crucifixi; & in dicto concilio ſimul cum eo, utriuſque ſexus, ſcilicet hermaphroditus, ejuſdem erroris, quo prior obcæcatus fuit, cum ſuo complice præſentatus, ſuper quo convicti & pu- B blice confeſſi, judicio eccleſiæ puniti fuerunt. Similiter & quidam apoſtata Judæus factus ex Chriſtiano diaconus; qui ſimiliter eſt judicialiter punitus; quem Falco ſtatim arreptum ſuſpendi fecit. Hæc Paris. Concilium hoc Cantuarienſe Matth. Weſtmonaſter. Knyghton, & alii confundunt cum concilio Oxonienſi, quod jam ſequitur.

ANNO CHRISTI 12..

ANNO CHRISTI 12..

# SYNODUS POLONICA

## Ab Henrico Archiepiſcopo Gneſnenſi celebrata.

DE qua ex Dugloſſo in Hiſt. Polonica, Cromero lib. 7. & Micovio l. 3. c. 33. meminit Spondanus ad an. 1221. n. 7. narratque in ea, Sacerdotes omnes ex decreto Synodi uxo- C res, & concubinas, quas retinebant adhuc plerique abdicare coegiſſe, jurejurando ab eis exacto.

# CONCILIUM OXONIENSE

## PER STEPHANUM CANTUARIENSEM.

## Archiepiſcopum pro reformanda eccleſia Anglicana celebratum anno Domini MCCXXII. tempore Honorii papæ III.

### TITULI CAPITULORUM.

Ex Collect. Regia, & ex edit. Concil. Britan. Henr. Spelmanni.

1 *Excommunicantur eccleſiaſticorum jurium & regni perturbatores, perjuri, calumniatores, &c.*
2 *De debito epiſcoporum.*
3 *Ne epiſcopi in collatione beneficiorum aliquid ſibi retineant.*
4 *Ut præſentati, ſi idonei ſint, recipiantur in beneficiis.*
5 *De duobus ad eamdem eccleſiam præſentatis.*
6 *De Miſſa devote celebranda, & quando presbyteris plures uno die Miſſas celebrare liceat.*
D 7 *Ut clerici ſæcularibus negotiis ſe non immiſceant.*
8 *De feſtis & vigiliis.*
9 *Quod presbyteri parochiales frequenter prædicent, & infirmos viſitent.*
10 *De ornamentis eccleſiæ.*
11 *Ne quis beneficium ſuum reſignans, aliquid ſibi de eodem retineat.*
E 12 *Ne una eccleſia dividatur in plures.*
13 *De vicariorum reſidentia.*
14 *Quod exilia beneficia non conferantur, niſi volentibus reſidere in eiſdem.*
15 *Quæ portio debeat vicario reſidenti aſſignari.*

16 In

16 *In quibus eccleſiis requiritur pluralitas presbyterorum parochialium.* A
17 *Quod epiſcopus recipiat juramentum a præſentato, ut evitetur ſimonia.*
18 *Ut in ſingulis archidiaconatibus ſpeciales confeſſores deputentur.*
19 *Quod decani rurales de cauſis matrimonialibus ſe non intromittant.*
20 *Ne quis latrones in domibus vel in ſervitio teneat.*
21 *Ne archidiaconi gravent eccleſias vel rectores in viſitatione & qualiter ſe habebunt.*
22 *Ne beneficia ſpiritalia tradantur ad firmam.*
23 *Quod archidiaconi in viſitatione ſua examinent ſacerdotes de canone Miſſæ, & de ſacramento altaris.*
B
24 *Quod oleum & Eucbariſtia cuſtodiantur ſub ſera, & ſimiliter chriſma.*
25 *Quod archidiaconi habeant penes ſe in ſcriptis omnia ornamenta eccleſiæ.*
26 *Quod archidiaconi videant in viſitationibus, ne poſſeſſionibus vel jure ſuo eccleſia defraudentur.*
27 *Quod archidiaconi vel decani novas exactiones eccleſiis non imponant.*
28 *Quod ordinarii non ferant ſententias excommunicationis in aliquem, niſi præmiſſa monitione, niſi in certis caſibus.*
29 *Ne quid exigatur pro ſepultura vel aliquo ſacramento conferendo.*
C
30 *Quod judices non impediant bonum pacis inter partes, ubi cauſa recipiat compoſitionem ad ſuggeſtionem præconis.*
31 *Quod judex non judicet aliquem ad purgationem ad ſuggeſtionem præconis tantum, ut ſit judex & actor.*
32 *De habitu clericorum.*
33 *Ne clerici comam nutriant.*
34 *Quod clerici non teneant publice concubinas.*
35 *Qualis pœna eſt infligenda concubinis clericorum.*
36 *Quod clerici vel prælati non vendant vel impignorent eccleſiam ſuam conſanguineis eorum.*
37 *Quod fructus eccleſiæ in laico feudo non reponantur, nec de eis ædificia fiant.*
D
38 *Quod religioſi poſſeſſionati, quolibet anno admoneantur, ut reddant computum.*
39 *Quod religioſi nil recipiant pro ingreſſu alicujus inter eos, niſi pro veſtitura dumtaxat.*
40 *Quando & qualiter eccleſiæ poſſint dimitti ad firmam.*
41 *Quod nulli aliquid in eccleſia ratione beneficii aſſignetur.*
42 *Pœna advocatorum qui matrimonium protrahunt malitioſe.*
43 *De ordinatione religioſorum, & qui poſſint recipi in monachos.*
44 *De familiaribus monialium, & de ſilentio religioſorum, & de licentia exeundi.*
E
45 *Ne monachi vel moniales per ſe comedant.*
46 *Quod moniales ſimul in monaſterio habitent, & de confeſſione earum.*
47 *Quod religioſi non condant teſtamenta, nec liceat monachos monaſteria habere ad firmam.*
48 *Quod religioſi non bibant ultra horas debitas.*
49 *Quod monachi & regulares in monaſterio habeant ſeniores, & de ſententiis publicandis.*

## CAPITULA.

*I. Excommunicantur eccleſiaſticorum jurium & regni perturbatores, perjuri, calumniatores, &c.*

AUthoritate Dei patris, & beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, & præſentis concilii, excommunicamus omnes illos qui malitioſe eccleſias ſuo jure privare præſumunt, aut per malitiam & contra juſtitiam libertates earumdem infringere vel perturbare contendunt. Eccleſiaſticorum jurium turbatores.

Item omnes illos excommunicationis ſententia innodamus, qui pacem & tranquillitatem domini regis & regni injurioſe perturbare præſumunt, & qui jura domini regis detinere contendunt. Seditioſi.

Adjicimus autem, omnes illos ſimili ſententia involutos, qui ſcienter & prudenter falſum perhibent teſtimonium, vel perhiberi procurant, vel etiam tales teſtes ſcienter producunt, vel ſubornant in cauſa matrimoniali, ubi ſcilicet agitur contra miſericordiam, vel etiam ubi agitur ad alicujus exhæredationem. Perjuri.

Advocatos quoque excommunicamus omnes qui in cauſis matrimonialibus malitioſe oppoſitiones opponunt, vel opponi procurant, ne matrimonia vera debitum ſortiantur effectum, vel ut contra juſtitiam proceſſus cauſæ diutius ſuſpendatur. Cavillatores.

Item excommunicamus omnes illos qui gratia lucri, odii, vel favoris, vel aliter, malitioſe crimen imponunt, vel opponunt alicui, cum infamatus non ſit apud bonos & graves, ut ſic ſaltem ei purgatio indicatur, vel alio modo gravetur. Calumniatores.

Præterea omnes illos ſententia excommunicationis innodamus, qui vacante eccleſia malitioſe opponunt vel procurant opponi patronatus quæſtionem, ut ſit unde patronum illius eccleſiæ collatione ſaltem illa vice defraudent. Cavillatores.

Excommunicamus etiam omnes illos qui gratia lucri, odii, vel favoris, vel alias, malitioſe contemnunt exequi domini regis mandatum contra excommunicatos, qui claves eccleſiæ contemnunt. Suppreſſores.

*II. De debito Epiſcoporum.*

Statuimus etiam authoritate præſentis concilii, ut prælati ſinguli eleemoſynarios honeſtos habeant, & ut ipſi prælati ſint, juxta Apoſtolum, hoſpitales, & ut horis competentibus ad pauperes audiendos Rom. 12. Hebr. 13. 1. Petr. 4.

dos & juſtitiam exhibendam, in publico præſentiam ſuam exhibere procurent, & in perſonis propriis confeſſionibus audiendis interdum interſint, & pœnitentiis injungendis. Ipſi etiam per confeſſores diſcretes civitates proprias obeant, & in eccleſiis ſuis cathedralibus reſidere procurent: in aliquibus majoribus feſtis, & ſaltem in aliqua parte quadrageſimæ, prout animæ ſuæ ſaluti magis viderint expedire. Et quia, juxta ſcripturæ teſtimonium, vota noſtra tenemur reddere Domino Deo noſtro: ſalubriter decernimus advertendum, ut epiſcopi formam ſuæ profeſſionis in ſua conſecratione prolatam bis in anno coram ſe legi faciant diligenter, ut tanto melius profeſſionis ſuæ recordentur, quanto ſæpius eorum fuerit auribus inculcata.

*III. Ne epiſcopi in collatione beneficiorum aliquid ſibi retineant.*

Ad hæc ſtatuimus, ne prælatus aliquis, cum eccleſiam contulerit aut præbendam, fructus ejuſdem eccleſiæ ſive præbendæ nondum collectos ſibi præſumat aliquatenus uſurpare: vel pro inſtitutione, vel miſſione in poſſeſſionem, vel charta ſuper hoc facienda, aliquid audeat extorquere, nec ab officiariis ſuis, archidiaconis, vel decanis, ſuſtineat extorqueri.

*IV. Ut præſentati, ſi idonei ſint, recipiantur in beneficiis.*

Cum, ſecundum Apoſtolum, avaritiæ, quæ eſt idolorum ſervitus, epiſcopos aut alios Dei miniſtros ſervire non conveniat: ad tantam peſtem radicitus evellendam ſtatuimus, ut ſi quis ad eccleſiam aliquam nullo contradicente præſentetur, epiſcopus præſentatum ipſum, dum tamen idoneus ſit, nequaquam admittere differat ultra duos menſes: alioquin quidquid ex eadem eccleſia poſt factam præſentationem fuerit forte perceptum, illi, cum inſtitutus fuerit, reſtituatur: quatenus fructus illi ad epiſcopum pervenerint. Idem in archidiaconis, ſi per eos ſteterit, obſervetur: niſi cauſam rationabilem coram ſuo ſuperiore duxerit aſſignandam, cum ſuper hoc fuerit requiſitus ab eo, quare eum non admiſerit infra tempus in hoc concilio diffinitum.

*V. De duobus ad eamdem eccleſiam præſentatis.*

Hoc autem non immerito duximus adjungendum, ut ſi duo ad unam eamdemque eccleſiam fuerint præſentati, neutri eorum, pendente lite, cuſtodia committatur. Si autem ad epiſcopum jus conferendi talem eccleſiam authoritate concilii devolvatur, cum contentio fuerit inter duos patronos*, quorum uterque ſuum clericum præſentaverit, cum ex collatione epiſcopi, nulli patronorum qui poſtea evicerit jus patronatus; præjudicium debeat generari: ſtatuimus ut epiſcopus neutri eorum qui præſentati fuerint eccleſiam illam conferat illa vice, niſi de utriuſque patroni conſenſu: ne ſaltem qualecumque præjudicium alteri patronorum videatur generari, ſi forte poſtmodum jus patronatus evicerit.

*VI. De Miſſa devote celebranda, & quando presbyteris plures uno die Miſſas celebrare liceat.*

Ad excitandum affectus laborantium in vinea Domini ſabaoth, ut veræ retributionis recipere mereamur * denarium poſt laborem: decrevimus ne opus Dei fiat ab aliquibus negligenter, præſertim cum in generali concilio ſit præceptum, ut Divinum officium nocturnum pariter & diurnum, ſecundum quod Deus dederit, ſtudioſe celebretur & devote: univerſa quoque eccleſiaſtica ſacramenta, & præcipue baptiſmatis & altaris, devotiſſime, prout Deus inſpiraverit, celebrentur. Verba quoque canonis, præſertim in conſecratione corporis Chriſti, plene & integre proferantur. Presbyter autem poſtquam Dominicum corpus ſumpſerit in altari, ſi in eodem die Miſſarum ſolennia ipſum celebrare oporteat iterato, vinum calici infuſum vel digitis ſuperfuſum ſumere non præſumat.

* al. mercedem Domini

Ad hæc duximus ſtatuendum diſtrictius inhibentes, ne ſacerdos quiſpiam Miſſarum ſolennia celebret bis in die, excepto die nativitatis & reſurrectionis Dominicæ, vel in exequiis defunctorum, videlicet cum corpus alicujus in eccleſia eodem die fuerit tumulandum: & tunc prior Miſſa de die, poſterior vero pro defuncto celebretur.

*VII. Ut clerici ſecularibus negotiis ſe non immiſceant.*

Ceterum præſenti decreto ſancimus, ne clerici beneficiati, aut in ſacris ordinibus conſtituti, villarum procurationes admittant: videlicet ut non ſint ſeneſcalli aut ballivi talium adminiſtrationum, occaſione quarum laicis in reddendis * reciniis obligentur, ſi & juriſdi-

* Cor. ratiociniis

ANNO CHRISTI

dictiones exerceant ſæculares, præſertim A illas, quibus judicium ſanguinis eſt annexum. Et his duximus adjungendum, ne judicium ſanguinis in locis ſacris tractetur, ſcilicet in eccleſia vel cemeterio. Authoritate generalis concilii diſtrictius inhibemus, ne quis clericus beneficiatus, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, litteras prò pœna ſanguinis infligenda ſcribere vel dictare præſumat, vel ubi judicium ſanguinis tractatur, aut exercetur, interſit. Noverint enim protectione eccleſiaſtica ſe indignos, cum per eos in eccleſia Dei per talia præ- B ſumpta ſcandalum generetur.

* Hoc integrum caput non eſt in editione Anglicana.

*VIII.* * *Hæc ſunt feſta, in quibus, prohibitis aliis operibus, conceduntur opera agriculturæ & carrucarum.*

Feſta Angliæ celeberrima quæ?

Statuimus quod feſta ſubſcripta ſub omni veneratione ſerventur, videlicet omnes dies Dominici, quinque dies Natalitii, Circumciſio, Epiphania Domini, omnia feſta beatæ Mariæ, præter feſtum Conceptionis, cujus celebrationi non imponitur neceſſitas, Converſio S. C Pauli, Cathedra S. Petri, feſta omnium Apoſtolorum, feſtum S. Gregorii, dies paraſceves, feria 2. 3. & 4. in hebdomada Paſchali, dies Aſcenſionis Domini, feria 2. & 3. & 4. in hebdomada Pentecoſtes, feſtum S. Auguſtini in Majo, duo feſta S. Crucis, tranſlatio S. Thomæ martyris, utrumque feſtum S. Joannis Baptiſtæ, feſtum S. Margaretæ, feſtum S. Mariæ Magdalenæ, feſtum S. Petri ad vincula, feſtum S. Laurentii, feſtum S. Michaelis, feſtum S. Edmundi confeſſoris, & S. Edmundi regis & D martyris, feſtum S. Catharinæ, feſtum S. Clementis, feſtum S. Nicolai, feſtum dedicationis cujuslibet eccleſiæ in ſua parochia, quodlibet feſtum illius ſancti in cujus honore fundata eſt eccleſia.

Feſta vulgaria in Anglia quæ?

Volumus etiam ut alia feſta a rectoribus eccleſiarum & capellanis in obſequio divino & laude devotiſſime celebrentur, minoribus operibus ſervilibus, ſecundum conſuetudinem loci, illis diebus interdictis, feſtum ſanctorum Fabiani & Sebaſtiani, ſanctæ Agnetis, S. E Vincentii, S. Blaſii, S. Agathæ, S. Felicis, S. Georgii, S. Joannis ante portam Latinam, S. Dunſtani, S. Albani, S. Emeldridæ, Inventionis S. Crucis, S. Stephani, S. Hieronymi, ſanctæ Fidei, dedicatio S. Michaelis in monte Tumba, S. Dionyſii, feſtum animarum, ſanctæ Cæciliæ, S. Luciæ, ſancti Leonardi.

*Hæc ſunt feſta, in quibus poſt Miſſam opera ruſticana concedimus: ſed antequam, non.*

Octava Epiphaniæ, SS. Joannis & Pauli, tranſlatio S. Benedicti, tranſlatio S. Martini.

*Hæ ſunt vigiliæ ſtatutæ ad vigilandum.*

Mirum cur hic Matthiæ item Jacobi mentio non fiat.

Vigilia nativitatis Domini, vigilia Paſchæ, vigilia Pentecoſtes, litania major, tres dies Rogationum, vigilia S. Joannis Baptiſtæ, vigilia apoſtolorum Petri & Pauli, vigilia S. Laurentii, vigilia Aſſumptionis beatæ Mariæ, vigilia S. Bartholomæi, vigilia S. Matthæi, vigilia apoſtolorum Simonis & Judæ, vigilia omnium Sanctorum, vigilia S. Andreæ, vigilia S. Thomæ apoſtoli.

*Jejunia quatuor temporum in totius anni temporibus.*

In Martio prima hebdomada jejunandum eſt feria quarta, & ſexta, & ſabbato. In Junio in ſecunda, quod dupliciter obſervatur a pluribus; in prima hebdomada poſt litanias, aut in hebdomada Pentecoſtes. In Septembri per tres dies. In proxima ſeptimana integra ante natalem Domini.

*IX. Quod presbyteri parochiales frequenter prædicent, & infirmos viſitent.*

Presbyterorum parochialium eccleſiarum animos ad ea quæ magis noſtris temporibus expediunt exercenda ſtudioſe excitare volentes, eis præſentis concilii diffinitione diſtricte duximus injungendum, ut plebes ſibi commiſſas pabulo verbi Dei, ſecundum quod eis fuerit inſpiratum, informare procurent: ne canes muti merito judicentur, cum ſalubri latratu a caulis Dominicis luporum ſpiritualium morſus non repellunt. Illud evangelicum memorialiter recolentes, quod in noviſſimo examine viſitatores infirmorum regno remunerabuntur æterno: quoties fuerint accerſiti, celeriter accedant & hilariter ad ægrotos.

Matth.

*X. De ornamentis eccleſiæ.*

Ad exemplum Salomonis, qui omnia vaſa domus Domini ex auro puriſſimo fabricata Divino cultui mancipavit, ſtatuimus ut quælibet eccleſia calicem habeat argenteum cum aliis vaſis decentibus, & ſindonem mundam, & candidam, & amplitudinis congruentis: vetera

tera vero corporalia, quæ non fuerint idonea, loco reliquiarum reponantur, vel in præſentia archidiaconi comburantur. Provideant etiam archidiaconi ut linteamina & alia ornamenta altaris ſint, ſicut decet, honeſta. Libros habeat etiam eccleſia idoneos ad legendum & pſallendum: ad minus duplicia ornamenta ſacerdotalia: & ut honor debitus Divinis officiis impendatur, præcipimus, ut qui altari miniſtrant, ſuperpelliciis induantur.

*XI. Ne quis beneficium ſuum reſignans, aliquid ſibi de eodem retineat.*

Ne lepra Giezitica, quod abſit, per avaritiæ cultum latenter irrumpens, miniſtros eccleſiæ collocet extra caſtra regni æterni: diſtrictius inhibemus, ne quis eccleſiæ ſuæ renuncians, recipiat ab eo qui ſibi ſubſtituitur vicariam: cum vehementer poſſet præſumi quod talia fiant per pactionem etiam turpem. Quod ſi ab aliquo fuerit acceptatum: & ille vicaria, & alius perſonatu priventur. Illud autem abſurdum reputamus omnino, ut aliqua exiſtente perſona unius eccleſiæ, alius de conſenſu ipſius perſonæ aliquid conferat in eadem eccleſia nomine perſonatus, niſi perſona prior eccleſiam totam prius duxerit reſignandam.

*XII. Ne una eccleſia dividatur in plures.*

Quia juxta canonicas ſanctiones inter carnale & ſpirituale matrimonium optima eſt comparatio, & cum unam ſponſam inter duos ſponſos dividi naturalis ratio minime patiatur: inhoneſtum eſt plurimum, quod eccleſia Dei, quæ unius debet eſſe una, multorum amplexibus frequenter ancilletur. Sacro ergo approbante concilio, diſtrictius inhibemus ne de novo aliqua eccleſia pluribus rectoribus, quorum uterque ſit perſona, committatur regenda: In eccleſiis autem, ubi nunc plures perſonæ exiſtunt, ſtatuimus ut ſingulis decedentibus, accreſcat viventibus portio decedentium, donec ad unum ſolum illius eccleſiæ perveniat perſonatus: nec de cetero plures vicarii in eadem inſtituantur, illis eccleſiis ab hoc ſtatuto dumtaxat exceptis, quæ ex antiquis diviſæ fuerunt.

*XIII. De vicariorum reſidentia.*

Cum hoſtis antiquus, ſcilicet leo rugiens, faciat & quærat prædam animarum: ſolicitius eſt cavendum, ne talibus cura gregis Dominici committatur, qui negligunt aut ignorant cuſtodire ſibi commiſſa, ut deceret intendere vigilanter. Statuimus igitur, ut nullus epiſcoporum ad vicariam quemquam admittat, niſi velit in eccleſia, in qua vicaria ei conceditur, perſonaliter miniſtrare: aut talis exiſtat, qui infra breve tempus ſuper hoc limitatum, valeat & velit in presbyterum ordinari. Quod ſi admiſſus fuerit forte quis, & noluerit in presbyterum ordinari, vicariæ beneficio privetur.

*XIV. Quod exilia beneficia non conferantur, niſi volentibus reſidere in eiſdem.*

Ad hoc, quia inhoneſtum eſt nimis, ut eccleſiæ propter minores reditus paſtoribus maneant deſolatæ: præſenti decreto ſtatuimus, ut eccleſiæ, quæ in reditibus ultra quinque marcas non habent, non niſi perſonis talibus conferantur, qui reſideant in eiſdem, & in propria perſona miniſtrent. Quod ſi tales admiſſi, reſidere noluerint * a nunc & adminiſtrare: cum non niſi laborantibus panis Dominicus ſit largiendus, eccleſiis ipſis, præmiſſa monitione debita, per diœceſanum epiſcopum ſpolientur.

* *al. aut etiam adm.*

*XV. Quæ portio debeat vicario reſidenti aſſignari.*

Quoniam autem multoties, ſicut temporalium rerum luxus quoſdam in non modicum ſcandalum populi ab officio ſibi commiſſo ſegregat & abducit, ſic & earumdem inopia, in vituperium ordinis noſtri, quoſdam compellit infeliciter mendicare: providendum eſt nobis, ut in utroque talium habita moderatione, ipſarum eccleſiarum regimini conſulatur. Statuimus igitur, ut vicario perpetuo ad minus reditus quinque marcarum aſſignetur, qui ſaltem pro quinque marcis dari poſſit ad firmam: niſi forte in illis partibus Walliæ ſit, in quibus, propter tenuitatem eccleſiarum, minori ſtipendio vicarii ſunt contenti. Provideat quoque diœceſanus epiſcopus, penſata eccleſiæ facultate, utrum vicarius onera eccleſiæ ſubire debeat, an perſona, an ad ea uterque debeat conferre. Proviſo tamen quod archidiaconus loci, ſive ab illis, ſive ab altero illorum, debeat procurari, una tantum procuratione ſit contentus.

*XVI. In quibus eccleſiis requiritur pluralitas presbyterorum parochialium.*

Ad inſtar patris evangelici, plures operarios in vineam ſuam mittentis, ut quod unius non valet explere ſolicitudo ſeu adimplere, perficiat plurimorum: præſentialiter diffinimus ut in ſingulis parochialibus eccleſiis, quarum parochia eſt diffuſa, duo ſint vel tres presbyteri, penſata pariter magnitudine parochiæ & eccleſiæ facultate: ne forte, quod abſit, ægrotante uno presbytero, aut alio debilitato, parochianis infirmantibus, aut Divinis volentibus intereſſe officiis, officia debita ſubtrahantur, vel negentur ſacramenta eccleſiaſtica.

*XVII. Quod epiſcopus recipiat juramentum a præſentato, ut evitetur ſimonia.*

Præſenti quoque ſtatuto diffinimus, ut epiſcopus ab eo qui ſibi præſentatus fuerit, recipiat juramentum, quod propter præſentationem illam nec promiſerit nec dederit aliquid præſentanti, nec aliquod propter hoc pactum inierit, ſi ei ſuper hoc merito videatur eſſe ſuſpectus, cum talia manifeſte canonicis obvient inſtitutis.

*XVIII. Ut in ſingulis archidiaconatibus ſpeciales confeſſores deputentur.*

Quoniam nonnunquam, ob defectum confeſſorum, vel quia decani rurales & perſonæ erubeſcunt forte confiteri ſuo prælato, certum imminet periculum animarum: volentes huic morbo mederi, ſtatuimus ut certi confeſſores prudentes & diſcreti per ſingulos archidiaconatus ab epiſcopo loci conſtituantur, qui confeſſiones audiant decanorum ruralium, presbyterorum & perſonarum. In cathedralibus autem eccleſiis, ubi ſunt canonici ſæculares, confiteantur ipſi canonici epiſcopo, vel decano, vel certis perſonis ad hoc per epiſcopum, decanum & capitulum conſtitutis.

*XIX. Quod decani rurales de cauſis matrimonialibus ſe non intromittant.*

Quoniam in cauſis matrimonialibus eſt magna diſcretio neceſſaria, unde periculoſum eſt eas a ſimplicioribus tractari perſonis: ſtatuimus, ut decani rurales nullam cauſa matrimonialem de cetero audire præſumant, ſed earum examinatio non niſi viris diſcretis committatur: quibus aſſidentibus, ſi commode fieri poteſt, poſtmodum pronuncietur.

*XX. Ne quis latrones in domibus vel in ſervitio teneat.*

Prohibemus ſub interminatione anathematis, ne quis latrones ad latrocinium faciendum in ſervitio retineat, nec eos in terris ſuis ſcienter habitare permittat.

*XXI. Ne archidiaconi gravent eccleſias vel rectores in viſitatione, & qualiter ſe habebunt.*

Ut ſingula eccleſiaſtica officia in eccleſia rite procedant ſecundum canonicas ſanctiones, ſtatuimus ne archidiaconi nimium graves exiſtant eccleſiis ſuis ſubditis, diſtrictius inhibentes, ne ſtatutum in concilio generali in * numero convectorum excedant, cum viſitationis nomine debitam ſibi recipiunt procurationem: nec ad talem procurationem venientes, extraneos, ut ſecum veniant, invitare præſumant. Sed ſi pro honore archidiaconi, eccleſiarum rectores aliquos velint invitare, hoc nullatenus prohibemus. Sed ipſi archidiaconi nullum invitent, ne forte qui per ſuum adventum eccleſias non gravarent, gravent ſaltem per invitatos. Unde, ut ſubtrahatur eis neceſſitas invitandi, prohibemus ne archidiaconi tempore viſitationis ſuæ, apud eccleſiam quam viſitant, capitulum teneant vel celebrent, niſi forte in burgo vel in civitate ſit eccleſia conſtituta. Ad hoc archidiaconis diſtrictius inhibemus, ne aliquo modo procurationem recipiant ſine cauſa rationabili, niſi illo die quo perſonaliter viſitant eccleſiam procurantem. Nec redemptionem pro viſitatione extorquere præſumant.

Later. III. c. 4.
* al. ſtat. in conc. g. numerum evectionis.

*XXII. Ne beneficia ſpiritalia tradantur ad firmam.*

Ut omnis cupiditas & avaritiæ cultus expellatur ab eccleſiæ Dei miniſtris, præſentia præteritis duximus annectenda: ſtatuentes ut archidiaconatus, vel decanatus, vel aliud officium, quæ in ſpiritualibus mere conſiſtunt, nulli dentur ad firmam. Si vero reditus huic officio ſit annexus, ille de ſuperioris licentia dari poterit ad firmam, ſicut inferius de aliis officiis ſtatuemus. Si quis autem contra ſtatutum venire præſumpſerit, archidiaconus vel decanus, ſi ſuper hoc canonice fuerit convictus, per epiſcopum ſuum a tali officio

ANNO CHRISTI [illegible].

ficio ſuſpendatur per annum, & alius interim conſtituatur, qui diſcrete gerat vices illius.

*XXIII. Quod archidiaconi in viſitatione ſua examinent ſacerdotes de canone Miſſa, & de ſacramento altaris.*

Philip. 2.

Ut autem archidiaconi, ſecundum Apoſtolum, non quæ ſua ſunt quærant, ſed quæ Jeſu Chriſti, in ſua viſitatione provideant, ut canon Miſſæ emendetur, B ſi ſint in eo defectus: & quod ſacerdotes rite proferre noverint ſaltem verba canonis & baptiſmatis, & quod in hac parte ſanum habeant intellectum: & etiam laici, ſi forte debeant baptizare in caſu neceſſitatis, ut ſaltem ſciant hoc facere in aliquo idiomate congruo ſeu vulgari.

*XXIV. Quod oleum & Eucbariſtia cuſtodiantur ſub ſera, & ſimiliter chriſma.*

* Later. IV. c. 20.

Provideant utique archidiaconi, quod C diligenter, juxta formam concilii * generalis, Euchariſtia, chriſma, & oleum ſanctum, ſalva ſub clavibus recondantur, fideli cuſtodiæ deputata.

*XXV. Quod archidiaconi habeant penes ſe in ſcriptis omnia ornamenta eccleſia.*

Habeant & archidiaconi redacta in ſcriptis omnia ornamenta & utenſilia eccleſiarum: veſtes quoque & libros ſingulis annis ſuo conſpectui faciant præſentari, ut ſic videant quæ fuerint D addita per diligentiam perſonarum, vel quo tempore intermedio per malitiam & negligentiam deperierint.

*XXVI. Quod archidiaconi videant in viſitationibus, ne poſſeſſionibus vel jure ſuo eccleſia defraudentur.*

Item provideant archidiaconi de poſſeſſionibus eccleſiarum, ut eas ſingulis annis poſſint proſpicere, ne eccleſiæ ſuo jure defraudentur.

*XXVII. Quod archidiaconi vel decani novas exactiones eccleſiis non imponant.*

E

Præterea archidiaconis, decanis, & eorum officialibus diſtrictius inhibemus, ne in ſubditos ſuos exactiones vel tallias per ſe vel per ſuos exercere præſumant.

*XXVIII. Quod ordinarii non ferant ſententias excommunicationis in aliquem, niſi præmiſſa monitione, niſi in certis caſibus.*

Ad hæc eccleſiaſtici ordinis utilitate A penſata, pariter & honore, decrevimus ne archidiaconi vel eorum officiales, ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, in aliquem audeant promulgare, ubi exceſſus non eſt manifeſtus, niſi admonitione canonica præcedente. Si quis autem contra præmiſſa excommunicationis ſententiam tulerit in quemcumque, pœnæ ſubjaceat in Lateranenſi concilio promulgatæ. Pro ſuſpenſione vero vel interdicto, ſuperioris arbitrio puniatur: quod & ſuperiores prælati obſervent.

Later. IV. c. 47.

*XXIX. Ne quid exigatur pro ſepultura vel aliquo ſacramento conferendo.*

Firmiter inhibemus, ne pro aliqua pecunia denegetur ſepultura, vel baptiſmus, vel aliquod eccleſiaſticum ſacramentum, vel etiam matrimonium contrahendum impediatur. Quoniam ſi quid pia devotione fidelium conſueverit erogari, ſuper hac poſtmodum volumus per ordinarium loci eccleſiæ juſtitiam exhiberi, ſicut in generali concilio expreſſius & diffuſius eſt ſtatutum: abſurdum eſſe judicantes; quod de cetero pro chriſmate vel oleo aliquid exigatur, cum toties hoc prohibitum eſſe reperiatur.

Later. IV. c. 66.

*XXX. Quod judices non impediant bonum pacis inter partes, ubi cauſa recipiat compoſitionem ad ſuggeſtionem præconis.*

Ceterum diſtrictius duximus inhibendum, ne archidiaconi vel decani bonum pacis impediri faciant: & ſi aliquando diſcordantes ad invicem voluerint concordare, licentia petita, liceat partibus aliter per compoſitionem diſcedere quandocumque voluerint, ſi tamen cauſa compoſitionem admittat: nec propter hoc aliquam pœnam eis infligant, niſi eis conſtiterit de injuſtitia actoris vel rei.

*XXXI. Quod judex non judicet aliquem ad purgationem, ad ſuggeſtionem præconis tantum, ut ſit judex & actor.*

Sed nec aliquem ad ſuggeſtionem præconum ſuorum ad purgationem compellant, niſi apud bonos & graves fuerit primo infamatus. Nec in cauſa ſua præſumant pariter eſſe judices & actores, videlicet cum dubium venerit, utrum quid ab eis exigere debeatur.

*XXXII. De habitu clericorum.*

Ut clericalis ordinis honor debitus ſervetur, authoritate præſentis concilii decernimus, ut tam archidiaconi quam de-

ANNO CHRISTI 1222.

decani, & omnes alii in perſonatibus A & dignitatibus conſtituti, & omnes decani rurales & presbyteri, decenter incedant in habitu clericali, & cappis clauſis utantur. Idemque obſervent officiales epiſcoporum & archidiaconorum, dum fuerint in conſiſtorio.

XXXIII. *Ne clerici comam nutriant.*

Et nec ipſi nec alii clerici comam nutriant, ſed honeſte tonſi & coronati incedant, niſi forte juſta cauſa exegerit habitum transformare. A crapula quo- B que & ebrietate & aliis, quibus honeſtas eorum deformatur, omnino clerici ſe abſtineant vigilanter: ad quæ omnia ſtudioſe obſervanda, ſecundum formam concilii generalis, a ſuperioribus ſuis compellantur.

Later. IV. c. 15. 16. 17.

XXXIV. *Quod clerici non teneant publice concubinas.*

Addentes, ne clerici beneficiati, vel in ſacris ordinibus conſtituti, in hoſpitiis ſuis tenere publice concubinas præ- C ſumant, nec alibi cum ſcandalo acceſſum habeant ad eaſdem.

XXXV. *Qualis pœna eſt infligenda concubinis clericorum.*

Et ſi forte concubinæ eorum, monitione poſtea propoſita, ab eis non receſſerint, ab eccleſiis Dei, quas infamare præſumunt, expellantur, nec admittantur ad eccleſiaſtica ſacramenta: & ſi nec ſic duxerint abſtinendum, excommunicationis mucrone percellantur, D & tunc demum contra eas invocetur brachium ſæculare. Ipſos autem clericos per ſubtractionem officii & beneficii, canonica admonitione præmiſſa, volumus coerceri. Item licet legitima teſtamenta clericorum beneficiatorum decedentium volumus firmiter obſervari: nolumus tamen quod concubinis ſuis aliquid relinquant in teſtamento ſuo: quod ſi fecerint, illud arbitrio epiſcopi convertatur in uſum eccleſiæ, in qua rexit * defunctus. E

* f. vixit

XXXVI. *Quod clerici vel prælati non vendant vel impignorent eccleſiam ſuam conſanguineis eorum.*

Eccleſiarum autem indemnitatibus conſulere cupientes, præſentis concilii authoritate duximus ſtatuendum, ut nullus abbas, nullus prior, nullus decanus vel archidiaconus, vel alius habens perſonatum vel dignitatem, ſed nec clericus inferior, penſiones vel reditus dignitatis, vel conſanguineis, vel amicis quibuſcumque vendere præſumat, vel impignorare ſeu infeudare de novo, vel quolibet modo alienare præſumat, niſi forma canonis obſervata. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, quod in hac parte præſumptum fuerit, viribus careat, & præſumptor perſonatu vel eccleſia, quam ſic læſit, per ſuum ſuperiorem ſpolietur: niſi quod abalienaverit, infra tempus a ſuo ſuperiore ſibi præfixum, ſine damno eccleſiæ ſuis ſumptibus duxerit revocandum. Is quoque qui ſic eccleſiaſtica bona de cetero receperit, & admonitus præſumpſerit ea retinere, excommunicationis ſententia percellatur: donec ei reſtituerit nullatenus abſolvendus. Idem autem majores prælati obſervent omnino.

XXXVII. *Quod fructus eccleſiæ in laico feudo non reponantur, nec de eis ædificia fiant.*

Quia ſunt plerique, quod non ſine lacrymis dicimus & ſingultu, qui omnipotentis indignationem & iram in die iræ ad perpetuam damnationem ſibi cumulantes, non ſolum filiis & nepotibus, verum etiam concubinis ſuis turpiter invadant patrimonium Jeſu Chriſti, ad quorum uſus, quod dicto ſervitio reputatur, in feudo laicali de bonis eccleſiæ domos conſtruunt, in quibus eccleſiaſticos proventus & bona eccleſiæ uſibus pauperum deputata congregare præſumunt: ſalubri proviſione decernimus, ne clerici beneficiati fructus eccleſiæ in laico feudo reponant. Et ut melius abſtineant a præmiſſis, de cetero domos aut penſiones laicales ad opus concubinarum vel filiorum ſuorum non emant, nec etiam domos ad opus earum conſtruant in fundo laicali: ſed nec etiam pecuniam miniſtrent ad hujuſmodi emenda ad opus eorum, uti ſic eis ſubtrahatur occaſio malignandi. Si quis autem ſuper hoc habeatur ſuſpectus juſta ratione, niſi ad arbitrium ſuperioris ſe purgaverit, ipſius arbitrio puniatur.

XXXVIII. *Quod religioſi poſſeſſionati, quolibet anno admoneantur, ut reddant computum.*

Item ut melius gerantur omnia, ſi exterior adminiſtratio clauſtralium reſponderit rite quieti: ſtatuimus ut tam obedientiales rerum monaſterii, quam prælati majores, quatenus vel bis ad mi-

minus in anno coram fratribus a conventu ad hoc deputatis, vel coram ſuperioribus juxta monaſterii conſuetudinem reddant de receptis & expenſis rationem. Ad hoc enim prælatos illos ex iſta conſtitutione nolumus obligari, qui poſſeſſiones habent a monachis vel canonicis regularibus ſeparatas.

*Pars reliqua hujus capituli videtur ad titulum XLIII. pertinere.*

Ad hæc, quoniam ſexum muliebrem contra verſutiam hoſtis antiqui minus fortem multiplici remedio neceſſe eſt communiri: decernimus ut moniales, & ceteræ mulieres Divino cultui dedicatæ, velum vel peplum ſericum non habeant, nec in velo acus argenteas vel aureas audeant deportare, nec ipſæ, vel monachi, vel canonici regulares, habeant zonas ſericas, auri vel argenti ornamenta habentes: nec de cetero burneta vel aliquo panno irregulari utantur. Metiantur etiam juxta dimenſionem corporum veſtem ſuam, ita quod longitudinem corporum non excedat, ſed pede decenter * ſuperducto, ſufficiat eis: cum Joſeph indutus legatur veſte talari. Et ſola monialis conſecrata deferat annulum, & uno ſolo ſit contenta. Si qua autem contra hanc noſtram prohibitionem venire præſumpſerit, & commonita ſe non correxerit, regulari ſubjaceat diſciplinæ.

* al. ſupertecto.

XXXIX. *Quod religioſi nil recipiant pro ingreſſu alicujus inter eos, niſi pro veſtitura dumtaxat.*

Præterea ſtatuimus, præſenti concilio approbante, ut de cetero pro receptione alicujus in domum religionis, pecuniam aut quidquam aliud extorquere non præſumant: adeo ut ſi præ paupertate domus, ingrediens debeat veſtire ſeipſum, prætextu veſtium, ultra juſtum pretium earum, ab eo nihil penitus recipiatur.

XL. *Quando & qualiter eccleſiæ poſſunt dimitti ad firmam.*

Nunc ergo videamus evangelicæ legis ſectatores: cum non niſi in vinea laboranti retributionis denarius ſit porrigendus, nec niſi qui altari deſervit, de altari vivere debeat: ſtatuimus ut eccleſiæ certis perſonis deputatæ nulli dentur ad firmam, niſi forte juſta cauſa fuerit, & a ſuo epiſcopo approbata, & ita ut de ejus conſenſu alicui perſonæ honeſtæ & ordinatæ dentur ad firmam, de qua veriſimiliter præſumi debeat, quod fructus eccleſiæ in bonos uſus convertat.

XLI. *Quod nulli aliquid in eccleſia ratione beneficii aſſignetur.*

Item ut verſutiis & calliditatibus aliquorum obviemus, qui in fraudem conſtitutionis generalis concilii novas quaſdam adinventiones fingere moliuntur: ſtatuimus, ut non liceat alicui aliquid aſſignare in eccleſia quidquam nomine beneficii, quaſi hoc ei liceat obtinere cum alio beneficio, cui animarum cura fuerit annexa.

XLII. *Pœna advocatorum qui matrimonium protrahunt malitioſe.*

Quoniam per advocatos multoties legitima matrimonia protrahuntur: ſtatuimus, ut ſententia lata pro matrimonio, advocatus qui contra id defecerit, hoc ipſo per annum advocatione privatus exiſtat: niſi judex eum in ipſa ſententia propter errorem vel probabilem ignorantiam expreſſe habeat excuſatum.

XLIII. *De ordinatione religioſorum, & qui poſſunt recipi in monachos.*

Quia nonnunquam ſerpens antiquus, qui jugiter ſedet in inſidiis ut interficiat innocentes & ſanctos viros, quando eos invenit ſolitarios, & abſque converſatione vel conſolatione mutua converſantes, tanto facilius interdum eos ſuis inſultibus obruit & confundit: provida deliberatione decernimus, ut tam monachi, quam canonici regulares, & moniales, in uno dormitorio pariter dormiant & quieſcant, ſingulis perſonis, ſingulis lectis aſſignatis. Et in uno refectorio ſimul edant, nec per ſe cuilibet, ſed communiter omnibus victualia præparentur. Nec ſingulis eorum denarii pro veſtibus tribuantur: ſed talia per certas perſonas ad hæc deputatas, puta camerarios vel camerarias, diligenter expediantur: qui, ut quilibet indiguerit, & facultas domus ſuſtinuerit, eis indumenta miniſtrent. Et cum eis nova tradita ſunt, vetera ab eis recipiantur, quæ in uſus pauperum vel alias neceſſitates, de conſilio abbatis vel abbatiſſæ, prioris vel prioriſſæ, convertantur. Camerario autem vel camerariæ non liceat aliquid recipere. Alioquin camerarius ab officio deponatur, & monachus, ſeu canonicus, vel monialis, anno illo novis careat indumentis. Monachus non recipiatur minor octodecim annis, niſi evidens utilitas ſeu neceſſitas aliud inducat.

XLIV.

ANNO CHRISTI ....

XLIV. *De familiaribus monialium, & de ſilentio religioſorum, & de licentia exeundi.*

Inhibemus etiam ne moniales infra ſepta domorum ſuarum, præter neceſſarias ſervientes, nec ad cohabitandum mulieres ſæculares recipiant, niſi epiſcopi diæceſani accedat aſſenſus. Item tam a monachis, quam canonicis regularibus, & monialibus, ſilentium præcipimus obſervari in temporibus & locis conſtitutis. Nec viris aut mulieri- B bus religioſis abſque ſuperioris licentia egredi liceat ſepta domus: nec ſine certa & honeſta cauſa, egrediendi eis licentia concedatur. Ita tamen, quod nulli clauſtralium cauſa orationis aut viſitandi parentes pateat aditus exeundi: niſi talis forte fuerit, de quo nihil ſiniſtrum poſſit quis aut debeat merito ſuſpicari, qui ſemper habeat collegam. Et quoties alicui licentia exeundi indulgetur, certus dies eidem præfigatur, in quo redeat.

Hoc quoque volumus obſervari, ut C ubicumque propter exceſſum alicujus viderit epiſcopus, vel abbas, vel prior conventualis non habens abbatem, expedire ut quis ad tempus alibi moretur, ad aliam domum religionis ejuſdem in eodem epiſcopatu transferatur: vel, ſi neceſſe fuerit, etiam ad alium epiſcopatum dirigatur, & per diœceſanum compellatur admitti. Qui ibi in omnibus regulari ſubjaceat diſciplinæ: ita ut ſi ex mora ipſius eccleſia, in qua moratur, gravata videatur, vice verſa D mittat aliquem de ſuis, qui interim moram faciet in monaſterio delinquentis. Nec prius rediens ipſe qui deliquit, in domo ſua recipiatur, quam plene pœnituerit de commiſſo, & per ſuum ſuperiorem revocetur.

XLV. *Ne monachi vel moniales per ſe comedant.*

Omnem ſinguiaritatem interdicimus in refectorio, ut cibus aliter uni quam alteri præparetur. Sed qui præeſt, vi- E deat ut ſcilicet interdum talia præparentur, de quibus aliorum debilitas vel infirmitas, prout viderit expedire, valeat relevari. Omnia etiam victualia religioſis apponenda, ſine ſubtractione eis apponantur, tam in conventu, quam alibi, ubi reficiuntur de omnibus appoſitis. Totum reſiduum ſine diminutione aliqua cedat in eleemoſynam indigentibus fideliter erogandam: ita quod nec abbas, nec prior, nec eleemoſyna- A rius, poſſit hoc diſpenſare. Et quicumque iſtud ſtatutum vel illud de indumentis implere vel obſervare noluerit, ſi ſacerdos fuerit, a celebratione Divinorum; ſi minoris ordinis, vel monialis, a communione corporis Chriſti, uſque ad plenam ſatisfactionem ſuſpendatur. Item prohibemus, ne moniales aliquæ ſingulariter in refectorio comedant carnes, in quibus non ſolent communiter carnes comedere.

XLVI. *Quod moniales ſimul in monaſterio habitent, & de confeſſione earum.*

Ad hæc per nullam ſocietatem vel confœderationem admittantur monachi in alterius monaſterio ad moram faciendam, niſi cum litteris epiſcopi ſui, vel abbatis, vel prioris conventualis non habentis abbatem. Idem inter canonicos regulares & moniales volumus obſervari.

Provideant etiam epiſcopi quod moniales omnibus neceſſariis competenter ſuſtentari poſſint de bonis monaſterii, nec ſuſtineant ultra numerum aliquam admitti: nec etiam ſuſcipiatur aliqua, quouſque redactæ fuerint ad numerum illum. Etiam hoc firmiter ſtatuimus authoritate concilii generalis. Si autem contigerit aliquam de cetero contra hanc formam admitti, tam abbatiſſa quam prioriſſa deponatur.

Idem de magiſtris & prioribus moniales cuſtodientibus, ſi contra hanc formam contingat aliquam admitti, duximus ſtatuendum. Confiteantur etiam moniales ſacerdotibus ab epiſcopo ſibi deputatis. Clerici autem vel laici frequentem non habeant acceſſum ad clauſtra monialium ſine cauſa rationabili.

XLVII. *Quod religioſi non condant teſtamenta, nec liceat monachos monaſteria habere ad firmam.*

Quoniam non licet viris religioſis aliquid proprium poſſidere, qui ſe & ſua pariter in religionis ingreſſu Domino dedicarunt: præſenti authoritate diffinimus, ut nulla perſona in regulari ordine conſtituta condere teſtamentum præſumat, cum nihil habeat ſuum temporale, quod transferre valeat in dominium alienum.

Item nec monachus, nec canonicus eccleſiam, vel monaſterium, vel quodlibet predium eccleſiæ ſuæ, audeat retinere ad firmam. Diſtrictæ etiam inhibemus, ne alicui monacho, vel canonico regulari, qui non ſit obedientialis, cuſtodia monaſterii committatur: ita quod

quod ex longa ipſius mora vel converſatione ſcandalum oriatur: quod ſi præſumptum fuerit, per ſuperiorem emendetur.

Item viri religioſi non recipiant eccleſiam ad firmam, in qua ſibi quid juris vendicant, ſaltem poſt mortem perſonæ. Quod ſi fecerint, arbitrio ſuperioris puniantur.

### XLVIII. *Quod religioſi non bibant ultra horas debitas.*

Quoniam inter alia vitia impetus gulæ viros religioſos præcipue non mediocriter infeſtat: decernimus ut nec monachi, nec canonici regulares, niſi ſtatutis locis & horis, potationi aut comeſſationi vacare preſumant. Si quis vero ſitiverit, impetrata licentia, refectorium regulariter intret, ut ſic neceſſitati ſubveniat, non ut conſulat voluptati. Ab hac generalitate eximius infirmos, & eos qui fuerint in obſequio prælatorum.

### XLIX. *Quod monachi & regulares in monaſterio habeant ſeniores, & de ſententiis publicandis.*

Ad hæc ſtatuimus, ut cum ratione debilitatis vel alia juſta ratione, monachi ſeorſum in miſericordia morantur, ſemper habeant ſecum ad minus alios ſeniores, qui aliorum levitatem debita correctione compeſcant, & qui poſtmodum in capitulo teſtificentur, qualiter in miſericordia fuerint converſati. Idem volumus inter canonicos regulares & moniales obſervari. Ut autem omnia A fine bono concludantur, Lateranenſe concilium ſub ſanctæ recordationis papa Innocentio celebratum, in præſtatione decimarum & aliis capitulis præcipimus obſervari, & in ſynodis epiſcopalibus conſtitutiones illius concilii una cum iſtis, prout eis videbitur expedire, volumus obſervari.

Excommunicationes etiam in hoc concilio promulgatæ, ſingulis annis in epiſcopalibus ſynodis, & quater in anno B in parochialibus eccleſiis, ſolemniter iterentur.

### Notæ Severini Binii.

Concilium Oxonienſe.) *De hac ſynodo Matthæus Paris ſcriptor hujus temporis in hiſtoria Anglicana:* Eodem anno 1222. *inquit*, Magiſter Stephanus de Langetuna generale concilium celebravit apud Oxonium, in quo multa fuerunt ſtatuta ad reformationem ſtatus eccleſiæ Anglicanæ, & monaſticæ religionis, ſicut in dicto concilio alias plenius continetur: *Matthæus Weſtmonaſterienſis in floribus hiſtoriæ:* Hoc anno, *inquit*, Stephanus archiepiſcopus Cantuarienſis celebravit apud Oxonium provinciale concilium, in quo multa fuerunt C ſtatuta ad reformationem ſtatus Anglicanæ eccleſiæ, atque monaſticæ diſciplinæ. Paucis ante diebus comprehenſus fuit quidam impoſtor, habens in corpore & membris, ſcilicet in latere, manibus, & pedibus, quinque vulnera crucifixionis: & in eodem concilio ſimul cum eo alius nebulo utriuſque ſexus, ejuſdem erroris fautor, repræſentatus, unaque cum eo convictus & confeſſus, judicio eccleſiæ punitus eſt.

*De eodem ex manuſcripto Vaticano Bzovius anno 1222. num. 10.* In ſynodo Oxonienſi hoc anno in Anglia celebrata pſeudochriſtus quidam, qui ſe Chriſtum eſſe, veniſſeque ut errores qui in clero & populo graſſarentur, emendaret, audebat aſſerere; & ſigna quædam quaſi Chriſti crucifixi manibus, pedibus laterique impreſſa, ad majorem populi circumventionem oſtendebat, ut vanus & perfidus nebulo, in crucem quam meruit cum hermaphrodito quodam aſſecla ſublatus eſt: in qua & diaconus quidam deſecratus, flammiſque exuſtus, quod ad Judaicam perfidiam nefarie profugiſſet.

D *De eodem ita typographus quondam præfatus fuit:* Concilium hoc ſequens Anglicanum ex libello Pergameneo, non illo ſeu illis quorum ſupra mentionem fecimus, tranſſumtum eſt, ſed alio a ſuperioribus abbreviatum adeo & illegibiliter conſcripto, ut ſupradictum Lateranenſis concilii ſub Allexandro tertio habiti archetypon præ iſto propemodum jocus fuerit. Ideoque nobis tranſcribendum obtruſit felicis memoriæ dominus Petrus Crab, non obtruſurus, qui fuit ejus adverſum vetuſta ejuſmodi archetypa affectus, ſi commode & abſque ſingulari difficultate legi potuiſſet.

# AD OXONIENSE CONCILIUM

*Pro Angliæ reformatione.*

*Anno* 1222. *habitum.*

## EMENDATIONES ET ADDITIONES.

Ex Manſi Suppl. T. II. pag. 887. Apud Wilkins t. I. p. 585.

*Oxonienſe concilium ex editione regia ex Collectione Anglicana Spelmanni dare ſe Labbæus profitetur. Reipſa tamen tale exhibuit, quale extat in collectione regia; nec ſummam diligentiam poſuit ut cum Spelmanna editione conferret; ex quo factum eſt, ut quas emendationes ex* E *poſtrema iſta trahere poterat ad correctionem mendorum, quibus ſcatet editio Louparea ſeu Regia, omnes neglexerit. Hæc igitur collatio diligentiæ meæ commiſſa; quo munere ſtrenue functus, hæc habui majoris momenti quæ proferam.*

| *Labbæi editio.* | *Anglicana.* |
| --- | --- |
| I. | *In procemio.* |
| Ubi ſcilicet agitur contra miſericordiam.... oppoſitiones opponit. | Contra matrimonium .... exceptiones opponit. |

II. Ipſi

*Labbei editio.*

II.

Ipſi etiam per confeſſarios diſcretos civitates proprias obeant.

XVI.

Ægrotante uno presbytero aut alio debilitato.

XVII.

Si ei ſuper hoc merito videatur eſſe ſuſpectus, non admittatur, cum talia, &c.

XXIX.

Super hac poſtmodum volumus per ordinarium loci eccleſiæ juſtitiam exhiberi.

XXX.

Cæterum &c. inhibemus ne archidiaconi bonum pacis impedire faciant: & ſi aliquando diſcordantes ad invicem voluerint concordare, licentia petita, liceat partibus aliter per compoſitionem diſcere, quandocunque voluerint, ſi tamen &c.

XXXV.

.... in qua rexit defunctus.

XXXVII.

... Concubitus turpiter invadant... pro dicto ſervitio reputatur.

XLIII.

Camerario autem vel camerariæ non liceat aliquid recipere. Alioquin &c.

XLIX.

Quam plene pœnituerit.

XLV.

Ubi reficiuntur de omnibus oppoſitis. Totum reſiduum.

XLVII.

.... eccleſiam vel monaſterium, *& ſic ubique.*

XLIX.

Monachi ſeorſum in miſericordia; *& ſic ubique*; morantur... alios ſeniores.

*Anglicana.*

I.

Ipſi per confeſſarios diſcretos cicatrices proprias adducant (lege obuucant.)

XVII.

Ægrotante &c. vel alias debilitato.

XVIII.

Si ei propter hoc merito videatur eſſe ſuſpectus cum talia &c.

XXVI.

Suner hoc nolumus per ordinarium loci eccleſiæ juſtitiam exhiberi.

XXVII.

Cæterum &c. ne archidiaconi bonum pacis impedire præſumant, ſi quando diſcordantes ſe ſibi ad invicem voluerint concordare, licentia petita, liceat partibus a lite per compoſitionem recedere, quandocumque &c.

XXVIII.

... quam rexit defunctus.

XXX.

... Concubinis turpiter miniſtrant... ut quaſi ſecurius res agatur.

XLII.

Camerario etiam vel camerariæ non liceat alicui Monacho vel canonico vel moniali dare denarios vel aliquid aliud pro veſtimentis; ſed nec a monacho, vel canonico, vel moniali aliquid recipere; alioquin &c.

XLIV.

Quam plene pœnituerit ac de commiſſo tempus compleverit. *Additur in fine, quod deeſt in Labbæo:* Si autem monaſterium in quo moratur delinquens neminem viceverſa mittere voluerit ad monaſterium delinquentis, monaſterium a quo venit ei veſtes miniſtret.

L.

Ubi reficiuntur, & de omnibus appoſitis totum reſiduum &c.

XLVI.

... eccleſiam manerum vel prædium; *& ſic ubique.*

XLIX.

Monachi ſeorſum in maneria morantur. *& ſic ubique*... duos ad minus ſeniores.

ANNO CHRISTI 1222.

*Labbæi editio.*

*Anglicana.*

*Præter hæc variantia, vel melius dixerim emendationis, integra etiam capita offert Anglicana, fruſtra in Labbæi editione quærenda; ſicut viciſſim capita quædam dat Labbæus, quæ in Anglicanis deſiderantur. Porro quæ in Labbæo redundant, ab eodem Collectore diligentius adnotantur. Quibus vero Anglicana editio ſuperior eſt, hic legas.*

## XXXIII.

*Ut abbates annuatim capellanos ſuos mutent.*

B Ut autem ſecundum canonicas ſanctiones abbatibus, a quibus minores vivendi normam habent aſſumere, ſuper honeſta converſatione teſtium copioſitas ſuffragetur; decernimus, ut ipſi capellanos ſuos vel aliquem illorum ſingulis mutent annis: qui autem habent tantum unum, illum ſimiliter mutent, niſi cauſa neceſſaria ſubfuerit, quatenus ſi de vita ipſorum, quod abſit, contra eos ſcandalum oriatur, tanto plures innocentiæ ſuæ habeant teſtes, quanto eorum vita pluribus innoteſcit.

C

## XXXIV.

*Quod nulli prælati vendant corrodia.*

Præterea volumus, ut prælati domorum religioſarum corrodia vel ſtipendia clericis vel laicis non vendant; aut gratis concedant in perpetuum, vel ad tempus, niſi urgens neceſſitas hoc expoſcat & diœceſani accedat conſenſus.

## XXXIX.

D

*De Judæis & mancipiis eorum.*

Quoniam abſurdum eſt, quod filii liberæ ancillæ filiis famulentur, & quoniam ex cohabitatione Judæorum cum Chriſtianis non modicum ſolet in eccleſia Dei ſcandalum plurimorum ſuboriri; præcipimus ut Judæi de cætero non habeant mancipia Chriſtiana; ad quod obſervandum tam ipſa mancipia per cenſuram eccleſiaſticam, quam ipſos Judæos per pœnam canonicam ſive extraordinariam, a diœceſano excogitandam, volumus efficaciter induci: & quoniam ſupra ſtatuta juris non habent a nobis foveri, utpote qui per multa enormia his diebus commiſſa probantur multipliciter nobis ingrati; prohibemus, ne de cætero conſtruant ſynagogas, ſed præcipimus, ut ſuper decimis & oblationibus ab intereſſe teneantur eccleſiis, in quarum parochiis commorantur.

E

## XL.

*De impedimentis Judæorum.*

Quoniam in partibus iſtis, ſicut inter Chriſtianos & Judæos confuſio inolevit, ut fere nulla differentia diſcernatur, propter quod nonnunquam contingit, quod Chriſtiani Judæis mulieribus, vel e contra commiſcentur; præcipimus auctoritate præſentis concilii generalis, ut omnes omnino Judæi, tam maſculi quam fœminæ, in veſte ſuperiori ante pectus tabulas laneas alterius coloris, quam veſtis ſit, deferant manifeſte; ita quod utraque tabula duorum digito-

ANNO CHRISTI 1222.

*Labbei editio.*

A

*Anglicana.*

gitorum menſuram habeat in latitudine, & quatuor in longitudine; & ad hoc faciendum per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. Eccleſias etiam de cætero nullatenus intrare præſumant. Et ne occaſionem habeant ingrediendi, inhibemus diſtricte, ne depoſita eorum in eccleſiis conſerventur; & ſi contra præſumptum fuerit, per epiſcopum loci corrigatur.

### XLI.

*De converſatione regularium.*

Quia vero nonnunquam ſerpens antiquus, qui jugiter ſedet in inſidiis ſanctis viris, quanto magis invenit eos ſolitarios, & abſque conſolatione mutua converſantes, tanto facilius interdum eos ſuis inſultibus obruit & confundit; provida deliberatione ſtatuimus, ut tam monachi, quam canonici regulares & moniales, in uno dormitorio pariter dormiant & quieſcant, ſingulis perſonis ſingulis propriis lectis aſſignatis. In uno etiam refectorio ſimul edant, nec per ſe cuilibet, ſed communiter omnibus victualia præparentur. Nec ſingulis eorum veſtibus denarii tribuantur, ſed talia per certas perſonas ad hoc deputatas, puta camerarios vel camerarias, diligenter expediantur; qui, prout quilibet indiguerit, & facultates domus ſuſtinuerint, eis indumenta miniſtrent. Et cum nova eis tradentur, vetera ab eis recipiantur indumenta, quæ in uſus pauperum vel alias neceſſitates de conſilio abbatis vel abbatiſſæ, prioris, prioriſſæ convertantur.

*Præter hæc omnia ingens aliud additamentum ad ſtatuta hujus concilii exhibet idem qui ſupra Anglicanus collector, ex quo hæc transfero.*

## STATUTA LEGENDA IN CONCILIO OXONIENSI

*Edita per dom. Stephanum Langton, Cantuar. archiepiſcopum anno Dom. MCCXXII.*

*Ex M. S. Hatton. in bibl. Bodl. Oxon. 24.*

Ex eodem Wilkins ib.

AUctoritate Dei Patris omnipotentis, & beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, & præſentis concilii, &c. ad excitandos affectus laborantium in vinea Domini Sabaoth, ut verum retributionis videantur recipere denarium.

*De baptiſmo.*

Baptiſmus cum reverentia & honore magno celebretur, & cum magna cautela; maxime cum diſtinctione verborum, & prolatione, in quibus tota vis conſiſtit ſacramenti, & ſalus puerorum, ſed ut ita dicatur: "Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti;" ubi nomen baptizandi imponatur, & ſub eadem forma in lingua, quam melius noverint ſacerdotes; doceant frequenter laicos baptizare debere pueros in neceſſitate, & mulieres, *patrem & matrem pueri in ſumma neceſſitate diſcrete, & modo debito baptizaſſe, & formam verborum in ſuo idiomate integre protuliſſe comprobet factum; ſin antea puerum baptizet. Ad levandum puerum de ſacro fonte tres ad plus recipiantur. Item, ſi in neceſſitate puer baptizetur a laico, ſequentia immerſionem non præcedentia per ſacerdotem expleantur, & aqua, in qua domi baptizatus fuit puer, propter reverentiam baptiſmi, aut infundatur in ignem, aut in baptiſterio ad eccleſiam deferatur. Item, de baptiſmate, & de confirmatione; ſi dubitetur, ſine trepidatione conferatur, quare non dicitur; iteratum, quod noſcitur fuiſſe collatum; & quod baptizentur expoſiti, de quorum baptiſmo probabiliter dubitatur, ſive inveniantur cum ſale, ſive ſine ſale, quo caſu ita dicatur: "ſi tu es baptizatus, non te baptizo; ſed ſi non baptizatus es, ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti." Nullus diaconus, aut inferior clericus baptizet, aut pœnitentias injungat; ſed ſoli ſacerdotes, quibus id competit ex officio, niſi ſumma neceſſitate, puta, quum ſacerdos abſens eſt, aut nullus etiam præſens, & non poteſt, aut ſtulte non vult, & mors immineat puero aut ægroto, aut de ea juſte timetur. Item præcipimus, ut caſulæ, quibus noviter baptizati induuntur, ad eccleſiam deportentur, nec ad communes uſus per aliquem aſſumantur, propter reverentiam ſacramenti; ſed in uſus eccleſiæ, prout neceſſitas exigit, reſerventur. Item præcipimus ut fontes, in quibus pueri baptizantur, lapidei ſint, & integri, & honeſti, & quod non ſint alicui contemptui aut horrori, ſed magis honor & reverentia ab univerſis exhibeatur eiſdem.

* Ad. & ſ invenerit.

*De confirmatione.*

Sacerdotes frequenter moneant populum ad
confirmationem prælatorum: poſt baptiſmum
enim ſuſcipi debere ſacramentum confirmatio-
nis. Quod ſi confirmandus fuerit adultus, mo-
nendus eſt per ſacerdotem loci, ut confiteatur
prius, & poſtea confirmetur, veniat (ad) ec-
cleſiam juvenis adultus confirmandus. Sæpe di-
catur laicis, ne expectent diu ad confirmandum
adventum epiſcopi, ſeu adducant pueros ad eum,
ubi adeſſe audiverint prope, quam citius pote-
rint, & ut faſcias ſeu ligationes ſecum deferant
competentes, ſufficienter longas & latas. Item
ut nullus puer teneatur ad confirmationem a
patre aut matre, vitrico & noverca, & prohi-
beatur ſæpe publice per ſacerdotes in eccleſiis.
Item caveant ſibi diligenter parentes, ne par-
vulos ſuos iterato perferant (ad) confirman-
dum, cum & ipſi parvuli poſt ſacramentum ite-
ratum efficiantur irregulares ſi maſculi fuerint,
& ipſi tali negligentia gravi ſecundum canones
ſubjaceant ultioni. Sciant etiam parentes illi,
qui pueros tenent ad confirmandum, quod ſpi-
rituale vinculum in hoc ſacramento quoque
contrahitur, ut in baptiſmo. Item parvuli con-
firmati tertia die poſt confirmationem deporten-
tur ad eccleſiam, & frontes eorum per manus
ſacerdotum in baptiſterio, propter reverentiam
chriſmatis, abluantur ibidem: & ligaturæ ipſo-
rum tunc ſimiliter igne crementur.

*De ſacramento altaris.*

Item ut rectores eccleſiarum & presbyteri vi-
deant, ut ſumma reverentia & honor maximus
ſacris altaribus exhibeatur, & maxime ubi ſa-
croſanctum corpus Domini reſervatur, & miſ-
ſa celebratur. Euchariſtia in munda pixide ar-
gentea, aut eburnea, aut alia tanto ſacramen-
to digna & idonea conſervetur, nec ultra ſe-
ptem dies conſerventur hoſtiæ, ſed ſeptimo,
qualiter alias, renoventur. Euchariſtia, tam ca-
lice quam lucerna præcedente, ad ægrotos per
ſacerdotem, aut in ſumma neceſſitate per dia-
conum, cum ſolennitate & reverentia deferatur,
niſi forte remiſſo loci aut temporis inæqualitas
interdicat. Proinde autem, & quod ita ſe ha-
beant in eundo & redeundo, & hujus miniſtri
ut debitum perſolvant ægroto, & audientes &
videntes invitent ad exhibendam tanto ſacra-
mento reverentiam & honorem. Linteamina,
corporalia, & alia indumenta altaris integra
ſint & mundiſſima, & ſæpe abluantur per per-
ſonas in canonibus ad hoc deputatas, ad reve-
rentiam & præſentiam Salvatoris noſtri. Una
quoque eccleſia calicem habeat argenteum cum
patina, integrum & honeſtum. Item ampullæ
ad ſuggerendum vinum & aquam in ſacrum
ſanguinem Jeſu Chriſti mundæ & integræ ha-
beantur. Caute etiam provideant ſacerdotes ec-
cleſiarum & rectores, ut vinum habeant purum,
& incorruptum, & quod non ſit acetum, ad
ſacramentum altaris conficiendum. Proviſuri
etiam ſint nihilominus quod major pars vini,
longe minor aquæ miſceantur in calice, ut aqua
a vino abſorbeatur: ſufficit enim quod ibi ſit
aqua. Frequenter moneantur laici, ut ubicum-
que videant corpus Domini deferri, ſtatim ge-
nua flectant tamquam creatori & redemptori
ſuo, & junctis manibus, quouſque tranſierit,
orent humiliter, & hoc maxime fiat tempore
A conſecrationis in elevatione hoſtiæ, quum panis
in verum corpus Chriſti transformatur, & id,
quod eſt in calice, in ſui ſanguinem myſtica
benedictione transformatur. Verba canonis miſ-
ſæ, præſertim in his, quæ ad ſubſtantiam ſa-
cramenti pertinent, plene & integre & cum
ſumma animi devotione proferantur, non ta-
men ſit moroſus ſacerdos etiam in præmiſſis,
quod faſtidium ingerat auditoribus, & officium
privet devotionis pinguedine, quia muſcæ mo-
rientes, importunæ cogitationes, perdunt inte-
rim ſuavitatem unguenti ſive pinguedinem de-
votionis. Item ſanctorum patrum veſtigiis in-
hærentes prohibemus, ne quis ſacerdos miſſas
celebret bis in die, niſi in die natalis Domini
B & in Reſurrectionis Dominicæ, aut in alia ne-
ceſſitate, videlicet cum in alicujus eccleſia cor-
pus aliquod fuerit tumulandum, & ut tunc
prior miſſa celebretur de die, ſi major inſtite-
rit ſolennitas, & poſterior pro defuncto. Item
ſacerdos, poſtquam ſumpſerit corpus Chriſti &
ſanguinem, aquam ſeu vinum remiſſum in ca-
lice aut digito ſuperfuſum ſumere non audeat,
ſi eadem die miſſarum ſolennia debeat iterum
ex neceſſitate celebrare. Nulli clerico permitta-
tur miniſtrare in officio altaris, niſi ad minus
in ſuperpellicio. Nullus ſacerdos parochialis præ-
ſumat miſſam celebrare, antequam matutinale
perſolverit officium, & primam & tertiam de
die. Item tempore, quo miſſarum ſolennia per-
C aguntur, accendantur duæ candelæ, una cum
lampade ad minus. Provideant etiam archidia-
coni, ut linteamina & alia ornamenta altaris,
ſicut decet, ſint honeſta, & libros habeant et-
iam idoneos ad pſallendum pariter & legendum,
& ad minus duplicia ſacerdotalia veſtimento-
rum, ut qui altari miniſtrant, ſuperpelliciis in-
duantur.

*De pœnitentia.*

Sacerdotes in pœnitentia injungenda diligen-
ter attendant circumſtantias, qualitatem, & ge-
nus peccati, & quantitatem delicti, tempus,
locum, cauſam, moram in peccato factam, de-
D votionem, & annuam pœnitentiam, ut his con-
ſideratis & diſtincte penſatis, majorem aut mi-
norem pœnitentiarum injungant pœnitenti. Item
ſacerdos ad audiendas confeſſiones communem
ſibi eligat locum in eccleſia, ut communiter ab
omnibus videri poſſit; & in locis abditis non
recipiat confeſſionem, & maxime mulierum,
niſi pro magna neceſſitate aut infirmitate pœni-
tentis. Item nullus ſacerdos alterius parochia-
num admittat ad pœnitentias, niſi de licentia
ſui presbyteri aut epiſcopi. Item in furto, ra-
pina, fraude, ſimonia, & maxime detentione
decimarum, ſeu abſtractione alicujus juris ec-
cleſiaſtici diligenter ſibi caveant ſacerdotes, ne
alias injungant pœnitentias, niſi cum ſatisfa-
E ctione & reſtitutione facienda injuriam paſſis,
cum non remittitur peccatum, niſi reſtituatur
ablatum. Item ſacerdos talem injungat pœni-
tentiam uxori de acto occulto crimine, unde
viro ſuo non reddatur ſuſpecta: idem etiam de
marito obſervetur. Item in majoribus, & accu-
ratioribus, & dubiis ſacerdos conſulat epiſco-
pum, aut illos, qui vices gerant epiſcopi, pro-
vidos & diſcretos, quorum conſilio certifica-
tus, ſciat, quos & qualem ligare poſſet
& ſolvere; & ne, quod abſit, pœnitens in deſ-
perationem mittatur, moneat ipſum diligenter,
ut interim quicquid boni facere poteſt, faciat,
ut

ANNO CHRISTI 1222.

ut Deus cor ſuum illuſtret ad pœnitentiam : & hoc illud faciat de eo, qui confitetur, & cum ab ipſo peccato non vult abſtinere, quo caſu munus abſolutionis ei imponi non poteſt cum venia non legaliter ei conceſſa, niſi prius ſe correxerit. Caveant ſibi ſacerdotes, ut cum peccata a pœnitente inquirant, ſed nomina propria, cum quibus peccaverunt, nullo modo inquirant ; ſed circumſtantias peccati & qualitatem tantum ; cum ſcriptum ſit, *Deus vitam meam nunciavi tibi*, non alterius, & propria debet confeſſio non aliena. Item firmiter prohibemus, quod nullus ſacerdos poſt lapſum in mortale peccatum ad altare præſumat accedere, niſi prius confiteatur. Quidam enim errant credentes, quod mortalia deleantur per confeſſionem generalem. Nullus ſacerdos ira aut metu etiam mortis audeat detegere confeſſionem alicujus ſigno, vel verbo, generaliter, aut generaliter; & ſi ſuper hoc convictus fuerit, ſine ſpe relaxationis non immerito debet degradari. Item, cum ſæpe contingit, quod rectores eccleſiarum, & nonnulli ſacerdotes & in ſacris ordinibus conſtituti, eo quod nullius, ut eis videtur, quoad forum pœnitentiale ſint filii ſubjecti, aut omnino non confitentes, aut ad alios religioſos, vel ad eos accedant, qui nullam habent ipſos ligandi vel ſolvendi poteſtatem ; ſtatuimus, quod per ſingulos archidiaconos duo presbyteri idonei præficiantur in ſingulis decanatibus, literaturæ competentis, & probatæ omnibus opinionis, ad confeſſiones talium audiendas, quibus per nos aut vices noſtras gerentes ad id exequendum auctoritatem noſtram volumus impertiri, prohibentes firmiter, ne religioſi monachi, videlicet anachoretæ, heremitæ, ſubditum alicujus audeant ad pœnitentiam admittere, niſi cum licentia prælati, ſalva in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate.

*De extrema unctione.*

Cum magna reverentia deferatur oleum infirmorum; infirmos etiam ipſos inungat ſacerdos cum magna reverentia oratione, celebrare, quæ ad hæc ſunt ordinata. Item ad ſacramentum extremæ unctionis moneant ſæpe populum Domini ſacerdotes, ſcilicet omnes a XIV. annis & ſupra, & quod omnes ſe communiter paratos exhibeant, cum neceſſe fuerit. Doceant frequenter populum ſacerdotes hoc ſacramentum licite poſſe iterari, ſcilicet in qualicumque periculoſa infirmitate, ubi metus eſt mortis ; & cum quis poſt ſuſceptum convaluerit ab infirmitate, licite poſſe reverti ad opus conjugale. Item tam ſacrum oleum ſub fideli cuſtodia clavis adhibita conſervetur, ut non poſſit ad illud temeraria manus extendi ad aliqua horribilia exercenda.

*De matrimonio.*

Matrimonium ſimiliter & alia ſacramenta cum honore & reverentia de die & in facie eccleſiæ, non cum riſu & joco, nec ſic deriſui & deſpectui celebretur. Item in matrimonio contrahendo ſemper in tribus dominicis & feſtivis diebus a ſe diſtantibus, quaſi tribus edictis, perquirat ſacerdos a populo ſub pœna excommunicationis de legitimitate ſponſi & ſponſæ. Si quis autem ſacerdos hujuſmodi edictum non ſervaverit, pœnam nuper in concilio ſuper hujuſmodi ſtatuta non evadet. Item prohibeant A presbyteri frequenter in eccleſia laicis, ſub pœna excommunicationis, nec dent fidem ſibi mutuo de matrimonio contrahendo, niſi in loco celebri, & coram publicis & pluribus perſonatis ad hoc convocatis.

ANNO CHRISTI 1222.

*De ordinibus & ordinandis.*

Cum quanta reverentia, cordis contritione, & animi devotione ad ſacramentum ordinis ſit accedendum, ex eo patet, quod non niſi à ſummo ſacerdote in epiſcopo conferatur, nec paſſim, ſed certis anni temporibus, & jejunio non ſolum ab ordinandis, ſed ab univerſa plebe præmiſſo. Hinc eſt, quod ſanctorum cano- B num ſtatuta obſervantes, prohibemus, ut nullus ad ordines accedat aut admittatur, niſi qui fuerit canonice examinatus. Item minores clerici ad inferiores gradus, non admittantur, niſi idoneos habeant procuratores, & per teſtimonium eorumdem admittantur. Nullus ſimoniacus, homicida, excommunicatus, aut ſuſpenſus, furarius, aut falſarius, aut aliter hujuſmodi canonicum impedimentum ad quoſcumque ordines præſumat accedere. Ordinati in Hibernia, Wallia, ſeu Scotia, aut alias cum litteris noſtris commendatitiis ſeu dimiſſoriis, non quocumque modo, ad ordinis ſic ſuſcepti executionem in epiſcopatu noſtro, niſi magna neceſſitas urgeat aut a nobis diſpenſetur, indu- C cantur; nec tunc etiam admittantur, niſi prius conſtiterit legitime de eorum ordinatione, vitæ munditia, pariter & litteratura. Univerſi rectores eccleſiarum, qui vulgariter dicuntur perſonæ, qui non ſunt in ſacris ordinibus conſtituti, ad ordinis celebrationem accedant, ut ibi promoveantur ad minus in ſubdiaconos, & ad hoc frequenter moneantur, &, ſi neceſſe fuerit, compellantur. Clerici, qui vicarias habent, ſervato debito & canonico ordinum inſtituto, faciant ſe promoveri in presbyteros, ſi voluerint pœnam evitare canonicam, & in eccleſiis, in quibus vicarias obtinent, pariter deſerviant. Idem dicimus de perſonis admiſſis ad ſua beneficia, cum honore deſerviendi in pro- D priis perſonis in eiſdem; prohibemus etiam, ut nullus abbas aut prior monachos aut canonicos ſuos ab aliis epiſcopis faciat ordinari, niſi cum litteris noſtris aut gerentium vices noſtras aſſenſum noſtrum exprimentibus.

*De officio archidiaconorum.*

Archidiaconi & eorum miniſtri curam habeant & ſolicitudinem, tam de his, quæ ad ſacramentorum pertinent reverentiam & Dei, de quibus præmiſſum eſt, quam de his, quæ inferius ſubnexa ſunt, ut fideliter & irrefragabiliter obſerventur tranſgreſſores, ſi qui fuerint in his, prout qualitas expoſcit, exercenda. E Item injungimus archidiaconis & eorum officiariis, ut in viſitationibus eccleſiarum faciendis diligenter conſcribi faciant vaſa, veſtimenta, libros, & alia, quæ ad officium pertinent divinum; habeant quoque nihilominus conſiderationem ad fabricam eccleſiæ & maxime cancelli, ſi forte indigeant reparatione ; ſi quos autem defectus invenerint, in his certum ſub pœna gravi præfigant terminum, iterumque ſuppleantur. Caute etiam per ſe & ſuos inquirant, ſi in parochia, in qua viſitationis officium impenderint, in rebus aut perſonis aliquid fuerit corrigendum, & exceſſus, ſi quos ibidem inve-

nerint, aut tunc aut in proximo capitulo corrigantur.

*De rebus eccleſiæ non alienandis.*

Vaſa, aut veſtimenta ſacra, aut libros eccleſiæ ſibi tradita nullus laicus Judæis aut Chriſtianis impignorare, aut vendere, aut etiam poſſeſſiones, aut reditus pignori obligare, aut infeodare, aut aliquo modo alienare præſumet, niſi ingens neceſſitas id expoſcat, & prius diœceſani epiſcopi aſſenſus accedat. Qui autem contra præſumpſerit, & quod fecerit vires nullas obtineat, & præſumptor etiam qualiter taliter ſpolietur, niſi quod alienaverat intra tempus, quod ei diœceſanus epiſcopus aſſignaverit, ſuis ſumptibus revocaverit. Is etiam, qui ſic eccleſiaſtica beneficia receperit & commonitus detinere præſumpſerit, excommunicationis ſententia feriatur, antequam ea reſtituat nullatenus abſolvendus. Item, quod plures & non ſolum filiis & nepotibus ſuis, verum etiam concubinis ſuis immiſcent patrimonium Jeſu Chriſti, domos in laico feodo ædificare præſumunt, ad quas eccleſiaſticos reditus deportantes, dum proximis ſanguine bona eccleſiaſtica congregant, iram in die furoris Domini ſibi ad damnationem perpetuam theſaurizant; nec ſic de cætero fiat, diſtrictius inhibemus, ſtatuentes, ut qui aliter, niſi in neceſſitatis caſu, & aſſenſu diœceſani epiſcopi fecerit, per annum, ad minus, a perceptione beneficii ſuſpendatur, niſi ad commonitionem epiſcopi aut archidiaconi ſui, quod fecerit, citius emendaverit.

*De teſtamentis.*

Item, legitima teſtamenta clericorum beneficiatorum decentium volumus firmiter obſervari; nolumus tamen, quod concubinis ſuis aliquid in teſtamento ſuo reliquerit; quod ſi factum fuerit, de cætero totum illud epiſcopi arbitrio convertatur in uſus eccleſiæ, quam rexit defunctus.

*De firmis.*

Nullus clericus aliquod beneficium eccleſiaſticum alicui laico tradat ad firmam, nec etiam fructus decimarum ante ſeparationem earundem vendere præſumat. Si quis clericus beneficium ſuum in caſu licito ad firmam committere voluerit, ſtatuimus, ut tali pacto committat, quod velit & valeat domos & ædificia ſuſtinere, & alia honorifica ipſius parochialia & epiſcopalia ſufficienter ſuſtinere. Qui autem beneficium ſic alterius ſuſceperit, archidiacono loci præſentetur in capitulo, & tanquam generalis procurator quoad illius beneficium pro tempore, quo inter eos convenit, ibidem ſtatuatur.

*De decimis.*

Decimæ, tam prædiales, quam aliæ, ſine difficultate & ſine diminutione cum omni integritate ſolvantur, ſecundumque canonum inſtituta. Concedimus etiam, quod quilibet (in) parochia ſua habeat auctoritatem coercendi, & ſi contumaces fuerint, & commoniti ſe non correxerint, ipſos excommunicandi. Nullus laicus per quantumcumque temporis diuturnitatem immunitatem ſibi vendicet decimarum quarumcunque præſtatione, cum laicus ſecundum ſacrorum canonum inſtituta decimas præſcribere non poſſit. Item in præſtandis decimis, & maxime prædialibus, nullæ deducantur expenſæ.

*De ſententiis contra laicos.*

Sub interminatione anathematis firmiter prohibemus, ut nullus conſtabularius, caſtellarius, aut alius alicujus poteſtatis alterius ballivus poſſeſſiones ſeu bona religioſorum ſive quorumcunque eccleſiaſtica, partim auſu temerario præſumat invadere, aut eos exactionibus injuſtis aut oppreſſionibus quibuſcunque indebite contra eccleſiaſticam libertatem attemptent moleſtare. Et ſi quid contra hanc prohibitionem noſtram in propriæ ſalutis diſpendium, quod avertat Deus, præſumpſerint, & commoniti ſe non correxerint, terras eorum per archidiaconos locorum ſine dilatione eccleſiaſtico ſupponi præcipimus interdicto; & tunc demum ſi ſic ad cor non redierint indurati, pulſatis campanis & candelis accenſis excommunicentur: monitione præmiſſa, præcipimus etiam, ut ſingulis annis ter aut quater in anno ſolenniter in genere excommunicentur fornicarii, perjuri ſuper ſacroſancta, incendiarii, uſurarii, fures, attrectatores, falſarii, & malitioſe impedientes executiones rationabilium teſtamentorum; ita quod qui ſcienter in diſpendium cujuslibet dejerarunt, non abſolvantur, nec eis pœnitentia ab aliquo inferiori injungatur, quod, cum convaluerint, ad nos adeant, a nobis aut auctoritate noſtra pœnitentiam ſuſcepturi.

*De vita & honeſtate clericorum.*

Et his duximus adjungendum, ne judicium ſanguinis in locis ſacris tractetur ſive in eccleſia aut in cœmeterio. Auctoritate quoque generalis concilii diſtinctius inhibemus, ne quis clericus beneficiatus, aut in ſacris ordinibus conſtitutus, litteras ſub pœna ſanguinis infligendi ſcribere aut dictare præſumat, aut ubi judicium ſanguinis tractatur aut exercetur, interſit; noverint enim hoc modo eccleſia ſe indignos, cum per eos in eccleſia Dei per talia præſcripta ſcandalum generetur.

*Expliciunt ſtatuta legenda; ut ſupra continetur, in concilio Oxon.*

## IN PRÆCEDENTIA STATUTA

*Jo: Dominici Manſi.*

### ADNOTATIO.

STatuta ſuperiora cum præceptis antiquis diœceſis Rothomagenſis legendis in Labbeo tom. XIII. pag. 1341. edit. Venet. in nonnullis conveniunt, & cum non abeunt in diverſa, tunc idem eſt utrinque verborum ſenſus; quin & verba ipſa ſæpe utrinque recurrunt. Undenam tanta affinitas; uter ex alio acceperit; dicant docti. Sunt etiam valde conſentanea ſtatutis pro diœceſi Conſtantienſi, quæ legas in editione Veneto Labbeana tom. XIV. pag. 1287. ex editione Beſſin in conciliis Rothomagenſibus, quanquam varie ſint altrinſecus additiones, interpolationes, & diſcrimina; verba ſæpe congruunt; ſæpe non ita.

Capi hinc conjectura valet veteres fuiſſe ſynodicas conſtitutiones per totam Galliam & vicinam Angliam celebres, quas varii epiſcopi in uſus ſuos adoptaverant, in commodum ſuum hinc inde reformatas.

## SYNODUS PROVINCIALIS COLONIENSIS,

### ANNO MCCXXII.

Harthzeim Conc. Germ. tom. 3. pag. 511.

HOc tempore puella quædam hebræa per cultum Deiparæ mirabiliter ad fidem Chriſtianam, & ad virginitatis propoſitum inducta eſt. Narratque Thomas Cantipratanus & Cæſarius Heyſterbacenſis, quod cum baptizata ſub nomine Catharinæ velum virginitatis accepiſſet in parco dominarum cœnobio, Ord. Ciſtercenſ. haud procul Lovanio, parenteſque illam inde extrahere conarentur auctoritate præmuniti Ugonis Epiſcopi Leodienſis quem pecuniis corruperant; puella non acquievit illorum deſiderio, ſed conſtanter vitæ inſtituto adhæſit. Anno præterito inquit Cæſarius accuſatus fuit idem Epiſcopus Leodienſis pro eadem cauſa coram D. Engelberto Archiepiſcopo Coloniæ in ſynodo ejus, & præceptum fuit ei, de cætero moleſtaret ſupradictum Cœnobium pro puella baptizata.

A

# NICÆNUM vel forte CPTANUM GRÆCORUM SCHISMATICORUM CONCILIUM.

*In quo auditi legati a Cypriis epiſcopis Græcæ communionis miſſi, & remiſſi cum reſponſo,*

Anno Græcorum 6731. Chriſti 1222. habitum.

Ex Manſi Suppl. tom. 2. pag. 902.

„ CYpri regnum, idem cum toto imperio B
„ Græcorum fatum expertum, Latini in-
„ vaſerant; iidemque eccleſiarum præſules La-
„ tinos conſtituerant, ita tamen ut Græcis ſuos
„ permitterent, quibus illi parerent, epiſco-
„ pos ſchiſmaticos. Sed cum plura Latini Ec-
„ cleſiarum epiſcopi, jure victorum uſi, a Græ-
„ cis earumdem eccleſiarum epiſcopis exigerent,
„ quæ ſibi nequaquam concedenda Græcorum
„ epiſcopi præ religione cenſerent; ſibique ve-
„ ro metuerent ſi aperte reſiſterent, legatione C
„ miſſa patriarcham CPtanum conſuluerunt,
„ quid ſibi ea in re præſentari fas eſſet. Ille,
„ ſynodo convocata, quam CPoli habitam ex
„ his ſynodicæ verbis colligo, (*matrem dico hanc Conſtantini urbem*) rem in medio con-
„ ſultandam propoſuit. Viſum eſt primo, ut
„ Cyprii in iis quæ nec fidei nec SS. canoni-
„ bus repugnarent, ſiquidem ſubducere ſe citra
„ diſcrimen potuiſſent, id caute agerent; ſin
„ ſecus indulgentia quadam id ſibi dari ſcirent,
„ ut agerent quæ declinare non poſſent. Ve-
„ rum tumultuante plebe Græcorum, atque ob-
„ tendente decreti hujus ambiguitate non tolli
„ ſed augeri Cypriorum perplexitatem; tandem
„ apertius definitum: ne Græci ſacerdotes ma-
„ nus ſuas in Latinorum epiſcoporum manibus
„ inſerere ulterius auderent, quod hoc argu-
„ mentum eſſet fidelitatis & ſubjectionis; cæte-
„ rum poſcentibus Latinis, ut cum Græcis dan-
„ dus eſſet novus aliquis epiſcopus, is non in-
„ ſcio Latino epiſcopo daretur; poſtulantibus
„ etiam ut integrum eſſet Græco ad Latinos
„ appellare; in his plane dandum aliquid ne-
„ ceſſitati ſynodus cenſuit. Hæc omnia edocet
„ ſynodica hujus concilii ex Cotelerio in eccle-
„ ſiæ Græcæ monumentis tom. II. pag. 462.
„ evulgata, ex quo hic datur.

GER-

ANNO CHRISTI ....

A

## (a) GERMANI SANCTISSIMI

*Patriarchæ Conſtantinopoleos Epiſtola miſſa in inſulam Cyprum, tam ab ipſo quam a ſacra Synodo, cum in ea inſula ſummum ſacerdotium teneret dominus Neophytus, & cogeretur a Latinis, illis ſubjici.*

Cyprus inſula, illa percelebris, quam liquidum quidem ponti oſtium undequaque cingit, ignea vero oratorum ſcriptorumque labia prædicant commodo ſitu, bonaque temperie gaudentem, quaſi maris uber bonis abundans, & in loco ſterili hortum, falſuginis ſolum dulcem ſuccum fundens, aliam bea- B torum inſulam, terram lacte manantem; quæ non modo ex ſeipſa feracitatem omnem profundat, ſed etiam externis repleatur bonis, quotquot nimirum per liquidum in eam inferuntur.

Hæc porro ipſa Cyprus, antea felix atque ſplendida, non adeo ex naturæ donis inſignis erat, quemadmodum jam ſermo repræſentavit, neque eam quidquam e cæteris aliud tantum decorabat, quantum ipſe pietatis fructus, atque Evangelii ſeges, ad centuplum bonis ſpicis fœta, quantum large fluentes doctrinæ latices, Scripturarumque floridum pratum, & eccleſiæ filiorum multitudo inſtar omnigena- C rum herbarum agri; velut inſulam innovatam, ut cum ſcriptura loquar, & quotidie in melius renovatam ac proficientem. Unde factum eſt, ut in unam maximarum provinciarum promoveretur, & ad archiepiſcopatus eveheretur dignitatem; ſors eximia Chriſti effecta, atque per ſemetipſam directa propriumque ſub paſtoribus ſuis ordinans gregem.

Verum non erat ſceleſti Satanæ, hanc abſque invidia intueri, qui terram minatur atque mare ſe deleturum. Scilicet armat manus barbaricas, & gentem inimicam excitat adverſus eccleſiam, immo beneficam gen- D tem, quæ hæc quidem dentibus comedit, illa vero unguibus dilacerat, alia autem pedibus conculcat, prorſuſque omnia ad diſperditionem vaſtat, juxta Danielis viſionem. Conſtipati enim Latini, etiam Cyprios aggreſſi ſunt, alius quidam pontus immenſus, & obvia quæque inundans, conſpicuo illo inſulamque ambiente impetuoſior; quandoquidem conſpicuus non eam obtegere contendit, ſed propriis terminis circumſcribitur, in ſemetipſo fluctus confringens, & Creatoris providentiæ frenis obſecundans.

At Italorum audacia proprias tranſilit ſta- E tiones, & fluctus iræ volvit, extra terminos currit, atque in exteros irruit. Ejuſmodi atrox tempeſtas excitata eſt in præclara Cypro;

## ΓΕΡΜΑΝΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ

πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐπιστολὴ σταλεῖσα ἐν τῇ Κύπρῳ, παρά τε αὐτοῦ καὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου, ἀρχιερατεύοντος ἐν τῇ αὐτῇ νήσῳ τοῦ κυροῦ Νεοφύτου, καὶ ἀναγκαζομένου παρὰ Λατίνων, ὑποταγῆναι αὐτοῖς.

Ἡ Νῆσος ἡ Κύπρος, ἡ περιλάλητος, ἣ πόντου μὲν ὑγρὸν στόμα κύκλῳ προσπτύσσεται, πυρίμαχα δὲ χείλη ῥητόρων καὶ γραφέων διαφημίζουσιν, εὖ μὲν θέσεως, εὖ δὲ κράσεως ἔχουσαν, οἷα θηλὴν θαλάσσης βρίθουσαν ἀγα- B θοῖς, καὶ ἐν ἀτρυγήτῳ παράδεισον, καὶ τῆς ἅλμης πέδον γλυκύχυμον, καὶ νῆσον ἄλλην μακάρων, καὶ μελιτόβρυτον γῆν· οὐ μόνον ἐξ ἑαυτῆς τὸ παμφόρον βλύσασαν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἔξωθεν περιαντλουμένην καλοῖς ὁπόσα ταύτῃ παρὰ τῆς ὑγρᾶς ἐπεισβάλλουσιν.

Ἦδε ἡ Κύπρος αὕτη πρὶν εὐδαίμων τε καὶ λαμπρά· οὐ τόσον ἐκ τῶν φυσικῶν χαρίτων ἐπίσημος ἦν, ὡς ὁ λόγος προδιεμόρφωσεν, οὐδ' οὕτω ταύτην ἄλλο τι τῶν ἁπάντων ἐσέμνυνεν, ὡς ὁ τῆς εὐσεβείας μᾶλλον καρπὸς, καὶ ὁ τοῦ εὐαγγελίου σπόρος, ἑκατοστεύων εἰς εὔσταχυν, τά τε τῆς διδασκαλίας εὔρυτα νάματα, καὶ ἡ πολυαν- C θὴς λειμωνία τῶν γραφῶν, καὶ ἡ τῶν τέκνων τῆς ἐκκλησίας πληθὺς, ὡς τοῦ ἀγροῦ τὸ παμβότανον. ὥσπερ νῆσον ἐγκαινιζομένην. τὸ τῆς γραφῆς, καὶ ὁσημέραι πρὸς τὸ κρεῖττον ἀνανεουμένην τε καὶ προβαίνουσαν· ἐντεῦθεν εἰς μίαν προήχθη τῶν μεγίστων ἐπαρχιῶν, καὶ πρὸς ἀρχιεπισκοπῆς ἐπήρθη ἀξίωμα. λάχος ἔκκριτον καθεστηκυῖα Χριστοῦ, καὶ καθ' ἑαυτὴν διεξαγομένη, καὶ τὸ οἰκεῖον ὑπὸ ποιμέσι διατάττουσα ποίμνιον.

Ἀλλ' * οὐκ ἦν ἄρα τῆς τελχῖνος σατᾶν μὴ καὶ ταύτῃ * βάσκανον ἐνιδεῖν, τοῦ γῆν ἀπειλοῦντος ἐξαλείφειν καὶ θάλασσαν. ἀμέλει καὶ χεῖρας ὁπλίζει βαρβαρικὰς, καὶ πολέμιον ἔθνος ἐπήγειρε κα- D τὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ μᾶλλον ὑποδρηστεῦον αὐτῇ ἔθνος, τὰ μὲν τοῖς ὀδοῦσιν ἐσθίον, τὰ δὲ σπαράσσον τοῖς ὄνυξιν, ἄλλα δὲ ποσὶ συμπατοῦν, καὶ ἁπλῶς τὰ πάντα πρὸς ἀφανισμὸν ἀχρειοῦν, κατὰ τὸν Δανιὴλ θεαματισμόν. οἱ γὰρ φρακτοὶ Λατῖνοι καὶ τοῖς Κυπρίοις ἐπέβρισαν. πόντος ἄλλος τις ἀχανὴς καὶ κατακλύζον τὸ προσυχὸν, τοῦ προφανοῦς καὶ τὴν νῆσον ὑπανέχοντος βιαιότερος, παρ' ὅσον μὲν αἱ καλύψαι ταύτην φιλονεικεῖ, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις ὅροις συμπεριγράφεται, ἐν ἑαυτῷ συνθραύων τὰ κύματα, καὶ προνοίας χαλινοῖς ὑπείκων δημιουργοῦ.

* οὐκ ἦν. * βασκαῖνον.

Τὸ δὲ θράσος τῶν Ἰταλῶν τοὺς οἰκείους ὑπερ- E βαίνει σταθμοὺς, καὶ κύματα κυλίνδει θυμοῦ, καὶ ὑπερόρια τρέχει, καὶ τῶν ἐθνείων καταπηδᾷ. τηλίκος ἐπερράγη τῇ καλῇ Κύπρῳ κλύδων ἀλλό-

(a) Eſt Germanus II. CP. qui vixit ſæculo decimotertio ſub Imperatoribus Latinis. Ad eum pertinent decreta Juris Græco-Romani p. 232. &c. non vero ad illum qui antea fuerat pontifex Hadrianopolitanus, ut dicitur in margine, quique eſt Germanus III. Patet ex p. 233. ubi notatur annus mundi 6743. qui eſt Chriſti 1235. De Cypro autem & Cypriis per illa tempora lege inter alios VVildebrandum ab Oldemburg in Itinerario p. 141. 142. in Symmictis Allatii.

ANNO CHRISTI 1222.

λόκαστος. πρὸς ἣν ἡ θάλασσα σπένδεται, καὶ ἡμεροῦται τὸ ῥόθιον. ὁ δὴ τοιοῦτος κατακλυσμὸς, μέχρι μέν τινος τὰ ὡραῖα διέφθειρε, καὶ πᾶν ἀνάστημα κατέρριψε γῆς. ἤδη δὲ καὶ σωμάτων ἀνθρώπων παρήψατο. ἀλλ' ἦν ὅμως φορητὸν τὸ δεινὸν καίπερ ὂν βαρυσύμφορον. ἐπεὶ καὶ πρὸς σωματικὴν ἀπέβλεπε λύμην καὶ σκηνωμάτων ἀπώλειαν, συντιθεμένων ἐπὶ βραχὺ καὶ λυομένων μετ' οὐ πολύ. τὰ νῦν δὲ ἀλλὰ καὶ ψυχῶν τὸ πρᾶγμα κατεκαυχήσατο, καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον τῆς εὐσεβείας διασαλεύειν ἐπιχειρεῖ. τοῖς γὰρ πολεμισταῖς Λατίνοις, καὶ ἱερατικὸν ἐκ τοῦ γένους οὐκ ὀλίγον τῇ νήσῳ προσεπιβὰν, τὰς ἐκκλησίας συνέχει, καὶ πρὸς ἑαυτὸ πάντα τὰ θεῖα ἐφελκύσαι νεανιεύεται.

Ἔνθεν ὁ μὲν γνήσιος καὶ κανονικὸς πρωτοποιμὴν, ὁ μακαριώτατος ἀρχιεπίσκοπος Κυπρίων ὁ κῦρις Νεόφυτος, τοῦ οἰκείου θρόνου ἀποδιώκεται. παρένθετος δέ τις ἀλλόξενος ἄνθρωπος ἐκ Λατινικῆς φυλῆς τῷ τοιούτῳ θρόνῳ ἐγκαθεσθεὶς, οὐκ ἂν ἄλλως ἀνήσειν τοὺς ἡμετέρους ἱερατικοὺς ἰσχυρίζεται ἐπισκόπους τε καὶ λοιποὺς τὸν Ῥωμαϊκὸν ποιμαίνειν καὶ διδάσκειν λαὸν, εἰ μὴ πρότερον τὴν παρ' αὐτοῖς ὑποταγὴν ὑπεισέλθωσι, καὶ συνθήκας καταθυμίους τῷ νέῳ ἀρχιερεῖ καὶ νόθῳ παρέξουσιν. ἢ μὴν καὶ τούτους ἐξοστρακισθῆναι τῆς νήσου παντάπασιν. ὡς τῶν ποιμένων καὶ διδασκάλων διασπαρέντων, κινδυνεύειν τὴν ἀγέλην Χριστοῦ εἰς κρημνοὺς ἀποπλανᾶσθαι καὶ βάραθρα.

Ἦν μὲν πρὸ πολλοῦ θρυλλούμενα ταῦτα, καὶ εἰς ἀκοὰς τῆς ἡμετέρας ἐρχόμενα μετριότητος. τὰ νῦν δὲ καὶ ὁ θεοφιλέστατος τῆς κατὰ τὴν Κύπρον ἁγιωτάτης ἐπισκοπῆς Σολείας Λεόντιος, καὶ ὁ εὐλαβὴς καθηγούμενος τῆς τῶν Ἀψινθίων μονῆς ἱερομόναχος Λεόντιος, πρὸς τὴν ἡμῶν ἀναπεμφθέντες μεγιστότητα, παρά τε τοῦ οἰκείου μακαριωτάτου ἀρχιεπισκόπου καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ δὲ καὶ παντὸς τοῦ ἱερωμένου πληρώματος καὶ τοῦ ὀχλώδους λαοῦ, τὰς τοιαύτας συνοδικῶς ἀνήγγειλαν συμφορὰς ἐνώπιον τῆς ἡμῶν μεγιστότητος. καὶ παραστάντες τὴν σήμερον ἐπὶ τοῦ μέσου, διεπρεσβεύσαντο ὁπόσα παρ' ἐκείνων ἀνενεγκεῖν ἐπεξῄτησαν. ἔφασκον γὰρ, ὡς τῷ ἀρχιεπισκόπῳ κυρῷ Νεοφύτῳ, παρὰ τῶν Λατίνων οὐ συγκεχώρηται τῇ νήσῳ ἐνδιατρίβειν τὸ σύνολον. ἅτε μὲν σφῶν καὶ ἑτέρου ἀρχιεπισκόπου μηδόλως ἀλλαχοῦ ἀκούειν ἀρχιεπίσκοπον στέγοντος. ἀμέλει καὶ τέλεον * ἐκεῖνον ἀπήλασαν. καὶ νῦν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς ἀνατολῆς διάγει πλανώμενος.

Αὐτοὺς δέ γε τοὺς ἐπισκόπους, φασὶ, καὶ τοὺς λοιποὺς ἱερατικοὺς, εἰς ὑποταγὴν ἐκβιάζεται ὁ τῶν Λατίνων ἀρχιερεὺς, καὶ οὕτως ἐάσειν τούτους καθυπισχνεῖται τὰς οἰκείας ἔχειν ἐπισκοπὰς καὶ ἱερατικῶς ἐνεργεῖν. καὶ παρεγκλιτεύειν τὸ ποιητέον μαθεῖν, παρά τε τῆς ἡμῶν μεγιστότητος καὶ τῆς ἱερᾶς ἀδελφότητος. διὰ γὰρ τῆς τούτων γλώσσης, τὰς τῶν Κυπρίων πάντων ἔλεγον παριστάναι ψυχὰς, καὶ τὴν ἡμῶν γονάζεσθαι μετριότητα, τῆς ἐκείνων σωτηρίας ἀντιποιήσασθαι, καὶ μὴ χώραν οὕτω πλατεῖαν καὶ πολυάνθρωπον καταλιπεῖν ἀπροστάτευτον, ὡς λιμὸν λιμῶξαι καὶ δίψαν παθεῖν, οὐ βρώματος οὐδὲ πόματος, ἀλλὰ τοῦ ἀκούειν λόγον Θεοῦ.

Ταῦτα τοῦ ἐπισκόπου καθικετεύοντος, καὶ τοῦ ἡγουμένου προσλιπαροῦντος, ἡ μετριότης ἡμῶν μετὰ τῆς ἱερᾶς ἀδελφότητος, εἰς σκέψιν ἔθετο τὰ τοῦ πράγ-

* ἐκεῖνον

A cum qua fœdus ſervat mare, & civitem ſe reddit unda. Id ſane diluvium, ad aliquod uſque tempus venuſtiora quæque corrupit, & in terram proſtravit quæcumque eminebant. Mox vero & hominum corpora attigit. Verumtamen tolerabilis erat calamitas, licet eſſet admodum gravis; quoniam ad corpoream ſpectabat noxam, & corporum perniciem, quæ ad breve temporis ſpatium compinguntur & ſolvuntur paulo poſt. Jam vero & res adverſum animas ſeſe ſuperbe extulit, conaturque rectum pietatis ſermonem concutere. Nam una cum bellatoribus Latinis non pauci ejuſdem generis ſacerdotes in inſulam ingreſſi, eccleſias conturbarunt, & ad ſe cuncta divina per- B trahere petulanter nituntur.

Hinc legitimus & canonicus paſtorum primus, beatiſſimus Cypriorum archiepiſcopus, dominus Neophytus, a ſua ſede pulſus eſt; adſcititius autem quidam & peregrinæ linguæ homo, e Latinorum genere, in eodem throno inſidens, non alia ratione ſe permiſſurum aſſeverat, ut noſtri ſacrati homines, tum epiſcopi, tum cæteri, populum Romanum ſeu Græcum paſcant & doceant, niſi prius ſubjectionem illam eorum ſubierint, & adſtipulationes novo nothoque pontifici gratas præſtiterint: alioquin eos omnino ex inſula ejiciendos eſſe: adeo ut paſtoribus & doctoribus diſperſis, periculum ſit ne Chriſti grex in præ- C cipitia & barathra divagetur.

Atque hæc quidem jam a longo tempore divulgata fuerant, & ad aures mediocritatis noſtræ pervenerant. Nunc vero religioſiſſimus ſanctiſſimi epiſcopatus Soleæ in Cypro, Leontius, & reverendus Monaſterii Apſinthiorum Præpoſitus, ſacer Monachus Leontius, ad noſtram miſſi mediocritatem; tum a ſuo beatiſſimo archiepiſcopo, tum a reliquis epiſcopis, nec non ab omni ſacro cœtu, ipſaque plebe, haſce ſynodice calamitates coram noſtra mediocritate retulerunt; hodieque in medium prodeuntes, ex legatione quæ ab illis demandata ſibi fuerant prolocuti ſunt. Nempe dixerunt, nequaquam a Latinis conceſſum eſſe D domino Neophyto archiepiſcopo, ut ullo modo in inſula maneret; cum alter ille eorum archiepiſcopus nullatenus alium ſuſtineret audire archiepiſcopum. Unde penitus eum expulerunt. Et nunc per Orientis plagas oberrat.

Addiderunt *Legati*, quod epiſcopos ipſos cæteroſque ſacri ordinis ad ſubjectionem Latinorum pontifex cogit, atque ea conditione E pollicetur ſe iis permiſſurum habere epiſcopatus ſuos, ſacraque obire munia. Tum obſecraverunt, uti a nobis & ſacra fraternitate diſcerent quid agendum eſſent. Ajebant quippe, cunctorum Cypriorum animas per ſuam linguam adeſſe, & mediocritatis noſtræ genua amplecti, ſuppliciterque orare, ut ſalutis eorum curam ſuſcipiamus, nec regionem adeo amplam, & populoſam patrocinio deſtitutam relinquamus, ita ut eſuriat & ſitim patiatur, non defectu cibi & potus, ſed audiendi verbum Dei.

Iſta cum epiſcopus oraret ſupplex, & abbas obſecraret, rem mediocritas noſtra una cum ſacra fraternitate deliberandam propoſuit. Viſumque eſt duplex utrimque imminere peri-

periculum, & caſum ex utraque parte præcipitem. Tantum enim populum abſque paſtorali patrocinio deſeri, quorum ſanguis per Deum e manibus paſtorum requirendus eſt, peccatum eſt ingenti cenſura condemnandum: Latinorum autem voluntati cedere, & cum ſchiſmaticis conſenſionis facere fœdus, diſſonum videtur a canonum rigore, alienumque ab eccleſiaſticis conſuetudinibus. Erat igitur anceps diſceptatio, & ad alterutrum propenſio dubia. Verum poſtquam & mediocritas noſtra & ſacra fraternitas multas volutavit conſiderationes, demum cenſuit mediocritas noſtra, ipſam ſpeciem ſubjectionis quam Latini poſtulabant proferri ad ſynodum debere. Unde cohortata eſt epiſcopum & abbatem, ut ſpiritaliter cum veritate explicarent quænam illa eſſent, quæ a Latinis poſtularentur.

Reſponderunt illa tria hæc Latinos inevitabiliter requirere: *primum*, manus manibus immittere, ſacerdotales ſacerdotalibus, noſtros Latinis: hoc namque eſſe inteſtis tutam cautionem, ſervilis in negotiis demiſſionis: ſecundum; ut Romanus ad ſacerdotalem honorem provehendus, poſt electionem a popularibus ſuis factam, ſive in epiſcopum promoveatur, ſive ad aliam ordinationem, vel & Monachalem præfecturam aſſumptus fuerit, nullus omnino abſque Latini notitia conſtituatur in dignitate ad ſe pertinente. Id porro Latinos propter turpe lucrum dumtaxat expetere conteſtati ſunt. Tertium ad hæc adjecerunt; ut Græci a ſuis quidem epiſcopis, cum neceſſe fuerit, judicentur; ſi quis tamen e judicatis forſan voluerit ad Latinorum archiepiſcopum provocare, tamquam oppreſſus videlicet, ſeu clericus ſeu laicus ſit, ab illo controverſia diſcutiatur. Super his mediocritas noſtra poſt diſquiſitionem una cum fratrum congregatione, & inchoato definitivo decreto, nec non ea quæ viſa ſunt declarans, hunc in modum pronunciavit.

Omnes ſacros canones, cunctas traditiones divinas, univerſos venerabiles piiſſimæ noſtræ eccleſiæ ritus amplecti & ſervare illæſos ac inviolatos, jam ſanximus tam manu quam lingua, adhucque ſancimus, Chriſti gratiæ confiſi. Ita ſiquidem & ſcripſimus & confeſſi ſumus, tum ſingulis diebus pro iis decertamus, atque oramus, ut manus pariter & vox Jacobi Patriarchæ, conſiſtant, qui etiam antequam naſceretur, a Deo dilectus eſt. Verumtamen ubi nulla injicitur abdicatio canonum, traditionum, rituum, ipſius fidei, ſi quid epiſcopi Cyprii ex induſtria & citra eccleſiæ Chriſti offenſionem potuerint exequi, atque ex eo quod videbuntur delabi, per id eccleſias ſuas revera decidentes, ſuſfulſerint, liberaverintque ab animæ pernicioſa contritione quæ intentatur; in hac ego œconomia ſeu diſpenſatione veniam dandam arbitror, aut ut verius dicatur in hac ſimulatione; & culpæ immunes reputabuntur; ut qui eo in negotio magnum Paulum patronum habeant.

Poſtquam igitur hoc pacto pronunciata fuit noſtræ mediocritatis ſententia, cum tunc temporis adeſſet non modica Conſtantinopoleos alumnorum pars, eaque tripliciter diviſa; nempe in Clericos, in Monachos, in Laicos, quorum alii jam tunc fugati fuerint, atque odio habiti propter perfectam erga cæleſtem

ματος. καὶ ἐδόκει διπλοῦς ἑκατέρωθεν κίνδυνος καὶ ἀμφίκρημνος ὄλισθος. τό τε γὰρ τοσοῦτον ἐγκαταλειφθῆναι λαὸν προστασίας ἄτερ ποι. . . . . θεῷ ἐκ τῆς τῶν ποιμαινόντων χειρὸς, μεγάλην τὴν εὐθύνην ἔχει τὸ κατάκριμα. καὶ τὸ εἶξαι δὲ θελήσει Λατινικῇ καὶ σχισματικοῖς συνθέσθαι καὶ σπείσασθαι, ἀπῳδὸν τῇ τῶν κανόνων ἀκριβείᾳ δοκεῖ, καὶ ἐκκλησιαστικῶν ἐθίμων ἀλλότριον. ἦν γοῦν ὁ λόγος ἀμφίβολος, καὶ ἡ πρὸς θάτερον ῥοπὴ ἀμφισβητήσιμος. ὡς δὲ πολλοὺς ἥ τε μετριότης ἡμῶν καὶ ἡ ἱερὰ ἀδελφότης ἀνειλίττε λογισμοὺς, πέρας καὶ αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς ἀπαιτουμένης παρὰ τῶν Λατίνων ὑποταγῆς συνοδικῶς ἡ μετριότης ἡμῶν, * χρωματισθῆναι διενοήσατο. ὅθεν παρεγγυήσατο τῷ ἐπισκόπῳ τε καὶ τῷ καθηγουμένῳ, πνευματικῶς διακρινῆσαι μετ' ἀληθείας, τίνα γε ἄρα τὰ παρὰ τῶν Λατίνων ἀπαιτούμενα εἰσί. * χρημ

Καὶ οὗτοι τρία ταῦτα ζητεῖν ἀπαραιτήτως ἔφασαν τοὺς Λατίνους. χεῖρας χερσὶν ἐμβαλεῖν, ἱερατικὰς ἱερατικαῖς, τὰς ἡμετέρας Λατινικαῖς. τοῦτο γὰρ εἶναι τοῖς ἐπηρεασταῖς ἐχέγγυον ἀσφαλὲς, δουλωτικῆς ἐν πράγμασιν ὑποκλίσεως. δεύτερον, τὸ τὸν μέλλοντα Ῥωμαῖον εἰς ἱερατικὴν προβαίνειν τιμὴν, μετὰ τὴν τῶν ὁμοφύλων ἐκλογὴν, εἴτε εἰς ἐπίσκοπον προβιβάζεται, εἴτε καὶ εἰς ἀλλοίαν χειροτονίαν ἢ καὶ ἡγουμενείαν ἐγκρίνεται, μὴ δίχα τῆς τοῦ Λατίνου εἰδήσεως τῇ προσφόρῳ ἀξίᾳ ὁποιονδήτινα ἐγκαθίστασθαι. τοῦτο δὲ χάριν αἰσχροκερδείας καὶ μόνης ἀπαιτεῖν τοὺς Λατίνους διεμαρτύροντο. τρίτον ἐπὶ τούτοις ἐπήγαγον, τὸ τοὺς Ῥωμαίους κρίνεσθαι μὲν παρὰ τοῖς οἰκείοις ἐπισκόποις ὅτε δεήσειεν. εἰ δ' ἴσως τις τῶν κρινομένων θελήσειε πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον τῶν Λατίνων, ὡς δῆθεν βαρυνόμενος ἐκκαλέσασθαι, εἴτε ἱερωμένος ἐστὶν, εἴτε λαϊκὸς, ἵνα παρ' αὐτῷ ἡ ὑπόθεσις ἀνακρίνηται. Ἐπὶ τούτοις ἡ μετριότης ἡμῶν συνδιασκεψαμένη μετὰ τῆς τῶν ἀδελφῶν ὁμηγύρεως, καὶ τῆς ἀποφαντικῆς ἀπαρχομένης ἀπαγγελίας καὶ τὰ δόξαντα διασαφοῦσα, οὕτως εἴρηκε.

Πάντας μὲν ἱεροὺς κανόνας, πάσας θείας παραδόσεις, πάντα σεβάσμια ἔθιμα τῆς καθ' ἡμᾶς πανευσεβοῦς ἐκκλησίας, στέργειν καὶ φυλάττειν ἀπαράτρωτά τε καὶ ἀπαρεγχείρητα καὶ χειρὶ καὶ γλώττῃ διεβεβαιωσάμεθά τε καὶ εἰσέτι διαβεβαιούμεθα, τῇ Χριστοῦ τῇ χάριτι πεποιθότες. Οὕτω γὰρ ἤδη καὶ ἐνεγραψάμεθα καὶ ὡμολογήσαμεν, καὶ καθ' ἡμέραν ὑπὲρ τούτων ἀγωνιζόμεθα καὶ εὐχόμεθα, ὅπως αἵ τε χεῖρες, ἥ τε φωνὴ τοῦ πατριάρχου εἶεν Ἰακὼβ, τοῦ καὶ πρὸ γεννήσεως ἀγαπηθέντος ὑπὸ Θεοῦ. ὅπου δέ γε οὐκ ἐπισείεταί τις ἀθέτησις τῶν κανόνων, τῶν παραδόσεων, τῶν ἐθίμων, αὐτῆς τῆς πίστεως, εἴ τι που κατὰ μεθόδους καὶ ἀπροσκόπτως τῇ ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ μετελθεῖν δυνήσονται οἱ Κύπριοι ἐπίσκοποι, καὶ ἐκ τοῦ δοκεῖν ὑποπίπτειν, κατασπεύσαντες ταῖς ἀληθείαις τὰς ἑαυτῶν ὑποστηρίξαιεν ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἀπειλουμένης ψυχολέθρου συντριβῆς ἀπαλλάξαιεν, συγγνωστέον ἂν οἶμαι τῆς τοιαύτης οἰκονομίας, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ὑποκρίσεως, καὶ * ἀκαταιτίατον λογισθήσονται, τὸν μέγαν Παῦλον εἰς τοῦτο συνήγορον ἔχοντες. * ἀκαταιτίατοι.

Ἐπεὶ οὖν οὕτως ἡ τῆς ἡμῶν μετριότητος διάγνωσις ἀπηγγέλλετο, καὶ παρῆν τηνικάδε πλῆθος οὐ μέτριον τῶν τῆς Κωνσταντίνου θρεμμάτων, τριχθὴ δεδασμένον. εἰς κληρικοὺς, εἰς μονάζοντας, εἰς λαϊκούς· τῶν μὲν ἤδη καὶ δεδιωγμένων ἐκεῖθεν, καὶ μητέρα ταύτην τὴν Κωνσταντίνου φημὶ μεμισηθέντων διὰ

ANNO CHRISTI

διὰ τὴν πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα τελείαν ἀγάπησιν A καὶ ὁμολογίαν, ἱδρῶσι σεμνυνομένων. τῶν δ' αὖθις, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον, ἐπὶ τὴν μητέρα ἀναστρεψάντων, καὶ ταῖς γηραιαῖς αὐτῆς καὶ πτωχικαῖς ἀγκάλαις καὶ ἔτι ἐνθαλπομένων. οἱ τοιοῦτοι τὴν καρδίαν ἐκζέσαντες ὑπὸ τῶν πυρανθράκων τοῦ ζήλου, καὶ πῦρ οἱονεὶ πνεύσαντες, τὸν λόγον σφοδρυνόμενοι, πρὸς ἡμᾶς ἀπετείνοντο.

Λαμψάτω λέγοντες τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· μὴ μόνον ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐκ τῶν λόγων αὐτῶν. καὶ σκοτεινὸν μηδὲν μηδὲ ἀσαφὲς ταῖς ὑμετέραις διαγνώσεσιν ἐγκρυπτέσθω. ἐμάθομεν ἀφ' ὧν ἐπάθομεν, τὴν Λατινικὴν δολοπλοκίαν. ἡμεῖς ἀρκούντως αὐτοῖς συνεπλάκημεν, πολὺν ἀνέτλημεν B κάματον, ἐγκαρτερήσαντες φυλακαῖς, τῆς ἐνεγκαμένης ἀπελαθέντες, ἐξυβρισθέντες εἰς τὸ τοῦ πώγωνος σέμνωμα· κἀκ τούτων πάντων, τὰς αὐτῶν ῥᾳδιουργίας ἐκμεμελετήκαμεν ἀκριβῶς. Λατῖνοι ἄλλα μὲν βάζουσιν, ἄλλα δ' ἐν φρεσὶ κεύθουσι. χερσὶ χεῖρας ἐμβαλεῖν ἀπαιτοῦσι, τὰς ἡμετέρας ταῖς ἑαυτῶν, καὶ τοῦτο παντάπασιν ἀκαταιτίατον καὶ ἀνεπίληπτον ἰσχυρίζονται. τὸ δέ, οὐδέν τι ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἡ πατροπαραδότου πίστεως προδοσία, καὶ χειραγωγία πρὸς ὑποταγὴν τῆς σφῶν ἐκκλησίας, καὶ εἰς πάνθ' ὅσα τὰ τῆς γηραλαίας εἴθισαι Ῥώμης παραληροφρονήματα.

Οἷα γὰρ ἀεὶ πολέμοις ἀναστρεφόμενοι, καὶ καθαρῶς τυγχάνοντες ἀρειμάνιοι πάντες ὁμοῦ λαϊκοί τε καὶ C ἱερεῖς αὐτῶν, καὶ ἔθιμα τῶν πολέμων ἠκριβωθέντες, καὶ τοῦτ' αὐτὸ τὸ διδόναι χεῖρας, σημεῖον ἥττης καὶ παντελοῦς δουλοσύνης νομίζουσιν ὡς ἐν ταῖς μάχαις εἰώθασιν οἱ ἁλισκόμενοι δρᾶν. παρακαλοῦμεν οὖν ἐντεθῆναι ῥητῶς ταῖς συνοδικαῖς διαγνώσεσι, καὶ τὸ μηδὲ χεῖρας δοῦναι τοῖς Ἰταλοῖς τοὺς Κυπρίους. εἰ καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀμνημόνευτον παρατεθεώρηται τοῦτο. εἰ γὰρ μὴ οὕτω γενήσεται, κίνδυνος προφανὴς τὴν τετράγωνον καὶ στερεὰν καὶ δίχα ψόγου τῶν πρὸ σοῦ ἀρχιερέων οἰκοδομὴν ἄρτι καταπεσεῖν, ἣν ἐκεῖνοι συχνοῖς ἱδρῶσι καὶ ἐργομοχθίαις μακραῖς ἀνεδείμαντο, ἐπερείδοντες καθεκάστην ἡμᾶς ταῖς νουθεσίαις αὐτῶν, καὶ τῷ D θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων ἑδράζοντες, καὶ μὴ δεδοικέναι τοὺς τῶν πειρασμῶν ποταμούς, μηδὲ τοὺς ἀνέμους ὑποτιθέμενοι.

Ταῦτα τοῦ παρεστηκότος φιλευσεβεστάτου λαοῦ θερμῷ τῷ ζήλῳ πρὸς τὴν ἡμῶν ἀποτεινομένου μετριότητα προκαθημένην συνοδικῶς, ἡ μετριότης ἡμῶν συνιδοῦσα, ὡς ἐνταῦθα ὁ τῆς οἰκονομίας λόγος οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται. καὶ ὡς οὐ μόνον οὐκ εὐθυπλοεῖ αὐτὴ πρὸς τὴν περιώνυμον Κύπρον ναυαγοῦσαν ἤδη διασώσασθαι, ἐνδιδοῦσα τὸν πόδα κατὰ νόμους ναυτιλικούς, καὶ τὸ ἱστίον βάπτον ἀποχαυνοῦσα. ἀλ- E λά γε δὴ καὶ τοὺς τῆς οἰκείας * φροντίδος ἐπιβάτας στασιαστὰς ἐργάζεσθαι κινδυνεύει. καὶ ὡς μὴ ἀρκούντων εἰς κάκωσιν τῶν ἔξωθεν πειρατῶν, καὶ αὐτοὺς καθ' ἑαυτῶν ἐκπολεμῶσαι τοὺς συμπλωτῆρας φόβος οὐκ ἀξυμφανής. πρὸς τοὺς Κυπρίους ταῦτα ἐξεῖπε. Παῦλος τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα, διὰ τοῦ ἐμοῦ στόματος γνωμοδοτεῖ, καὶ πρὸς τὴν ὑμῶν ἐρώτησιν ταυτὶ ἀποκρίνεται. παρακαλῶ ὑμᾶς ἀδελφοί, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι, τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ. καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας, ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. ἀρκῶσα πάντως ἡμῖν

* φορτίδος

A patrem caritatem & confeſſionem, qui & ſudoribus laboribuſque ſuis decorabantur; alii rurſus, tamquam *ablactatum*, ad matrem redierunt, (matrem dico hanc Conſtantini urbem) adhucque anilibus & inopibus ejus ulnis confoventur. Hujuſmodi homines corde ex ignitis zeli carbonibus fervidi, ac velut ignem ſpirantes, acri voce uſi, in nos contendebant.

Dicentes; Luceat lux veſtra coram hominibus non ſolum ex operibus, ſed & jam ex ipſis verbis; nihilque tenebroſum aut obſcurum in veſtris decretis occultetur. Ex iis quæ perpeſſi ſumus, Latinorum fraudes didicimus Nos abunde cum iis congreſſi ſumus, mul- B tum laboris toleravimus, perdurantes in carceribus, a patria expulſi, in barbæ decus contumelia affecti; atque ex iis omnibus, plene illorum fallacias edocti ſumus. Latini alia quidem loquuntur, alia vero in mentibus occulunt. Poſtulant ut manibus manus injiciantur, noſtræ ſuis, idque omnino extra culpam & reprehenſionem eſſe aſſeverant. Cum hoc nihil aliud ſit, quam fidei a majoribus traditæ proditio, & manuductio ad obedientiam illorum eccleſiæ exhibendam, atque ad omnia plane deliramenta, quæ in ſenili Roma uſurpantur.

Nam, utpote ſemper in bellis verſati, quique ſint plane Martii cuncti, laici ſimul & C ſacerdotes eorum, atque bellorum inſtituta probe noverint, id ipſum, tradere manus, cenſent eſſe ſignum devictionis & omnimodæ ſervitutis; quemadmodum in præliis ii facere ſolent qui ſuperati fuerunt. Hortamur ergo ut ſynodicis decretis hoc etiam expreſſe inſeratur, ne Italis Cyprii manus tradant; licet res non digna viſa fuerit, cujus per ſacros canones mentio fieret. Nam niſi ita fiat, apertum periculum eſt, ut mox concidat quadrangulum firmumque ac irreprehenſibile pontificum, qui te præceſſerunt, ædificium, quod illi permultis ſudoribus longiſque operum laboribus conſtruxerunt, quotidie ſuis nos firmantes monitis, & ſuper Apoſtolorum funda- D mentum ſtabilientes, neve tentationum fluvios ac ventos timeremus adhortati.

Quæ cum adſtans piiſſima plebs, fervido zelo proſequeretur ad noſtram mediocritatem ſynodo præſidentem, conſpiciens mediocritas noſtra, quod hic œconomiæ ratio juvaret nihil, ſed magis fieret tumultus; quodque non modo non recta ipſa ad ſervandam percelebrem Cyprum jam naufragium facientem tenderet, dum, juxta nauticas leges, pedem E refert, velumque intinctum laxat; etiam periculum eſſet, ne propriæ navis vectores compelleret ad ſeditionem; quaſi ad vexationem non ſufficerent externi piratæ, aperte metuendum eſſet, ne ipſos inter ſe committeret navigationis ſocios; hæc ad Cyprios prolocuta eſt: Chriſti os Paulus, per os meum profert ſententiam, atque ad interrogationem veſtram, iſta reſpondet; *Rogo vos, fratres, ut obſervetis eos qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt & declinante ab illis. Hujuſmodi enim Chriſto Domino non ſerviunt, ſed ſuæ nequitiæ; & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium.* Nobis omnino ſufficit hæc defenſio, & ad interroga-

tionem aptiſſime ſe habet, abundeque poteſt A id quod utile futurum eſt edocere.

ANNO CHRISTI ....

Vos autem, o fratres in Chriſto Cyprii, imitatores ſitis Conſtantinopolitanæ eccleſiæ; hujus paſtores imitentur qui Cypri paſtores ſunt; ſermonum fiſtula indeſinenter inſufflantes & allicientes canticis adhortatoriis & ſalutaribus. Cyprii greges, Conſtantinopoleos pecora æmulentur. Hæc quippe longo intervallo a paſtoribus diſſita, cum immanibus lupis communem paſtum habentia, capillatum barbæ ornamentum detonſa, & carnibus conciſa, fidei ſigillum ab inſidiis tutum ſervarunt, lupoſque fruſtra hiantes arguerunt. Quod ſi ex iis nonnulli, perpaucî numero, B alicujus ſcabiei, vel etiam rabioſi morſus participes fuerint, verum ad *reſinam in Galaad*, & ad ſpiritales hujuſce loci medicos accurrerunt; per quos & ad priſtinam redierunt ſanitatem, non minorem, ac illæſi invulneratique laudem ipſi quoque conſecuti, ob ſuæ infirmitatis agnitionem, & quod velociter medelam quæſierint.

Itaque ſi etiam contigerit, ut paſtores Cyprii cum lupis congreſſi, & pro ovilibus ſuis pugnantes, eorumque ſalutis curam gerentes; nonnihil labaſcant, paullumque cedant, quod abſit, hortamur eos, ne ſtatim in deſperatio- C nem incidant, neve ſalutis ſpem conjiciant, neque iniquitatem iniquitati adjungant, & in deterius progreſſum apprehendant, miſceantur cum gentibus, earumque diſcant opera; ſed confeſtim a lapſu erigant ſeſe, & ad medicum recurrant. Atque hæc quidem ad hunc modum.

Cæterum quod ſpectat ad duo alia capita; videlicet, Ne citra Latinorum notitiam quilibet in congrua ſibi dignitate ſpiritali conſtituatur, & ne Romani ſive clerici ſive laici prohibeantur ad Latinos appellare, in contentionibus vehementiorum negotiorum, ſi putaverint ſe a gentis ſuæ judicibus injuria af- D fici; ea noſtræ mediocritati videntur. indifferentia, aperteque ob ſolam turpis lucri comparationem a Latinis requiſita. Non parvus enim illis inde quæſtus exhibetur. Atque mediocritas noſtra hoc Cypriorum paſtoribus conſilium dat, ut in quibuſcumque Latini pervicaces contentioſique apparebunt, cupiditate capturæ ac emolumenti, in iis cedant; nec ipſis obluctentur. Eſt quippe res laude digna corporali detrimento lucrum animæ comparare; quemadmodum cum æreis compenſare aurea. Forſitan enim poſtquam manus pecuniis repleverint, eos abſolvent a petita manuum traditione; illorumque manibus pondere de- E preſſis, hiſce licebit ſanctas manus elevare ad Deum, & abſque ullo aſtu & præjudicio ſacra celebrare myſteria.

Iſta deſumpta e diurnis ſynodorum annotationibus, & per ſubſcriptionem ſigillumque reverendiſſimi ſanctiſſimæ Dei magnæ eccleſiæ Chartophylacis Theodori Stilbe confirmata, data ſunt menſe, & indictione ſupra ſcriptis, anno 6731.

A ἡ ἀπολογία, ϗ ἁρμοδιωτάτως πρὸς τὴν ἐρώτησιν, ϗ ἱκανῶς ἔχουσα τὸ συνοῖσον ἀναδιδάξαι.

ANNO CHRISTI ....

Ὑμεῖς δὲ ὦ κατὰ Χριστὸν ἀδελφοὶ Κύπριοι, μιμηταὶ γίνεσθε τῆς τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας. τοὺς αὐτῆς ποιμένας, οἱ τῆς Κύπρου ποιμένες μιμείσθωσαν. τῇ τῶν λόγων ἀπαύστως ἐμπνέοντες σύριγγι, ϗ ἀνακλητικὸν ἐπᾴδοντες ϗ σωτήριον. τὰ Κύπρια ποίμνια, * τῆς τῶν Κωνσταντίνου ζηλούτωσαν θρεμμάτων. (* τὸν τῆς) ϗ γὰρ ταῦτα τοῖς μακροῖς ὅροις τῶν ποιμένων διεστηκότα, ϗ λύκοις δεινοῖς συμβοσκόμενα, ϗ τὸ πεξηχωμένον τοῦ πώγωνος κειρόμενα κόσμημα, ϗ κρεουργούμενα, ἀνεπιβούλευτον τὴν σφραγίδα τῆς πίστεως διεφυλάξαντο, ϗ τοὺς λύκους χανόντας μάτην ἀπήλεγξαν. B εἰ δέ τινες ἐξ αὐτῶν σφόδρα ὀλίγοι ψώρας τινὸς μετέσχον, εἰ ϗ λυσσώδους τοῦ δήγματος, ἀλλὰ ταχέως πρὸς * τὴν ἐν Γαλαὰδ, ϗ τοὺς ἐν τῷδε τόπῳ πνευματικοὺς ἀκέστορας * ὑπανίστανται. (* ῥητίνην) (* ὑπανέστησαν) παρ' ὧν ϗ πρὸς τὴν προτέραν ἐπανῆλθον ὑγίειαν. οὐκ ἔλαττον τῶν ἀβλαβῶν ϗ ἀτραυματίστων ϗ οὗτοι ἐπαινεθέντες, διὰ τὴν τῆς οἰκείας ἀσθενείας ἐπίγνωσιν, ϗ τὸ ζητῆσαι ταχέως τὴν ἴασιν.

Καὶ τοὺς Κυπρίους τοιγαροῦν ποιμένας, εἰ συμβήσεται τοῖς λύκοις συμπλεκομένους, ϗ τῶν οἰκείων ὑπερμαχοῦντας ποιμνίων, ϗ τῆς αὐτῶν φροντίζοντας σωτηρίας, ὑποκλάσαι τι ϗ ὑποδῦναι μικρὸν, C ὅπερ ἀπείη, παρακαλοῦμεν μὴ εἰς ἀπόγνωσιν εὐθὺς ἐμπεσεῖν. μηδὲ ἀπελπίσαι τὴν σωτηρίαν, μηδὲ ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν προσθεῖναι, ϗ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀσπάσασθαι προκοπὴν, ϗ μιγῆναι τοῖς ἔθνεσι, ϗ μαθεῖν τὰ ἔργα αὐτῶν. ἀλλ' εὐθὺς ἀνανεῦσαι τοῦ πτώματος. ϗ πρὸς τὸν ἰατρὸν ἐπαναδραμεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως.

Τὰ μέντοι ἕτερα δύο κεφάλαια. τὸ μὴ δίχα δηλαδὴ τῆς τῶν Λατίνων εἰδήσεως, τῇ προσφόρῳ πνευματικῇ ἀξίᾳ ὁποιονδήποτε ἐγκαθίστασθαι. ϗ τὸ μὴ κωλύεσθαι τοὺς Ρωμαίους, εἴτε ἱερωμένοι εἰσὶν εἴτε λαϊκοὶ, ἐγκλητεύειν πρὸς τοὺς Λατίνους, ἐν ταῖς περὶ βιαιοτέρων πραγμάτων φιλονεικίαις οἰο- D μένους παρὰ τῶν ὁμογενῶν κριτῶν ἀδικεῖσθαι. ἀδιάφορα δοκεῖ τῇ ἡμῶν μετριότητι, ϗ διὰ μόνην φανερῶς αἰσχροκέρδειαν τοῖς Λατίνοις ζητούμενα. οὐ μικρὸς γὰρ ἐντεῦθεν αὐτοῖς ὁ χρηματισμὸς ἀναφαίνεται. ϗ ἡ ἡμῶν μετριότης συμβουλεύει τοῖς τῶν Κυπρίων ποιμέσιν, ἐν ὅσοις ἐνστατικοί τινες ϗ φιλόνεικοι φαίνονται οἱ Λατῖνοι ἐφέσει λημματισμῶν, ἐνδιδόναι τούτοις, ϗ μὴ ἀνθίστασθαι. ἐπαινετὸν γὰρ σωματικῆς ζημίας, ψυχικὸν ἀλλάττεσθαι κέρδος. καθάπερ ϗ τὰ χαλκεῖα ἀντιμείβεσθαι χρύσεα. ἴσως γὰρ πληρώσαντες χρημάτων τὰς χεῖρας, ἀπολύσουσι τούτους τῶν τῆς χειροδοσίας ζη- E τήματος. κἀκείνων κατασπασθεισῶν κάτω τῷ βάρει, ἐξέσται αὐτοῖς ὁσίας χεῖρας ἐπαίρειν πρὸς τὸν Θεὸν, ϗ δίχα σκανδάλου τινὸς ϗ προκρίματος, τὰ τῆς ἱεροτελεστίας ἀποπληροῦν.

Ταῦτα παρεκβληθέντα ἀπὸ τῶν ἡμερησίων * συνόδων παρασημειώσεων, ϗ τῇ * γραφῇ καὶ σφραγίδι τοῦ τιμιωτάτου χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας Θεοδώρου τοῦ Στιλβῆ βεβαιωθέντα, ἐπεδόθη μηνὶ ϗ ἐπινεμήσει * τῆς προγεγραμμένης, ἔτους ϛψλα.

(* συνοδικῶν) (* ὑπογραφῇ) (* τῆς γεγραμμένης)

ANI-

# ANICIENSE CONCILIUM

*In cauſa Electenſium Monachorum de hæreſi accuſatorum,*

Anno 1222. habitum.

ELectenſis in diœceſi Narbonenſi abbas Roſo A
hæreſis ſuſpicionem incurrerat; cujus judi-
candi cauſa Conradus Portuenſis epiſcopus A.
S. L. concilium indixit Anicium. Extant indi-
ctionis hujus litteras in Gallia Chriſtiana nov.
edit. tom. VI. pag. 110. in append. ex qua hic
deſcribo. Quanquam vero non conſtat ibi con-
cilium litteris illis indictum reipſa conveniſſe;
illud tamen ea de cauſa habitum diſcimus ex
epiſtola ejuſdem Conradi ad capitulum Narbo-
nenſe, aliiſque ejus ad Honorium III. litteris,
in quibus poſtremis Electenſem abbatem anathe-
mati tradidiſſe ſe, & monaſterium ipſum capi-
tulo Narbonenſi conceſſiſſe *de conſilio plurium
prælatorum ſibi adſiſtentium*, affirmat. Cum ve-
ro nihil dicat de loco habiti concilii, nonniſi B
per conjecturam, certe non inanem, Anicium
aſſigno. Habent ex his lectores concilii cau-
ſam, habent & locum; nunc vero dare juvat
litteras Conradi de concilii indictione, & utram-
que ejus tum ad capitulum Narbonenſe, cum
ad Honorium pontificem epiſtolam. Porro ex
litteris Honorii, ibidem in Gallia Chriſtiana
relatis, acta omnia in ea Electenſi cauſa pon-
tificem rata habuiſſe conſtat; nec niſi ab Ho-
norii ſucceſſore Gregorio IX. Monachos jure
poſtliminii reſtitutos ex litteris Gregorii, ibi-
dem pariter legendis, diſcimus.

## CONRADI PORTUENSIS EPISCOPI

A. S. L. epiſtola ad Capitulum Narbonenſe, ut ad ſynodum Anicienſem ablegatos ſuos admittant.

*C. Miſeratione divina Portuenſis & ſancta Rufinæ epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto in Chriſto capitulo Narbonenſi ſalutem in Chriſto Jeſu.* D

AUctoritate legationis, qua fungimur, vobis mandamus, quatenus mittatis nobis aliquos veſtrum pro univerſitate capituli apud Anicium octavo calendas Auguſti, ubi ſumus cum prælatis colloquium habituri: ibidem enim, Deo dante, ordinabimus de abbatia Electenſi ad honorem Dei & utilitatem eccleſiæ Narbonenſis: tibi vero de Yſarno de Conchis mandamus, quod decreta * noſtra quæ habet ſcriptor apud E Narbonam nobis afferas; quidquid enim ibi tradideris, tibi reddemus in continenti.

* veſtra

Datum apud Divionem octavo calendas Julii.

## CONRADUS PORTUENSIS EPISCOPUS

tradit monaſterium Electi capitulo Narbonenſi.

*C. Miſeratione divina Portuenſis & S. Rufinæ epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, cariſſimæ in Chriſto univerſitati capituli majoris eccleſiæ Narbon. ſalutem in Chriſto Jeſu.*

NIſi funeſtiſſima proditorum negotii fides & pacis ſcelera ibi potiſſimum graviore pœna plecterentur, ubi multis graſſantibus opus eſt exemplo; profecto eccleſia Dei, quæ dudum etiam pleriſque columnis ſuis nutantibus in par- B tibus Albigen. eſt concuſſa, ita in horrendum præcipitium corruiſſet, ut vix aut nunquam ſub diluvio tam inundantium infidelitatum, ſcelerum & proditionum adjicere poſſet ut reſurgeret aut vigeret; per quod rationis ſuadela perorat ut tanto in prædicto negotio bene meriti ſint ampliori remuneratione donandi, quanto pro fide Chriſti indefeſſe & conſtantius ſe variis jacturis & periculis expoſuerunt, quatinus ceteros & pœna terrens a malivolo propoſito revocet, & beneficia demulcentia alios provocent ad ea quæ expediunt negotio memorato. C Cum igitur Boſo quondam abbas Electenſis inveteratus dierum malorum cum quibuſdam monachis ſuis in nerviculos teſticulorum Leviathan perplexis villam Electenſem inimicis Chriſti machinatione prodiderit inaudita, arma portans uſque in hodiernam diem contra eccleſiam Dei; ita etiam quod idem Boſo hæreticos induxerit hodie in eadem villa publice prædicantes; nos illos peſtiferos, non monachos, ſed dæmoniacos ſolemniter degradatos tradidimus Satanæ tanquam proditori Judæ in ſceleribus adæqua- D tos; ſtatuentes ut de cætero a villa prædicta monachi perpetuo excludantur, & quia vos viriliter & plena devotione in negotio præſtitiſtis prædicto multa damna, injurias & pericula hilariter perferentes; ſed & quia nihilominus tota univerſitas tam civitatis quam burgi Narbonenſis multum efficaciter in eodem & pro eodem negotio laboravit; monaſterium Electenſe cum omnibus ſuis pertinentiis vobis ſubjicimus, concedimus & conferimus cum ipſa villa Ele- E ctenſi, & pertinentiis ejuſdem villæ, reſervata vobis plene & integre ordinatione in monaſterio & villa prædictis facienda de clericis & capellanis ac dignitatibus loco monachorum ejectorum; & nihilominus de conſenſu capituli veſtri, reſervato nobis ut poſſimus ordinare ea quæ vidimus expedire ad utilitatem & honorem capituli veſtri de proventibus & redditibus monaſterii & villæ prædictorum, eo quod vos ſitis pauperes, redditibus non abundantes, & pro negotio memorato exhauſti. Hanc igitur collationem liberaliter a nobis factam ſuſcipiatis præſentis ſcripti patrocinio & ſigilli noſtri munimine roboratam. Si quis autem huic collationi noſtræ liberaliter factæ a nobis contraire præ-

ſum-

ANNO CHRISTI 1222.

ſumpſerit, indignationem Dei omnipotentis, & A noſtram, necnon & excommunicationis ſententiam, niſi monitus deſiſtere voluerit, ſe noverit incurriſſe.

Datum apud Savinlacum anno Dom. MCCXXII. XVI. cal. Octob.

## EPIST. CONRADI PORTUENSIS EPISC. AD HONORIUM PAPAM.

De meritis eccleſiæ Narbonenſis in cauſa Albigenſium, & de collatione ipſi facta abbatiæ Electenſis.

*Sanctiſſimo in Chriſto patri & domino amantiſſimo H. altiſſima providentia ſummo Pont. C. ejuſdem miſeratione Portuenſis & S. Rufinæ epiſcopus, devota ſanctorum pedum & manuum oſcula, cum ſalute.*

INter omnes eccleſias ſola Narbonenſis fidelius, firmius & efficacius negotio fidei & pacis aſtitit; nulla pericula, nulla diſpendia, dum in ipſo laboraret negotio, præformidans, ſed quibuſcunque modis hucuſque potuit, verbis & operibus ſe totam exhauſit pro negotio Jeſu Chriſti, & tanquam una de fortioribus baſibus eccleſiæ Romanæ, onera, pondus, & preſſuras perſeveranter & infatigabiliter ſupportavit; apoſtolicam ſedem in ſuis legatis, & ſpecialiter in perſona noſtra tot honoribus & commoditatibus præveniens, ut credi debeat eam potius eſſe Romanam quam Narbonenſem. Cum enim inimicorum proditionibus invaleſcentibus nos turpiter, & ultra quam opinari poteſt; nefarie ejecerint Biterrenſes, ita ut jam facti fuiſſemus profugi ſuper terram, ſola Narbona nobis humanitatis reclinatorium expandit, per eam uſque ad eam vias maris ineuntes, non invenientes ut caput noſtrum alibi reclinaremus. Nos igitur conſiderantes merita fere inrecompenſibilia eccleſiæ Narbon. puduit nos eam remunerare juxta meritum non poſſe; præſertim quia in fruſtratione ſui meriti aliæ eccleſiæ cito teperent, & in ejuſdem remuneratione ad ſanctæ matris eccleſiæ ſubſidium provocarentur; eo etiam flagrantiori deſiderio & majoris pietate compaſſionis ad ejus remunerationem anhelamus, quo in majori patientia & hilariori exhibitione ſua devotio radicata, in omnibus anguſtiis & oneribus ſuis nullatenus ſuſtinuit murmur aut querimoniam reſonare. Porro dum multi libraminis examine in ejus remunerationem incendemur, contulimus eccleſiæ Narbonenſis capitulo monaſterium Electenſe cum omnibus ſuis pertinentiis: nos enim de conſilio plurium prælatorum tunc nobis aſſiſtentium degradavimus abbatem Electenſem, & quoſdam monachos complices ſuos ſolemni ſententia & legitima lata contra eos tanquam in negotio fidei & pacis nefandiſſimos proditores & manifeſtos hæreticorum fautores; & deinde per omnia nobis & eccleſiæ ſanctæ Romanæ contumaces & rebelles: quia etiam religionis diſſolutio deformiter & dudum regnaverat ibidem, & quia eccleſiæ Dei conſultum eſſe videbatur, ſi poſteritati dictorum ſceleratorum damnationis perpetuum memoriale relinqueretur ad deteſtationem tantæ perverſitatis & tantæ præſumptionis temeritatem refrænandam; non ſolum de generali poteſtate nobis injuncta, ſed etiam de ſpeciali auctoritate, quam nobis gratia veſtra conceſſit, ſtatuendum duximus, ut de cætero capitulum Narbonenſe, in quod memoratum monaſterium pleno jure transtulimus; per clericos ibidem rite ordinandos tam ſpiritualia quam temporalia ibidem faciant miniſtrari. Ad majorem autem cautelam, indulgentiam gratiæ veſtræ præſentibus duximus inſerendum in hæc verba:

*Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri C. epiſcopo Portuenſi apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

CUm in terra legationis tuæ multi ſint, ſicut accepimus, ſolo nomine regulares, per quorum perverſitatem eccleſiæ in quibus conſiſtunt, fere penitus in ſpiritualibus & temporalibus ſunt collapſæ, B collocandi eos in aliis locis ad pœnitentiam peragendam, ac ordinandi eaſdem eccleſias de perſonis regularibus, ſeu etiam ſecularibus, prout penſatis locorum & temporum circumſtantiis videris expedire, liberam tibi concedimus auctoritate præſentium poteſtatem.

Datum Viterbii idus Decembris pontificatus noſtri anno quarto.

Sanctitatis igitur veſtræ gratiam, quæ nunquam nobis defuit, ſemper profuit, una cum eccleſia noſtra Narbonenſi ſuppliciter exoramus, quatinus prædictas donationem & conſtitutionem noſtram ratam habentes approbetis & confirmetis, ut per hoc humilium devotio ſanctæ C Romanæ eccleſiæ in ſuis negotiis fiat paratior ad obſequendum, & rebellium contemptus ex aliorum caſtigatione debita refrænetur. Ut autem ſalva pace veſtra loquamur, opprobrio ſempiterno noſtram credimus confundi perſonam, ſi in hac noſtra petitione nos, quod abſit, contigerit pati repulſam. Mittimus autem ad pedes ſanctitatis veſtræ cariſſimos nobis in Chriſto viros diſcretos, fideliſſimos negotii fidei & pacis zelatores, N. de Conchis archidiaconum, & Stephanum Johannini canonicum eccleſiæ Narbon. ut & nos & capitulum prædictum in prædictis aliis negotiis ſuis dignemini efficaciter exaudire: eorum ſiquidem abſentia nobis & negotio Jeſu Chriſti eſt damnoſa, & præſentia D plurimum fructuoſa. Conſervet vos Altiſſimus eccleſiæ ſuæ ſanctæ.

## EJUSDEM CONRADI LITERÆ ENCYCLICÆ.

Abbas Electenſis & monachi propter crimen hæreſeos a monaſterio ejiciuntur, & in eorum locum ordinantur canonici duodecim.

*Conradus miſeratione divina Portuenſis & S. Rufinæ epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino.*

E

EX injuncto nobis legationis officio circa ordinationem eccleſiarum quadam ſpeciali prærogativa ſumus omnimodis obligati; ſpecialius tamen circa eccleſiam Electenſem, quam propter delictum abbatis monachorum, qui relicta ſinceritate fidei Chriſtianæ hæreticis & eorum fautoribus adhæſerunt, contulimus juribus & pertinentiis ſuis dominio & juriſdictioni ſpirituali & temporali eccleſiæ Narbonenſis perpetuo poſſidendam, quam ipſam circa negotium pacis & fidei ſemper firmam & ſtabilem invenimus ac devotam: quam collationem domnus pa-

ANNO CHRISTI 1222.

papa Honorius poſtmodum confirmavit. Ad ho- A
norem igitur ſanctæ & individuæ Trinitatis, &
ſanctæ Romanæ eccleſiæ ita duximus ordinan-
dum. Volumus & ſtatuimus, ut de cætero in
ipſa eccleſia Electenſi ſint duodecim canonici
continue reſidentes, videlicet ſex presbyteri,
duo diacones, duo ſubdiaconi, & duo acoly-
thi, quorum quilibet decem Melgorienſium,
modo currentium, pro victu & veſtitu perci-
piat annuatim, quos præcipimus & mandamus
in una domo comedere, & in uno dormitorio
jacere, & habitare infra clauſtrum præfatæ do-
mus, & haberc hortum & viridarium quondam B
monachorum. Statuimus etiam, ut quicumque
fuerit archidiaconus Narbonenſis ſit præpoſitus
ipſius eccleſiæ, & præſideat in omnibus ſpiri-
tualibus & temporalibus, & habeat pro benefi-
cio quidquid ex juriſdictione villæ Electenſis &
aliarum villarum ad eandem eccleſiam perti-
nentium obvenerit; inſtitutionem canonicorum
& correctionem habeat ipſe præpoſitus, obedien-
tiam & reverentiam faciant dicti canonici præ-
poſito memorato vacante vero præpoſitura caſu
quolibet contingente, archidiaconus Redenſis,
qui pro tempore fuerit, ipſam præpoſituram re-
gat, teneat & conſervet, quouſque fiat archi- C
diaconus in eccleſia Narbonenſi, ut ſic de cæ-
tero ſint viginti, & percipiant omnes redditus,
proventus & obventiones quaſcumque poterunt
ex eadem eccleſia Electenſi & ejus appendiciis;
exceptis prænominatis beneficiis & redditibus duo-
decim canonicorum & præpoſiti, & eos æquali-
ter dividant inter ſe: archidiaconus tamen du-
plicem recipiat portionem; excipimus etiam cen-
tum libras prædictæ monetæ, quas volumus cel-
larium ſancti Juſti habere, de quibus dabit qua-
draginta ſolidos annuatim unicuique hebdoma-
dariorum inſtitutorum ab archiepiſcopo vel ca-
pitulo: volumus etiam ut ex prænominatis duo-
decim conſtituatur unus ſacriſta, qui oblationes
& mortuaria recipiat, & medietatem habeat ad
incenſum, pullationem campanarum, & lumi-
naria eccleſiæ procuranda; aliam medietatem
alii duodecim æqualiter dividant inter ſe. Item
ſtatuimus, ut archidiaconus de conſilio capitu-
li S. Juſti conſtituat bajulos & familiam in præ-
nominata eccleſia Electenſi, & prioratibus, &
villis ad ipſam pertinentibus, ſecundum quod
viderit expedire. Ad majorem autem iſtius or-
dinationis firmitatem ſigillum noſtrum apponi
fecimus, contradicentes, ſi qui fuerint, vel re-
belles, excommunicationis ſententiæ ſuppo-
nentes.

Actum anno Domini MCCXXII. ſecundo
nonas Octobris apud Viennam.

# CONCILIUM SLEWICENSE,

## ANNO CHRISTI MCCXXII. CELEBRATUM.

GRegorius tit. S. Theodori Diaconus Cardi-
nalis, & S. R. E. Legatus cum in Da-
niam perveniſſet, Concilio Slevvici celebrato,
inter alia ad reſtitutionem diſciplinæ Eccleſia- D
ſticæ ſtatuta, decrevit, Sacerdotes, & quicum-
que Eccleſiaſtici ordinis eſſent, cœlibes vivere,
ac ne liberi eorum hæreditatem adirent: cum
plurimi, ut rem Sacerdotibus etiam licitam exi-
ſtimatam, matrimonia inirent, eaque de re a
Pontifice, qui hunc abuſum per Epiſcopos au-
ferri curaverat, ad Concilium generale jam an-
te provocaſſent. Hactenus Spondanus ad an.
1221. n. 4. ex Pontano de rebus Danicis l. 6.
qui & notat, hunc Gregorium in Daniam non
perveniſſe, niſi anno 1222. ex breviſſima Hi-
ſtoria Danica Regis Erici, quæ extat in Re-
rum Germanic. tom. edit. Lindenbrog.

ANNO CHRISTI 1223.

# CONCILIUM ROTOMAGENSE.

*Ex mſ. cod. S. Michaelis in periculo maris edidit Beſſin. Conc. Rot.*

ANno MCCXXIII. reſidente glorioſiſſimo pa-
pa *, regnante invictiſſimo rege Franco-
rum Philippo, VI. Kalendas Aprilis, celebra-
tum eſt Concilium provinciale, in ſede Roto-
magenſi, reſidente venerabili Patre * Th. Ro-
tomagenſi archiepiſcopo, præſentibus omnibus
ſuffraganeis ſuis, præterquam domino Conſtan-
tienſi, legitime excuſato: & abbatibus quam-
plurimis, & multis aliis bonis viris diſcretis:
in quo ſtatuta ſunt capitula ſubſcripta & coram
omnibus recitata.

** Deeſt Papæ nomen, qui tunc Honorius III. fuit.*

** Theobaldo*

## I.

Deſiderantes interim invenire per ſingulas
diœceſes quod commendare debeamus, non quod
teneamur emendare, auctoritate ſacri Concilii
Lateranenſis, & hujus ſedis Rotomagenſis, a
ſuffraganeis noſtris, ſicut a nobis, hæc potiſſi-
mum volumus obſervari, quæ in ipſo Concilio
conſtituta noſcuntur, & eorum contingunt of-
ficia, & a nobis ſub quadam brevitate ſunt col-
lecta; ne ipſorum, quod abſit, negligentiam
ſeu defectus, licet invitos, oporteat nos ſup-
plere. Videlicet, ut per ſingulas diœceſes ido- E
neæ ſtatuantur perſonæ, quæ * ſimplici & de
plano inveſtigent, quæ correctione vel reforma-
tione digna ſunt, & ea referant in Concilio
ſubſequenti.

## II.

Singuli epiſcopi viros idoneos ad officium
prædicationis aſſumant, quatenus per totos epi-
ſcopatus ſanctæ prædicationis rota diſcurrat.

## III.

Singuli epiſcopi exceſſus canonicorum eccle-
ſiæ cathedralis corrigant, ſi eadem Capitulum
debuerit, & monitum neglexerit emendare.

## IV.

Singuli ſuffraganei noſtri ſubjecta ſibi mona-
ſteria ſtudeant reformare, & per cenſuram ec-
cleſiaſticam advocatos, patronos, milites, ſeu
quoſlibet alios, compeſcant; ne in perſonis aut
rebus offendant monaſteria: & ſi forſitan offen-
derint, ad ſatisfactionem compellere.

V.

C. ANNO CHRISTI [illegible]

V.

Diſtrictius inhibemus, ne quis in diverſis monaſteriis locum monachi habere permittatur; nec unus abbas pluribus monaſteriis præſidere.

VI.

Clerici qui deprehenſi fuerint vitio incontinentiæ laborare, prout magis aut minus peccaverint, puniantur. Et ſi quis hac de cauſa ſuſpenſus divina celebrare præſumpſerit, ab eccleſiaſticis beneficiis ſuſpendatur, & perpetuo deponatur.

B

VII.

Conſtitutiones quoque contra crapulam, & ebrietatem, & negotiatores clericos & inordinate ſe habentes in divinis officiis, editæ nec non & conſtitutio de honeſtate & ornatu ipſorum, firmiter obſerventur: ita quod ſi decani & capitula, monitione præmiſſa, eam non fecerint a ſingulis de capitulo obſervari; ipſi epiſcopi ſingulos ad obſervationem eorum compellere non poſtponant.

VIII.

Adhuc obſervari mandamus, ut honeſtas eccleſiarum in ornamentis, & vaſis, & cuſtodia chriſmatis & euchariſtiæ diligenter per ipſos obſervari mandetur. Et de ſacerdotibus qui negligens fuerit, puniatur.

IX.

De confeſſione vero facienda proprio ſacerdoti, vel alicui alii de ipſius licentia, & de pœna ſubditorum, qui hæc neglexerint adimplere, de celanda confeſſione, & de pœna illius qui ſigillum confeſſionis infregerit, ſicut ſtatutum eſt, exſecutioni diligenter mandetur.

X.

Tam in cathedralibus, quam in conventualibus eccleſiis viri idonei ordinentur, quos epiſcopi poſſint habere coadjutores & cooperatores in prædicationibus, & audiendis confeſſionibus, & in ceteris quæ ad ſalutem pertinent animarum.

XI.

Epiſcopi quoque tales ad ſacros ordines promoveant, qui commiſſum ſibi officium digne valeant implere; quoniam ſi ignaros & rudes ordinare præſumpſerint; & ordinatores, & ordinati, graviter puniri jubeantur.

XII.

Ad eccleſiaſtica quoque beneficia, prætermiſ-

A ſis indignis aſſumantur idonei, qui Deo & eccleſiæ velint & valeant gratum impendere famulatum, nec aliquis in hoc inveniatur culpabilis; ne per provinciale concilium a conferendis beneficiis ſuſpendatur.

ANNO CHRISTI [illegible]

XIII.

Item filii canonicorum, & maxime ſpurii non canonicentur in eccleſiis ſæcularibus, in quibus inſtituti ſunt patres eorum: ne qui hoc fecerit, a ſuis beneficiis ſuſpendatur.

XIV.

Laici qui de mortuariis, & aliis quæ juri ſpirituali ſunt annexa, ſe præſumunt intromittere, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcantur.

XV.

Illam etiam conſtitutionem cum omni diligentia obſervari volumus & mandamus, quæ ſub pœna definita prohibet, ne quis in aliquem

C excommunicationis ſententiam promulgare præſumat, niſi præſentibus perſonis idoneis, monitionem præmiſerit competentem; nec cauſa cupiditatis aliquis audeat vinculo innodare, vel innodatum abſolvere.

XVI.

Pœnam quoque conſtitutam infligi præcipimus facientibus clandeſtina conjugia: nec non presbytero parochiali, qui tales injunctiones

D prohibere contempſerit, aut eiſdem præſumpſerit intereſſe.

XVII.

Decimæ quoque per diſtrictionem eccleſiaſticam ſolvantur, quæ debentur lege divina, vel loci conſuetudine approbata, & ſolutionem campartorum præcedat ſolutio decimarum; vel ſaltem qui camparta percipiunt, ea decimare cogantur.

XVIII.

Omnes cujuſcumque ordinis regulares de terris alienis & de acquiſitis poſt Lateranenſe Con-

E cilium, illis eccleſiis ſolvere compellantur, quibus antea ratione prædiorum ſolvebantur, niſi cum ipſis eccleſiis aliter compoſuerint.

XIX.

Si quis religioſus abſque abbatis, vel majori parte capituli licentia, pro aliquo fidejubeat, vel mutuum faciat ultra ſummam præfinitam; non ſolvantur a conventu, niſi in utilitatem domus conſtiterit redundaſſe.

CON-

# CONCILIUM PARISIENSE

## A Conrado Sedis Apoſtolicæ Legato adverſus Albigenſes celebratum, anno Domini MCCXXIII.

*Conradus Portuenſis epiſcopus, S. A. L. Senonas concilium adverſus Albigenſium recrudeſcentem hæreſin indixerat, cujus Pariſios transferendi hæc, opinor, cauſa fuit, quod ei Philippus Auguſtus rex intereſſe vellet. Et vero cum eo advenтaret, Meduntæ obiit. De quo ſic Guillelmus Brito. Philippid. lib. XII.*

Sanctorum concio Patrum
Concilium tunc Pariſiis generale tenebat,
Procurante ſtatum eccleſiæ reparare Philippo,
Quem mare perverti citra lugebat & ultra.
Quo ſine cum reliqui nil diffinire valerent,
Quamvis torreret ipſum intolerantia febris
Continuæ, proprio geminata & temporis æſtu;
Communi propriam poſtponens utilitatem,
Pariſios, medicis contradicentibus, ibat:
Paciacoque movens, ad concilium properabat.

*Sed audire ex Matthæo Pariſio juvat, celebrandi concilii occaſionem.* Circa dies iſtos, *inquit*, hæretici Albigenſes conſtituerunt ſibi antipapam in finibus Bulgarorum, Croatiæ, & Dalmatiæ, nomine Bartholomæum. In quibus partibus error ille adeo invaluit, ut etiam epiſcopos, & alios multos regionum illarum, ad ſuam allexerit pravitatem. Contra quem Conradus Portuenſis epiſcopus, & in partibus illis apoſtolicæ ſedis legatus Rotomagenſi archiepiſcopo ſcripſit in hæc verba:

*Venerabilibus patribus, Dei gratia Rotomagenſi archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis epiſcopis, ſalutem in Domino Jeſu Chriſto.*

„ Dum pro ſponſa veri crucifixi veſtrum cogimur auxilium implorare, potius compellimur lacerari ſingultibus, & plorare. Ecce quod vidimus, loquimur: & quod ſcimus teſtificamur. Ille homo perditus, qui extollitur ſuper omne quod colitur, aut quod dicitur Deus, jam habet perfidiæ ſuæ præambulum hæreſiarcham, quem hæretici Albigenſes papam ſuum appellant, habitantem in finibus Bulgarorum, Croatiæ, & Dalmatiæ, juxta Hungarorum nationem. Ad eum confluunt hæretici Albigenſes, ut ad eorum conſulta reſpondeat. Etenim de Carcaſſona oriundus, vices illius antipapæ gerens Bartholomæus hæreticorum epiſcopus, funeſtam ei exhibendo reverentiam, ſedem & locum conceſſit in villa quæ Porlos appellatur, & ſeipſum tranſtulit in partes Toloſanas. Iſte Bartholomæus in litterarum ſuarum undique diſcurrentium tenore, ſe in primo ſalutationis alloquio intitulat in hunc modum: Bartholomæus ſervus ſervorum ſanctæ fidei, tali ſalutem. Ipſe etiam inter alias enormitates creat epiſcopos, & eccleſias perfide ordinare contendit. Rogamus igitur attentius, & per aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti, & propenſius obſecramus, authoritate domni papæ, qua fungimur in hac parte, diſtricte præcipientes, quatenus veniatis Senonas in octavis Petri & Pauli proximo futuris. Ubi & alii prælati Franciæ, favente Domino, congregabuntur, parati conſilium dare in negotio prædicto, & cum aliis, qui ibidem aderunt, providere ſuper negotio Albigenſi. Alioquin inobedientiam veſtram domno papæ curabimus ſignificari. Data Planium VI. Non. Julii. "

Sed hunc tandem tumultum mors prædicti antipapæ celeriter terminavit.

*Interfuiſſe concilio epiſcopos 24. narrat chronicon Turonenſe MS. Rigordus tamen, qui nominatim appellat omnes, duos tantum & viginti numerat.* Ad ipſius, * *inquit*, exequias, quod non ſine nutu & providentia Dei geſtum eſſe videtur, affuerunt duo archiepiſcopi, videlicet Remenſis Guillelmus, Senonenſis Galterus: & viginti epiſcopi, videlicet de Romana curia Coraldus Portuenſis epiſcopus Cardinalis, & ſedis apoſtolicæ in terram Albigenſium tunc legatus. De Anglia Pandulfus Norvicenſis epiſcopus. De Remenſi provincia, Catalaunenſis Guillelmus, Belvacenſis Milo, Nuviomenſis Girardus, Laudunenſis Anſellus, Sueſſionenſis Jacobus, Silvanectenſis Garinus, Atrebatenſis Pontius, Ambianenſis Ganfridus. De provincia Senonenſi, Carnotenſis Galterus, Altiſſiodorenſis Henricus, Pariſienſis Willielmus, Aurelianenſis Philippus, Meldenſis Petrus, Nivernenſis Rogerus. De provincia Rotomagenſi, Bajocenſis Robertus, Conſtantienſis Hugo, Abricenſis Willelmus, Lexovienſis Willelmus. De provincia Narbonenſi, Fulco Toloſanus. Qui prælati de mandato domni papæ, immo de ipſa potius, ut credibile eſt, ordinatione Divina, pro negotio Albigenſi tunc temporis erant Pariſios congregati.

* Scilicet Philippi Auguſti.

*Addit Guillelmus Brito archiepiſcopos quatuor, a Rigordo prætermiſſos, Bituricenſem, Furonenſem, Rotomagenſem, Lugdunenſem.*

*G. C.* Quod Matth. Pariſius antipapam hunc Bartholomæum vocat, non conſentit cum Conrado in epiſtola ad epiſcopos provinciæ Rotomagenſis: quæ proculdubio encyclica fuit, & ad ceteros epiſcopos a paribus data. Nam in ea Conradus, Bartholomæum vocat non antipapam illum Bulgarorum, ſed Carcaſſonenſem quemdam, iſtius in Galliis vicarium.

Quod vero Conradi epiſtolæ adſcriptum legimus diem VI Nonas Julii, mendum eſt certiſſimum. Cum enim concilium indicat, in octavis apoſtolorum Petri & Pauli, hoc eſt, prid. Non. Julias: mittendis ad epiſcopos omnes litteris, eorumque apparando, & conficiendo itineri dies tantum tres conceſſiſſet. Quod cum facere non potuerit, legendum forte VI. Kal. Jul. vel IV. Non. Jun.

# AD CONCILIUM PARISIENSE

In cauſa Albigenſium Anno 1223. habitum.

## ADDITIO.

AD concilium hoc Pariſienſe, quo jure neſcio, refert Labbeus epiſtolam Conradi Portuenſis apoſtolicæ ſedis legati, qua archiepiſcopos cæteroſque Galliarum præſules ad concilium Senonas invitat. Forte tamen poſtea variatum eſt in loco, ac pro Senonenſi Pariſienſis urbs ſubſtituta eſt. Cum vero epiſtolam eandem multo correctiorem dederit Martene Anecdot. to.I. pag. 901. inſertam in literis Theobaldi archiepiſcopi Rotomagenſis, quibus provinciæ ſuæ præſules ad idem Senonenſe concilium invitat; ideo hic producendam, cum iiſdem archiepiſcopi litteris, cenſeo. Hanc ipſam epiſtolam legimus in codice epiſtolarum Gervaſii abbatis Præmonſtratenſis dein Sagienſis epiſcopi, quem vulgavit Pater Carolus Ludovicus Hugo ejuſdem ordinis Lotharingius in tom. 1. Monum. pag. 115. quanquam ibi Rotomagenſis archiepiſcopus ſcribitur *G.* nempe Gaufridus; cum Martene ac Pariſius melius, ut opinor legerunt T. *Theobaldus*, cujus nominis Rotomagenſem præſulem anno 1222. & deinceps floruiſſe Sammarthani docent.

### LITTERÆ THEOBALDI

Ex Manſi Suppl. tom. 2. pag. 902.

*Archiepiſcopi Rotomagenſis ad ſuffraganeos, quibus mandatum Conradi Portuenſis epiſcopi & A. S. L. ſignificat conveniendi Senonas adverſus Bartholomæum Albigenſium epiſcopum.*

THomas Dei gratia Rotomagenſis archiepiſcopus, venerabilibus fratribus omnibus ſuffraganeis ſalutem, gratiam & honorem.

Litteras venerabilis patris C. Portuenſis & ſanctæ Rufinæ epiſcopi, apoſtolicæ ſedis legati recepimus in hæc verba. Venerabilibus *fratribus* * Dei gratia archiepiſcopo Rotomagenſi & ejus ſuffraganeis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, capitulis in Rotomagenſi provincia conſtitutis, C. ejuſdem miſeratione Portuenſis & ſanctæ Rufinæ epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, ſalutem in Criſto Jeſu.

* Gerv. *patribus*.

Dum pro ſponſa veri crucifixi veſtrum cogimur auxilium implorare, potius compellimur lacerari ſingultibus & plorare. Ecce enim dereiicta eſt filia Sion ſicut umbraculum in vinea, ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut civitas quæ vaſtatur, dicere compellimur cum propheta: *nolite incumbere ut conſolemini me ſuper vaſtitate filiæ populi mei. Dies enim interfectionis eſt, conculcationis & fletuum*. Non eſt qui ſuſtentet eum ex omnibus filiis quos genuit, & non eſt qui apprehendat manum ejus ex omnibus filiis quos nutrivit. Ecce annus retributionis judicii Sion. Poſſidet eam onocrotalus, ericius, & ibix. Ecce extenditur ſuper eam menſura ut redigatur in nihilum, & perpendiculum in deſolatione. Ecce pro foribus in facie veſtra lamiæ nudatis mammis catulos ſuos lactant, irruunt in Dominum ſervis videntibus & præſentibus, viſpiliones & Iſauri perfidiæ. Non eſt qui arri-

A piat gladium ultionis, qui dirident ſabbata noſtra; & Dominum derelinquunt, blaſphemantes ſanctum Iſrael. Non eſt qui adſtruat cauſam crucifixi, clamat propheta, ſed Altiſſimus per prophetam: *ſurdi audite, cæci intuemini ad videndum*. Quis cæcus niſi ſervus meus, * niſi ad quem nuncios meos miſi? Quem non moveat quod Dagon erectus contra arcam concuitat & confringit. Ecce quod vidimus * in finibus Brunarum, Croatiæ, & Dalmatiæ, juxta Hungariam nationem, ut per antipapam moras antichriſti de cetero breviores eſſe minime dubite-

* *Addit Gervaſius* & ſurdus.

* *Gerv.* ad. loquimur. *Hic incipiunt litteræ apud Labb. ſed hinc inde detruncatæ.*

B tur, dum novus lucifer novæ arrogantiæ fellibus * intumeſcens, ſedem ſuam contendit ponere in lateribus aquilonis, non tam ut ſit ſimilis altiſſimo apoſtolorum principis ſucceſſori, quam ut ipſum cum univerſali eccleſia deprimat & annullet. Hinc eſt quod papa perfidiæ, qui maceriam vineæ Domini ſabaoth jam pro magna parte dedit in direptionem, & ſingularis ferus ſtineam depaſcitur & conculcat: ad eum confluunt Albigenſes, ut ad eorum conſulta reſpondeat, ejus inhiantes doctrinis, & ejus damnati ſectæ judicia complectentes. Iſte ſatanas quemdam ſuæ perverſitatis hominem uſque in

* *Gerv.* follibus.

C Agenum * diœceſim diffamavit, nomine Bartholomæum Carcenſem * Eſt enim de Carcaſſona oriundus, vices illius * agentem, ut illis corruptis partibus propinetur * uberius fel draconis in calice Baylonis. Cui Barthòlomæo Vigoroſus de Bathona * hæreticorum epiſcopus funeſtam exhibendo reverentiam, ſedem & locum ſuum conceſſit in villa quæ dicitur * *Pojors* *, & ſeipſum tranſtulit in partes Tholoſanas. Iſte Bartholomæus qui litterarum ſuarum undique diſcurrentium prius * ſalutationis alloquio ſeipſum intitulat in hunc modum, *Bartholomæus ſervus ſervorum hoſpitalis ſanæ fidei*

*Gerv. Agenſem.

* *Gerv.* Carres.

* *Gerv.* ad. antipapæ.

* *Gerv.* propinet.

* *Gerv.* de Barcelona.

* locus corruptus.

* *Gerv.* Porreus.

* *Ger.* Pio.

D *tali ſalutem*: ipſe etiam, quod eſt deteſtandum dictu & horrendum auditu, creat epiſcopos & eccleſias perfidiæ ordinare contendit. (*) Et inter has & alias enormitates nullus proſilit Mathathias, qui irruat in Judæum idolis ſacrificantem: nullus Othoniel qui velit liberare Iſrael a jugo Cuſaurachaim; * nullus accedit Sangar, qui vomere percutiat Philiſtæos; non eſt Gedeon qui liberet Iſrael de manu Madian. Ecce vir Levites concidit in duodecim fruſta uxorem quam acceperat de Bethleem Juda, & miſit in terminos Iſrael, qua habitatores Gabaa

* *Hucuſque litteræ in Lab. cætera uſque ad* rogamus attentius *deſunt.*

*Ger. Chuſan. Raſathaim.

E turpiter ſunt abuſi; ſed heu! filii Iſrael pariter non congregantur, ut hujus perpetratores flagitii perſequantur: queritur fides Jeſu Chriſti, & non eſt qui apponat ſe murum pro domo Iſrael: non eſt qui ex adverſo aſcendat; & tandem ſanguis proditorum * de manu negligentium requiretur. Hinc eſt quod monemus inſtantius, rogamus attentius, & per aſperſiouem ſanguinis Jeſu Chriſti propenſius obſecramus auctoritate domini papæ, qua fungimur in hac parte, diſtricte præcipientes, quatenus veniatis Senonas in octava Apoſtolorum Petri & Pauli proxime futuri, ubi etiam alii prælati

* *Ger.* proditorum.

Fran-

ANNO CHRISTI 1223.

Franciæ, * ſavente Domino, congregabuntur, parati conſilium dare ſuper negotio prædicto Albigenſium, & cum aliis qui ibidem aderunt proviuere, * alioquin inobedientiam veſtram domno papæ curabimus ſignificare.

Datum * Provin. VI. Nonas Junii. * Hujus authoritate mandati vobis mandamus prædicta die, Senonis perſonaliter interſitis. * Eccetis etiam eadem auctoritate omnes abbates, priores, decanos, archidiaconos, & capitula veſtrarum diœceſum, ut ibidem conveniant eadem die attentius proviſuri, ut negotium iſtud ita fideliter exequi ſtudeatis, ne a Domino Jeſu Chriſto, cujus fides in periculo conſtituta eſt, in diſtricto examine propter hoc puniri debeatis, & ne a domino papa poſſitis de negligentia ſeu inobedientia reprehendi.

Datum anno gratiæ MCCXXIII. VI. Idus Julii.

* *Ger.* futuri. * *Ger.* ad ſuper negotio Albigenſium. * *Deeſt nomen in Ger. in Lab. eſt Planium.* * *Ger. & Lab.* Julii * accerſatis.

# ERPHORDIENSE CONCILIUM.

## ANNO MCCXXIII.

*Sigefridus Moguntinus archiepiſcopus habuit concilium Erphordiæ in eccleſia B. Mariæ, & inſtituit, quod omne feſtum habens proprias laudes in novem lectionibus celebraretur.* Ita auctor chronici Sampetrini vulgati a Menken. rer. Germ. tom. III. pag. 250.

# CONCILIUM ALTERUM PARISIENSE,

## III. NON. MAI. ANNO DOMINI MCCXXIV. CELEBRATUM

in cauſa Raimundi Toloſani comitis.

MS. *Chronicon Turonenſe noſtrum* * Anno, *inquit*, Domini MCCXXIV. & Friderici imperatoris nono, & Ludovici regis ſecundo, III. Non. Maj. celebravit Ludovicus rex apud Pariſius concilium generale: in quo Honorius papa indulgentiam, quæ in Lateranenſi concilio contra Albigenſes hæreticos fuerat inſtituta, authoritate propria ad tempus revocavit, & Raimundum comitem Toloſanum, fide * catholicum approbavit.

*Idem refertur iiſdem fere verbis, in Geſtis Ludovici VIII. Franc. regis, a Petro Pithœo primum, ac deinde a Franciſco Ducheſn. editis, tomo IV. hiſtor. Franc.* ubi vocatur *Parlamentum generale* quod *rex apud Pariſios tenuit.*

* *Scriptum erat fere: quod mendoſum apparet ex Geſtis Ludovici VIII.*

ANNO CHRISTI 1224.

# CONCILIUM RIGENSE

## ANNO CHRISTI MCCXXIV.

*Sub Alberto Livonienſi epiſcopo III.*

*Ex Gruber in origin. Livoniæ ſacræ & civilis. Aſſert P. Joſeph Hartzheim ad tom. III. pag. 515 concil. Germ.*

Reverſo ex Revalia Eſtoniæ metropoli jam baptizata & in fidem Apoſtolicæ ſedis recepta Guillelmo de Sabaudia, Epiſcopo Mutinenſi (poſt Sabinenſi demum S. R. E. Cardinali Lugduni anno 1251. defuncto) rurſus Rigam convenerunt ad eum epiſcopi Lambertus Semigallorum, vel Selonienſis, Joannes eccleſiæ Rigenſis præpoſitus, cives, Sacerdotes, clerici, fratres militiæ Chriſti cum vaſallis nobilibus eccleſiæ, civeſque Regenſes. Et præſentibus his omnibus in eccleſia B. Mariæ celebravit ſolemne concilium in quadrageſima Domini propter Innocentii inſtituta, ea ad memoriam revocando, & nova adjiciendo, quæ novellæ plantationis eccleſiæ neceſſaria videbantur.

Poſt hoc vero, peractis cunctis & terminatis tam inter Epiſcopum, clericos, Fratres militiæ (Chriſti ſeu enſiferos) & civitatem Rigæ, quantum in præſentia tenore ſuæ plenipotentiæ terminare poterat, & ſufficientibus indulgentiis datis ac conceſſis, valedicens ex animo cunctis & benedicens, reverſus eſt ad naves ſuas, commendans oratione ſua Livoniam totam B. Dei Genitrici Mariæ Virgini, Jeſu Chriſto Domino ac Salvatori noſtro, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

# CONCILIUM MONSPELIENSE,

## MENSE AUGUSTO, ANNO DOMINI MCCXXIV.

A trium provinciarum epiſcopis in eadem Raimundi comitis Toloſani cauſa.

MS. *Chronicon Turonenſe* * *ad eumdem annum*: infra octavas, *inquit*, Aſſumptionis B. Mariæ apud Montempeſſulanum authoritate apoſtolica concilium celebratur. Nam Honorius papa

ANNO CHRISTI 1224.

papa Narbonenſi archiepiſcopo dederat in man- A
datis, quod ibi modum pacis quam Raymun-
dus Toloſanus comes, & alii Albigenſes ſanctæ
matri eccleſiæ offerebant, audiret, & quid in-
de faceret, remandaret. Qui convocatis totius
provinciæ ediſcopis, abbatibus & clericis uni-
verſis, a comite Toloſano, aliiſque baronibus
juramenta recepit, quod terram ſecuram & obe-
dientem Romanæ Eccleſiæ redderent, eiſque
pro damnis XV. millia marcarum infra tres an-
nos perſolverent; & de hæreticis confeſſis vel
convictis juſtitiam indilatam facerent, & pro
poſſe ſuo per univerſam Provinciam pravitatem
hæreticam extirparent.

*Eadem iiſdem omnino verbis habentur in Geſtis Ludovici VIII. paulo ante citatis.*

Ex Coſſartii Append. ad Tom. XI.

*Juramenta Raymundi comitis Toloſani & aliorum baronum, data in concilio habito apud Montempeſſulanum anno MCCXXIV.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno
Incarnationis ejuſdem MCCXXIV. VII. Kal.
Septembris. Nos Raymundus Dei gratia dux
Narbonæ, comes Toloſæ, marchio Provinciæ,
cum ſacroſancta Romana eccleſia pacem ſum-
mo deſiderio facere deſiderantes, ad honorem
Dei, & ejuſdem Romanæ eccleſiæ, & ſanctiſs.
in Chriſto patris noſtri Honorii ſummi pontifi-
cis, pio corde & vera devotione, per nos &
per omnes homines ac valitores noſtros, offeri-
mus vobis domino A. * Narbonenſi archiepiſco- (* Arnoldo)
po, & per vos ſanctæ Romanæ eccleſiæ & do-
mino papæ, omnia illa quæ in alio colloquio
vobis & per vos ſanctæ Romanæ eccleſiæ obtu-
limus. Videlicet quod fidem catholicam, ſicut
eam ſancta Romana prædicat & docet eccleſia,
ſervabimus, & per terram noſtram ſervari pa-
riter & fideliter faciemus. Terram inſuper no-
ſtram hæreticis fideliter purgabimus ad cogni-
tionem eccleſiæ: videlicet bona eorum publi-
cando, eoſdemque corporaliter puniendo. Item
pacem plenam & integram in tota terra noſtra
ſervabimus, & ſervari pleniſſime faciemus, ru-
ptarios de noſtris finibus expellendo. Eccleſiis
etiam & viris eccleſiaſticis reſtituemus plenarie
omnia jura ſua. Libertates quoque eccleſiarum
& aliorum locorum religioſorum ſervabimus, &
ſervari pleniſſime faciemus in poſterum & in
perpetuum. Præterea pro damnis & injuriis,
eccleſiis ac viris eccleſiaſticis irrogatis, & ut
ob reverentiam & honorem Romanæ eccleſiæ
& domini papæ, provideri valeat honori comi-
tis Montisfortis: dabimus eccleſiæ XX. millia
marcharum argenti, terminis competentibus ſol-
vendarum: ita tamen, ſi petitioni quam comes
Montisfortis in terra noſtra & valitorum no-
ſtrorum facit, dominus papa nobis abſolvi, &
inſtrumenta quæ ab ipſo domino papa, vel a
domino rege Francorum, vel patre ejus, idem
comes Montisfortis vel pater ejus ſuper eo di-
citur impetraſſe, ſummus pontifex faciat nobis
reddi. Verum quia nec in primo nec in ſecun-
do colloquio aliquis præſens fuit pro comite
Montisfortis, cum quo ſuper compoſitione,
quam ſanctiſſimus pater noſter Honorius man-
daverat fieri, tractare potuimus, ad præſens
plene non poſſumus reſpondere. Veruntamen
nos in præſenti ſolemnes nuncios ad dominum
papam dirigimus: cum quibus tam ſuper com-
poſitione prædicta, quam ſuper omnibus aliis
ad reconciliationem noſtram pertinentibus, ple-
ne poterit tractari, & omnia ad finem debitum
A Divina gratia mediante perduci. Concedentes
& promittentes, nos in perpetuum ratum ha-
bituros & firmiter ſervaturos, quicquid cum il-
lis nunciis ſuper facto noſtro de mandato &
voluntate domini papæ fuerit ordinatum aut fa-
ctum. Et cum nos credamus pro majori parte
reſtitutionem feciſſe eccleſiis ac viris eccleſiaſti-
cis, ſecundum quod in alio colloquio promiſi-
mus: tamen ſpecialiter nunc promittimus, quod
ea omnia quæ reſtant ad reſtituendum eccleſiis
ac viris eccleſiaſticis, pleniſſime reſtituemus ad
cognitionem domini papæ, vel domini A. Nar-
bonenſis archiepiſcopi, vel cujuslibet epiſcopi in
diœceſi ſua. Et de faiditis Toloſæ reſtituendis
cum honoribus ſuis, faciemus quicquid domi-
B nus papa noverit faciendum. Ad ultimum, ſi
ea quæ obtulimus, domino papæ ſufficientia
non videntur: cum ſervire ſanctæ eccleſiæ re-
gnare ſit, nos in omnibus & per omnia miſe-
ricordiæ & mandatis domini papæ pro poſſe
noſtro obedimus humiliter ac devote. Salva do-
minatione ſereniſſimi noſtri regis Franciæ, &
domini Imperatoris. Quod autem omnia præ-
dicta attendamus & compleamus bona fide, ple-
ne & ſufficienter cavebimus per ſecuritates ido-
neas ad cognitionem domini papæ.

Et nos Rogerius Bernardi Dei gratia comes
Fuxenſis, & Trencavellus eadem gratia viceco-
mes Biterrenſis, idem & eodem modo promit-
timus nos in tota terra noſtra facturos, & in
C perpetuum ſervaturos, ſicut ſuperius dominus
noſter comes Toloſæ promiſit pro ſe & pro
nobis, & aliis valitoribus ſuis, ſe in perpetuum
ſervaturum. Dat. apud Montempeſſulanum die
& anno quibus ſupra.

## *LITTERÆ AMALRICI* DOMINI MONTISFORTIS

Ad epiſcopos qui conventuri erant ad concilium Monſpelienſe.

Rogat ne pacem faciant cum Raymundo comite Toloſano.

D *Reverendis in Chriſto patribus & dominis ſuis cariſſimis, Narbonenſi, Arelatenſi, & Auxitanenſi, Dei gratia archiepiſcopis, & univerſis epiſcopis, & aliis eccleſiarum prælatis, ad concilium de Montepeſſulano congregandis, Amalricus Divina providentia dux Narbonæ, comes Toloſæ, & dominus Montisfortis, ſalutem, & cum omni reverentia & devotione ſeipſum.*

CUm vos zelo fidei animati, Jeſu Chriſti
negotium inceperitis, & manutenueritis
ſicut veri fidei zelatores: nunc neceſſe eſt quod
vos, cum tempus meſſionis prope ſit, & jam
fruges albeſcant ad meſſem, expectetis modi-
cum, & curſum perſeveranter agatis; ut bra-
E vium cum gloria conſequi poſſitis optatum,
propter quem tam fideliter laboraſtis; cum fru-
ſtra mittatur manus ad aratrum, niſi mittens
reſpexerit donec conſummaverit quod incepit.
Eja igitur, Patres ſanctiſſimi, attendite, & vi-
dete quam mirabilis ſit Deus in operibus ſuis,
& quam ſint mirabilia facta ſua: qui licet vi-
deatur ſuum negotium totaliter dimiſiſſe, mo-
do deliberat & diſponit ut ipſum negotium re-
ſuſcitet cum gloria & triumpho; cum ipſe,
ſicut credimus, cor domini regis Franciæ ani-
maverit ad ſubveniendum ſuo negotio, immo,
ut loquamur verius, ad conſummationem ipſius.
Ideo-

ANNO CHRISTI 1224.

Ideoque paternitatem veſtram exoramus humiliter & devote, obſecrantes vos & adjurantes per aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti, cujus res agitur, quatinus nullam compoſitionem ſive pacem, quæ præjudicet juri noſtro, cum Ray- A mundo filio Raymundi quondam comitis Toloſæ, faciatis, nec fieri permittatis; maxime cum illud in totius cleri & populi & univerſalis eccleſiæ ſcandalum & ignominiam perpetuam redundaret.

ANNO CHRISTI 1224.

# ☞ AD MONTILIENSE CONCILIUM

*Anno 1224.*

## ADDITIO.

*In hoc Monſpelienſi concilio datas non ambigo litteras, quas hic refero ex Gall. Chriſt. tom. II. pag. 423. append.*

* Raimundus affertur in Gal. Chriſt. t. II. p. 431 appen.

NOs R. * Dei gratia dux Narbon. comes Toloſæ, marchio Provinciæ, notum facimus præſentibus & futuris, quod in præſentia R. P. domini A. archiepiſcopi Narbonenſis, & venerabilium dominorum epiſcoporum, B. Biterrenſium & P. Ruthenenſ. & abbatum Grandis-ſylvæ, & Bellæ-perticæ, & Moyſiacenſis, & quorumdam aliorum, promiſimus & conceſſimus per bonam & firmam ſtipulationem pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, & obligavimus nos corporaliter, præſtito ſacramento, quod nos ſervabimus, & obſervari perpetuo fideliter faciemus venerabili patri domino A. * Agennenſium epiſcopo & Succeſſoribus ſuis, omnia ea quæ in præſenti pagina inferius continentur: videlicet quia ſæcularis juſtitia civitatis Agennenſis & ſuburbiorum, quæ ratione dominii habetur, dominium mutuum & quælibet obventiones quæ communiter a communitate villæ exhibebuntur, per medium inter nos & eundem dominum epiſcopum a præpoſitis ab ipſo & a nobis conſtitutis fideliter dividantur. Pacis autem violatæ guagia * domnus epiſcopus in terris & feudis ſuis extra civitatem & ſuburbia percipiemus integre & quiete. Si homines villarum, burgorum & caſtrorum dominium & juriſdictionem eccleſiarum pertinentium pacem intregerint, guagia quæ pro violatione pacis ab eis habebuntur, inter dictum domnum epiſcopum & nos communiter a ballivis ſuis & noſtris per me- B dium dividantur; ſi commune pro pace defendenda & emendis ablatorum faciendis in Agennenſi diœceſi colligatur, neuter alter in collectione, cuſtodia vel expenſa majorem habebit poteſtatem. Prædictas autem medietates juſtitiarum, & monetam Agenni epiſcopus tenebit a nobis in feudum; & in mutatione comitis ſeu epiſcopi, tanquam domino jurabit epiſcopus nobis & ſucceſſoribus noſtris fidelitatem, ſalva in omnibus eccleſiæ Romanæ auctoritate, & dabit in commutatione comitis ſeu epiſcopi acraptamentum in recognitione dominii unum hoſtorium pro quo procurationem, quam ab eo C ecquirebamus, remiſimus; nos etiam jurabimus epiſcopo, tamquam princeps, defenſionem & tutelam ſibi & eccleſiis ſuis in jure ſuo & eccleſiarum ſuarum exhibendam. Prædicta omnia conceſſimus, & approbavimus, ſalvo in aliis nobis & ipſi & eccleſiis ſuis tam in civitate quam extra plenius jure ſuo. Et ut prædicta omnia plenam habeant firmitatem, ſigilli noſtri munimine præſentes litteras fecimus roborari, & nos A. Dei gratia archiepiſcopus Narbonenſis, & P. Rutenenſis epiſcopi, & Helias Grandiſ ſylvæ, & ..... Beliæ perticæ & R. Moyſiac, abbates præſentem paginam in hujus rei teſtimo- D nium ſigillorum noſtrorum appenſione fecimus communiri. Actum apud Montem-peſſulanum, anno D. MCCXXIV. in vigilia beati Bartholomæi ☞

Arnaldo

* Guaccia ſeu guacia genus eſſe tributi notat Cangius v. Guaccia

# CONCILIUM APUD VALLEMCOLORIS

## INTER FRANCOS, ET ALEMANNOS REGES CELEBRATUM,

Anno Domini MCCXXIV.

L*Audata jam ante Geſta Ludovici VIII. hujus ſive concilii, ſive conventus, montionem in hæc verba faciunt ad eumdem annum*: In octavis B. Martini hyemalis, inter Ludovicum regem Franciæ, & Henricum regem filium Friderici imperatoris, qui de novo, juſſu & voluntate E patris, fuerat in regem Alemanniæ coronatus, apud Vallemcoloris concilium celebratur: ibique multa de utroque regno tractantes, ſed nihil aut parum proficiſci * peragentes, ad propria redierunt.

* Locus mendoſus

# SYNODUS HILDESHEIMENSIS

*Anno Chriſti MCCXXIV.*

*Præſidente Conrado Portuenſi Epiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato celebrata.*

*Conradus miſeratione divina Portuenſis & Sanctæ Rufinæ Epiſcop. Apoſt. Sedis legatus omnibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Chriſto Jeſu.*

Ex MS. Codice Harthzeim Conc. Germ. to. 3. pag. 515.

LIcet doctrinis variis & diverſis hoſtes fidei lacerare ſtudeant Chriſti tunicam inconſutilem, tamen remanet indiviſa; nam portæ inferni adverſus fidem in Eccleſia non poſſunt prævalere, ipſo Chriſto ad Patrem morante, ut non deficiat fides Petri. Sed quamvis hæc remaneat ſine macula atque ruga, labem tamen in ea ponere niſus fuit Henricus, perfidus olim præpoſitus novi operis in Goslaria: ſed incidit in laqueum quem paravit. Cum autem a longis temporibus ſuper hereſi fuerit infamatus, & tam a Venerabili in Chriſto Conrado Hildenſemenſi Epiſcopo, quam a prædeceſſoribus ſuis monitus ſæpius correctionem recipere noluiſſet, cum ejus infamiam non poſſet dictus Epiſcopus ulterius pertranſire, de ipſius hæreſi inquiſitionem diligenter fecit tam in Eccleſia, in qua ipſe Henricus præpoſituræ officium exercebat, quam in plena Synodo, & tum ex juramentis monialium, quibus præerat, tum ex confeſſionibus ipſius in plena Synodo habitis fuit de hæreſi manifeſte convictus: quare ab A officio beneficioque ſuſpenſus fuit & carcerali cuſtodia mancipatus.

Nos autem in Alemannia legationis fungentes officio cum ejus infamiam audiſſemus, & recepiſſemus litteras a domino Papa, ut coram nobis examinaretur Henricus ſæpius nominatus; Hildelſemenſi Eccleſia, Prælatis & clero ipſius epiſcopati præſentibus, ipſum de carcere heſtrai & coram nobis in plena Synodo præſentari fecimus; qui cum examinaretur, aperte confeſſus fuit: Spiritum Sanctum eſſe Patrem filii, & quod major domina eſſet in cœlis Beata Virgine; & in ſcriptis ſuis invenimus eum matrimonium reprobare, & quod diabolus vellet redire ad gratiam. Super his habito conſilio dicti Epiſcopi Hildelſemenſi, &... Sifridi quondam Epiſcopis Hildenſemenſis, & aliorum plurium Prælatorum, & juB riſperitorum, qui præſentes erant, ipſum Hericum præſentem tamquam hæreticum condemnavimus, & degradavimus ab officio, & beneficio, & hadibentes ſolemnitatem degradationis, eidem abſtulimus ſacerdotalia indumenta, & alia quibus ordinati in Eccleſia utuntur, & ne de noſtra ſententia poſſit in poſterum aliqua duetas ſuboriri, præſentem cartam fecimus noſtri ſigilli nomine roborari.

# CONCILIA PARISIENSIA

TRIA ANNIS MCCXXIV. & MCCXXV.

1224. MS. CHronicon Turonenſe * *ad annum* MCCXXIV. In octavis, *inquit*, S. Andreæ Ludovicus rex Pariſius concilium celebravit: ibique multa de regni negotio ſunt tractata. *Hæc tantum.*

1225. *Idem ad annum* MCCXXV. In octavis Aſcenſionis Domini, Ludovicus rex concilium Pariſius celebravit, ubi cum Romano S. Angeli cardinale, qui de novo in Franciam legatus adC venerat, multa de negotiis regni regiſque Angliæ & terræ Albigenſium pertractavit.

*Idem ad eumdem annum*: In vigilia Magdalenæ Ludovicus rex Pariſius concilium convocavit: ibique legato, necnon & regis Angliæ nunciis præſentibus, vicecomes Toarcii homagium regi fecit. 1225.

# SENONENSE CONCILIUM PROVINCIALE

IN QUO LIBER JOANNIS SCOTI DAMNATUS EST, ANNO 1224. CIRCITER HABITUM

*Concilii hujus memoria unice ſupereſt ex Bulla Honorii III., qua liber a Joanne Scoto Erigena ſcriptus, quoque Albigenſes abutebantur igni damnatur.*

*Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Archiepiſcopis & Epiſcopis &c.*

Ex Alberic. in Chron. ad an. 1225. INimicus homo zizania bono ſemini ſuperſeminare non ceſſat &c. *Et cetera deſunt.* Nuper ſiquidem ſicut nobis ſignificavit venerabilis Frater noſter Pariſienſis Epiſcopus, eſt quidam liber qui *Periſiſis* titulatur, inventus tot ſcatens vermibus hæreticæ pravitatis; unde a venerabili D fratre noſtro Archiepiſcopo Senonenſi & ſuffraganeis ejus in provinciali concilio congregatis juſto eſt Dei judicio reprobatus. Quia igitur liber, ſicut recepimus in nonnullis monaſteriis & aliis locis habetur, & clauſtrales nonnulli & viri ſcholaſtici, novi tamen forte plus quam expediat amatores, ſe ſtudioſius lectione occupant dicti libri, glorioſum reputantes ignotas proferre ſententias cum Apoſtolus profanas novita-

ANNO CHRISTI 1225.

vitates doceat vitare; nos juxta paſtoralis ſol- licitudinis debitum, corruptelæ, quam poſſit in- gerere liber hujuſmodi, occurrere ſatagentes, vobis univerſis & ſingulis in virtute Sancti Spi- ritus diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus libellum iſtum ſollicite perquiratis, & ubicum- que ipſum vel partem ejus inveniri contigerit, ad nos ſi ſecure fieri poſſit, ſine dilatione mit- tatis ſolemniter comburendum, alioquin vos ipſi publice comburatis eumdem, ſubditis veſtris A expreſſe injungentes, ut quicumque ipſorum ha- bent vel habere poſſunt in toto vel in parte exemplaria dicti libri, ea nobis differant reſi- gnare, in omnes qui ultra quindecim dies, poſtquam hujuſmodi mandatum ſeu denunciatio ad notitiam eorum pervenerit, librum ipſum totum aut partem ſcienter retinere præſumſerint, excommunicationis ſententiam incurriſſe, no- tamque pravitatis hæreticæ non evadent.

Datum Laterani x. Kal. Februarii &c.

# CONCILIUM MELODUNENSE

## IN OCTAVIS OMNIUM SANCTORUM, ANN. MCCXXV.

Ubi actum de juriſdictione eccleſiaſtici fori, & aliis quibuſdam.

* MS.

CHronicon Turonenſe * Anno, *inquit*, Domi- ni MCCXXV. & Ludovici regis tertio, in octavis Omnium Sanctorum, Ludovicus rex Franciæ concilium convocat Meloduno, ibique archiepiſcopi & epiſcopi Franciæ, præſente le- gato, petebant inſtanter a rege Franciæ, & a ſuis baronibus, juriſdictionem omnium hominum ſuper mobilibus, de quibus homines eccleſiarum in cauſam traherent coram ipſis, & juriſdictione iſta dicebant inveſtitam eſſe ec- cleſiam Gallicanam. Quibus rex ſe opponens, argumentis evidentiſſimis aſſerebat hoc eſſe diſ- ſonum rationi: cum cauſa mobilium non ra- tione juramenti, vel fidei, vel teſtamenti, vel maritagii petitorum, mera ſit laicalis, nec ad B forum eccleſiaſticum videatur aliquatenus perti- nere. Saiſinam eorum ſuper his aſſerens irritam & inanem, cum eo nec non & Philippo bonæ memoriæ patre ſciente vel vidente de iis un- quam ſaiſiti fuerint: & maxime cum nullus poſ- ſit de jure partem ſui domini deteriorem face- re, vel vendere, vel quitare; nec per eum alius in eum alterius dominium uſurpare. Tandem interveniente Dei gratia, & legato, cauſa iſta ab utraque parte poſita eſt in ſuſpenſo. In eo- dem nempe concilio ſatis tractatum eſt de treu- ga inter regem Franciæ & regem Angliæ refor- manda, necnon & de negotio Albigenſi. Sed ad præſens nihil ſuper iis potuit reformari.

# CONCILIUM BITURICENSE

## PRIDIE KAL. DECEMBR. ANN. DOM. MCCXXV.

In quo actum de Raymundo Toloſano comite ditioni ſuæ reſtituendo.

* MS.

CHronicon Turonenſe *: In feſto, *inquit*, S. Andreæ apoſtoli dictus legatus (Romanus ſancti Angeli cardinalis) convocatis archiepiſco- pis, epiſcopis, abbatibus, & capitulis totius Franciæ, Bituris concilium celebravit. Ubi Raimundus comes Toloſanus veniens, & gre- mium ſanctæ matris eccleſiæ ſibi aperiri petens, abſolutionem humiliter poſtulavit: ſui purgatio- nem offerens & emendam, & pro poſſe ſuo de omnibus terræ ſuæ hæreticis convictis vel con- feſſis juſtitiam indilatam, & ad eos deinceps extirpandos operam efficacem. Promittens et- iam, quod terram ſuam obedientem de cetero Romanæ eccleſiæ redderet, & pacificam, & ſecuram, & quod clericis ſuos redditus in inte- grum reſtitueret, & damna eis congrue reſarci- ret. Quibus Amorricus * comes de Monteforti obvians, litteras papæ Innocentii, nec non & Philippi regis Franciæ, oſtendebat; in quibus continebatur, & dicti comitis Toloſani damna- tio, & terræ Albigenſium Simoni de Monteforti patri ſuo facta donatio, ſicuti aſſerebat. Tan- dem poſt multas altercationes, legatus, & epi- ſcopi, ſuper hoc ſecretum conſilium habuerunt. Et ſic negotio infecto comitem ad propriam remiſerunt. Præterea cum legatus ex parte do- C mini papæ per totum Franciæ regnum peteret fructus duarum præbendarum in unaquaque ab- batia, & in qualibet eccleſia cathedrali; & in aliis eccleſiis conventualibus, fructus unius præ- bendæ, ad ſummi pontificis uſus, in perpetuum retinendos: & jam ad hoc epiſcoporum aliqui conſenſiſſent: capitulorum nuncii his omnibus coram legato & coram omnibus obviarunt, aſ- ſerentes, capitula pro quibus venerant, hoc nullo modo factura, nulloque tempore conceſ- ſura. Adjecit etiam legatus, quod dominus pa- pa duobus epiſcopis dederat in mandatis, quod ad dictum quatuor abbatum, quos ad viſitandas D abbatias totius Franciæ, & ad corrigendos ex- ceſſus earum deſtinaverat, abbates deponerent univerſos. Quo audito archiepiſcopi & epiſco- pi, ſe per hoc in abbatiis juriſdictionem omni- modam perdidiſſe videntes, ſe hoc nunquam, quamdiu viverent, conceſſuros, unanimiter reſ- ponderunt. Et ſic præcepta apoſtolida tam de præbendis, quam de depoſitione abbatum, in pendulo remanſerunt. Tunc fere octoginta ma- giſtrorum Pariſius, qui contra legatum in ſu- pradicto aſſultu fuerant, & ligatos legati ſenten- tia ſe videbant, abſolutionem a legato in dicto concilio petierunt, petitamque protinus receperunt.

* Amalricus.

De

ANNO CHRISTI 1215.

*De magiſtris illis Pariſienſibus, prius a legato excommunicatis, & in hoc concilio abſolutis*: Tunc, *ait idem paulo ſuperius*, cum univerſitas ſcholarum Pariſ. in præjudicium Pariſienſis eccleſiæ ſigillum proprium confeciſſet; dictoque ſigillo, univerſitatis negotia ſigillaret: Pariſienſes canonici, coram legato, qui Pariſius venerat, ſuper ſigillo ſcholares conveniunt: & multum ab utraque parte allegantes quid ſit juris, in legatum protinus compromittunt: illudque ſigillum proprium ei reddunt. Qui habito, ſuper hoc, admodum feſtinato conſilio, præfatum ſigillum coram omnibus ibi fregit; omneſque, qui deinceps Pariſius ſigillum univerſitatis facerent, vinclo anathematis innodavit. Quo audito, clamor in cœlum attollitur, rumor per urbem egreditur, ſcholares conveniunt, & ad domum legati cum gladiis & fuſtibus conveniunt tanquam ad latronem. Quorum adventum legati homines cognoſcentes, portas obſtruunt, arma rapiunt, ſe dominumque ſuum a furibundis ſcholaribus defendentes. Tandem per urgentes aſſultus ſcholarium, per portarum fractionem, per lapidum fulminationem, cum fere legatus ſuique homines caperentur: Ludovicus rex, qui paulo ante a Meleduno venerat, & infortunium legati audierat, ſervientes & milites ibi miſit, qui ſcholares minis & aliis repulerunt, & legatum, & gentem ſuam, indemnem, non tamen ſine effuſione ſanguinis, ſervaverunt. Quo facto legatus ab urbe egreditur cum conductu, excommunicans generaliter ſcholares, qui hunc aſſultum fecerant, & alios, qui ex parte eorum interfuerant in aſſultu. *Hæc chronicon Turonenſe, quæ referre opus erat ad concilii hujus intelligentiam. De concilio autem ipſo prolixe Matthæus Pariſius ad annum MCCXXVI. diſſerit in hunc modum.*

Hoc eodem tempore, *inquit*, venit magiſter Romanus ad partes Gallicanas, a domno papa miſſus, ut ibi legationis officio fungeretur. Quo cum perveniſſet, fecit convocare regem Francorum cum archiepiſcopis, epiſcopis, & clero Gallicano ad concilium, cum comite Toloſano, pro quo ſpecialiter ad partes illas miſſus fuerat, ſicut ſequens relatio declarabit. Convenerunt igitur ad Bituricam civitatem ad concilium, Lugdunenſis, Remenſis, Rotomagenſis, Turonenſis, Bituricenſis, Auxitanenſis, archiepiſcopi: Burdegalenſis vero Romæ fuit, & Narbonenſis eccleſia vacabat. Convenerunt igitur novem provinciarum ſuffraganei circiter centum, cum abbatibus, & prioribus, & ſingulorum procuratoribus capitulorum, mandatum ſummi Pontificis audituri. Sed quoniam Lugdunenſis archiepiſcopus venditabat ſibi primatiam ſuper archiepiſcopum Senonenſem; & Rotomagenſis ſuper Bituricenſem, Anxitanenſem, Narbonenſem & eorum ſuffraganeos: timebatur de diſcordia, & ideo non fuit ſeſſum quaſi in concilio, ſed ut in conſilio. Quibus ſedentibus, & lectis in publico legationis litteris, apparuerunt comes Toloſanus ex una parte & Simon de Monteforti ex altera, qui petiit ſibi reſtitui terram Raimundi comitis Toloſani, quam domnus Papa, & rex Francorum Philippus, ſibi & patri ſuo contulerunt, exhibens ſuper donatione facta, utriuſque, papæ ſcilicet & regis munimenta. Addiditque comitem Raimundum abjudicatum fuiſſe Romæ in concilio generali propter hæreſim, quæ dicitur hæreſis Albigenſium, ad minus a parte majori terræ, quam nunc tenet. E contra comes Raimundus obtulit ſe

A ſactorum erga regem Francorum, & eccleſiam Romanam, quicquid facere deberet pro hæreditate ſua. Tunc cum peteret pars adverſa ab eo, ut ſubiret judicium duodecim partium Galliæ, reſpondit Raimundus: Recipiat rex homagium meum, & paratus ſum ſubire: quia forte non haberent me pro pari, ſi ſecus fieret. Cumque hinc inde fuiſſet plurimum altercatum, præcepit archiepiſcopis ſingulis legatus cum præſentibus, ut convocatis ſeorſim unuſquiſque ſuffraganeis, cum eis deliberarent ſuper negotio præfato, & traderent legato conſilium ſuum redactum in ſcripto. Quo facto, legatus excommunicavit omnes qui ſuper hoc ſua conſilia revelarent, dicens ſe ea velle do-
B mno papæ ſignificare, & Francorum regi oſtendere. Poſt hæc, legatus dedit in dolo procuratoribus capitulorum licentiam ad propria revertendi, retentis tantum archiepiſcopis, epiſcopis, & abbatibus, & ſimplicibus prælatis. Unde non immerito timuerunt, ne procurata eorum abſentia, qui majoris prudentiæ erant & experientiæ, & præ multitudine potentiores ad contradicendum, aliquid ſtatueretur in præjudicium abſentium prælatorum. Quo circa dicti procuratores, poſt deliberationem diutinam, miſerunt ad legatum procuratores metropolitanarum eccleſiarum, qui coram eo ſic allegaverunt: Domine, audivimus quod habetis litteras ſpeciales a curia Romana, de exigendis præ-
C bendis in omnibus eccleſiis conventualibus, ſive cathedralibus. Quo circa multum miramur, quod non in hoc concilio propoſuiſtis eas nobis audientibus, quos ſpecialiter tangunt. Unde rogamus in Domino, ne illud ſcandalum oriatur per vos in eccleſia Gallicana, ſcientes quod ſine maximo ſcandalo & inæſtimabili damno non poſſet hic ad effectum perduci. Quia eſto, quod aliquis aſſentiret, nullus eſſet ejus aſſenſus in rebus quæ omnes tangunt, cum fere omnes majores, & generaliter omnes ſubditi, necnon & ipſe rex, & omnes principes, parati ſint contradicere, & reſiſtere uſque ad capitis expoſitionem, & omnis honoris privationem; præſertim cum videatur imminere pro-
D pter hoc ſcandalum ſubverſi regni & eccleſiæ generalis. Ratio autem noſtri timoris eſt, quod cum ceteris regnis non habuiſtis ſermonem, & quibuſdam epiſcopis præcepiſtis & abbatibus, ut cum præbendæ vacaverint, ad opus domni papæ reſervarent.

His auditis, cum niteretur legatus perſuadere ut omnes conſentirent, oſtendit tunc primo domni papæ authenticum, in quo exegit a ſingulis eccleſiis cathedralibus duas præbendas, unam a capitulo, & alteram ab epiſcopo. Et in cœnobiis ſimiliter, ubi ſunt diverſæ portiones, abbatis ſcilicet & conventus, & duas exegit præbendas, unam ab abbate, & aliam a conventu, æquali facta diſtributione bonorum
E ſuorum a conventibus quantum pertinent ad unum monachum, ſicut ipſe interpretatus fuerat legatus, & ab abbate tantumdem. Tunc allegavit commoda, quæ poſſent inde provenire, illud videlicet, quod amoveretur ſcandalum a Romana eccleſia, quæ mater eſt omnium eccleſiarum, concupiſcentia ſcilicet, quæ radix eſt omnium malorum, cum nullus pro aliquo negotio in curia Romana faciendo aliquid offerret, vel aliquis oblata reciperet.

Ad hoc reſpondit procurator archiepiſcopi Lugdunenſis: Domine, nullomodo volumus eſſe ſine amicis in curia & largitate donorum. Alii

ANNO CHRISTI 1215.

æque

ANNO CHRISTI 1225. æque ſua incommoda allegabant; damna ſcili-A cet rerum, conſiliorum, auxiliorum, obſequiorum, in hunc modum: Erit enim in qualibet diœceſi, vel ad minus in provincia, nuncius unus continuus, procurator Romanus, qui non vivet de proprio, ſed graves exactiones & procurationes exiget ab eccleſiis majoribus, & forte minoribus, ut nullus remaneat impunitus: nomenque procuratoris habens, legati officio fungatur. Item dixerunt, imminere turbationes capitulorum: forte enim demandaret dominus papa, cum vellet procuratori ſuo, vel alii, ut vice ſua intereſſet electionibus, qui eas turbaret: & ſic lapſo tempore devolveretur electio ad curiam Romanam, quæ in omnibus, vel pluribus eccleſiis, Romanos poneret, vel tales qui ei plurimum eſſent devoti. Et ſic nullæ eſſent partes indigenarum prælatorum vel principum, cum multi ſint viri eccleſiaſtici, qui potius curiæ Romanæ, quam regi vel regno providerent. Item addiderunt, quod ſi proportionaliter fieret bonorum diſtributio, omnes in curia fierent divites, cum multo plus eſſent recepturi, quam rex proprius. Et ſic majores non ſolum divites, ſed & ditiſſimi fierent. Cum igitur vermis divitum ſit ſuperbia, majores vix cauſas audirent, ſed eas in immenſum differrent, & minores ſcriberent inviti. Cujus rei experimentum in evidenti eſt, quia & modo negotia protrahunt, etiam poſt percepta obſequia, & ſecuritate percipiendi: & ſic periclitaretur juſtitia, & oporteret conquerentes mori in januis A Romanorum tunc pleniſſime dominantium. Item cum vix poſſibile ſit fontem cupiditatis deſiccari, quod nunc faciunt per ſe, tunc facerent per alios, & ſuis multo majora quam nunc dari procurarent: modica enim nulla ſunt in conſpectu divitum cupidorum. Item multæ divitiæ facerent Romanos inſanire: & ſic inter diverſas parentelas tantæ orirentur ſeditiones, quod poſſet timeri potius excidium civitatis, cujus etiam & modo penitus expers non eſt. B Item dixerunt, qui licet ſe obligarent qui modo præſentes ſunt, id non ſuſciperent eorum ſucceſſores, nec illam obligationem ratam haberent. Noviſſime autem, ſic negotium concluſerunt: Domine, moveat vos zelus univerſalis eccleſiæ, & ſanctæ ſedis Romanæ: quia ſi omnium eſſet univerſalis oppreſſio, poſſet timeri ne immineret generalis diſceſſio, quod Deus avertat. His auditis, reſpondit legatus (ut videbatur plurimum commotus in his C omnibus) ſe cum eſſet in curia nunquam huic exactioni conſenſiſſe, & ipſum litteras accepiſſe, poſtquam Galliam fuerat ingreſſus, & ſe multum ſuper hæc doluiſſe. Ad didit etiam ſuper hæc, quicquid præcepit, tali conditione, & licet tacita intellexiſſe, ſi imperium & alia regna conſentirent. Adjunxit inſuper ſe nihil amplius ſuper hæc attentaturum, donec per regna alia prælati conſenſerint, quod credidit provenire non poſſe. ANNO CHRISTI 1224.

# ☞ AD CONCILIUM BITURICENSE

*Pro variis diſciplinæ capitibus, & in Albigenſium cauſa*

*Anno 1225. habitum.*

## ADDITIO.

Ex Manſi Suppl. pag. 111. „ INter cætera, de quibus actum eſt in Bituricenſi concilio, Romanus Card. A. S. L. admonuit Patres, pontificem Romanum præbendas ſingulas & alia id generis poſcere ſibi ſolvendas ab eccleſiis collegiatis aliiſque. Bullam Honorii papæ id poſcentis, quam non dubito pro concilio lectam fuiſſe, vulgavit Martene Anecdot. tom. I. pag. 929. eamque, utpote ad hoc concilium pertinentem, huc transfero.

### HONORII PAPÆ III. AD EPISCOPOS GALLIÆ.

*Petit ab eis unam præbendam in ſingulis eccleſiis cathedralibus & collegiatis.*

Ex Mart. Anec. t. I. p. 929. HOnorius &c. venerabilibus fratribus, archiepiſcopis, epiſcopis, & dilectis filiis univerſis eccleſiarum prælatis per regnum Franciæ conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Super muros Jeruſalem cuſtodes poſiti, quanto eminentiorem ſpeculam dignitatis attendimus, tanto in eminentiori debito ſollicitamur officii, ut vigilanti cuſtodia nobis & aliis vigilemus; nobis quoque per meritum, aliis per D exemplum, quatenus in conſpectu Altiſſimi conſcientiæ puritas conſervetur, & in facie propriæ famæ integritas non lædatur. Multum enim cedit ad commodum, ut & conſcientiam fama non deferat, & famam conſcientia contemni non exponat. Sed potius mutuis promoveantur ſuffragiis, & mutuis ſibi promotionibus ſuffragentur: propter quod in veſtibus Aaron mala punica cum tintinnabulis dependebant. Porro dum attendimus, quid onus honoris expoſcat, quid ſarcina dignitatum deſideret, multa nos cura ſollicitat, multæ nos ſollicitudinis urgemur inſtantia, qualiter Deo ſatisfaciamus & homi-E ni, & ſi non ut volumus & debemus, ſaltem prout permittimur & valemus. Sane multos multoties & audivimus & vidimus murmurantes propter expenſas, quas venientes ad ſedem apoſtolicam faciebant. Scimus autem quid ex talibus inferebat præſumptio detractorum, quid labia doloſa, quid lingua magniloqua præſumebant, cum nonnulli ſermones in publico monſtrantes, & mittentes periculoſius jacula in occulto, Romanam niterentur mordere eccleſiam, parati non ſolum ea quæ vigor juſtitiæ, ſed etiam quæ judicium æquitatis, nec non benignitatis gratia conſummabat ſuis loquutionibus depravare; præſertim apud eos, qui aures pruri-

entes habebant & graves & erectas ad malum. A Illos quoque in talibus frequenter experti ſumus oſtendere, qui miſſi procurare negotia, dum ea quæ illis ad neceſſarias deputabantur expenſas, ſuis voluptatibus applicabant, ad miſerabile ſubſidium mendacii recurrentes, alienis moribus impinguebant, quod proprie defraudaverant. Quia vero in iis contra ſedem apoſtolicam detractionis obrepebat occaſio; & eccleſiis, & eccleſiarum prælatis, nec non & aliis videbatur imminere gravamen; cum fratribus noſtris diligenter curavimus habere tractatum, quo ſtudio, qua cautela, ſecundum Deum & hominem inveniremus in talibus ſalubrem proviſionis effectum; & tandem, prout Domino placuit, communi & unanimi deliberatione conſilii rem non B novam, nec inexcogitatam a prædeceſſoribus noſtris ſumus aggreſſi, volentes, quod illi ſalubri conſilio providerent efficaci opere conſummare, videlicet ut ad opus ſedis apoſtolicæ in ſingulis cathedralibus eccleſiis & aliis præbendalibus ſingulæ præbendæ reſerventur, & interim donec id fiat, competentes in eis reditus aſſignentur. In monaſteriis vero, & ceteris domibus regularibus, ac aliis collegiatis eccleſiis, nec non de bonis epiſcoporum ſecundum facultates ſuas conſtituantur certi reditus præbendas æquantes, quorum proventus in commune recepti tam in noſtras, quam fratrum noſtrorum neceſſitates, capellanorum, necnon cancellariæ, oſtiariorum, aliorumque ſedis Apoſtolicæ offi- C cialium convertantur; ut ſic & provideantur noſtris in vitæ neceſſariis, & gratis omnibus omnia pro quibuſcumque venientibus negotiis miniſtrentur, nec ſit qui per ſe, vel per alium, expreſſe, vel tacite, aliquid exigat, vel etiam ſponte oblata recipiat, præter villæ reditum conſuetum. Quod ſi quis Gieziacus tantæ cupiditati animam audebit exponere, tantæ pœnæ duritiæ ſubjacebit, quod præter publicæ confuſionis opprobrium, culpam in pœna cognoſcet. Quis igitur frater gratiæ, quis devotionis filius, quis ſponſi & ſponſæ dilectus, & hujuſmodi ſtatum eccleſiæ concilio & auxilio non aſſurget? An non licet, non decet, non expedit, ut ſic filiæ dextram porrigant ad ſubſidia matris, quæ occupationibus multis & magnis involvitur pro neceſſitatibus filiorum? Nonne id quam plures eccleſiarum prælati magnique teſtimonii viri tempore generalis concilii ſuadebant? Nonne ad id toto videbantur deſiderio aſpirare? Tunc tamen ſedes apoſtolica diſtulit, ne videretur ad hoc concilium evocaſſe. Ne igitur tam pii, tam ſancti propoſiti conſummatio retardetur, per quod creſcere poterit decor eccleſiæ Dei, multaque ſubtrahi occaſio detrahendi; univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & exhortamur in Domino per apoſtolica ſcripta vobis mandantes, quatenus ad executionem proviſionis hujuſmodi tam in cathedralibus, quam in aliis eccleſiis, ut dictum eſt, impendentes ſic opere ut operam efficacem, quod interprete facto monſtretur quantum domus Dei vos decor alliciat, quantum ſponſi & ſponſæ amor accendat, quantum multorum relevatio moneat, quantumque utilitas generalis inducat. Ceterum cum ad relevanda eccleſiarum onera, & gravamina prælatorum, prout poſſumus, intendamus, de præbendis clericis Romanis, vel aliis a ſede apoſtolica conceſſis duximus providendum, ut poſtquam fuerint ſupradicta completa, cum eos vacare contigerit, ad proprias eccleſias revertantur; ne ſi ſucceſſive conferantur extraneis, ſicut aliquando conſuevit, filiis eccleſiarum, qui continuo ſervitio reſident, redderentur inutiles, & voluntate quodammodo fierent alienæ.

Datum Lateranis V. Calendas Februarii, pontificatus noſtri anno IX.

# LONDINENSE CONCILIUM

*In quo collatio quædam pecuniæ in Regis ſubſidium eccleſiaſticis indicta eſt,*

*Anno* 1225. *habitum.*

*Ex EValt. Convent. Chron.*

An. 1225. Ex Wilk. t. I. p. 606.

IN purificatione beatæ Mariæ convocantur D apud London. proceres Angliæ, ibique tractatu habito diffuſiore cum clero & populo ibidem convocato, rex conceſſit libertates tam eccleſiæ quam regni, & foreſtæ, ſicut chartæ ſuæ inde confectæ & ſingulis comitatibus liberatæ, plenius teſtantur, ibidemque conceſſa eſt domino regi a comitibus & baronibus & clero, & populo ibidem præſentibus XV. omnium mobilium, de communi aſſenſu, præterquam de æquitaturis. Et ad hanc XV. fideliter ſolvendam obligati ſunt per ſententiam archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, priores, comites, barones, & milites, univerſique alii & ſinguli utriuſque ſexus, præterquam de ordine Ciſtercienſ. & Præmonſtratenſ. Templar. & Hoſpitalar...... Archiepiſcopus & epiſcopi omnes excommunicaverunt in æſtimatione XV. fraudem facientes, vel eam impedientes.

„ Res etiam hujus concilii ita narrat Mat„ thæus Pariſius ad An. 1225. qui & Weſt„ monaſterii conventum hunc habitum indi„ cat.

Anno Domini MCCXXV. Rex Henricus ad Natale tenuit curiam ſuam apud Weſtmonaſterium, præſentibus clero & populo cum magnatibus regionis. Solennitate igitur, ut decebat, completa, Hubertus de Burgo, domini regis juſtitiarius, ex parte ejuſdem regis propoſuit coram archiepiſcopis, epiſcopis, comitibus, baronibus, & aliis univerſis damna & injurias, E quæ regi illata fuerant in partibus tranſmarinis; ex quibus non ſolum rex, ſed & comites multi, ac barones ſunt exhæredati cum ipſo. Et cum multi ſunt, in cauſa multorum ſubventio erit neceſſaria. Petiit ergo ab omnibus conſilium pariter & auxilium, quibus corona Angliæ dignitates amiſſas, ac jura poſſet priſtina revocare. Ad hoc quoque plene perficiendum regi ſufficere credidit, ſi ei quintadecima pars omnium rerum mobilium totius regni Angliæ, tam a perſonis eccleſiaſticis, quam a laicis donare-

ANNO CHRISTI 1225.

narretur. His in hunc modum proſecutis archiepiſcopus & concio tota epiſcoporum, comitum, baronum, abbatum, & priorum, habita deliberatione regi dedere reſponſum, quod regis petitionibus gratanter acquieſcerent, ſi illis diu petitas libertates concedere voluiſſet. Annuit itaque rex cupiditate ductus, quod petebant magnates; chartiſque protinus conſcriptis, & regis ſigillo munitis, ad ſingulos Angliæ comitatus chartæ ſingulæ diriguntur. Et ad provincias illas, quæ in foreſtis ſunt conſtitutæ, duæ chartæ ſunt directæ; una ſcilicet de libertatibus communibus, & alteræ de libertatibus foreſtæ.

### *ADDITIO COLLECTORIS.*

NOn dubito quin hoc ipſo anno concilium aliud indictum fuerit Londinum, cujus indicationis literæ diem dominicam ſecundam poſt Paſcha concilio illi habendo ſignant; literæ, inquam, habentur apud Wilkins pag. 603. Cum tamen non ſatis conſtet utrum reipſa concilium illud convenerit, ideo ab iis aſſerendis ſuperſedeo. Suſpicor vero reipſa non coiſſe in unum epiſcopos, quod ſolvere regi auxilium pecuniarium, de quo agendum erat in eo concilio, inferiores diœceſis ſuæ clericos repugnantes nanciſcerentur. Id conſtat ex actis eccleſiæ Sarum apud eundem Wilkins ibidem legendis. Poſcebat ſubſidium illud rex authoritate literarum Honorii papæ de quibus in concilio Londinenſi ad annum 1226. licet enim Angliæ præſules quindenam ſibi indixerint regi ſolvendam, præſentium neceſſitatum ſubſidium; ſollicitandum tamen Honorium papam rex cenſuit, ut ejus authoritate aliquid forte ulterius ſibi poſcere liceret. Niſi reputemus antequam in concilium convenirent epiſcopi, regem id ab Honorio poſtulaſſe, ut ejus authoritas moroſos, nec in ſolutionem illam inclinantes induceret. Nam Honorii literæ ad concilium Londinenſe producendæ, eo ipſo tempore datæ ſunt, quo epiſcopi in concilium illud convenerunt. Forte igitur epiſcopi audita fama de ſubſidio a rege petendo, primo quidem ſe difficiles præbuerunt; quare ad eos urgendos rex pontificis literas procurabat. Dum ita res tractaretur Romæ, epiſcopi in Anglia convenientes tandem in regis voluntatem iverunt, indicta quindena, de qua ſuperius. Secundum hæc redditæ pontificis literæ in Anglia, iiſdemque in rem ſuam Joannes rex uſus eſt, ut moroſos ſingularum eccleſiarum clericos cogeret ad ſolutionem. Res in annum ſequentem extracta eſt, quo habitum conſtat concilium Londini, a me ſubjungendum.

# CONCILIUM PROVINCIALE SCOTICUM

*In quo plura diſciplinæ capita ſancita ſunt,*

*Anno 1225. habitum.*

*Ex chartular. Aberdonen. fol. 25. & Vet. Moravien. fol. II. in bibl. jurid. Edinburgh.*

## BULLA HONORII III. DE EODEM.

An. 1225. Extat ap. Wilkins t. I. p. 607.

HOnorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus univerſis epiſcopis regni Scotiæ, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quidam veſtrum nuper auribus noſtris intimaverunt, quod cum non haberetis archiepiſcopum, cujus auctoritate poſſitis concilium provinciale celebrare, contingit in regno Scotiæ, quod eſt a ſede apoſtolica tam remotum, ſtatuta negligi concilii generalis, & enormia plurima committi, quæ remanent impunita. Cum autem provincialia concilia omitti non debeant, in quibus de corrigendis exceſſibus & moribus reformandis diligens eſt adhibendus cum Dei timore tractatus, ac canonicæ ſunt relegendæ regulæ ac conſervandæ, maxime quæ in eodem generali concilio ſunt ſtatutæ; per apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus, cum metropolitanum noſcamini non habere, auctoritate noſtra provinciale concilium celebretis.

Dat. apud Tyberim 14. Calend. Junii, pontificatus noſtri anno IX.

### *Modus procedendi in concilio cleri Scoticani.*

Primo induantur epiſcopi albis & amictis, cappis, ſolemnibus mitris, chirothecis, habentes in manibus baculos paſtorales, abbates ſuperpelliciis & cappis, mitrati cum mitris, decani & archidiaconi in ſuperpelliciis & almuciis & cappis. Alii vero clerici, ſint in honeſto habitu & decenti. Deinde procedant duo ceroferarii, albis & amictis induti, cum cereis ardentibus ante diaconum, qui legat evangelium. Ego ſum paſtor, &c. quem comitetur ſubdiaconus, & petet diaconus benedictionem a conſervatore, ſi præſens fuerit, vel ab antiquiore epiſcopo, ſi ſit abſens. Prælecto evangelio, obſculetur liber a conſervatore, & ſingulis epiſcopis. Deinde incipiat conſervator hymnum "Veni creator," & ad quemlibet verſum incenſetur altare ab epiſcopis. Quo facto, qui haberet dicere ſermonem, accepta benedictione a conſervatore, incipiat ſermonem ad cornu altaris. Finito ſermone, vocentur citati ad concilium, & abſentes puniantur ſecundum ſtatuta. Quibus ſtatutis ibidem perlectis in publico, excommunicent epiſcopi ſecundum ſtatuta, habentes ſinguli in manibus candelas.

### *Incipiunt ſtatuta generalia eccleſiæ Scoticanæ.* [1]

### I.

Canones generalium conciliorum, ut Iſidorus ait, a tempore Conſtantini imperatoris cœpe-

[1] Statuta hæc ſub finem regni Scotorum regis Alexandri II. condita fuiſſe ex vetuſtate chartularii colligit clar. Ruddimannus.

perunt, quibus ſancta Romana eccleſia, fide catholica ſuccreſcente, & ſancti patres in concilio Niceno convenientes, ſecundum fidem evangelicam & apoſtolicam certitudinem tradiderunt, inter cætera ſtatuentes, ſicut beatus Gregorius papa ſcribit, quod ſicut ſancti evangelii libros quatuor concilia ſuſcipiens venerari me fateor; Nicenum ſcilicet, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Calcedonenſe, in quibus hæreticæ pravitates, & fidei catholicæ impugnatores confundebantur, & religio chriſtiana ad Dei laudem & omnium credentium ſalutem ſolidum recepit fundamentum: ex quo more per catholicorum principum provincias & regna ſalubriter inſtitutum eſt, ut ſingulis annis provincialia concilia ad decorem domus Dei, & fidem catholicam firmiter obſervandam rite celebrentur. Cui mori felicis recordationis Honorius papa in eccleſia Scoticana conſenſum adhibuit ſpecialem in hæc verba: Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, &c. Auctoritate igitur Dei omnipotentis, & ſacrorum canonum, ac ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ nos prælati eccleſiæ Scoticanæ concilium provinciale noſtrorum prædeceſſorum more celebrantes, & laudabilem conſuetudinem obſervantes, unanimi conſenſu ſtatuimus & ordinamus, ut ſingulis annis ſinguli epiſcopi, & abbates, ac prioratuum priores in habitu ſolemni ad concilium celebrandum ad certum diem per conſervatorem concilii ſibi competenter præfigendum devote conveniant, ut per triduum, ſi neceſſe fuerit: in eodem concilio valeant pro neceſſitatibus divinis & eccleſiaſticis commorari, & invocata Sancti Spiritus gratia, ſtatum eccleſiaſticum ibidem ad modum debitum & placentem Deo reformare. Si quis vero eorum canonica præditione fuerit impeditus, procuratorem vice ſua ſufficientem ſubſtituat. Non autem veniens perſonaliter, cum venire poſſit & noluerit, auctoritate concilii & arbitrio puniatur.

*Quomodo conſervator debeat legi.*

### II.

Statuimus etiam inprimis, ut quolibet anno verbum prædicationis cuilibet epiſcoporum, uni poſt alterum injungatur in proximo concilio, per ſe vel per alium proponendum, incipiendo ab epiſcopo ſancti Andreæ, & quod unus epiſcoporum conſervator ſtatutorum concilii ordinetur de conſilio reliquorum, qui de concilio ad concilium ſuo fungatur officio, ac manifeſtos & notorios ejuſdem concilii, ſeu alicujus ſtatuti in eodem violatores puniat, & ad debitam ſatisfactionem per cenſuram eccleſiaſticam ſecundum juris exigentiam efficaciter compellat.

*De fide catholica.*

### III.

Statuimus ſacri approbatione concilii, ut prælati majores & minores fidem catholicam & apoſtolicam indubitanter teneant, & ſubditos ſuos utriuſque ſexus in articulis fidei diligenter inſtruant, monentes & inducentes parochianos ſuos, quod ipſi ſuis liberis eandem fidem exponant, & eos doceant fidem chriſtianam obſervare.

*Quod ſacramenta eccleſiæ diligenter miniſtrentur.*

### IV.

Statuimus, quod ſacramenta[1] eccleſiaſtica cum devota reverentia in fide catholica celebrentur, ſub certa forma a ſanctis patribus & ſacris ſcripturis tradita: ſub certis verbis catholice tradita, modis aliquibus immutare non liceat.

*Quod eccleſiæ ſufficienter ornentur.*

### V.

Adhæc ſtatuimus, quod eccleſiæ ad modum facultatum ipſorum parochianorum & per ipſos parochianos, & cancella earum per ipſos rectores de lapidibus conſtruantur, & poſtea conſecrentur, & debitis ornamentis, libris, & vaſis ornentur, & ad ſtatum debitum reformentur.

*De eccleſiis ædificandis.*

### VI.

Item ſtatuimus, quod nulla eccleſia vel oratorium ſine diœceſani conſenſu conſtruatur, vel in conſtructis ſine ejuſdem conſenſu vel auctoritate divina officia aliqua temeritate celebrentur, quin potius ſecundum canones ſacros profanentur.

*De eodem.*

### VII.

Et quia præſens ſtatutum minus plene in multis locis invenimus obſervatum, ſtatuimus, ut quilibet noſtrum in ſua diœceſi diligenter [*] ---- quo jure & qua auctoritate fuerunt conſtructæ, quod ſi minus rationabiliter conſtructæ, quod ſi minus rationabiliter conſtructæ fuerint, vel etiam impoſterum conſtruantur, ſecundum inſtituta canonica ſint ſuſpenſæ, proviſo, fuerint capellæ quæcumque, indemnitati in omnibus matricis eccleſiæ ſic proſpiciatur, ut nullum ei præjudicium generetur, nec de oblationibus a privilegiatis alicubi aliquid recipiatur, niſi ſuper hoc privilegium ordinario ſufficiens exhibeatur: quod ſi aliqui contrarium fecerint, ipſo jure ſint ſuſpenſi.

*Ne miſſæ celebrentur in privatis locis ſine licentia epiſcopi.*

### VIII.

Item nonnulli religioſi, & etiam alii, tam ſeculares quam eccleſiaſtici in privatis & inhoneſtis locis ſibi faciunt divina celebrari, immo potius in ſcandalum totius eccleſiæ, profanari, ubi frequentius ſpurcitiæ peccatorum committuntur, & animalia bruta commorantur, nulla petita licentia vel obtenta a locorum ordina-

1 Deeſt cum.
* Deeſt vox aliqua in MS. forte *inquirat*, *inſpiciat*, aut ſimile quid.

ANNO CHRISTI 1225.

narii, aut aliqua auctoritate exhibita. Qua- A propter ne de cætero hujuſmodi fiant, ſub pœna ſuſpenſionis in perſonas, & interdicti in eadem loca, & etiam excommunicationis, ſi taliter delinquentes competenter moniti ab hujuſmodi præſumptionibus non diſtiterint, firmiter inhibemus, volentes & ſtatuentes, quod rectores eccleſiarum parochialium, & vicarii earundem, necnon etiam parochiales presbyteri hujuſmodi ſententias auctoritate concilii valeant in ſuis parochiis executioni debitæ demandare.

*De honeſtate clericorum.*

## IX.

Statuimus etiam, quod quælibet eccleſia parochialis ſuum proprium habet rectorem aut vicarium, qui debitam curam animarum per ſe aut per alium idoneum miniſtrum de licentia ſui diœceſani valeat exercere, &, quod iidem mundam & honeſtam ducant vitam, alioquin canonicæ ſubjaceant ultioni.

*Quod vicarii ſufficientem habeant ſuſtentationem.*

## X.

Ad hæc ſtatuimus, ut vicarii eccleſiarum, ſufficientem & honeſtam habeant ſuſtentationem de proventibus eccleſiarum, quum qui altaribus deſerviunt, de ipſius & eccleſiæ proventibus vivere debent. Ita tamen, quod portio vicarii pura, libera, omnibus oneribus ſubductis, ad minus æſtimationem decem marcharum attingat, ſi ad hoc ſuppetant eccleſiæ facultates: provito, quod in pinguioribus eccleſiis, ſecundum modum facultatum, & onera eiſdem incumbentia, ſufficientes portiones vicariis aſſignentur.

*De ornatu clericorum.*

## XI.

Ad hæc ſtatuimus, quod rectores & vicarii eccleſiarum, & etiam in dignitatibus conſtituti, ac ſacerdotes, & clerici infra ſacros ordines tam in ſtatumentis, quam in habitu corporis decenter induantur: rubeis pannis, ſive viridibus, ſeu virgatis non utantur, nec etiam pannis, qui nimia brevitate notentur. Vicarii quoque & ſacerdotes clauſa deſuper habeant indumenta, tonſuram deferant congruentem, ne intuentium, quorum forma & exemplum eſſe debent, offendat aſpectum. Quod ſi ab ordinariis moniti emendare noluerint, ab officio ſuſpendantur, & E eccleſiaſticis ſubjaceant diſciplinis.

*Quod nullus ſe intrudat in beneficio eccleſiaſtico.*

## XII.

Statuimus etiam, quod nullus rector, aut vicarius ſine conſcientia diœceſani, aut ejus officialis, ſuper hoc poteſtatem habentis, in poſſeſſionem eccleſiaſticam intrudatur, vel aliquam in eadem exerceat adminiſtrationem; & qui ſecus fecerit, ſecundum canonum ſancita a jure, quod ſibi comperiit, cadere debet, & nihilominus arbitrio diœceſani alias legitime puniatur.

A

*De manſionibus beneficiatorum.*

## XIII.

Statuimus etiam, quod quælibet eccleſia manſionem aliquam prope eccleſiam habeat, in quam epiſcopus, ſive archidiaconus honeſte recipi valeant; quam decernimus infra annum debere fieri tam expenſis perſonarum, quam vicariorum pro rata ſua portionum: ſuſtentatio autem domorum ſpectat ad vicarium, cum habeat uſum earum, & commodum, & ad hoc per ſequeſtrationem fructuum eccleſiarum compellantur.

B

*Quod novi cenſus non imponantur eccleſiæ.*

## XIV.

Statuimus etiam, quod novi cenſus eccl. aut vicariis non imponantur, nec antiqui cenſus augeantur; & ſi ſecus actum fuerit, ſecundum Lateranenſe concilium irritentur, & delinquentes in talibus, prout juſtum fuerit, puniantur.

*De clericis ordinandis.*

C

## XV.

Ad hæc ſtatuimus, quod nullus epiſcopus clericos diœceſis alterius epiſcopi ad ordines maxime ſacros ſine literis ordinarii ſui vel ejus officialis admittat. Clerici autem tranſeuntes vel ignoti ad nullum officium eccleſiaſticum ſine literis commendatitiis certis admittantur, & ſi ſine admiſſione epiſcopi, officialis, archidiaconi in eccleſiis parochialibus ſeu capellis ſe divinis immiſcuerint, ipſo facto ſint ſuſpenſi. Ad hæc ſtatuimus, quod quilibet ſacerdos ſeu clericus ad religionem tranſiens, habeat annuale D ſuum, ſicut & alii, qui in Domino moriuntur.

*De confeſſoribus conſtituendis.*

## XVI.

Quod in quodam concilio ſtatutum eſt, approbantes ſtatuimus, ut per quoslibet decanatus prudentes viri & fideles conſtituantur per epiſcopum confeſſores, quibus perſonæ vicarii & minores clerici valeant confiteri, qui decanis forſitan erubeſcunt confiteri, & verentur. In eccleſiis vero cathedralibus confeſſores inſtitui præcepimus generales.

*De locato & conducto.*

## XVII.

Cum laicis dari eccleſias ad firmam ſit penitus inhoneſtum, & clericis quibuſcunque ad longum tempus propter continuationem temporis, quod conſuevit afferre periculum eccleſiis, poſſet eſſe damnoſum; utrumque diſtrictius inhibentes, ſtatuimus, ut nec laicis unquam nec perſonis eccleſiaſticis etiam ultra quinquennium ad firmam non conferantur, nec eo finito, renoventur eiſdem, niſi prius ipſas alii habuerint mediate, ſalvis conceſſionibus religioſorum ſuper garbis eis in proprios uſus conceſſis; & , ut omnia ſint in tuto, præcipimus, ut prælen-

tibus

tibus epiſcopis vel archidiaconis firmarum fiat A
conventio, ex qua plures literæ ſcribantur, quarum una maneat penes epiſcopum, vel penes archidiaconos.

*De cohabitatione clericorum & mulierum.*

XVIII.

Licet ad profugandum a laribus eccleſiæ putridum illud cupidinis libidinoſæ contagium, quo decor eccleſiæ turpiter maculatur, ſtuduerint ſemper eccleſiaſtici rectores, ipſum cum improbitatis tantæ exiſtit, ut ſemper ſe ingerat impudenter; nolentes ergo tantam eccleſiæ i- B
gnominiam conniventibus oculis præterire incorrectam, ſtatuta Romanorum pontificum, & maxime decretales Alexandri papæ ſuper hoc editas exequendo, ſtatuimus, & ſtatuendo præcipimus, ut clerici, & maxime in ſacris ordinibus conſtituti, qui in ſuis domibus vel alienis detinent publice concubinas, eas prorſus a ſe removeant infra menſem, alias de cætero nullatenus detenturi, alioquin ab officio & beneficio ſint ſuſpenſi. Ita quod uſquequo ſuper hoc ſatisfecerint, de beneficiis eccleſiaſticis ſe nullatenus intromittant. Alioquin ipſo jure ipſos eis decernimus eſſe privatos. Volumus quoque & diſtricte præcipimus, ut archidiaconi & decani C
ſuper hoc diligentem fieri faciant per omnes decanatus inquiſitionem, & quod ſtatuimus, obſervari.

*De rebus eccleſiæ non alienandis.*

XIX.

Statuimus etiam, quod eccleſiarum parochialium rectores ſeu vicarii eaſdem eccleſias ſibi commiſſas nullatenus obligare valeant, nec fructus earum ad ulteriora tempora vendere, aut quiouslibet modis alienare, niſi quatenus ad eoſdem rectores pro ſe viventibus, aut ſuo annuali poterunt pertinere, ne per obligationes & D
alienationes hujuſmodi, eccleſiis ipſis & earum patronis, aut earum rectorum ſucceſſoribus damnum aut injuria generetur.

*Item de eodem.*

XX.

Statuimus etiam, quod nullus rector aut vicarius parochialis eccleſiæ decimas aliquas aut proventus alios eccleſiaſticos perſonis conjunctis aut extraneis, præſertim laicis etiam ad uſum perpetuum, quoad concedentes aut recipientes vixerint, dare valeant, vendere, vel quomodolibet alienare. Et ſi quid contra præſumptum fuerit, irritum ſit & inane, & quod ſic alie- E
natum fuerit, ad jus & proprietatem ſuæ eccleſiæ integraliter revertetur.

*Item de eodem.*

XXI.

Adjicimus etiam, quod nullus rector, aut vicarius decimarum ſeu aliorum proventuum eccleſiaſticorum per unius anni ſpatium, antequam eædem decimæ ſeu proventus percipi debeant, venditionem, obligationem, ſeu aliam alienationem anticipare præſumat. Et ſi ſecus præſumptum fuerit, iidem contractus omni careant firmitate, quum per contractus hujuſmodi eccleſiæ læduntur; rectores & vicarii depauperantur; ementes etiam plerumque ſuis pretiis defraudantur; jura etiam ordinariorum quandoque deferuntur, vel penitus enervantur.

*Ne clerici vel monachi ſe negotiis immiſceant.*

XXII.

Cum jure divino & humano caveatur, quod nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus; ſtatuimus, quod nemo religioſus, aut ſacerdotes vel clerici ſanctis eccleſiis aſtricti, actores vel adminiſtratores ſecularium perſonarum in negotiis ſecularibus fiant, vel adminiſtrationes ab eis rerum ſeu negotiorum ſecularium ſuſcipiant, per quas ad ratiocinia teneantur, ne & ipſi in ſcandalum eccleſiæ per ſecularem potentiam graviter opprimantur, & eccleſiæ ſibi commiſſæ ex hoc enormiter lædantur. Quod ſi aliqui adverſus hoc impoſterum venire præſumpſerint, ab eccleſiaſtico miniſterio fiant alieni, pro eo, quod clericali officio neglecto, fluctibus ſeculi vel poteſtatibus ſecularibus ſe [1] miſcuerint.

*De eodem.*

XXIII.

Item ſalubri proviſione decrevimus, ut clerici beneficiati de cætero domos aut poſſeſſiones laicas ad opus concubinarum & filiorum ſuorum emere non præſumant, nec etiam ad opus eorum domos conſtruant in feodo laicali, ſed nec etiam pecuniam miniſtrent ad hujuſmodi emenda ad opus illorum, ut ſic eis ſubtrahatur occaſio malignandi. Si quis ſuper hoc habeatur juſta ratione ſuſpectus, niſi ad arbitrium ſuperioris ſe purgaverit, ipſius arbitrio puniatur. Præterea licet teſtamenta legitima clericorum beneficiatorum decedentium volumus obſervari: nolumus tamen, quod concubinis aliquid in teſtamento ſuo relinquant. Quod ſi de cætero factum fuerit, totum illud in uſum eccleſiæ, quam rexit defunctus, epiſcopi arbitrio convertatur.

*De interdicto.*

XXIV.

Item ſtatuimus, ut cum indultum ſit Hoſpitalariis ac aliis religioſis quibuſdam ab apoſtolica ſede, ut in ipſorum jucundo adventu ad loca interdicta pro ſuis [2] confratriis, ſeu eleemoſy-

1. In MS. *ſanxerint* ſcriptum videtur.
2. In MS. *confriciis*, forte pro *confratriis*, de quibus Car. du Freſne in Gloſſar. med. & infim. Latinitatis, in Addend. p. 1370. hæc habet: In fine ſubde, Helias de Roſſiaco in abbatibus S. Martialis Lemovicenſ. *Exactionem quam epiſcop. Lemovicenſis & canonici ſub nomine confratriæ a populo violenter expetebant, irritam fecit.* Hæc clar. Ruddim.

moſynis colligendis ſemel in anno loca iſta debeant aperiri, quum ad divinorum celebrationem in locis hujuſmodi nominatim excommunicati nullatenus admittantur, & ipſi præcipue, qui cauſam de teſtamentis dederunt interdicto. Prohibemus etiam, quod hujuſmodi exempti funera nominatim excommunicatorum, aut publicorum peccatorum, & violatorum eccleſiarum, & aliorum, quibus vivis non communicavit eccleſia, eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere non præſumant; ſi vero in aliquo contra præmiſſa venire præſumpſerint, privilegiorum hujuſmodi ipſos fore decernimus abuſores. Ipſos quoque ad eccleſias illas nullatenus admittendos, donec ſatisfactionem idoneam præſtiterint de offenſa. Et quod a loco ſacro extrahantur corpora ſic ſepulta.

*De teſtamentis & ultimis voluntatibus.*

### XXV.

Statuimus, ut cum de bonis in teſtamento alicujus cuicumque relictis, ordinariis locorum certa fuerit ratio facienda, quia Ciſtercienſes, ac alii exempti ad hujuſmodi rationem reddendam nullatenus compelli poſſunt, ut dicunt, quod religioſi hujuſmodi executores nullo modo conſtituantur, nec in aliquo bona defunctorum adminiſtrent. Quod ſi fuerint conſtituti, pro non conſtitutis penitus habeantur.

*De immunitate eccleſiarum.*

### XXVI.

Statuimus, quod fugientes ad eccleſiam defendantur ab eadem, niſi fuerint notarii depopulatores agrorum, aut publici & notorii prædones viarum publicarum, aut manifeſti violatores aut effractores eccleſiarum, ſeu a canone vel ab homine excommunicati, quibus caſibus adhuc ſunt tuendi, donec diœceſanus vel ejus officialis pronunciaverit ſententialiter eos ab eccleſia non eſſe defendendos.

*Item de eodem.*

### XXVII.

Adjicientes, quod nullus vicarius, ſeu preſbyter, ſeu clericus alius aliquem cruceſignatum, ſeu clericum captum pro homicidio, præda, latrocinio, maxime ſi ſuper his maleficiis fuerint defamati, de manibus ballivorum laicorum requirat ſine juſſu & conſcientia epiſcopi, archidiaconi, vel decani loci illius, ubi fuerit requirendus. Prohibemus etiam, ne laicus fidejuſſor inveniatur apud ballivum laicum pro talium captorum liberatione; ſtatuentes, quod detentores talium privilegiorum, poſtquam canonice moniti fuerint & requiſiti, ad liberationem eorundem per cenſuram eccleſiaſticam compellantur.

*De eodem.*

### XXVIII.

Statuimus etiam, clericos in quolibet ordine ab eccleſia eſſe defendendos, donec exigente juſtitia, propter immunitatem criminum a ſuſceptis ordinibus degradentur, & ne maleficia tranſeant impunita, in maleficiis deprehenſi aut manifeſti convicti, arctæ cuſtodiæ carceris diœceſani, quem quilibet epiſcopus habere tenetur, tales clerici commendentur, ac pane doloris & aqua tribulationis ibidem ſuſtententur, ne fame vel ſiti in carcere ſuffocentur.

*De feſtis.*

### XXIX.

Statuimus etiam, quod de cætero placita ſecularia in diebus dominicis ac in aliis feſtivitatibus ſolemnibus minime teneantur; neque in eccleſiis, cœmeteriis, aut aliis locis Deo dedicatis talia placita, & maxime cauſæ ſanguinum, aut criminales, per quoſcunque judices ſeculares locis aut temporibus prædictis agitentur.

*Ut libertates eccleſiæ ſine diminutione conſerventur.*

### XXX.

Statuimus etiam, quod nulli permittatur violare aut diminuere libertates, ſeu immunitates aut conſuetudines rationabiles rerum aut perſonarum eccleſiaſticarum hactenus obſervatas, ac divino jure vel humano ſalubriter & rationabiliter introductas.

*De cruceſignatis ab eccleſia defendendis.*

### XXXI.

Statuimus autem, auctoritate concilii Lateranenſis, quod cruceſignati rite ab eccleſia tuendi ſunt, niſi propter ſuorum ſcelerum immanitatem ab eccleſiaſtica defenſione fuerint ſequeſtrandi; ſuper hoc juſtum judicium diœceſani modis omnibus expectetur.

*Quod nami non capientur per laicos in terris eccleſiaſticis.*

### XXXII.

Statuimus, quod nullus vicecomes, ballivus, vel quicunque laicus namum capiat, vel capi faciat in foro aliquo, vel extra forum de rebus clerici vel etiam laici, manentis in terris eccleſiarum, vel etiam ad vendendum compellant ſub æſtimatione, quæ "*For le Roy*" vulgariter dicitur. Quod ſi ſecus actum fuerit, ſi capiens vel capi faciens ammonitus res taliter captas aut venditas infra terminum ſibi ſtatutum non reſtituerit, & etiam de injuria ſatisfacere contempſerit, per excommunicationis ſive interdicti ſententiam, ſecundum quod videbitur expedire, ſine moræ diſpendio coerceatur.

*Quod clericus non trahatur ad forum ſeculare.*

### XXXIII.

Statuimus etiam, quod ſi eccleſiaſtica perſona contra aliam perſonam eccleſiaſticam moveat quæſtionem perſonalem, vel etiam realem, ſuper rebus aut aliquibus bonis eccleſiaſticis, eam coram judice eccleſiaſtico proſequatur, ſuper his adverſarium ſuum nullatenus ad forum

rum vetitum pertrahendo. Quod ſi aliter ab aliquo præſumptum fuerit, ſi canonice monitus non deſtiterit, actor a jure, quod ſibi competit, cadat; reus, ſi ulterius perſeverent, & pœnas prædictas contemnant, ſecundum ſacros canones & auctoritate concilii, excommunicati publice denuncientur. Adhæc, cum invaleſcres ac perturbatores immunitatum, libertatum, poſſeſſionum eccleſiaſticarum, necnon perturbantes pacem per aliquas fraudes, odia, vel machinationes, per ſententiam latam a canone, ipſo facto ſint excommunicati, auctoritate eorundem canonum & concilii decrevimus eos debere excommunicatos publice denunciari.

*De decimis & primitiis.*

XXXIV.

Statuimus, ſecundum divinæ legis & humanæ præcepta, quod decimæ de omnibus, quæ innovantur, de quibus decimæ præſtari debent, ut de blado, fœno, lino, de hortis, de molendinis, de piſcariis, de fœtibus animalium, lana, lacte, caſeis, quocunque tempore fiant, pullis, ovis, negotiatione, venatione, ſilva cædua, de fructibus arborum, & aliis hujuſmodi integre perſolvantur his, ad quos pertinere noſcuntur.

*De decimis hortorum.*

XXXV.

Ad hæc decrevimus, quod decimæ hortorum in civitatibus & burgis, ad quamcunque culturam redigantur, ad vicarium pertineant. Decimæ vero hortorum in villis, pro qua parte fuerint ad culturam ſegetis redacti, ad perſonam pertineant, & pro alia parte ad vicarium. Linum vero ubicunque ſeminatur, ad vicarium pertineat.

*De decimis vaccarum.*

XXXVI.

Item de vaccis foetis ſtatuimus, ut ſi de earum lacte non fiat caſeus, vel butirum, pro vacca tres denarii per annum, & pro ejus vitulo unus denarius eodem anno pro decima exigatur.

*De decimis ovium.*

XXXVII.

Item ſtatuimus de ovibus, quod ſi oves, vel cætera animalia in diverſis parochiis extiterint per diverſa tempora, quælibet eccleſia pro rata temporis decimam percipiat, dum tamen per menſem integrum ad minus in alicujus parochia ſteterint, minoris autem temporis nulla ratio habeatur; fructus autem toto tempore, quo curantur, non quo percipiuntur, accipere debemus, & hoc ipſum inter epiſcopatus obſervetur.

*De eodem.*

XXXVIII.

Item ſtatuimus, ſi parochianus alicujus eccleſiæ per menſem vel ultra, propter herbam cum ſuis averiis in alia parochia commoretur, id, quod ſupradictum eſt de ovibus, obſervetur.

*De eodem.*

XXXIX.

Item ſtatuimus, quod animalium, quæ cubant in una parochia & paſcuntur in alia, per totum annum decimæ dividantur æqualiter; ſi autem communiter paſcuntur in utraque parochia, & cubant tantum in una; illa, in qua cubant, tres partes remaneat eccleſiæ, in cujus parochia paſcuntur.

*De decima fœni & molendinorum.*

XL.

Item ſtatuimus de decimis fœni & molendinorum, quod integre perſolvantur; quas ſi aliquis ſolvere noluerit, poſt trinam admonitionem excommunicetur.

*De mercenariis.*

XLI.

Item ſtatuimus, quod ſufficiat a mercenariis, qui opera ſua locant pro dimidia marca vel infra, exigere tres oblationes per annum pro decima mercedis, quam recipiunt.

*De decima piſcationum.*

XLII.

Item ſtatuimus de decimis piſcatorum, quod nulla perſona vel vicarius ab alienis parochianis decimas piſcationum exigere præſumat, niſi quamdiu in ſua parochia domos conduxerint, vel manſiunculas ad inhabitandum fecerint, vel ex mutuo ſeu commodato habuerint, niſi ſecus eccleſiarum aliqua legitima præſcriptione fuerit munita.

*Caſus, in quibus excommunicantur, qui perturbant viros eccleſiaſticos, ſeu eorum procuratores, ne faciant commodum ſuum de decimis ſuis.*

XLIII.

Item ſtatuimus, ne advocati eccleſiarum, ſeu quilibet laici impediant vel prohibeant, aut aliquo modo compellant perſonas, vel vicarios, ſeu procuratores eorum, quominus de decimis ſuis ſeu dominorum ſuorum libere valeant diſponere, vendere, vel alienare, quocunque modo voluerint; nec etiam ſuis vel alienis hominibus prohibeant, ne decimam emant ſeu etiam alias obventiones, nec etiam clericis aliquod impedimentum præſtent, quominus ad opus proprium eas colligant, & pro arbitrio ſuo de eis diſponant. Quod ſi quis contrafacere præſumpſerit, vel quoquomodo in fraudem eccleſiaſticæ libertatis & ſacrorum canonum machinatus fuerit, auctoritate concilii generalis excommunicetur.

De

*De furantibus decimas.*

XLIV.

Item ſtatuimus, quod quicunque filii perditionis decimas furtive ſubripuerint, aut vi aut clam occupaverint, aut decimas ſegetum ſectas in agris reliquerint, aut per agros projecerint, & ad horrea ſecundum rationabiles & antiquas conſuetudines deferre contempſerint, eccleſiaſtica cenſura ad ſatisfaciendum Deo & eccleſiæ, ac clericis læſis & damnificatis legitime compellantur.

*De eodem.*

XLV.

Adhæc ſtatuimus, quod iſtæ ſententiæ in ſingulis eccleſiis ſingularum diœceſium ad nos ſpectantium, per tres dies ſolemnes ſingulis annis publicentur.

*De conſpirationibus.*

XLVI.

Excommunicamus etiam omnes conſpiratores contra proprios epiſcopos, vel alienos regni, & omnes conſpiratoribus conſentientes eo quod tales ſciſmatici ſunt & infames.

*De obedientia clericorum.*

XLVII.

Quoniam melior eſt obedientia quam victimæ, & contumacia ſeu inobedientia peccato ariolandi & idololatriæ comparatur; ſtatuimus, quod omnes eccleſiaſtici viri, ſuis diœceſanis archidiaconis, decanis in mandatis licitis & canonicis contumaciter & ſine manifeſta cauſa rationabili reſiſtentes, ab officio ſuſpendantur, & creſcente contumacia, pœnæ majori ſubdantur.

*De quæſtionariis qui non niſi ſemel in anno admittantur.*

XLVIII.

Quoniam quidam quæſtionarii variis illuſionibus animas ſimplicis populi ſeducunt, ſtatuimus, quod cum aliquis quæſtionarius ad aliquam eccleſiam acceſſerit, miniſtrans in eadem eccleſia eodem die negotium dicti quæſtionarii parochianis ſuis reverenter exponat, ſecundum quod in literis domini papæ & diœceſani continetur: ita quod dictarum literarum tenorem nullatenus excedat. Ad alium diem autem infra annum illum eundem quæſtionarium in eadem eccleſia pro eodem negotio nullo modo admittat. Adhæc ſtatuimus firmiter obſervandum, quod a principio Quadrageſimæ uſque ad octavas Paſchæ negotium fabricæ eccleſiæ Glaſvenſis omnibus diebus dominicis & feſtivis fideliter & diligenter in ſingulis eccleſiis, poſt

A evangelium miſſæ, parochianis exponatur, & indulgentia eidem fabricæ ſubvenientibus conceſſa, quam in qualibet eccleſia ſcriptam eſſe præcipimus, aperte & diſtincte eiſdem parochianis vulgariter dicatur, & eleemoſynæ eorundem ac bona decedentium ab inteſtato, ac etiam pie legata ſecundum conſuetudinem hactenus approbatam fideliter colligantur, & decanis locorum in proximis capitulis ſine diminutione aſſignentur, & infra dictum terminum nullus quæſtionem pro negotiis aliis in eccleſiis parochialibus admittat.

*Quod excommunicati ſint ſubvertentes libertatem eccleſiæ.*

B

XLIX.

De prælatis & clericis ſtipendiis eccleſiæ militantibus, qui contra canonicas ſanctiones & libertates eccleſiaſticas & conſuetudines eccleſiæ Scoticanæ hactenus obtentas conſilium & auxilium laicis impendunt, & maxime de his, qui literas dictant, ſcribunt, & conſignant, ſeu ſtatuta condunt, per quæ jura ſeu ſtatuta libertates eccleſiæ & conſuetudines hujuſmodi poſſunt ſubverti, & de aliis, ſcilicet ſtatutariis (a), conſiliariis, & eorum fautoribus ſtatuendo decrevimus, quod quoniam omnes tales in canone latæ ſententiæ
C incidunt pro excommunicatis publice denuncientur. Si quis vero beneficiatus inpoſterum ſuper aliquo præmiſſorum fuerit convictus, auctoritate iſtius ſtatuti noverit ſe beneficio ſuo fore privatum; ſi præditus dignitate vel prælatura aliqua, hujuſmodi attentare præſumpſerint, omni dignitate careat & honore; ſi laicus, & ab eccleſia infeodatus, feodo ſuo privetur. Si clericus hujuſmodi facere præſumat, & poſtea ad eccleſiaſticum beneficium fuerit præſentatus, nullatenus admittatur, niſi coram diœceſano ſuo ſuper hoc purgaverit innocentiam.

*Infraſcripti excommunicandi ſunt quater in anno.*

D

L.

Item ſtatuimus, quod in ſingulis eccleſiis, tam militum quam aliorum, quater in anno in proximis dominicis poſt obſervationem quatuor temporum excommunicentur in genere ſortilegi, venefici, incendiarii, eccleſiarum fractores, falſarii, uſurarii manifeſti, & ſcienter impedientes teſtamenta legitime facta. & etiam impedientes ordinarios, quominus de bonis ipſorum decedentium ab inteſtato, ſecundum conſuetudinem eccleſiæ Scoticanæ, rite valeant ordinare; laici detinentes, invadentes, fraudan-
E tes, & auferentes poſſeſſiones, aut alia quæcumque jura eccleſiaſtica aut libertates, & omnes illi, qui ſe in beneficio eccleſiaſtico intrudunt; & teſtes ſcienter perjuri, per quos aliquis amittit hæreditatem, aut beneficium eccleſiaſticum, ſeu terrenum; raptores etiam publici & notorii; & omnes ſcienter receptantes fures, vel raptores, ut furentur, vel rapiant, vel eos manu-

(a) In MS. *Statuariis*

ANNO CHRISTI 1225.

nutenent, vel pro eis fidejubent, cum ex dicta A cauſſa querelantur. Contra latronum & prædonum (a) flagitia, quibus nimis abundat regio Scoticana, quod nequaquam eſſet, ut accepimus, niſi majores eos defenderent, & manutenerent, aut pro eiſdem ſcienter & prudenter fidejuberent, ſic duximus ſtatuendum, ut nemo eos protegat, manuteneat, ſeu defendat, vel in domibus teneat, vel ullos, quos ſciverint, vel manifeſtum fuerit latrocinium aut prædam exercere: eos autem, qui contrafeceriut, ſi tertio commoniti per eccleſiaſticum judicem ipſos a ſe non abjecerint, eccleſiaſticæ excommunicationi ſubjugamus. Monitionem autem volumus & ſtatuimus ſufficere generalem, & ſi fiat alicujus nomine non expreſſo, dum ita publice B ac ſolemniter fiat, quod ad eorum notitiam valeat pervenire. Item omnes, qui in cauſa matrimoniali falſas exceptiones malitioſe opponunt, vel opponi procurant, vel qui in cauſa matrimoniali falſum perhibent teſtimonium ſcienter, vel id fieri procurant, vel teſtes ſubornant, excommunicationis ſententiæ ſe noverint ſubjacere.

*De eodem.*

## L I.

Item excommunicamus illos, qui pacem regis aut regni perturbant; & omnes illos, qui C odio vel lucri cauſa aliis crimina falſa imponunt, pro quibus mors, vel exilium, vel membrorum mutilatio, vel exhæredatio, ſeu bonorum ſpoliatio ſequi debeat, ſi judicialiter convincantur.

*De excommunicato per unum epiſcopum denunciando per alios, & de interdicto promulgando in terris excommunicati, ſi per quadraginta dies in pertinacia perſeveraverit; & de pœna prælatorum iſta non obſervantium.*

## L I I.

Statuimus etiam, ut quoties aliquis ex nobis D epiſcopis in aliquem nobis jure diœceſ. ſubditum ſententiam excommunicationis ob aliquam cauſam rationabilem & legitimam promulgaverit, & eandem alicui noſtrum demandaverit publicandam, & demandandum, quibus noſtrum eam per ſuam diœceſim faciat publicari, & ipſum delinquentem denunciet excommunicatum, & eundem per ſeipſum tanquam excommunicatum evitet; & quatenus in eo eſt, ab aliis faciat evitari. Et ſi talis excommunicatus in ſua pertinacia per quadraginta dies claves eccleſiæ contemnendo, animo perſeveraverit indurato, & idem excommunicator extunc terras ipſius excommunicati in diœceſi ſua ſitas, & loca, per quæ tranſierit, & per triduum & am- E plius in eiſdem fecerit moram, eccleſiaſtico ſuppoſuerit interdicto, & idem interdictum alicui noſtrum demandaverit publicandum; quilibet noſtrum terras ejuſdem excommunicati in diœceſi ſua ſitas ſupponat interdicto, quouſque per eundem excommunicatorem dictæ ſententiæ fuerint relaxatæ. Loca vero, per quæ tranſierit, & quamdiu ibi moram fecerit, ſimiliter eccleſiaſtico ſupponat interdicto. Ut tamen regiæ majeſtati debitus honor deferatur, ſi idem excommunicatus in comitatu domini regis, vel reginæ conſortis ſuæ, communis congregationis ipſius regni magnatum extiterit, tunc diœceſanus loci ejus per ſe, vel per alium talem eſſe excommunicatum denunciet, eoſdem canonice inducendo, ut ipſum excommunicatum a ſua communione repellant, & evitent, & a ſuis faciant evitari. Alioquin cum ſibi videantur favere, qui manifeſto facinori negligunt obviare, idem locus per diœceſanum eccleſiaſtico ſupponatur interdicto, tamen regis & reginæ liberorumque ſuorum capellis in ſua dignitate feliciter duraturis. Et ut divinus timor incutiatur fortius obſtinatis, ad excommunicatorum inſolentiam reprimendam, ſi neceſſe fuerit, brachii ſecularis auxilium, prout catholicorum regum temporibus fieri conſuevit, & de jure debuit, invocetur. Et ſi aliquis noſtrum aliqua levitate ab eccleſiaſtica & divina obſervatione receſſerit, vel in aliquo eam impedierit, per ſacri concilii deliberationem fratrum ſuorum atque prælatorum conſiliis careat aliorum

*De pœna inceſtus clericorum.*

## L I I I.

Si quis ſacerdos cum filia ſua ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat ſe grave adulterium commiſiſſe; idcirco ſi fœmina laica ſit, omnia derelinquat, & res ſuas pauperibus tribuat, & converſa in monaſterio Deo uſque ad mortem ſerviat. Non debet epiſcopus vel presbyter commiſceri cum mulieribus, quæ eis confeſſæ ſunt peccata: ſi forte, quod abſit, ſic contigerit, ſic pœniteat quomodo & de filia ſua ſpirituali (b). Epiſcopus annis quindecim, presbyter annis duodecim pœniteat, & deponatur tamen, ſi in conſcientiam populi venerit.

*Quod abſolutio excommunicationis non ſit extorquenda per laicos.*

## L I V.

Cum laicis de rebus ſeu perſonis eccleſiaſticis nulla ſit attributa poteſtas diſponendi, quibus obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi; ad extirpandum conſtitutionis vitium, quod nuper inolevit in ſubverſionem eccleſiaſticæ libertatis; per quod gladius ſpiritualis & claves eccleſiæ gladio materiali ſubjiciantur; duximus ſtatuendum, quod nullus, qui juriſdictioni præeſt, ſententiam excommunicationis, interdicti, ſeu ſuſpenſionis in ſubditos ſuos, ex quacunque cauſa latam, ad mandatum alicujus ſecularis poteſtatis de cætero præſumat relaxare. Si vero ſecularis poteſtas in pertinacia ſua perſeverans, ad relaxandum ſententias per res eccleſiæ mobiles ſive immobiles, ſeu quovis alio modo compellat, loci diœceſanus auctoritate concilii & canonis puniat hujuſmodi delinquentem.

De

(a) In MS. poſt *prædonum* habetur *ne* forte pro *nefaria*
(b) Vox *Cardinali* alia manu ſuperimponitur *ſpirituali*

*De baptiſmo.*

L V.

Quoniam baptiſma prima tabula eſt poſt naufragium, & magna eſt virtus & efficacia hujus ſacramenti, cum ab ipſo Deo inſtitutum ſit, & ejus ſanguine rubricatum; præcipimus, ut hoc ſacramentum celebretur cum honore, & reverentia, & magna cautela, maxime in diſtinctione verborum, in quibus tota vis hujus ſacramenti conſiſtit, & ſalus puerorum. Forma autem baptizandi hæc eſt: „ Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.“ In Romano vero & etiam Anglico idiomate ſub eadem forma doceant ſacerdotes frequenter, & poſſe, & debere ſe baptizare pueros in neceſſitate. Et pater & mater baptizent filium ſuum in neceſſitate, cum aliæ deſint perſonæ, & ſine præjudicio matrimonii. Fontes ſub ſera clauſa cuſtodiantur. Chriſma ſimiliter, & ſacrum oleum, & euchariſtia ſub clave cuſtodiantur. Si vero hi, ad quos ſpectat cuſtodia, ea incaute reliquerint, tribus menſibus ab officio ſuſpendantur. Et ſi per eorum incuriam aliquid nefarium inde contigerit, graviori ſubjaceant ultioni. Baptiſterium habeatur in qualibet eccleſia baptiſmali lapideum vel ligneum, competens, quod decenter cooperiatur & reverenter conſervetur, & in alios uſus non convertatur. Aqua, in qua baptizatus fuerit puer, ultra ſeptem dies in baptiſterio non ſervetur. Si vero puer a laico domi baptizatus fuerit, aqua propter reverentiam baptiſmi, vel in ignem fundatur, vel ad eccleſiam deferatur in baptiſterium fundenda. Item vas illud, in quo baptizatus fuerit, vel in igne comburatur, vel ad uſus eccleſiæ deputetur. Cum autem laicus in neceſſitate baptizaverit puerum, ſacerdos poſtea diligenter inquirat ab eo, quid dixerit, aut quid fecerit; & ſi inveniat laicum diſcrete etiam in forma eccleſiæ baptizaſſe in quocunque idiomate, approbet factum; ſin autem, ipſe ſacerdos baptizet puerum, ſic dicendo: „ N. non te baptizo; ſed ſi non es baptizatus, baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.“ Sub iſta forma, pueri, de quibus dubium eſt, an ſint baptizati, baptizentur. Cum vero a laico baptizatus fuerit infans, poſtmodum allato puero ad fores eccleſiæ, ſuppleatur a ſacerdote quod deeſt; ſcilicet paululum (a) ſalis, & aurium & narium linitio cum ſaliva. Exorciſmi etiam dicantur, & ad fontes omnia fient puero, quæ fieri ſolent ſine immerſione & aquæ benedictione. Quando autem baptizatus fuerit puer, de quo dubium eſt an baptizatus fuerit, omnia fiant a ſacerdote, dum tamen ante immerſionem dicantur verba ſupradicta: „ Non te baptizo,“ &c. Ad levandum vero puerum de fonte tres ad plus admittantur perſonæ in baptiſmo. Marem duo mares, & una fœmina ſuſcipiant; fœmina vero duabus fœminis, & uno mare ſuſcipiatur. Plures tanquam teſtes non tanquam patrini, ſi haberi potuerint, habeantur, propter varias cauſas. Panni autem chriſmales non niſi in uſus ornamentorum eccleſiæ conve. ıntur; nec ſemel ad eccleſiam cum pueris delati, aliis ad baptizandum prece vel pretio non tradantur. Similiter alia ornamenta eccleſiæ, quæ pontificalem acceperunt benedictionem, nullo modo in profanos uſus convertantur. Fœminæ moneantur, ut pueros ſuos caute alant, & juxta ſe de nocte non collocent, ne opprimantur; ſolos in domibus, ubi ignis fuerit, vel ſolos juxta aquam non relinquant. Et hoc omnibus diebus dominicis dicatur.

*De ſacramento confirmationis.*

L V I.

Quum ſacramenta confirmationis ad robur dantur pueris, ſacerdotes cum audierint adventum epiſcopi, moneant populum, ut deferant pueros ad epiſcopum confirmandos. Adultus autem, ſi tempus habuerit confitendi, prius confiteatur quam confirmetur. Hoc etiam laicis intimetur, ſicut in ſacramento baptiſmatis proximitas ſpiritualis inter illos, qui ſuſcipiunt pueros, & illos, quorum ſunt pueri, & etiam illorum pueros. Mas vero marem coram epiſcopo teneat, & fœmina fœminam.

*De ſacramento pœnitentiæ.*

L V I I.

Quum remiſſionem peccatorum per veram confeſſionem conſequimur, præcipimus, ut ſacerdotes in danda pœnitentia diligenter attendant qualitatem perſonæ, & quantitatem delicti, locum, tempus, cauſam, & moram in peccato factam. & alias peccati circuſtantias; ſimilitar devotionem pœnitentis & ſigna contritionis attendant. In audiendo confeſſionem ſacerdos habeat vultum humilem, & oculos ad terram demiſſos, nec ſæpius indiſcrete faciem reſpiciat confitentis, & maxime mulieris, & patienter audiat quicquid dixerit, & in ſpiritu lenitatis eum ſupportet, & ei pro poſſe perſuadeat pluribus modis quod integre & de omnibus peccatis pœniteat, & confiteatur. Aliter vero confeſſio non eſt vera. Præterea inquirat uſitata ſingulatim; inuſitata autem non niſi a longe per circumſtantias, ut ſic expertis detur materia confitendi, & inexpertis nulla detur occaſio delinquendi. Perſonarum nomina, cum quibus peccaverit, non inquirat, ſed per confeſſionem poteſt inquirere, utrum laicus, vel clericus, ſacerdos, vel diaconus, vel monachus fuerit. Moneantur autem laici in principio Quadrageſimæ confiteri, & cito poſt lapſuras: præcipiant etiam parochianis ſuis, ut poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint, omnia peccata ſua ſemel in anno confiteantur proprio ſacerdoti vel alteri ad ejus licentiam; & reverenter ad minus in Paſcha euchariſtiæ ſacramentum percipiant, niſi forte de conſilio proprii ſacerdotis ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum, alioquin & vivi ab ingreſſu eccleſiæ arceantur, & mortui chriſtiana ſepultura careant. Caveat autem ſacerdos omnino, ne verbo, aut ſigno, aut aliquo modo peccatorem prodat, ſed ſi pruden-

tiori

(a) In MS. populum

ANNO CHRISTI 1225.

tiori conſilio indiguerit, illud abſque expreſſio- A
ne perſonæ ulla caute inquirat. In dubiis vero
ſemper conſultet epiſcopum, aut diſcretos vi-
ros, quorum conſilio certificatus ſecuros ſolve-
re valeat vel ligare.

*De ſacramento euchariſtiæ.*

## L V I I I.

Excellentiſſimum dominici corporis & ſan-
guinis ſacramentum cum reverentia, devotio-
ne, & honore tractetur. Et propter hoc diſtri-
ĉte præcipimus, quod ſacerdotes circa ea, quæ
ad ſubſtantiam ſacramenti corporis & ſanguinis
Domini partinent, ſint diligentes, proviſuri B
quod euchariſtia in munda pixide conſervetur:
nec ultra ſeptem dies conſerventur hoſtiæ con-
ſecratæ, ſed qualibet die dominica innoventur,
ita quod poſt receptionem hoſtiæ recenter con-
ſecratæ ante ſumptionem ſanguinis dominici,
reſervatæ hoſtiæ a celebrante miſſam ſumantur,
vel aliquo bonæ conſcientiæ. Habeaturque cer-
titudo circa hoſtiam conſecratam, ut non ſu-
matur non conſecrata pro conſecrata, nec con-
ſecrata iterum conſecretur. Sacerdos autem mi-
niſtraturus diligenter conſideret, ut hoſtia de
puro frumento ſit, & integra, & integrum ha-
beat circulum, & quod major pars vini, &
modica aquæ, quæ a vino abſorberi poſſit, po-
nantur in calice. Caveat ne vinum ſit acetum, C
vel corruptum. Item præcipimus, ut ſacerdo-
tes habeant canonem correctum, & verba ca-
nonis in miſſa rotunde dicantur & diſtincte.
Omnes horæ & omnia officia aperte & diſtincte
dicantur, ita quod præ feſtinatione nimia ver-
ba non præcidantur nec ſyncopentur.

*De celebratione miſſarum.*

## L I X.

Item in celebratione miſſæ, hoſtiam conſe-
cratam, pacem daturus ſacerdos, ori ſuo non
apponat, quod ante perceptionem eam ore tan-
tangere non debet, ſi vero de patena, ſicut D
quidam faciunt, eam ſumat poſt celebrationem
miſſæ, tam patenam quam calicem faciat aqua
perfundi, vel ſolum calicem, ſi eam de pate-
na non ſumat, habeatque ſacerdos juxta altare
pannum mundiſſimum, alio panno circumda-
tum undique, & honeſte ac decenter cooper-
tum, in quo poſt ſumptionem ſacramenti ſalu-
taris, digitos cum habiis tergat ablutos. Ha-
beatque ſacrarium ſuper ſe honeſtum opercu-
lum. Hoſtiam vero non elevent antequam iſta
verba prædicantur: „ Hoc eſt corpus meum.“
Item ſi ſacerdos neceſſe habuit bis in die ce- E
lebrare caſu, quod niſi in die Nativitatis, vel
Reſurrectionis dominicæ, vel quum aliquod cor-
pus præſens, eſt in eccleſia tumulandum, vel
aliqua evidens urgens neceſſitas, fieri prohibe-
mus. Poſt primam celebrationem & corporis &
ſanguinis ſumptionem nihil in calicem ſunda-
tur, quod a celebrante ſumatur, ſed tantum
poſt celebrationem ſubſequentem. Poſt vero ce-
lebrationem diligenter abſorbeantur ſtillæ de ca-
lice, & quod fuerit ſuperfluum in calice, digi-
tis ſumatur ab aliquo bonæ conſcientiæ, vel re- A
ſervetur in vaſi mundo, ad id ſpecialiter depu-
tato, & poſt celebrationem ſecundæ miſſæ ſu-
matur a ſacerdote.

ANNO CHRISTI 1225.

*De cuſtodia euchariſtiæ, & viſitatione infirmorum.*

## L X.

His addimus etiam, quod cum euchariſtia
ad ægrotum fuerit deferenda, habeat ſacerdos
pixidem mundam, in qua ſit burſa mundiſſima,
& in ea deferat corpus dominicum ad ægrotum
linteo mundo ſuperpoſito, lucerna præcedente
B & tintinnabulo, ad cujus ſonitum excitetur de-
votio fidelium, niſi æger fuerit valde remotus.
Habeatque ſacerdos ſtolam quandam, quum va-
dit ad ægrotum, & ſi ægrotus remotus non fue-
rit, in ſuperpellicio decenter ad ipſum accedat,
aeris temperies patiatur. Habeatque vas argen-
teum vel ſtanneum ad hoc ſpecialiter deputa-
rum, quod deferat ſecum ad ægrotum, ut in
eo valeat dare ægro, poſt ſumptam euchariſtiam
(a) ſuorum digitorum. Deferat autem ſacerdos
corpus dominicum ante pectus ſuum reverenter.

*De extrema unctione.*

## L X I.

C Moneant diligenter ſacerdotes infirmos paro-
chianos ſuos a quatuordecim annis & ſupra ad
extremam unctionem, & omnibus petentibus &
pœnitentibus gratis & libenter exhibeant hoc
ſacramentum. Item denuncient eis, quod hoc
ſacramentum poteſt iterari ſcilicet in qualibet
infirmitate, de qua timetur metus mortis, &
quod poſt hoc ſacramentum licet converti ad
opus conjugale, & ad alia, ut prius licita.
Oleum autem infirmorum cum reverentia de-
feratur ad infirmos, & eos cum honore ſacer-
dos ungat & orationum celebritate, quæ ad
hoc ſunt ordinatæ, & nihil inde nec pro aliis
ſacramentis exigatur.

D *De vita & honeſtate clericorum.*

## LXII.

Ut clericorum mores & actus in melius re-
formentur, continenter & caſte vivere ſtudeant
univerſi, præſertim in ſacris ordinibus conſtitu-
ti, ab omni libidinis vitio præcaventes, & cra-
pulis & ebrietate omnes clerici diligenter ſe ab-
ſtineant; commercia ſæcularia non exerceant
maxime inhoneſta; tabernas evitent prorſus,
niſi cauſa neceſſitatis forte in itinere conſtitu-
E ti. Coronam & tonſuram habeant competen-
tem. Sacerdotes deferant cappas clauſas, niſi
juſtitia timoris exegerit habitum mutare (vel)
transformare. Clerici vero cæteri in habitu,
in geſtu, & in omnibus honeſte ſe habeant,
ab illis ſe perſonis penitus abſtineant, quæ in
generali concilio continentur. Sacerdotibus ve-
ro præcipue & perſonis ſub periculo officii &
beneficii diſtricte præcipimus, ut continenter &
honeſte vivant, concubinas ſuas procul expel-
lant,

(a) *ablutionem*, vel aliud quid deeſſe videtur.

lant, & nullam familiaritatem cum eis de cætero habeant nec in domibus propriis nec in alienis, niſi velint officiis & beneficiis contra hoc agendo privari. Advocatis vero, ſi ſint clerici infra ſacros, (ordines,) vel ſacerdotes in foro ſeculari, niſi proprias cauſas proſequantur, vel miſerabilium perſonarum, præcipimus, ut officiis eccleſiaſticis, divinis & aliis bonis ſtudiis ſe exerceant diligenter, divinum vero officium nocturnum pariter & diurnum, quantum Deus dederit, ſtudioſe & devote celebrent. Ad hæc præcipimus, ut quælibet eccleſia habeat calicem argenteum cum vaſis decentibus & honeſtis; ſindonem mundam & candidam amplitudinis congruentis, linteamina, & omnia alia ornamenta, quæ ad altaris ſpectant officium, habeant competentia, & libros ad pſallendum idoneos & legendum, & ſacerdotalia indumenta ſufficientia pariter & honeſta; & quod minus abſurdum eſt in ſacris ſordes negligere quam dedecuerit in profanis, diſtricte præcipimus, quod vaſa miniſterii, & veſtimenta miniſtrorum, & pallia altaris, necnon & ipſa corporalia nitida & munda cuſtodiantur, ne propter quorundam incuriam vel veſtimentorum turpitudinem, vel ſorditatem quibuſdam ſint horrori. Cereus quoque paſchalis quolibet anno de nova cera fiat, & de cera, qua factus fuerit, poſt Pentecoſten ad eccleſiæ uſus convertatur, nec inde amoveatur.

*Quæ ſunt relinquenda ſucceſſori.*

LXIII.

Ad hæc ſacræ ſynodi approbatione ſtatuimus, quod ſi rector alicujus eccleſiæ deceſſerit, & eccleſia ſua relicta fuerit ſine indumentis ſacerdotalibus competentibus, vel ſine libris, vel ſine utriſque; vel ſi forte domos eccleſiæ reliquerit dirutas, vel ruinoſas; de bonis ejus eccleſiaſticis tanta portio deducatur, quæ ſufficiat ad reparandum hæc, & defectus eccleſiæ ſupplendum. Utenſilia quoque domus ſucceſſori ſuo relinquat.

*Quod novi cenſus non imponantur eccleſiæ.*

LIV.

Sicut in generali concilio eſt ſtatutum, firmiter prohibemus, ne novi cenſus imponantur eccleſiis, nec veteres augeantur; quodcunque contra hoc actum eſt, ſicut in eodem concilio cautum eſt, irritum habeatur. Noverint etiam præſentati, quod de cætero jurabunt, quod nec promiſſio nec pactio aliqua interſit inter ipſos & præſentatores propter beneficium habendum, & maxime de augenda penſione.

*De matrimonio.*

LXV.

Quum matrimonium ab ipſo Deo in paradiſo noſcitur inſtitutum, & quoad originem primum eſt inter alia ſacramenta, ut liberius & canonice de cætero contrahatur, præcipimus ut nulli detur fides de matrimonio contrahendo, niſi coram ſacerdote & tribus vel quatuor viris fide dignis ad hoc ſpecialiter convocatis. Nullus ſacerdos præſumat aliquas perſonas matrimonialiter conjungere, niſi prius terna denunciatione in eccleſia publice & ſolenniter præmiſſa, ſecundum formam concilii generalis; ita quod qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat. Inhibeant etiam ſacerdotes ſub pœna excommunicationis, ne quis malitioſe matrimonium impediat. Ipſe etiam presbyter nihilominus inveſtiget, utrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cumque apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec quod fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documentis. Clandeſtina quoque matrimonia fieri prohibemus, inhibentes ne quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat, & qui contra hæc fecerit, canonice puniatur. Denuncient etiam presbyteri parochianis ſuis, quod matrimonium prohibitum eſt infra quartum gradum conſanguinitatis vel affinitatis: ultra quartum gradum legitime contrahitur. Inter compatres & commatres, & inter filium & filiam, & inter ſuſceptum & ſuſceptam, & filium & filiam ſuſcipientis matrimonium interdicimus. Statuimus etiam, ut capellani parochianos ſuos publice fornicarios ſtatim compellant cum fornicariis ſuis contrahere, aut eas ſimpliciter abjurare, nulla conditione adjecta.

*Tuendi ſunt fugientes ad eccleſiam.*

LXVI.

Firmiter prohibemus, ne quis fugientes ad eccleſiam, quos eccleſia debet tueri, inde violenter abſtrahat, aut ipſos circa eccleſiam obſideat vel eiſdem ſubtrahat victualia.

*Quod honeſte ſerventur eccleſiæ.*

LXVII.

Prohibemus etiam ne choreæ vel turpes & inhoneſti ludi, qui ad laſciviam invitant, in eccleſiis vel cœmeteriis fiant, nec cauſæ ſæculares maxime in quibus agitur de judicio ſanguinis, in eiſdem tractentur. Statuimus etiam ut cœmeteria per circuitum honeſte claudantur, ne immundis & brutis animalibus pateat ingreſſus. Eccleſiæ quoque integre & honeſte ſine ruina cuſtodiantur.

*Excommunicandi ſunt quater in anno.*

LXVIII.

Excommunicentur quater in anno per totam diœceſim ſortiarii & incendiarii manifeſti, uſurarii, malefici, raptores publici, malitioſe impedientes teſtamenta legitime facta, ſcienter perjuri, per quos aliquis amittit hæreditatem, beneficium eccleſiaſticum, vel terrenum.

*Dandæ ſunt decimæ de omnibus, quæ renovantur.*

LXIX.

Item decimæ reddantur de omnibus, quæ renovantur per annum, videlicet de agricultura, negotiationibus, fœno, lino, lana, & lacte, & de proventibus molendinorum, & de omnibus aliis honeſtis fructibus ſecundum conſuetudines approbatas hactenus & obtentas.

*Quot*

ANNO CHRISTI 1225.

A

*Quot collectæ dicendæ ſunt in miſſis.*

LXX.

Sacræ ſynodi approbatione ſalubriter duximus ſtatuendum, ut per diœceſim noſtram in celebratione miſſarum, præterquam in feſtis duplicibus, dicantur quinque collectæ; una de pace eccleſiæ, ſcilicet,, Eccleſiæ tuæ, quæs Domine preces," &c. alia pro domino noſtro rege, & regina, & eorum filiis, ſcilicet,, Deus, in cujus manu corda ſunt regum."

*De viſitatione infirmorum.*

LXXI.

Item, cum presbyterum ad infirmum vocari contigerit, ſi audita ejus confeſſione forte teſtari voluerit, ipſum diligenter moneat & inducat, ut ſecundum facultates ſuas reſpiciat fabricam eccleſiæ cathedralis, cum ab ipſa parochiales eccleſiæ documenta ſalutis accipiant. Fiunt in hujus executione ſtatuti per ſuperiorem, prout expedire viderit.

*Monitionum faciendo leproſis.*

LXXII.

Idem de his, qui lepræ morbum incurrunt, & de conſuetudine generali a communione hominum ſeparantur, ſtatuimus, ut cum tales ad loca ſe transferant ſolitaria, moneantur efficaciter a presbyteris in eorum receſſu, ut parochialem eccleſiam reſpiciant ſecundum ſuarum facultatum, ad quod ſi induci nequiverint, nulla eis coactio inferatur, cum aſflictis addi non debeat afflictio, ſed ipſorum miſeriis ſit potius miſerendum.

*Quod perjuri in cauſa matrimoniali mittendi ſunt ad epiſcopum.*

LXXIII.

Item ſtatutum a prædeceſſore noſtro editum innovando firmiter prohibemus, ne presbyter parochialis aliquem in cauſis matrimonialibus aut aliis ſpontanee pejerantem ad confeſſionem ſuſcipiat, ſed omnes tales ad noſtram præſentiam veniant, a nobis (a) pœnitentiam recepturi.

*De exequiis mortuorum.*

LXXIV.

Item ad funera & exequias mortuorum laicorum cantus vel choreas fieri prohibemus, cum non deceat de aliorum fletu ridere, ſed ibidem potius de hujuſmodi ſit dolere.

*Quod luctæ vel ludi non fiant in eccleſiis, nec in cœmeteriis.*

LXXV.

Huic etiam prohibitioni duximus (b) addendum, ut in aliquibus feſtivitatibus infra eccleſias vel cœmeteria luctæ vel ludi de cætero fieri non permittantur; & qui ter monitus a ſacerdote loci, ab hujuſmodi ceſſare noluerit, ingreſſus eccleſiæ interdicatur eidem. Qui ſuſpenſus a ſua inſolentia non deſtiterit, excommuni-
B cationis ſententia innodetur.

....................
....................

LXXVI.

Item audivimus a quibuſdam, cum in die Paſchæ fideles Chriſti ſuſcipere debent euchariſtiæ ſacramentum, quidam presbyteri, quod dolentes referimus, illud præſtare denegant impudenter, niſi prius oblationes ſuas tunc porrigant ad altare, & eodem die exactiones faciant a laicis, corpus Chriſti tenentes in manibus,
C ac ſi dicerent: Quid mihi vultis dare, & ego eum vobis tradam? Quod amodo fieri prohibemus ſub obteſtatione divini judicii diſtrictius, permittentes ut presbyteri parochianos ſuos tempore congruo ad ſolutionem decimarum & jurium aliorum per cenſuram eccleſiaſticam prævia ratione compellant.

*Excommunicandi ſunt, qui prohibent ſuos, ne emant decimas.*

LXXVII.

D Item quorumdam relatu nobis innotuit, quod quidam domini feodorum homines, ſub ſe manentes a rectoribus eccleſiarum decimas emere non permittant, cum eas oporteat vendere vel ponere ad firmam, & in locis ſylveſtribus remotis colligi nequeant ab eiſdem. Hoc de cætero modis omnibus fieri prohibemus, decernentes, ut qui talia commiſerint, ſi commoniti non deſtiterint, a ſuis presbyteris excommunicationis ſententia percellantur.

*De locato & conducto.*

LXXVIII.

E Item firmiter prohibemus, ne de cætero ad firmam eccleſiæ conferantur, niſi de conſcientia epiſcopi vel archidiaconi fiat conventio, ex qua plurimæ literæ conſcribantur, quarum una remaneat penes ipſos. Item firmarius eccleſiæ eam alii non tradat ad firmam, cum negotiatio quædam videatur ſub obtentu ſecularis commodi, & negotiatio clericis ſit penitus interdicta.

Quod

(a) MS. præſentiam
(b) MS. admittendum

A

*Quod rectores ordinentur & ſerviant eccleſiis.*

LXXIX.

Item irrefragabili conſtitutione ſancimus, ut
rectores eccleſiarum ad primos ordines veniunt
ordinandi; ita quod quamcito fieri poterit,
commode ordinentur. Qui parochialem habet
eccleſiam, amodo per ſeipſum illi deſerviat in
ordine, quem ipſius eccleſiæ cura requirit, niſi
prius in eadem vicarium habuerit canonice in-
ſtitutum. Qui vero ex diſpenſatione plures ec-
cleſias habuerit parochiales, uni earum deſer-
viat, idoneis & perpetuis vicariis in aliis con- B
ſtitutis. Et qui nec vicarium habuerit, nec re-
ſidere voluerit, ille ſe ſciat Lateranenſis con-
cilii auctoritate privatum, libere alii confe-
renda, qui quod dictum eſt, velit & valeat
adimplere.

*Quod laici non teneant placita in eccleſia.*

LXXX.

Sub interminatione anathematis firmiter pro-
hibemus, ne laici teneant placita ſua ſecularia
in eccleſiis vel cœmeteriis, & ne laici ſecus
altare, quum ſacra myſteria celebrentur, ſta- C
re vel ſedere inter clericos præſumant, exce-
pto domino rege & majoribus regni, quibus
propter ſuam excellentiam in hac parte duxi-
mus deferendum.

*Quod focariæ concubinæ ſacerdotum vel cleri-
corum beneficiatorum non admittantur
in eccleſiam.*

LXXXI.

Item prohibemus ſub interminatione anathe-
matis, ne focariæ concubinæ ſacerdotum vel
clericorum beneficiatorum, vel infra ſacros or-
dines poſitorum admittantur in eccleſiis ad D
aquam benedictam, vel pacis oſculum, vel ad
aliquam communionem fidelium, nec aliæ for-
nicariæ ab aliquibus in domibus vel in terris
ſcienter & prudenter receptentur.

*Quod matrimonia ſine bannis non contrahantur.*

LXXXII.

Item prohibemus, ne qui matrimonium con-
trahant ſine terna denunciatione ſolemniter fa-
cta in eccleſia, ubi degunt, ſi in eadem paro- E
chia manent; ſi in diverſis, in utraque denun-
cientur ſponſalia, & ne contrahantur ſine fide-
libus teſtibus & legitimis. Item prohibemus, ne
matres aut nutrices teneros infantes ſecum in
cubilibus collocare præſumant, propter frequen-
tiam emergentium periculorum.

*De potibus dandis ægrotis*

LXXXIII.

Item prohibemus, ne aliquis medicinæ igna-
rus ſub pallio medicinæ potationes herbarum
mortiferarum alicui conferat ægrotanti, nec ali-
quod ſortilegium faciat vel exerceat.

*De capellanis conducendis.*

LXXXIV.

Item prohibemus, ne quis recipiatur capella-
nus ad curam parochiæ, ibidem moram factu-
rus, ad minus quam per unius anni ſpatium,
nec inde ſine rationabili cauſa archidiacono ex-
poſita recedat. Diſcedentem vero abſque lite-
ris archidiaconi nullus audeat recipere aut te-
nere. Explicit.

Ex auctoritate Dei Patris omnipotentis, &
Filii, & Spiritus Sancti, nec non & ſanctæ Dei
genitricis Mariæ, & S. Michael archangeli,
& omnium angelorum & archangelorum, &
ſancti Johannis Baptiſtæ, & omnium patriar-
charum, & ſanctorum apoſtolorum, & evangeli-
ſtarum, innocentium, martyrum, confeſſorum,
atque virginum, & omnium cæleſtium virtu-
tum, & ſanctorum canonum, & noſtri mini-
ſterii excommunicamus, damnamus, anathema-
tizamus, & a liminibus ſanctæ matris Dei ec-
cleſiæ ſequeſtramus omnes conſpiratores contra
proprios epiſcopos vel alienos, regni, ſeu alios
prælatos, omnes conſpiratoribus conſentientes,
eo quod omnes tales ſchiſmatici ſunt & infa-
mes. Excommunicamus etiam omnes, qui cau-
ſa matrimoniali, vel alia falſum perhibent te-
ſtimonium ſcienter, exceptiones malitioſe op-
ponunt, vel opponi procurant, vel teſtes ſub-
ornant, vel id fieri procurant in cauſa matri-
moniali. Excommunicamus omnes illos, qui
pacem regis & regni perturbant, & omnes il-
los, qui ordii vel lucri cauſa, aliis crimina im-
ponunt, per quæ ipſorum fama lædatur, aut
pro quibus mors vel exilium vel membrorum
mutilatio vel exhæredatio ſeu bonorum ſpolia-
tio ſequi debeant, ſi judicialiter convincantur.
Excommunicamus omnes detentores decimarum
ſuarum injuſte, & omnes illos, qui decimas
proprias ſeu alienas præter voluntatem domi-
norum ipſarum occupant & detinent violenter,
ſeu rectores eccleſiarum, vel vicarios, aut eo-
rum procuratores, quacunque calliditate impe-
diunt, vel perturbant, quominus de decimis
ſuis ad ſuam libere diſponere valeant volunta-
tem; necnon & uſurarios manifeſtos, raptores
publicos, impedientes teſtamenta legitime fa-
cta, incendiarios, libertatum eccleſiaſticarum &
immunitatum in terris, vel in aquis, ſeu in
nemoribus, aut paſcuis, aut quibuſcunque aliis
rebus perturbatores, & violatores, aut eorum
auctores, conſilium, auxilium, favorem eis
præſtantes; necnon ſortiarias, & omnes eas fo-
ventes & protegentes, & in ſuis maleficiis ma-
nutenentes, ac etiam cum eis in maleficiis ſuis
communicantes; invaſores & raptores bonorum
eccleſiaſticorum, ſeu in terris (a) eccleſiaſticis
nonnulla vi præter voluntatem dominorum ca-
pien-

(a) In autographo ſcriptum eſt *clementis*

ANNO CHRISTI 1225.

pientes, exceptis domini regis & reginæ, ac filii ſui ſervitoribus pro eorundem neceſſariis, cum ea alibi invenire non potuerunt, accipientibus, dummodo juſtum pretium ſolvant pro eiſdem. Maledicti ſint omnes prænotati; maledicti ſint interius & exterius; a planta pedis uſque ad verticem capitis, cum Datan & Abiron, quos terra vivos abſorbuit; fiant dies eo- A rum pauci, & dominationes eorum accipiant alii; filii eorum (b) orphani: & ſicut hæc lucerna in præſenti extinguitur, ſic extinguantur lucernæ eorum ante viventem in ſecula ſeculorum, & demergantur in inferno animæ eorum, niſi reſipuerint, & ad ſatisfactionem & emendationem venerint. Fiat, fiat. Amen.

*FINIS TOMI VIGESIMISECUNDI.*

(b) forſan deeſt ſunt